Universidad de Deusto
Biblioteca

ISIDORO DE SEVILLA

OPERA

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



BILBAO 24568

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA SOCIETATIS JESU COLLEGII POMPALONENSIS

Mastr. 4. Ap. Fol. 117. 29. f. 27. M.

POR QVE auiendo tenido noticia, que las obras del glorioso S. Isidoro Doctor de las Hespañas, andauan mal escritas, y deprauadas en muchos lugares dellas. y cõ muy gran riesgo de tocar en el credito de su sana y gran doctrina, de que la santa Iglesia ha hecho siempre tanto precio, y desseando el remedio dello, por la mucha deuocion que al Santo tengo, y el seruicio que en estos Reynos se le deue, mandè buscar en las librerias antiguas dellos, y en otras de otras partes, exẽplares manuscritos de las dichas obras: y auiendose hallado muchas de grande antiguedad y autoridad, las mandè repartir entre hombres doctos, que con mucho cuydado y diligencia han corregido por ellos, y emendado las dichas obras, procurando reduzirlas a su primera y verdadera escritura. Y porque permanezcan, y se conseruen en la correciõ y verdad, en que se han procurado poner, he mandado a Iulio Iunti de Modesti, que las haga imprimir en esta mi Corte con mucho cuydado y diligencia. Y, porque lo pueda mejor hazer sin perdida ni daño del gasto, que en la impresion aura de hazerse: Por la presente le doy licencia, para que el, o quien su poder huuiere, pueda imprimir las dichas obras, como dicho es, y Priuilegio, para que por tiempo de diez años, ningun otro impressor, ni persona las pueda imprimir en estos mis Reynos, ni meterlas en ellos impressas de otra parte: so pena de perder los libros todos, y los aparejos de la emprenta, con mas cien mil mrs: la mitad de todo para mi camara, y la otra mitad por tercias partes, para el juez, y denunciador, y el dicho Iulio Iunti: guardando en lo demas tocante a la impresion, tassa, y venta de los libros, lo que esta por las leyes destos Reynos ordenado: que assi es mi volũtad. Fecha en el Pardo, a veynte y ocho de Noviembre, de mil y quinientos y nouenta y cinco años. Yo el Rey. Por mandado del Rey nuestro Señor. Don Luys de Salazar.

TASSA.

YO Miguel de Ondarça çauala Escriuano de Camara del Rey nuestro Señor de los que residen en su Consejo: doy fe, que auiendo visto por los señores del dicho Consejo, vn libro, intitulado las obras de S. Isidoro, impresso con licencia y priuilegio de su Magestad: tassaron a seis marauedis cada pliego del dicho libro en papel, y a este precio y no mas, mandaron se venda el dicho libro, y se imprima este testimonio de tassa, al principio de cada vn libro, antes que se venda ninguno. Y para que dello cõste, di la presente. de pedimiento de Antonio Boto, guarda joyas de su Magestad, y mandado de los dichos señores. En Madrid a quatro de Diziẽbre, de mil y quiniẽtos y nouenta y nueue Años.

Miguel de Ondarça çauala.

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPERVM D. ISIDORI
PARS PRIOR,
In qua Grammatica, & Historica.

f.13 liber originis. sic citat Dar. V Pat.
Ety mologiarum lib. XX. pag. 1
Differentiarum libri. II. † 1
De natura rerum liber I. 63
Chronicon. 91
De viris illustribus, cum S. Ildefonsi libello. 131. 118
liber de vita et morte SS. sic citat Bar. V. De ortu, & obitu Patrum. 139
Gotthorum, Vvandalorum, & Sueuorum historia cum Gotthorum Regum, & Toletanorum Antistitum catalogo. 154

Pars altera
Ingua Theologica.

lib. de summo bono. sic citat aquin. Expositionū in cap. 5. f. 7. §. 10. Sententiarum libri. III. Pag. 1
Mysticorum expositiones sacramentorum. 112
Allegoriæ ex veteri et nouo testamento. 237
Contra Iudeos libri. II. 256
Prooemiorum lib. 310
De ecclesiasticis officijs libri. II. 329
Synonymorum libri II. 367
Epistolæ aliquot. 391
Regula Monachor. 402
De conflictu vitiorum et virtutum. 413
Expositio in canticum Salomonis 423

PHI-

PHILIPPO III.
CATHOLICO REGI.

IO. GRIAL.

SANCTI Isidori, (cuius ipse à stirpe genus ducis) opera ante annos iam plures, conquisitis vndiq; tota ex Hispania, Italiaq; manuscriptis exẽplaribus, Pater tuus Catholicor. Regum maximus, selectis quibusdam viris, quorum nõnullis nos, longè licet impares, successimus, emendanda tradiderat. Nam tametsi propter auctoris prẽstantiam manserant, ferebanturq; vulgo, qui nunc prodeunt, pleriq; omnes libri; tamen postulandum non fuit; in tot excellentibus scriptoribus, quibus temporis longinquitas fraudi fuisset, vnus vti esset Isidorus eximius. Ergo contra potius accidit. Cum enim tererentur omnium manibus (neq; enim fuit vllius aut nomen in litteris per ea tẽpora clarius, aut auctoritas in rebus, vel Ecclesiasticis, vel ciuilibus grauior) factum est & describentium vitio, & legentium sinistra diligentia, vix vt vlli pro germanis, & sinceris aliena, atque adulterina, tam multa paullatim inolescerẽt. Ea verò tempora sunt consecuta, in quibus litterarum honos nullus, cultus nullus. Vt non tam queri debeamus, quòd hæc deformarint; quàm, quòd ad nos qualiacunque transmiserint, magna potius habenda sit gratia. Restituta porrò hac nostra ætate re litteraria; cũ lux rebus reddita videretur, tamẽ maius periculum adire cœperant Sanctissimi Patris egregij labores, tũ propter ea, quæ diximus, intertrimenta; tum verò propter præpostera quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorundam hominum elegantiam. Nam maiorum disciplinarum studia,seuerioresq́ curæ, quæ vel de religione ab eo susceptæ sunt, vel in formandis,componendisq́ moribus versantur; ea, vel nomine ipso tanti Pastoris,Doctoris,Legislatoris, satis tecta munitaq́ videbantur.Quæ verò non tam vitam ipsam,quàm vitæ cultum attingunt, & ornatũ; ea, nisi Rex potentissimus gentilis sui scripta, quasi subolem, manu asseruisset; verendum planè fuit; ne de statu deiecta, vix vllo in loco,exiguo certè cum honore consisterẽt. Pastidiebãt enim hæc & abnutabãt delicati homines, quasi,inuẽtis frugibus, glãdes ipsis objcerentur.Nunc verò nõ illa modo, quæ dignitatẽ suã per se tuebantur ipsa satis,illustriora,honoratioraq́ officio isto reddentur; sed quæ criminationibus obnoxia, calumnijsq́ obuia, atque exposita videri poterant; ea posthac & suis,& aliorũ viribus fidere,& iniquorum voces contemnere assuescent.Nam quę leuiora,minutioraq́ censebantur, ea robur ponduſq́ auctoritatis ex antiquioribus scriptoribus bona ex parte recipient. Qua in re,cum nonnullorum,quibus hæc cura commissa fuerat, insignis opera extiterit, illorum exemplo speramus etiam fore; vt alij non nostri modò, sed externi etiam eruditione præstantes viri, in id iam nobiscum certatim cõspirent,vt laboriosissima Hispani Doctoris excerpta studio suo perueſtigare porrò pergant,fortunasq́; nostras opibus ipsi suis constabiliant.Quod autem labor hic, qui, te necdum nato, susceptus est, ad exitum tamen perduci,(cum id religiosissimus Parens admodum expetijsset) ante regni tui initia minimè potuerit; nos hoc diuino cõsilio factum putamus. Vt,cui dies natalis in S. Herminigildi,Hispaniæ Regis, Martyris, Isidorianiq́; ex sorore nepotis natalẽ fuerat præstitutus; ijsdem omnino,eademque cæli de parte oblatis auspicijs, imperiũ inires,quibus primordia vitæ cõsecrasses.Atq; vt à nepote cõsti tuendæ exemplum, ita ab auunculo tuendæ propagandæque religionis adiumenta acciperes,atque documenta; eaque non à maioribus solùm,vel etiam à tali Parente tradita; sed à te quoque ipso, nisi te tuimet meminisse pigeat,satis tibi insignitè commendata.

AD



AD LECTOREM.

IO. GRIAL.

QVIBVS emendatio librorum S.Isidori Hispalitani (sic enim cum Gregorio Magno, vt et analogia exposcit,appellare malumus,quam Hispalensem)ante annos amplius viginti Maiestatis Catholicæ iussu commissa fuerat; vt itarem gessere: vt quidam nihil prius habuerint, quàm vt se totos statim huic labori addicerent; alij ab suis se studys, et occupationibus ad hanc operam traduci permolestè ferrent; nonnulli Etymologiarum correctionem (spissum sanè opus) exspectantes, ita rem distulerunt; vt partim re imperfecta,partim ne incepta quidem,è vita exceſerint: ita vt aly pro alijs, neque id semel,fuerint sufficiendi. Donec Rege admonito,finem nullũ fore, nisi quidquid plures refecissent, atque id insuper, quod sarciendum restaret, ad vnum omne deferretur: ad id operis ego (cui ne abnuere quidẽ fas esset) maximè idoneus visus sum; non quidem ingenij, doctrinæue facultate præ cæteris aliqua (qui essem infra omnium censum) sed cui fortasse tantum esset ab re mea otij mihi,aliena vt curarem; siue adeo certè cum pluribus vt conflictarer,ea lege,atque omine,vt bene gestæ rei laus solida ad alios, noxarum omnium ad me vnum summa summarum rediret. Quod ne accidat, hoc est,ne in me solum culpa omnis deriuetur,ita mihi cautio erit: vt, nequis debito laboribus suis testimonio fraudetur,potior multo cura sit. Quod facturus fui aliquantò vberiùs: nisi is,qui editionem hanc à principio vsque pietate magna,sollicitudine assidua solus propè curarat, Ioannes Lopius Velascus, Regius Secretarius,probissimus vir,neq; ab vllo litterarum genere alienus,sub ipsum huius laboris finem nobis præreptus esset. Cuius obitu neq; de manuscriptorum exemplarium numero,neque de ijs,à quibus missa fuissent, satis nobis constare potuit. Ergo in emendandi labore,quid quisque quantũq; contulerit(quod sciero,poteroq;)quàm verissimè referam.

§.1. Etymologiarum emendatio Aluaro Gomezio Toletano, viro in primis eruditocredita est,traditaq; ipsi veterum codicum magna copia, quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum bona pars Gotthicis, (seu mauis Longobardicis) characteribus erat scripta. Quo ipse, varietate notata, ad Antonium Augustinum Tarraconensem Archiepiscopum, et Petrũ Chaconem Romæ iam tunc commorantẽ singulis de rebus referret. Quorum vtrique id etiam à Rege fuerat iniunctũ: vt & ipsi, collatis suis exemplaribus, quid sensus sui esset ad eundem Aluarũ remitterent. Constat autẽ omnes triginta, aut eo pluribus manuscriptis libris in hoc opere emendando fuisse vsos. Sed Ant. Augustinum sanctissimum Antistitem, deq; suis libris toto orbe notissimum, cum ad XII. librum peruentum esset, hoc est, opere prope in medio, mors occupauit. Petrus Chacon, (sic enim ipse se nostro, non Ciaconum, aut Ciaconium Italorum more, scribebat: vt qui Hispanum se, et Toletanum, id quod erat, quàm Romanum, atque Sabinum haberi mallet) isigitur, quòd multos annos in antiquis auctoribus emendandis versatus, de hoc opere restituendo in primis cogitarat; dici vix potest, quantum opis attulerit, vir ingenio, industria, conijciendi arte quadam singulari. Sed huic, quam dico, conijciendi sollertiæ nos perparũ, minusq; fortasse, quàm æquum fuerat, tribuimus: libros veteres, quos, vt antiquissimi quique erant, ita minus auctos, minusq; corruptos inuenimus, fonteſq;, è quibus hæc hausta, ab eodem bona ex parte indicatos, eos sumus secuti. Aluarus ergo et duorum, quos diximus, egregia opera, et aliorum, in primisq; Antonij Couarruuiæ nostrorum omnium, quot sunt, quotque fuere vndecunque doctissimi, atque elegantissimi viri communicatione adiutus, cum et pietate erga Isidorum eximia, et Maiestati Catholicæ satisfaciendi studio plurimùm duceretur, annotationum in omnes XX. libros magnæ molis corpore relicto, defunctus est. Quod cum grauissimi viri inspexissent: studium quidem diligentiamq;, vt æquum fuit, valde probarunt: totius reformam, modumq; incudi reddenda censuere. Idque visum tum alias ob causſas necessarium; tum verò, quòd cum enumeranda scripturarum, coniecturarumq; varietate multus vbique esset, tamen contextum ipsum, cuius gratia labor omnis susceptus fuerat, inemendatum reliquerat. Huic latifundio (quoad genus hoc tellurisferret) perpurgando, conserendoq; ego sum colonus datus. Quanto meo cum labore, nihil attinet dicere. Nam etsi talibus viris (vt par fuit) satis fidebam, tamen, quin veteres libros ipse quoq; rursus euoluerem, identidemq; in singulis propè cunctarer, efficere non potui. Vt mittam interim conquisita meo (vt ait ille) dulciq; reperta labore. Quæ, quæuis pauca admodum non sint, mihi tamen videri sanè solent quampauciſsima: dum cogito, quàm multa adhuc restent, quæ noua aliqua cultura indigeant. In notis consilium non fuit de quorundam minimè malorum hominũ sententia quæstiones pertexere, aut è veterum scriptis in eundem sensum plura congerere, aut eorum, quos nostra hæc ætas ingenio et eruditione præstantes plurimos tulit, scrinia compilare. Nam quis modus futurus esset cun-

Monta Ios. f.

cunctarum artium disciplinarumq; bibliothecas omnes exhauriendi? Ergo in veteribus, è quo desumptum aliquid comperimus, ei quin sua redderemus, vix aliquem prætermisimus. Alios verò nõ, nisi cum necesse fuit, ac rarò, & perparcè citauimus; placuitq; nõ hoc fieri, itidem vt in comœdijs, omnes omnia vbi resciscunt. E recentioribus vix quenquam nominauimus, nisi siquis forte loci alicuius curationi medicam manum applicuerat.

2 Differentiarum librum priorem P. Pantinus Regius Capellanus è duobus ms. libris correxit; quæq; essent è veteribus Grammaticis accepta, vel cũ ijs consentirent, indicauit. Visum verò nobis est Parisiensis editionis addere differentias, partim quidem easdem, nonnunquam etiam diuersas, nullo tamen ordine digestas, vt qua conditione Isidori scripta fuerint, vel ex eo libello appareat. † 38

3 Posteriorem librum, qui de Theologicis differẽtijs est Doctor Rolandus Vicelius Regius quoq; Capellanus è duobus item ms. libris emendauit.

4 Librum de natura rerum ad Sisebutũ scholijs bene longis abeo, cui fuerat commissus, auctum offendimus. Quæ, quia emendationi parum seruiebant, placuit ijs, qui hæc Regio iussu curabant, illis procul reiectis, librum ex quatuor ms. codicib. inter quos erat ex Ouetensi Ecclesia Longobardicus peruetustus, per nos reformari, notasque, quæ ex vsu essent, affigi: quod est, neque frustra, factum.

5 Chronicon, Vir Clarissimus Garsias Loaisa, Serenissimi postea Principis magister, Toletanæ nunc Ecclesiæ dignissimus Antistes, præter emendationem, indicatosq; fontes, è quibus confluxit, multa insuper historiarum cognitione, variaque eruditione collocupletauit. Cui propterea libro v. Etymologiarum, vbi eadem omnino tempora, resque aliquanto breuiùs describuntur, locus integer, intactusq; reseruatus est. Illud mirari nemo debebit, si qua temporum descriptio interdum discrepet; ille enim suos codices, nos nostrorũ consensum repræsentauimus.

6 Idem illustrissimus Antistes Sententiarũ libros tres è manuscriptis XIII. codicib. (è quibus duo Lõgobardici) emendatos, & notis illustratos, Taurinique antea cum Chronico non satis probè excusos, longè nunc emendatiores dedit, totamque hanc editionem fauore, industria, beneficioque suo prouexit.

7 Librum de viris illustribus Ioannes Baptista Perezius Episcopus postea Segobricensis è ms. VII. emendauit, locosque illius quosdam illustrauit.

8 Idem Gotthorum, Sueuorum: & Vvandalorum historiam correxit. E quot ms. libris, non liquet. In ea quod Æra IↃLXIV. anno imperij Iustiniani I. edidimus, non (vt grauissimis viris placere videmus) anno Iustini VIII. secuti sumus non tantùm huius historiæ, sed etiam libri v. Etymologiarum vetera exemplaria: quæ magno consensu Iustino octo tantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

annos assignant: vtrouis autem modo Amalaricus (quod illi volunt) in eũdem annum incidit. Quod item verba de S. Martyre Herminigildo Æra †160
DCVI. Herminigildum deinde filium imperijs suis tyrannizantem obsessum exuperauit, *quosdam offendunt: nos quidem vocis* tyrannizantem, *insolentia nihil mouemur: eadem namque est vsus Rodericus Toletanus lib. 2. c. 14.* Herminigildum deinde filium contra imperium tyrannizantẽ, obsessum Hispali dolo cepit, & quia nefandis ritibus noluit consentire, tormentis varijs cruciauit. Demum securi percussum parricida impius dignum Deo Martyrem consecrauit. *Huiusmodi aliquid de martyrio in Isidoro deesse suspicamur. Nam quin nepoti idem* J. §. 21
cum Leandro fratre testimonium tribuerit, non fit verisimile. Atque eo magis, quod ijsdem propemodum verbis in eadem re est vsus Alfonsus Carthagena Anacephalæosis c. 26. vt vtrumque illa ex Isidoro descripsisse, planè non dubitemus.

9 *Idem* epistolas *collegit, atque correxit.*

10 *Librum* de ortu & obitu Patrum. *Petrus Fontidonius Salmanticẽsis Canonicus è VV. VIII. exemplaribus emendatum reliquit. Quod verò is li-* V. J. §. 12
ber grauissimis quibusdam viris suspectæ auctoritatis videtur: nobis prater Bar. p. 4.
tot exemplarium nostrorum, externorumq; consensum Sanctorum Ildefonsi, et Braulionis cum Sigeberto auctoritas omnibus illorum argumentis potior esse debuit.

11 Mysticorum expositiones sacramentorum *nullo certo titulo præscriptas accepimus: quod septem manuscriptorum librorũ singuli singulas prorsus diuersas, prorsusq; ineptas præscriptiones præferebant, quarum nulla cum Parisiensi editione conueniebat. Notarat, selegeratq; per totum hoc opus vir doctissimus lectionum varietates quasdam. Sed cui fucum fecerant tum codices quidam non satis attentè considerati; tum Eucherij Lugdunensis editio fallax, è quo credidit bonam partem desumptam: cum contra potius deprehenderimus, ex Isidoro illa omnia ad Eucherium fuisse transfusa. Æquius, veriusq; fuerat, eos auctores, quibus hæc accepta refert Isidorus, Origenẽ, Victorinum, Hieronymũ, Ambrosiũ, Augustinũ, Cassianũ, Gregorium euoluere, ni res esset laboris, tadijq; multi, quaq; hominem minus occupatum, quàm ille planè fuerat, postularent. In ea re nos, quod quiuimus, præstitimus. Atque in titulo restituendo, opus ipsum prope iam abalienatum auctori suo restituisse videmur. Quod eius magna pars, Genesis scilicet tota, et libri Regum apud Eucherium leguntur: opus etiam vniuersum Venerabilis Bedæ libris attextum sit. Sed Eucherio tam multa non Isidori modo, sed aliorũ inserta, vel assuta potius sunt: vt pudeat illorũ, qui Romanæ editioni præfuerunt. Nam (Augustinum & Paulinum mitto, in quorum scripta an Eucherius inciderit, alij viderint) Gregorium, et Cassiodorum*

dorum non potuisse ab Eucherio nominari, cuius fuit negligentiæ (an studioris potius dicam) non vidisse? Integer etiam de templo Salomonis, siue Bedæ, siue alterius liber; in quo Cassiodorus citatur in libri tertij Regum commentarium coniectus est. Sed Isidorum Eucherio adiungere illius fuisse videtur, qui historicum, mysticumq; sensum simul habere voluit. Bedæ verò (si modo is Beda est) cum è diuersis auctoribus quæstiones in vetus Testamentum concinnare propositum fuerit, neque id, nisi vsque ad Exodi initium perduxerit; tamen per totam Genesim, cum aliquid ex hoc opere proponit, vel Isidorum disertè nominat, vel Recapitulationem subtemen hoc appellat. Quæstionum porrò titulus in vno Oliuensis cœnobij codice legitur, in quo singulis expositionibus suæ sunt percunctationes præpositæ. Neque tamen huius codicis quæstiones easdem puto cum ijs, quarum Ildefonsus meminit in libro de viris illustribus. Non enim vlla in re opus immutatum significat, nam neque id necesse fuit, vt Quæstionum liber Hieronymi, et Augustini exemplo diceretur. Quapropter nec veriti sumus nos quoque Quæstionum etiam titulum retinere. Apparet etiam è Braulione has quæstiones in libros duos fuisse distinctas. Sic enim ille in prænotatione: Quæstionum libros duos, quos qui legit, veterum tractatorum supellectilem recognoscit. *Nam respexisse videtur ad verba ipsius Isidori in præfatione*: in quibus lector non nostra leget, sed veterum releget. *Fuerunt autem codices, quibus vsi sumus, octo; Palentinus, Valentinus, Complutensis, Guadalup. Oxomenses duo, et, cuius antea meminimus, Oliuensis, nullo ita vetusto, vt Longobardicis litteris esset notatus.*

12 Allegorias *Cyprianus Suarez è Societate Iesu emendatas cum scholijs reliquit. Quot manuscriptis libris adiutus sit, non constat.*

13 *Idem emendauit etiam libellum* de conflictu vitiorum & virtutum. *Neque item constare potuit, quot veteres codices acceperit. Sed non aduertit doctissimus vir, hunc tractatum cum operibus S. Ambrosij Romæ nuper editum, in quo tam multa à nostris discrepant, vt nos ea singillatim referenda non duxerimus. Tantum hæc nostra qualiacunque cum Augustiniana editione propemodum congruentia, simul cum illis legi maluimus. Isidori autem esse opusculum (vt ipse scriptum reliquit) et codices illius nomen præferentes, et stylus (haud multùm fortasse a Synonymis abludens) et Sigeberti testimonium optimo viro persuaserant. Nos (ne quid dissimulemus) hoc fuisse opus illud credimus, quod Isidori ipsius ætate Ioan. Chrysostomi nomine ferebatur. Sic enim ille de Chrysostomo in libro de viris illustrib.* †133. D
Ad personam quoq; cuiusdam nobilissimæ matronæ Gregoriæ reperitur opus eius insigne de cõuersatione vitæ, & institutione morũ, siue de cõpugnantia virtutũ, & vitiorum. *Ergo scripturarũ varietates tam*

Universidad de Deusto
Biblioteca

multas interpretibus potius, quàm librarijs adscribemus. De epilogo verò, qui apud Ambrosium breuior, in nostris aliquantò productior, apud Augustinũ multò est longior; non est, quod laboremus, nam constat esse alienum, haud minus, quàm inscriptionẽ ad Simplicianũ in Ambrosiana editione. Neq; ex additamento coniecturam de auctore facere Louanienses Theologi debuerunt.

14 *Idem* Expositionem in Canticum Salomonis *in vno tantũ manuscr. libro repertam correxit ex Bedæ commentarijs, quos ille ex hoc fonticulo exuberasse autumabat. Caussamq; addidit, cur Isidoro rectè adscripta sit. Reperisse enim se in veteri quadam Braulionis prænotatione operum Isidori verba hæc, quæ vulgo desiderentur:* Moralium libros B. Gregorij Papæ rogatu compendiosè abbreuiauit: Cantica Canticorum facunda expositione elucidauit: quartam editionem Psalterij edidit; super libros Moysi, & Psalterium, & quattuor Euangelia expositioni non minimo insudauit studio. In Canonico quoque, & Ciuili iure permaxima composuit instrumenta. *Sed ne hæc quidem verba breuissimæ expositioni satis conueniunt. Est enim multò breuior ea Iusti Vrgellitani expositione, quæ Isidoro ipsi valde breuis visa est. Quid si ex Beda excerpta? Hos duos libellos, quod de auctore non satis liqueret, extremos fecimus.* †126.D

15 Contra Iudæos *libros duos ex VII. ms. codicib. emendauit, annotationesque addidit Ioannes Mariana è Societate Iesu; Idem in* Procœmiorũ *libro ex totidem ms. Idem in* Synonymis *ex decem exemplarib. restituendis, & illustrandis præstitit.*

16 De Ecclesiasticis officijs *libros nos ex vetustissimo codice Albaildensi (quòd concilia plura, aliaq; nonnulla contineat) ab alijs iam nobilitato, probè, vt speramus, refecimus. Neque tamen optimus codex non sæpe inuandus nostro labore fuit, conquisitis auctorum locis, è quibus fuerat id opus concinnatum. Habuimus præterea exemplar aliud è collegio Complutensi.*

17 Regulam monachorum, *in codice tantum vno prius repertam, admodum deprauatam P. Chacon ex Smaragdo, & libro sententiarum Patrum bona ex parte direxerat; cuius operam nos alterum codicem nacti, & quidẽ Longobardicum, sed & ipsum tamẽ mendis oppidò deformem, permultùm proueximus.*

18 *Atque hæc de singulis libris. In vniuersis verò id præ oculis habendum: excerpta esse pleraque. Id enim præ se tulit sanctissimus vir; cauit etiam aliquando*, ne ad culpæ suæ titulum referrentur, de quibus testificatio adhiberetur auctorum. *Quæ testificatio, cum neque ab ipso tam sæpe, quàm nunc esset necesse, neque à nobis fuerit adhibita aut adhiberi etiam, ereptis auctoribus nonnullis, quibus ille est vsus,* *324.3

vllo

vllo modo potuerit: cohibebit se (si me audiet lector) ne dum diligentissimum scriptorem negligentiæ alicuius arguit, audaciæ, temeritatisq; crimen incurrat, de quo et ab alijs, & à se ipso fortasse non multò post sit ipse condemnãdus. Nam sunt etiam, quæ proposuisse tantùm, non etiam dijudicasse (neq; id nullo, sed Hieronymi, atque aliorum exemplo) sit existimandus. Cuiusmodi sunt in historia, quæ de trium capitulorum defensoribus in Theodoro Mopsestueno, in Facundo, in Iustiniano Imperatore, atque in Victore Tunnensi ex ipso Victore narrauit. Qualia fortasse fuerint, quæ in libro de ortu, & obitu Patrum à grauissimis viris notata sunt, vt Isidoro indigna. Quorum auctor alius quærendus potius fuit, quàm liber abijciendus, qui SS. Ildefonsi, et Braulionis auctoritate niteretur. Quibus addas licet, me lubente, quæ de Ossij Cordubensis exitu ex Marcellino refert. Neque id mirum videri debebit ei, qui libro V. Etymologiar. cap. vltimo Ætate IV. sub Dauid Carthaginẽ conditam, eandemq; multis post annis sub Amasia rursus conditam aspiciat. Quæ tamen de rem Chronico sibi cauit. Subiecit enim in Amasia, Carthaginem hoc tempore quidam asserunt conditam: alij verò superiùs. †126.D 96.B 96.C †100

19 *Quo de genere sunt etiam alia quædam in Etymologijs: non illa quidam magni momenti: sed interdum etiam secum ipsa pugnatia; vt quod exsul scribendum sit, non exulat contra exultat non exsultat. Atqui illud e Terentio Scauro, hoc è Verrio Longo sumptum videri possit: quod satis esse debebit.* 18.

20 *Malitiosè & impiè adiecta credimus, quæ de præfinitione extremæ diei cap. VI. expositionum in Genesim abesse prorsus à quibusdam exẽplaribus, in alijs importunè repeti admonuimus. Nisi hæc quoq; non de suo, sed de aliorum sensu relata, propositaq; cum doctissimo viro mauis. Sed huiusmodi vix aliud reperias: vt libros omnes inoffenso pede possis decurrere.* *123.20

21 *Detracta etiam quædam suspicamur, vt quod paullò ante de S. Herminigildi martyrio diximus.* §.8

22 *Typographorum culpas omnes præstare, vix eius sit, qui ætatem in hoc vno labore contriuerit, preloq; affixus perpetuò hæserit. Nos huius rei inexperti, alijsque difficultatibus impediti obniti tantũ non potuimus. Quod superest, ne qua maioris negotij restent, in quibus labi, aut hærere possis, quin de ijs admonerere, sedulò curauimus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. BRAVLIONIS
CAESARAVGVST. EPISCOPI
Prænotatio libror. D. Isidori.

ISIDORVS vir egregius, Hispalensis Ecclesiæ Episcopus, Leandri Episcopi successor, & germanus, floruit à tempore Mauritij Imperatoris & Reccaredi Regis: in quo quiddam sibi antiquitas vindicauit, immo nostrum tempus antiquitatis in eo scientiam imaginauit: vir in omni locutionis genere formatus, vt imperito, doctóque secundum qualitatem sermonis existeret aptus, congrua verò opportunitate loci incomparabili eloquentia clarus. Iam verò quantus sapientia fuerit, ex eius diuersis studijs, & elaboratis opusculis perfacilè prudens lector intelligere poterit. Deniq; de ijs, quæ ad notitiam nostram venerunt, ista commemoraui. Edidit libros Differentiarum duos, in quibus subtili discretione ea, quæ confusè vsu proferuntur, sensu discreuit. Proœmiorum librum vnum, in quo, quid quisque liber sanctæ contineat scripturæ, breui subnotatione distinxit. De ortu & obitu Patrum librum vnum: in quo eorum gesta, dignitatem quoque & mortem eorum, atque sepulturam sententiali breuitate subnotauit. Ad germanum suum Fulgentium, Episcopum Astigitanum officiorum libros duos: in quibus originem officiorum, cur vnumquodque in ecclesia Dei agatur, interprete suo stylo non sine maiorum auctoritate elicuit. Synonymorum libros duos: quibus ad consolationem animæ, & ad spem percipiendæ veniæ, intercedente rationis exhortatione, erexit. De natura rerum ad Sisebutum Regem librum vnum: in quo tam de Ecclesiasticorum Doctorum, quã etiam de philosophorum indagine obscura quædam de elementis absoluit. De numeris librum vnum: in quo Arithmeticam propter numeros Ecclesiasticis scripturis insertos ex parte tetigit disciplinam. De nominibus Legis, & Euangeliorum librum vnum: in quo ostendit: quid memoratæ personæ mysterialiter significent. De hæresibus librum vnum: in quo maiorum sequutus exempla, breuitate qua potuit, diffusa collegit. Sententiarum libros tres, quos floribus ex libris Papæ Gergorij moralibus decorauit. Chronicorum à principio mundi vsque ad tempus suum, librum vnum nimia breuitate collectum.

Contra

Contra Iudæos, postulante Florẽtina germana sua proposito virgine, libros duos: in quibus omnia, quæ fides catholica credit, ex Legis & Prophetarum testimonijs approbauit. De viris illustribus librum vnũ. Cui nos ista subiũximus: Monasticæ regulæ librum vnum, quem pro patriæ vsu, & inualidorum animis decentissimè temperauit. De origine Gothorum, & regno Sueuorum, & etiam Vvandalorum historia librum vnum. Quæstionum libros duos, quos qui legit, veterum tractatorum multam supellectilem recognoscit. Etymologiarum codicem nimia magnitudine, distinctum ab eo titulis, non libris: quem quia rogatu meo fecit, quamuis imperfectum ipse reliquerit, ego in viginti libros diuisi. Quod opus omnimodo philosophiæ conueniens quisquis crebra meditatione perlegerit, non ignotus diuinarum humanarumque rerum scientia meritò erit. Ibi redundans diuersarum artium elegantia, vbi, quæcunque fere sciri debentur, restricta collegit. Sunt & alia eius viri multa opuscula, & in ecclesia Dei multo cum ornamento inscripta. Quem Deus post tot defectus Hispaniæ nouissimis temporibus suscitans (credo ad restauranda antiquorum monumenta, ne vsquequaque rusticitate veterascceremus) quasi quandam apposuit destinam. Cui non immeritò illud philosophicum à nobis aptatur: Nos, inquit, in nostra vrbe peregrinantes, errantesque, tanquam hospites, tui libri, quasi domum, reduxerunt: vt possimus aliquando, qui, & vbi essemus, agnoscere. Tu ætatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam publicamque disciplinam, tu sedium, regionum, locorũ, tu omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Quo vero flumine eloquentiæ, & quot iaculis diuinarum scripturarum, seu Patrum testimonijs Acephalitarum hæresim confoderit; Synodalia gesta coram eo Hispali acta declarant. In qua contra Gregorium præfatæ hæresis antistitem eam asseruit veritatem. Obijt temporibus Heraclij Imperatoris, & Christianissimi Chintilani Regis, sana doctrina præstantior cũctis, & copiosior operibus charitatis.

EX

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX S. ILDEFONSI TOLETANI EPISCOPI

Libro de viris illustribus.

ISIDORVS post Leandrum fratrem Hispalensis sedis prouinciæ Bethicæ cathedram tenuit: vir decore simul & ingenio pollens: nam tantæ iucũditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, vt vbertas admiranda dicendi ex eo in stuporem verteret audientes, ex quo audita bis, qui audisset non nisi repetita sæpius commendaret. Scripsit opera, & eximia, & non parua, id est, librum de ortu & obitu Patrum: librum lamentationis, quem ipse synonymorum vocauit: libellos duos ad Florentinam sororem contra nequitiam Iudæorum: librum de natura rerum ad Sisebutum Principem: librum differentiarum: librum sententiarum. Collegit etiam de diuersis auctoribus quod ipse cognominat, Secretorum expositiones sacramentorum: quibus in vnum congestis, idem liber dicitur Quæstionum. Scripsit quoque in vltimo ad petitionem Braulionis Cæsaraugustani Episcopi librum Etymologiarum, quem cum multis annis conaretur perficere, in eius opere diem extremum visus est concluſisse. Floruit temporibus Reccaredi Liuuanis, Vvitterici, Gundemari, Sisebuti, Suinthilanis, & Sisenandi Regum: annis fere quadraginta tenens Pontificatus honorem, insignemque doctrinæ sanctæ gloriam pariter & decorem.

EX

EX SIGEBERTI GEMBLACENSIS

Libro de viris illustrib.

ISIDORVS iunior, Hispalensis Episcopus, multa scripsit. Scripsit ad Braulionem Episcopum xx. libros Etymologiarũ. Scripsit librum Proœmiorum de libris veteris, & noui Testamenti, quos in Canonẽ recepit Ecclesia Catholica. De ecclesiasticis officijs ad Fulgentium. De ortu, vita, & obitu Sanctorum Patrum, qui in Scriptura laudibus efferuntur. Ad Orosium librum de significationibus nominum. Ad Sisebutum librum de natura rerum. Scripsit & librum de differentijs verborum, librum de proprietate rerum; librum sermonum; librum Ecclesiasticorum dogmatum. Scripsit Synonyma, vbi inducũtur duæ personæ; vna hominis plangentis, altera rationis admonentis. Scripsit & lamentum pœnitentis, distinctum alphabeto, addita oratione. Scripsit de conflictu virtutum & vitiorum librum vnũ. De mysterijs Saluatoris librum vnum. Totum vetus Testamentum simpliciter exponendo percurrit. Scripsit, & alia seculari litteraturæ competentia, quæ commemorare nihil ad nos.

OBI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

OBITVS B. ISIDORI A REDEMPTO CLERCO Recensitus.

VISVM est mihi, vt tuæ Sanctitati breuiter exponerem, qualiter bonæ recordationis Dominus meus Isidorus Hispal. Ecclesiæ Metropolitanus Episcopus pœnitentiam acceperit, suamque cõfessionem erga Deum, vel homines habuit: vel quomodo de hoc seculo ad cælum migrarit, fideli prænotationis meæ stylo, tuæ Dilectioni notescerem. Quæ res me primùm compulit pro hac sollicitudine, quam ex amore in eum offertis, vestræ Charitati gratias agere: deinde, quia vera suprimere nequeo, & quod de eo, pauca de multis, colligere potui, te orante, dicere cogor. Dum finem suũ, nescio qua sorte, iam prospiceret, & fatigatum corpus ægritudine assidua subtiliter animæ natura præuideret: tantam eleemosynam quotidianis diebus per sex penè menses, seu amplius, plusquam erat solitus pauperibus ab eo est erogata, vt oriente sole, vsque in vesperum multis illis in accipiendam maneret substantiam. Post hæc vulnere percussus est, ita vt, dum febris in corpore conualesceret, & cibum reijceret debilitatus stomachus. Ad pœnitentiam conualuit, atque suos Coepiscopos Ioãnem scilicet, & Aparcium beatissimos mox adesse fecit præsentes. Et, dum à cellula sua ad basilicam sancti Vincentij Martyris adduceretur, cuncta agmina pauperum clericorum, religiosorum omnium, cunctarumq; huius ciuitatis plebium cum vocibus, & magno vlulatu eum susceperũt, vt si ferreum possideret quispiam pectus, solueretur mox in lacrymas, & lamentum totus. Et, dum in prædicti Martyris basilicam iuxta altaris cancellum in medio poneretur choro, mulierum turbas longiùs stare præcepit: vt in accipiendo ipse pœnitentiam, virorum tantùm, non illarum, circa eum cerneretur præsentia. Et, dum à prædictis sacerdotibus ab vno cilicio, ab altero super se mitti ★ exponere cinerem, expandens manũ ad cælum, ita exorsus est dicens. Tu Deus, qui nosti corda hominum, & publicano longè posito, dum pectus percuteret suum, dimitti peccata dignatus es; qui Lazarum dormientem de monumento post resolutionem carnis die quarta dignatus es resuscitare, & Abrahæ Patriarchæ sinus eum reciperet,

voluisti

voluisti; suscipe in hac hora confessionem meam, & peccata, quæ innumerabiliter contraxi, ab oculis differ tuis: non reminiscaris mala mea, & iuuentutis delicta ne memineris. Tu, Domine, non posuisti pœnitentiam iustis, qui non peccauerunt tibi: sed mihi peccatori, qui peccaui super numerum arenæ maris. Nõ inueniat in me hostis antiquus, quod puniat. Tu scis, quia postquam infelix ad onus istud, potius quàm ad honorem, in hanc sanctam Ecclesiam indignè perueni, peccare nunquam siniui; sed, vt iniquè agerem, laboraui. Et, quia tu dixisti, in quacunque hora peccator à vijs suis reuerterit, omnes iniquitates suas traderes obliuioni: huius præcepti memor sum tui. Clamo vtique cum spe, & fiducia ad te, cuius cælos aspicere non sum dignus præ multitudine peccatorũ, quæ conuersantur in me. Adesto, & suscipe orationem meam, & mihi peccatori dona veniam postula tam. Quòd si cæli non sunt mundi in conspectu tuo, quantò magis ego homo, qui bibi, quasi aquas, iniquitatẽ, & sumpsi, vt colostra, peccatum. His igitur consummatis, corpus & sanguinem Domini cum profundo gemitu cordis, indignum se iudicans, ab ipsis suscepit Pontificibus. Deinde eorundem sacerdotum, &, quicũq; de clero erant, ciuium cunctarumque plebium veniam precabatur, dicens: Deprecor, vos, sanctissimi Domini mei sacerdotes, sanctamque congregationem clericorum, & populi: vt pro me infelici & pleno omni sorde peccati ad Dominum vestra porrigatur oratio: vt qui meo merito Dei non sum dignus impetrare clementiam, intercessu vestro merear consequi meorum veniam delictorum. Dimittite mihi, obsecro, indigno, quod in vnumquemque commisi vestrum: si quem cõtempsi odio, si quem reieci impiè charitatis consortio, si quem maculaui cõsilio, si quem læsi irascendo: dimittite nunc petenti, immo & pœnitenti. Et, dum vna voce omnes pro eo indulgẽtiam postulassent, & vnicuique debiti sua vincula, vel chirographa condonassent: circunstantes iterum admonuit, dicens: Sanctissimi Domini mei Episcopi, & omnes, qui adsunt, rogo, & obsecro: vt charitatem inuicẽ vobis exhibeatis, non reddentes malum pro malo: nec velitis esse susurro in populo: nõ inueniat in vobis hostis antiquus, quod puniat: non reperiat à vobis relictum lupus rapax, quem auferat: sed potius ereptam ab ore lupi ouem pastor suis humeris congaudens reportet ad hanc caulam. Igitur post hanc confessionem, vel orationẽ, residuam egenis & pauperibus mox dari iussit pecuniam. Cui tamen fideli sit dubium, vt nõ statim, dimisso omni facinore, associaretur societatibus Angelorum? Interea se ab omnibus osculari studuit dicens. Si ex toto corde dimiseritis ea, quæ in vos aduersa vel praua vsq; hactenus intuli; dimit-

tet

tet vobis Creator omnipotens omnia delicta vestra; ita vt sacri fontis vnda, quam hodie deuotus est populus percepturus, sit vobis in remissionem peccatorum, & hoc osculum inter me, & vos maneat in testimonium futurorum. Completis his omnibus, ad cellulam reductus est, & post diem confessionis, vel pœnitentiæ quartum pastoralem iugiter curam & finem suum consummauit in pace, Amen. Sub die pridie Kalend. April. Luna *XIX.* Æra *DCLXXIV.*

EX CONCIL. TOLETAN. VIII.

v. t. 2. p. 1

CAP. II.

NOstri quoque seculi Doctor egregius, Ecclesiæ Catholicæ nouissimum decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione nõ infimus, & (quod maius est) in seculorum fine doctissimus, atque cum reuerentia nominandus, Isidorus.

OBI-

CANONES EX D. ISIDORO
Apud Gratianum.

CAnon.	d. 3	Omne genus.	22. q. 2
Canones generalium.	d. 15	Omnes leges.	d. 1
Canones, qui.	d. 16	Omnis autem.	d. 3
Christiani.	d. 34	Paruuli *de conse.*	d. 4
Cleros.	d. 21.	Pauper.	12. q. 2
Coniuges.	27. q. 2	Perlectis.	d. 25
Consanguinitas.	35. q. 4	Plebiscita.	d. 2
Constat Baptisma, *de conse.*	d. 4	Post Pascha.	d. 76
Constitutio.	d. 2	Primo gradu.	35. q. 5
Consuetudo.	d. 1	Principes seculi.	23. q. 5
Cum excommunicato.	11. q. 3	Priuilegia.	d. 3
Domino sancto.	d. 50	Quacunque arte.	22. q. 5
Erit autem.	d. 4	Quædam etiam.	d. 2
Factæ sunt.	d. 4	Quidam autem.	24. q. 3
Fœminæ.	30. q. 5	Qui scelerate, *de conse.*	d. 2
Fuerunt autem.	d. 7	Qui in materno, *de conse.*	d. 4
His igitur.	d. 23	Quicunque.	20. q. 1
Hoc ipsum.	33. q. 2	Qnicunque.	27. q. 2
Ideo prohibetur.	d. 37	Quod conditio.	27. q. 1
In malis.	22. q. 4	Quos Deus.	33. q. 2
Irrisor, *de pœnitentia.*	d. 3	Raptus est.	27. q. 2
Ius autem.	d. 1	Raptus quoque.	37. q. 1
Ius ciuile.	d. 1	Regula.	d. 3
Ius gentium.	d. 1	Responsa.	d. 2
Ius militare.	d. 1	Rhodiæ.	d. 2
Ius naturale.	d. 1	Romanus Pontifex, *de conse.*	d. 3
Ius publicum.	d. 1	Sanè consanguinitates.	35. q. 3
Ius Quiritium.	d. 1	Satyra verò.	d. 2
Iustum est bellum.	23. q. 2	Sciendum.	d. 29
Iustum est, Principem.	d. 9	Senatus consultum.	d. 2
Lex est constitutio scripta.	d. 1	Series consanguinitatis.	35. q. 5
Lex est constitutio populi.	d. 2	Sicut viri.	d. 40
Liberi dicti.	32. q. 4	Si is, qui præst.	11. q. 3
Mos est.	d. 1	Si in plebibus.	d. 63
Moyses.	d. 7	Si Presbyter.	1. q. 1
Non est contra.	22. q. 1	Si quis Diaconus.	d. 50
Non est obseruandum.	22. q. 4	Si quis præuentus.	22. q. 4
Non est peccatum.	d. 6	Sortilegi.	26. q. 1
Non mœchaberis.	32. q. 5	Valet interdum.	d. 81
Non potest.	32. q. 5	Vsus auctoritati.	d. 11
Non solum.	32. q. 7		

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCRIPTORES A D. ISIDORO
Vel citati, vel quibus maximè videatur vsus.

Æmilius Macer.
Afranius.
Ambrosius.
Apuleius.
Arati cométaria Latinè.
Aristoteles.
Atta.
A. Gellius.
Boethius.
Braulio.
Cæcilius.
Cælius Aurelianus.
Caius Iurisc.
Cassianus.
Cato.
Catullus.
Cicero.
Cinna.
Clemens I.
Columella.
Cornelius Tacitus.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hierosolymitanus.
Dionysius Lintius.
Dioscorides.
Donatus Grammaticus.
Donatus in Terentium.
Dracontius.
Ennius.
Epiphanius.
Eusebij Chronicon.
Eutropius.
Festus Pompeius.
Flauius.
Frontinus.
Fronto.
Fulgentius.
Gennadius.
Grachus in Mæuium.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzen⁹.
Hegesippus.
Hieronymus.
Hilarius.
Hippolytus de cyclo Paschali.
Horatius Flaccus.
Hyginus de limitibus agrorum.
Hyginus Astronom.
Innocentius I.
Ioãnes Chrysostomus.
Iulius Africanus.
Iulius Atticus.
Iustiniani Institutiones.
Iustinus.
Iuuenalis.
Lactantius.
Leo Papa I.
Liuius.
Lucanus.
Lucilius.
Lucretius.
Macrobius.
Martialis.
Monatius, vel Matius.
Næuius.
Nazarius in Panegyr.
Nigidius.
Nonius Marcellus.
Origenes.
Ouidius.
Pacuuius.
Palladius.
Papinius.
Paulinus.
Paulus Iurisconsultus.
Paulus Orosius.
Persius.
Plautus.
Plinius.
Prosper Aquitanicus de Cyclo Paschali.
Prudentius.
Publius.
Quintilianus.
Rhemius Palemon de ponderibus.
Saluius.
Sallustius.
Sedulius.
Sergius.
Seruius Grammaticus.
Seruius Honoratus.
Siculus Flaccus.
Solinus.
Statius.
Suetonius Tranquillus.
Terentianus.
Terentius.
Tertullianus.
Theophilus Alexand. de Cyclo Pasch.
Turpilius.
Valgius.
Varro.
Victorinus de cyclo Paschali.
Virgilius.
Vitruuius.
Vlpianus.

AD

AD ETYMOLOGIARVM LIBROS,

IO. GRIAL.

ORIGINES *verborum qui tradunt, siue se intra Grammaticorum fines contineant, siue philosophãdi studio latius euagentur, siue vtrũque (quod S. Isidorus fecit) sequantur; periculosa tractant plenum opus aleæ. Id quod nõmodò Plato & Varro, Stoiciq; (quos huius rei perstudiosos fuisse è Cicerone nouimus) sed grauissimi quique è nostris nimiùm experti sunt. Neq; tamen ipsorum culpa; sed eorũ vitio, qui, quid illi spectarint, non sunt satis assecuti. Cuius rei caput illud est præcipuũ; quòd cum vniuscuiusq; verbi (vt ait Varro) naturæ sint duæ; à qua re, & in qua re vocabulũ sit impositũ: illudq; spectare Grãmatici, hoc magis sit Philosophi: priorem illam rationem ingressis, huicq; disciplinæ (quæ Ἐτυμολογικὴ dicitur) insistentibus multi difficiles se, & morosos identidẽ exhibent; dum ad syllabas & litteras omnia reuocantes, si quid paullulum deerrarit, id vt dissimulent, imperare sibi non possunt. At qui alterum genus, (quod περὶ συμαινομένων idem Varro nominat) sibi proponunt; dum rebus ipsis edocendis, atque oculis subijciendis intenti, occasionem tantùm in vocibus captant, neque tam verbis, quàm rebus lucem inferre student; ij verò, dum parum Grammaticos videri se negligunt, in minus eruditorum opinionem incurrunt: cum sint maxima ex parte illis ipsis, qui artem hanc vnam profitentur, ea in ipsa longè sollertiores, modò animum ad eam rationem adhibeant, quam serio se nosse dissimulant. Quis enim credat, quæ res minutissimis Grammaticis obuia sint, eas doctrinarum omnium parentes ac repertores vsque adeo fugisse, vt se deridendos leuissimis hominibus tam sæpè propinarint? An erit, qui, Ciceroni tumultum timorem multum, Sulpitio testamentum mentis testationẽ, Tertulliano limum liquorem optimum fuisse, persuasum habeat? Aut qui Syluestrum, & Romanæ Synodi Patres curiam à cruore dictam existimasse arbitretur? Nam ex Platone, Varrone, Hieronymo exempla congerere superfluum. Cum duo priores iam olim ea de re vulgò malè audiant: Hieronymus verò culpam hanc (si modo culpa est) ita agnoscat, vt sibi ipse ignoscat; neque enim aliter toties illam in se admitteret, Græcis, & Latinis nominibus Hebraicas notationes (vt ipsius vtar verbo) tam violenter assignãs. Lusisse, inquies,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquies, grauissimos viros? Nõ nego. Illud aio assecutos, vt, cum lusisse existimari voluerint, turpiter labi minus prudentibus hominibus videantur. Sed rursus eos, siue lusus, siue ineptias appellent; non carere fructu, & vtilitate dico. Nam, quin res aut inuolutas explicent, aut obscuras in apertũ producãt, aut quæ nota, manifestaq́ sint, acriùs vt sensus irritent, faciãt, æquus harũ rerum æstimator negabit nemo. Mantum (quod indumentum Hispanicum dicit esse Suidas) Isidorus, quòd manus tegat tantum, nominatum vult. Quæ notatione profusiore nos ea veste nunc vti ostendit, vt pote quæ non manus solùm, sed pedes quoq́ iam tegat. Loricam nouerat è Seruio suo (neque enim librum aliũ tam legendo triuerat) tegmẽ esse de loro factum. Loris carentem dixisse maluit; vt à lorica, quæ iam olim exoleuisset, ad circulis consertam ferreis lectoris animum, oculosq́ conuerteret. Sexcenta sunt huiusmodi. De definitionibus qui scripsere, cum vnam, quæ rei naturam proximè attingat, veræ definitionis nomine dignentur, tamen reliquas ita non fastidiunt, vt earum plurima genera sedulo conquirant (nam quindecim, aut ijs etiã plura Victorinus, & Boethius prodidere) notationum, quæ verborum enodationes, descriptionesq́ sunt, conceptiones varias, cur tantopere auersentur, si quaras: caussam quam afferant? Nisi forte, id se indignari, quod aberrationes huiusmodi in verborum, quàm in rerum lusu magis appareant. At minori apparent cum periculo, non minori interdum cum fructu. Vt, si qua in re, in hac planè verum sit, quod ait Flaccus: ridiculum acri, fortiùs & meliùs magnas plerumq́ secat res. Sed ad Isidorum redeamus. Qui, cum omne scriptorum genus diligentissimè peruolutaret: optimum ratus, si parum eruditi seculi hominibus breuem facilemq́ viã ad disciplinas omnes aperiret: vt simul & rerum, & verborum notitiam traderet, quaque liceret, in ipsis vocibus hærere omnia ostenderet; nihil aptius visum, quàm si vocum enucleandis notionibus, et proprius earum vsus ostenderetur, & rerum ijsdem subiectarum, audito sono, obuersaretur ante oculos, maneretque veluti spectrum quoddam, atque simulacrum. Quod cum faceret, plurimas quidem siue origines, siue explicationes, è veteribus scriptoribus desumpsit; sed neque veritus est ipse illorum exemplo (quod bonum sibi esset, atque commodum) nouas quoque proferre, consimiliq́ ludo ludere. Eorum, inquam, exemplo, quorum æmulari exoptauit negligentiam, non admodum curans leuium criticorum obscuram diligentiam. Qui, si, quid in eo carperent, attendissent, minùs sæpe, minùsque audacter in illum sæuirent. Ridiculi enim planè ipsi sunt, cum ea multoties rident, quæ illorum, quos ipsi venerantur, quosque hic noster auctores habuit, bona ex parte fuisse reperiuntur. Quos spero foreiam æquiores, cũ multa, quæ, quasi Isidoriana, cachinno excipiebant, vetustioribus auctoribus reddita videbunt. Quòd si hoc opus, aut perfecisset D. Isidorus, aut non dãnis auxissent maximis lectores: non diffideremus fortasse omni illum propemodum

modum culpa liberare. Testatur enim ex veteris lectionis recordatione collectum: aliorum autẽ vitia præstare nolle se, diserte ipse profitetur. Nunc verò, cum auctoris summa abfuerit manus, interpolaritque hæc, & digesserit (vt quibusdam videtur) Braulio; lectores, quod in hoc volumine satis magnam, satisque lautam librorum supellectilẽ per id tempus sibi esse ducerent, quidquid aliunde posset, huc congererent; librarij, quidquid illitũ chartarũ margini cernerent, pro se quisque certatim in contextum inferrent; cuius audacia (an impietatis potius dicam?) tam multis aliorum delictis ad Isidori inuidiam abuti? Sed, vt quid in eo reprehendant, videamus, accusationis capita proposuisse fuerit operæpretium. Vocibus (inquiunt) Latinis Græcas, Græcis Latinas origines tribuit. Quæ priora sunt, è posterioribus oriri vult. Orthographiæ rationem nullam ducit. Quæ verborum productiones sunt, in stirpibus, et radicibus numerat. Pro certis originibus origines alias, quæ significationibus, subseruiant arbitrio suo supponit. Ad hanc opinor summam crimina omnia referri. Quæ nisi communia illi cum optimis auctoribus ostendero, non causßam dico, quin, quod meritus est, ferat. Sed pluribus exemplis nõ vtar: quòd indicatis locis, facile sibi quisque ingẽtem sylluam comportare possit. Artem, et oratorem Latinas esse voces ambigit nemo. At artem Donatus ἀρετὴν, oratorem ἀρατῆ ex voluit esse Festus. Quàm multa eodem modo Varro ex ijs etiam, quæ in vtroque agro (vt ait ille) non serpunt? Quid? qui ex nostris Iesum ἰάσιν, Cephas κεφαλὴν esse dixerunt, quorum nominum certas origines, et interpretationes ex Euangelio nouerant? At qui viri? Quattuor à figura quadrata deduxit Isidorus, cum quadratum è quattuor oriri rectum simplexque videatur. Nonne eius eodem modo à iustitia traxit Vlpianus: Orthographiæ rationem nullam ducit. Quid: qui hortum ab oriẽdo, aut hederam ab edendo, aut ab harendo dictam docet? At is est Festus Pompeius. Cui verò productiones prostirpibus non sint, vt Sulpitio in testamento, Aquilio in postliminio; eorum, qui in hoc ludo se exercuerunt, arbitror omnino fuisse neminem. Quid illis facias, qui de originum suppositionibus, quo significationes magis appareant, queruntur? nisi Grammaticorum inter iubeas plorare cathedras? Nam cum sinistrum, quantum ad auguria attinet, & Senatorem, quantum ad agendi facultatem, vtrumque à sinendo trahit Seruius; nonne aliud veriloquium sciens, prudensque dissimulat? Quid: quod nonnumquam ita fieri res ipsa cogit. Germanum negat esse Varro de eodem germine, sed de eadem genetrice manantem. Quid cum dignitati, vel honestati seruiunt, aut melius aliquid innuunt, quàm voces præ se ferant? Ignorabat idem Varro, culinam, quam in postica domus parte fuisse dixerat, à postica animalis parte dictam? A colendo ignem duxisse maluit. Obscurum Isidoro fuerat, medicinam à medendo oriri? A modo defluxit; vt, eius qualis vsus esse deberet, ostẽderet. Sed instant clamoribus, atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrgent; etymologias, veriloquiaq;, quæ neque etymologia, neque veriloquia sint, appellari nequaquam debuisse; itaque neque etymologiarum nomine libros fuisse præscribendos. Quasi non ἀλάζων μάρτυς ἡ ἐτυμολογία *à Galeno dicta sit? Sed laborasse planè videtur sanctissimus vir, vt opus longè vtilissimum, & (vt illa ferebant tempora) immensi laboris, exiguè admodum, et (vt ita dixerim) exiliter indicaret. Itaque rerum plurimarum doctrina refertos cõmentarios, quasi nomina sola continerent, Etymologiarum libros appellari voluit; aut certè, cum longiùs progressus est, opus de quarundam rerum origine ad Braulionem mittere se scribit. Qua præscriptione quid verecundius, aut modestius excogitari potuit? Ergo id ille consecutus est, vt posteri non quarundam, sed omnium (prope dixerim) rerum, ac verborum ab his libris habere se cognitionem ad hæc vsque tempora perpetuò agnouerint, & magna voce prædicauerint.*

INDEX

INDEX CAPITVM
in libris Etymologiarum.

LIBER PRIMVS.

De Grammatica.

De disciplina. Cap. 1.
De septem liberalibus disciplinis. 2
De litteris communibus. 3
De litteris Latinis. 4
De grammatica. 5
De partibus orationis. 6
De nomine. 7
De pronomine. 8
De verbo. 9
De aduerbio. 10
De participio. 11
De coniunctione. 12
De præpositione. 13
De interiectione. 14
De voce. 15
De syllaba. 16
De pedibus. 17
De accentibus. 18
De figuris accentuum. 19
De positura. 20
De notis sententiarum. 21
De notis vulgaribus. 22
De notis iuridicis. 23
De notis militaribus. 24
De notis litterarum. 25
De notis digitorum. 26
De orthographia. 27
De analogia. 28
De etymologia. 29
De glossis. 30
De differentijs. 31
De barbarismo. 32
De solœcismo. 33
De vitijs. 34
De metaplasmis. 35
De schematibus. 36
De tropis. 37
De prosa. 38
De metris. 39
De fabula. 40
De historia. 41
De primis auctoribus historiarum. 42
De vtilitate historiæ. 43
De generibus historiæ. 44

LIB. II.

De Rhetorica, & Dialectica.

De rhetorica & eius nomine. Cap. 1
De inuentoribus rhetoricæ artis. 2
De nomine oratoris & partibus rhetoricæ. 3
De tribus generibus cauſſarum. 4
De gemino ſtatu cauſſarum. 5
De tripertita controuerſia. 6
De quattuor partibus orationis. 7
De quinque modis cauſſarum. 8
De ſyllogiſmis. 9
De lege. 10
De ſententia. 11
De cataſceue & anaſceue. 12
De proſopopœia. 13
De ethopœia. 14
De generibus quæſtionum. 15
De elocutione. 16
De trimodo genere dicendi. 17
De colo, commate, & periodis. 18
De vitijs litterarum, & verborum, & ſentẽtiarum cauendis. 19
De iunƈturis verborum. 20
De figuris verborum & ſententiarũ. 21
De dialectica. 22
De differentia dialecticæ & rhetoricæ artis. 23
De definitione Philoſophiæ. 24
De iſagogis Porphyrij. 25
De categorijs Ariſtotelis. 26
De perihermenijs Ariſtotelis. 27
De ſyllogiſmis dialecticis. 28
De diuiſione diffinitionum ex Marij Victorini libro abbreuiata. 29
De topicis. 30
De oppoſitis. 31

LIB. III.

De quattuor diſciplinis Mathematicis.

De vocabulo arithmeticæ diſciplinæ. Cap. 1
De auƈtoribus eius. 2
Quid ſit numerus. 3
Quid præſtent numeri. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX

De prima diuisione pariũ, & impariũ. 5
De secunda diuisione totius numeri. 6
De tertia diuisione totius numeri. 7
De differentia arithmeticæ, geometriæ, & musicæ. 8
Quod numeri infiniti existunt. 9
De geometriæ inuentoribus, & vocabulo eius. 10
De quadripertita diuisione geometrię. 11
De figuris geometriæ. 12
De principijs geometriæ. 13
De numeris secundum geometriam quęrendis. 14
De musica & eius nomine. 15
De inuentoribus eius. 16
Quid posit musica. 17
De tribus partibus musicæ. 18
De triformi musicæ diuisione. 19
De prima diuisione musicæ, quæ harmonica dicitur. 20
De secunda diuisione, quæ organica dicitur. 21
De tertia diuisione, quæ rithmica nuncupatur. 22
De musicis numeris. 23
De astronomia. 24
De inuentoribus eius. 25
De institutoribus astronomiæ. 26
De differentia astronomiæ, & astrologiæ. 27
De astronomiæ ratione. 28
De mundo, & eius nomine. 29
De forma mundi. 30
De cælo, & eius nomine. 31
De situ sphærę cælestis. 32
De motu eiusdem. 33
De cursu eiusdem sphæræ. 34
De celeritate cæli. 35
De axe cæli. 36
De cælestibus polis. 37
De cardinibus cæli. 38
De conuexis cæli. 39
De ianuis cæli. 40
De gemina cæli facie. 41
De quattuor partibus cæli. 42
De hemisphærijs. 43
De quinque circulis cæli. 44
De zodiaco circulo. 45
De candido circulo. 46
De magnitudine solis. 47
De magnitudine lunæ. 48
De natura solis. 49
De cursu solis. 50
De effectu solis. 51
De itinere solis. 52
De lumine lunæ. 53
De formis lunæ. 54
De interlunio lunæ. 55
De cursu lunæ. 56
De vicinitate lunæ ad terras. 57
De eclipsi solis. 58
De eclipsi lunæ. 59
De differentia stellarum siderum & astrorum. 60
De lumine stellarum. 61
De situ stellarum. 62
De cursu stellarum. 63
De vario cursu stellarum. 64
De interuallis stellarum. 65
De numero circulari stellarum. 66
De stellis planetis. 67
De præcedentia, & antegradatione stellarum. 68
De remotione, vel retrogradatione stellarum. 69
De statu stellarum. 70
De nominibus stellarum quibus ex causis nomina acceperunt. 71

LIB. IV.

De Medicina.

De medicina. Cap. 1
De nomine eius. 2
De inuentoribus medicinæ. 3
De tribus hæresibus medicorum. 4
De quattuor humoribus corporum. 5
De acutis morbis. 6
De chronicis morbis. 7
De morbis qui in superficie cutis videntur. 8
De remedijs, & medicaminibus. 9
De libris medicinalibus. 10
De instrumentis medicorum, 11
De odoribus & vnguentis. 12
De initio medicinæ. 13

LIB. V.

De legibus, & temporibus.

De auctoribus legum. Cap. 1
De legibus diuinis & humanis. 2
Quid differant inter se ius, leges, & mores. 3
Quid sit ius naturale. 4
Quid sit ius ciuile, 5

Quid

CAPITVM.

Quid sit ius gentium. 6
Quid sit ius militare. 7
Quid sit ius publicum. 8
Quid sit ius Quiritium. 9
Quid lex. 10
Quid scita plebium. 11
Quid senatusconsultum. 12
Quid constitutio, & edictum. 13
Quid responsa prudentum. 14
De legibus consularibus, & tribunitijs. 15
De lege satyra. 16
De legibus Rhodijs. 17
De priuilegijs. 18
Quid possit lex. 19
Quare lex facta sit. 20
Qualis debeat fieri lex. 21
De causis. 22
De testibus. 23
De instrumentis legalibus. 24
De rebus. 25
De criminibus in lege constitutis. 26
De pœnis in legibus constitutis. 27
De chronicæ vocabulo. 28
De momentis & horis. 29
De diebus. 30
De nocte. 31
De hebdomada. 32
De mensibus. 33
De solstitijs, & æquinoctijs. 34
De temporibus anni. 35
De annis. 36
De olympiadibus, & lustris, & iubilęis. 37
De seculis, & ætatibus. 38
De discretione temporum. 39

LIB. VI.

De libris, & officijs Ecclesiasticis.

De veteri, & nouo Testamento. Cap. 1
De scriptoribus, & vocabulis sanctorum librorum. 2
De bibliothecis, 3
De interpretibus. 4
De eo, qui primum Romam libros aduexit. 5
Qui apud nos bibliothecas instituerunt. 6
Qui multa scripserunt. 7
De generibus opusculorum. 8
De ceris. 9
De chartis. 10
De pergamenis. 11
De libris conficiendis. 12
De librorum vocabulis. 13
De librarijs, & eorum instrumentis. 14
De canonibus euangeliorum. 15
De canonibus conciliorum. 16
De cyclo paschali. 17
De reliquis festiuitatibus. 18
De officijs. 19

LIB. VII.

De Deo, Angelis, & fidelium ordinibus.

De Deo. Cap. 1
De Filio Dei. 2
De Spiritu sancto. 3
De eadem Trinitate. 4
De angelis. 5
De hominibus, qui quodam præsagio nomen acceperunt. 6
De patriarchis. 7
De prophetis. 8
De apostolis. 9
De reliquis in Euangelio nominibus. 10
De martyribus. 11
De clericis. 12
De monachis. 13
De cæteris fidelibus. 14

LIB. VIII.

De Ecclesia, & sectis diuersis.

De Ecclesia, & synagoga. Cap. 1
De religione, & fide. 2
De hæresi, & schismate. 3
De hęresibus Iudæorum. 4
De hæresibus Christianorum. 5
De philosophis gentium. 6
De poetis. 7
De sibyllis. 8
De magis. 9
De paganis. 10
De dijs gentium. 11

LIB. IX.

De linguis, & societatibus.

De linguis gentium. Cap. 1
De gentium vocabulis. 2
De regnis, & militiæ vocabulis. 3
De ciuibus. 4
De affinitatibus, & gradibus. 5
De agnatis & cognatis. 6
De coniugijs. 7

LIB.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX

LIB. X.

Vocum certarum Alphabetum.

LIB. XI.

De homine, & portentis.

De homine, & partibus eius. Cap. 1
De ætatibus hominis. 2
De portentis. 3
De transformatis. 4

LIB. XII.

De animalibus.

De pecoribus, & iumentis. Cap. 1
De bestijs. 2
De minutis animantibus. 3
De serpentibus. 4
De vermibus. 5
De piscibus. 6
De auibus. 7
De minutis volatilibus. 8

LIB. XIII.

De mundo, & partibus.

De mundo. Cap. 1
De atomis. 2
De elementis. 3
De cælo. 4
De partibus cæli. 5
De circulis cæli. 6
De aere, & nube. 7
De tonitruo. 8
De fulminibus. 9
De arcu & nubium effectibus. 10
De ventis. 11
De aquis. 12
De diuersitate aquarum. 13
De mari. 14
De oceano. 15
De mediterraneo mari. 16
De finibus maris. 17
De æstibus & fretis. 18
De lacis & stagnis. 19
De abysso. 20
De fluminibus. 21
De diluuijs. 22

LIB. XIIII.

De terra, & partibus.

De terra. Cap. 1
De orbe. 2
De Asia & partibus eius. 3
De Europa. 4
De Libya. 5
De insulis. 6
De promontorijs. 7
De montibus cæterisq; terræ vocabulis. 8
De inferioribus terræ. 9

LIB. XV.

De ædificijs, & agris.

De ciuitatibus. Cap. 1
De ædificijs publicis. 2
De habitaculis. 3
De ædificijs sacris. 4
De repositorijs. 5
De operarijs, 6
De aditibus. 7
De partibus ædificiorum. 8
De munitionibus. 9
De tentorijs. 10
De sepulcris. 11
De ædificijs rusticis. 12
De agris. 13
De finibus agrorum. 14
De mensuris agrorum. 15
De itineribus. 16

LIB. XVI.

De lapidibus, & metallis.

De pulueribus, & glebis terræ. Cap. 2
De glebis ex aqua. 2
De lapidibus vulgaribus, 3
De lapidibus insignioribus. 4
De marmoribus. 5
De gemmis. 6
De viridioribus gemmis, 7
De rubris gemmis. 8
De purpureis. 9
De candidis. 10
De nigris. 11
De varijs. 12
De crystallis. 13

De

CAPITVM.

De ignitis. 14
De aureis. 15
De vitro. 16
De metallis. 17
De auro. 18
De argento. 19
De ære. 20
De ferro. 21
De plumbo. 22
De stanno. 23
De electro. 24
De ponderibus. 25
De mensuris. 26
De signis. 27

LIB. XVII.

De rebus rusticis.

De auctoribus rerum rusticarum. Cap. 1
De cultura agrorum. 2
De frumentis. 3
De leguminibus. 4
De vitibus. 5
De arboribus. 6
De proprijs nominibus arborum. 7
De arboribus aromaticis. 8
De herbis aromaticis, siue communibus. 9
De oleribus. 10
De odoratis oleribus. 11

LIB. XVIII.

De bello, & ludis.

De bellis. Cap. 1
De triumphis. 2
De signis. 3
De buccinis. 4
De armis. 5
De gladijs. 6
De hastis. 7
De sagittis. 8
De pharetris. 9
De fundis. 10
De ariete. 11
De clypeis. 12
De loricis. 13
De galeis. 14
De foro. 15
De spectaculis. 16
De ludo gymnico. 17
De generibus gymnicorum. 18
De saltu. 19
De cursu. 20
De iactu. 21
De virtute. 22
De luctatione. 23
De palæstra. 24
De agone. 25
De generibus agonum. 26
De ludis circensibus. 27
De circo. 28
De ornamentis. 29
De metis. 30
De obelisco. 31
De carceribus. 32
De aurigis. 33
De quadrigis. 34
De curru. 35
De equis quibus currunt. 36
De septem spatijs. 37
De equitibus. 38
De desultoribus. 39
De peditibus. 40
De coloribus equorum. 41
De theatro. 42
De scena. 43
De orchestra. 44
De tragœdis. 45
De comœdis. 46
De themelicis. 47
De histrionibus. 48
De mimis. 49
De saltatoribus. 50
Quid quo patrono agatur. 51
De amphiteatro. 52
De ludo equestri. 53
De retiarijs. 54
De secutoribus. 55
De laquearijs. 56
De velitibus. 57
De ferali certamine. 58
De execratione ludorum. 59
De alea. 60
De pyrgis. 61
De calculis. 62
De tesseris. 63
De figuris aleæ. 64
De vocabulis tesserarum. 65
De iactibus tesserarum. 66
De calculorum motu. 67
De interdictione aleæ. 68
De pila. 69

LIB.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX

LIB. XIX.

De nauibus, ædificijs, & vestibus.

De nauibus. Cap. 1
De partibus nauium, & armamentis. 2
De velis. 3
De funibus. 4
De retibus. 5
De fabricis, siue fornacibus. 6
De instrumentis fabrorum. 7
De fabricis parietum. 8
De dispositione. 9
De constructione. 10
De venustate. 11
De laquearijs. 12
De crustis. 13
De lithostrotis. 14
De plastis. 15
De pictura. 16
De coloribus. 17
De instrumentis ædificiorum. 18
De lignarijs. 19
De inuentione lanificij. 20
De veste sacerdotali in Lege. 21
De nominibus vestium cæterarum. 22
De proprio quarundam gentium habitu. 23
De pallijs virorum. 24
De pallijs fœminarum. 25
De stratu & reliquis vestibus, quæ in vsu habentur. 26
De lanis. 27
De coloribus vestium. 28
De instrumentis vestium. 29
De ornamentis. 31
De ornamentis capitis fœminarum. 32
De annulis. 33
De cingulis. 34
De calciamentis. 30

LIB. XX.

De penu, instrumentis rusticis, & domesticis.

De mensis. Cap. 1
De escis. 2
De potu. 3
De vasis escarijs. 4
De vasis potorijs. 5
De vasis vinarijs, & aquarijs. 6
De vasis olearijs. 7
De vasis coquinarijs. 8
De vasis repositorijs. 9
De vasis luminariorum. 10
De lectis, & sellis. 11
De vehiculis. 12
De reliquis, quæ in vsu habentur. 13
De instrumentis rusticis. 14
De instrumentis hortorum. 15
De instrumentis equorum. 16

FINIS.

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER PRIMVS,
DE GRAMMATICA.

PRÆFATIO.

2.324 Domno meo, & Dei seruo, Braulioni Episcopo, Isidorus.

TIBI, sicut pollicitus sum, misi opus de origine quarundam rerum, ex veteris lectionis recordatione collectum, atq. ita in quibusdam locis adnotatum, sicut extat conscriptum stylo maiorum.

DE DISCIPLINA ET ARTE,

CAPVT PRIMVM.

DIsciplina[a] à discendo nomen accepit: vnde & scientia dici potest. Nam scire dictum à discere: quia nemo nostrũ scit, nisi qui discit. Aliter dicta disciplina,[b] quia discitur plena. Ars verò dicta est,[c] quòd artis præceptis regulisque consistat. [d] Alij dicunt à Græcis hoc tractum esse vocabulum ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est, à virtute, quam scientiam vocauerunt. [e] Inter artem & disciplinã Plato & Aristoteles differentiam esse voluerunt, dicentes: Artem esse in ijs, quæ se & aliter habere possunt: disciplinã verò esse, quæ de ijs agit, quæ aliter euenire nõ possunt. Nam quando veris disputationibus aliquid disseritur, disciplina

A erit: quando aliquid verisimile atque opinabile tractatur, nomen artis habebit.

a Disciplina à disc. *Verba sunt D. August. Soliloq. c. 2.*

b Quia discitur plen. *Pleni vis in disciplina nulla est, nom* plina *productio est sola verbi. Sed, vt huiusmodi notationum lusus, et ymologiarum vera, ac syncera appellatione commendari se minimè postulant; ita, qui hæc statim, quasi inepta, aut inania prorsus, fastidiosè respuat, nimium ipse durus sit præter æquumq. & bonum.* v. Baro. 323. d

c Quòd artis præcept. *Artis pro arctis antiquos scripsisse constat. Nam Valerius Probus artus pro angusto, & artus pro membris inflexione sola distinguit.* Festus; Artifices quod aptè opera inter se artent, qua ex caussa etiam artes appellatæ sunt.

d Alij dicunt: *Donatus in Andr. & Seru. in artem secundam Donati. Varro libr. 4.* Nonnulla (*inquit*) nomina in vtraq. lingua habent radices: vt arbores, quæ in confinio natæ in vtroq. agro serpunt.

e Inter art. & disc. *Eodẽ modo distinguit artẽ à scientia Arist.*

B C

De septem liberalibus artibus. Cap. II.

DIsciplinæ liberalium artium septem sunt. Prima, Grammatica, id est, loquẽdi peritia. Secunda, Rhetorica: quæ propter nitorẽ & copiam eloquentiæ suæ, maximè in ciuilibus quæstionibus necessaria existimatur. Tertia, Dialectica, cognomento Logica: quæ disputationibus subtilissimis vera secernit à falsis. Quarta, Arithmetica: quæ continet [a] numerorum caussas & diuisiones. Quinta, Musica: quę in carminibus cantibusque consistit. Sexta, Geometria: quæ [b] mensuras dimensionesque complectitur. Septima, Astronomia: quæ continet legem astrorum.

a Numerorum caussas: *Ita Gothici recte, al.* casus.

b Mensuras. *Soli duo Tarraconenses habent* mensuras terræ. *A reliquis ea vox abest. Quod si nõ tam etymon, quàm rem ipsam, quæ magis communis est, spectes; non incommodè*

 illam

Universidad de Deusto
Biblioteca

illam reijciemus. Est (inquit) lib. 2. c. 25. Geometria mensura magnitudinis immobilis, atq. formarum, cùm lib. 3. c. 10. peram nominis rationem reddiderit.

De litteris communibus. Cap. III.

PRimordia Grammaticæ artis, litterę communes existũt: [a] quas librarij & calculatores sequuntur: quorum disciplina velut quędam Grãmaticę artis infantia est. Vnde & eã Varro litterationẽ vocat. Litterę autem sunt indices rerum, [b] signa verborum: quibus tãta vis est, vt nobis dicta absentium sine voce loquantur. Verba [c] enim per oculos, nõ per aures, introducunt? Vsus litterarum repertus est propter memoriam rerum. Nam, ne obliuione fugiant, litteris alligantur. In tãta enim rerum varietate nec disci audiendo poterãt omnia, nec memoria contineri.

[d] Litteræ autẽ dictæ, quasi legiteræ, quod iter legentibus præstent, vel quòd in legendo iterentur.

Litteræ Latinæ & Græcæ ab Hebræis videntur exortæ. [e] Apud illos enim prius dictũ est Aleph: deinde ex simili enuntiatione apud Græcos tractum est Alpha: idem apud Latinos A. Trãslator enim ex simili sono alterius linguæ litteram cõdidit: [f] vt nosse possimus, linguam Hebraicam omnium linguarum, & litterarum esse matrem. Sed Hebræi viginti duobus elementis litterarũ secundũ veteris Testamẽti libros vtũtur: Græci verò, vigintiquattuor: Latini inter vtramq. linguã progredientes viginti tria elementa habẽt. [g] Hebræorũ litteras à lege cœpisse per Moysen: Syrorũ autẽ & Chaldæorũ per Abrahã. [h] Vnde cum Hebræis & numero & sono cõcordant, solis characteribus discrepãt. Ægyptiorũ litteras Isis regina, [i] Inachi filia de Gręcia veniens in Ægyptũ, reperit, & Ægyptijs tradidit. [k] Apud Ægyptios autem alias habuisse litteras sacerdotes dicũt, alias vulgus. sacerdotales ἱερὰς, vulgares πανδήμους. Græcarum litterarum vsum primi Phœnices inuenerunt, vnde & Lucanus:

Phœnices primi (famæ si creditur) ausi,
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Hinc est quòd & Phœniceo colore librorũ capita scribuntur: quia ab ipsis litteræ initium habuerunt, [l] Cadmus Agenoris filius Græcas litteras è Phœnice in Græciam septẽ. decim primus attulit: A. B. Γ. Δ. E. Z. I. K. Λ. M. N. O. Π. P. Σ. T. Φ. [m] His Palamedes Troiano bello tres adiecit. H. X. Ω. [n] Post quem Simonides Melicus tres alias adiecit, Θ. Ψ. Z.

[o] Y litteram Pythagoras Samius adexemplum vitæ humanæ primus formauit: cuius virgula subterior primam ætatem significat: incertam quippe, & quæ adhuc se nec vitijs, nec virtutibus dedit. Biuium autem, quod supereſt, ab adolescentia incipit: cuius dextera pars ardua est, sed ad beatã vitam tendens: sinistra facilior, sed ad labem interitũque deducens. De qua sic Persius ait.

Et tibi, quæ Samios deduxit littera ramos,
Surgentẽ dextro monstrauit limite callẽ.

Quinque autem esse apud Græcos mysticas litteras: prima Y, quæ humanam vitam significat, de qua nunc diximus. Secunda Θ, quæ mortem significat. Nam iudices eandem litteram thera apponebant ad eorum nomina quos supplicio afficiebant. Et dicitur theta, ἀπὸ τοῦ θανάτου, id est, â morte. Vnde & habet per medium telum, id est, mortis signũ. De qua quidam sic ait.

O multùm ante alias infelix littera theta.

Tertia [p] T. figuram demonstrans Dominicæ crucis. Vnde & Hebraicè signum interpretatur de qua dictum est in Ezechiele Angelo: Transi per mediam Ierusalem, & signa thau [q] in frontes virorum gementiũ & dolentiũ. [r] Reliquas verò duas, summã & vltimam, sibi vendicat Christus. Ipse enim principium, ipse finis, dicens: Ego sum Alpha, & Ω. Concurrẽtibus enim in se inuicẽ Alpha ad Ω. vsq; deuoluitur: & rursus Ω ad Alpha replicatur: vt ostenderet in se Dominus & initij decursum ad finem, & finis decursum ad initium.

Omnes autẽ litteræ apud Græcos & verba cõponunt, & numeros faciunt. Nã Alpha littera apud eos vocatur in numeris vnũ: vbi autẽ scribunt beta, vocantur duo: vbi scribũt gamma, vocantur in numeris ipsorum tria: vbi scribunt delta, vocantur quattuor, & sic omnes litteræ apud eos numeros habent.

Latini autem [s] numeros ad litteras non computant, [t] sed sola verba componunt.

[a] Quas librarij. *Aug. lib. 2. de ord. c. 12. cũ de litteris egisset, hæc subdit:* Ergo vtilitas numerandi magna necessitate animaduersa est. Quib. duab. repertis nata est illa librariorũ, & calculonũ professio, velut quædam Grãmaticæ infantia, quã Varro litterationem vocat.

[b] Signa verb. *Hieron. de notis ep. 34.* Et linguę celeritatem præcederent signa verborum. Et ep. 47. signa, ac furta verborum.

[c] Verba - introducũt. *Absunt hæc à quibusd. Gotth. libris.*

[d] Litteræ autem quasi legiterę. *Neg. hoc legitur in vllo Gotthicor. Est tamen apud Priscianum, & Sergium.*

[e] Apud illos Alph. *Ex Epiph. lib. de ponderib.*

[f] Vt nosse -- matrem. *Verba sunt Hieron. ad Sophon. c. 3.*

[g] Hebræorũ litt. *Eadem traduntur de inuentor. litterarũ septenarijs quibusdam, quos Crinitus refert lib. 17. de honest. disciplin.*

[h] Vndè cùm Heb. *Ex Hieron. prolog. Galeato.*

[i] Inachi filia. *Secutus est Isidorus Augustinũ 18. de ciuit. cap. 3.*

c. 3. Augustinus Ouidium Metamorph. 1. quòd etiam Græcorũ aliquos sensisse Suidas in collectaneis testatur.

[k] Apud Ægypt. *Nihil necesse est Græcarum litterarum monstra, quæ in Gotthicis codicib. visuntur, hùc proferri. Satis esse debebit, ex ijs Antonium Aug. Petrum Chaconem, & Vulcanium eodem modo coniecisse. Cùm præsertim Herodoti verba quæ subscribam ex lib. 2. dubitandi nullum relinquant locum.* Αἰγύπτιοι δ' ἐφασίσιο γράμμασι χρέωσθαι, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἐς τὰ ἱρὰ, τὰ δὲ ἐς τὰ δημοτικά καλέσσι. *Vid. Clem. Alex. Στρωμ. 5.*

[l] Cadmus Agenoris. *Plinius lib. 7. c. 56. Sed neq. cum Plinio, neque cum Georgio Cedreno satis conuenit Isidoro in hac litterarum assignatione.*

[m] His Palamedes - adiecit tres. *Ν. Χ. Ω. Malim è Seruio Æn. 2. ὃ. Φ. Χ. Plinius quoq. easdem tres huic assignat, quartam addens.* ξ.

[n] Post quem Simonides Melicus. *Quattuor itẽ à Simonide Melico adiectas vult Plinius, æquo sunt hæc, Ζ. Ν. Φ. Ω. P. Chacon cùm dissentire Isidorum à Plinio in numero videret, & in codicib. Gotthicis partim miles tres, partim similiter tres reperisset; itemq. apud Suidam, & Eustathium Simonidem δι' ὃ τὸ ἦθο μελικὸς τὸν appellatum: existimabat legendum Simonides Meliceries.*

[o] Y Littera. *Seruius Æn. 6. in illud:* latet arbore opaca, *&c.*

[p] T Figuram demonstrans. *Dñicæ Crucis. Rectè doctissimi viri putant, propterea apud Latinos Missæ canonem ab hac littera incipere. Hieron. ad Ezech. cap. 9.* Antiquis Hebræorum litteris, quibus hodie vtuntur Samaritani, extrema thau littera Crucis habet similitudiné. *Hæc Hieronymus: Quod non perinde apparet in Samaritanorũ alphabeto, quod circũfertur. Ambros. lib. de Abrah. c. 2.* Et cũ trecentis decẽ & octo viris adeptus victoriã. Numerauit (*inquit*) trecẽtos decẽ & octo, vt scias non quãtitatem numeri sed meritũ electionis expressum: eos enim adsciscit quos dignos numero fideliũ iudicauit, qui in Dñi nostri Iesu Christi passionem crederent. Trecẽtos enim τ littera Græca significat: decem & octo autem summam ιη exprimit. *Vocem ipsam thau, signũ interpretati sunt. LXX. Crucẽ Caninius haud malus auctor in institutionib. linguæ Syriacæ.*

[q] in frontes virorum. *Ita omninò legendum ex Gotthicis, & ex LXX. qui ἐπὶ τὰ μέτωπα. Vulgat. super frontes.*

[r] Reliquas verò duas. *Ex Tertull. lib. de monogam.*

[s] numeros ad litteras non computant. *Dubitandũ non fuit de hac lectione Gotthicorum omnium codicum, nirumq. in ea hæsisse viros eruditissimos.*

[t] sed sola verba verba componunt. *Post hæc in plerisq. libris subduntur ista.* Exceptis aliq. quæ numeros figura demõstrãt vt, I, pro vno, C. pro centũ, D. pro quingentis, L. pro quinquaginta, M. pro mille, V. pro quinq. & X. littera quæ & in figura Crucẽ, & in numero decẽ demonstrat. *Ex quibus tamen in Vet. Longobard. Garsiæ Loaisæ V. Cl. & in Rom. Cod. tantum hæc leguntur.* Excepto I. quæ vnum, & X. littera quæ & in figura Crucẽ significat, & in numero decem demonstrat, *Quæ omnia aliena esse constat. Nostri enim libri, quin aucti sint ab aliquo, qui notarum nullam prætermiserit, quæ litteræ speciem præberet, haud dubium est. Primùm quia quæ nunc videntur, aut etiam litteræ iam sunt: ea sine controuersia litteræ olim non fuerunt: sed numerorum tantùm notæ: factæq. sunt ex numerorum notis litteræ, non contra ex litteris notæ. Deinde quia quæ mille assignatur littera, si ea est T. vt Gotthici omnes libri præferunt, ea Latini nunquam sunt vsi. Sed CIↃ sive ↀ Scio tamen ipsum T Gothorum ex I Latina nota, & lineæ impositæ, scribentium vitio coniunctis fluxisse, quod hac quoq. nota I Romani mille significabant, idq. Isidorum ignorasse non sit verisimile. Præterea cum paullò antè T figuram Dñicæ Crucis demonstrare dixerit; nunc X soli id tribuere cum T quoq. meminisset, non oportuit. Et T quidem figuram crucis esse, etiam Lucianus vult cum Σ in T imuehi facit. De X nihil (quod sciã) ab vllo Latinorũ proditũ. Adde quod hæc eadẽ de X. quæ in quibusdam Gotthicis sequenti capite repetuntur, ab alijs, atq. ab impressis omnib. libris absunt. Postremò neq. id esset numeros ad litteras cõputare. Id quod vidisse etiam videtur quisquis hunc locũ tali accessione multauit. Non enim excepit litteras illas, quod ad eas numeri cõputarentur, sed quòd figura numeros demonstrarent. Alioqui quomodo vnus ad I. aut centum ad C. aut quinq. ad V. aut decem ad X. aut ulla omnino ex hìc exceptis ad numeros computabitur?*

De litteris Latinis. Cap. IV.

LAtinas litteras [a] Carmẽtis nympha prima Italis tradidit. Carmentis autẽ dicta, quia carminibus futura canebat. Cæterùm propriè vocata Nicostrata.

Litteræ autem, aut sunt [b] communes, aut liberales. Communes dictæ, quia multi eis vtuntur in communi, vt in scribendo & legendo. Liberales, quia eas tantùm illi nouerunt, qui libros conscribunt; rectéque loquendi, dictandíque rationem nouerunt.

Litterarũ duplex modus est: diuiduntur enim principaliter in duas partes, in vocales & consonantes: [c] Vocales sunt, quæ directo hiatu fauciũ siue vlla collisione variè emittũtur. Et dictæ vocales, quòd per se vocẽ impleant, & per se syllabã faciant, nulla adhærente consonante. Consonãtes sunt, quæ diuerso motu linguæ vel impressione labiorũ efficiuntur. Et vocatæ consonãtes, quia per se non sonant, sed iunctis vocalibus consonant. Hæ in duabus partibus diuiduntur: in semiuocalibus & in mutis. [d] Semiuocales dictæ eò quòd quiddã semis de vocalibus habeãt. [e] Ab e quippe vocali incipiunt, & desinunt in naturalẽ sonum. Mutæ autẽ dictæ, quia nisi subiectis sibi vocalibus nequaquã erũpunt. [f] Si enim eis extremũ vocalis detraxeris sonũ, inclusum litterę murmur sonabit. [g] Vocales autẽ & semiuocales, & mutæ, à veteribus sonæ & semisonæ & insonæ dictę.

[h] Inter vocales autem apud Grammaticos i, & v, [i] varias habẽt significationes.

Nam modò vocales, modo semiuocales, modo mediæ sunt. Vocales ideò sunt, quia solæ positæ syllabas faciunt, & alijs consonãtibus coniunguntur. [k] Consonantes habẽtur ideò, quia interdum habent post se vocales in eisdem syllabis constitutas, vt Iuno,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vates:& habentur pro consonantibus. Mediæ autem idcirco dicuntur,quoniam naturaliter solæ medium sonum habent,vt illius,vnius. Cõiunctæ alijs pinguius sonant, vt Ianus,vanus.Solæ enim aliter sonant,aliter iunctæ. I verò propterea interdum duplex dicitur,quia quotiescunque inter duas vocales inuenitur pro duabus consonantibus habetur,vt Troia. Geminatur enim ibi sonus eius.

l V quoque littera proinde interdum est nihil:quia alicubi nec cõsonans est, vt quis. Vocalis enim non est, quia i sequitur: consonans non est, quia q præcedit. Ideòque quando nec vocalis,nec consonans est sine dubio nihil est.[m] Eadem & digamma à Græcis vocatur. quando sibimet alijsque vocalibus iungitur: quæ ideò digamma dicitur, quia duplex est instar Flitteræ,quæ duplex gamma habet. ad cuius similitudinem cõiunctas vocales digamma appellari Grammatici voluerunt,vt votum,virgo.

Inter semiuocales autem quædã liquidæ dicuntur: quia interdũ in vna syllaba postpositæ alijs consonantibus [n] deficiunt, [o] & à metro excluduntur. Ex quibus duæ apud Latinos liquescunt l & r. vt fragor,& flatus.

[p] Reliquæ m & n apud Græcos liquescũt: vt Mnesteus.

Decem & septem autem Latinis litteris vetus scriptura constabat.Vnde & legitimæ nominantur illa [r] ratione scilicet, vel quôd ab e vocali incipiunt, & in mutum sonum desinũt,vt sunt semiuocales:vel quod à suo sono incipiunt,& in vocalem e desinunt,vt sunt mutæ.

[f] H autẽ littera pro sola aspiratione adiecta est posteà.Vnde,& à plerisq. aspiratio putatur esse non littera: quæ proinde aspirationis nota dicitur,quia vocẽ eleuat. Aspiratio enim est sonus vberius elatus: cui contraria est prosodia,sonus æqualiter flexus.

[t] K litteram Saluius Iudimagister prius Latinis adiecit, vt in sono discrimen faceret duarũ litterarũ c & q:quæ ideò [v] superuacua dicitur,quia exceptis Kalendis superflua iudicatur, per c enim vniuersa exprimimus.

[x] Q litteram nec Græci resonant,nec Hebræi: exceptis enim Latinis,hanc nulla alia lingua habet.Hæc prius non erat. Vnde & ipsa superuacua est vocata, quia per c cũcta veteres scripserunt.

[y] X littera vsque ad Augusti tempus nondum apud Latinos erat: sed pro ea c & s scribebant: vnde & duplex vocatur, quia pro c & s ponitur. vnde & ex eisdem litteris compositum nomen habet.

A Græcis duas litteras mutuauit Latinitas, y & z.propter nomina scilicet Græca.Et hæ apud Romanos vsque ad Augusti tempus non scribebantur: sed pro z duo ss ponebant, vt hilarissat: pro y verò u scribebant.

[z] Vnicuiq. autem litteræ tria accidunt:nomen,quomodo vocetur: figura, quo charactere signetur: potestas, quæ vocalis, quæ consonans habeatur.A quibusdam & ordo adijcitur,quæ præcedat,quæ sequatur: vt a prior sit,sequens b.A autem in omnibus gẽtibus ideò prima est litterarũ, pro eo quòd ipsa prior nascentibus vocem aperiat. Nomina autem litteratum gentes ex sono propriæ linguæ dederũt [a] notatis oris sonis atq. discretis.Nam postquam eas animaduerterunt,& nomina illis & figuras imposuerũt: figuras autem partim ex placito, partim ex sono litterarũ formauerunt: vt puta i & o, quarum vni sicut exilis sonus,ita tenuis virgula: alterius pinguis sonus, sicut & plena figura.[b] Potestatem autem natura,voluntas ordinem dedit.

Inter figuras litterarum & apicem veteres distinxerũt:apicem dictum pro eo quòd longè sit à pedibus, & in cacumine litterarum apponitur.Est enim linea iacens super litteram æqualiter ducta.Figura autem,qua tota littera scribitur.

[a] Cap.IIII.Carmentis autem *E seru. Æn.8.*

[b] Communes aut liberales. *Hoc est litteræ dicuntur tum notæ,& signa vocum quæ scribuntur.& leguntur: tum res ipsæ,& disciplinæ,quæ scriptura continentur.Ita sequenti capite Grammaticam appellabit originem liberalium litterarum.Nam quòd artium eo loco quidam habent codices,interpretatio planè fuit litterarum: in plerisq. n. & vetustioribus litterarum legitur Itemq. lib.14. cap.4. & libro.3. de summ.bon.c.13.*Meliores sunt *(inquit)* communes litteræ, quia simpliciores, & ad solam humilitatem legentium pertinentes. *Eodem etiam pertinere videtur quòd infrà cap.9.verba quædam Grammaticorum esse dixit, alia Rhetorũ.Sic hodie Hispani loquimur,cùm litteratos dicimus,non illos qui legendi scribendiq. periti sunt(quod antiqui scire litteras appellabant)sed eos potius qui maiores disciplinas probè callent.*

[c] Vocales sunt. *Aug.lib.2.de ordin.c.12.*Animaduertit oris sonos alios esse,qui moderato variè hiatu, quasi enodati, ac simplices faucib. sine vlla collisione defluerent; alios diuerso pressu oris, tenere tamen aliquem sonũ;extremos autẽ qui,nisi adiũctis sibi primis,erũpere non valerent.itaq. has litteras hoc ordine quo positæ sunt vocales,semiuocales,& mutas nominauit.

[d] Semi-

[d] Semiuocales quod quiddam semis de v. h. *Sergius in art. primam Donati.* Quod semis quiddam habeant vocis. *Idem eleganter. versib. expressit Terentianus. Nobis verò valde probatur tota in re Priscianus.* Vocales dicuntur *(inquit)* quod per se voces perficiunt;vel sine quib.vox litteralis proferri non potest.Semiuocales appellatæ quod plenam vocem non habent, vt semideos, & semiuiros dicimus, nõ qui dimidiam partem habent deorum,vel virorum,sed qui pleni dei,vel viri non sunt.Mutæ ad comparationẽ benẽsonantium sunt dictæ, velut informis dicitur non qui careat forma, sed qui malè est formatus; sic mutæ,non quod omnino carent voce,dicuntur:sed quod habent partem vocis exiguam.

[e] Ab E quippe vocali incip. *Id à mutis ipsas distinguit,quia (vt ait Priscianus) litteræ plus sonant cùm eis vocalis præponitur,quam cum postponitur. præponitur autem semiuocalib.postponitur mutis.*

[f] Si enim eis extremum vocalis detraxeris sonum incl.litt.m. f. *Malè quosdam hæc habuere verba; ita vt vel delenda,vel alibi adest ad semiuocales,transferẽda censuerint. Si enim tunt.e (inquiunt) dicte. quia nisi subiectis vocalib.nequaquam erũpunt;quomodo illis detractis inclusum murmur sonabit? Quibus ita respõsum sit: Vix potuisse cõmedius loqui Isidorum; Non enim edition, aut prolatum sed inclusum: ac ne sonum quidem,sed murmur dixit. Quod autem sonabit addidit: aut voce destitutus est, qua melius, quod volebat, enuntiaret; aut certe periculum non fuit, ne non satis quòd vellet ostenderet, cùm non prolatum sed inclusum murmur id, quidquid est, appellasset. Esse autem id aliquid negari non potest, cùm paullò post dicat, mutas à suo sono incipere, & in vocalem desinere; est igitur aliquid à quo incipiant, antequam ad vocalem perueniant.*

[g] Sonæ,semisonæ & insonæ. *Ex Victorini Grammatica.*

[h] Inter vocales autem I.& V. *Omnia ex Donato.*

[i] Varias habent significationes. *Assignationes legebat Chacon.*

[k] Consonantes habentur. *Nigidius apud Agell.lib.19. c.vlt.* Siquis putat præire V. in his verbis Valerius, Vennonius,Volusius:aut I. in his Iãpridem, iecur, iocum, iocundum, errabit; quod hæ litteræ cùm præeunt,ne vocales quidem sunt.

[l] V.Quoq.littera.*è Sergio.*

[m] Eadem & digamm. *Cuius figuram quidam F rectũ esse volunt (quæ nomini conuenit) alij inuersum ⅎ qualis in marmorib. etiam cernitur. Sed hanc inuersam figuram à Claudio inductam opinor.Cum digammon ipsum multò ante Claudium Varro vsurpauerit. Videturq. Claudius obtinere potuisse,vt ætate sua ea figura in vsu esset,at posteriorib. seculis antiqua restituta est. Quare apud Priscianum, & Donatum perpetuò F rectum pro digammo scribitur.*

[n] Deficiunt,*id enim est liquescere. Græci ὑγρὰ γράμματα, & Terentianus idem exprimens, vdas litteras nominat.*

[o] Et à metro excluduntur. *Nam cùm tempus consonantes (vt ait Terentianus) diuidant vnum duæ; tamen liquida mutæ subdita partem temporis non ministrabit. Vt idem Terentianus elegantissimè docet.*

Si mediam vocalis habet, quam consona & vda
Excipiunt; nequeunt geminæ vexare priorem,
causſam reddit.
Nam mediam nil vda iuuat quæ subdita currit.

[p] Reliquæ M.& N.apud Gr.liq. *Sic etiam plerique alij. Contra Sergius.* Si liquidæ *(inquit)* sibi præponantur liquidarum iura deperdunt, vt Mnestheus.

[q] Vnde & legitimæ. *Sic Gothici omnes libri, Sed vulgatam lectionẽ* vnde & Latinę *retinebat Chacon ex Donati verbis.* Vnde fit,vt quidã putent Latinas litteras non plures esse quam XVII.

[r] Illa ratione scilic. quod ab e voc. *Rectè rationem reddit Isidorus cur tantum XVII. litteræ Latinæ, siue legitimæ sint, omissisq. vocalib. de quib. controuersia esse nulla poterat. Nam consonantes (inquit) aut ab e incipiunt, & in suum sonum desinunt, quales sunt omnino semiuocales sex.f.l.m.n.r.s: aut contrà à suo sono incipiũt, & in e desinunt, quales sunt mutæ totidem b.c.d.g.p.t.Vid.Donat.Artẽ primã. c. 2.& Serg.c. 6.*

[s] Vnde & à plerisq. aspirat p. e.n. l. *Ex Hieron.in nominib.Heb.ex Deuter.*

[t] K litteram Saluius Iudimag. *Al Sallustius. Saluij Rhetoris meminit Plinius in epistolis,& Suetonius in Vespasiano. Sed ante hunc Kaisones Fabij fuerunt, cuius prænominis nota K fuit, vt appatet ex fastis. Item Kalare, & Kalendæ in omnib.veterib.libris.*

[v] Ideò superuacua. *Ita Hieronym. Donatus, Priscianus, & Terentianus. Sergius tamen:* K. *inquit* & Q. quæ nonnullis superfluæ videntur, hanc habent rationẽ, vt K. tunc præponatur quando eam A sequitur. Q. antiqui quoties V sequebatur præponebant. *Eadẽ fere Dionisedes, nisi quod K non nisi A breui præponi vult.*

[x] Q. Litteram nec Græci. *ex Hieron. in nominib. ex Iesu Nau.*

[y] X.Littera. *Constat ante Augusti tempora X. litteram in vsu fuisse,ex antiquissimis nummis, & columna Rostrata Duillij ante 1800. annos posita, & ex aneis legum tabulis Augusto longè superioribus,ac post remò ex Cicerone; qui in Oratore ad Brut.* Quomodo *(inquit)* Vester axilla ab ala factum est,nisi fuga litteræ vastioris? quam litteram etiam e maxillis,taxillis,vexillo,paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit. *Eandem tamen Nigidium repudiasse, neq. vnquam ea in libris suis vsum,sed antiquitatem secutum fuisse, refert Victorinus in arte Grammatica. Quæ hoc loco sequuntur.*Et digne hoc tempore quo Xpi nomen innotuit, quod per eam quæ Crucis signum figurat scriptitatur. *Ea licet in Gothicis quibusdam legantur, quia in meliorib.codicibus & in editis nulla sunt,& Isidori eruditione non sunt satis digna, minimè recepimus.*

[z] Vnicuiq.litteræ tria. *Ex Donat.& Sergio.*

[a] Notatis oris sonis. *Verba Augustini. 2. de ordin. capit.12.*

[b] Potestatem natura dedit. *Tot enim figuris ad notandos sonos opus fuit. Sed placebat Chaconi Toletanus codex in quo non sunt hæc verba. Quod mihi quoq.valde probatur.nam neq.in Goth.Ouet.collegij sunt,neq.vbi sint collocanda consentiunt libri, sed alius aliò ea reijcit.*

De Grammatica. Cap.V.

GRammatica,est scientia [a] rectè loquendi & origo & fundamentum [b] liberalium litterarum. Hæc in disciplinis post litteras

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõmunes inuenta est, vt iam qui didicerunt litteras, per eam rectè loquẽdi rationẽ sciãt. Grammatica autem à litteris nomẽ accepit γράμματα enim Græci litteras vocant.

Ars verò dicta est quod artis præceptis, regulisque consistat. Alij dicunt à Græcis hoc tractum esse vocabulum ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est, à virtute, quam scientiam vocauerunt.

c Oratio dicta quasi oris ratio: d nam orare est loqui & dicere. Fit autẽ oratio cõtextus verborum cum sensu. Cõtextus autem sine sensu non est oratio, quia non est oris ratio. Oratio autẽ plena est, sensu, voce, & littera.

Diuisiones autem Grãmaticæ artis à quibusdã triginta dinumerãtur idest partes orationis octo: vox articulata, littera, syllaba, pedes, accentus, posituræ, notæ, orthographia, analogia, etymologia, glossæ, differẽtiæ, barbarismi, solœcismi, vitia, metaplasmi, schemata, tropi, prosæ, metra, fabulæ, historiæ.

a Cap. V. Rectè loq. *In editionib. veterib. additur. scribendiq. ratio. id non est in Gotthicis: est vero apud Victorinũ.*
b Liberalium litterarum. *Ita veteres cod. non artium, & supra litteras in communes & liberales diuisit.*
c Oratio q. oris ratio. *Eod. modo luserunt in hac voce Hier. in ep. 139. Ad Cyprian. Victorinus, & alij.*
d Nam orare est loqui. *Verba Seruij AEn. X.*

De partibus orationis. Cap. VI.

PArtes orationis primus Aristoteles duas tradidit, nomen & verbum. Deinde Donatus octo definiuit. Sed omnes ad illa duo principalia reuertuntur, hoc est, ad nomen & verbum, quæ significant personam & actum. Reliquæ appendices sunt, & ex his originem trahunt. Nam pronomen ex nomine nascitur, cuius officio fungitur: vt Orator ille. Aduerbium de nomine nascitur: vt doctus, doctè. Participium de nomine & verbo: vt lego, legens. Coniunctio, verò, & præpositio vel interiectio [a] in complexum istarum cadunt. Ideò & nonnulli quinque partes definierunt, quia istæ superfluæ sunt.

a Cap. VI. In complexum istarum cadunt. *Vel eas coniungentes, vel præpositæ, vel interiectæ, vnde & nomina acceperunt.*

De nomine. Cap. VII.

NOmen dictum [a] quasi notamen, quòd nobis vocabulo suo res notas efficiat. Nisi enim nomen scieris, cognitio rerum perit. Propria nomina dicta, quia specialia sunt. Vnius enim tantum personã significãt. Species propriorum nominũ quattuor: prænomen, nomen, cognomen, agnomen. Prænomen dictum, eò quòd nomini præponatur, vt Lucius, Quintus. Nomen vocatũ, quia notat genus, vt Cornelius: Cornelij enim omnes in eo genere. Cognomen, quia nomini coniungitur, vt Scipio: Agnomen verò, quasi accidẽs nomen, vt Metellus Creticus, quia Cretã subegit. Extrinsecùs enim venit agnomen ab aliqua ratione. Cognomentum autem vulgò dictum eò quòd nomini cognitionis causa superadijciatur, siue quòd cum nomine est.

Appellatiua nomina inde vocãtur, quia cõmunia sunt, & in multorũ significatione consistunt. [b] Hæc in viginti octo species diuiduntur, ex quibus, Corporalia dicta: quia vel videntur, vel tanguntur, vt cælum, terra.

Incorporalia: quia carẽt corpore: vnde nec videri, nec tangi possunt: vt veritas, iustitia.

Generalia: quia multarum rerum sunt, vt animal. nam & homo, & equus, & auis, animal sunt.

Specialia: quia partem demõstrant, vt homo, species enim animalium homo.

c Principalia: quia primam positionẽ habent, nec aliunde nascuntur, vt mons, fons.

Deriuatiua: eò quòd ex alio nomine deducuntur, vt à monte montanus.

d Diminutiua: quia minuunt sensum: vt Græculus, scholasticulus.

e Sono diminutiua: quia sic sonant sicut diminutiua, sed intellectu principalia sunt, vt fabula, tabula.

Tota Græca: quia ex toto Græcè declinantur: vt Callisto. Sic enim & Græcus & Latinus dicit.

f Tota Latina: quia ex toto in Latinũ vertũtur, Græcus dicit Odysseus, Latinus Vlysses.

Media dicta: quia ex parte Græca sunt, & ex parte Latina. Eadẽ & notha, quia corrũpunt vltimas syllabas manẽtibus prioribus: vt apud Græcos, Alexandros, Menandros: apud nos verò Alexander, Menander. Dicta autem notha quemadmodum nothus dicitur quisquis de dispari genere nascitur.

Synonyma: hoc est plurinomina, eò quòd sit in pluribus nominibus significatio vna: vt terra, humus, tellus. Idem enim sunt omnia.

Homonyma: hoc est vninomina, eò quòd sit in vno nomine significatio plurima: vt tumulus, nunc mõs breuis, nunc tumẽs tellus, nunc sepulcrum. Est enim in vno nomine significatio diuersa.

Relatiua: dicta, eò quòd ad aliam referantur personam: vt magister, pater, dominus.

Illa autem g quæ dicuntur ad aliquid aliqualiter se habẽtia, à cõtraria significatione dicta sunt, vt dexter. Dici enim dexter non potest, nisi sinister fuerit.

Porrò qualitatis nomina ex eo dicta: quia per ea qualis quisq. sit ostenditur: vt sapiẽs, formosus, diues.

Quantitatis, quia à mensura trahuntur: vt longus, breuis.

Patronymica dicũtur, eò quòd trahuntur à patribus: vt Tydides, Tydei filius. Æneades Æneæ filius. Quamuis & à matribus & à maioribus ducantur.

Ctetica, idest possessiua, à possessione, vt Euandrius ensis.

Epitheta, quæ Latinè adiectiua vel superposita appellantur, eò quòd ad implendam sui significationem nominibus adijciantur: vt magnus, doctus. Adijcis ea personis, vt magnus Philosophus, doctus homo, & plenus est sensus.

h Actualia ab actu descendunt: vt Rex, dux, cursor, nutrix, orator.

Gẽtis à gẽte veniũt, vt Græcus, Romanus.

Patriæ à patria descendunt: vt Athenien sis, Thebanus.

i Loci à loco, vt suburbanus.

Verbalia dicuntur, quia de verbo nascũtur, vt lector.

Participialia, quæ sic sonant sicut participia: vt clemens, prudens.

k Verbis similia: à verbi similitudine dicta, vt contẽplator. Nam & verbum est imperatiui modi, futuri temporis: & nomen, quia casum recipit. Hæ omnes species à nominum appellatione descendunt.

l Secunda pars, nominis cõparatio. Comparatio dicta, quia ex alterius cõparatione alterũ præfert. Cuius gradus tres sunt: positiuus, comparatiuus, & superlatiuus. Positiuus dictus, quia primus ponitur in cõparationis gradu, vt doctus. Cõparatiuus, ab eo quòd comparatus positiuo, præfertur illi: vt doctior. plus enim nouit quàm doctus. Superlatiuus, eò quòd comparatiuo superferatur, vt doctissimus: plùs enim scit quàm doctior.

Genera dicta sunt eò quòd generẽt: vt masculinũ, fœmininũ. Cætera nõ sunt genera: sed hoc hominum ratio & auctoritas voluit. Neutrum dictum, quia nec hoc est, nec illud, idest, nec masculinum, nec fœminum. Commune dictum, quòd duobus generibus nomen vnũ cõmunicat: vt hic & hæc canis. Cui contrariũ est Epicœnũ: quia vtrumq. sexum sub vno genere enunciat, vt hic piscis. Est enim incerti sexus, quòd nec natura nec oculis discernitur, [m] sed sensus tantùm peritia. Omne genus dictũ, quia cunctis generibus seruit: masculino, & fœminino, neutro & communi, & omni.

Numerus vocatus, quia per eum vel singularia vel pluralia nomina ostenduntur.

Figura, quia vel simplicia vel cõposita sũt.

Casus à cadẽdo dicti. per eos enim inflexa nomina variantur & cadunt. Nominatiuus casus dictus: quia per eum aliquid nominamus, vt hic magister. Genitiuus, quia per eum genus cuiuscunq. quærimus: vt huius magistri filius: vel quod rẽ significamus: vt huius magistri liber. Datiuus, quia per eum alicui aliquid nos dare demonstramus: vt, da huic magistro. Accusatiuus, quia per eum aliquem accusamus: vt, accuso hunc magistrum. Vocatiuus, quia per eum aliquem vocamus, vt, ò magister. Ablatiuus, quia per eum nos auferre aliquid cuiquam significamus, vt, auferam à magistro.

Hexaptota nomina dicta, quia per sex casus varietates habẽt, vt est vnus. Pẽtaptota, quòd tãtũ in quinq. casibus variãtur, vt doctus. Tetraptota, quòd tantũ in quattuor casibus declinãtur, vt, latus. Triptota, quòd tãtùm in tribus, vt templũ. [n] Diptota, quòd tantũ in duobus, vt, Iupiter. [o] Monoptota, quòd vno tantùm casu vtuntur, vt frugi.

a Cap. VII. Nomen quasi notam. *Ita Boethius, & Priscianus E Græco ὄνομα tractũ putant alij. Nos ex noscimen nomen abciſſum putamus. vt ex noſcibilis nobilis.*
b Hæc in XXVIII. *XXVII. Sergius. Isidorus ipse XXVII. percenſet, vt deeſſe videatur aliquid.*
c Principalia q. primam pos. *Vtroq. n. nomine vocantur & principalia, & primæ positionis.*
d Diminutiua scholasticulus. *Eod. exemplo vtuntur Donatus, & Charisius.*
e Sono dimin. *è Sergio.*
f Tota Latina. *Ex Donato.*
g Quæ dicuntur ad aliquid aliqualiter. *Ita legendum ex Sergio, coniungendaq. manuscriptorum, & impressorum librorũ lectio, in illis enim qualiter: in his aliter legitur.*
h Actualia. *Hæc neq. apud Donatum neq; apud Sergium leguntur.*
i Loci à loco. *Ne hæc quidẽ, sed reliquit numeri, & ordinis species, quæ apud illos sunt, ita XXVIII. species const. abũt.*
k Verbis similia. *Aliquid hoc loco è Sergio desiderare possis. Sic n. ille Art. 2. c. 2.* Sunt etiã participijs similia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt demens, Nam sic est demens quasi legens, sed demens nomen est quia recipit comparationē, id est dementiot: legens verò participiū quia non recipit similiter comparationem. Sunt etiam Verbo similia, vt contemplator, sed cum casum acceperunt nomina sunt, vt contemplator huius contemplatoris facit. Cùm autem tempus habuerint verba vt Maro dixit. Contemplator aquas dulces. *Ergo casum ex Sergio posuimus. Vbi comparationem habebant libri omnes. Nam comparationem recipere de Participialib. non de Verbos similib. dixerat Sergius.*

i Secunda pars nom. *Quam prima dixerit, nisi appellationorum, nulla est: præcessit enim hæ omnes species à nominum appellatione descendunt.*

m Sed sensus tantum peritia. *Aut sensum pro intellectus arbitrio posuit, aut male libri omnes sensus tantum peritia. Nam si neq. natura, neq. oculis discernitur genus, quomodo sensus peritia discernetur? Itaq suspecta habebat hæc verba Chacon. Mirum ni vsus tantum peritia Isidorus scripsit. Qui Seruium legerit de hac scriptura non admodum dubitabit. Eius verba sunt in art. 2. cap 5.* Inter epicœnum, & commune hoc interest: quòd in communi articulari secernimus sexum, vt hic canis: in epicœno verò vnus articularis sumitur, & vtrumq. sexum intelligimus, vt hæc aquila; eum autem sumemus articularem quem auctoritas dederit. Nam cùm naturaliter non possumus in epicœnis sexum deprehendere, debemus auctoritate firmari. *Sexus peritia quòd in vno Rom. c. legitur absurdum omnino videtur.*

n Diptota vt Iuppiter. *Duob. in casib. Iuppiter dici etiam Charisius ait, & Sergius. Varietates duas habere nemo dixerit, nam ne accentū quidem variat Iuppiter in vocatiuo & nominatiuo. Ergo varietatem à casu cum Sergio distinxit.*

o Monoptota. *Hæc Sergius aptota appellari maault.*

De Pronomine. Cap. VIII.

PRonomen dictum, quia pro [a] vice nominis ponitur, ne fastidium faciat nomen ipsum dum iteratur. Nam cùm dicimus Virgilius scripsit bucolica, addimus pronomen ipse scripsit & Georgica. sic varietas significationis & fastidium tollit, & ornatum inducit.

b Pronomina autem aut finita sunt: aut infinita. Finita pronomina dicta: eò quòd definiunt certam personam: vt ego. me enim statim intelligis. Infinita dicuntur: quia non sunt certæ personæ. De absentibus enim dicuntur & incertis: vt quis, quæ, quod. Minus quàm finita appellantur: quia cōmemorationem faciunt notæ personæ, vt, ipse, iste. certum est enim de quo dicitur. Possessiua vocantur: eò quòd nos aliquid possidere ostendunt: nam dùm dico meus, tuus, definio aliquid meum esse vel tuum. Relatiua dicuntur: quia ad interrogationem referuntur, vt quis est: respondetur, is est. Demonstratiua: eò quòd habent demonstrantis significationem. Aliquem enim præsentem his demonstramus: vt hic, hæc, hoc, [c] quæ tria & articuli nominantur.

Articuli autem dicti: quod nominibus arctātur, idest, colligātur, vt cùm dicimus, hic orator. Inter articulum autem & pronomen hoc interest, quod articulus tunc est quum nomini iungitur, vt hic sapiens. Cùm verò non coniungitur, demonstratiuum pronomen est: vt, hic & hæc & hoc.

Omnia autem pronomina: aut primigenia aut deductiua sunt. Primigenia dicta sunt, quia aliunde originem non trahunt. Hæc viginti vnum sunt. Finita tria: ego, tu, ille. [d] Infinita septem, quis qualis, talis, quantus, tantus, quotus, totus. Minus quàm finita sex: iste ipse, hic, is, idem, sui. Possessiua quinque: meus tuus, suus, noster vester. Reliqua autem deductiua dicuntur: quia ex illis deducta atque composita existunt: vt quispiam, aliquis, &c.

a Cap. VIII. Pro vice nominis. *Sic infra. c. 36.* Antonomasia pro vice nominis ponitur. *Donatus, Sergius, & Beda.* Pro nomine ponitur. *Posset legi,* Pro nomine, Idest vice nominis *vt eod. c. 36.* Antonomasia. est pro nomine idest vice nominis posita.

b Finita eò quòd dif. c. p. *Seruius ad art. Donat.*

c Quæ tria & articuli n. *Sergius. Hæc nonnulli etiam pronomina articularia vocant, eò quòd more Græcor. cum nominib. declinantur.*

d Infinita septem. *Quæ nomina ab aliis dicuntur. Sed cum Isidoro faciunt Charisius, Diomed. Seru. & D. Augustinus.*

De Verbo. Cap. IX.

VErbum [a] dictum eò quòd verberato aëre sonat: vel quod hæc pars frequenter in oratione versetur. Sunt autem verba mentis signa, quibus homines cogitationes suas inuicem loquendo demonstrant. Sicut autem nomen significat personam: ita verbum, factum dictumq. personæ. In persona verbi agentis & patientis significatio est. Nam scribo agentis personæ factum est. Item scribor personæ factum indicat, sed eius à quo patimur.

Verborum genera duo sunt: Grammaticorum atque Rhetorum. Grammaticorum in tria cadunt tempora: præteritū, præsens & futurum. vt, fecit, facit, faciet. Rhetorum autem

autem vniuersa oratio. Verba dicuntur, veluti, verbis bonis nos cepit, verba bona habuit. Vbi non tantùm verba quæ in tria cadunt tempora: sed vniuersa oratio est. Verborum species sunt: formæ, modi, coniugationes, & genera.

Formæ verborum inde dictæ: eò quòd nos ad vnamquamque rem informent: per has enim ostendimus quid agamus. Nam Meditatiua dicta à meditantis sensu, vt [b] lecturio, id est, legere volo. Inchoatiua post meditationem ab inchoantis indicio, vt calesco. Frequentatiua à sæpius agendo, vt lectito, clamito. Formæ enim sensum tenent: modi declinationē. Nam nescis quid sit declinatio, nisi prius didiceris quid sit sensus.

Modi dicti ab eo: quemadmodum sint in suis significationibus. Indicatiuus modus dicitur: quia significationem indicantis habet, vt lego. Imperatiuus, quia sonum habet imperantis, vt lege. Optatiuus, quia per ipsum optamus aliquid agere, vt vtinam legerem. [c] Coniunctiuus, quia ei coniungitur aliquid, vt locutio plena sit. Nam quando dicis, cùm clamem, pendet sensus: quòd si dicam, cùm clamem, quare putas quòd taceam: plenus est sensus. Infinitus dicitur, eò quòd tempora definiens personam verbi non definit: vt clamare, clamasse. Cui si adiungas personam: clamare debeo, debes, debet, fit quasi finitum. Impersonalis dicitur, quia indiget persona nominis vel pronominis vt legitur, addis personam à me, à te, ab illo, & plene sentitur. Sed infinitus modus persona tantùm verbi eget. Impersonalis verò vel pronominis persona, vel nominis.

Coniugatio dicitur eò quòd per eam ad vnum sonum multa coniungantur. Docet enim in quam syllabam exeat futurū tempus, ne per imperitiam quis dicat legebo, pro legam. Harum prima & secunda mittunt futurum tempus in bo, & in bor: tertia in am, & in ar.

Genera verborū ideò dicta: quia gignunt. Nam actiuo adijcis r, & gignit passiuū. Rursum passiuo adimis r, & parit actiuum. Ipsa autem actiua dicuntur, quia agunt: vt verbero, Et passiua: quia patiuntur, vt verberor. Neutralia, quia nec agūt nec patiūtur, vt iaceo, sedeo. His si r litterā adijcis, [d] nō sonant Latinè. Communia autem dicuntur, quia & agunt & patiuntur, vt amplector. Hæc similiter deposita r littera Latina non sunt. Deponentia verò dicuntur, [e] quia deponunt A futuri temporis participium à significatione passiua, quod exit in dus, vt gloriandus.

a Cap. IX. Verbum quod verberat. *E Seru. ad art. Don. sed improbat Quintil lib. 1. c. 5. Quæ de perfecta forma legūtur in impressis, a Longobardicis quibusdā rectè aberant.*

b Lecturio. I legere volo. *Sic Longobard. & Seruius:* Vna meditatiua forma est, quæ non agere nos aliquid, sed adhuc velle agere ostendit, vt est lecturio: significat enim non lego, sed legere volo.

c Coniunctiuus. *Seruius.* Ideò dictus est coniunctiuus, quia in loquendo, cùm solus elocutionem implere non possit, coniugit sibi indicatiuum.

d non sonant Latinè. Latina *mss.* non sunt Latina *paullò post ex Donat.*

e Quia deponunt futuri temporis participium à passiua significatione. Deponens (*ait Charisius*) per antiphrasim dicitur, id est è contrario, quòd verbū r littera finitum deponere eam non potest. *Idem totidē verbis Diomedes. Ergo eodem modo hæc Isidori verba sunt accipienda: vt cùm verbum deponens reliquas voces à passiua significatione deposuerit, hoc est deiecerit: futurum in dus à patiendi significatione depellere nunquam queat. Nam sequendus, vtendus, & siqua huiusmodi reperiuntur, passiuam significationem retinent. aut,* deponunt *abiecunt, neq. recipiunt futurum in dus propter passiuam significationem, vt gloriandus. nam gloriandus in vsu plane non est. Comminianus apud eund Charisium.* Trahuntur participia à Communi (*inquit*) quattuor, præsens, & præteritum, & duo futura vadans, vadaturus, vadatus, vadandus. A deponenti tria, præsens, præteritum, & futurum, vt luctans, luctatus, luctaturus.

De Aduerbio. Cap. X.

ADuerbium dictum est eò quòd verbis accidat. vt putà benè legi. Benè aduerbium est, legi verbum. Inde ergò dictum aduerbium quòd semper verbo iunctum adimpleatur. Verbum enim solum sensum implet, vt scribo: Aduerbium autem sine verbo non habet plenam significationem, vt, hodie, adijcis illi verbum, hodie scribo, & iuncto verbo implesti sensum.

a Cap. X. Totum caput è Sergio.

De Participio. Cap. XI.

PArticipium dictū quòd nominis & verbi capiat partes: quasi particapium. A nomine enim vendicat sibi genera & casus, à verbo tempora & significationes: ab vtroq. numerum & figuram.

De coniunctione. Cap. XII.

COniunctio dicta, quòd sensus sententiásque coniungat. Hæc enim per se nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil valet: sed in copulatione sermonum quasi quoddam exhibet glutinū. Aut enim nomina sociat, vt Augustinus & Hieronymus: aut verba, vt scribit & legit. Vna autē vis omnium, siue copulent, siue disiungant. Copulatiuę autem coniunctiones dictæ; eò quòd sensum vel personas coniungant: vt, ego & tu eamus ad forum, ipsum & sensum coniunxit. Disiunctiuæ dictæ, quia disiungunt res aut personas: vt, ego aut tu faciamus. [a] Subiunctiuæ dicuntur, quia subiunguntur: vt, que: Dicimus enim [b] regique hominique Deoque: non dicimus, que regi, quehomini. [c] Expletiuæ dictæ, quia explent propositam rem, vt puta, si hoc non vis, saltem illud fac. Communes nominantur: quia vbiuis ponuntur & subiunguntur: vt, Igitur hoc faciam: hoc igitur faciam. [d] Caussales dicuntur à caussa, eò quòd aliquid cogunt facere, vt puta, Occido illum, quia habet aurum: caussa est. Rationales dicuntur à ratione, qua quisq. vtitur in faciendo: vt, quomodo eum occidam ne agnoscar, veneno? an ferro?

a Cap. XII. Subiunctiuæ. *Ita appellat eas Donatus.*
b regiq. hominique Deo. *Hemistichium Iuuenci de Magis.*
c Expletiuæ. *Etiam Donatus, & Diomedes.* saltem *in expletiuis numerant.*
d Caussales eò quòd aliquid cogunt fac. *Rectè emendauit Chacon cùm libri: partim cogitem, partim cogitent haberent. Sergius.* Inter caussales, & rationales hoc interest, quòd tunc vtimur caussalib. quando de caussa loquimur: tunc rationalib. quando de ratione. Caussa est quæ nos cōpellit (al. impingit) ad aliquid faciendum; ratio, qua vtimur in faciendo.

De Præpositionibus. Cap. XIII.

PRæpositio dicta: quòd nominibus præponatur & verbis. [a] Accusatiuæ autem & Ablatiuæ præpositiones à casibus quibus seruiunt, dictæ. [b] Loquelares verò, quia loquelis, id est, verbis semper cohærent, nec aliquid valent solæ positæ: vt di, dis. Coniūctæ verò verbis figuram faciunt, vt diduco, distraho.

a Cap. XIII. Accusatiuæ autem & Ablatiuæ. *Ita appellantur à Seru. & Serg.*
b Loquelares. *Ita appellantur à Probo, Seru. Donat. Diomed. Charis. Festo in Am. & Bed. de arte metr.*

De Interiectione. Cap. XIIII.

INteriectio [a] vocata quia sermonibus interiecta, id est, interposita, affectum commoti animi exprimit: sicut cùm dicitur [b] ab exultante vah: à dolente, heu: ab irascente, hem: à timente, hei. Quæ voces quarumcumque linguarum propriæ sunt, nec in aliam linguam facilè transferuntur.

a Cap. XIIII. Interiectiones. *Omnia ferè verba Aug. lib. 1. de Serm. Dñi in mont. c. 9.*
b Ab exultante vah, *Diomedes.* Exultantem significat euax. *Item Donatus,* & *Bed.* Lætantis euax. *Augustinus tamen.* Cùm delectamur vah (*inquit*) dicimus.

De Voce. Cap. XV.

VOx est āer ictus sensibilis auditu quantū in ipso est. Omnis vox aut est articulata aut confusa. Articulata est hominum: confusa animaliū. Articulata est, quæ scribi potest. Confusa, quæ scribi non potest.

a Cap. XV. Omnia è Donato.

De Syllaba. Cap. XVI.

SYllaba Græcè, Latinè conceptio siue cōplexio dicitur. Nam syllaba dicta est ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα, id est, à conceptione litterarum, συλλαμβάνειν enim dicitur concipere. Vnde verè illa est syllaba, quæ ex pluribus nascitur litteris. [b] Nam vnam vocalem pro syllaba abusiuè, non propriè dicimus: quæ non tam syllaba dicenda est, quàm ratio temporum. Syllabæ autem aut breues sunt aut longæ, aut communes. Breues vocatæ, quia nunquam produci possunt. Longæ, quia nunquam corripi possunt. Cōmunes autē quia pro scribentis arbitrio cùm necessitas cogit & producuntur, & corripiuntur: lege Donatū. Ideò autē syllabæ longæ breuésque dicuntur, quia per varias vocum moras aut dupla aut simpla spatia tēporis habere videntur. Diphthongæ syllabæ Græco nomine dictæ: quòd in eis binæ vocalos iungantur.

Ex his apud nos veras esse scimus quattuor ae. oe. au. eu. Ei verò apud maiores tātùm celebrata fuit. Syllaba autem apud metricos ideò semipes nominatur, quòd sit dimidius pes. Nam pes duabus constat syllabis. Cùm ergo syllaba vna est, quasi dimidius pes est. [c] Dionysius Lintius syllabarum omniū singulas formas aptissimas fecit, & ob id statua honoratus est.

a Cap. XVI. ἀπὸ τοῦ συλλαμβ. *Ita Serg. Diomed. Charis.*
b Nam vnam vocalem pro syllaba abusiuè. *Donatum videtur notasse, qui vocalem longam, syllabam dici proprè voluit. Eius enim verba sunt.* Syllaba est comprehensio litterarum, vel vnius vocalis enunciatio temporum capax. Nam abusiuè etiam vocalem breuem syllabam vocamus.
c Dionysius Lintius. *Vel Lindius potius, cuius Strabo, & Suidas meminere. Is Pompeij ætate Grammaticam Romæ docuit.*

De Pedibus. Cap. XVII.

PEdes [a] sunt qui certis syllabarum temporibus insistunt: nec à legitimo spatio vnquam recedunt. Pedes dicti, eò quòd per ipsos metra ambulent. Nam sicut nos pedibus incedimus, ita metra, quasi pedibus, gradiuntur. Pedes autem omnes centum viginti quattuor sunt: dissyllabi quattuor, trisyllabi octo, tetrasyllabi sedecim, pentasyllabi duo & triginta, hexasyllabi quattuor & sexaginta. Vsque ad quattuor autem syllabas pedes dicuntur: reliquæ συζυγίαι vocantur. Ipsi autem pedes habent speciales caussas nominum, quare ita vocentur. Pyrrichius dictus est, quia hic assiduè vel in certamine, vel in ludo puerili sæpius frequentabatur. [c] Spondeus dicitur, quia tractim sonat. Nam spondeus tractus quidam dicitur, id est, sonus, qui fundebatur circa aures sacrificantium. Vnde & ij, qui tibijs canebant in sacris gentilium, spondiales nominabantur.

Trochæus verò ab eo dictus est, quòd celerem conuersionem faciat cantilenæ, & quasi rota velociter currat in metris. τρόχος enim Græcè rota dicitur.

Iambus dictus est quod ἰαμβίζειν Græci detrahere dixerunt. Huiusmodi enim carmine omnes inuectiones, vel detractiones implere poetæ sunt soliti. Dictum autem nomen ab eo, quòd velut venenum quodammodo maledicti, aut liuoris infundat.

d Tribrachys qui & Chorius appellatur, dictus, quia fit ex tribus breuibus.

Molossus dictus à saltatione Molossorum, quam exercuerunt armati.

e Anapæstus quia remissionibus & ludis hic pes dicatus est.

Dactylus à digito dictus, quòd à longiore nodo inchoans in duos definat breues. Sic & iste pes [f] iuncturam vnam habet longam, & duas breues. Vnde & manus oppansa palma dicitur, & pendentes digiti dactyli.

Amphibrachus, quod in vtraque parte breuem habeat, longa in medio interiacēte. βραχὺς enim breuis dicitur.

Amphimacrus dicitur, quòd duæ hinc inde longæ habent in medio inclusam breuem. μακρὸς enim Græcè longus dicitur.

Bacchius appellatus est, eò quòd eo pede Bacchica, id est, Liberi sacra, celebrabantur.

g Antibacchius vel Palimbacchius dictus, quia contrarius, vel iteratus à Bacchio est.

Proceleumaticus, eò quòd sit ad [h] celeuma canentium aptus.

Dispondeus autem & ditrochæus, & dijambus dictus, quòd geminis constent iambis, spondeis, vel trochæis.

Antispastus, quòd sit ex contrarijs syllabis, ex breui & longa, ex longa & breui.

Choriambus verò, quia ex hoc pede compositum carmen choris aptissimum sit.

Ionici sanè propter numerorum inæqualem sonum dicti: habent enim binas longas syllabas, binásque correptas.

Pæones dicti ab inuentore. Constant ipsi ex vna longa, & tribus breuibus: quæ longa iuxtà nomina eorum variatim est constituta.

Epitriti vocati quòd semper tres longas habeant syllabas, & vnam breuem.

Syzygiæ autem sunt pentasyllabi & hexasyllabi pedes. Et dictæ apud Græcos συζυγίαι, quasi quædam declinationes. Sed hi non sunt pedes, sed appellantur pentasyllabi & hexasyllabi: quia vltra quinque & sex syllabas non procedunt: vnde non oportet in carmine has syllabas quodlibet excedere nomen, vt Carthaginiensium, Hierosolymitanorum, & Constantinopolitanorum.

[k] Accidunt vnicuique pedi arsis & thesis, id est, eleuatio & positio vocis. Neq. enim iter pedes dirigere poterunt, nisi alterna vice leuentur & ponantur: vt arma, ar eleuatio est, ma positio. In his duobus per diuisionem pedes legitimi colliguntur. Æqua diuisio est, quoties arsis & thesis æquali temporum diuisione cæduntur. Dupla, quoties ex his vnus alterum duplo vincit. Sesqupla verò est, quoties vnum alterum sesquplo superat. In simpla enim eius parte vnum plus inuenitur: in dupla vnū minus habetur. [l] Sesqum enim dimidium dicitur. Triplum est, quando maior pars ter continet totum minus, id est, tria & vnū. Epitritum est, quando minus continetur à maiore, & eius tertia pars. Cæduntur verò pedum membra vel per æqualitatem, vel per duplum, vel per sesquplum, vel per triplum, vel epitritum.

m Partimur ergo in æqua hos.

Spondeum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spondeum	vt	æstas
Pyrrhichium		fuga
Dactylum		Mænalus
Anapæstum		Erato
Dispondeum		oratores
Proceleumaticum		auicula
Diiambum		propinquitas
Ditrochæum		cantilena
Antispastum		Saloninus
Choriambum		Armipotens

Item in dupla partimur hos pedes.

Trochæum	vt	meta
Iambum		parens
Molossum		Æneas
Tribrachyn		macula
Ionicum maiorem		Iunonius
Ionicum minorẽ		Diomedes

Vnus verò tantũ est, qui tripla partitione diuiditur, quæ est maxima, atque ideo minime metris adest.

Tripla.

Amphibrachys	vt	carina

Sescupli autem ij sunt.

Amphimacrus	vt	insulæes.
Bacchius		Achat
Antibacchius		natura
Pæon primus		legitimus.
Pæon secundus		colonia.
Pæon tertius		Menedemus.
Pæon quartus		celeritas.

Restant, quos [n] epitrita partitione diuidimus.

Epitritus primus	vt	sacerdotes
Epitritus secundus		conditores
Epitritus tertius		Demosthenes
Epitritus quartus		Fescenninus

Sunt igitur æqui decem, dupli verò sex, triplus vnus, sescupli septem, epitriti quattuor.

NVmerus syllabarum in pedibus à duabus vsque ad sex protenditur, vlterius enim non procedit: quia vsque ad sex syllabas tenduntur pedes. Tempora in pedibus sunt, vt quanta vnusquisque pes habeat. Resolutio est pedum, quando pro vna longa duæ breues ponuntur: aut pro duabus longis quattuor breues, vt, sectaque intexunt abiete costas. Abiete nunc resolutio est spondei in proceleumaticum: in qua resolutione semper [o] synalœpham sequitur Virgilius. [p] Ex vna autem longa duæ breues fiunt: ex duabus autem breuibus longa nunquam fit. Findi enim solida possunt, solidari scissa non possunt. Figura est, cuius nota syllabæ agnoscuntur. Vbi enim circuli partem inferiorem bis positam aspicis pyrrhichius est, ◡◡: vbi i geminum iacens, spondeus. -- Nam nota breuis inferior semicirculus ◡. nota longa ı iacens est. -.

[q] Metra pedibus accidunt, vt à trochæo trochaicum, à dactylo dactylicum, à iambo iambicum, de quibus paullò post dicendum est.

[a] Cap. XVII. Pedes sunt, qui certis. *Elegantissimè Terentianus:* Vna longa non valebit edere ex se se pedem. Idib. quia fit duob. non gemello tempore. *Sergius quoq.* Necesse est pedem vnumquemq. in se habere certum cum temporibus numerum syllabarum.

[b] Frequentabatur. *Postea in Romano cod. hæc leguntur.* Siue Pyrrhichius dicitur ἀπὸ τοῦ πυρός id est, igne, celeri enim, sicut ignis, pes iste decurrit. Hinc est illud Virgilianum. Ardentes Tyrij, id est, festinantes. *Eadẽ sunt in recentiorib. editionib. Recta tamen prior etymologia: Terentianus.* πυρρίχιος idem vocatur, quippe & aptus Pyrrhichæ.

[c] Spondeus dictus, quia tractim. *Est enim σπονδὰ vt lentè moueri, vnde spondeos stabiles dixit Horatius. Et Cicero,* Etsi enim hebetior est, & tardior, habet tamen stabilem quendam, & non expertem dignitatis gradum. *Vel potius ἀπὸ τῆς σπονδῆς, id est, libationis, vnde ἐπισπώμενος etiam dictus, quòd eo sacerdotes ad aras progredientes vterentur, vt eius pedis grauitas ominosis vocibus officeret, ne ad illorum aures peruenirent. Terentianus.*

Qui, quòd in templis canorus à sono vocis malæ Auribus libantis obstat, & fauet, σπόνδειος est.

Et qui tibijs longis in sacris canebant, spondiales dicebantur, quorum meminit Plutarchus.

[d] Tribrachys, qui & chorius. *Et trochæus dicitur, Quintilian. lib. 9. c. 4.* Tres breues choreum, quem tribrachyn dici volũt. *Terentianus, cùm de iambo egisset.*

Nec minus currit trochæus lege versa tẽporum,
Syllaba longus priore parcior nouissima
χόριος idem nuncupatur à magistris plurimis.
Idem.
Nam solet longam trochæus soluere in duas breues,
Vnde & appellant trochæum, quem vocamus τρίβραχυν.

[e] Anapæstus. *Longobardicos secuti sumus, qui in hanc lectionem consentiunt, Altera etymologia, quæ in alijs libris manuscriptis, & in editis legitur:* Anapæstus dicitur repercussus (Græci enim ἀνάπαισιν repercussionem dicunt, qui ideò dicitur repercussus, eò quòd repercutiatur à dactylo, est enim illi contrarius) *è Diomede sumpta est. Quibus verbis illud etiam subiungitur in sex libris.* Illud autem mirandum est, in his duob. pedibus; quòd anapæstus suscipit qualitatem nominis; nam ex contrarietate sequenti in contrarietatem ponitur, eò quòd breuitas in se præcurrit: ille verò, qui in contrario ponitur, non de eo sumit vocabulum, sed de qualitate syllabarum. *Non prorsus absurdè (si cui Diomedes tanti sit) sic enim ordinat Terentianus pedes, vt ab anapæsto incipiat, & omnino breuiores semper præponat. Sed quis non videt, hac etymologia recepta, vt anapæstus quasi repercussus dicatur, mihi lominus hunc, quam dactylum nomen sumere de qualitate syllabarum? non quod repercutiatur à Dactylo, sed quod duæ syllabæ breues repercutiuntur, & obtunduntur à sequenti longa.*

[f] Iuncturam vnam. *Articulum iuncturam dixit.*

[g] Antibacchius vel Palimbacchius quia iteratus. *Romanus codex cum Donato:* quia contrarius *hi antibacchium, nostri palimbacchium interpretati sunt.*

[h] ad celeuma canentium. *Calcantium volebat Chacon ex Ierem. 25.* Celeuma quasi calcantium. *Et Hieronym. Is. 16.* Nequaquam in vindemia lætus vindemiator celeuma cantabit. *Et Ierem. 48. & 51. Canendum alij edidere, haud malè.*

[i] Sed hi non sunt pedes. *Cicero in oratore.* Iã pæan, quod plures habeat syllabas, quam tres; numerus à quibusdã non pes habetur, *Sed quod συζυγίας* declinationes *dixit:* coniugationes *forte legendum.*

[k] Accidunt vnicuiq. pedi arsis. *è Sergio vide Terentianum.*

[l] Sescum enim dimid. *Sic Longobard. libri. Cicero in Oratore:* Vt necesse sit partem pedis, aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem; ita fit, vt æqualis dactylus, duplex iambus, sesquiplex pæan. *Vid Serg. art. t. c. 5. & Quinctil. lib. 9. c. 4.*

[m] Partimur ergo in æqua. *Omnia ex Donato vsq. ad Esse erimus.*

[n] Epitrita partitione. *Augustinus sesquitertiam nominat, alij supertertiam: epitritam Diomedes, Donatus, & Terentianus.*

[o] synalepham sequitur Virgil. *Seruius AEn. 5. ad illud.* Genua labant. Proceleumaticus (*inquit*) est, quem sic semper ponit Virgilius, vt cogi possit in dactylum. *Quod alibi etiam repetit. Id fit si i, & u. consonantes fiant: sed in reijce capellas eclog. 3. etiam duo ij in vnum, idq. consonans contrahenda cum tamen i. in medio, nisi inter duas vocales consonans esse non possit.*

[p] Ex vna autem longa duæ breues f. ex duab. autem b. *Terentianus.*

Nam non ita est vt longa dissolubilis,
Breues vicissim contrahi in longam valent.
Quia solida findi magnitudo non vetat:
Diuisa iungi rursum in vnum non queunt.

[q] Metra pedib. accidunt. *Donatus.* Accidunt vnicuiq. pedi, arsis, & thesis, numerus syllabarũ, tempus, resolutio, figura, metrum. *De quib. omnib. iam egit Isidorus: Sergius* Metrũ, quod ex spondeo spondaicum, ex trocheo trochaicum, ex iambo iambicum nuncupatur. *Ac τὸ nuncupatur addendum putabat Isidoro Chacon, ita fore integra omnia.*

A sicut aduerbiũ quia iuxtà verbum est Acutus accentus dictus quòd acuat & erigat syllabam. Grauis quòd deprimat & deponat. est enim cõtrarius acuto. Circũflexus, quia de acuto & graui constat: incipiens enim ab acuto in grauẽ desinit: atq. ita dum ascendit & descendit circũflexus efficitur. Acutus autem & circũflexus similes sunt, nam vterq. leuat syllabã: Grauis contrarius videtur ambobus, nã semper deprimit syllabas, cùm illi leuent: vt, Vnde venit Titan, & nox vbi sidera condit: vnde hic grauis est, minus enim sonat quàm acutus & circumflexus. Monosyllaba autem pars orationis si naturaliter breuis est, vt vir, aut positione longa, vt ars, acutum accentum habebit. Si verò naturaliter longa, vt res, circũflexum. Dissyllaba pars orationis, si priorem naturaliter longam habet, & vltimam breuem, circũflectitur, vt Musa, aliter acuitur. Trisyllaba pars orationis si mediam breuẽ habet, vt tibia, tunc primam acuimus. Si verò naturaliter longam habet secundam, & vltimã breuem, vt [a] Romanus, tunc mediam circũflectimus. Tetrasyllaba autem & pentasyllaba ratione trisyllaborum retinentur. [b] Grauis accentus cum vno accentu poni potest in dictione vna: cum vtrisq. nunquam, vt Catullus. In cõposita dictione vnus accentus C est, vt armipotens, omnipotens. [c] Accentus autem reperti sunt vel propter distinctionẽ: vt, viridique in littore conspicitur sus, ne dicas vrsus. vel propter pronuntiationẽ ne dicas meta breuiter, & non producta meta. vel discernẽdæ ambiguitatis causa, vt ergô. Nam cùm producitur gô, caussam significat, cùm corripitur, coniunctio est.

[a] Cap. XVIII. Vt Romanus. *Ita legendum ex Tarraconensib. libris, vel* Cethẽgus *ex Donat. vt congruat exẽplum. non Metellus, vt est in reliquis libris. Nam distinxit paullò ante natur. aliter longam, apositione longa.*

[b] Grauis accentus c. v. a. p. p. i. d. v. cum vtrisque nunquam. *Nunquã enim plus vnã acuta in ead. voce, vt ait Quinctilianus: sed grauis poni in vna dictione non solum cum acuto, sed etiam cum circumflexo potest.*

[c] Accentus autem reperti sunt. *Atqui Donatus & Sergius vnde hæc sumpta sunt; conturbari, & dissipari sæpè acccentum legendi, vel distinguendi, vel pronuntiandi ratione, vel discernendæ ambiguitatis necessitate dicunt: & vtrumq. verum esse, nemo negarit.*

De Accentibus. Cap. XVIII.

ACcentus: qui Græcè prosodia dicitur, ex Græco nomen accepit. Nã Græcè πρὸς Latine ad, ᾠδὴ Græcè, Latinè cantus est. Hoc enim nomen de verbo ad verbum expressum est. Latini enim habent & alia nomina. Nam accentus & tonos, & tenores dicunt, quia ibi sonus crescit & desinit: Accentus autem dictus, quod iuxtà cantũ sit, D *Sergius vnde hæc sumpta sunt; conturbari, & dissipari sæpè acccentum legendi, vel distinguendi, vel pronuntiandi ratione, vel discernendæ ambiguitatis necessitate dicunt: & vtrumq. verum esse, nemo negarit.*

De Figuris accentuum. Cap. XIX.

FIguræ [a] accentuũ decẽ sunt, quæ à Grãmaticis pro verborũ distinctionibus appo nuntur ὀξεῖα, id est acutus accentus, linea

Universidad de Deusto
Biblioteca

a sinistra parte in dexteram partem sursum ducta fit ita.

Βαρεῖα, id est grauis linea, à summo sinistræ in dexteram deposita, fit ita.

Περισπωμένη id est: circumflexus, linea de acuto & graui facta exprimitur ita ^.

Μακρὰ: idest longa virgula iacens est ita -.

Βραχὺς, id est breuis, pars est circuli inferior, iacens ita ∪.

Ὑφὲν, idest coniunctio, quia duo verba connectit, subiecta virgula versui circumflexa fit ita ⌣.

Diastole, id est distinctio, quæ è contrario separat, dextera pars circuli supposita versui, fit ita, .

Apostrophos, pars item circuli dextera, & ad summam litteram apposita, fit ita', qua nota deesse ostenditur in sermone vltima vocalis, vt tribunal', pro tribunale.

Δασεῖα, quod interpretatur aspiratio, id est, vbi H littera poni debet, tali figura notatur, ⊢

Ψιλὴ, quod interpretatur siccitas siue purum, id est vbi h littera esse non debet, tali nota ostenditur ⊣.

b Quorum duorum accentuum figuram Latini ex ipsa littera aspirationis fecerunt. Vnde si coniungas has: facis eandem aspirationis notam H, Rursum si medium eius apicem scindis, δασεῖαν ⊢ & ψιλὴν ⊣ facis.

a Cap. XIX. Figuræ accentuum. *Omnia ex Donato.*

b Quorum duorum accentuum figuram Latini ipsam litteram H *Ita quidem Donatus, & Sergius. Sed A. Augustinus etiam Græcos prius littera ipsa H pro aspiratione vsos dicit. Habere enim se Græcos nummos in quib. scriptum sit H H R A K A. Idq. etiam Athæneum lib. 9. c. 19. & Priscianum in lib. de ponderib. testari. A quibus ne Capella quidem verba prorsus abhorrent.* H aspirationis notam Græci diuiserunt. *Quod si vocem.* Latini, *tollas quæ à Romano codice abest non minus commoda erit scriptura.* Quorum duorum accentuum figuram ex ipsa littera aspirationis fecerunt. *Graci scilicet.*

De Positura. Cap. XX.

POsitura est figura ad distinguendos sensus per cola & commata, & periodos: quæ dum ordine suo apponitur, sensum nobis lectionis ostendit. Dictæ autem posituræ vel quia punctis positis annotantur: vel quia ibi vox pro interuallo distinctionis deponitur. Has Græci θέσεις vocant, Latini posituras. Prima positura subdistinctio dicitur. eadem & κόμμα. Media distinctio sequens est. ipsa & κῶλον. Vltima distinctio quæ totam sententiam claudit ipsa est περίοδος: cuius vt diximus, partes sunt κῶλον & κόμμα: quarũ diuersitas punctis diuerso loco positis demonstratur. Vbi enim in initio pronuntiationis necdum plena pars sensus est, & [a] tamen respirare oportet; fit comma, id est particula sensus, punctúsque ad imam litteram ponitur, & vocatur subdistinctio, ab eo quòd punctum subtus, id est, ad imam litteram accipit. Vbi autem in sequentibus iam sententia sensum præstat, sed adhuc aliquid supereſt de sententiæ plenitudine: fit colon, mediámque litteram puncto notamus, & mediam distinctionem vocamus, quia punctum ad mediam litteram ponimus. Vbi verò iam per gradus pronuntiando plenam sententiæ clausulam facimus, fit periodus: punctúmque ad caput litteræ ponimus, & vocatur distinctio, id est disiunctio: quia integram seperauit sententiam. Hoc quidem apud oratores. Cæterum apud poëtas vbi in versu post duos pedes syllaba remanet, comma est, quia ibi post scansionem præcisio verbi facta est. Vbi verò post duos pedes de parte orationis nihil supereſt, colon est. Totus autem versus periodus est.

a Cap. XX. Et tamen respirare oportet. *Hanc respirationẽ Donatus, & Sergius mediæ distinctioni tribuunt.*

C *De Notis sententiarum. Cap. XXI.*

PRætereà quædã scripturarum notæ apud celeberrimos auctores fuerunt, quásque antiqui ad distinctionem scripturarum carminibus & historijs apposuerunt. Nota, est figura propria in litteræ modum posita, ad demonstrandũ vnamquamque verbi sententiarúmque ac versuum rationem. Notæ autem versibus apponuntur numero viginti sex, quæ sunt nominibus infrascriptis.

[a] Asteriscus apponitur in ijs quæ omissa ✱ sunt, vt illuceſcant per eam notam quæ deesse videntur. Stella enim ἀστὴρ Græco sermone dicitur, à quo Asteriscus est deriuatus. D

[b] Obelus, idest virgula iacens apponitur in verbis vel sententijs superfluè iteratis, siue in ijs locis vbi lectio aliqua falsitate notata est; vt quasi sagitta iugulet superuacua, atque falsa confodiat. Sagitta enim Græcè ὀβελὸς dicitur. —

Obelus supernè adpunctus ponitur in ijs de quibus dubitat' vtrũ tolli debeãt nécne. ÷

[c] Limi-

÷ [c] Limniscus id est virgula inter geminos A punctos iacens, apponitur in ijs locis quæ sacræ scripturæ interpretes eodem sensu, sed diuersis sermonibus transtulerunt.

⩒ [d] Antigraphus cum puncto apponitur, vbi in translationibus diuersus sensus habetur.

✱→ [e] Asteriscus cum obelo: hac propriè Aristarchus vtebatur in ijs versibus qui non suo loco positi erant.

⌐ Paragraphus ponitur ad separandas res à rebus quæ in connexu concurrunt: quemadmodum in catalogo loca à locis, & regiones à regionibus: in agone præmia à præmijs, certamina à diuersis certaminibus separantur.

Positura est figura paragrapho contraria. B ideo sic formata, quia sicut ille principia notat: ita ista fines à principijs separat.

[f] Cryphia: circuli pars inferior cum puncto ponitur in ijs locis: vbi quæstio dura & obscura aperiri vel solui non potest.

[g] Antisigma ponitur ad eos versus quorũ ordo permutandus est, sic & in antiquis auctoribus positum inuenitur.

[h] Antisigma cum puncto ponitur in ijs locis vbi in eodem sensu duplices versus sunt, & dubitatur qui potius eligendus sit.

[i] Diple: hanc scriptores nostri apponunt in libris ecclesiasticorum virorum, ad separanda vel demonstranda testimonia sanctarum scripturarum. C

[k] Diple περὶ στίχον, hanc primus Leogoras Syracusanus apposuit Homericis versib. ad separationem Olympi à cælo.

⁘ [l] Diple περισιγμένη id est, cum geminis punctis: hanc antiqui in ijs apponebant, [m] quæ Zenodotus Ephesius non rectè adiecerat, aut detraxerat aut permutauerat: in ijs & nostri ea vsi sunt.

⩔ Diple ὀβελισμένη interponitur ad separandas in comœdijs vel tragœdijs periodos.

⩓ [n] Auersa quoties strophe & antistrophus infertur.

⩔ Auersa cum obelo ad ea ponitur quæ ad aliquid respiciunt, vt:

[p] Nos ne tibi fluxas Phrygię res vertere fũdo
Conamur: nos an miseros qui Troas Achiuis Obiecit? D

Diple supernè obelata ponitur ad conditiones locorum ac temporum personarúmque mutatas.

⩔ Diple recta & auersa superne obelata ponitur finita loco suo monade significante similem sequentem quoque esse.

Ceraunium ponitur quoties multi versus improbantur, nec per singulos obelantur, ceraunus enim fulmen dicitur. ⪫

Chresimon hæc sola ex voluntate vniuscuiusque ad aliquid notandum ponitur. ⪪

Φ & ῥ. id est Φρονὶς. hæc vbi aliquid obscuritatis est, ob sollicitudinem ponitur. Φ

Anchora superior ponitur: vbi aliquares magna omnino est. ⚓

Anchora inferior vbi aliquid vilissimè vel inconuenientius denuntiatum est. ⚓

[f] Coronis nota tantùm in fine libri apponitur. ⸗

[t] Alogus nota ad mendas adhibetur. ⍋

Fiunt & aliæ librorũ notulæ pro agnoscendis ijs quæ per extremitates paginarũ exponuntur. vt vbi lector in liminari huiusmodi signum inuenerit, ad textum recurrens eiusdem sermonis vel versiculi sciat esse ex positionem, cuius similem superiacentem notam inuenerit.

a Cap. XXI. Asteriscus *De Asteriſco & obelo Augusſt. 18. de ciuit. cap. 42. & Hieronym. in præfat. Paralipom. & in Iob. & epiſt. 135. ad Suniam, & Fretel. Reperiuntúrque adhuc in libris & asteriſci, & obeli diuerſæ aliquantulum figuræ Asteriſci.* ✱ ⨯ ✳ *obeli* —, →

b Obelus supernè appunctus. *Placet A. Augustino sic pingi vt est in Pandectis Florent.* →

c Limniscus. *De vocis notione vid. Veget. de re veterinar. Mirum verò Hypolimniſcum ab Iſidoro prætermiſſum (nam prætermiſſum non dubito, cum omnes xxvj. notas quas propoſuit, explicarit) cùm conſtet quattuor omnino notis in hexaplis aut octaplis vſum fuiſſe Origenem, aſteriſco, obelo, limniſco, & hypolimniſco. Eſt verò hypolimniſcus ex Epiphanio virgula iacens punctum ſubtus habens, quo indicatur ab altero tantum lxx. pari, ſenſum eiſdem verbis redditum: figura fuit.* ⸗

d Antigraphus. *Duplici figura pingitur. in Gotthicis hæc tantum.* ⩒.

e Asteriscus cum obelo. *Hunc A. Auguſt. ita pingi vult.* ✳→

f Positura. *Cum reliqua omnia Græca ſint; ſuſpectum poſituræ nomen videri poſſit.*

g Antisigma. *Vid. Laert. in Platone.*

h Antisigma cum puncto. *In Laertio A. Auguſtini hæc erat figura.* ⊃.

i Diple. *Cicero lib. VIII. Ep. ad Att. ep. 2.* Vibulij res gestæ sunt adhuc maximæ, id ex Pompeij litteris cognoſces, in quib. animaduertito illum locum vbi erit ἁπλῆ. *De figura conſentiunt omnia, præter codicem Laertij A. Auguſt. in quo hæc cernuntur* ⫽, ⫽: , *mendoſe, vt ipſe etiam putabat.*

k Diple περὶ στίχον ⩒ *Leogoræ meminit Suidas, ſed nihil de eo præter nomen.*

l Diple περισιγμένη ⁘ *Sic Anton. Augu. ex Cæſaraug. C.* ⁘. *Gotthic. CC.*

m Quæ Zenodotus. *Primus hic (vt ait Suidas) Homeri corrector fuit, Bibliothecis Alexandrinis præfectus, & filiorũ Ptolemei magiſter.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] Diple auersa. *Placet Cæsarang. libri figura* ⋗ *itemq. auersa cum obelo* ⊲⊳, *& superne obelata.* ⋖

[•] Quoties Strophe. *De Strophis & antistrophis vide Pindari interpretem, ad Olymp. & Hephæstionis enchiridion & Fortunatianũ de metris Horatianis. Qui ita ait.* In cantionib lyricis legitimè scriptis; hoc est monostrophis hæc tria inueniri necesse est; strophen, antistrophen, epodon. Nam circuire aram dextra strophen vocabant, redire à sinistra antistrophen. post cum in conspectu dei consistentes cantici reliqua peragebant, epodon.

[F] Nosne tibi fluxas Phrygiæ res. *Quo loco Seruius* status *(inquit)* relatiuus est.

[q] χρήσιμον. *Quod vsui est.*

[r] φ & ρ. *Cum in veterib. libris frontis legeretur, non difficilis fuit coniectura, φροντὶς legendum, qua vox curam significat. & solicitudinem.*

[t] Coronis. *Variè in libris pingitur. à quib. diuersa est Hephæstionis nota. Sed placet Carion apud Aristophanem.* γραμμὴ τὶς ἐπ' ἔραχεῖα κάτωθεν πεπλόκηδ' κατοὔχ ὁσία.

[s] Alogus. *Varie pingitur* I.7.V, T

De notis vulgaribus. Cap. XXII.

VVlgares [a] notas Ennius primus mille & centum inuenit. Notarum vsus erat, vt quicquid pro concione, aut in iudicijs diceretur, librarij scriberent complures simul astantes, diuisis inter se partibus, quot quisq. verba, & quo ordine exciperet. [b] Romæ primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentatus est notas, sed tantum præpositionum. [c] Post eum Vipsanius Philargius, [d] & Aquila libertus Mæcenatis alius alias addiderunt. Deinde Seneca, [e] contractu omnium, digestóque & aucto numero, opus effecit in quinque millia. Notæ autem dictæ, eò quòd verba vel syllabas præfixis characteribus notent, & ad notitiam legentium reuocent, quas qui didicerunt propriè iam notarij appellantur.

[a] Cap XXII. Vulgares notas Ennius primus. *Posteriorem intelligo, qui de litteris, & syllabis duos libros scripsit; vt ait Sueton. in proem lib. de illustrib. Gramm.*

[b] Romæ primus Tull. Tiro. *Verba Hieronymi in Chronic. Euseb. Sed quonam modo primus, si Ennius quoque primus? Nondum hæc concinnarat Isidorus.*

[c] Post eum Vipsanius *Confirmauit coniecturam A. Augustini codex Ouetensis collegij, in quo Vipsanius disertè scriptum, est. Quod verò Agrippæ, qui ex Vipsania gente fuit, libertum hunc fuisse idem suspicabatur: non assentior. Neq. enim arbitror liberto patronum id nomen dedisse quod ipse respueret. Vid. Senec in declamat.*

[d] Et Aquila libertus Mæcen. *Notas à Mæcenate ipso excogitatas, sed editas ab Aquila narrat Dion. lib. 55.*

[e] Contractu omniũ. *Sueton de Valer. Prob* Multaq. exemplaria contracta emendare, ac distinguere, & adnotare curauit.

De notis iuridicis. Cap. XXIII.

QVædam autẽ litteræ in libris iuris verborum siuorum notæ sunt, quo scriptio celeris breuiorq. fiat. Scribebatur enim verbi gratia per B. & F. bonum factum, per S & C senatus consultum. per R & P. respublica. per P & R. populus Romanus. per D. & T. dumtaxat per supinã in litterã mulier. per P. secundum naturam pupillus: [b] per PV verso capite, pupilla. per vnum K Kaput. per duo KK iuncta Kalumniæ Kausa. per I & E, iudex esto. per D & M. dolũ malum. Cuius generis plurimæ consimiles notæ in libris antiquis inueniuntur. Has iuris notas [c] nouitij Imperatores à codicibus legum abolendas sanxerunt: quia multos per has callidi ingenio ignorantes decipiebant, atq. ita iusserũt scribendas in legibus litteras, vt nullos errores, nullas ambages afferant, sed sequenda & vitanda apertè demonstrent.

[a] Cap. XXIII. Per supinam in litteram. *Cum pleriq. omnes libri m. litteram haberent, probissimè coniecit A. Augustinus in. scribendum, quo tertia littera significatur. Nam per C conuersam in hunc modum Ↄ Cuiam significabant, eoq. prænomine mulieres omnes vtebantur. Plutarch. in problem. & Boeth. in Top. Quod autem per supinam in litteram dicit Isidorus; Romanus Codex hanc notam habet* ⋔ *quæ est etiam in Goth. Ou.*

[b] Per PV verso capite pupilla. *Ita Valerius Prob.*

[c] nouitij Imperatores. *Iustinianus in præfat. quæ Pandectis, & Codici præfixa est. Obierat autem Iustinianus anno à Christo nato* ɔɔLXV.

De notis militaribus. Cap. XXIIII.

IN [a] breuiculis quoque quibus militum nomina continebantur, propria nota erat apud veteres, qua inspiceretur, quanti ex militibus superessent, quantique in bello cecidissent. [b] T nota in capite versiculi posita superstitem designabat. ⊙ verò ad vniuscuiusque defuncti nomen apponebatur. Vnde & habet per medium telum. Id est mortis signum. de qua Persius ait.

Et potis est nigrũ vitio præfigere theta.

[c] Cùm autẽ impuritiã significare vellent lambda littera vsi sunt: sicut mortem significabant cùm ponebant theta ad caput. In stipendiorũ quoq. largitione propriæ erant notæ.

[a] Cap. XXIIII. In breuiculis *Ruffinus inuect. 2.* Siquis accepto breuiculo, in quo militum nomina continentur, nitatur inspicere, quanti ex militib. supersint, quanti in bello ceciderint; & requirens qui inspicere missus est propriam notam, &c.

[b] T nota

[b] T nota i. c. v. superstitem signif. *Ita apud P. Diaconum quamuis V. nota vnum solere significari sciamus. Nam quod V. ferale vocat Ausonius, alia ratio est, vt adnotauit eruditiss. vir.*

[c] Cum autem impuritiam. *Al. pueritiam. al. imperitiam. Ergo* λαρεῖν, λαλεῖν, *aut etiam lallare quæ puerorum, & imperitorum sunt, per* λ *significari quidam suspicantur. Alij non* λ, *sed* γ *litteram Pythagoræ substituunt puerorum ætati conuenientem. Qui impuritiam malunt* λεσβιάζειν *aut aliud obscœnum verbum ex Aristophane in Concionatricibus intelligunt.*

De notis litterarum. Cap. XXV.

NOtas etiam litterarum inter se veteres faciebant: vt quidquid occultè inuicem scriptura significare vellent, mutuo scriberent. Testis est Brutus, qui ijs litteris ea quæ acturus erat, notabat, ignorantibus alijs quid sibi vellent eæ litteræ. Cæsar quoque Augustus ad filium: Cùm, inquit, innumerabilia incidunt assiduè quæ scribi ad alterutrum oportet, & esse secreta: habeamus ergo inter nos notas si vis tales, vt cùm aliquid notis scribendum erit, pro vnaquaque littera scribamus sequentẽ, hoc modo, pro a, b. pro b, c. & deinceps eadem ratione cæteras. [a] pro z autem, littera redeundum erit ad duplex aa. Quidam etiam versis verbis scribebant.

[a] Cap. XXV. Pro z autem l. red. ad dupl. aa. *Suetonius in August. Pro x. autem ad duplex aa: opinor, quia Augusti tempore extrema littera fuit x. Isidori verò z. vt supra vidimus c. 3. & 4.*

De notis digitorum. Cap. XXVI.

SVnt quædam & digitorum notæ: sunt & oculorum, quibus secum taciti procúlque distantes colloquuntur: sicut mos est militaris, vt quoties consentiat exercitus, quia voce non potest, manu promittat. alij quia voce non possunt, gladiorum [a] nutu salutant. [b] Ennius de quadam impudica, Quasi in choro pila ludens datatim dat sese, & cõmunem facit. Alium tenet, alij adnutat, alibi manus est occupata, alij peruellit pedem, alij dat anulum spectandum à labris, alium inuocat, cum alio cantat, attamen alijs dat digito litteras. Et Salomon: Annuit oculo, terit pede, digito loquitur.

[a] Cap. XXVI. nutu gladiorum. *Sic est in Longobard. libro viri clariss. G Loaisæ, cum in reliquis omnib. motu non perinde eleganter legatur.*

[b] Ennius de quad. impud. *Nauium pro Ennio repo-*

nendum admonuit vir eruditus ex Festo. Sunt autem versus ex Tarentilla Naeuij quos Gab. Faernus Trochaicos quinq. esse dicebat, sed duos mendosè scriptos, illa verba in choro *tollenda esse vel potius ante scribenda, quasi dicta essent à poeta in choro.*

Quasi pila ludens datatim dat se & cõmunẽ facit,
Alium tenet, alij nutat. - - - -.
Alibi manus est occupata, alij peruellit pedem,
Alij dat anulũ spectandum à labris, aliũ inuocat,
Cum alio cantat, attamen alijs dat (de) digito litteras.

Licuit eidem secundum versum ex Festo in Adnictat ita supplere. Alij adnutat, alij adnictat, alium amat, alium tenet. *Sed operæ pretium erit eosdem senarios factos ab alio audire.*

Quasi in foro pila.
Ludens datatim dat se, & communem facit,
Alium tenet, alij adnictat, alibi manus
Est occupata, ast alij percellit pedem,
Alij dat anulum spectandum de labris,
Alium inuocat, cumq. alio cantat, attamen
Alijs dat digito litteras.
Vid. coniectanea in Varronem.

De Orthographia. Cap. XXVII.

ORthographia Græcè, Latinè recta scriptura interpretatur. ὀρθὴ enim Græcè recta: γραφὴ scriptura dicitur: hæc disciplina docet quemadmodum scribere debeamus. Nam sicut ars tractat de partium declinatione, ita orthographia de scribendi peritia: vt puta ad, cùm est præpositio, d litteram, cùm est coniunctio t litteram accipit.

Haud: quando aduerbium est negandi, d littera terminatur, & aspiratur in capite. quando autem coniunctio est, per t litteram sine aspiratione scribitur.

Apud præpositio per d scribitur, sicut ad patrem. quoniam veteres sæpè ad pro apud vsi sunt, duabus ex ijs medijs litteris subtractis.

Interdum autem aliæ litteræ in locum aliarum ritè ponuntur. B & P litteris quædam cognatio est. Nam pro Birro dicimus Pirrum. C, & G quandam cognationem habent. Nam cùm dicimus centum & trecentos, postea dicimus quadringẽtos, g ponẽtes pro c. C. & Q similiter cognatio est. nam huiusce per c. cuiusque per q scribimus. [a] Cùm autem præpositio per c scribenda est, si autem aduerbium fuerit, per q. Dicimus enim quum lego. Deus per e solam: dæmon per æ diphthongum est notandus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Equus quod est animal, per e scribendus. A Æquus quod est iustus, per æ diphthongon est scribendus. [b] Exul addita s debet scribi: quia exsul dicitur, qui extra solũ est. [c] Exultat, melius sine littera scribitur. Nam cum ipsa x ex c & s constat, quomodo cùm in ea sit s, rursus ei additur alia?

Æquor per diphthongon scribendum, quia non ab aqua, sed ab æqualitate nomen est factum.

Forsitan per n in fine scribendũ, quia integrum eius est, si forte tandem.

Fedus quod est deformis, per e solam scribendum: fœdus quod est pactum, cum B œ diphthongo scribendum.

[d] Formosus sine n scribitur: quia à formo 1. calido: calor. n. sanguinis efficit pulchritudinem.

[e] Gnatus quod est filius, per g scribendũ: quia facit generatus.

H, quæ aspirationis nota est, in Latino tantùm vocalibus iungitur: vt honor, homo humus. [f] Aspiratur autẽ & consonantibus, sed in Græcis & Hebræis nominibus. Heus autẽ & heu interiectiones per h scribendæ.

I litteram inter duas vocales constitutam bis scribi quidam existimabant, [g] vt Troiia, C Maiia, sed hoc ratio non permittit. Nunquam enim tres vocales in vna syllaba scribuntur. Sed I littera inter duas vocales constituta, pro duplici habetur.

Id, pronomen neutri generis per d scribitur, ab eo quòd est is, ea, id: quia facit idem.

Quòd si verbũ est tertiæ personæ per t notabit, ab eo quòd est eo, is, it: quia facit itur.

K litteram antiqui præponebant [h] quoties a sequebatur, vt Kaput, Kanna, Kalamus. Nunc autem Kartago & Kalendæ per eandem tantùm scribuntur. Omnia autem Græca nomina qualicunque sequente vocali per K sunt scribenda.

Lætus per æ diphthongũ scribitur: quia D lætitia à latitudine vocata est, cui contraria est tristitia, quæ angustiam facit. L, autem littera interdum pro d, littera vtimur: vt latũ pro datũ, & calamitatẽ pro cadamitate: à cadendo enim nomen sumpsit calamitas.

[i] Maxumus: an maximus, & si qua similia sunt, qualiter scribi debeant quæsitum est. Varro tradidit Cæsarem per i huiusmodi verba enuntiare, & scribere solitum esse: inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam, vt maximus, optimus, pessimus scribatur.

Malo per vnum l scribendum: quia est magis volo: Malle per duo ll, quia est magis velle: nolo quoq. per vnum l, nolle per duo. [k] Nolo enim, ne volo est: nolle, ne velle.

[l] Os si vultum aut ossum significat per o solam scribendum est: [m] si personam, h præponenda est.

Ora finium per o: hora diei, per h scribendum.

Onus si de onere venit per o solam scribendum: si de honore, cum h aspiratione.

Præpositio: & præterea, per diphthongũ scribendum.

[n] Penè verò quod est coniunctio, per e.

Pœna: quod est supplicium, per œ.

Q littera tunc rectè ponitur: cùm illam statim u littera sequitur, & alia quælibet vna plurésue vocales iunguntur, ita vt vna syllaba fiat. Cætera per c scribuntur.

Quæ, pronomen cum a scribendum: que, coniunctio, sine a.

Quid, per d litteram scribitur cùm pronomen est: per t, cùm verbum, cuius positio prima est, queo, quis, quit: & in compositione nequeo, nequis, nequit.

Quod, quando pronomen est, per d scribendum: quando numerus, per t: quia totidem per t scribitur.

[o] Quotidie per q scribendum: non per c, vt sit quot diebus.

R littera, communionẽ habet cum s littera. Itaque apud antiquos honos, labos, arbos dicebatur: nunc honor, labor, arbor.

Sat per t scribi oportet, quia integrũ eius facit satis.

Sed per d oportet scribi. Apud antiquos enim sedum dicebatur: nos finales duas litteras abscidimus.

[p] Tamtus sicut & quamtus in medio m habebunt. De quam enim & tam veniunt, vnde & quamtitas, quamtus & tamtus.

[q] Væ interiectio cum a scribenda, Ve coniunctio, sine a.

Xristus quia Græcum est per X scribendum. [r] ita & Xrisma.

Y & Z litteris sola Græca nomina scribuntur. Nam cùm iustitia z litteræ sonum exprimat: tamen, quia Latinum est, per t scribendum est. Sic militia, malitia, nequitia & cætera similia.

In dubijs quoque verbis consuetudo veterum erat, vt cum eadem littera alium intellectum correpta, alium producta haberet, longæ syllabæ apicem apponebant. vt puta

puta pōpulus arborem significaret, an hominum multitudinem: apice distinguebatur. Sic & vbi litteræ consonantes geminabantur, [s] Sicilicum superponebant, vt sel'a, ser'a, as'eres. Veteres enim non duplicabant litteras, sed supra sicilicos apponebant. Qua nota admonebatur lector geminandã esse litteram.

[a] Cap. XXVII. Cum autem præp. *Ex Velij Longi libello de orthograph.*

[b] Exul addito s. *Quia saluum esse dictionib. suum initium debet, ait Terentius Scaurus.*

[c] Exultat. *E margine hæc adscita putabat Chacon, continent enim sententiã præcedenti contrariam e Placidi glosis desumptã. Nos Isidoro id nihil obesse putamus: illius. n. non tam his de reb. iudicare, quàm plurib. è locis diuersa corrogare studiũ fuit. Ead fuit Velij Long. opinio in lib. de orthog. Porrò in antiquissimis legũ tabulis in æs incisis, maxsumus, proxsumus, dixserint, faxsit, deduxsit, exsigatur huiusmodiq. alia multa visuntur.*

[d] Formosus sine n *Scaurus*. Non mediocriter peccant qui formoso n. litteram adsumunt, non magis necessariam quàm glorioso. *Quidam ex apicib. vocalib. longis impositis n contraxisse plurimas voces contendunt, vt formosus, thesaurum, mesam, quoties, vicesimum, A. Augustinus antiquiorem censebat hanc scripturam quam vsum apicum, extare enim Genuæ eream tabulam ante Ciceronis ætatem incisam, in qua sit VICENSVMVM. Idemq. de thesauro, thensa, mensa, & reliquis existimabat. Apices addere vocalib. longis non ita antiquum fuisse, licet sit vetus Quinctiliano teste. Nam antiquiores longas vocales duplicare solitos, vt Feelix pro Felix, Vaala, pro Vala, quæ in nummis leguntur.* Quod autem formosus à formo ducit: idem repetit lib. x. & lib. xix. c. 7. & xx. c. 13.

[e] Gnatus quia facit generatus. *Eod. modo loquitur paullò post:* Sat. per t. quia integrum facit satis.

[f] Aspiratur & consonantib. *Cicer. in Orator.* Quin ego ipse cum scirẽ maiores ita locutos vt nusquam nisi in vocalib. aspiratione vterentur, loquebar ita vt pulcros, cetegos, Cartaginem dicerem.

[g] *Vt* Troiia, Maiia. *Ita Ciceronem solitũ scribere tradit Velius. Quo respexisse videtur Terentianus.* Atq. i. geminum scribere nos iubent magistri.

[h] K. Quoties a sequebatur. *a breue vt diximus ex Diomed. ad c. 4.*

[i] Maxumus an maximus. *Vel. Longus.* Vt iam in ambiguitatem cadat, vtrum per i quædam debeant dici an per u, vt est optumus, maxumus. In quib. ad notandum antiquum sermonem plenioris sonus fuisse, &, vt ait Cicero, rusticanũ: atq. illis placuisse per u talia scribere, & enuntiare. Errauere autem Grãmatici, qui putauerunt superlatiua per u enuntiari, vt enim concedamus illis in optimo in maximo, in pulcherrimo, in iustissimo. Quid facient in his nominib. in quib. æquè manet eadem quæstio superlatione sublata manubiæ, an manibiæ, lubido an libido. Nos verò postquam exilitas sermonis delectare cœpit, vsque i, littera castigauimus illam pinguitudinem: non tamen vt plenè i litterã enuntiaremus. Et contendã quosdam alia nomina per u scribere, qui antiquorum voluntates sequuntur.

[k] Nolo n. nec volo. *Ne pro non dixisse antiquos probat Festus. tdq. frequens apud Plautum. Terentius quoq.* nisi tu ne vis, *dixit.*

[l] Os si vultum aut ossum significat. *Ita constanter VV. CC. nec mirum ossum dixisse hoc loco Isidorum necessitate fanè coactum. Cum osso Agellium multo antevsum tradat Charisius. De loco vero Terentij in Eunucho credo ego Faerno, illud addens, si ossum apud Terentium legeretur; neq. Varronem, neq. Charisium, qui id non probant, fuisse dissimulaturos.*

[m] Si personam. *Vt sit accusatiuus pronominis articularis, hos.*

[n] Pene quod est coniunct. per e. *In Pandectis Florentinis per æ perpetuo scribi aiebat A. Augustinus.*

[o] Quotidie per q. *Sed iam euanuisse dicit Quinctilianus. Velius.* Per q. quotidie magis dicunt, quam per c. cotidie, cum & dicatur melius, & scribatur: non enim est quotidie à quoto dictum, sed à continenti die cotidie tractum.

[p] Tamtus, & quamt. *Vid. apud Casiod. de Orthograph. Gn. Cornutum, & Cesellium.*

[q] Væ interiectio. *Eodem modo Agellius lib. 5. c. 12.* Sed mirum (*inquit*) quod in compositione a deperditur, quoniam ve syllaba in illis breuis est, vt in vetus, vecors.

[r] Ita & Xrisma. *Ita VV. CC si Latinè placuit tunc Xristum Xrisma scribi: ob id opinor, vt retineretur Crucis figura, qua de re supra c. 3. & 4.*

[s] Sicilicum superponeb. *Sic Victorinus in libro de Orthog qui extare id signum ætate sua multis in libris testatur. Fuit autem nota huiusmodi SER'A. SEL'A.* Sicilicum dictum (*ait Festus*) quod semunciam secet. *Id nunc nullum apparere in antiquis marmorib. aut libris miramur, cum in Duillij titulo CLASES, NVMEI. in nummis PILIPVS: sine vlla sicilici nota visantur.*

Nec tamen sic enuntient, quomodo scribant. *Vid. Quinctil. lib. 1. c. 3. & Gn. Cornutij librum de Orthog. apud Casiodor. Vnde hæc tralata sunt.*

De Analogia. Cap. XXVIII.

ANalogia [b] Græcè, Latinè similium comparatio, siue proportio nominatur. [c] Cuius hæc vis est, vt quod dubium est, ad aliquod simile quod non est dubium referatur, vt incerta certis probentur. Octo autem modis comparatio analogiæ colligitur, id est qualitate, comparatione, genere, numero, figura, casu, extremitatibus similium syllabarum, & similitudine temporum. Si quid de ijs vnum defuerit, iam non est analogia, id est similitudo: sed est anomalia, id est extra regulam, vt lupus & lepus, totum conuenit: [d] sed dissentiunt casu: facit enim lupi, leporis. Nam regulariter est dum quæris vtrum trames masculinum sit an fœminum: similis est illi in omni declinatione limes: & erit masculinum. Item funis si incerti generis esse credis, similis est illi panis

Universidad de Deusto
Biblioteca

in declinatione, & erit masculinum.[c] Item ex comparatione positiuorum: vt si dicas, doctus, magnus: positiui sunt & sui similes. Fit & per diminutionem, vt puta funem masculinum esse funiculus ostendit: sicut marmor neutrigeneris esse, marmusculum indicat. Nam quod genus in principalitate est, id esse solet in diminutione. Sed hoc non semper, vt pristinum pistrilla. Sed quia scire debemus [f] ex positione declinationem, & ex diminutione genus colligere.

[c] Cap. XXVIII. *Omnia ex Quinctil. lib. 1. cap. 5. & Sergij arte secunda c. de casib. sed ita concinnata, vt neq. interdum cohæreant, neque auctoribus è quib. sumpta sunt satis respondeant.*

[b] Analogia - Latinè similium comparatio. *Ferri potest, nisi apud Quinctilianum similium comparatio alio sensu acciperetur. Est. n. apud illum Analogiæ pars, hîc genus ipsum. Sergius melius similium rationem dixit.*

[c] Cuius hæc vis vt quod dub. &c. *Verba sunt Quinctil.*

[d] Dissentiunt casu facit n. lupi, leporis. *Non casu sed genere differre voluit Sergius: quia non vt lupus lupa, ita lepus lepa faceret.*

[e] Item ex comparatione positiuor. *Donatus in art. secund.* In his regulis analogia vel ex collatione positiuor. nominum, vel ex diminutione cognoscitur.

[f] ex positione declinationem, & ex dim. g. *Consentiunt VV. CC. in hanc scripturam.*

De Etymologia. Cap. XXIX.

ETymologia est origo vocabulorũ, cùm vis verbi vel nominis per interpretationem colligitur. Hanc Aristoteles σύμβολον, Cicero notationem nominauit: quia nomina & verba rerum nota facit, vt puta flumen, quia fluendo creuit, à fluendo dictum. Cuius cognitio sæpè vsum necessarium habet in interpretatione sua. Nam cùm videris vnde ortum est nomen, citius vim eius intelligis. Omnis enim rei inspectio, etymologia cognita, planior est. Non autem omnia nomina à veteribus secundum naturam imposita sunt, sed quædam & secundũ placitum: sicut & nos seruis & possessionibus interdum secundũ quod placet nostræ voluntati nomina damus. Hinc est quòd omnium nominũ etymologiæ non reperiuntur: quia quædam non secundum qualitatem qua genita sunt, sed iuxta arbitrium humanæ voluntatis vocabula acceperunt. Sunt autẽ etymologiæ nominum, aut ex causa datæ,[a] vt reges à regendo id est à rectè agendo: aut ex origine, vt homo quia sit ex humo: aut ex contrarijs, vt à lauando lutũ, dum lutum non sit mundum, & lucus, quia umbra opacus, parum luceat. Quædam etiam facta sunt ex nominum deriuatione, vt à prudentia prudens. Quædam etiam ex vocibus, vt à garrulitate graculus. Quædam ex Græca etymologia orta & declinata sunt in Latinum, vt sylua: domus. Alia quoque ex nominibus locorũ, vrbium, fluminũ traxerunt vocabula. Multa etiam ex diuersarum gentium sermone vocantur. Vnde & origo eorum vix cernitur. Sunt enim pleraque barbara nomina & incognita Latinis & Græcis.

[a] Cap. XXIX. Vt reges à rectè agendo. *Al.* à regẽdo. *Vtrumq. ex codicib. & ex alijs Isidori locis confirmari potest. Vid. lib. 3. de summ. bon. c. 48. & Burchard. lib. 15. c. 38. & Iuon. part. 16. c. 39. & infr. lib. 12. c. 3.*

De glossis. Cap. XXX.

GLossa Græca interpretatione linguæ sortitur nomen.[a] Hanc Philosophi Adverbum dicunt: quia vocem illam de qua requiritur, vno & singulari verbo designat. Quid enim illud sit in vno verbo positum declarat, vt conticescere est tacere. Item, latus haurit apertum: haurit, percutit. Item cùm terminum dicimus finem: aut populatas interpretamur esse vastatas, & omnino cùm vnius verbi rem vno verbo manifestamus.

[a] Cap. XXX. Hanc Philosophi Adverbum. *Al. aduerbium Graci πρὸς ἔπος. Vnde natum ἐπῳδὴν πρὸς ἐπῳδὰς. Glossas initio dictas ipsa verba vel obscura vel peregrina ex Aristotele, Galeno, Polluce, Suida, & Quinctiliano nostimus: posteriores interpretationes ipsis verbis additas eodẽ nomine vocarunt. Nimis tamen anguste loqui videtur Isidorus, cum vnius verbi rem vno tantum verbo explanari præcipit, vt si plurib. verbis explicetur glossam fore neget. Quod etiam repetit lib. 2. c. 30.*

De Differentijs. Cap. XXXI.

DIfferentia [a] est species definitionis, quam scriptores artium de eodem & de altero nominant. Hæc enim duo quadam inter se cõmunione confusa, coniecta differentia, secernuntur, per quam quid sit vtrumque cognoscitur: vt cùm quæritur, quid inter regẽ interfit & tyrannũ, adiecta differentia quid vterq. sit definitur, vt Rex modestus & temperans, tyrannus verò crudelis. Inter hæc enim duo differentia cùm posita

posita fuerit, quid sit vtrumque cognoscitur: sic & cætera.

[a] Cap XXXI. Differentia est. *Ex Victorin. & Boeth. lib. 1. de diffinit. c. 28. repetuntur ead. lib. 2. c. 30.*

De Barbarismo. Cap. XXXII.

BArbarismus est verbum corrupta littera, vel sono enuntiatum: littera, vt floriet. dum florebit dicere oporteat: sono, si pro media syllaba prima producatur, vt, latebræ, tenebræ. Appellatus autẽ barbarismus à barbaris gentibus, dũ Latinæ orationis integritatẽ nescirent: [a] vnaquæq. enim gens facta Romanorum, cum suis opibus vitia quoque & verborum & morum Romam transmisit. [b] Inter barbarismum autẽ & barbarolexim hoc interest, quod barbarismus in verbo Latino fit, dum corrũpitur: quando autem barbara verba Latinis eloquijs inseruntur, barbarolexis dicitur. Item quando in prosa vitium fit sermonis, barbarismus vocatur, quando in metro, metaplasmus dicitur. Barbarismus autem fit scripto & pronuntiatione. Scripto quattuor modis, si quis in verbo litteram vel syllabam adijciat, mutet, transmutet, vel minuat. Pronunciatione autem fit in temporibus, tonis, aspirationibus & reliquis quæ sequuntur. Per tempora quippe fit barbarismus, si pro longa syllaba breuis ponatur, aut pro breui longa. Per tonos, si accentus in aliã syllabã commutetur. Per aspirationem, si adijciatur h littera vbi non debet, aut detrahatur vbi esse oportet. Per hiatũ, quoties in pronuntiatione scinditur versus antequam compleatur: siue quoties vocalis vocalem sequitur: vt, Musæ Aonides. Fit Barbarismus & per Metacismos, Iotacismos, & Labdacismos.

Metacismus est quoties m litteram vocalis sequitur: vt, bonum aurum, iustum amicum. Sed & hoc vitium aut suspensione m litteræ, aut detractione vitamus.

Iotacismus est quoties in iota littera duplicatur sonus, vt, Troiia, Maiia: vbi earum litterarum adeò exilis erit pronuntiatio vt vnum iota non duo sonare videatur.

[c] Labdacismus est, si pro vno l duo pronuntientur, vt Afri faciunt: sicut Colloquium pro conloquium: vel quoties vnum l exilius, duo largius proferimus. Quod contra est: [d] nam vnũ largius, duo exilius proferre debemus.

[c] Collisio est quoties nouissimæ syllabæ finis in alterius principio est, vt matertera.

[a] Cap. XXXII. Vnaquæq. n. gens *Ead. inf. lib. 9. c. 1.*

[b] Inter barbarismum, & barbarolexin. *Barbarolexin quoq. nominat Charisius, Barbaralexin Donatus, & Diomedes.*

[c] Labdacism. *Vid. Martian. Capell.*

[d] Nam vnum l. largius, duo exilius. *Contra videbatur, vnum exilius, duo largius proferenda. Sed vetant libri omnes. Erit igitur (vt opinor) huiusmodi Isidori sententia: vt quemadmodum vocales duæ cum in diphthongũ conueniunt, non plenè singulæ proferuntur; sed ita coeunt, vt confuso sono aliquid vnicuiq. depereat; neutraq. illarum plenè exaudiatur; ita duplex ll in media dictione exilius profertur, quam simplex. Neq. id (si arguitari licet) præter rationem accidit. Nam prius l obtunditur cum in sequens illiditur: quam plagam accipiens, alteram vicissim sequenti infligit, nam cum eo coalescens aufert illi quod semiuoculis erat proprium, vt à vocali inciperet. Ita vtrumq. languescit, prius posteriore sui parte, priore posterius. Labdacismos quoq. nostri qui mollius loqui student sæpè admittunt, Neq. Hebræi has delicias non agnouere, veluti cum in חַלְדֵּה & בַּוּלְדָּ daghes decorum appingunt.*

[e] Collisio est. *Collisionis supta non meminerat, at meminit Donatus.*

De Solœcismo. Cap. XXXIII.

SOlœcismus est plurimorum verborum inter se inconueniens compositio, sicut barbarismus vnius verbi corruptio.[a] Verba enim non rectè lege coniuncta solœcismus est: vt si quis dicat, inter nobis pro inter nos: aut dare veniam sceleratorum, pro sceleratis. Dictus autem solœcismus à [b] Cilicibus: qui ex vrbe Solœ, quæ nunc Pompeiopolis appellatur, profecti, cùm apud alios commorantes, suam & illorum linguam vitiosè inconsequentérq. confunderẽt, solœcismo nomen dederunt. Vnde & similiter loquẽtes, solœcismos facere dicuntur. Solœcismus autem apud Poëtas schema dicitur, quoties in versu necessitate metri factus inuenitur: cum autem non inuenitur necessitas, permanet solœcismi culpa. Solœcismus fit duobus modis, aut per per partes orationis, aut per accidentia. Per partes orationis fit, si alteram partem pro altera ponamus, vt puta si [c] præpositiones aduerbijs applicemus. Per accidẽtia fit, id est per ea quæ accidũt partibus, vt putà per qualitates, genera, numeros, figuras & casus. Per ista igitur omnia fiũt solœcismi, sicut Donatus exposuit. Fiũt præterea & plurimis modis. Nam Lucilius centum genera solœcismorum dixit, quos omnes vitare potius quàm sequi debet, qui regulam

Universidad de Deusto
Biblioteca

regulam rectè loquendi tenere ſtudet.

a Cap. XXXIII. Verba non rectè coniuncta. *Ex Aug. 2. de doctrin. Chriſt. c. 13.*

b Cilicib. *Ex Diomede.*

c Si præpoſitiones aduerbijs applicemus. *Ita VV CC. rectè, vt ſi dicas de longè.* Non. Omnes artem ſecuti negant aduerbijs præpoſitionem addi oportere, ſed auctoritas veterum præponi debet. De ſubito, &c.

De Vitijs. Cap. XXXIIII.

VItia apud Grammaticos illa dicuntur quæ in eloquio cauere debemus. Sunt autem hæc: barbariſmus, ſolœciſmus, acyrologia, cacephaton, & reliqua.

Barbariſmus eſt corruptio verbi vnius: vt ſi tertiam ſyllabam quis producat in Ignoſcere.

Solœciſmus compoſitio vitioſa verborũ: vt ſi aliquis dicat, inter hominib. pro inter homines.

Acyrologia non propria dictio, vt, Liceat ſperare timenti: proprium eſt autem timenti formidare, non ſperare: & gramineo in campo: proprium eſt graminoſum dicere campũ, non gramineum.

a Cacephaton dictio obſcœna vel incompoſitè ſonans. Obſcœna, vt His animum arrecti dictis. Incompoſita, vt Iuuat ire & Dorica caſtra. b Mala enim compoſitio fit ab ea ſyllaba incipere, qua ſuperior finierat.

Pleonaſmos adiectio vnius verbi ſuperuacua, vt Hactenus aruorum cultus & ſydera cæli. Neq. enim alibi niſi in cælo ſunt ſydera.

Periſſologia adiectio plurimorum verborum ſuperuacua: vt, viuat Ruben & non moriatur: dum non ſit aliud viuere, quàm non mori.

Macrologia, longiloquium, res non neceſſarias comprehendens: vt, Legati non impetrata pace retrò vnde venerant domũ reuerſi ſunt.

c Tautologia, idemloquium, vt, ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aura ætherea, neque adhuc crudelibus occubat vmbris. Totum enim quod repetitur vna res eſt, ſed crebro ſermone adnuntiata.

Eclipſis eſt defectus dictionis: in quo neceſſaria verba deſunt, vt, Cui pharetra ex auro: deeſt enim, erat.

Tapinoſis eſt humilitas ſtatum magnæ rei dictis infirmans: vt, Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Gurgitem poſuit pro mari.

Cacoſyntheton vitioſa compoſitio, vt, verſáque iuuencũ Terga fatigamus haſta.

d Amphibolia, ambigua dictio: quæ fit aut per caſum accuſatiuum, vt illud reſponſum Apollinis ad Pyrrhum: Aio te Æacida Romanos vincere poſſe. In quo non eſt certum, quem in ipſo verſu monſtrauerit eſſe victorem. Fit & per incertam diſtinctionẽ: vt, Bellum ingens geret Italia. Incerta diſtinctio, vtrum bellum ingens, an ingens Italia. Fit & per commune verbum, deprecatur Cato, calumniatur Cicero, præſtolatur Brutus, dedignatur Antonius: nec oſtenditur in hac ambiguitate vtrũ ipſi alios, an alij ipſos deprecati ſunt, aut calumniati. Fit & per homonymiam, quando vno nomine multa ſignificantur: vt acies & non addas aut ferri, aut oculorum, aut militum.

a Capit. XXXIIII. Gramineo in campo. *Quod aduertit Seru. 5. AEn.*

b Cacephatõ. *Quod Iſidorus incompoſitè ſonans, Seruius Cacephaton in ſermone, Donatus cacephaton in compoſita dictione vocat.*

c Mala n. compoſitio. *Verba Seruij ad--Dorica caſtra AEneid. 2.*

d Tautologia idemloquium. *Ita paullò ante macrologia longiloquium, & c. 36. allegoriam alieniloquium interpretatur.*

e Amphibolia. *Ita VV. CC. & ita à Chariſio nominatur, rectius quàm à Diomede, & Donato amphibologia.*

De Metaplaſmis. Cap. XXXV.

METaplaſmus Græca lingua, Latinè transformatio dicitur, qui fit in vno verbo propter metri neceſsitatem, & licentiam Pôêtarum, cuius ſpecies iſtæ ſunt.

Prothеſis: appoſitio in principio verbi, vt gnato pro nato, & tetulit pro tulit. Epentheſis appoſitio in medio, vt relliquias pro reliquias, induperator pro imperator.

a Paragoge: appoſitio in fine, vt magis pro mage, & poteſtur pro poteſt.

Aphæreſis: abſciſsio de principio, vt temno pro contemno.

Syncope: abſciſsio de medio, vt forſan, pro forſitan.

Apocope: abſciſsio de fine, vt ſat pro ſatis.

Ectaſis: productio cõtra naturam, vt, Italiam fato, cùm Italiã correptè dici debeat.

Syſtole: correptio contra naturam. aquoſus Orion: cùm Orion productè dici debeat.

Diæreſis

Diæreſis diſciſsio vnius ſyllabæ in duas, vt, albái, longai, pro albæ, longæ.

Epiſynalœphe, conglutinatio duarum in vnam, vt, Phæton pro Phâêton, Nerei pro Nerẽi, æripedẽ pro æripedem.

Synalœphe, colliſio vacalium b adiunctarum vocalibus: vt, Atq. ea diuerſa penitus dum parte geruntur.

Ecthlipſis, colliſio conſonantiũ cum vocalibus: vt, Multum ille & terris.

Antitheſis, contrapoſitio litteræ pro alia littera: vt olli pro illi.

Metatheſis, tranſpoſitio litteræ, vt, Euandre pro Euander, Timbre pro Timber.

Inter barbariſmum & lexin hoc eſt Latinam & perfectam elocutionem c metaplaſmus eſt, qui in vno ſermone, ratione fit vitioſus. Item inter ſolœciſmum & phraſin, i. perfectam connexionẽ ſermonum, ſchema ideſt figura eſt, quæ fit contextu ſermonum ratione vitioſa. Ergo metaplaſmi & ſchemata media ſunt: & diſcernuntur peritia & imperitia. Fiunt autem ad ornatum.

a Capit. XXXV. Paragoge vt magis pro mage. *Iiſdem exemplis vtitur Donatus; at Chariſio Apocopes exemplum eſt mage pro magis.*

b Adiunctarum vocalib. *Sat erat colliſionem vocalium dicere. Sed ſiquid addendum fuit, tolerabilior Romam codicis ſcriptura viſa eſt in quo,* adiunctar. *quam noſtrorũ vbi* iuncta, *vel* adiuncta *legitur.*

c Metaplaſmus eſt, qui in vno ſermone. *Totus locus è Seru. AEn. 5. ad illud.* Vrbis opus, triplici pubes quem Dardana verſu. *Vtrobiq. tamen mendoſus, quem reſtituit ex veteri editione Chacon.*

De Schematibus. Cap. XXXVI.

SChemata, ex Græco in Latinũ eloquium figuræ interpretantur, quæ fiunt in verbis vel ſententijs a per varias diſtinctionũ formas propter eloquij ornatũ. Hæc dũ multa ſint, b apud Grãmaticos iſta inueniuntur.

Prolepſis eſt præſumptio: vbi ea, quæ ſequi debent, anteponũtur: vt, Interea reges ingenti mole: Latinus. Debuit enim ſic dicere: Interea reges ingenti mole: & ſtatim adijcere quod ſequitur. Procedunt caſtris: deinde dicere: Latinus, &c. ſed facta eſt pro ornamento præſumptio rei, & qui ſequi debuêre reges interpoſiti ſunt in ſeptem verſibus, & poſtea additum eſt, Procedunt caſtris. Inde præſumptio, quia antepoſita ſunt quæ ſequi debuêre.

Zeugma eſt clauſula: cùm plures ſenſus vno verbo clauduntur, quæ fit tribus modis. Nam aut in primo, aut in poſtremo, aut in medio id verbum ponitur, quod ſententias iungit. In primo, vt, c Vertitur cœnophoris fundus ſententia nobis. In medio, vt, Græcia Sulpitio ſorti data, Gallia Cottæ. In poſtremo, vt, namque hoc tempore Obſequiũ amicos, veritas odium parit.

Hypozeuxis eſt figura ſuperiori contraria, vbi in ſingulis ſenſibus propria vnicuiq. clauſula eſt: vt, Regem adit, & regi memorat noménque genúſque.

d Syllepſis eſt in diſsimilibus clauſulis, aut pluralis dictio ſingulari verbo finita, vt, ſocijs & rege recepto: aut ſingularis dictio plurali verbo expleta, vt, Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſsi copia lactis. Supra enim, Sunt, dixit: hîc debuit dicere, Eſt preſsi copia lactis, Fit autem Syllepſis non ſolùm per partes orationis, ſed & per accidentia partibus. Nam vbi & pro multis vnus, & pro vno multi ponuntur, ſyllepſis eſt: pro multis vnus, vt eſt illud: vterúmque armato milite complent: cùm non vno, ſed multis militibus. Item pro vno multi, vt in Euãgelio, Latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei: vbi pro vno vterq. inducitur blaſphemaſſe.

Anadiploſis eſt, quando ab eodem verbo quo prior verſus finiuit, ſequens verſus incipit, vt eſt illud, Certent & cygnis vlulæ, ſit Tityrus Orpheus, Orpheus in ſyluis, inter delphinas Arion.

Anaphora eſt repetitio eiuſdem verbi per principia verſuum plurimorum, vt, Nos te Dardania incenſa tuáque arma ſecuti, Nos tumidum ſub te permenſi claſsibus æquor.

Epanaphora eſt in vno verſu per principia ſenſuum eiuſdem verbi repetitio, vt, Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda, Te liquidi fleuêre lacus.

Epizeuſis in vno ſenſu congeminatio verbi, vt, Sic ſic iuuat ire ſub vmbras.

Epanalepſis eſt ſermonis in principio verſus poſiti eiuſdem in fine replicatio, vt eſt illud: Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.

Paronomaſia eſt in ſignificatione diuerſa dictio pænè ipſa, vt illud: Abire an obire te conuenit, i. exulem fieri, an mori?

Scheſis onomaton: multitudo nominum coniunctorum c quodã ambitu copulata, vt Nubila, nix, grando, procellæ, fulmina, venti.

Paromœon eſt multitudo verborum ex vna littera inchoantium, quale eſt apud Ennium, O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tulisti. Sed hoc bene tẽperat Virgilius dum non toto versu vtitur hac figura, vt Ennius: sed nunc in principio versus tantùm, vt est illud: Sæua sedens super arma: nunc in medio, vt, Quæque lacus latè liquidos, quæque aspera dumis: nunc autem in fine, vt, Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

Homœoptoton est: cùm plurima nomina per vnum casum denuntiantur, vt est illud, Sed neque currentem se, nec cognoscit euntem, Tollentémq. manus, saxumq. immane mouentem.

Homoteleuton est: cum vno modo verba plurima finiuntur, vt abijt, abscesit, euasit, erupit.

Polyptoton est cùm diuersis casibus sententia variatur. vt, Ex nihilo nihilum, ad nihilũ nil posse reuerti. [f] Marcus Dama, papæ, Marco spondente recusas, Credere tu nummos? Marco sub iudice palles! Marcus dixit ita est, asigna Marce tabellas.

Hirmos est sententia continuatæ orationis tenorem suum vsque ad vltimũ seruans, vt, Est in secessu longo locus, insula portum, & reliqua. Hinc enim in longum vadit sensus vsque ad illud: horrentiq. atrum nemus imminet vmbra.

Polysyntheton est dictio multis concatenata coniunctionibus, vt, tectúmque, latémque, Armáque; Amycleúmque canem.

Dialyton vel asyntheton figura est, quæ è contrario sine coniunctionibus solutè ac simpliciter effertur, vt, Venimus, vidimus, placuit.

g Antitheton est, vbi contraria contrarijs opponuntur, & sententiæ pulchritudinem reddunt, vt illud, Frigida pugnabant calidis, humentia siccis: Mollia cum duris: sine pondere, habentia pondus.

Hypallage quotiescunq. per contrarium verba intelliguntur: vt, Dare classibus austros: cùm ventis naues demus, non nauibus ventos.

a Cap. XXXVI. Per varias distinctionum formas *Ita pleriq. ex Longob. malè in alijs dictionum. Nam distinctionum & ad nomen schematis, & ad rem ipsam de qua agitur multò est aptius.*

b Apud Grammaticos ista inueniuntur. *Necessaria ex Donato, & Charisio addebat Chacon.*

c Vertitur œnophoris fund. *Citatur à Nonio in sententia ex Lucil. lib. 3. Satyr.*

d Syllepsis est in disim. cl. *Donatus.* Item Syllepsis est in disimilib. clausulis, quando dictio singularis verbo plurali adiungitur. *Charis.* Syllepsis est cùm singularis dictio plurali verbo concluditur.

e quodam ambitu copulata. *Mendosè apud Donatum, Eod habitu copulandi. legitur.*

f Marcus Dama. *e Pers. Satyr. V.*

g Antithetõ. *Hæc vsq. ad finem capitis neq. Donati sunt neq. Charisij, & in Rom. codic. plures aliæ figuræ leguntur, vt hæ quoq. alienæ videri possint.*

De Tropis. Cap. XXXVII.

TRopos Græco nomine Grãmatici vocant, qui Latinè modi locutionum interpretantur. Fiunt autem à propria significatione [a] ad non propriam similitudinem. Quorum omniũ nomina difficillimum est annotare, sed ex omnibus Donatus [b] tredecim vsui tradenda conscripsit.

Metaphora est verbi alicuius vsurpata translatio, sicut cùm dicimus, fluctuare segetes, gemmare vites: dum in ijs rebus fluctus & gemmas non inuenimus, in quibus hæc verba aliunde transferuntur: sed hæ atque aliæ tropicæ locutiones ad ea quæ intelligenda sunt propterea figuratis amictibus obteguntur, vt sensum legentis exerceant, & ne nuda atq. in promptu posita vilescant. Fiunt autem metaphoræ [b] modis quattuor, ab animali ad animale, vt, Aligeros conscendit equos: metaphoricè loquens miscuit quadrupedi alas auis: & quo cursu deserta petiuerit, miscuit volatili cursum quadrupedis. Ab inanimali ad inanimale, vt Pontum pinus arat: sulcum premit alta carina. Miscuit vsum terræ aquis, dum arare & sulcum premere ad terram pertineat, non ad mare. Ab inanimali ad animale, vt florida iuuentus: miscuit flores inanimales, iuuentuti quæ animã habet. Ab animali ad inanimale, vt, [c] Tu Neptune pater cui tẽpora cana crepanti Cincta salo resonant, magnus cui perpete mento Profluit Oceanus, & flumina crinibus errant. Mentum enim & tempora & crines non ad Oceanum pertinent, sed ad homines. Sic & alia rerum nomina de alio genere in aliud genus decentissimè decoris gratia transferuntur, vt oratio perornetur. Metaphora autem aut partis vnius est, vt fluctuare segetes, non potes dicere segetare fluctus: aut antistropha est, id est reciproca, vt remigium alarum. Nam & alæ nauium & alarum remigia dicuntur.

Catachresis, est alienæ rei nomen appositum: hæc eo à metaphora differt, quòd illa, vocabulum habenti largitur: hæc quia non habet proprium, alieno vtitur: vt, faciémq. simillima lauro: &, nũc vna ambæ iunctíq.

feruntur

feruntur Frontibus, & longa sulcant vada salsa carina. Dum facies, & frons tantùm animalium & hominum sint. Quod nomen si poëta non apposuisset naui, quid propriũ eidem parti diceret, non haberet.

Metalepsis tropus à præcedente indicans quod sequitur: [d] Inque manus chartæ nodosáque venit arundo. Nam per manum verba, per arundinem litteræ significatæ sunt.

Metonymia est transnominatio ab alia significatione ad aliam proximitatẽ translata. Fit autem multis modis: aut enim per id quod continet, id quod continetur ostẽdit, vt theatra plaudunt, prata mugiunt: dum illic homines plaudant, hìc boues mugiant: aut contra per id quod continetur id quod continet, vt, Iam proximus ardet Vcalegon, dum non ille, sed domus eius arderet. Item per inuentorem id quod inuentum est, vt, Sine Cerere & Libero friget Venus. &, commixtã Vulcanus (mittit) ad astra fauillam. Vult enim per Cererem frumenti inuentricem intelligere panem: per Liberum inuentorem vitis, vinũ: per Venerem, libidinem: per Vulcanum, ignem. At contra per inuentum inuentorem demonstrat: [e] vt vinum precamur pro Libero qui vinum apud Græcos inuenit. Itẽ per efficientem, id quod efficitur, sicut pigrum frigus, quòd pigros homines faciat: & timor pallidus, eò quòd pallidos homines reddat. At contrà per id quod efficitur efficiens: vt, Iungit equos auro genitor, spumãtiáq. addit Frena feris. Spumantia fræna dixit, cùm vtiq. non ipsa faciant spumas, sed equus qui ea gerit spumis conspergat infusis.

[f] Antonomasia est pro nomine, i. vice nominis posita, vt Maia genitus pro Mercurio: qui tropus fit tribus modis: ab animo, vt magnanimúsque Anchisiades: à corpore, vt ipse arduus: extrinsecus, vt, Infelix puer atque impar congressus Achilli.

Epitheton supra nomen: præponitur enim proprio nomini, vt Alma Ceres, Obscœnique canes, importunæque volucres. Inter antonomasiam autem & epitheton hoc differt, quòd antonomasia, pro vice nominis ponitur: Epitheton autem nunquam sine nomine est. [g] Quibus duobus tropis vel vituperamus aliquem, vel ostendimus, vel laudamus.

Synedoche est conceptio: cùm à parte totum, vel à toto pars intelligitur. Eo enim & per speciem genus, & per genus species demonstratur: sed species pars est, genus autem totum. A toto enim pars intelligitur: vt, Quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus Transpontum fugat. Non enim totus annus est frigidus, sed pars anni, id est hyems. At contra à parte totum, vt, flãmas cum regia puppis Extulerat. Vbi non solùm puppis, sed nauis: & non nauis, sed qui in ea: & non omnes, sed vnus flammas extulit.

Onomatopœia, nomen fictum ad imitandum sonum vocis confusæ, vt stridor valuarum, hinnitus equorum, mugitus boum, balatus ouium.

Periphrasis est circumloquium, dum res vna plurimis verbis significatur, vt auras vitales carpit. Significauit enim per copulationẽ verborũ vnã rem, hoc est, viuit. Hic autem tropus geminus est: nam aut veritatem splendidè producit: aut fœditatem circuitu euitat. Veritatem splendidè producit, sicut: Et iam prima nouo spargebat lumine terras, Tithoni croceũ linquens aurora cubile. Vult enim dicere, iam lucescebat, aut dies ortus erat. Fœditatem circuitu deuitat, sicut: placidúmque petiuit Coniugis infusus gremio per membra soporem: Hoc enim circuitu euitat obscœnitatem & decenter ostendit concubitum.

Hyperbaton est transcensio, cùm verbum aut sententia ordine commutatur. Huius species quinque sunt, Anastrophe, Hysteron proteron, parenthesis, tmesis, synchesis.

Anastrophe verborum ordo præposterus, vt, littora circum, pro circum littora.

Hysteron proteron: sententia ordine commutata: vt, Postquàm altos tetigit fluctus, & ad æquora venit. Antè enim ad æquora venit, & sic tetigit fluctus.

Parenthesis: vbi [h] interponimus sententiam, qua ex medio remota, integer sermo perdurat, vt, Æneas (neque enim patrius consistere mentem Passus amor) rapidum ad naues præmittit Achatẽ. Est enim ordo Æneas rapidum præmittit Achatem: nam illud in medio parenthesis est.

Tmesis est sectio vnius nominis per interpositionem verborum: vt, multo nebulæ circum Dea fudit amictu, pro circumfudit.

Synchesis est, vbi ex omni parte confusa sunt verba, vt illud,— Iuuenes, fortissima frustra Pectora, si vobis audentem ex-

trema

Universidad de Deusto
Biblioteca

trema cupido est Certa sequi,quæ sit rebus fortuna videtis. Excessere omnes, adytis arisque relictis, Dij quibus imperium hoc steterat, succurritis vrbi Incensæ? moriamur,& in media arma ruamus. [i]Ordo talis est, Iuuenes fortissima pectora frustra succurritis vrbi incensæ , quia excessere Dij quibus hoc imperium steterat. Vnde si vobis cupido certa est me sequi audentem extrema: ruamus in media arma & moriamur.

[k] Hyperbole est excelsitas fidem excedens vltrà quàm credendum est: vt, sydera verberat vnda , &, Terram inter fluctus aperit. Hoc enim modo vltra fidem aliquid augetur, nec tamen à tramite significandæ veritatis erratur, quamuis verba quibus indicatur excedant, vt voluntas loquentis non fallentis appareat: quo tropo non solùm augetur aliquid, sed & minuitur: augetur, vt, velocior aura: minuitur, vt, mollior pluma, durior saxo.

[l] Allegoria est alieniloquium, aliud enim sonat, aliud intelligitur: vt, -tres littore cernos Conspicit errantes. Vbi tres duces belli Punici, vel tria bella Punica significãtur. Et in Bucolicis , Aurea mala decem misi, id est ad Augustum decem eclogas pastorum. Huius tropi plures sunt species, ex quibus eminent septem: Ironia, Antiphrasis, Ænigma, Charientismos Parœmia , Sarcasmos, Astysmos.

[m] Ironia, est sententia per pronunciationem contrarium habens intellectum. Hoc enim tropo callidè aut per accusationem, aut per insultationem aliquid dicitur. vt est illud: Vestras Eure domos, illa se iactet in aula Æolus , & clauso ventorum carcere regnet. Et quomodo aula , si carcer est? Soluitur enim pronuntiatione. Nam carcer pronuntiatio est: iactet in aula, Ironia est: & totum per contrariam pronuntiationem enuntiatur per Ironiæ speciem , quæ laudando deridet.

[n] Antiphrasis est sermo è contrario intelligendus: vt lucus, quia caret luce per nimiam nemorum vmbram: & manes, id est mites & modesti, cùm sint terribiles & immanes: & Parcæ & Eumenides, Furiæ quod nulli pareant vel benè faciant. Hoc tropo & nani Atlantes , & cæci videntes , & vulgo Æthiopes argentei appellantur. Inter Ironiam autem & Antiphrasim hoc distat, quòd Ironia pronuntiatione sola indicat quod intelligi vult , sicut cùm dicimus homini agenti malè : Bonum est quod facis. Anthiphrasis verò non voce pronuntiantis significat contrarium, sed suis tantùm verbis, quorum origo contraria est.

Ænigma est quæstio obscura, quæ difficilè intelligitur, nisi aperiatur : vt est illud: De comedente exiuit cibus : & de forti egressa est dulcedo : significans ex ore leonis fauum extractum: Inter allegoriam autem & ænigma hoc interest : quòd allegoriæ vis gemina est : & sub re alia aliud figuraliter indicat. Ænigma verò tantùm sensus obscurus est , & per quasdam imagines adumbratus.

[o] Charientismos est tropus, quo dura dictu gratius proferuntur. vti cùm interrogantibus, numquid nos quæsierit aliquis, respondetur, bona fortuna. Vnde intelligitur, neminem nos quæsisse.

[p] Parœmia est rebus & temporibus accõmodatum prouerbium. Rebus, vt, Contra stimulum calces: dum significatur aduersis resistendum. Temporibus, vt , Lupus est in fabula. [q] Aiunt enim rustici vocem hominem perdere , si eum prior lupus viderit. Vnde & subitò tacenti dicitur istud prouerbium, Lupus in fabula.

[r] Sarcasmos est hostilis irrisio, cum amaritudine, vt Referes ergo hæc & nuntius ibis Pelidæ genitori , illi mea tristia facta , Degenerémque Neoptolemum narrare memento. Huic contrarius est Astysmus, id est, vrbanitas sine iracundia, vt illud, Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui, Atque idem iungat vulpes & mulgeat hircos. id est, qui Bauium non odit, pro pœna ei contingat vt diligat Mæuium. Fuerunt autem Mæuius & Bauius poëtę pessimi & inimici Virgilij. Qui hos ergo diligit, faciat quæ contrà naturam sunt, id est, iungat vulpes & mulgeat hircos.

Homœosis est, quæ Latinè interpretatur similitudo, per quam minus notæ rei per similitudinem eius quæ magis nota est panditur demonstratio. Huius species sunt tres, icon, parabola, paradigma, id est imago, cõparatio, exemplum.

Icon est imago, cùm figuram rei ex simili genere conamur exprimere, vt, Omnia Mercurio similis , vocémque colorémque , Et crines flauos , & membra decora iuuentæ. Congrua enim est similitudo de specie, cuius persona inducitur.

Parabola

Parabola est comparatio ex dissimilibus rebus, vt, qualis in aruis Æstiferæ Libyæ viso leo cominus hoste Subsedit: vbi leoni Cæsarem comparauit, non ex suo, sed ex alieno genere similitudinem faciens.

Paradigma est exemplum dicti vel facti alicuius, aut ex simili, aut ex dissimili genere, conueniẽs ei, quam proponimus rei. ita, [s]Tam fortiter perijt apud Hipponem Scipio, quam Vticæ Cato. Similitudo autem tribus modis fit, à pari, à maiore, à minore. A pari: Ac veluti magno in populo cùm sæpè coorta est Seditio. A maiore ad minus: Qualiter expressum ventis per nubila fulmen. à minore ad maius: Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus, Threicia fretus cithara fidibusque canoris . quasi dicat, re parua & breui, id est, si ille cithara fretus, ego pietate.

[a] ad non propriam similitudinem. *Ferri potest vulgata scriptura* similitudine, *vt sit quod Charisius dixit propter similitudinẽ. Nam ex eo videntur hæc. Sed cùm idem Charisius metonymiam definiat.* Dictionem trãslatam à propria significatione ad aliam proximitatẽ : *vtrouis modo legas licebit. Et Donatus.* Ad impropriam similitudinem.

[b] XIII. vsui trad. *Ita Beda XII. Donatus,& Charis.*

[c] Tu Neptune pat. *Citatur ex Claudian. à D. Aug. lib. 3. de doct. Chr. Varroni quidam, Albinouano tribuebat A. Augustinus.*

[d] Inq. manus chart. *Pers. Satyr. 3. Quod verò sequitur:* Nam per manum verba , &c. *Aut aliena sunt, vt alijs quoque visum est, aut forte legendum,* nam per manum, chartam, & arundinem litteræ significatæ sunt.

[e] vinũ precamur. *Seru. Æn. 1. ad*--Crateras magnos st. c. v. c. Tropus est Synedoche, vt Cererẽ pro frumento dicimus. Sic Plautus: vinum precamur, nam hic deus præsens adest.

[f] Antonomasia. *Donatus* Antonomasia est significatio vice nominis posita, *&c. vsq. ad* Achilli.

[g] Quib. duob. trop. *Ex Donat. Charisius quoq.* ἐπίθετον est dictio vocabulo adiecta, aut ornandi, aut destruendi, aut indicandi caussa.

[h] Interponimus sententiam. *Donatus.* Interposita formatio diuersæ sententiæ.

[i] Ordo talis, &c. *Seruij ad eum Virgilij locum.*

[k] vt voluntas loq. non fall. *Quinctil. lib. 8.* Monere satis est, mentiri hyperbolen, neq. ita vt mendacio fallere velit.

[l] Allegoria. *Ambros. lib. de Abraham.* Allegoria est, cùm aliud geritur, & aliud figuratur. *Cic. 3. de Orat.* Aliud dicitur, & aliud intelligendum est.

[m] Ironia. *Charisius.* Ironia est oratio pronuntiationis grauitate in contrarium deducens sensum verborum.

[n] Antiphrasis. *Hieronymus Bonos. ep. 100.* An ideo tibi bellus videris quia fausto vocaris nomine, quasi non & lucus ideo dicatur , quod minime luceat, & parcæ quod nequaquam parcant, & Eumenides furię quod nõ sint benignę, & vulgo Æthiopes vocentur argentei.

[o] Charientism. *Ex Donat. & Charis.*

[p] Parœmia. *Ex Donat. Charisius.* Parœmia est vulgaris rei vsurpatio cum aliqua diuersitate, vt cocta numerabimus exta, cùm significet, ex euentu sciemus. Et, contra stimulum calces , id est rei contrariæ resistere. *Qua sit sententia huius prouerbij in Actis Apost. & apud Terentium nemo nescit.*

[q] Aiunt enim rustici. *Non rusticos , sed physicos id confirmare scribit Seruius ad eclog. 9. Vid. Donat. in Adelph.*

[r] Sarcasmos. *è Seruio Æn. 2. ad verba Pyrrhi.* Referes ergo hæc. *Et eclog. 3. ad illud.* Qui Bauium non odit.

[s] Tam fortiter perijt apud Hipp. Scip. *Q. Metellũ Scipionem , opinor , intelligit. Qui cum antea P. Cornelius Scipio diceretur, postea adoptione Q. Metelli Pij , dictus est Q. Cæcilius Metellus Scipio. Hic, vt refert Appianus, cum in classem Cæsaris incidisset, neque effugere posset, gladio perfossus in mare se præcipitauit.*

De Prosa. Cap. XXXVIII.

PRosa est producta oratio, & à lege metri soluta. [a] Prosum enim antiqui productũ dicebant & rectum. Vnde ait Varro, apud Plautũ prosis lectis significare rectis. vnde etiam quæ non est perflexa numero : sed recta, prosa oratio dicitur, in rectum producendo. Alij prosam aiunt dictam ab eo, quod sit profusa , vel ab eo quòd spatiosius proruat & excurrat, nullo sibi termino præfinito. Præterea tam apud Græcos , quàm apud Latinos longè antiquiorem curam fuisse carminum, quàm prosæ. Omnia enim prius versibus condebantur, prosæ autem studium serò viguit. Primus apud Græcos [b]Pherecydes Syrius soluta oratione scripsit. apud Romanos autẽ Appius Cæcus aduersus Pyrrhũ solutam orationem primus exercuit. Iam ex hinc & cæteri prosæ eloquentia contenderunt.

[a] Cap. XXXVIII. Prosum n. antiqui productum d. e. r. *Glossar.* Prosa, pexatunica, πεξὴ ἱμάτιον. *Vid. Fest. Prosum autẽ, an prorsum dicas, nihil referre (nisi quod illud antiquius) rectè aduertit vir eruditiss.*

[b] Pherecydes Syrius. *Apuleius lib. 2. Florid.* Pherecydes Syro insula Oriundus , qui primus versuũ nexu repudiato, conscribere ausus est passis verbis , soluto loquutu, libera oratione. *Meminit huius Plinius lib. 5. c. 29. & lib. 7. c. 56. Strab. lib. 10. & Eustath.* Ὀδυσσ. *α. ad illud :* Νῆσόν τις σύριν κεκλίσεται ἐξ ὑὸς (inquit) φερεκύδης. *Quod verò sequitur apud eund.* βαβιλόνι *corruptum est ex* βάβυς ὑὸς *Vid. Laert.*

De Metris. Cap. XXXIX.

METra vocata quia certis pedum mensuris atq. spatijs terminantur, neq. vltra dimensionẽ temporum constitutã procedunt. Mensura enim Græcè μέτρον dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Versus dicti ab eo, quòd pedibus in ordine A suo dispositis, certo fine moderantur per articulos, qui cæsa & membra nominantur. [a] Qui ne longius prouoluerentur, quàm iudicium posset sustinere, modum statuit ratio vnde reuerterétur, & ab eo ipso versum vocatum dicunt quod reuertatur.

Huic adhæret rhythmus, qui non est certo fine moderatus: sed tamen rationabiliter ordinatis pedibus currit: qui Latinè nihil aliud quàm numerus dicitur. De quo est illud: numeros memini, si verba tenerem.

[b] Carmen vocatur quicquid pedibus cõtinetur: cui datum nomen existimant seu B quod carptim pronuntiaretur [c] (vnde hodie lanam quam purgantes discerpunt, carminare dicimus) seu quòd qui illa canerent, carere mente existimabantur.

Metra vel à pedibus nuncupata, vel à rebus quæ scribuntur, vel ab inuentoribus, vel à frequentatoribus, vel à numero syllabarum.

A pedibus metra vocata, vt dactylica, iambica, trochaica. A trocheo enim trochaicum metrum nascitur, à dactylo dactylicum: sic & alia à suis pedibus. A numero verò hexametrum, pentametrum, trimetrum. Nam senarios versus nos ex numero pedum vocamus: hos Græci [d] quia geminos feriunt, trimetros dicunt. Hexametros C autem Latinos primùm fecisse Ennius traditur, [d] eósque longos vocat.

Ab inuentoribus metra appellata dicuntur, vt, Anacreonticum, Sapphicum, Archilochium. Nam Anacreontica metra Anacreon composuit. Sapphica Sappho mulier edidit. Archilochia Archilochus quidã scripsit. Colophonia Colophonius quidã exercuit. Sotadeorũ quoq. repertor est [f] Sotades genere Cretensis. Simonidia quoq. metra Simonides poëta lyricus composuit.

A frequentatoribus: vt Asclepiadea. Non enim ea Asclepius inuenit, sed proinde ita vocata sunt, quod eis idem frequentissimè & elegantissimè vsus sit.

A rebus quæ scribuntur: vt heroicum, D elegiacum, bucolicum. Heroicũ enim carmen dictum, quòd eo virorum fortium res & facta narrentur. Nam heroes appellantur viri quasi aërei & cælo digni propter sapientiam & fortitudinem: quod metrum auctoritate cætera metra præcedit, vnum ex omnibus, tàm maximis operibus aptum quàm paruis, suauitatis & dulcedinis æquè capax. Quibus virtutibus [g] nomen solùm obtinuit, vt heroicum vocaretur ad memorandas scilicet heroum res. Nam & præ cæteris simplicissimum habetur, constátque duobus pedibus, dactylo & spondeo. ac sæpè penè vel ex hoc, vel ex illo, nisi quod temperantius fit vtriusque mixtura, quàm si instruatur à singulis. Omnibus quoque metris prius est. Hoc primũ Moyses in cantico Deuteronomij, [h] longè antè Pherecydem & Homerum cecinisse probat. Vnde & apparet antiquius fuisse apud Hebræos studium carminum, quàm apud Gentiles. Siquidem & Iob Moysi temporibus adæquatus hexametro versu dactylo spondeóque decurrit. Hoc apud Græcos [i] Hecatæus Milesius fertur primus composuisse: vel vt alij putant Pherecydes Syrius. quod metrum ante Homerum Pythium dictum est: post Homerum heroicum nominatum. Pythium autem vocatum volunt, eò quòd hoc genere metri oracula Apollinis sint edita. Nam cùm in Parnasso monte Pythonem serpentem in vindictam matris sagittis insequeretur, accolæ Delphici hoc illum metro hortati sunt, vt ait Terentianus. ἰὴ Παιᾶν, ἰὴ Παιᾶν, ἰὴ Παιᾶν.

Elegiacum autem dictum, eò quòd modulatio eiusdem carminis conueniat miseris. Terentianus Hos elegos dixere: solet quod clausula talis Tristibus, vt tradunt, aptior esse modis. Hoc autem vix omnino constat à quo sit inuentum, nisi quia apud nos Ennius eo prior vsus est. Nam apud Græcos sic adhuc lis Grammaticorum pendet: vt sub iudice [k] res relicta sit. Nam quidam eorum Colophonium quendam, quidam Archilochum auctorem atque inuentorem volunt.

Bucolicum: id est pastorale carmen plerique Syracusis primum compositum à pastoribus opinantur, nonnulli Lacedæmone. Námque [l] transeunte in Græciam Xerxe rege Persarum, cùm Spartanæ virgines, sub hostili metu neque egredi vrbem auderent, neque pompam [m] chorumque agrestem Dianę de more exercerent: turba pastorum, ne religio præteriret, eundem inconditis cantibus celebrarunt. Appellatur autem Bucolicum à bubus de maiore parte, quamuis opilionum capraríorumque sermones in ijs & cantica inserantur.

Hymnos primùm Dauid propheta in laudẽ Dei cõposuisse, ac cecinisse manifestum

stum est. Deinde apud Gentiles [n] prima A Mnemia Timothoe fecit in Apollinem & Musas, quæ fuit temporibus Ennij longe post Dauid. Hymni autem ex Græco in Latinum laudes interpretantur.

Epithalamia sunt carmina nubentium, [o] quæ decantantur à scholasticis in honorẽ sponsi & sponsæ. Hæc primum Salomon edidit in laudem Ecclesiæ & Christi. Ex quo Gentiles sibi Epithalamium vendicarunt, & istius generis carmen assumptũ est. Quod genus primum à Gentilibus in scenis celebrabatur postea tantùm in nuptijs hęsit. Vocatur autem epithalamium: eô quòd in thalamis decantetur.

Threnos, quod Latinè lamentum vocamus, primus Ieremias versu composuit super vrbem Hierusalẽ quando subuersa est, & B populus Israel captiuus ductus est. Post hũc apud Græcos Simonides poëta Lyricus. Adhibebantur autem funeribus atque lamentis; similiter & nunc.

Epitaphium Græcè, Latinè suprà tumulũ. Est enim titulus mortuorum, qui in dormitione corũ fit qui iam defuncti sunt. Scribuntur enim ibi vita, mores & ætas eorum.

Poësis dicitur Græco nomine opus multorum librorum: poëma vnius. Idyllion paucorum versuum; distichon duorum: monostichon vnius.

Epigramma est titulus, quod in Latinum superscriptio interpretatur. ἐπὶ enim super, γράμμα littera vel scriptio dicitur.

Epodon in poëmate clausula breuis est. Dictum autem epodon quòd accinatur ad speciẽ elegiaci, vbi præmisso vno longiori, alter breuior componitur, atque ita in singulis quibusque maioribus sequentes minores quasi clausulæ recinunt. [p] Clausulas autem Lyrici appellant, quasi præcisos versus integris subiectos, vt est apud Horatiũ: Beatus ille qui procul negotijs, deinde sequitur præcisus: Vt prisca gens mortaliũ. Sic & deinceps alterni, quibus aliqua pars deest: & ipsi præcedentibus similes, sed minores.

[q] Centones apud Grãmaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri vel Virgilij ad propria opera more centonario, ex multis hinc inde cõpositis in vnũ farciunt corpus, ad facultatẽ cuiusq. materiæ. Deniq. [r] Proba vxor Adelphi centonem ex Virgilio de Fabrica mundi, & Euangelijs plenissimè expressit, materia cõposita secundũ versus, & versibus secundum materiam concinnatis. Sic quoq. & [r] quidam Põponius ex eodem poëta inter cætera stili sui otia Tityrum in Christi honorem composuit: similiter & de Æneide.

[a] Cap. XXXIX. Qui ne longius prouolu. *&c. V sq.* ad-numerus dicitur. *Augustini sunt verba, 2. de ordin. c. 14. Videnda idem. 3. de Mus. c. 1.*

[b] Carmen vocatur. *e Serv. Æn. 3.*

[c] Vnde hodie-- carminare. *Vtitur eo verbo non semel Plinius vt lib. 9. c. 38.*

[d] Quia geminos feriunt. *Terentian.* Sed ter feritur hinc trimetros dicitur.

[e] Eosq. longos. *Cicero. 2. de legib.* Heroicis versibus, quos longos appellat Ennius.

[f] Sotades genere. Creten. *De quo Suid. & Athenæus lib. 14.*

[g] Nomen solum obtin. *Quamuis Lyricis heroum quoque facta canerentur.*

[g] Siquidem Iob. *Hieron. in præf. ad Iob.*

[h] Longe ante Pherecydem. *Duo fuere Pherecydæ. Atheniensi antiquiorem fuisse Syrium (de quo cap. 37.) vult Strabo. Contra Suidas, nisi mendum in hoc hæret.*

[i] Hecateus Milesius. *Strab. lib. 1.* πρώτισα γὰρ ἡ ποιητικὴ κατασκευὴ παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον ὑπ' εὐδοκιμίσεν. εἶτα ἐκείνην μιμούμενοι λύσαντες τὸ μέτρον, τἄλλα δὲ φυλάξαντες, τὰ ποιητικὰ συνέγραψεν ὁ τε περὶ Κάδμου, ὁ Φερεκύδου τε καὶ Ἑκαταῖος, &c.

[k] Res relicta sit. *Ita V. C. Rom. relegata, vel religata nostri: nos duas voces, res relicta, alienas putamus. Horatius in art.* Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor, Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

[l] Transeunte in Græciam Xerxe. *e Serv. ad Eclog. 1.*

[m] Chorumq. agrestem Dianæ. *f. Agrestis, vel vt est in Rom. C. Agreste. Dianæ Agrestis meminit Pausan. lib. 7.*

[n] Prima Mnemia Timothoe. *Ita plerique CC. al. Memmia, Emmia, aut Inemia & Cymothoe. Quæ de re amplius quærendum. Nam Timothoës vestigiũ nullum. Mnemia verò an pars nominis sit, an μνημεῖα id est monumenta reliquerit, id quoque in medio relinquimus.*

[o] Quæ cantantur à Scholasticis. *Aug. in ps. 44.* Solent dici à Scholasticis carmina quædam vxorem deducentib. quæ vocantur epithalamia, quidquid ibi cantatur, in honorem cantatur sponsi, & sponsę. *Quod autem ad Scholastici nomen attinet. Hieronym. in catalog. de Sarapione.* Sarapion qui ob elegantiam ingenij nomen Scholastici meruit.

[p] Clausulas autem Lyrici appellant. *Sic Terentian. paullò ante pentametrum clausulam heroici dixit.*

[q] Centones. *Tertullianus lib. de præscriptionib.* Cum de secularib. quoq. scripturis exemplum præsto sit eiusmodi facilitatis, * quouis hodie ex Virgilio fabula in totum aliam componi, materia secundum versus, versib. secundũ materiã concinnatis. Deniq. Osidius Geta Medeam tragœdiam ex Virgilio plenissimè expressit. Meus quidam propinquus ex eod. poeta inter cætera stili sui otia pinacem Cebetis explicuit. Homericentonas etiam vocare solent, qui de carminib. Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde cõpositis in vnum farciunt corpus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

e Proba vxor Adelphi. *Proba Falconia,cuius & Hieronymus memnit, & carmen quidam circumfertur.*
f Et quidam Pomponius. *Al. Pompinus.*

De Fabula. Cap. XL.

FAbulas poëtæ à fando nominauerunt: quia non sunt res factæ, sed tantùm loquendo fictæ. Quæ ideò sunt inductæ: vt ficto mutorum animalium inter se colloquio imago quædam vitæ hominum noscereturHas primus inuenisse traditur [a] Alcmæon Crotonienſis: appellanturq. Æsopicæ, quia is apud Phrygas in hac re polluit. Sunt autē fabulæ aut [b] Æsopicæ,aut Lybisticæ. Æsopicæ sunt,cùm animalia muta inter se sermocinasse finguntur, vel quæ animam non habent:vt vrbes, arbores, montes,petræ, flumina. Lybisticæ autem dum hominum cum bestijs, aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium.

Fabulas poëtæ quasdam delectandi causſa finxerunt:quasdam ad naturā rerum, nonnullas ad mores hominū interpretati sunt. Delectandi causa fictæ, vt eæ, quas vulgo dicunt, vel quales Plautus & Terentius composuerunt. Ad naturam rerum fabulas fingunt,vt [c] Vulcanus claudus,quia per naturam nunquam rectus est ignis, vt illa triformis bestia, [d] Prima leo, postrema draco, media ipsa chimera,ideſt caprea,ætates hominum per eam volentes distinguere,quarum ferox & horrens prima adolescentia, vt leo:dimidium vitæ tempus lucidissimū, vt caprea,eò quòd acutissime videat: tum fit senectus [e] casibus inflexis, draco. Sic & Hippocentauri fabulam esse confictam, id-est hominem equo mixtum ad exprimendam humanæ vitæ velocitatē, quia equum constat esse velocissimū. Ad mores:vt apud Horatium mus loquitur muri,mustella vulpeculæ,vt per narrationē fictam ad id quod agitur verax significatio referatur. Vnde & Æsopi tales fabulæ sunt ad morum finem relatæ,vel sicut in libro Iudicum ligna sibi regem requirunt,& loquuntur ad oleam & ad ficum, & ad vitem & ad rubum. Quod totum vtique ad mores fingitur, vt ad rem quæ intenditur, ficta quidem narratione, sed veraci significatione veniatur. [f] Sic & Demosthenes orator fabula vsus est aduersus Philippum, qui cùm ab Athenienſibus postularet, vt sibi decem oratores darentur,& discederet, finxit ille fabulā, qua dissuaderet dicens:lupos aliquando pastoribus,quorum diligentiā decipere voluissent, suasisse,vt in amicitiam conuenirent,ea tamen conditione, si canes in quibus erat causſa iurgiorum,iure illis traderentur: annuisse pastores, & in spem securitatis dedisse canes, quos ouium suarum vigilantissimos custodes habebant. Tunc lupi, adēpta omni formidine, omne quod in gregibus illis erat,non pro satietate tantùm, verumetiam pro libidine lacerauerunt.Philippum quoque principes populi postulare, quo facilius posset opprimere spoliatam custodibus vrbem.

[a] Capit. XL. Alcmæon Crotoniens. *Pythagoræ discipulus.*
[b] Aut Æsop.aut Lybisticæ. *Arist.Rhetor. 2. de exēplo.τῶν δὲ μὲν παραβολὴ ἐν ὑλόγοι, οἷον οἱ Αἰσώπειοι, ἢ λυβικοὶ Hesychius: λυβικοὶ λόγοι χαμαιλέον φησὶ λύκου εὑρεῖν τὰς λόγος τάτας. Vid. Theon. progymnasm.*
[c] Vulcan.claud. *è Serv. Æn. 8.*
[d] Primaleo,postr.drac. *Lucretij versus lib. 5.*
[e] Casib.inflexis. *Qui Longobardicos characteres norint, vel crurib.vel cursib.admittant, propter similitudinem, a & u,r.& s.cum præsertim cursibus sit in libro Salmant. in Romano vero; casib. subiacens inflexis.*
[f] Sic & Demosth. *In Olynthiacis.*

De Historia. Cap. XLI.

HIstoria est narratio rei gestæ, per quam ea quæ in præterito facta sunt,dignoscūtur. Dicta autem Græcè historia, [a] *ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν* ideſt à videre, vel cognoscere. Apud veteres enim nemo conscribebat historiam,nisi is qui interfuisset & ea quæ conscribenda essent vidisset.Melius enim oculis quæ fiunt deprehendimus, quàm quæ auditione colligimus. Quæ enim videntur, sine mendacio proferuntur. [b] Hæc disciplina ad Grammaticam pertinet:quia quidquid dignum memoria est, litteris mandatur. Historiæ autem ideò monumenta dicuntur, quòd memoriam tribuunt rerum gestarum. Series autem dicta per translationem à sertis florum inuicem comprehensorum.

[a] Cap.XLI. Historia *ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν. è Serv. Æn 1.*
[b] hæc disciplina ad Grammaticam pertinet. *Aug. lib.2.de ordm.c.* 12. Quia Grammatica ipso nomine profiteri se litteras clamat, vnde etiam Latinè litteratura dicitur; factum est, vt quidquid dignum memoria litteris mandaretur, ad eam necessario pertineret.

Do

De primis auctoribus Historiarum. Cap. XLII.

HIstoriam autem primus apud nos Moyses de initio mundi conscripsit. Apud Gentiles verò primus Dares Phrygius de Græcis & Troianis historiam edidit: quam in folijs palmarum abeo conscriptam esse ferunt. [a] Post Daretem autem in Græcia Herodotus primus historicus habitus est. Post quem Pherecydes claruit ijs temporibus quibus Esdras legem scripsit.

[a] Cap. XLII. Primus historicus. *Primus in historia Roman. C. quam scripturam confirmare videtur Silien. Gotth. mendum* historiam: *sic Martial.* Crispus Romana primus in historia.

De vtilitate Historiæ. Cap. XLIII.

HIstoriæ [a] gentium non impediunt legentes in ijs quæ vtilia dixerunt. Multi enim sapientes præterita hominum gesta ad institutionem præsentium historijs indiderunt.Si quidem & per historiam summa retro temporum annorumque supputatio comprehenditur:& per consulum regūmq. successum multa necessaria perscrutantur.

[a] Cap.LXIII.Historiæ gentiū non imped.legent. &c. *Vid. Aug. 2.de doctr. Christ. c. 28.*

De generibus Historiæ. Cap. XLIIII.

GEnus [a] Historiæ triplex est. Ephemeris namq.appellatur vnius diei gestio.Hoc apud nos Diariū vocatur. [b] Nam quod Latini Diarium,Græci Ephemerida dicunt.

Kalendaria appellantur, quæ in menses singulos digeruntur.

Annales,sunt res singulorum annorum. Quæcúmque enim digna memoriæ domi militiæque,mari ac terra per annos in [c] commentarijs acta sunt, ab anniuersarijs gestis Annales nominauerunt.

Historia autem multorum annorum vel temporum est:cuius diligentia annui commentarij in libris delati sunt.[d] Inter Historiam autem & Annales hoc interest: quòd historia est eorum tēporum quæ vidimus. Annales verò sunt eorum annorū quos ætas nostra nō nouit. Vnde Sallustius [e] ex historia:Liuius Eusebius,& Hieronymus ex annalibus & historia constant. [f] Inter Historiam,& argumentum & fabulam interest. Nam Historiæ sunt res veræ,quæ factæ sunt. Argumenta sunt,quæ etsi facta non sunt, fieri tamen possunt. Fabulæ verò sunt, quæ nec facta sunt,nec fieri possunt,quia contrà naturam sunt.

[a] Cap.LXIIII.Genus historiæ tripl. *Vid.Agell. lib. 5.c.18.*
[b] Nam quod Latini Diarium Græci Ephemerid. *Agell.* Id eorū est qui Diarium scribūt,quam Græci Ephemerida vocant.
[c] In commentarijs acta sunt. *Conficiebantur ex actis primum commentarij, deinde ex commentarijs annales vel historia texebatur. Isidorus ex actis commentarios, ex commentarijs annales,ex annalib.historiam confici vult, eiusque dici historiā cuius opera ex annalibus historia sit composita, aut certè annales plures in volumen vnum redacti.*
[d] Inter historiam autem,& annal. *Seruius Æn.1 ad verba.* Et vacet annales, Historia est eorum temporum quæ vel vidimus, vel videre potuimus. dicta *ἀπὸ τῆς ἱστορεῖν.* i. videre. Annales verò sunt eorum annorum & temporum, quæ ætas nostra non nouit,vnde Liuius ex annalib.& historia constat.
[e] Sallustius ex historia:Liuius,Eusеb. *Ita Gotth. Ouet.collig.probissimè.cùm in reliquis omnib. historialib. legatur. Videntur apud Seruiū voces* Sallustius ex historia *deesse. Et planè in Sallust. at atem inciderunt non modo reliquæ historiæ, quas à M. Æmilio Lepido, & Q. Lutatio Catulo Coss. orsus est; sed etiam Iugurthinum bellum, quod P. Scipionis Naſicæ consulatu cœpit. Huius autem rei sit penes auctorem, hoc est Seruium, fides:non n. probatur doctissimis viris hæc differentia. Vid. Beroaldi de Seruij commentarijs censuram.*
[f] Inter historiam, argum. & fab. *è Serv. Æn.1.ad verba:* reuocato à sanguine Teucri. *Qui locus emendari & suppleri ex hoc potest,pessimè enim affectus est.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER SECVNDVS.

De Rhetorica & Dialectica.

DE RHETORICA eiúsque nomine. Cap. I.

RHetorica [a] est bene dicẽdi scientia in ciuilibus quæstionibus eloquentiæ copia ad persuadendum iusta,& bona. [b] Dicta autẽ Rhetorica Græca appellatione ἀπὸ τοῦ ῥητορίζειν id est, à copia locutionis ῥήσις enim apud Græcos locutio dicitur ῥήτωρ orator. Coniuncta est autem Grãmaticæ arti Rhetorica. In Grammatica enim scientiã rectè loquendi discimus. In Rhetorica verò percipimus qualiter ea quæ didicimus proferamus.

[a] Rhetorica est bene dicendi scientia. *Hæc tantum verba huius loci propria esse duco. Quæ præterea leguntur in pleriſq. libris.* In ciuilib. quæstionib. necessaria ad persuadendum iusta & bona, eloquentiæ copia in rer. personarumq. negotio. *Neque eadem sunt in omnib. & priora quidẽ importata huc sunt è capite. 2. libri 1. postrema vero.* In rer personarumq. negotio. *à Gotthicis omnib. cc. absunt. adscripsonus ergo tantum quæ in meliorib. libris leguntur.*

[b] Dicta autem ἀπὸ τ῀ ῥητορίζειν. *Ita VV. CC. neque id abnuit interpretatio.*

De inuentoribus Rhetoricæ artis. Cap. II.

HÆc autem disciplina à Græcis inuenta est à [a] Gorgia, Aristotele, Hermagora: & translata in Latinum à Tullio videlicet & [b] Quinctiliano, sed ita copiosè, ita variè: vt eam lectori admirari in promptu sit, cõprehendere impossibile. [c] Nam membranis retentis, quasi adhæresçit memoriæ series dictionis, ac mox repositis recordatio omnis elabitur. Huius disciplinæ perfecta cognitio oratorem facit.

[a] Cap. II. A Gorgia, Aristot. Hermag. *Quoniam hi præcipuè artem hanc excoluerunt, quamuis alij prima fundamenta iecerint, vt Empedocles, Tisias, & Corax.*

[b] Quinctiliano. *Et Titiano addunt quidam libri, non tamen melioris notæ. Recteq. irrepsisse putabat Chacon ex vltimis syllabis Quinctiliani librarior. vitio repetitis. De Titiano Hieronym. in chronic.* Titianus vir eloquens præfecturam prætorij apud Gallias administrat. *Et Sera. Æneid. 10.* Titianus & Caluus qui themata de Virgilio elicuerunt, & deformauerunt ad dicendi vsum.

[c] Nam membranis retentis q. adh. *Respexisse videtur ad Ciceronis verba Tusc. i.* Sed nescio quomodo dum lego assentior: cum posui librum, assensio omnis elabitur.

De nomine Oratoris, & partibus Rhetoricæ. Cap. III.

ORator est igitur vir bonus dicendi peritus. Vir bonus consistit natura moribus, artibus. Dicendi peritus consistit artificiosa eloquentia, quæ constat partibus quinque: Inuentione, Dispositione, Elocutione, Memoria, Pronunciatione, & Fine officij, quod est

est aliquid persuadere. Ipsa autem peritia dicendi in tribus rebus consistit, natura, doctrina, vsu. Natura, ingenio: doctrina, scientia: vsus assiduitate. Hæc sunt enim quæ non solùm in oratore, sed in vnoquoq. homine [a] artifice spectantur, vt aliquid efficiat.

[a] Cap. III. artifice spectantur. *Al. expectantur. f. expetuntur.*

De tribus generibus caussarum. Cap. IIII.

GEnera caussarũ tria sunt: deliberatiuum, demonstratiuum, iudiciale. Deliberatiuum genus est, in quo de quibuslibet vtilitatibus vitæ, quid aut debeat aut non debeat fieri tractatur. Demonstratiuũ, in quo laudabilis persona aut reprehẽsibilis ostẽditur. Iudiciale, in quo de ipsius personę facto, aut pœnæ aut præmij sentẽtia datur. Dictũ autem iudiciale, eo quòd iudicet hominem, & sententia sua ostendat, vtrum laudabilis præmio dignus sit, aut certè reus [a] condẽnari, liberarique supplicio. Deliberatiuum genus vocatur, eò quòd de vnaquaque re in eo deliberatur. Huius genus duplex est, suasio & dissuasio, id est, de expetendo & fugiendo, de faciendo & non faciendo. Suasoria autem in tribus locis diuiditur, honesto, vtili, & possibili. Hęc differt aliquid à deliberatiua, quia suasoria eget altera persona: deliberatiua interdum & apud se agit. In suasoria autẽ duæ sunt, quæ plus valent: spes & metus. Demonstratiuum dictũ quòd vnamquamque rem aut laudando aut vituperando demonstrat: quod genus duas habet species, laudem & vituperationem. Laudis ordo tribus temporibus distinguitur, ante ipsum, in ipsum, post ipsum. Ante ipsum, vt, - quæ te tam læta tulerũt Secula-. In ipsum, vt, O sola infandos Troiæ miserata labores. Post ipsum, vt, In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ Lustrabunt, conuexa polus dum sydera pascet: Semper honos noménque tuum laudésq. manebunt.

Pari ordine è contrario & in vituperatione hominis hæc forma seruanda est, antè hominem, in hominem, post hominem. Locus communis ad demonstratiuum vituperationis genus pertinet: quod tamen ab eo in aliquo differt. Nam vituperatio quæ contraria est laudi, specialiter in certam facientis personam adhibetur. Communis verò locus generaliter in facti crimine præponitur: vnde & communis locus dicitur, quià absente persona non tam in hominem. quam in ipsum crimen exponitur. Omne enim vitium non in vno tantùm, sed etiam commune in plurimis inuenitur.

[a] Cap. IIII. liberatiq. *Reijciebat hæc Chacon. Sed frequens apud Isidorum coniunctionum, disiunctionumque vicissitudo.*

De gemino statu caussarum. Cap. V.

STatus caussarum apud Rhetores dicitur ea res, in qua caussa consistit, id est, constitutio. [a] Græci autem statum à contentione στάσιν dicunt. Latini autem non solùm à pugna per quam expugnent propositionem aduersarij, sed quòd in eo pars vtraque consistat. Fit autem ex intentione & depulsione. Status autem caussarũ duo sunt, rationalis & legalis. De rationali oriuntur cõiectura, finis, qualitas, trãslatio. De fine iuridicialis & negotialis. De iuridiciali absoluta & assumptiua. De assumptiua, concessio, remotio criminis, relatio criminis, [b] comparatio. De concessione, purgatio & deprecatio. Coniecturalis status est, cùm factum quod alij obijcitur, ab alio pernegatur. Definitiuus status est, cùm id quod obijcitur non hoc esse contenditur, sed quid illud sit adhibitis definitionibus approbatur. [c] Qualitas est dum qualis sit res quæritur: & quia de vi & genere negotij controuersia agitur, constitutio generalis appellatur. Translatio est, cùm caussa ex eo pendet, quòd aut non is agere videtur quem oportet, aut nõ apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oporteat. Translatiua constitutio dicitur, quòd actio translationis & commutationis indigere videtur. Iuridicialis est, in qua æqui & recti natura, & præmij aut pœnæ ratio quæritur. Negotialis est, in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate sit considerandum. [d] Assumptiua est, quæ ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem, foris autem aliquid defensionis assumit. Concessio est, cùm reus non id quod factum est defendit, sed vt ignoscatur postulat: [e] quod nos ad pœnitẽtes probauimus pertinere. Remotio criminis est, cùm id crimen quod infertur, ab se & ab sua culpa, vi & potestate in alium

reus

Universidad de Deusto
Biblioteca

reus dimouere conatur. Relatio criminis A est:cùm ideò iure factum dicitur,quod alius ante iniuria lacessierit. Cõparatio est, cùm aliud aliquod alterius factum honestum aut vtile contenditur,quod vt fieret,illud quod arguitur dicitur esse commissum. Purgatio est, cùm factum quidem conceditur, sed culpa remouetur. Hæc partes habet tres, imprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio est,cùm & peccasse se,& consultò peccasse reus confitetur, & tamen vt ignoscatur postulat: quod genus perrarò potest accidere. Itẽ ex legali statu hæc oriuntur,id est, scriptum & voluntas, leges con- B trariæ,ambiguitas, collectio siue ratiocinatio & definitio legalis. Scriptum & voluntas est, quando verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere. Legis contrariæ status est:quando inter se duæ leges aut plures discrepare noscuntur. Ambiguitas est,cùm id quod scriptum est, duas aut plures res significare videtur. Collectio vel ratiocinatio est:quando ex eo quod scriptum est, aliud quoque quod non scriptum est, inuenitur. Definitio legalis est cùm vis verbi quasi in definitiua constitutione in quo posita sit quæritur. Status ergo tam rationales quàm legales à quibusdam certiùs decem & octo connumerati sunt,cæterùm secundum [f] Rhetoricos Tullij vndeuiginti C reperiuntur, propterea quia translationem inter rationales principaliter affixit status. Inde se ipse etiam Cicero reprehendens, translationem legalibus statibus applicauit.

[a] Cap. V. Græci autem statum à content. *Ita Herodia. & Hermagoras. Præferre videtur Isidorus nostram vocem Græca χάριτως.*

[b] Relatio criminis comparatio. *Compensatio in plerisque libris, qua de re Capella.* Cõparatio *(inquit)* quam compensationem noui à posteriorib. perhiberi. *Sed comparatio est apud Ciceronem, vnde hæc sunt. Et infra cõparatio definitur, consentient ib. omnib. libris.*

[c] Qualitas est. *Videntur abundare hæ voces ex Cic. 1. de inuent. legendumque.* Dum qualis sit res quæritur, quia de vi,& de genere negotij,&c. D

[d] Assumptiua. *Post assumptiuam videtur desiderari absoluta. Dixerat enim ex iuridiciali assumptiuam, & absolutam oriri. Quam Cicero definit.* Quæ ipsa in se iuris, & iniuriæ continet quæstionem.

[e] Quod nos ad pœnit. *Vid. d. 50. c. in capite, & seqq.*

[f] Secundum Rhetoricos Tullij. *Libros de inu.*

De Tripartita controuersia Cap. VI.

TRipartita controuersia iuxtà Ciceronẽ aut simplex est,aut coniuncta. Et si coniuncta erit considerandum est, vtrum sit ex pluribus quæstionibus iuncta, an ex aliqua comparatione. Controuersia simplex est, quæ absolutam continet vnam quæstionem hoc modo: Corinthijs bellum indicamus, an non: Coniuncta est ex pluribus quæstionibus, in qua plura quæruntur hoc pacto: Vtrum Carthago diruatur, an Carthaginiẽsibus reddatur:an eo colonia deducatur? Ex comparatione,in qua per contentionem vtrum potius, aut quid potissimum quæritur, ad hunc modum: Vtrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur, qui socijs sit auxilio:an teneatur in Italia, vt quàm maximæ contra Hannibalem copiæ sint.

[a] Cap. VI. Omnia ex eod. lib. 1. de inuent.

De quattuor partibus orationis. Cap. VII.

PArtes orationis in Rhetorica arte quatuor sunt, Exordium, Narratio, Argumentatio. Conclusio. Harum prima auditoris animum prouocat, secunda res gestas explicat, tertia fidem assertionibus facit, quarta finem totius orationis complectitur. Inchoandum est itaque taliter,vt [a] beniuolum, docilem vel attentum auditorem faciamus: beniuolum precando, docilem instruendo,attentum excitando. Narrandum est ita, vt breuiter atque apertè loquamur. Argumentandum ita,vt primùm nostra firmemus:dehinc aduersa cõfringamus. Concludendum ita,vt concitemus animum audientis implere quæ dicimus.

[a] Cap. VII. Beniuolum. *Ita scribi præcipit Isidorus ipse lib. 1 o. non benenolum.*

De quinque modis caussarum. Cap. VIII.

SPecies caussarũ sunt quinque, honestum, admirabile,humile,anceps,obscurũ. Honestum caussæ genus est,cuistatim sine oratione nostra fauet animus auditoris. Admirabile à quo est alienatus animus eorum qui audituri sunt. Humile est, quod negligitur ab auditore. Anceps est, in quo aut iudicatio dubia est,aut caussa honestitatis & turpitudinis particeps,vt & beniuolentiã pariat &

& offensionem. Obscurum,in quo aut tardi A auditores sunt,aut difficilioribus ad cognoscendum negotijs causa cernitur implicata.

[a] Cap. VIII. Ex eod. Ciceronis loco.

De Syllogismis. Cap. IX.

SYllogismus Græcè, Latinè argumentatio appellatur. Argumentatio autem dicta est,quasi argutæ mentis oratio, qua inuentum probabile exequimur. [a] Syllogismus igitur est propositionis & assumptionis,cõfirmationisque extrema conclusio: aut ex ambigentis incerto,aut ex fiducia comprobantis. Constat enim tribus partibus,propo- B sitione,assumptione, conclusione. Propositione, vt puta, quod bonum est, turpem vsum habere non potest. Cõsentit audiens, assumit ille: Pecunia turpem vsum habet: Concluditur,Ergo pecunia bonum non est. Syllogismis autem non solùm rhetores, sed maximè Dialectici vtuntur, [b] licet Apostolus sæpè proponat,assumat,confirmet, atq. concludat:quæ, vt diximus, propriæ artis Dialecticæ atque Rhetoricæ sunt. Syllogismorum apud rhetores principalia genera duo sunt,inductio & ratiocinatio. Inductionis membra tria sunt,prima propositio: secunda illatio,quæ & assumptio dicitur: ter- C tia conclusio. Inductio est, quæ rebus non dubijs captat assensionem eius cui instituta est:siue inter Philosophos, siue inter Rhetores,siue [c] inter sermocinantes. Propositio inductionis est, quæ similitudines concedendæ rei necessario vnius inducit aut plurium. Illatio inductionis est:quæ & assumptio dicitur,quæ rem de qua contenditur. & cuius causa similitudines habitæ sunt, introducit. Conclusio inductionis est,quæ aut concessionem illationis confirmat:aut quid ex ea conficiatur declarat. [d] Ratiõatio est oratio,qua id, de quo est quæstio, comprobatur.

Enthymema igitur Latinè interpretatur D mentis conceptio, quem imperfectũ syllogismũ solent [e] Artigraphi nuncupare. Nam in duabus partibus eius argumenti forma consistit,quando eo quod ad fidem pertinet faciendam vtitur syllogismorum lege præterita,vt est illud: Si tempestas vitanda est, non est igitur nauigandum. Ex sola enim propositione constat esse perfectum: vnde magis Rhetoribus quàm Dialecticis conuenire iudicatum est. Ratiocinationis duo sunt modi. Primus enthymema, qui est imperfectus syllogismus atque Rhetoricus. Secundus epicherema, qui est in Rhetoricis latior syllogismus. [g] Enthymematis membra sunt quinque,primum conuincibile, secundum ostentabile, tertium sententiale, quartum exemplabile:quintum collectiuũ. Conuincibile est, quod euidenti ratione conuincit,sicut fecit Cicero pro Mil. Eius igitur mortis sedetis vltores, cuius vitam si putaretis per vos restitui posse, nolletis. Ostentabile est,quod certa rei demonstratione constringit: sicut Cicero in Catilinam: Hic tamen viuit? viuit? immo etiam in senatum venit. Sententiale est, quod sententia generalis addicit vt apud Terentium, Obsequium amicos, veritas odium parit. Exemplabile est,quod alicuius exẽpli comparatione euentum similem comminatur: sicut [h] Cicero in Philippic. Te miror Antoni,quorum exempla imitaris, eorum exitus non pertimescere. Collectiuũ est,cùm in vnũ,quæ [i] argumẽta ita sunt, colliguntur, sicut ait Cicer. pro Milone: Quem igitur cum gratia noluit,hunc voluit cum aliquorum querela. Quem iure,quem loco, quem tempore non est ausus: hunc iniuria, alieno tempore,cum periculo capitis non dubitauit occidere? Prætereà secundũ Victorinum enthymematis est altera definitio ex sola propositione,sicut iam dictum est: quæ ita constat, Si tempestas vitanda est, non est nauigatio requirenda. [k] Ex sola assumptione,vt est illud,sunt autem qui mundum dicũt sine diuina administratione discurrere. Ex sola cõclusione,vt est illud,vera est igitur diuina sentẽtia: ex propositione & assumptione,vt est illud: Si inimicus est,occidit,inimicus autẽ est. Et quia illi deest cõclusio,enthymema vocatur. [l] Sequitur epicherema, descendẽs de ratiocinatione [m] latior & executior rhetoricus syllogismus,latitudine distans & productione sermonis à dialecticis syllogismis propter quod rhetoribus datur. Hic autem constat modis tribus,primus modus tripertitus est: secundus quadripertitus: tertius quinquepertitus. Tripertitus epicherematicus syllogismus est, qui constat membris tribus,id est, propositione, assumptione, conclusione. Quadripertitus est, qui constat ex membris quattuor: prima propositione, secunda assumptione,& vna propositionis siue assumptionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptionis coniũcta:tertia probatione & quarta conclusione. Quinquepertitus est, qui constat ex membris quinque, id est, prima propositione:secunda eius probatione: tertia assumptione: quarta eius probatione: quinta conclusione. Hunc Cicero ita facit in arte Rhetorica, Si deliberatio & demonstratio genera sunt caussarum, non possunt rectè partes alicuius generis caussæ putari: eadem enim res alij genus, alij pars esse potest: eidem genus & pars non potest, & cætera: quousque syllogismi huius membra claudantur.

a Cap.IX.Confirmationis extrema concl. *Confirmationem syllog.simo addidit Ciceronem secutus, exemplo tamen non nisi syllogismi simplicis est vsus.*

b Licet Apostolus. *Verba sunt Hieronymi ad Paul Vrbicũ ep.155.mutasse Isidorũ vocẽ Apostol.in Philosophũ credebat Chacon, redũsseq. rursus vel exscribentium errore, vtraq.voce per compendium scripta; vel alicuius, qui eam ex Hieronymo accersuit, supervacua diligentia.*

c siue inter sermocinantes. *Victorinus*, in quacũq. contentione verbor.

d Ratiocinatio. *Eod.modo Cassiodorus.Brevius Fortunatianus*:Ratiocinatio est, qua aliquid approbamus.

f Artigraphi. *Eadem voce vtuntur Donatus, & Servius, ad artem Donati. Constatq.ex D. August ep. 59. huiusmodi Græcolatinas voces illa ætate vsurpatas esse, quamuis Quinctiliano inuisas.Idem ab Augustino & Fortunatiano technici dicuntur.*

g Enthymematum membra. *Fusius hæc Isidorus quã Fortunatianus.*

h Cic.*Philipp.2.* quor.exempla imitere eorũ exitus non perhorrescere?

i Quæ argumentata. *Ex Ouet. Colleg. Gotth. reliquũ* quæ argumenta.

k Ex sola assumptione. *Suppleuimus hîc quædam ex Tarraconensib.libris & Cassiodoro auctore Ant.Augustino.*

l Sequitur epicherem. *Ex lib.1.de inuent.*

m latior, & executior Rhetoricus Syllogismus. *Sic paullò ante epicherema latiorem syllogismũ dixit*, latior executio *volebat A.Augustinus ex Fortunatiano.*

n & quarta conclus. *Vox* quarta *ex Gotthicis reposita est.*

De Lege.Cap.X.

LEx[a] est cõstitutio populi, quam maiores natu cum plebibus sanxerũt. Nam quod rex aut imperator edicit, constitutio vel edictum vocatur.[b] Institutio æquitatis duplex est, nunc in legibus, nunc in moribus. Inter legem autem & mores hoc interest, quòd lex scripta est: mos verò est vetustate probata consuetudo, siue lex non scripta: nam lex à legendo vocata, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est de moribus [c]tracta tantumdẽ. Consuetudo autẽ est ius quoddã moribus institutũ, quod pro lege suscipit cùm deficit lex, nec differt scriptura, an ratione consistat: quando & legẽ [d] ratio commendat. Porrò si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinæ conueniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in cõmuni est vsu. Omnis autem lex aut permittit aliquid, vt, Vir fortis petat præmium: aut vetat, vt, Sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, vt, Qui cædem fecerit, capite plectatur. [e] Factæ sunt autem leges, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutáque sit inter improbos innocentia: & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocendi facultas. Legis enim præmio aut pœna [f] vita moderatur humana. Erit autẽ lex honesta, iusta, possibilis, secundùm naturam, secundùm consuetudinẽ patriæ, loco temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoq. ne aliquid per obscuritatem [g] in captionẽ contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

a Cap.X.Lex est. *Lib.5.c.10.& d.2.c.2.* Repetuntur eadem lib.5.c.3.10.19. & seqq. Vid. Grat.d.1.

b Institutio æquit. *Omne autem ius legib. & morib. constat.lib.5.c.3.& dis.1.c.2.*

c de morib. tracta tantumdem. *Sico.l.*tantũmodo *Grat.*

d Ratio cõmendat. *Tertul. lib. de corona milit.* Consuetudo etiam in ciuilib. reb. pro lege suscipitur, cùm deficit lex. Nec differt scriptura an ratione consistat, quando & legem ratio commendet.

e Factæ autem sunt leges. *Ex Aug.ep.56.*

f vita moderatur humana. Moderatur *passim vt l.15. D. de negot.gest.* Pro qualitate personar. & actio formatur, & condemnatio moderatur.

g in captionem contineat. *Paul.lib.5. sentent.c.33.* Ne quis in captionem verbor. in cauendo incidat.

De sententia. Cap.XI.

SEntentia est dictum impersonale, vt, Obsequium amicos veritas odiũ parit. Huic si persona fuerit adiecta, chria erit; ità, offendit Achilles Agamemnonem vera dicendo: Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis obsequendo. Nam inter chriã & sententiam hoc interest, quòd sententia sine persona profertur, chria sine persona nunquam dicitur. Vnde si sententiæ persona adijciatur, fit chria: si detrahatur, fit sententia.

a Cap.

De Catasceue & Anasceue. Cap.XII.

CAtasceue est confirmatio propositæ rei, Anasceue autẽ contraria superiori est: reuincit enim non fuisse aut non esse quod natum, aut factum, aut dictum esse proponitur: vt siquis Chimeram neget fuisse, aut fuisse confirmet. Inter has & Thesin hoc interesse, quòd Thesis quamuis & ipsa habeat disputationem in vtramque partem, tamen incertæ rei quasi quædam deliberatio vel coarctatio est: Catasceue autẽ & Anasceue in his rebus, quæ verisimiles non sunt, sed pro veris proponuntur, plerumque versantur. Anasceuæ prima diuisio est, in inconueniens & mendacium. Inconuenientis species sunt, quod inhonestum est, & quod inutile. Item inhonestum tractatur, aut in dictis, aut in factis. In dictis, vt si quis indecora & non respondentia auctoritati dixisse dicatur: velut si aliquis infamet Catonem illum Censorium, iuuentutem ad nequitiam & luxuriam cohortatum. In factis, vt si quis abhorrens aliquid à sanctimonia & nomine suo fecisse dicatur, vt est fabula de adulterio Martis & Veneris. Mendacium autem tres habet species: incredibile, quod factum non esse credatur: vt adolescentem de Siculo littore [a] egredientes Africa classes videre. Impossibile est, vt Clodius insidias Miloni fecerit, & idem occisus sit à Milone. Contrarium est, Nam si insidias fecit, occidit. Occisus est, non fecit insidias. Hæc distributio in contrarium reformata [b] Catasceuæ proderit. Oportebit tamen principia sic ordinare, vt aut credendum esse veterum auctoritati, aut fabulis fidem non habendam esse dicamus. Et ad id postremum in Anasceue recurramus, ne quid aliud significare voluerint, qui ista finxerunt: vt si Scyllam non marinam, sed maritimam fœminam: nec succinctam canibus, sed rapacem aliquam & inhospitalem venientibus extitisse.

a Cap.XII. egredientes Afric. *Ex Plin. & Solin. mendosè libri omnes ingredientes.*

b Catasceuę proderit. *Post hæc verba adduntur in Gotthicis aliquot.* Vt gradus omnes constituamus, honestum, vtile, verisimile, possibile, consentaneum; vel ex diuerso inhonestum, inutile, parum verisimile, impossibile, contrarium. *Quæ, quia neque satis cum superioribus cohærent, neq. sunt in vetustiorib. libris, recipienda non putauimus, Licet quibusd. probarentur.*

De Prosopopœia. Cap.XIII.

PRosopopœia[a] est cùm inanimalium & personæ & sermo fingitur: Cicero in Catilinam: Etenim si mecum patria mea, quæ mihi vita mea multò est charior, loqueretur, dicens, &c. Sic & montes, & flumina vel arbores loquentes inducimus, personam imponentes rei, quæ non habet naturam loquendi, quod & in tragœdijs vsitatum est, & in orationibus frequentissimè inuenitur.

a Cap.XIII.Prosopop. *Hæc & Ethopœia maiores visa sunt, quàm vt cum figuris reliquis connumerandæ essent, propterea eas in progymnasmatis posuit.*

De Ethopœia. Cap.XIIII.

EThopœiam verò illam vocamus, in quâ hominis personam fingimus, pro exprimendis affectibus ætatis, studij, fortunæ, lætitiæ, sexus, mœroris, audaciæ. Nam cùm piratæ persona susciptur, audax, abrupta, temeraria erit oratio: cùm fœminæ sermo simulatur, sexui conuenire debet oratio: iam verò adolescentis, & senis, & militis, & imperatoris, & parasiti, & rustici, & philosophi, [a] diuersa ratio ducenda est. Aliter enim loquitur gaudio affectus, aliter vulneratus. In quo genere dictionis illa sunt maximè cogitanda: quis loquatur, & apud quem, & de quo, & vbi, & quo tempore: quid egerit, quid acturus sit, aut quid pati possit, si hæc consulta neglexerit.

a Cap.XIIII. diuersa ratio ducenda. *Ex Gotth. Ou. Al. oratio dicenda.*

De Generibus quæstionum. Cap.XV.

GEnera quæstionum duo sunt: quorum vnum est finitum, alterum infinitum. Finitum hypothesis Græcè, Latinè caussa dicitur, vbi cum certa persona controuersia est. Infinitum quod Græcè thesis, Latinè propositum nominatur, Hoc personam non habet certã, nec [a] ineſt ei aliqua certa circunstantia, id est, nec locus, nec tẽpus. In caussa verò certa omnia sunt, [b] vnde quasi pars caussæ est propositum.

a Cap.XV.neq. ineſt ei aliqua certa circunst. *Al.* Neq. in thesi aliqua circunst. *eod sensu.*

b Vnde quasi pars caussæ, e.p. *Cic. in Top.* Itaque propositum pars caussæ est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Elocutione. Cap. XVI.

JAm verò in elocutionibus illa vti oportebit, vt res, locus, tempus, persona audientis efflagitat, ne profana religiosis, ne inuerecunda castis, ne leuia grauibus, ne lasciua serijs, ne ridicula tristibus misceantur. Latinè autem & perspicuè loquendum. Latinè autem loquitur, qui verba rerum vera & naturalia persequitur, nec à sermone atque cultu præsentis temporis discrepat. Huic non sit satis videre quid dicat: [a] nisi id quoq. apertè & suauiter dicere, ne id quidem tantùm: nisi id quod dicat, & facetè dicat.

[a] Cap. XVI. Nisi id quod dicat, & facetè dicat. *Rom.* C. Nisi id quod dicat & fecerit. *F. nisi id quod deceat fecerit. Al.* Nisi id quod dicat & facere dicat. *Quam scripturam vna mutata littera recepimus.*

De trimodo dicendi genere. Cap. XVII.

DIcenda sunt quoque summissa leuiter, incitata grauiter, inflexa moderatè. Hoc est enim illud trimodum genus dicendi, humile, mediũ, grandiloquum. Cùm enim magna dicimus, grãditer proferenda sunt, cùm parua subtiliter, cùm mediocria tẽperatè. Nam in paruis causis nihil grande, nihil sublime dicendum est, sed leni ac C pedestri more loquendũ. In causis autem maioribus, vbi de Deo vel hominum salute referimus, plus magnificentiæ & fulgoris est exhibendum. In temperatis verò causis vbi nihil [a] agitur vt agat, sed tantùmmodo vt delectetur auditor, inter vtrumq. est moderatè dicendum: sed & quamuis de magnis rebus quisq. dicat, non tamen semper granditer dicere debet, sed summissè cùm docet: temperatè cùm aliquid laudat vel vituperat: granditer cùm ad conuersionem auersos animos prouocat. Vtenda tamen verba in summisso genere sufficientia, in tẽperato splendẽtia, in grandi vehementia.

[a] Cap. XVII. nihil agitur, vt agat. *Sic o. l. ac tales sunt causſur. pler æq. in demonſtratiuo genere.* D

De colo, commate et periodo. Cap. XVIII.

COmponitur autem [a] instruitúrque omnis oratio commate, colo & periodo. Comma particula est sententiæ. Colon mẽbrum. Periodus ambitus vel circuitus. Fit A autem ex coniunctione verborum comma, ex cõmate colon, ex colis periodus. Cõma est iuncturæ finitio, vt puta, Et si vereor, iudices, ecce vnum comma: sequitur & aliud comma, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere: & factum est colon, id est, membrum, quod intellectũ sensui præstat, sed adhuc pendet oratio: sicque deinde ex pluribus membris fit periodus: id est, extrema sententiæ clausula, ità, veterem iudiciorum morẽ [b] requirunt. Periodus autem longior esse non debet, quàm vt vno spiritu proferatur.

[a] Cap. XVIII. instruitur. *Prothesis in Gotthica scriptura frequens instruitur pro struitur, nec minus frequens aphæresis Spania pro Hispania. Spalensis pro Hispal. storia pro historia.*

[b] morem requirunt. *Ead. verba apud Fab.* Nunc pro requirunt *in Miloniana*, minimè vident, *vulgo legimus. Cum alij quoque requirunt in mſ. libb. legisse se affirment.*

De vitijs litterarum, et verborum, et sententiarum cauendis. Cap. XIX.

PRætereà purum & honestum oratoris eloquium carere debet omnibus vitijs, tàm in litteris quàm in verbis, quàm etiam in sententijs. In litteris, vt iunctura apta & conueniens sit: & sic obseruandum, ne præcedentis verbi extrema vocalis in eandem vocalem primam incidat verbi sequentis, vt fœminæ Ægyptiæ: [a] quæ structura melior fit, si consonantes vocalibus applicantur: triúmque consonantium, quæ in se incidentes stridere & quasi rixari videntur, vitanda iunctura est, id est, r, s, x, vt ars studiorum, rex Xerxes, error Romuli. Fugienda est & consonans m, illisa vocalibus, vt verùm enim.

[a] Cap. XIX. quæ structura. *Al. instructura ex vſitata prothesi.*

De iuncturis verborum. Cap. XX.

IN verbis quoq. cauenda sunt vitia, vt non impropria verba ponantur, quam Græci acyrologiâ vocãt. Amãda est ergò proprietas, sic tamen vt aliquando propter humilitatem sordidi aut spurci vocabuli translatis nominibus sit vtendum: non tamen longè accitis, sed vt veris proxima & cognata videantur. Fugienda etiam Hyperbata longiora, quæ fieri sine aliorum sensuum confusione non possunt. Ambiguitas quoque & vitium

& vitium illud cauendum, cùm quidam A iactatione eloquentiæ ducti, quod vno aut duobus verbis significare poterant, interpositis inanibus vocibus longa & circumflexa ambage concludunt, quod vitium Perissologia vocatur. Cui contrarium vitium est breuitatis studio etiam necessaria verba furari. Fugienda sunt quoque sicut in litteris & verbis, quæ inter prima Grammaticorũ studia cognoscuntur, [b] ità & in sententijs vitia.

Sunt autem Cacophaton, Tautologia, Eclipsis, Acyrologia, Macrologia, Perissologia, Pleonasmos, & his similia. At contrà B orationem extollit & exornat Energia, tum Emphasis, quæ plus quiddam quàm dixerit, intelligi facit: vt si dicas, Ad gloriam Scipionis ascendet: & Virgilius, Demissum lapsi per funem. Cùm enim dicit lapsi, [a] altitudinem suggerit. Huic contraria virtus est, verbis minuere quæ natura sua magna sunt.

[a] Cap. XX. Altitudinẽ suggerit. *Sic C. Romanus noſtri omnes altitudinem imaginis ſugg. ſed ſiue imaginis, ſiue imaginationi potius legas; nobis probari neutrum potuit.*

De figuris verborum & sententiarum. Cap. XXI.

AVgetur & ornatur oratio etiam figuris verborum ac sententiarum. Nam quia directa & perpetua oratio fatigationẽ atq. fastidiũ tàm dicendi quàm audiendi creat: flectenda est & in alias versanda formas, vt & dicentem reficiat, & ornatior fiat, & iudicem diuerso vultu auditúque deflectat. E quibus plurimæ superius à Donato in schematibus artis Grammaticæ annotatæ sunt.

Vnde tantùm illa hic interponi oportuit, quæ in poëmate, aut nunquã, aut difficulter fiunt: in oratione autem liberè.

Anadiplosis est congeminatio verborum, vt, hic tamen viuit: viuit: immò etiam in senatum venit.

Climax est gradatio cùm ab eo verbo quo sensus superior terminatur, inferior incipit: ac dehinc quasi per gradus dicendi ordo seruatur, vt est illud Africani: Ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas. Hanc figuram nonnulli catenam appellant, propter ea quòd aliud in alio quasi nectitur nomine, atque ità res plures in geminatione verborum trahuntur. Fit autem hoc schema non solùm in singulis verbis, sed etiam in contextione verborũ, vt apud Gracchum, Pueritia tua adolescentiæ tuæ inhonestamentum fuit, adolescentia senectuti dedecoramentũ, senectus reipublicæ flagitium. Sic & apud Scipionem: [a] Vi atq. ingratijs coactus cum illo sponsionẽ feci, facta sponsione ad iudicem adduxi, adductum primo cœtu damnaui, damnatum ex voluntate dimisi.

Antitheta, quæ Latinè contraposita appellantur, quæ dum ex aduerso ponuntur sententiæ pulchritudinem faciunt, & in ornamento locutionis decentissima existunt, vt Cicero: Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitudo: hinc continentia, illinc libido: hinc denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant: cum iniquitate luxuria: ignauia cum temeritate, cum vitijs omnibus: postremò copia cum egestate: bona ratio cum perdita: mens sana cum amentia: bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. Huiusmodi locutionis ornamento liber Ecclesiasticus vsus est, dicens: Contrà malum bonũ, & contrà mortem, vita: sic contra pium peccator, & sic intuere in omnia opera Altissimi, [b] bina & bina, vnum contrà vnum.

Synonymia est quoties in connexa oratione pluribus verbis vnam rem significamus, vt ait Cicero: Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas. Item, Non feram, non patiar, non sinam.

Epanodos, quam regressionem nostri vocant, Principũ dignitas erat penè par, non par fortasse eorum qui sequebantur.

Antapodosis, quoties media primis & vltimis conueniunt, vt: Vestrum hic factum reprehenditur, Patres conscripti, non meũ, ac pulcherrimum quidem factum: verùm, vt dixi, non meum, sed vestrum.

Paradiastole est, quoties id quod dicimus interpretatione discernimus, cùm te pro astuto sapientem appellas, [c] pro inconsiderato fortem, pro inliberali diligentem.

[d] Antanaclasis est quæ eodẽ verbo contrarium exprimit sensum. [e] Querebatur quidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam de filio cur mortem suam expectaret: A respondente, Non expecto: immò peto, inquit, vt expectes.

Antimetabole est conuersio verborum, quæ ordine mutato contrarium efficit sensum: Non vt edam viuo, sed vt viuam edo. Et illud: Si consul Antonius, Brutus hostis: Si cõseruator reipub. Brutus, hostis Antonius.

f Exoche, * Quis eos appellauit? Appius: quis produxit? Appius.

Nunc figuras sententiarum, quas operæpretium est cognoscere persequamur.

g Sententia est dictum impersonale, vt, B Obsequium amicos, veritas odium parit. Huic si persona fuerit adiecta, chria erit, ita: offendit Achilles Agamemnonem vera dicendo. Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis, obsequendo. Nam inter chriã & sententiam hoc interest: quod sententia sine persona profertur, chria sine persona nunquã dicitur. Vnde si sententiæ persona adijciatur, fit chria: si detrahatur, fit sententia.

Sententiarum species multæ sunt: aliæ enim indicatiuæ, aliæ pronuntiatiuæ, vt, Nusquam tuta fides: aliæ imperatiuæ: vt, Vade, age nate voca zephyros, & labere pennis. Aliæ admiratiuæ: vt, tantæne animis cælestibus iræ?

Aliæ cõparatiuæ, vt: Si vinco & pereo quid ibi me vincere præstat? Aliæ superlatiuæ, quæ cum aliquo motu animi & indignatione promuntur,—Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

Aliæ interrogatiuæ: vt,-iuuenes quæ causa subegit Ignotas tentare vias?—Qui genus, vnde domo? pacémne huc fertis an arma?

Aliæ responsiuæ, vt illinc, istinc. Aliæ deprecatiuæ: vt, Eripe me his inuicte malis. Aliæ promissiuæ: vt, Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fatatibi. Aliæ cõcessiuæ, quæ cum impulsione prohibeant: D vt, I, sequere Italiam ventis pete regna per vndas. quæ tamen ne non intellecta sit persuasio, permixta sunt aliqua quæ vetant latenter, vt.-ventis per vndas. Aliæ demonstratiuæ: vt, En, ecce. Aliæ optatiuæ: vt, ô mihi præteritos referat si Iuppiter annos.

Aliæ [h] derogatiuæ, vt nequaquam.

Aliæ quæ cum exclamatione proferuntur: vt [i] Quis furor ô ciues pacé conuertit in arma? Et Cicero, O dij immortales, vbinam gentium sumus?

Aliæ exhortatiuæ, cùm ad sententiã prouocamus: vt, Aude hospes contenere opes.

Aliæ dehortatiuæ, cùm à contrario vitio peccatóq. reducimus. Sunt & affirmatiuæ, vt, quidni, quippe.

Præceptiuæ: vt, Nudus ara, sere [k] nudus, habebis frigore messes.

Vetatiuæ, vt, Néue inter vites corylũ sere, néue flagella Summa pete.

Negatiuæ, vt nõ, minimè. Sunt & miratiuę vt, [l] Papè, viuere nõ licet, & fornicari libet?

Dolentis, vt, Hei mihi quòd nullis amor est [m] sanabilis herbis. Flentis. * ——

Similitudinis sic: [n] vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta.

Admonentis. ———

Irridentis. ———

Gementis. ———

Exhortatiuæ. ———

Consolatiuæ. ———

Commiserantis. ———

Quorum quot sunt figuræ, tot & in pronuntiando voces.

[o] Sunt & Amphidoxæ, quarũ pars honesta est, pars inhonesta: vt, non est tua tuta voluntas: Magna petis Phaëton.

Sunt & aliæ, [p] procatalepses: cùm id quod uobis obijci poterat, ante præsumimus ad diluendum: vt, Si quis vestrũm, Iudices, aut C eorum qui assunt fortè miratur. Sunt & aporiæ, dubitatio simulantis nescire se quæ scit, aut quomodò dicatur.

[q] Cœnosis autẽ dicitur cõmunicatio consilij cum iudicibus aut aduersarijs, vt si dicas: Vos cõsulo iudices, aut vos aduersarij: quid me facere conuenit, aut quid vos facturi fuissetis.

Paradoxon est cùm dicimus inopinatum aliquid accidisse, vt pro Flacco Cicer. Cuius laudis prædicator esse debuerit, eius periculi deprecatorem esse factum.

Epitrope, id est, permissio, cùm aliquæ ipsis iudicibus aut aduersarijs permittimus æstimanda: [r] vt Caluus in Vatinium, Perfrica frontem, & dic te digniorem qui prætor fieres quàm Catonem.

Parrhesia est oratio libertatis & fiduciæ plena, [s] Occidi, occidi non Spurium Melium, &c. Qua figura cautè vtendum est, vt Cicero: præmisit enim rationem.

Ethopœia est, cùm sermonem ex aliena persona inducimus, vt pro Cælio, Tullius facit Appiũ cæcum cum Clodia loquentẽ. Energia est rerũ gestarũ aut quasi gestarum sub oculis inductio, de qua locuti iã sumus.

[t] Metathesis est, quæ mittit animos iudicum

cum in res præteritas aut futuras, hoc modo: A Reuocate mentes ad spectaculum expugnatæ miserę ciuitatis, & videre vos credite incendia, cædes, rapinas, direptiones, liberorum corporum iniurias, captiuitates matronarum, trucidationes senum. In futurum autem anticipatio eorum quæ dicturus est aduersarius: vt Tullius pro Milone, cùm mittit animos iudicum in eum reipublicæ statum, qui futurus esset si occiso Milone Clodius viueret.

Aposiopesis est, cùm id quod dicturi videbamur, silentio intercipimus: Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.

[u] Epanalepsis est digressio: Tulit calor me dicendi, & dignitas rerum paullò longius B quàm volebam, sed redeo ad caussam.

Anamnesis est, commemoratio eius rei quam oblitos fuisse nos fingimus.

Apæteſis est cùm id quod in animos iudicum quasi deposueramus, opportunè reposcimus.

Ætiologia est, cùm proponimus aliquid, eiúsque caussam & rationem reddimus.

[v] Characterismus est descriptio figuræ alicuius expressa: vt, Omnia Mercurio similis vocémque colorémq. Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.

[x] Epitrochasmus, cum plures sensus breuiter expeditos in vnum locum coaceruat, & cum quadam festinatione decurrit: vt Cicero: Rempublicam, Quirites, vitámque C omnium vestrũm, bona fortunas, coniuges, liberósque vestros, &c.

Ironia est cùm per simulationem diuersum, quàm dicit, intelligi cupit. Fit autem, aut cum laudamus eum quem vituperare volumus, aut vituperamus quem laudare volumus. Vtriusque exemplũ erit, si dicas: Amatorem reipublicæ Catilinam, hostem reipublicæ Scipionem.

[y] Diasyrmos, ea quæ magna sunt verbis minuit, aut minima extollit.

Epimone est quoties in eodẽ sensu diutiùs immoramur: Cui tandẽ pepercit? cuius amicitiæ fidem custodiuit? cui bono inimicus non fuit? quando non aut accusauit aliquem, aut verberauit, aut prodidit? D

Epangelia est promissio, qua iudicem attentũ facimus: pollicentes nos aliqua magna aut minima dicturos.

Prosopopœia est, cùm inanimaliũ & persona & sermo fingitur. Cicero in Catilinã: Etenim si mecum patria mea, quæ mihi vita A mea multò est charior loqueretur, dicens, &c.

[z] Paratheſis est cùm quasi deponimus aliquid imperfectum apud memoriam iudicum repetituros nos dicentes cùm opportunum fuerit.

Peusis, id est, soliloquium, cùm ad interrogata ipsi nobis respondemus.

[a] Synchoresis est, cùm differimus aliquid petentes, vt aliud interim nos permittant dicere.

[a] Cap. XXI. Vi atq. ingratijs coactus. Coactus τὸ ingratijs *interpretationem esse quis dubitet? ergo expungi sine fraude poterat.*

[b] Bina, & bina. *LXX, δύο, δύο, ἐν κατέναντι τὸ ἑνὸς. Et ita quidã vulg. edit. libri m s.* duo, duo, vnũ contra vnũ.

Principum dignitas. &c. *Ex oratione pro Ligario.*

[c] Pro inconsiderato fortè pro illiberali dilig. Pro confidente fortem pro illiberali diligentem rei familiaris: *dixit Rutilius citans idem exemplum ex Hyperide. Eod. vtitur Fabius lib. 9 c. 3. Alterũ autem Paradiastoles exemplum apud Rutilium Fabius Synœciosi aptauit, cùm oppositæ figuræ videantur, illa enim res, quæ videntur eadem, disiungut; Synœciosis contra diuersa coniungit.*

[d] Antanaclasis. *Anaclasin vocat Rutilius, nisi mendum in eo. Quinctilianus speciem esse dicit paronomasiæ.*

[e] Quærebatur quidam. *Proculeium appellant hunc Fabius & Rutilius.*

[f] Exoche * Quis eos appellauit. *Videtur hoc loco deesse tum definitio Exoches cum suo exemplo; tum etiam alterius figuræ nomen cuius exemplum sit quod è Miloniana affertur. Hanc A. Augustinus Symplocen fuisse aiebat, vtramq. è Seruio, & Aquila Rom. supplere non erit difficile.*

[g] sententia est dict. imp. *Idem sup. c. 11.*

Quæ tamen ne non intellecta *Verba Seruij ad v. I,* C sequere Italiam vent. *Æn. 4.*

[h] Aliæ derogatiuæ. *Al. denegatiuæ.*

[i] Quis furor. *Petron. in Satyr.* Quis furor, exclamat, pacem conuertit in arma?

[k] Habebis frigore messes. *Febrim potius ex Seru. & Virgilij vita. Sed hæc verba è margine inserta verissime iudicabat Chacon.*

[l] Pappæ viuere non lic. &c. *Verba sunt Hieronymi in ep. ad Rust. 4.*

[m] sanabilis, *medicabilis apud Ouid.*

[n] Vt quondam Creta. *Ex Æn. 5.*

[o] Sunt & amphidox. *Vid. August. de Rhetor. c. 10.*

[p] Procatalepses. *Prolepsin Fabius, & præsumptionẽ vocat.*

[q] Cœnonesis. *Hanc Rufinianus Anacœnosin; Fabius communicationem nominat.*

[r] Caluus in Vatinium. *Constat à Caluo Vatinium accusatum, Catullus.*

Risi nescio quem modo in corona, D
Qui, cum mirificè Vatiniana
Meus crimina Caluus explicasset.

[s] Occidi, occid. *Ex Milonian.*

[t] Metathesis. *Hypotyposin Rufinianus & reliqui vocant, P. Nunnesius rectè nominatam ab Isid. Metathesin aiebat, quod per eam traducuntur iudicum animi ab eo quòd adest, ad præterium, aut consequens.*

[v] Epanalepsis. *Cicero Reditum, Quinctilianus ἀφορὸν vocat.*

x Characterismus. *Vid. Rutilius, apud quem mendosè* Chresterismus.

y Epitrochasmus cum plures sens. *Duas figuras videtur confundere Epitrochasmum, & Synathroesmum. Nam coacernare plures sensus commune Epitrochasmo cum Synathroesmo: cum quadam festinatione decurrere, Epitrochasmi potius est. Exemplum ex III. Catilinaria magis est Synathroesmi: non n. vita, bona, fortunæ, coniuges, liberi plurimum inter se distantia, quod erat Epitrochasmi fortasse proprium. Volunt n. Aquila & Numenius esse πολυδιεζωτα. Ergo cùm in veterib. editionib. Epitrochasmus sit, Litrismus, Lintrismus & Syntrismus in manuscriptis; vtramq. figuram ab Isidoro definitam putamus non admodù dissimilib verbis, vnde vnius definitionē, alterius exēplū, vtriusq. tantū nomina libr. vrior. insectia reliquerit. Quomodo peccatum ab ijsdem paullò ante aduertit A Augustinus in Exoche, & Symploce. Vid. Rutil. Aquil. & Fab. lib 8. Vulcanius Athroesmos fecit (credo) ex Litrismos.*

z Diasyrmos. *Cuius exempla plura apud Aquilam, & Rusinian.*

a Paratheſis. *Cui Apatesis (de qua paullò ante) respondet.*

b Synchoresis. *Discessimus aliquantulum à libris, nam in excusis synæresis. in manusc. syneroſis. Quia inuenimus συγχώρησιν, id est permissionem ab Aristide. Quinctiliano in Musicis inter figuras Rhetoricas numerari.*

DE DIALECTICA. Cap. XXII.

DIALECTICA est disciplina C
[a] ad discernendas rerum causas inuenta. Ipsa est Philosophiæ species, quæ Logica dicitur, id est, rationalis, definiendi, quærendi & disserendi potens. Docet enim in pluribus generibus quæstionū, quemadmodū disputando vera & falsa dijudicentur. Hanc quidem primi Philosophi in suis [b] dictionibus habuerunt, non tamen ad artis redegêre peritiam. Post hos [c] Aristoteles ad regulas quasdam huius doctrinæ argumenta perduxit, & [d] Dialecticam nuncupauit, pro eo quòd in ea de dictis disputatur: nam λεκτὸν dictio dicitur. Ideò autem post Rhetoricam disciplinā Dialectica sequitur, quia in multis vtrique communia D exisunt.

Cap. XXII. Hoc initium tertij libri in Tarrac. CC.

a ad discernendas ret. c. *Al. ad disserendas. Sed discernendas legendū ostendunt verba sequentia.* Docet quemadmodum disputando vera, & falsa dijudicentur.

b In suis dictionib. *Id est disputationib.*

c Post hos Arist. *Cassiodor.* Qua quidem veteres sunt vsi plurimùm, tamen ad artis non redegere normam. Primus ferè Aristoteles eorum quidem, qui in aliquo sunt pretio, ad regulas quasd. huius disciplinæ argumenta perduxit.

d Et Dialecticam nuncupauit. *Non ille quidem totam artem, sed eam solam partem, quæ probabiliter disserit. vt obseruatum est ab antiquis Peripateticis Alexand. Boeth. & alys.*

De differentia Dialectica & Rhetorica artis. Cap. XXIII.

DIalecticam verò & Rhetoricam [a] Varro in ix. disciplinarū lib. tali similitudine definiuit: Dialectica & Rhetorica est [b] quod in manu hominis pugnus astrictus & palma distensa, illa verba contrahens, ista distendens. Dialectica siquidem ad disserendas B res acutior: Rhetorica ad illa quæ nititur docenda facundior. Illa ad scholas nonnunquam venit, ista iugiter procedit in forum. Illa requirit rarissimos studiosos, hæc [c] frequenter & populos. Solent autem philosophi antequàm ad isagogen veniant exponendam, definitionem Philosophiæ ostendere: quò facilius ea, quæ ad eam pertinent, demonstrentur.

a Cap. XXIII. in ix disciplin. lib. *Legitur totum hoc cap. apud Cassiod. sed vtrubiq. legendum nono aduertit A. Aug. citari n. ab Agellio, Acroneo, & Non. Varronis, tertium, quinctum, & octauum disciplinar. lib. quamuis nouem disciplinar. libris ferri quoq. possit, si nouem non ad disciplinas sed ad libros referatur.*

b Quod in manu hom. pugn. *Id multo antè Varronē Zeno Stoicus dixerat, vt refert non vno in loco Cicero.*

c frequenter & populos. *frequentes & populos apud Cassiod.*

De definitione Philosophiæ. Cap. XXIIII.

PHilosophia est rerum humanarum diuinarúmque cognitio cum studio benè viuendi coniuncta. Hæc duabus ex rebus cōstare videtur, [a] scientia & opinatione. Scientia est cùm res aliqua certa ratione percipitur: opinatio autem cùm adhuc incerta res latet, & nulla ratione firma videtur, vt putà: Sol vtrum ne tantus quantus videtur, an maior sit quàm omnis terra: item luna globosa sit an concaua: & stellæ vtrùmne adhæreant cælo, an per aërem libero cursu ferantur: cælū ipsum qua magnitudine, quáue materia constat, vtrum quietum sit & immobile: an incredibili celeritate voluatur, quanta sit terræ crassitudo: aut quibus fundamentis librata & suspensa permaneat. Ipsum autē nomen Latinè interpretatum, amorem sapientiæ profitetur. [b] Nam Græci φίλον

φίλον amorē σοφίαν sapientiā dicunt. Philo- A
sophiæ species tripertita est: vna Naturalis, quæ Græcè Physica appellatur, in qua de naturæ inquisitione disseritur: altera Moralis, quæ Græcè Ethica dicit, in qua de moribus agitur: tertia Rationalis, quæ Græco vocabulo Logica appellatur, in qua disputatur quemadmodum in rerum causis vel vitæ moribus veritas ipsa quæratur. In Physica igitur causa quærendi, in Ethica ordo viuendi, in Logica ratio intelligendi versatur. Physicam apud Græcos primus perscrutatus est Thales Milesius, vnus ex septem illis sapiētibus. Hic enim ante alios cæli causas B
atque vim rerum naturalium [c] contēplata ratione suspexit, quam postmodum Plato in quattuor definitiones distribuit, id est Arithmeticam, Geometriam, Musicam & Astronomiam. Ethicam Socrates primus ad corrigendos componendósque mores instituit, atque omne studium eius ad bene viuendi disputationem perduxit diuidens eam in quattuor virtutes animæ, id est, prudentiam, iustitiam, fortitudinem & temperantiam. Prudentia est in rebus, qua discernuntur à bonis mala. Fortitudo, qua aduersa æquanimiter tolerantur. Temperantia, qua libido concupiscentiáque rerum frænatur. Iustitia, qua rectè iudicando sua cuiq. C
distribuuntur. Logicam, quæ rationalis vocatur, Plato subiunxit, per quam discussis rerum morúmq. causis, vim earum rationabiliter perscrutatus est, diuidens eam in Dialecticam & Rhetoricam. Dicta autem Logica, id est, rationalis: λόγος enim apud Græcos & sermonem significat & rationem. In his quippe tribus generibus Philosophiæ, etiam eloquia diuina consistunt. Nam aut de natura disputare solent, vt in Genesi & Ecclesiaste: aut de moribus, vt in Prouerbijs & in omnibus sparsim libris: aut de Logica, pro qua nostri [d] Theoricam sibi vendicant, vt in Cantico Canticorum, & Euangelijs. Item aliqui doctorum Philosophiam in nomine & partibus suis ita definierunt. Philosophia est diuinarum hu- D
manarúmque rerum, in quantum homini possibile est, probabilis scientia. Aliter: Philosophia est ars artium, & disciplina disciplinarum. Rursus, Philosophia est meditatio mortis, quod magis conuenit Christianis, qui seculi ambitione calcata, conuersatione disciplinabili, similitudine futuræ patriæ viuunt. Alij definierunt Philosophiæ rationem in duabus consistere partibus, quarum prior inspectiua est, secunda actualis. Inspectiua diuiditur in naturalem, doctrinalem & diuinalem. Doctrinalis diuiditur in quattuor partes, in Arithmeticā, Musicam, Geometriā, & Astronomiā. Actualis diuiditur in moralē, dispensatiuā & ciuilem. Inspectiua dicitur qua supergressi visibilia, de diuinis, aliquid & cælestibus contēplamur, [e] eáque mente solummodò inspicimus, quoniam corporeum supergrediuntur obtutum. Naturalis dicitur, vbi vniuscuiusque rei natura discutitur, [f] quia nihil contra naturam generatur in vita, sed vnumquodque ijs vsibus deputatur, quibus à creatore definitum est, nisi fortè cum voluntate Dei aliquod miraculum prouenire monstratur. Diuinalis dicitur, quando aut ineffabilem naturam Dei: aut spiritales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate disserimus. Doctrinalis dicitur scientia, quæ abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas dicitur, quam intellectu à materia separantes, vel ab alijs accidentibus, vt est par, impar, vel alia huiuscemodi, in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quattuor, Arithmetica, Geometria, Musica, Astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Geometria est C
disciplina magnitudinis immobilis, & formarum. Musica est disciplina quæ de numeris loquitur, qui ad aliquid sunt his qui inueniuntur in sonis. Astronomia est disciplina, quæ cursus cælestium, syderúmque figuras contemplatur omnes, & habitudines stellarum circà se & circà terram indagabili ratione percurrit. Porrò actualis dicitur, quæ res propositas operationibus suis explicat: cuius partes sunt tres, moralis, dispensatiua & ciuilis. Moralis dicitur, per quam viuendi mos honestus appetitur, & instituta ad virtutem tendentia præparantur. Dispensatiua dicitur, cùm domesticarū rerum sapienter ordo disponitur. Ciuilis dicitur, per quam totius ciuitatis vtilitas administratur.

a Cap. XXIIII. scientia & opinatione. *Ex Lact. lib. 3. c. 3.*

b Nam Græci φίλον amorem. *F. amatorem.*

c contemplata ratione. *S. O. L. contemplatus volebat A. Aug.*

d Pro qua nostri Theoricam. *Ex Hieron. ep. ad Paulam Vrbicam, Vel ex Orig. homil. 1. in cant.*

e eaq. mente solummodo. *Ex ead. Orig. hom.*

f Quia nihil generatur in vita contrà naturam. *Orig. hom. cit. in cant.* Naturalis dicitur vbi vniuscuiusq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuiusque natura discutitur, quia nihil contra naturā generatur in vita, sed vnumquodq. ijs vsib. deputatur in quos à creatore productum est. *Duæ voces* contra naturā, *absunt à m ſ libris, pro quib.* confusum *legitur in excusis & apud Cassiodor.*

De Isagogis Porphyrij. Cap. XXV.

POst Philosophiæ definitiones, in quibus generaliter omnia continentur, nunc Isagogas Porphyrij expediamus. Isagoga quippe Græcè, Latinè introductio dicitur, eorum scilicet qui Philosophiam incipiunt: continens in se demonstrationem primarum rationum de qualibet re quid sit, suáq. certa ac substantiali definitione declaratur. Nam posito primo genere, deinde species, & alia quæ vicina esse possunt subiungimus, ac discretis cōmunionibus separamus, tamdiu interponentes differentias, quousq. ad proprium eius de quo quærimus signata eius expresione perueniamus, vt puta: Homo est animal rationale, mortale, terrenum, bipes, risus capax. Genus animal cùm dictum est, substantia hominis declarata est. Est enim ad hominē genus animal, sed quia latè patebat, adiecta est species, terrenum: & iam exclusum est id quod aut æthereum aut humidum. Differentia verò, vt bipes, quæ propter animalia posita est, quæ multis pedibus innituntur. Item rationale, propter illa quæ ratione egent: mortale autem propter id quod angelus non est. Posteà discretis atque seclusis communionibus adiectū est proprium in parte postrema, est enim solum hominis quod ridet: sic perfecta est omnis ex parte definitio, ad hominem declarandum. Cuius disciplinæ definitionem plenam existimarunt Aristoteles & Tullius ex genere & differentijs consistere. Quidam postea pleniores in docendo, eius perfectam substantialem definitionem in quinq. partibus velut in membris suis diuiserunt. Quarum prima est de genere, secunda de specie, tertia de differentia, quarta de proprio, quinta de accidente. Genus vt animal. Est enim vocabulum generale, & commune omnium animam habentiū. Species, vt homo. Est enim specialitas, qua separatur à cæteris animantibus. Differentia, vt rationale, mortale. His enim duobus differt homo à cæteris. Cùm enim dicitur rationale, discernitur ab irrationabilibus mutis, quæ non habent rationem. Cùm mortale, discernitur ab angelis, qui nesciunt mortem. Proprium, vt risibile. Homo est enim qui ridet, & hoc præter hominem nullius animalis est. Accidens, vt color in corpore, doctrina in animo. Hæc enim temporum varietate & accidunt & mutantur: & est ex omnibus his quinque partibus oratio plenæ sententiæ, ita: Homo est animal rationale, mortale, risibile, boni malíque capax: sic etiam in omni oratione substātiali tādiu interponere debemus species & differentias, quam diu seclusis omnibus, quæ hoc idem possunt esse ad id perueniatur, vt proprietas iam certa teneatur. Isagogas autem ex Græco in Latinū transtulit [a] Victorinus orator, commēntúmque eius quinque libris Boëtius edidit.

* Cap. XXV. Transtulit Victorin. *Boeth. Dialog.* 1. Rogo vt mihi explices id quod Victorinus orator sui temporis ferè doctissimus à Porphyrio per εἰσαγωγὴν, i. per introductionem in Aristotelis categorias dicitur transtulisse.

De Categorijs Aristotelis. Cap. XXVI.

SEquuntur Aristotelis Categoriæ, quæ Latinè prædicamenta dicuntur: quibus per varias significationes omnis sermo conclusus est.

Instrumenta Categoriarum sunt tria, id est prima æquiuoca, secunda vniuoca, tertia denominatiua. Æquiuoca sunt, quando multarum rerum nomen vnum est: sed non eadem definitio, vt leo. Nam quantum ad nomen pertinet, & verus & pictus & cælestis leo dicitur. Quantum ad definitionem pertinet, aliter verus definitur, aliter pictus, & aliter cælestis.

Vniuoca sunt, quando duarum aut plurium rerum vnum nomen est & definitio, vt vestis: nam & [a] birrus & tunica nomen vestis possunt accipere & eius definitionē. Ergo hoc vniuocum in generibus esse intelligitur: quia & nomen & definitionem dat formis suis. Denominatiua dicuntur quæcumque ab aliquo solo differentiæ casu secundum nomen habent appellationem: vt à bonitate bonus, à malitia malus.

[b] Categoriarū autem species decem sunt, id est, Substantia, quantitas, qualitas, relatio, situs, locus, tempus habitus, agere, & pati.

Substantia quæ propriè & principaliter dicitur, est quæ neque de subiecto prædicatur: neq. in subiecto est, vt aliquis homo, aliquis equus. Secundæ autem substantiæ dicuntur, in quibus speciebus illæ quæ principaliter substantiæ primò dictæ sunt, insunt atque clauduntur: vt in homine Cicero. Quantitas est mensura, per quam aliquid vel magnum vel minus ostenditur, vt longus, breuis. Qualitas est: vt qualis sit orator, aut rusticus, niger aut candidus. Relatio est, quæ refertur ad aliquid. Cùm enim dicitur filius, demonstratur & pater. Hæc relatiua simul incipiunt: nam seruus & dominus vno tempore exordium nominis sumunt: nec aliquando inuenitur dominus prior seruo, nec seruus domino. Alterum enim alteri præesse non potest. Porrò situs à positione dictus, vt quis aut stet, aut sedeat, aut iaceat. Locus est vbi sit, in foro, in platea. Loci autem motus habet sex partes, dexteram & sinistram, ante & retrò, sursum atque deorsum. Partes quoque istæ sex duo habent, longè & propè. Tēpus: vt, hodie, heri. Habitus ab habendo aliquid dictus, vt habere scientiam in mente, virtutem in corpore: circà corpus vestimentum, & cætera quæ ad habendi modum designato à doctoribus numero cōprehenduntur. Iam verò agere & pati ab agentis & patientis significatione consistunt. Nam scribo vocis actum habet, quoniam facientis rem indicat. Scribor patientis est, quoniam pati se ostendit. In his enim nouē generibus, quorum exempli gratia quædam posita sunt, vel in ipso substantiæ genere, quod est οὐσία, innumerabilia reperiuntur: nam & ea quæ intellectu capimus, ea ad alterum horum decem prædicamentorū sermone vulgamus. Plena enim sententia de his ita est. Augustinus magnus orator, filius illius, stans in tēplo, hodie infulatus, disputando fatigatur. Vsiæ autem, id est substantiæ proprium est, quod cæteris subiacet, reliqua nouem accidentia sunt. Substantia autem dicitur ab eo, quòd omnis res ad seipsam subsistit. Corpus enim subsistit, & ideò substantia est. Illa verò accidentia, quæ in subsistente atque subiecto sunt, substantiæ non sunt, quia non subsistunt, sed mutantur, vt color vel forma. De subiecto autem & in subiecto quasi de ipso & in ipso. Vbi enim dicitur de subiecto, substantia est, quasi dicatur de substantia. Vbi autem dicitur in subiecto, accidentia sunt, id est, quæ accidunt in substantia, vt quantitas, qualitas, vel figura. De subiecto igitur genera & species, in subiecto accidentia sunt. [c] Ex his nouem accidentibus tria intrà vsiam sunt, quantitas, qualitas & situs. Hæc enim sine vsia esse non possunt. Extrà vsiam verò sunt locus, tempus & habitus: intrà & extrà vsiam relatio, facere & pati. Appellatas autem categorias constat, quia non possunt nisi ex subiectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere, nisi aliquem hominē sibi ponat ante oculos, quasi subiectum homini? [d] Hoc opus Aristotelis intentè legendū est, quoniam sicut dictum est, quicquid homo loquitur, inter decem prædicamenta habetur. Proficiet etiam ad libros intelligendos, qui siue Rhetoribus siue Dialecticis applicantur.

Cap. XXVI. Pleraq. ex Arist. categorijs Boeth. interp.

[a] Nam birrus & tunic. *Idem Capella quòd autem vestis genus birrus vid. lib. 19. c. 24. & in Cassian. annot.*

[b] Categoriar. species. *Cassiod.* Quidquid loquimur, aut cogitamus, in aliqua hor. specie inuenitur.

[c] Ex his nouem accid. *Ex Aug. lib de Categorijs.*

[d] Hoc opus intente legend. *Cic. in Hortens. apud Non.* Magnâ animi contentio adhibenda est explicando Aristotelem si legeris.

De Perihermenijs. Cap. XXVII.

SEquitur de hinc liber Perihermenias subtilissimus nimis, & per varias formas iterationésq. cautissimus, de quo dicitur: Aristoteles quandō perihermenias scriptitabat, [a] calamum in mente tingebat.

Præfatio Perihermeniarum.

Omnis quippè res quæ vna est, & vno significatur sermone, aut per nomen significatur, aut per verbum, quæ duæ partes orationis interpretantur, totum quicquid concepit mens ad eloquendum. Omnis enim elocutio conceptæ rei mentis interpres est. Hanc Aristoteles vir in rerum expresione & faciendis sermonibus peritissimus, hermeniam nominat, quam Interpretationem nos appellamus, scilicet quòd res mente cōceptas prolatis sermonibus interpretatur per cataphasin & apophasin, id est, per affirmationem & negationem. Per affirmationem, vt homo currit: per negationem, vt homo non currit. In his itaque perihermenijs, supradictus Philosophus de septem speciebus tractat, id est, de Nomine, de Verbo, de Oratione, de Enunciatione, de Affirmatione, de Negatione, de Contradictione.

Nomen

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nomen est vox significatiua secundū placitum:sine tempore, cuius nulla pars significatiua separata,vt Socrates. Verbum est quod significat tēpus, cuius pars nihil extrà significat,sed semper eorum quæ de altero dicuntur nota est,vt cogitat,disputat. Oratio est vox significatiua, cuius partium aliquid separatum significatiuum est,vt Socrates disputat. Enunciatiua oratio est vox significatiua de eo,quod est aliquid vel non est,vt Socrates est, Socrates non est. Affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo, vt Socrates est: negatio est alicuius ab aliquo, vt Socrates non est. Contradictio est affirmationis & negationis oppositio,vt Socrates disputat, Socrates non disputat. [b] Hæc omnia in libro Perihermeniarum minutissimè diuisa,& subdiuisa tractantur, quarum rerum definitiones hic breuiter sufficiat intimasse, quando in ipso cōpetens explanatio reperitur. Vtilitas perihermeniarum hæc est,quòd ex his interpretamentis syllogismi fiunt. Vndè & analytica pertractātur.

Cap.XXVII. De Perihermenijs. *Ita VV.CC.& paullo post* Præfatio Perihermeniarum.

[a] calamum in mente ting. *De vniuersis Aristotelis scriptis Suidas.* Αριστοτέλης τῆς φύσεως γραμματέυς ἦν τον κάλαμον ἀποβρέχον εἰς νᾶν.

[b] Hæc omnia reperitur. *Addita sunt hæc ex mss. quæ etiam sunt apud Cassiodorum nonnihil immutata.*

De Syllogismis Dialecticis. Cap.XXVIII.

SEquuntur [a] de hinc Dialectici Syllogismi, vbi totius eius artis vtilitas & virtus ostēditur: quorum conclusio plurimùm lectorem adiuuat ad veritatē inuestigandā: tantùm vt absit ille error [b] decipiendi aduersarium per sophismata fallarū conclusionū.

Formulæ categoricorum,i.prædicatiuorum syllogismorum sunt tres. Primæ formulæ modi sunt nouem.

Primus modus est, qui [c] conducit, i. qui colligit ex vniuersalibus dedicatiuis, dedicatiuum vniuersale directim:vt, Omne iustum honestum, omne honestum bonum, omne igitur iustum bonum.

Secundus modus est, qui conducit ex vniuersalibus dedicatiuis & abdicatiuis, abdicatiuum vniuersale directim: vt, Omne iustum honestum,nullum honestum turpe, nullum igitur iustum turpe.

Tertius modus est, qui conducit ex dedicatiuis particulari & vniuersali, dedicatiuum particulare directim: vt, Quoddam iustum honestum, omne honestum vtile, quoddam igitur iustum vtile.

Quartus modus est,qui conducit ex particulari dedicatiua,& vniuersali abdicatiua, abdicatiuū particulare directim:vt,Quoddā honestum iustum,nullum honestum turpe, quoddam igitur iustum non est turpe.

Quintus modus est,qui conducit ex vniuersalibus dedicatiuis particulare dedicatiuū [d] per reflexionem: vt, Omne iustum honestum,omne honestum bonum,quoddam igitur bonum iustūm.

Sextus modus est, qui conducit ex vniuersali dedicatiua & vniuersali abdicatiua, abdicatiuum vniuersale per reflexionem: vt,Omne iustū honestum, nullū honestum turpe,nullum igitur turpe iustum.

Septimus modus est,qui conducit ex particulari & vniuersali dedicatiuis,dedicatiuum particulare per reflexionē:vt,Quoddam iustum honestum, omne honestum vtile,quoddam igitur vtile iustum.

Octauus modus est,qui conducit ex vniuersalibus,abdicatiuo & dedicatiuo, particulare abdicatiuum per reflexionem : vt, nullum turpe honestum, omne honestum iustum,quoddā igitur turpe non est iustum.

Nonus modus est, qui conducit ex vniuersali abdicatiuo,& particulari dedicatiuo, dedicatiuum particulare per reflexionem: vt, nullū turpe honestum, quoddam honestum iustum, quoddam igitur iustum non est turpe.

Formulæ secundæ modi sunt quattuor.

Primus modus est, qui conducit ex vniuersalibus dedicatiuo & abdicatiuo, abdicatiuum vniuersale directim: vt, Omne iustum honestum, nullum turpe honestum, nullum igitur iustum turpe.

Secundus modus est,qui conducit ex vniuersalibus abdicatiuo & dedicatiuo,abdicatiuum vniuersale directim: vt, Nullū turpe honestum,omne iustum honestum,nullum igitur turpe iustum.

Tertius modus est qui conducit ex particulari dedicatiuo & vniuersali abdicatiuo, particulare abdicatiuū directim : vt,Quoddam iustum honestum, nullum turpe honestum, quoddā igitur iustū non est turpe.

Quartus modus est,qui conducit ex particulari abdicatiuo & vniuersali dedicatiuo abdicatiuum particulare directim:vt,quoddam iustum non est turpe, omne malum turpe,

turpe,quoddam igitur iustū non est malum.

Formulæ tertiæ modi sunt sex.

Primus modus,qui conducit ex dedicatiuis vniuersalibus, dedicatiuum particulare tàm directim quàm reflexim:vt, Omne iustum honestum,omne iustū bonum, quoddam igitur honestum bonum,vel sic quoddam igitur bonum honestum.

Secundus modus est,qui conducit ex dedicatiuis particulari & vniuersali, dedicatiuum particulare directim: vt, Quoddā iustum honestū,omne iustum bonum, quoddam igitur honestum bonum.

Tertius modus est, qui conducit ex dedicatiuis vniuersali & particulari, dedicatiuū particulare directim: vt, Omne iustum honestum,quoddam iustum bonum, quoddā igitur bonum honestum.

Quartus modus est, qui cōducit ex vniuersalibus,dedicatiua,& abdicatiua abdicatiuum particulare directim : vt, Omne iustum honestū, nullum iustum malū, quoddam igitur honestum non est malum.

Quintus modus est,qui conducit ex dedicatiuo particulari & abdicatiuo vniuersali , abdicatiuum particulare directim : vt, Quoddam iustum honestum,nullum iustū malū,quoddā igitur honestū non est malū.

Sextus modus est, qui conducit ex dedicatiuo vniuersali,& abdicatiuo particulari, abdicatiuum particulare directim:vt,Omne iustum honestum: quoddam iustum nō est malum:quoddam igitur honestum non est malum. Has formulas categoricorum syllogismorum qui plene nosse desiderat,librum legat qui inscribitur Perihermenias Apuleij, & quæ subtilius sunt tractata cognoscet.Distincta enim atque considerata ad magnas intelligentiæ vias lectorem,præstāte Domino, vtiliter introducunt. Nunc ad Hypotheticos syllogismos ordine sequēti veniamus.

Modi syllogismorum Hypotheticorum, qui fiunt cum aliqua cōclusione,sunt septē.

Primus modus est, Si dies est,lucet : Est autem dies:Lucet igitur.

Secundus modus est,Si dies est,lucet:Nō autem lucet:Non est igitur dies.

Tertius modus est ità,Non & dies, est & non lucet:Atqui dies est,Lucet igitur.

Quartus modus est ità : Aut dies est aut nox: Atqui dies est:Nox igitur non est.

Quintus modus est ità: Aut dies est aut nox: Atqui nox non est:Dies igitur est.

Sextus modus est ità:Non & dies est, & nox:Dies autem est:Nox igitur non est.

Septimus modus est ità : Non est dies & nox:Atqui nox non est:Dies igitur est.Modos autē syllogismorum Hypotheticorum si quis plenius nosse desiderat,librum legat Marij Victorini, qui inscribitur de Syllogismis hypotheticis. [e] Hinc ad Dialecticas definitionum species accedamus,quæ tāta dignitate præcellunt,vt posint iure dici orationum apertæ manifestationes & quædam indicia dictionum.

[a] Cap.XXVIII. *Vid. Cassiod.Capell.& Apulei.de syllogism.categor.siue Perihermenias.*

[b] error decipiendi. *Al.ideuncendi. Al.deijciendi.*

[c] Qui conducit συνάγει. *Quod autem in exemplis propositionis loco assumptis collocatur, neque id de syllogismi vi quidquam minuit,neq; sine Græcor. & Arabum exemplo fit.*

[d] per reflexionem. *ἀντιστροφήν,vulgo conuersionem.*

[e] Hinc ad Dialecticas *Cassiod.* Hinc ad pulcherrimas definitionum species accedamus,quæ tāta dignitate præcellunt ; vt posint iure dici ornamenta orationum, & quædā lumina. *Vnde ex iudiciorum tria verba iure dici orationum non dubitauimus facere. Cùm præsertim in ms. Tarracon. libris multo hæc pleniùs affecta deprehendissemus. Sensus autem hor.verbor. hic erit,vt & illustrādis sententijs,& enodādis dictionib. has definitiones dicat subseruire.*

De diuisione definitionum ex Marij Victorini libro abbreuiata. Cap.XXIX.

DEfinitio Philosophorum est, quæ in rebus exprimendis explicat quid res ipsa sit, [a] non qualis sit,& quemadmodum membris suis constare debeat. Est enim oratio breuis vniuscuiusque rei naturam à cōmunione diuisam propria significatione cōcludens. Diuisio definitionū in partes quindecim habetur. Prima species definitionis est. οὐσιώδης, idest, substantialis: quæ propriè & verè dicitur definitio, vt est. Homo animal rationale, mortale, [b] risus disciplinęque capax. Hæc enim definitio per species & differentias descendens venit ad propriū & designat plenissimè quid sit homo. Secunda species definitionis est, quæ Græcè ἐνσωματικὴ dicitur,Latinè notio nuncupatur: quā notionem communi,non proprio nomine, possumus dicere. Hæc istomodo semper efficitur: Homo est quod rationali cōceptione & exercitio præest animalibus cunctis. Non hic dixit,quid sit homo, sed dicendo quid agat,quasi quodam signo in notitiam deuocat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deuocat. In isto enim, & in reliquis notitia rei profertur, non substantialis explicatio declaratur. quia illa substantialis definitionum omnium obtinet principatum. Tertia species definitionis est, quæ Græcè ποιότης dicitur, Latinè qualitatiua vocatur, quia ex qualitate nomen accepit, pro eo quòd quale sit id quod sit, euidéter ostendit. Cuius exẽplum tale est: Homo est qui ingenio valet, artibus pollet, & cognitione rerũ aut quid agere debeat, eligit, aut animaduersione quid inutile sit contemnit. His enim qualitatibus expressus ac definitus est homo. Quarta species definitionis est, quæ Græcè ὑπογραφικὸν, Latinè à Tullio descriptio nuncupatur: quæ adhibita circuitione dictorum factorúmque quid quæq. res sit descriptione declarat. Quæritur enim, quid sit auarus, quid crudelis, quid luxuriosus, & vniuersa luxuriosi auari & crudelis natura describitur. vt si luxuriosum volumus definire, dicimus, Luxuriosus est victus non necessarij, sed sumptuosi [c] & onerosi appetens, in delicijs affluens, in libidinẽ pronus. Hæc & alia definiunt luxuriosum: sed per descriptionem definiunt. Quæ species definitionis Oratoribus magis apta est quàm Dialecticis: quia latitudines habet, quæ simili modo in bonis rebus ponitur & in malis. Quinta species definitionis est, [d] quàm Græcè κατ' ἀντίλεξιν, Latinè ad verbum dicimus. Hæc vocem illam, de cuius re quæritur, alio sermone designat, vno & singulari, & quodam modo quid illud sit in vno verbo positum, vno verbo alio declarat, vt, Conticescere est tacere. Itẽ cùm terminum dicimus finem: aut populatas interpretamur esse vastatas. Sexta species definitionis est, quam Græci κατὰ διαφοράν, nos per differentiam dicimus. Scriptores verò artium de eodem & de altero nominant, vt cùm quæritur, quid inter fit inter regem, & tyrannum: adiecta differentia, quid vterque sit definitur: id est, rex est modestus & temperans: tyrannus verò impius & immitis. Septima species definitionis est, quam Græci κατὰ μεταφοράν, Latini per translationẽ dicunt: vt Cic. in Top. Littus est, [e] qua fluctus eludit. hoc variè tractari potest. Modò enim vt moneat, modò vt designet, modò vt laudet ac vituperet. Vt moneat, Nobilitas est virtus maiorum apud posteros sarcina. Vt designet, caput est arx corporis. Vt laudet, Adolescentia est flos ætatis. Vt vituperet, Diuitiæ sunt breuis vitæ longum viaticum. Octaua species definitionis est, quam Græci κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου Latini per priuantiam contrarij eius quod definitur, dicunt: Bonum est, quod malum non est. Iustum est, quod iniustum non est, & his similia. Hoc autem genere definitionis vti debemus, cùm contrarium est notum: vt, Si bonum est quod prodest cum honestate, id quod tale non est, malum est.

Nona species definitionis est, quam Græci κατ' ὑποτύπωσιν. Latini per quandã imaginationem dicunt, vt Æneas est Veneris, & Anchisæ filius. Hæc semper in indiuiduis versatur, quæ Græci ἄτομα appellant.

Decima species definitionis est, quam Græci ὡς τύπῳ, Latini exemplũ appellant, vt si quæratur, quid sit animal, respondetur, vt homo. Rem enim quæsitam prædictum declarauit exemplum. Hoc est autem proprium definitionis, quid sit illud quod quæritur declarare.

Vndecima species definitionis est, quam Græci καθ' ἔλλειπες πλήρους ὁμοίως γένους, Latini per indigentiam pleni ex eodem genere dicunt. Vt si quæratur: Quid sit triens? Respondeatur, cui bes deest, vt sit asis.

Duodecima species definitionis est, quam Græci κατ' ἔπαινον vocant, id est per laudem: vt Tullius pro Cluentio. Lex est mens, & consilium, & animus, & sententia ciuitatis. & aliter; Pax est, Tranquilla libertas. Fit & per vituperationem, quam Græci ψόγον vocant; vt Seruitus est, postremum omnium malorũ, non modo bello, sed morte quoq. repellenda.

Tertiadecima species definitionis est, quam Græci καθ' ἀναλογίαν, Latini iuxtà rationem dicunt. Sed hoc contingit, cùm maioris rei nomine res definitur inferior, vt est illud; Homo, minor mundus. Cicero hac definitione sic vsus est. Edictum legem annuam dicunt esse.

Quartadecima species definitionis est, quam Græci κατὰ τὸ πρός τι, Latini ad aliquid vocant, vt est illud. Pater est cui est filius, Dominus est cui est seruus. Cic. in Rhetoric. Genus est, quod plures amplectitur partes. Item pars est, quæ subest generi.

Quintadecima species definitionis est, quam Græci καθ' αἰτιολόγιαν, Latini secundum rei rationem vocant, vt Dies est, Sol supra terras. Nox est, Sol sub terris. Scire autẽ debemus prædictas species definitionum

Topicis

Topicis meritò esse, sociatas, quoniam inter quædam argumenta sunt posita, & nonnullis locis commemorantur in Topicis. Nunc autem ad Topica veniamus, quæ sunt argumentorum sedes, fontes sensuum, & origines dictionum.

[a] Cap. XXIX. Non qualis sit. *Deerat negatio in omnib lib. Boeth. de definit. c. 4.* Ergo definitio quæ est Philosophorum propria in reb. exprimendis explicat, quid sit, non quale sit, quemadmodum membris suis constare debeat, exponemus.

[b] risus disciplinæq. cap. *Male o. l.* sensus disciplinæque. cap. *Cum supra c. 26.* risus capax *sit. Itemque apud Boeth.*

[c] & onerosi—in libidinem pronus. *Ex Boeth.*

[d] Quam Græci κατὰ ἀντίλεξιν. *Ex eod. lib. 3. in Top.*

[e] qua fluctus eludit. *Eluderet quoq. legitur apud Cicer. Idque probat* A. *Augustinus & Gotthi.* CC. *confirmant. Alluderet malunt Lambinus, & Vrsinus.*

[f] Vndecima κατ' ἔλλειπες. *Boeth.* καθ' ἕνδειαν. *Porrò quæ restant, restituta sunt omnia ex Boethio.*

[g] Vt si quæratur quid sit triens. r. c. b. d. v. a. *Probè* A. *Augustinus cùm in pleriſq. ms. legeretur.* Vt si quæratur quid sit thesis? respondeatur; cui vis deest vt sit arsis, *quod exemplũ è musica petitũ ferri quoquomodo poterat. Sed non est. vt Isidorus à Boethio tam longè discesserit, cuius exemplum est, item vti apud Cassiodorum:* Vt si quæratur quid sit quadrans, respondeatur; cui dodrans deest vt sit asis. *Asis autem recto casu non est quod quenquam. apud Isidorum offendat.*

[h] Quintadecima καθ' αἰτιολόγιαν. *Boethio* αἰτιωδῶς

De Topicis. Cap. XXX.

TOpica est disciplina inueniendorum argumentorum. Diuisio Topicorum siue locorũ, ex quibus argumenta ducuntur, triplex est. Nã alia in eo ipso de quo agitur hærent: alia quæ dicũtur affecta, quæ quodammodo ex rebus alijs tracta noscuntur: alia quæ assumuntur extrinsecus. Argumenta, quæ in eo ipso de quo agitur, hærent, in tribus diuisa sunt. Prima à toto, secũda à parte, tertia à nota.

Argumentum à toto, cùm definitio adhibetur ad id quod quæritur, sicut ait Cice. [a] Gloria est laus rectè factorum, magnorúmque in rempublicam fama meritorum.

[b] A partibus est argumentum, cùm is qui se defendit, aut negat factum, aut factum esse iure defendit.

A nota est argumentum, cùm ex vi nominis argumentum aliquod elicitur, vt Cicer. Consulẽ, inquit, quærebam, quem [c] in isto maiali inuenire non poteram.

Affecta argumenta sunt, quæ quodãmodo ex rebus alijs tracta noscuntur. Sunt autẽ

A numero quattuordecim, id est, primùm à coniugatis argumentum est, cùm declinatur à nomine & fit verbum: vt Cicero Verrem dicit euerrisse prouinciam: vel nomen à verbo, cùm latrocinari dicitur latro. Nomen est à nomine, Terentius: [d] Inceptio est amentium, haud amantium: dummodò distet vnius appellationis postremitas, in aliam vocis declinationem formata. Secundum argumentum à genere est, cùm de eodem genere sententia dicitur, vt Virgilius: Varium & mutabile semper fœmina. Tertium à specie argumentũ est, cùm generali quæstioni fidẽ species facit. vt, Ar non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor. A simili argumentum est, quando rebus aliquibus similia proferuntur. Suggere tela mihi, non vllum dextera frustra Torserit in Rutulos, steterunt quæ in corpore Graiũm Iliacis campis. A differentia argumentũ est, quãdo per differentiã aliqua separantur, vt Virgilius, Non Diomedis equos, nec currũ cernis Achillis. A contrarijs argumentum ducitur, quando res discrepantes sibimet opponuntur: vt Virgilius, Mortali ne manu factæ, immortalæ carinæ fas habeant, certúsq. incerta pericula lustret Æneas? [e] A consequentibus argumentum ducitur, quando positam rem aliquid ineuitabiliter consequitur, vt Virgil. Non ea vis animo, nec tãta superbia victis. Ab antecedentibus argumentum est, quando aliqua ex ijs quæ prius gesta sunt, comprobantur, vt Cicero pro Milone. Cùm non dubitauerit aperire quid cogitauerit, vos potestis dubitare quid fecerit? A repugnantibus argumentum est, quando illud quod objicitur, aliqua contrarietate destruitur, vt Cicero: [f] Is igitur non modò de tali periculo liberatus, sed honore amplissimo ditatus domi te interficere voluisset? A [g] cõiunctis argumentũ est, cùm probabiliter ostenditur quid sit ex re quaque venturum, vt Virgilius: Nos si pellant, nihil abfore credunt, Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant.

A causis argumentũ est, quando cõsuetudine cõmuni res quæq. tractatur, vt Terent. Ego nonnihil veritus sum dudũ abs te Daue: Ne faceres quod vulgus seruorũ solet, dolis vt me deluderes. Ab effectis argumentũ est: cùm ex ijs quæ facta sunt aliquid approbatur, vt Virgilius: Degeneres animos timor arguit. A cõparatione argumentũ est, quando per collationem personarum siue

E causarum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

causſarum,ſententiæ ratio ſub imputatione formatur,vt Virg. Tu potes Æneam manibus ſubducere Graiûm, Nos aliquid contrà Rutulos iuuiſſe nefandum eſt? Item argumenta quæ ducũtur extrinſecus,quæ Græci ἄτεχνα, i. artis expertia vocant, vt eſt teſtimonium. Teſtimoniũ omne eſt quod ab aliqua externa re ſumitur ad faciendam fidem. Hæc diuiditur quinque modis, id eſt, primo ex perſona. ſecundo ex naturæ auctoritate. tertio ex temporibus. quarto ex dictis factíſque maiorum, quinto ex tormentis. Perſona non qualiſcunq. eſt, quæ teſtimonij pondus habet ad faciendam fidem: ſed morum probitate debet eſſe laudabilis. Naturę auctoritas eſt, quæ maximè in virtute conſiſtit. Temporibus multa ſunt quæ afferunt auctoritatem, id eſt, ingeniũ, opes, ætas, fortuna, ars, vſus, neceſsitas & concurſio rerum fortuitarum. A dictis factíſq. maiorum petitur fides, cùm priſcorum dicta factâq. memorantur. A tormentis fides præbetur, poſt quæ nemo creditur velle mentiri. Ea verò quæ tractantur in tempore, quia ſuis nominibus plana ſunt, definitione non indigent. Memoriæ quoq. condendum eſt, Topica oratoribus, dialecticis, poëtis, & iuriſperitis communiter quidem argumenta præſtare: ſed [f] quando aliquid ſpecialiter probant, ad rhetores, poëtas, iuriſperitóſque pertinet: quando verò generaliter diſputant, ad philoſophos attinere manifeſtum eſt. Mirabile planè genus operis, in vnum potuiſſe colligi quicquid mobilitas ac varietas humanæ mentis in ſenſibus exquirendis per diuerſas cauſſas poterat inuenire: concluſum liberũ ac voluntarium intellectũ. Nam quocunq. ſe verterit, quaſcunq. cogitationes intrauerit: in aliquid eorum, quæ prædicta ſunt, neceſſe eſt cadat ingenium.

[a] Gloria eſt laus rectè fact. *Ex Orat. Pro Marcello.*
[b] A partib. *conſentiuntlib. 6. At Caſſiod.* A partib. ſic, vt puta ſi oculus videt, non ideò totum corpus videt.
[c] quem in iſto maiali. *Ita legendum apud Cic. in Piſoniana, non vt vulgo animali quod aduertit etiam Lamb. eſt verò maialis porcus caſtratus.*
[d] Nam inceptio eſt amentiũ, haud amant. *Indulſit hoc ſibi, vt in etymologijs ſolet, vt amentem & amantem coniugata diceret. Idem exemplum apud Caſſiodorum. Neq. verò diſplicebat A. Auguſtino Gothicor. CC. ſcriptura: amentium, aut amantium.*
[e] Is igitur non modò de tali. *Hæc paullò aliter apud Cic. pro Deiotar.*
[f] Sed quando aliquid ſpecialiter prob. *Boeth. lib. 6. in Top Cic. ad locum de cauſſ.* Communis quippè oratorib. ac Philoſophis locus hic eſſe perſpicitur, qui eſt à cauſsis, his naturas rer. (quod eſt Philoſophiæ propriũ) illis (quod oratoriæ facultatis eſt) facta probantib.

De Oppoſitis. Cap. XXXI.

CONtrariorum genera quattuor ſunt, quæ Ariſtoteles ἀντικείμενα, id eſt, oppoſita vocat. Propterea quòd ſibi velut ex aduerſo videntur obſiſtere, vt contraria: nec tamen omnia quæ ſibi opponuntur, contraria ſunt, ſed omnia contraria oppoſita ſunt. Primum genus eſt contrariorum, [a] quod iuxtà Ciceronem aduerſum vocatur, pro eo quòd tantum contrariè ſibi opponuntur, vt non eorum ſint quibus opponuntur vt ſapientia, ſtultitia. Quod genus in tres ſpecies diuiditur. Nam ſunt quædam ex eis quæ medium habent: & ſunt quædã quæ ſine medio ſunt: & quædam ſunt quæ habent medium, & tamen ſine nomine ſunt: [b] niſi vtrumque ei vocabulum creet. Candidus & niger mediũ habent, quia inter eos ſæpe color pallidus vel fuſcus inuenitur. Sine medio ſunt quoties vnum de duobus accidit, vt ſanitas vel infirmitas. Horum nihil eſt medium. Ea autem quorum media ſine nomine ſunt, vt felix, infelix, medium habent non felix. Secundũ genus eſt relatiuorũ: quæ ita ſibi opponuntur, vt ad ſe conferantur, ſicut duplũ, ſimplũ. Hoc ſolum oppoſitorum genus ad ſe refertur. Non enim eſt maius, niſi referatur ad minus, & ſimplũ niſi ad duplũ. Nã relatiuũ relatiuo ita opponitur: vt hoc ipſum quod opponitur, aut eius ſit cui opponitur, aut ad id quocunq. modo referatur. Dimidiũ enim opponit duplo, eiúſq. dupli mediũ eſt: ſed ita illi opponitur, vt eius ſit cui opponitur. Sic & paruũ opponitur magnò: ita vt ipſum paruũ ad magnum cui opponitur, ſit paruum. Nam ſuperiora quæ dicuntur contraria ita ſibi opponuntur, vt eorum non ſint quibus opponuntur, nec ad ea quocunque modo referantur. Siquidem iniquitas iuſtitiæ ita contraria eſt, vt non eiuſdem iuſtitiæ iniquitas ſit, aut ad illam ſit iniquitas. Tertiũ genus oppoſitorum eſt habitus vel orbatio. Quod genus Cicero priuationẽ vocat, quia oſtendit aliquid quempiam habuiſſe, vnde priuatus eſt. Cuius ſpecies ſunt tres: quarum prima eſt in re, ſecũda in loco, tertia in tẽpore cõgruo. In re, vt cæcitas & viſio. In loco, vt cæcitatis & viſionis in oculis locus eſt. In tempore congruo, vt infantem non dicere, ſine dentibus: eum cui dentes ætas adhuc parua negauit. Non enim eſt priuatus dentibus,

tibus, quos nondum habuit. Quartum verò genus ex affirmatione & negatione opponitur, vt Socrates diſputat, Socrates non diſputat. Hæc à ſuperioribus ideò differunt, quòd illa ſingulatim dici poſſunt, hæc niſi cõnexè dici nõ poſſũt. Quod genus quartũ apud Dialecticos multũ habet conflictum: & appellatur ab eis valde oppoſitum: ſiquidem & tertiũ non recipit. Nam ex illis quædam habere tertiũ poſſunt, vt in contrarijs, candidum & nigrum: tertiũ eius nec candidum nec nigrũ, ſed fuſcum vel pallidum. In relatiuis quoque, vt multa & pauca: tertium eius, nec multa nec pauca, ſed mediocria. In habitu vel orbatione, vt viſio & cæcitas: tertium eius, nec cæcitas, nec viſio, ſed lippitudo. Hic ergo legit, non legit: tertium nihil habet.

[a] Cap. XXXI. Quod iuxtà Ciceronem aduerſum vocatur. *Mendoſè diuerſum in libris omnib. Neque tamen diſſimulandum quod Boethius dicere eſt auſus.* Ciceronem non tam proprijs nominib. quàm notiorib. vſum fuiſſe. Nam quæ contraria (*inquit*) nominat; oppoſita veriùs dicentur, quæ aduerſa dicuntur, contrariorum meliùs ſuſcipiunt nomen.
[b] Niſi vtrumq. ei vocabulum creet. *Id eſt, niſi medium ex extremis nomen accipiat.*

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER TERTIVS.

De quattuor diſciplinis Mathematicis.

PRÆFATIO.

MAthematica Latinè dicitur doctrinalis ſcientia, quæ abſtractam conſiderat quantitatem. Abſtracta enim quantitas eſt, quam intellectu à materia ſeparantes vel ab alijs accidentibus, vt eſt, par, impar: vel ab alijs huiuſmodi in ſola ratiocinatione tractamus. Cuius ſpecies ſunt quattuor, id eſt, Arithmetica, Geometria, Muſica, & Aſtronomia. Arithmetica eſt diſciplina quantitatis numerabilis ſecundum ſe. Geometria eſt diſciplina magnitudinis formarum. Muſica, & eſt diſciplina quæ de numeris loquitur, qui inueniuntur in ſonis. Aſtronomia eſt diſciplina quæ curſus cælèſtium ſiderum atque figuras contemplatur, atque omnes habitudines ſtellarum. Quas diſciplinas deinceps paullò latiùs indicabimus, vt earum cauſſæ competenter poſsint oſtendi.

DE VOCABVLO Arithmeticæ diſciplinæ. Cap. I.

ARITHMETICA eſt diſciplina numerorum. [a] Græci enim numerum ἀριθμὸν dicunt. Quam ſcriptores ſeculariũ litterarũ inter diſciplinas Mathematicas ideòprimam eſſe voluerunt, quoniam ipſa vt ſit, nulla alia indiget diſciplina. Muſica autem & Geometria & Aſtronomia quæ ſequuntur, vt ſint atque ſubſiſtant, iſtius egent auxilio.

De autoribus eius. Cap. II.

NVmeri diſciplinã apud Græcos primum Pythagoram autumant conſcripſiſſe: ac deinde à Nicomacho [a] diffuſiùs eſſe diſpoſitam, quàm apud Latinos primus Apuleius, deinde Boëtius tranſtulerunt.

Cap. II. Numeri diſcipl. *Eod. modo apud Boeth.*
[a] diffuſiùs eſſe diſpoſitã. *Ex Gothicis. Al. cõpoſitã.*

Quid ſit numerus. Cap. III.

NVmerus autem eſt multitudo ex vnitatibus conſtituta: nam vnum ſemen numeri eſſe, [a] non numerum. Numero nummus nomen dedit, & à ſui frequentatione vocabulum indidit. Vnus ex Græco

Universidad de Deusto
Biblioteca

nomen trahit. Græci enim vnum, ἕνα dicunt: sic duo, tria, quos illi δύο & τρία appellant. [b] Quattuor verò à figura quadrata nomen sumpserunt. Quinque autem non secundum naturam, sed secundum placitum voluntatis vocabulum acceperunt ab eo, qui numeris nomina indidit. Sex autem & septem à Græco veniunt. [c] In multis enim nominibus quæ in Græco aspiratione habent, nos pro aspiratione, s. ponimus. Inde pro ἕξ sex pro ἑπτὰ septem, sicut pro herpillo herba, serpillum. Octo verò per translationem, sicut illi & nos: illi ἐννέα nos nouem: illi δέκα nos decem. Dicti autem decem à Græca etymologia, eò quòd ligent & coniungant infra iacentes numeros. Nam δεσμεῦειν, coniungere vel ligare apud eos dicitur: Porrò viginti dicti, quòd sint decem bis geniti, v pro b littera posita. Triginta, quòd à ternario denario gignantur, sic vsque ad nonaginta. [d] Centum verò vocati à cantho: quod est circulus, ducēti à duo & centum, sic & reliqui vsque ad mille. Mille autem à multitudine, vnde & militia, quasi multitia: inde & [e] milia, quæ Græci mutata littera μύρια vocant.

[a] Cap. III. non numerum. *τὸ volunt additum in excusis, abest à Gothicis, & quidem huiusmodi præcisè locutiones per infinita verba frequentes in hoc opere.*

[b] Quattuor à figura quadrata. *Immò figura quadrata à quattuor: quattuor vero à Græco τέτταρες. Mutant n. sæpè illi κ. in τ. vt τέτν Θ pro κεῖν Θ, & contrà. quos nos quoque non rarò imitamur.*

[c] In multis n. nominib. *è Seru. ad Eclog. 2. Allia, serpillumque, &c.*

[d] Centum verò à cantho. *Canthus & circulus est oculorum, & ferrum quo lignorum rotunditas in rotis arctatur, & stringitur, vt ait Hieronym. Ad Ezech cap. 20 canthos. n. eo loco legendū, non (vt habet Reatini editio) comthos.*

[e] Milia quæ Græci mutata lit. *Quod in excusis libris additur. i. l. p. r. hoc est, id est, l. pro r. in manuscriptis non est. itaque licebit vel à μυρία, vel à χιλία milia dicta putare.*

Quid præstent numeri. Cap. IV.

RAtio [a] numeri contemnenda non est: in multis enim sanctarum scripturarum locis, quantum mysterium habeant, elucet. Non enim frustrà in laudibus Dei dictum est: omnia in mensura & numero & pondere fecisti. Senarius namque qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri sui significatione declarat. Similiter & quadraginta dies, quibus Moyses, & Helias, & ipse Dominus ieiunauerunt, A sine numerorum cognitione non intelliguntur. Sic & alij in scripturis sacris numeri existunt: quorum figuras [b] non nisi noti huius artis scienter soluere possunt. Datum est etiam nobis ex magna parte sub numerorum consistere disciplina: quando horas per eam discimus, quando mensium curricula supputamus, quando anni spatium redeuntis agnoscimus. Per numerum siquidem, ne confundamur, instruimur. Tolle numerum rebus omnibus, & omnia pereunt. [c] Adime seculo computum, & cuncta ignorantia cæca complectitur, [d] nec differri potest à cæteris animalibus, qui calculi nescit rationem.

[a] Cap. IIII. Ratio numeri. *Augustini sunt verba lib. 11. de ciuit. c. 30.*

[b] noti huius artis. i. *periti. sic in vetustiorib. libb. & apud Bed. qui caput hoc in librū suum de cōputo transtulit. Eod. modo Braulio in vita Isidori.* Quod opus (id est etymologiar.) omnimodo philosophiæ conueniens quisquis crebra meditatione perlegerit, non ignotus diuinar. humanar. q. rer. scientia meritò erit.

[c] Adime seculo computum. *Al. adime seculo calculi comp. sed vocem calculi neque Beda, neque antiquiores libri agnoscunt.*

[d] nec differri potest. *Ita o. l. m. vt differri sit distingui. nisi quod in quibusd. numero multitudinis nec differri possunt a. c. q. c. nesciunt rationem.*

De prima diuisione parium et imparium. Cap. V.

NVmerus diuiditur in paribus & in imparibus. Par numerus diuiditur in his: pariter par, & pariter impar [a], & impariter par, & impariter impar. Impar numerus diuiditur in ijs, primū & simplicē, secundū & cōpositū, tertium mediocrē, qui quodammodo primus & incōpositus: alio verò modo secundus & compositus est. Par numerus est, qui in duabus æquis partibus diuidi potest, vt ij. iiij. viij. Impar verò numerus est, qui diuidi æquis partibus nequit, vno medio vel deficiente, vel superante vt iij. v. vij. ix. & reliqui. Pariter par numerus est, qui secundùm parem numerū pariter diuiditur, quousq. ad indiuisibilem perueniat vnitatē: vt putà sexaginta quattuor habet medietatē xxxij. hic autem xvj. Sedecim verò, viij. octonarius iiij. quaternarius ij. binarius vnum, qui singularis indiuisibilis est. Pariter impar est, qui in partes æquas recipit sectionem, sed partes eius mox indissecabiles permanent. vt vj. x. xviij. triginta & quinquaginta. Mox enim vt hunc numerum diuiseris: incurris in numerum quem secare non possis. Impariter par numerus est, cuius partes etiam diuidi possunt: sed vsque ad vnitatē non perueniunt, vt xxiiij. Hi enim in medietatem diuisi, faciunt xij. rursúmque in aliam medietatem vj. deinde in aliam tres: & vltrà diuisionem non recipit sectio illa, sed antè vnitatem inuenitur terminus quem secare non possis. Impariter impar est, qui ab impari numero impariter mensuratur, vt xxv. xlix. qui dum sint impares numeri, ab imparibus etiam partibus diuiduntur, vt septies septem: xlix. & quinquies quini xxv. Impariū numerorū alij simplices sunt, alij cōpositi alij mediocres. Simplices sunt qui nullā aliam partē habent nisi solam vnitatē, vt ternarius solam tertiam, & quinarius solam quintam, & septenarius solam septimam. His enim vna pars sola est. Compositi sunt qui non solum vnitate metiuntur, [b] sed etiam alieno numero procreantur: vt nouem, xv. xxj. & xxv. Dicimus enim ter terni nouem: & septies terni xxj. ter quini xv. & quinquies quini xxv. Mediocres numeri sunt, qui quodammodo simplices & incōpositi esse videntur: alio verò modo secundi & compositi. Verbi gratia, Nouem ad xxv. dum comparatus fuerit, primus est & incompositus: quia non habet communem numerum, nisi solum monadicum. Ad xv. verò si comparatus fuerit, secundus est & compositus: quoniam inest illi communis numerus præter monadicum, id est ternarius numerus: quia nouem mensurat ter terni, & quindecim ter quini. Item parium numerorum alij sunt superflui, [c] alij diminuti, alij perfecti. Superflui sunt quorū partes simul ductæ plenitudinem suam excedunt: vt putà duodenarius, habet enim partes quinque: duodecimā, quod est vnum, sextam, quod duo: quartam quod tria: tertiam quod quattuor, dimidiam quod sex. vnum enim & duo & tria, & quattuor, & sex. simul ducta faciunt xvj. & [d] longe à duodenario excedunt: sic & alij similes plurimi, vt duodeuicesimus, & multi tales. Diminuti numeri sunt qui partibus suis computati, minorem summam efficiunt: vt putà denarius, cuius partes sunt tres: decima quod est vnum: quinta: quod duo, dimidia quod quinque. Vnum enim & duo & quinque simul ductæ, octonariū faciunt, [e] longè à denario minorem. Similis est huic octonarius vel alij plurimi: qui in [f] partes redacti infrà consistunt. Perfectus numerus est, qui suis partibus adimpletur, vt senarius, habet enim tres partes, sextam, tertiam & dimidiam: sexta enim eius est vnum: tertia duo: dimidia tres. Hæ partes in summam ductæ, id est, vnum & duo & tria simul eundem consummant, perficiúntque senariū. [g] Sunt autem perfecti numeri intrà denarium sex, intrà centenariū xxviij. intrà millenarium. CCCCxcvj.

[a] Cap. V. Impariter impar. *Ead. diuisione vtitur Capella, quamuis hoc membrum Boethius omiserit, neque sit hoc loco in Gothicis, nisi quod paullò post explicat Isidorus quid sit impariter impar.*

[b] sed etiam alieno numero. *Alio numero C. Rom. & Boeth.*

[c] Alij diminuti. *Al. diminutiui.*

[d] & longè à duodenario numero excedunt. *Hoc est duodenarium longè excedunt, quomodo & mox, & alias etiam loquitur.*

[e] longè à denario minorem. *Seru. in attem Donati,* Comparatiuus gradus tribus casib. iungitur: ablatiuo, septimo, & nominatiuo interposita particula quàm; ablatiuo vt doctior ab illo. *Quam loquendi rationem ipse etiam vsurpat, vt Æn. 1. ad verba,* dederatque abeuntib. heros; heros (ait) vir fortis, semideus, plus ab homine habens. *& infr. c. 47.* dum Sol est superior à Luna.

[f] In partes redacti. *Al. reducti.*

[g] Sunt autem perfecti, &c. *Omnia ex Boeth. lib. 1. de Arithm. c. 20.*

De secunda diuisione totius numeri. Cap. VI.

OMnis numerus aut secundùm se consideratur, aut ad aliquid. Iste diuiditur sic: Alij enim sunt æquales: alij inæquales. Ite diuiditur sic: Alij sunt maiores, alij sunt minores. Maiores diuiduntur sic: in multiplices, superparticulares, superpartientes, multiplices superparticulares, multiplices superpartientes. Minores diuiduntur sic, submultiplices, subsuperparticulares, subsuperpartientes, submultiplices subsuperparticulares: submultiplices subsuperpartientes. Per se numerus est, qui sine relatione aliqua elicitur, vt iij. iiij. v. vj. & cæteri similes. Ad aliquid est numerus qui relatiuè ad alios comparatur. Verbi gratia, quattuor ad duo dum cōparatus fuerit duplex dicitur & multiplex. sex ad tria, octo ad iiij. x. ad v. & iterum tres ad vnū triplex. sex ad ij. ix. ad tria, &c. Æquales numeri

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicuntur, qui secundū quantitatem æquales sunt. Verbi gratia, ij. ad ij. iij. ad iij. x. ad x. c ad c. Inæquales numeri sunt, qui ad inuicem comparati inæqualitatem demonstrant, vt iij. ad ij. iiij. ad iij. v ad iiij. x. ad vj. & vniuersaliter maior minori aut minor maiori. huiuscemodi dum comparatus fuerit inæqualis dicitur. Maior numerus est qui habet in se illum minorem numerum, ad quem comparatur, & aliquid plus: vt, verbi gratia: quinarius numerus ternario numero fortior est, eò quòd quinarius numerus habet in se ternarium & alias partes eius duas, & reliqui tales. Minor numerus B est qui continetur à maiore ad quem comparatur cum aliqua parte sui, vt ternarius ad quinariū. continetur enim ab eo cum duabus partibus suis. Multiplex numerus est, qui habet in se minorem numerum bis aut ter aut quater, aut multipliciter. Verbi gratia: duo ad vnum dum comparati fuerint, duplex est. iij ad vnum triplex. iiij. quadruplex, & reliqui. Econtrà. Submultiplex numerus est, qui intrà multiplicem continetur bis, aut ter, aut quater, aut multipliciter. Verbi gratia, Vnum à duobus bis continetur, à tribus ter, à quattuor quater, & ab alijs multipliciter. Superparticularis numerus est, dum fortior continet intrà se inferiorem C numerum circà quem comparatur, similiter & vnam partem eius. Verbi gratia, iij. ad ij. dum comparati fuerint continent intrà se duos & alium vnum qui media pars est duorum: quattuor ad iij. dum comparati fuerint, continent in se iij. & alium vnum qui est tertia pars trium. Item quinque ad iiij. dum comparati fuerint, habent in se quaternarium numerum, & alium vnum qui est quarta pars dicti quaternarij numeri, & cæteri tales. Superpartiens numerus est, qui in se inferiorem numerum totum continet, & super hoc alteras partes eius duas, aut iij. aut iiij. aut v. aut alias. Verbi gratia v. ad iij. dum cōparati fuerint, habet in se quinarius numerus ternarium, & super hoc alias partes eius duas. vij. ad iiij. dum cō- D parati fuerint, habent in se quattuor, & alias tres partes eius. Nouem ad v. dum comparati fuerint, habent in se quinque, & aliàs quattuor partes eius. Subsuperparticularis numerus est minor, qui cōtinetur infortiori numero cū aliqua parte sua, aut media aut tertia, aut quarta, aut quinta. Verbi gratia, Duo ad iij. iij. ad iiij. iiij. ad v. & cęteri similes.

A Subsuperpartiens numerus est, qui cōtinetur in numero superpartienti cū aliquibus partibus suis duabus, aut tribus aut pluribus. Verbi gratia, Tria continentur à v. cum alijs duabus partibus suis: v. ad ix. cum iiij. partibus suis. Multiplex superparticularis numerus est, qui dū cōparatus fuerit ad numerū sibi inferiorem continet in se totum inferiorem numerum multipliciter, cum aliqua parte eius. Verbi gratia, v. ad duo dum comparati fuerint, continent in se bis binos & vnam partem eius: Nouem ad iiij. dum cōparati fuerint, cōtinent in se bis quaternos, & vnam partem eius. Multiplex superpartiens numerus est, qui dum comparatus ad inferiorem sibi numerum fuerit, continet eum multipliciter cum alijs partibus eius. Verbi gratia, viij. ad tria dum comparati fuerint, continent in se bis ternos, cum alijs duabus partibus eius. xiiij. ad vj. dum comparati fuerint, continent in se bis senos cum alijs duabus partibus eius, xvj. ad vij. dum comparati fuerint continent inter se bis vij. cum alijs duabus partibus eius. xxj. ad ix. dum comparati fuerint continent intrà se bis ix. cum alijs tribus partibus eius. Submultiplex subsuperparticularis est, qui dum ad fortiorem comparatus fuerit continetur ab eo multipliciter cum aliqua parte sua vt iij. ad vij. & iiij. ad ix. Submultiplex subsuperpartiens numerus est, qui dum ad fortiorem sibi comparatus fuerit, continetur ab eo multipliciter, cum aliquibus partibus suis. Verbi gratia, iij. ad viij. continentur bis cum duabus partibus eius. iiij. ad xj. continentur bis cum tribus partibus suis.

Cap. VI. *Librarior. insciti a, & nominum similitudine pleraq. in hoc capite malè accepta fuerant. Nam definitionum quædam transpositæ, aliæ omissæ, exempla mendosa. Quæ omnia vt minimo negotio, ita nullo cum periculo restituta sunt. Quare illud vnum adnotasse sufficiat: quos numeros Isidorus submultiplicem superparticularem, submultiplicem superpartientem: aut submultiplicem subsuperparticularem, submultiplicem subsuperpartientem vocat; ijsdem quidem nominibus lib. 2. Geomet. à Boethio nominari, sed lib. 1. Arithm. c. 22. Multiplices subsuperparticulares, & Multiplices subsuperpartientes ab eodem dici.*

De tertia diuisione totius numeri. Cap. VII.

NVmeri aut discreti sunt, aut continentes. Iste diuiditur sic, i. linealis. ij. [a] superficialis iij. solidus. Discretus numerus est, [b] qui discretis monadibus continetur. Verbi gratia

gratia. iij. iiij. v. vj. & reliqui. Continens A numerus est qui coniunctis monadibus cōtinetur. Vt, verbi gratia, Ternarius numerus si in magnitudine intelligatur, [c] linea aut spatio, aut solido dicitur cōtinens. Similiter: quaternarius & quinarius numeri. Linealis numerus est qui inchoans à monade linealiter scribitur vsque ad infinitum. Vnde alpha ponitur pro designatione linearū. quoniam hæc littera vnum significat apud Græcos.

Superficialis numerus est, qui non solùm longitudine, sed & latitudine continetur, vt B trigonus, quadratus, quinquangulus, vel circulares numeri, & cæteri: qui semper in plano [d] pede, ideſt superficie continentur.

Circularis dū sibimet multiplicatus fuerit, à se inchoans ad se cōuertitur. Verbi gratia, quinquies quini vicies quinq;. [e] Solidus numerus est qui longitudine latitudine, & altitudine continetur, vt sunt pyramides, qui in modum flammæ consurgunt. Cubus sunt tesseræ. Sphæræ quibus est æqualis vndique rotunditas. Sphæricus autem numerus est, qui circulato numero multiplicatus à se inchoat, & in se cōuertitur, vt quinquies quini, vigintiquinque. Hic circulus dum se- C ipso multiplicatus fuerit: facit sphæram, id est, quinquies xxv. Cxxv.

Cap. VII. Secundus superficialis. *Ità etiam paullò post. al. superficiosus.*

b Qui discretis monadib. *Ità apud Cassiod.*

c Linea aut spatio, aut solido dicitur continens. *Eodem modo Cassiod. disiunctione pro coniunctione vteus.*

d Plano pede, id est, superficie. *Alio sensu dixit Vitruu. lib. 6. c. 11. & lib. 7. c. 1. & 4.*

e Solidus qui long. lat & altitud. *Vox latitudine abest à nostris libris. Est tamen inf. c. 11. in definitione figuræ solidæ, & in Cod. Rom.*

De differentia Arithmeticæ Geometriæ, & Musicæ. Cap. VIII. D

INter Arithmeticam autem, & Geometriam, & Musicam hoc interest, vt media inuenias. In Arithmetica primò sic quæris. Coniungis extrema, & diuidis, & facis mediū: vt putà fac extrema esse vj. & xij. simul iungis & faciunt xviij. partiris media & facis ix. quod est analogicum Arithmeticæ, vt medius, quot monadibus superat primum, ijs superetur ab extremo. Superant enim ix. vj. tribus monadibus, ijs superatur à xij. [a] Secundùm verò Geometriam ità quæris. Extrema multiplicata tantùm faciunt, quantū & media multiplicata, vt putà, vj. & xij. multiplicata facient Lxxij. media, viij. & ix. multiplicata tantundem faciunt. [b] Secundùm Musicam ità: Qua parte superat medius primum, eadē parte superatur medius ab extremo, vt putà vj ab viij. duab. monadib. superantur, quæ duæ pars sunt tertia eadémq. media viij. superātur ab vltima quæ est xij.

a Cap. VIII. Secund. Geomet. *Hæc neq. integra sunt, neq. satis cum superiorib. cohærent. Nam cum proposuisset differentiam inter Arithm. Geomet. & Music. ex inuentione medij, rationémq. Arithmetici medij inueniendi propositis extremis tradidisset; oportebat idem in Geometrico medio persequi, quod neq. hoc loco præstat, neq. inferius c. 13. vbi eadem repetuntur.*

b Secundum Musicam. *Neq. hæc meliore sunt conditione, nisi quod c. 22. alieno loco quæ huius propria erant, explicantur. Nam hic non rationem Musici medij inueniendi, sed definitionem proportionis Musicæ assignat, eamq. non integram. Vid. Boeth. lib. 2. Arithm. c. 34. & seqq. & 50. & lib. 2. de Mus. c. 12. & 16.*

Quod numeri infiniti existunt. Cap. IX.

NVmeros autem infinitos esse certissimum est. quoniam in quocumque numero finem faciendum putaueris idem ipse non dico vno addito augeri, sed quamlibet sit magnus, & quamlibet ingentem multitudinem continens, in ipsa ratione atq. scientia numerorū non solùm duplicari, verùm etiam multiplicari potest. Ità verò suis quisque numerus proprietatibus terminatur, vt nullus eorum par esse cuicumque alteri possit. Ergò & dispares inter se atq. diuersi sunt, & singuli quique finiti sunt, & omnes infiniti sunt.

DE GEOMETRIA.

De Geometriæ inuentoribus, & vocabulo eius. Cap. X.

GEOMETRIÆ disciplina primùm ab Ægyptijs reperta dicitur, quia inūdante Nilo, & omnium possessionibus limo obductis, initium terræ diuidendæ per lineas & mensuras nomen arti dedit. [a] Quæ deindè longius acumine sapientum prouecta & maris, & cæli, & aëris spatia metitur. Nam prouocati studiosi cœperunt post terræ dimensionem & cæli spatia quærere:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quanto interuallo luna à terris, à luna sol ipse distaret, & vsque ad verticẽ cæli quanta se mẽsura distenderet, sicque interualla ipsa cæli, orbisq. ambitum per numerum stadiorum ratione probabili distinxerunt. Sed quia ex terræ dimensione hæc disciplina cœpit, ex initio sui & nomen seruauit: nam Geometria de terra & de mensura nũcupata est. Terra enim Græcè γῆ vocatur, μέτρον mensura. Huius disciplinæ ars continet in se lineamenta, interualla, magnitudines, & figuras, & in figuris dimensiones & numeros.

[a] Cap. X. Quæ deinde longiùs prouecta. *Ex Plin. lib. 2. cap. 23.*

De quadripertita diuisione Geometriæ. Cap. XI.

GEometriæ quadripertita diuisio est, in figuras planas, in magnitudinem numerabilem, in magnitudinem rationalem, & in figuras solidas.

Planæ figuræ sunt, quæ longitudine, & latitudine continentur.

Numerabilis magnitudo est, quæ numeris Arithmeticæ diuidi potest.

Magnitudines rationales sunt, quarum mensuram scire possumus, irrationales verò quarum mensuræ quantitas cognita non habetur.

Figuræ solidæ sunt, quæ longitudine, & latitudine, & altitudine continentur: [a] quæ sunt iuxtà Platonem numero quinque.

[a] Cap. XI. quæ sunt iuxtà Plat. *Probè hæc, quæ disiecta erant, in sedes suas reduxit Chacon.*

De figuris Geometriæ. Cap. XII.

IN plano figurarum prima circulus est, figura plana & circumducta: cuius in medio punctus est, quò cuncta conuergunt, quod centrum Geometræ vocant: Latini punctum circuli nuncupant.

Quadrilatera figura est in plano, quæ sub quattuor lineis rectis iacet.

[a] Dianatheton grammõ figura plana &c.

Orthogonium triangulum est figura plana quæ habet angulum rectum.

Isopleuros figura est plana, &c.

Sphæra est figura in rotundum formata, partibus cunctis æqualis.

[b] Cubus est figura solida, quæ longitudine, & latitudine, & altitudine continetur.

[c] Cylindrus est figura quadrata habens superius semicirculum insolidum.

Conon, figura solida quæ ab amplo in angustum finit, sicut orthogonium.

Pyrâmis est figura solida, quæ in modum ignis ab amplo in acumen consurgit. Ignis enim apud Græcos πῦρ appellatur.

Sicut autẽ intrà decem omnis est numerus, ità intrà circulum omnium figurarum concluditur ambitus.

[a] Cap. XII. Dianatheton grammon. *Hæc meliorum librorum scriptura. Antonius Couarr. & doctrinarum omnium & elegantiarum admirabili quadam scientia præstantissimus. Diacatheton grammon minima mutatione volebat. Fieri enim à Vitruuio & alijs de cathetis lineis mentionem. Nec malè post quadratum subijci rectangulum altera parte longius per κάθετος hoc est perpendiculares lineas productum. Id P. Nunnesio nequaquam probabatur, quod commune esset pluribus figuris. Nam & in tetragono, & trigono orthogonio esse lineas καθέτους. Ipse διὰ ἀσυνθέτων γραμμάτων substituebat: esse. n. in quibusd. libris hanc figurã Π quam duo Γ Γ opposita, coniũctaq. redderent. A. Aug. codicum scripturam retinens ἀσυνθέτων suspensas interpretabatur. Suspensas namq. videri eius figuræ lineas, quæ sit altera parte longior. Nobis propensior ad veritatem Couarruuiæ coniectura videbatur. quæ neque Chaconi displicebat. Nam Dianatheton vocem Geometrat. aures non agnoscunt, & P. Nunnesij nimis arguta sententia est.*

[b] Cubus. *Adde quæ sex quadratis æqualibus continetur.*

[c] Cylindrus. *De Cylindri definitione amplius deliberãdũ.*

De principijs Geometriæ. Cap. XIII.

PRincipia huius artis: Punctus est, cuius pars nulla est. Linea est præter latitudinem lõgitudo. Recta linea est, quæ ex æquo in suis punctis iacet. Superficies verò quæ longitudines, & latitudines solas habet. Superficiei verò fines lineæ sunt, quorum formæ ideò in superioribus figuris positæ non sunt, [a] quia intrà eas inueniuntur.

Cap. XIII. Principia huius artis. *Cic. Academic. 4.* Nõ quæro in his initia illa mathematicorum: Punctum esse quod magnitudinem nullam habet. Extremitatem quasi libramentum in quo nulla omninò sit crassitudo. Lineamentum longitudinem latitudine carentem.

[a] quia intrà eas inuen. *Est enim punctus in circulo, linea in figuris planis, superficies eiusq. fines in solidis.*

De numeris Geometriæ. Cap. XIIII.

NVmeros [a] autem secundùm Geometriam ità quæris: Extrema quippè eius multiplicata

multiplicata tantum faciunt, quantum & media multiplicata: vtputà, vj. & xij. multiplicata faciunt Lxxij. media viij. & ix. multiplicata tantundem faciunt.

[a] Cap. XIIII. Numeros autem. *Repetuntur hæc ex cap. 8. quia caput. 13. numerabilem magnitudinem partem Geometriæ fecerat.*

DE MVSICA.

De Musica et eius nomine. Cap. XV.

MVsica est peritia modulationis sono cantúque consistens: Et dicta Musica per deriuationem à Musis. Musæ autem appellatæ [a] ἀπὸ τοῦ μῶσθαι, id est, à quærẽdo, quòd per eas sicut antiqui voluerunt vis carminum & vocis modulatio quæreretur. Quarum sonus, quia sensibilis res est, [b] præterfluit in præteritum tẽpus, imprimiturque memoriæ; inde à poëtis Iouis & memoriæ filias Musas esse confictum est. Nisi enim ab homine memoria teneantur soni, pereunt, quia scribi non possunt.

[a] Cap. XV. ἀπὸ τῦ μῶσθαι. *In CC. mira varietas, nos ex μῶσαι quod proprius aberat μῶσθαι fecimus, quod et ymõ Platoni placuit in Cratylo.*

[b] præterfluit in præter. *Aug. lib. 2. de ordin. c. 4.* Quoniam illud quod mens videt semper est præsens; sonus autẽ, quia sensibilis res est, præterfluit in præteritum tempus, imprimiturq. memoriæ, rationabili mendacio iam poëtis fauente ratione, quæren dum nequid propagini similiter inesset, Iouis & memoriæ Musas filias esse confictum est.

De inuentoribus eius. Cap. XVI.

MOyses dicit repertorem Musicæ artis fuisse Iubal, qui fuit de stirpe Cain antè diluuium. [a] Græci verò Pythagoram dicũt huius artis inuenisse primordia, ex malleorum sonitu & chordarũ extensione percussa. Alij [b] Linum Thebæum & [c] Zethum & Amphiona in arte Musica primos claruisse ferũt. Post quos paulatim directa est præcipuè hæc disciplina & aucta multis modis: eratque tam turpe Musicam nescire, quàm litteras. Interponebatur autem non modò sacris, sed & omnibus solemnibus, omnibúsque lætis, vel tristioribus rebus. [d] Vt enim in veneratione diuina hymni: ita in nuptijs Hymenæi, [e] & in funeribus threni, & lamẽta ad tibias canebantur. [f] In conuiuijs verò lyra vel cithara circumferebatur: & accubãtibus singulis ordinabatur cõuiuiale genus canticorum.

[a] Cap. XVI. Græci verò Pythagor. *Macrob. lib. 2. in Somn. Scip.*

[b] Linum Theb. *Ex Euseb. in Chron.*

[c] Zeth. & Amph. *Ex eod. & Serv. in Corydone.*

[d] Vt. n. in veneratione diui. *Horat. Diuitum mensis, & amica templis.*

[e] Et in funeribus threni. *Hinc Siticinum modus in xij. tabul. de quib. Agell. lib. 2. c. 2. & Non. in Siticinis. Seruius Æn. 5.* Sciendum maioris ætatis funera ad tubam solere proferri, minoris verò ad tibias. *Vid. Fest. in Funebres tibiæ. Hebræos quóque tibias in funeribus adhibuisse, ostẽdunt Matthæi verba c. 9.* & vidisset tibicines, & turbã tumultuantem.

[f] In conuiuijs circunf. *Ex Quinct. c. de Music.*

Quid possit Musica. Cap. XVII.

ITáque [a] sine Musica nulla disciplina potest esse perfecta: nihil enim est sine illa. Nam & ipse mundus quadam harmonia sonorum fertur esse compositus, & cælum ipsum sub harmoniæ modulatione reuoluitur. Musica mouet affectus, prouocat in diuersum habitũ sensus. In prœlijs quoq. tubæ concentus pugnantes accendit, & quanto vehementior fuerit clangor: tanto fit fortior ad certamen animus. Siquidem & remiges cantus hortatur. Ad tolerãdos quoq. labores Musica animum mulcet, & singulorum operum fatigationem modulatio vocis solatur. Excitos quoque animos Musica sedat, sicut legitur de Dauid, qui à spiritu immundo Saulẽ arte modulationis eripuit. Ipsas quoque bestias, necnon & serpentes, volucres, atque delphinas ad auditum suæ modulationis Musica prouocat. Sed & quicquid loquimur, vel intrinsecus venarũ pulsibus cõmouemur, per musicos rhythmos harmoniæ virtutibus probatur esse sociatũ.

[a] Cap. XVII. Itaque sine Mus. *ex eodem Quinctil.*

De tribus partibus Musicæ. Cap. XVIII.

MVsicæ partes sunt tres, id est, harmonica, rhythmica, metrica. Harmonica est quæ discernit in sonis acutum & grauem. Rhythmica est [a] quæ requirit incursionẽ verborũ: vtrùm bene sonus, an malè cohæreat. Metrica est, quæ mensuram diuersorũ metrorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

trorum probabili ration coegnoscit: vt,verbi gratia,heroicum,iambicum,elegiacũ,&c.

[a] quæ requirit incursionem verb. *s. o. l. Cassiod.* quæ in concursione verbor.dijudicat. *Capell.* Quæ ad melos pertinet,harmonica dicitur,quæ ad numeros rhythmica,quæ ad verba metrica.

De triformi Musica diuisione. Cap. XIX.

AT omnem sonum, qui materies cantilenarum est, triformem constat esse natura. Prima est harmonica, quæ ex vocum cantibus constat. Secunda organica, quæ ex flatu cõsistit. Tertia rhythmica,quæ pulsu digitorũ numeros recipit. [a] Nam aut voce editur sonus,sicut per fauces:aut flatu, sicut per tubam,vel tibiam: aut pulsu, sicut per citharam,aut per quodlibet aliud quod percutiendo canorum est.

[a] Nam aut voce. *Ex August. in Psal. 150. & 2. de doct. Christ. cap. 17. vnde sumpta hæc omnia.* quod percutiendo canorum est. *Ex eod. lib. 2. de ord. cap. 14.*

De prima diuisione Musica quæ Harmonica dicitur. Cap. XX.

PRima diuisio Musicæ quæ harmonica dicitur,id est, modulatio vocis,pertinet ad comœdos, tragœdos, vel choros, vel ad omnes qui voce propria canunt. Hæc ex animo & corpore motum facit, & ex motu sonum,ex quo colligitur Musica,quæ in homine vox appellatur.

[a] Vox est aër spiritu verberatus, vnde & verba sunt nuncupata. Propriè autem vox hominum est,seu irrationabilium animantium. Nam in alijs abusiuè non propriè sonitus vox vocatur. vt, Vox tubæ infremuit,fractáque ad littora voces. Nam proprium est vt littorei resonẽt scopuli: &, At tuba terribilem sonitum procul ære canoro. Harmonia est modulatio vocis & concordantia plurimorum sonorum,vel coaptatio.

Symphonia est modularionis temperamentum ex graui & acuto concordantibus sonis,siue in voce,siue in flatu, siue in pulsu. Per hanc quippe voces acutiores, grauioréque concordant, ita vt quisquis ab ea dissonuerit, sensum auditus offendat. Cuius contraria est diaphonia, id est voces discrepantes vel dissonæ.

Euphonia est suauitas vocis. Hæc & melos à suauitate & melle dicta.

Diastema est vocis spatium ex duobus vel pluribus sonis aptatum.

Diesis est spatia quædam,& deductiones modulandi,atque vergendi de vno in alterum sonum.

Tonus est acuta enũtiatio vocis: est enim harmoniæ differentia & quantitas, quæ in vocis accentu vel tenore consistit: cuius genera in quindecim partibus Musici diuiserunt: ex quibus hyperlydius nouissimus & acutissimus : hypodorius omnium grauissimus est.

Cantus est inflexio vocis,nam sonus directus est,præcedit autem sonus cantum.

Arsis est vocis elcuatio,i. initium. Thesis vocis positio,hoc est finis.

Suaues voces sunt subtiles & spissæ, claræ atque acutæ. Perspicuæ voces sunt quæ longiùs protrahuntur,ita vt omnem impleant continuum locum,sicut clangor tubarum. Subtiles voces sunt quibus non est spiritus, qualis est infantium,vel mulierũ, vel ægrotantium,sicut in neruis. Quæ enim subtilissimæ chordæ sunt, subtiles ac tenues sonos emittunt. Pingues sunt voces,quando spiritus multus simul egreditur,sicut virorum. Acuta vox est tenuis & alta,sicut in chordis videmus. [b] Dura vox est,quæ violenter emittit sonos,sicut tonitruum,sicut incudis sonus, quoties in durum malleus percutitur ferrum. Aspera vox est rauca,& quæ dispergitur per minutos & in dissimiles pulsus. Cæca vox est,quæ mox vt emissa fuerit,cõticescit, atque suffocata nequaquam longiùs producitur, sicut est in fictilibus. [c] Vinnola vox,est mollis atque flexibilis. Et vinnola dicta à vinno, hoc est cincinno molliter flexo. Perfecta autem vox, est alta, suauis & clara. Alta,vt in sublimi sufficiat : clara,vt aures impleat: suauis,vt animis audientium blandiatur. Si ex his aliquid defuerit, vox perfecta non erit.

[a] Cap. XX Vox est aër sp. v. *Grammaticor. & Philosophor. (vt ait Lactantius) definitio, sed quæ ipsi tamen minime probatur lib. de opif. c. 15.*

[b] Dura quoties in dur. m. percutitur. f. *Al. durum m. percutit ferrum.*

[c] Vinnola *al. Vinnolata.* Festus. Vinnulus molliter se gerens,& minimè quid viriliter faciens. *Non.* Vinnolum,sensiloquum,illecebrũ. Plaut. in Asin. oratione vinnula, venustula, *Gloss.* Vinnulus Νωλεχής. *Vbi mendose* Vinnicus *legitur.*

De secunda diuisione quæ organica dicitur. Cap. XXI.

SEcunda diuisio organica est in ijs quæ spiritu reflante completa, in sonum vocis animantur: vt sunt tubæ, calami, fistulæ, organa,pandura, & ijs similia instrumenta.

[a] Organum vocabulum est generale vasorum omnium musicorum. [b] Hoc autem cui folles adhibentur,alio Græci nomine appellant. Vt autem organum dicatur, magis ea vulgaris est consuetudo.

[c] Tuba primùm à Tyrrhenis inuenta, de quibus Virgil. Tyrrhenúsque tubæ mugire per æthera clangor, Adhibebatur autem nõ solùm in prœlijs,sed & in omnibus festis diebus propter laudes vel gaudij claritatẽ. Vnde & in Psalterio dicitur, Canite initio mẽsis tuba in die insigni solemnitatis vestræ. Præceptum enim fuerat Iudæis, vt initio nouæ lunæ tuba clangerent, quod etiam hucúsque faciunt.

Tibias excogitatas in Phrygia ferunt,has quidem diu funeribus tantùm adhibitas: mox & sacris gentilium. Tibias autem appellatas putant, quòd primùm de ceruinis tibijs cruribúsque hinnulorum fierẽt: deinde per abusionẽ ita cœptas vocari etiam, quæ non de cruribus ossibúsue essent : hinc & tibicen quasi tibiarum cantor.

[d] Calamus nomen est arboris proprium, à calendo,i. fundendo voces vocatus.

Fistulam quidam putant à Mercurio inuentam: [e] alij à Fauno quem Græci vocant Pana. [f] Nonnulli eam ab Idi pastore Agrigẽtino ex Sicilia. [g] Fistula autem dicta, quod vocem emittat. Nam Græcè phos vox,stola missa appellatur.

Sambuca in Musicis species est symphoniarum. Est enim genus ligni fragilis vnde & tibiæ componuntur.

[h] Pandura ab inuentore vocatas : de qua Virg. Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit, Pan curat oues, ouiúmque magistros. Fuit enim apud gẽtiles Deus pastoralis,qui primus dispares calamos adcãtum aptauit,& studiosa arte composuit.

[a] Cap. XXI. Organum vocab. est general. *Ex August in psal. 150.*

[b] Hoc autem cui folles adhibent. *Hydraulon appellari à Græcis putabat Chacon, de quo Vitruu. lib. 10. c. 13. & Tertull. lib. de anima. c. de animo Plin. lib. 7. c. 37. & Heron in neupmat. Alij Tyrrhenam tibiam appellari putant ex Polluce lib. 4. cap. 9. De organis vulgarib. extant pulcherrimi versus apud Claudian. in lib. de Manlij Theod. consulatu.*

[c] Tuba primũ - - tibias excogitat. *Clem. Alex. strom. 1. Hetruscos tubam, & Phrygas tibiam ait excogitasse.*

[d] Calamus. n. est prop. arb. *Non valde mirum si arundinem arborem dixit quisquis fuit, vnde hæc sumpta sunt. Cur à calendo. i. fundendo voces nomen deduxerit, id multo obscurius, nisi calando, hoc est vocando, legas. Nam canendo, quod est in plerisq. Gothicis, mẽdosum putamus. Sed has origines quæ aut nimis alienæ, aut etiã absurdæ multis apud Isidorum videbantur, non negligendas esse, satis iam viri eruditi hac ætate sunt experti.*

[e] Alij à Fauno. *Plin. lib. 7. cap. 56.*

[f] ab Ide pastore. *Rom. C. ab vno pastore. Quid si vox mutilata ex Daphnide, quem Diod. lib. 8. Bucolici carminis auctorem facit, quod A. Augustino non displicebat?*

[g] Nam Græcè phos vox. *Visum est codicum simpliciorem scripturam sequi, si quid fortè veri crepant. Nam idem aliquoties repetit Isidorus. quæ nõ longè aberat.*

[h] Pandura. *Ab Assyrijs inuentã scribit Pollux lib. 4. Varr. lib. 7.* Cur non à citharа, & psalterio, & pandura, dicamus citharicen, &c.

De tertia diuisione quæ rhythmica nuncupatur. Cap. XXII.

TErtia est diuisio rhythmica pertinens ad neruos & pulsum, cui dantur species citharарum diuersarum, tympanum, & cymbalum,sistrum,acitabula aënea & argẽtea, vel alia quæ metallico rigore percussa reddunt cum suauitate tinnitum,& cætera huiusmodi.

Citharæ ac psalterij repertor Iubal, vt prædictum est,perhibetur. Iuxta opinionem autem Græcorum [a] citharæ vsus repertus fuisse ab Apolline creditur. Forma citharæ initio similis fuisse traditur pectori humano, quod vti vox de pectore, ita ex ipsa cantus ederetur,appellatáque eadẽ de caussa. Nam pectus Dorica lingua κιθάρα vocatur. Paulatim autem plures eius species extiterunt, [b] vt psalteria,lyræ,barbiti,phœnices,& pectides,& quæ dicuntur Indicæ, & feriuntur à duobus simul. Item aliæ atque aliæ, & quadrata forma & trigonali.

Chordarum etiam numerus multiplicatus est,& commutatum genus. Veteres autem citharam fidiculam, vel fidem nominauerunt: quia tam cõcinunt inter se chordæ eius,quam benè conueniunt inter quos fides sit. Antiqua autem cithara septẽ chordis erat, vnde Virgilius, septem discrimina vocum. Discrimina autem ideò,quòd nulla

chorda

Universidad de Deusto
Biblioteca

chorda vicinæ chordæ similem sonum reddat:sed ideò septem chordæ,vel quia totam vocem implent : vel quòd septem motibus sonat cælum.

Chordas autem dictas à corde:quia sicut pulsus est cordis in pectore, ita pulsus chordæ in cithara.Has primus Mercurius excogitauit : idemque prior [c] neruos in sonum strinxit.

Psalterium quod vulgo canticum dicitur, à psallendo nominatum:quòd ad eius vocẽ chorus consonando respondeat.Est autem similitudo citharæ barbaricæ [d] in modum Δ litteræ.[e]Sed psalterij & citharæ hæc est differentia: quòd psalterium lignum illud cõcauum vnde sonus redditur superius habet, & deorsum feriuntur chordæ, & desuper sonant.Cithara verò concauitatem ligni inferius habet.[f]Psalterio autem Hebræi decachordo vsi sunt propter numerum decalogum legis.

Lyra dicta ἀπὸ τοῦ λυφεῖν, à varietate vocum,quod diuersos sonos efficiat. Lyrã primùm à Mercurio dicunt inuentam fuisse, hoc modo.[g] Cùm regrediens Nilus in suos meatus varia in campis reliquisset animalia, relicta etiam testudo est,quæ cùm esset putrefacta,& nerui eius remansissent extenti intra corium:percussa à Mercurio sonitum dedit,ad cuius speciem Mercurius lyram fecit,& Orpheo tradidit,qui erat huius rei maximè studiosus.Vnde & æstimatur eadẽ arte non feras tantũ, sed & saxa, atque syluas cantus modulatione allicuisse.Hanc Musici propter studij amorem & carminis laudem , etiam inter sidera suarum fabularum commentis collocatam esse finxerunt.

Tympanum est pellis vel corium ligno ex vna parte extentum.Est enim [h]pars media symphoniæ in similitudinẽ cribri.Tympanum autem dictum, quòd medium est. Vnde & [i] margaritum medium tympanum dicitur,& ipsum vt symphonia ad virgulam percutitur.

[k] Cymbala acitabula quædam sunt, quæ percussa inuicem se tangunt & sonum faciunt.[l]Dicta autem cymbala,quia cum ballematia simul percutiuntur.Ita enim Græci dicunt cymbala ballematica.

Sistrum ab inuẽtrice vocatum.Isis enim Ægyptiorũ regina id genus inuenisse probatur.Iuuenalis , Isis & irato feriat mea lumina sistro.Inde & hoc mulieres percutiũt, quia inuentrix huius generis mulier. Vnde [m] & apud Amazonas sistro ad bellum fœminarum exercitus vocabatur.

Tintinabulum de sono vocis nomen habet,sicut & plausus manuum, stridor valuarum.

[n] Symphonia vulgo appellatur lignum cauum ex vtraque parte,pelle extenta,quã virgulis hinc & inde Musici feriunt.Fitque in ea ex concordia grauis & acuti suauissimus cantus.

[a] Cap. XXII. Citharæ vsus ab Apolline. *Bioni.*
Ὡς δ' ὑρεπλαγίαυλον ὁ Παν, ὡς ἄυλὸν Ἀθήνα
Ὡς χέλυν Ἑρμᾶον, κιθαρὴν ὁ δ' ἀοιδὸς Ἀπόλλων.

[b] Vt psalter.lyr.barb *Vid.Athen.lib.14.& Polluc.*

[c] neruos in sonum strinxit. *Mendosè libri.o. in neruos sonum strinxit. Tertull. lib. de coron.mil.c.8.* Sed,& si neruos idem(Mercurius)in sonum strinxit,non negabo & hoc ingenium cum sanctis fecisse.

[d] In modum Δ. *Cassiod.in prolog. in ps.* Psalterium est (*vt Hieronymus ait*) in modum Δ litteræ formati ligni sonora concauitas.

[e] Sed psalter.& citha. *Ex August.in ps.80.*

[f] Psalterio autem Hebræi decachord. *Nam apud alios nouem tantum chordas habuisse ait Athenæus.*

[g] Cum regrediens Nilus -- allicuisse. *Ex cõment. Arat.in lyr.& Hygin lib.2.*

[h] pars media symphoniæ. *Sic suprà c.20. Sambuca species est symphoniæ.*

[i] Margaritum medium tympan. *Tympanium vocat Plin.lib.9.c.35.*

[k] Cymbala, & acitabula. *Aug.in Ps.150.* Cymbala inuicem se tangunt,vt benè sonent,ideò à quibusd.labijs nostris comparantur.

[l] Dicta autem cymbala, quia cum ballematijs. *Interdicitur ballematior. vsus in natalitijs sanctor. Concil. Tolet.III. can. vltim. Ballematium verò ἀπὸ τοῦ βαλίζειν, opinor, ductum. Est autem βαλίζειν, vt ait Suidas,τὰ κῶμε βαλακτύπειν,ἢ πρὸς τον ἐκείνων ἦχον ἐρχεῖσθαι. Vnde nostrum quoq. ballar.*

[m] Vnde apud Amazonas. *Quas ad calamos arma tractasse ait Capella lib.9.sed Isidor.magis videtur respexisse ad Virgilij carmen.*Regina in medijs patrio vocat agmina sistro. *Æn.8.*

[n] Symphonia. *Hieronym.ad Damas. epist.146.* Malè quidam Latinor. Symphoniam putant esse genus organi,cum concors in Dei laudib. concẽtus hoc vocabulo significetur.Symphonia quippè consonantia exprimitur in Latino. *Quis locus Hieronymi Isidorum proculdubiò non fugit;inualuisse tamen consuetudinẽ, vt pro organi quodam genere illa etiam vsurparetur, apparet ex eius verbis:Symphonia vulgò appellatur.*

De Musicis numeris. Cap.XXIII.

NVmeros autem secundùm Musicam, ita quæris.Positis extremis , vt putà vj. & xij.vides quot monadibus superetur, vj. à xij.& est vj. monadibus: ducis per quadratum,

tum ,sexies seni faciunt xxxvi. Coniungis extrema illa prima vj. ac xij. simul efficiunt xviij.Partiris xxxvj.per xviij.efficitur dipondius.Hos iungis cum summa minore, scilicet vj.erunt viij.& erit medium inter vj. & xij.Propterea quod viij.superant vj. duabus monadibus,[a]id est,tertia de sex,& superantur viij.à xij.iiij.monadibus,tertia portione. Qua parte ergo superat, eadem superatur. Sed hæc ratio quemadmodum in mundo est ex volubilitate circulorum : ita & in microcosmo in tantum præter vocem valet,vt sine ipsius perfectione etiã homo symphonijs carens non consistat. Eiusdem Musicæ perfectione,etiam metra consistunt , in arsi & thesi,id est,eleuatione & positione.

[a] Cap.XXIII.id est,tertia de sex. *In scribendis numeris,Chacom sumus assensi,vt reijceremus aduerbia quædã obsoleta,quæ in excusis & manusc. leguntur,quæ si quis malit, eiusmodi plura apud Volusc.Mæcianum inueniet.*

DE ASTRONOMIA.

De Astronomiæ nomine. Cap.XXIV.

ASTronomia [a] est astrorum lex , quæ cursus siderum,& figuras ,& habitudines stellarum circa se , & circa terram indagabili ratione percurrit.

[a] Cap.XXIV.Astronom. *Ead.supr.lib.2.cap.25.*

De inuentoribus eius.Cap.XXV.

ASTronomiã primi Ægyptij inuenerunt. Astrologiã verò & natiuitatis obseruãtiam Chaldæi primi docuerunt. Abraham autem instituisse Ægyptios astrologiam, Iosephus auctor asseuerat. Græci autẽ dicunt hanc artem ab Atlante prius excogitatam, ideóque dictus est sustinuisse cælum. Quisquis autẽ ille fuit motu cæli & ratione animæ excitatus per temporũ vices, per astrorum ratos definitósque cursus , per interuallorum spatia moderata , consideravit dimensiones quasdam & numeros, quæ definiendo ac secernendo in ordinem nectens astrologiam reperit.

De institutoribus eius.Cap.XXVI.

IN vtraque autem lingua diuersorũ quidem sunt de Astronomia scripta volumina:inter quos tamen Ptolemæus apud Græcos habetur præcipuus, hic etiam & canones instituit, quibus cursus astrorum inueniantur.

De differẽtia Astronomiæ et Astrologiæ Cap.XXVII.

INter astronomiam autem & astrologiam aliquid differt.Nam astronomia conuersionẽ cæli,ortus,obitus, motúsq. siderũ cõtinet,vel qua ex caussa ita vocẽtur. Astrologia verò partim naturalis , partim superstitiosa est.Naturalis dũ exequitur solis & lunæ cursus,vel stellarũ,certásq, tẽporũ stationes.Superstitiosa verò est illa quam mathematici sequuntur,qui in stellis augurantur, quíque etiam duodecim signa per singula animæ vel corporis membra disponunt, siderúmque cursu natiuitates hominũ & mores prædicere conantur.

De Astronomiæ ratione. Cap.XXVIII.

ASTronomiæ ratio modis plurimis constat. Definit enim quid sit mundus, quid cælum,quid sphæræ situs & cursus,& quid axis cæli & poli , quæ sint climata cæli,qui cursus solis & lunæ atque astrorum, &c.

De mundo & eius nomine. Cap.XXIX.

MVndus [a] est is, qui constat ex cælo, & terra , & mari , cunctísque sideribus. Qui idcircò mundus est appellatus, [b] quia semper in motu est:nulla enim requies eius elementis concessa est.

[a] Cap. XXIX. Mundus est. *Hyginus (è quo multa Isidor.) Astron. c.1.* Mundus appellatur is, qui constat ex sole,& luna,& terra,& omnibus stellis.

[b] quia semper in motu est. *Nempè quasi mouendus. Vid.lib.13.cap.1.*

De forma mundi. Cap.XXX.

FOrmatio mundi, ita demonstratur.[a]Nã quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam , ita declinatur

in Auſtralem. [b] Caput autem eius & quaſi facies, orientalis regio eſt: vltima pars ſeptẽtrionalis eſt.

[a] Cap. XXX. Nam quemadmodum *Virg. Georg. 1.* Mundus vt ad Scythiam Riphæaſq. arduus arces Conſurgit, premitur Lybiæ deuexus in auſtros.
[b] Caput autem. *Ariſtoteles tamen Auſtralem verticem caput facit, ſecutus, vt quibuſdam videtur, Homerum. Sed Philoſophor. hac de re placita Vid apud Plutarch.*

De cælo et eius nomine. Cap. XXXI.

CÆlum Philoſophi rotundum, volubile atque ardens eſſe dixerunt, [a] vocatúmque hoc nomine, eò quòd tanquam vas cælatum impreſſa habeat ſigna ſtellarum. Diſtinxit enim id Deus claris luminibus, & impleuit ſolis ſcilicet, & lunæ orbe fulgenti, & aſtrorum micantium ſplendentibus ſignis adornauit. Hic autem Græcè οὐρανὸς dicitur ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι, id eſt, à videndo, eò quòd aër perſpicuus ſit, & [b] ad ſpeculandũ purior.

[a] Cap. XXXI. vocatumq. *Ex Amb. 2. Hexam. c. 4.*
[b] ad ſpeculandum. *Ex eod. lib. 3. c. 22.*

De ſitu ſphæræ cæleſtis. Cap. XXXII.

SPhæra [a] cæli eſt ſpecies quædam in rotũdum formata, cuius centrum terra eſt ex omnibus partibus æqualiter concluſa. Hanc ſphæram nec principium habere (dicunt) nec terminum, ideò quòd in rotundum quaſi circulus, vnde incipiat, vel vbi deſinat non facilè comprehenditur. Philoſophi autem mundi ſeptẽ cælos, id eſt, planetas globorũ conſono motu introduxerunt, [b] quorum orbibus connexa memorant omnia, quos ſibi innexos & velut inſertos verſari retro, & è contrario certis motibus ferri arbitrantur.

[a] Cap. XXXII. Sphæra cæli eſt ſpeci. *Hoc caput ex Hygin. Aſtron. c. 1. & Ambroſ. 1. & 2. Hexam. & ex Somn. Scip. concinnatum eſt.*
[b] Philoſophi autẽ - - arbitrantur. *Ex Ambroſ. 2. Hexam. c. 2. Cicero.* Nouem tibi orbibus, vel potius globis connexa ſunt omnia, &c.

De motu eiuſdem. Cap. XXXIII.

SPhæræ [a] motus duobus axibus voluitur quorum vnus eſt ſeptentrionalis, qui numquam occidit: [b] appellatúrque Boreus: alter Auſtralis, qui nunquam videtur, & [c] Auſtronotius dicitur. His duobus polis moueri ſphæram cæli dicunt, & [d] cum motu eius ſidera in ea fixa ab oriente vſque ad occidentem circumire: ſeptentrionibus breuiores gyros iuxta cardinem peragentibus.

[a] Cap. XXXIII. Sphæræ motus duobus axib. *Id eſt polis, quomodo alij quoq. interdum loquuntur.*
[b] appellaturq. Boreus. *Sic etiam appellatur à Seru. Georg. 1.*
[c] & Auſtronotius. *Al. Auſtronotus. & Hygino Notius. ſed in comment. in Arat. Auſtronotus, vt etiam inf. c. 36. & lib. 13. cap. 5.*
[d] & cum motu eius ſidera in ea fix. *Aug. de Gen. ad lit. lib. 2. c. 10.*

De curſu eiuſdem ſphæræ. Cap. XXXIV.

SPhæra cæli ab oriente in occidentem ſemel in die & nocte vertitur xxiiij. horarum ſpatijs, quibus ſol curſum ſuum ſuprà terras & ſub terra ſua volubilitate cõcludit.

De celeritate cæli. Cap. XXXV.

TAnta celeritate cæli ſphæra dicitur currere, vt niſi aduerſus præcipitẽ eius curſum aſtra currerent, quæ eã remorarentur, mundi ruinam facerent.

De axe cæli. Cap. XXXVI.

AXis [a] eſt ſeptẽtrionalis linea recta, quæ per mediam pilam ſphæræ tendit, & dictus [b] axis, quòd in eo ſphæra, vt rota voluitur, vel quia ibi plauſtrum eſt.

[a] Cap. XXXVI. Axis eſt ſeptentrional. *Sic rurſus lib. 13. c. 5. & Seru. 2. Æn.* Axis eſt, aut plauſtrum ſeptentrionale, aut pars ſeptentrionis. *Delebat tamen vocem* ſeptentrionalis *Chacon. à quo non diſſentimus.*
[b] Et dictus axis. *Quoniam cap. 32. axium, cardinum & polorum meminerat, eorum nunc etymologias reddit.*

De cæleſtibus polis. Cap. XXXVII.

POli [a] ſunt circuli qui currunt per axem. Horum alter eſt ſeptentrionalis, qui nũquam occidit, appellatúrque Boreus: alter Auſtralis, qui nunquam videtur, & Auſtronotius dicitur. Et dicti poli, quòd ſint axium cycli ex vſu plauſtrorum, à poliendo ſcilicet

ſcilicet nominati: ſed polus Boreus ſemper videtur, Auſtronotius nunquam: quia dextra cæli altiora ſunt, preſſa Auſtri.

[a] Cap. XXXVII. Poli ſunt circuli. *Ead. inf. lib. 13. cap. 5.*

De cardinibus cæli. Cap. XXXVIII.

CArdines cæli extremæ partes ſunt axis. Et dicti cardines, eò quòd per eos vertitur cælum, vel quia ſicut cor voluuntur.

De conuexis cæli. Cap. XXXIX.

COnuexa autem cæli, extrema eius ſunt à curuitate dicta. vnde eſt illud: Conuexum quoties claudit nox humida cælũ. [a] Conuexum enim curuũ eſt ſeu inclinatũ, & in modum circuli flexum.

[a] Cap. XXXIX. Conuexum. *è Seru. eclog. 4. repetitur lib. 13. cap. 5.*

De ianuis cæli. Cap. XL.

IAnuæ [a] cæli duæ ſunt, oriens & occaſus. Nã vna porta ſol procedit, alia ſe recipit.

[a] Cap. XL. Ianuæ. *lib. 13. cap. 1.*

De gemina facie cæli. Cap. XLI.

FAcies cæli vel caput, orientalis regio: [a] vltima, ſeptentrionalis. De qua Lucanus, Sic mundi pars ima iacet, quam zona niualis, Perpetúæque premunt hyemes.

[a] Cap. XLI. vltima ſeptẽtrion. *Vocẽ Lucani ima, vltimã interpretatur Iſidorus. Alioqui quomodo ima pars ſeptẽtrionalis, ſi (vt c. 29. dixit) mundus in ſeptentrionalẽ plagã erigitur. Itaq. laborat vt Virgiliũ cum Lucano conciliet. Idẽ vidit Seruius qui ad Virgilij verba.* Mundus vt ad Scythiam, iam, *inquit*, definitio eſt noſtri climatis, id eſt noſtræ habitationis quæ à ſeptentrione incipiens in Auſtrali plaga deſinit. *Minus videt qui bis in Iſidoro ima pro vltima reponere conatus ſit ad Lucanum ſolum reſpiciens.*

De quattuor partibus cæli. Cap. XLII.

CLimata [a] cæli, id eſt, plagæ, vel partes quattuor ſunt, ex quibus prima pars orientalis eſt, vnde aliquæ ſtellæ oriuntur. Secunda occidentalis, vbi nobis aliquæ ſtellæ occidunt. Tertia, ſeptẽtrionalis, vbi ſol peruenit in diebus maioribus. Quarta Auſtralis, vbi ſol peruenit noctibus maioribus. Oriens autem ab exortu ſolis eſt nuncupatus. Occidens quòd diem faciat occidere & interire. Abſcondit enim lumen mundo, & tenebras ſuperinducit. Septentrio autem, à ſeptem ſtellis axis vocatur, quæ in ipſo reuolutæ rotantur. Hic propriè & vertex dicitur, eò quòd vertitur. Meridies autem vocatur, vel quòd ibi ſol facit medium diem quaſi medidies, vel quia tunc purius micat æther. Merum enim purum dicitur. Sunt & alia ſeptem climata cæli, quaſi ſeptem lineæ ab oriente in occidentem, ſub quibus & mores hominum diſpares, atque animalia ſpecialiter diuerſa naſcuntur: quæ vocata ſunt à locis quibuſdam famoſis, quorum primus eſt Meroe, ſecundus Siene, [b] tertius Catachoras, id eſt Aphrica, quartus Rhodus, quintus Helleſpontus, ſextus Meſopontus, ſeptimus Boriſthenes.

[a] Cap. XLII. Climata cæli. *Ex Hieronym. in Ezech. cap. 6.*
[b] tertius Catachoras. *Catagoras, cathocoras, cathagorius, & catacorius habent m. ſ. & Voces, id eſt Aphrica abſunt à Romano C. & fortè à Caſſiodoro hùc allatæ, ille n. Tertius Aphrica. Capella, Tertius Dialexandrias quod ducitur per Cyrenas in Aphricam Carthagini ab Auſtro adiacentem. Ex quo quidam, Tertius Cyrenæ in Aphrica faciebat. Alius catacaras, catam ſocaras interpretabatur, eſſe. n. Miſocaram portum in Mauritania, Chacon ſuperioribus verbis annectebat, à locis famoſis κατὰ χώρας.*

De Hemiſphæriis. Cap. XLIII.

HEmiſphærium dimidia pars ſphæræ eſt. Hemiſphærium ſuprà terras eſt ea pars cæli, quæ à nobis tota videtur: Hemiſphærium ſub terra eſt, quæ videri non poteſt, quamdiu ſub terra fuerit.

De quinque circulis cæli. Cap. XLIIII.

ZOnæ cæli quinque ſunt: quarum diſtinctionibus quædam partes temperie ſua incoluntur, quædam immanitate frigoris aut caloris inhabitabiles exiſtunt. Quæ ideò & zonæ vel circuli appellantur, eò quòd in circumductione ſphæræ exiſtunt. Quorum primus circulus ideò Arcticus

Universidad de Deusto
Biblioteca

appellatur, eo [a] quòd intra eum Arctorum A signa inclusa perspiciuntur. [b] Secundus circulus ex eo θερινὸς τροπικὸς dicitur, quia in eo circulo sol Aquilonis finibus æstatem faciens vltra eum circulum non transit, sed statim reuertitur, & inde tropicus appellatus. Tertius circulus ἰσημερινὸς, qui à Latinis ideò æquinoctialis appellatur, eò quòd sol cùm ad eum orbem peruenerit æquinoctiũ facit (ἰσημερινὸς enim Latinè, dies dicitur æquinox) quo circulo dimidia sphæræ pars cõstituta perspicitur. Quartus circulus Antarcticus vocatur, eò quòd contrarius sit circulo quem Arcticum nominamus. Quintus circulus χειμερινὸς τροπικὸς qui à Latinis B hyemalis siue brumalis appellatur. ideò quia sol cùm ad eum circulum peruenerit, hyemem ijs qui ad Aquilonem sunt facit, æstatem autem ijs qui in Austri partibus commorantur.

[a] Cap. XLIIII. quod intra eum Arctor. *s.o. Gotth. tum hic, tum lib. 13. c. 6. Hyginus lib. 3. c. 1. de polo Arctico*, quo vtræq. Arcti nixæ vehuntur Arctico circulo inclusæ. *Neque verò Arcturi quod est in excusis displicet. Nam idem Hyg. lib. 1. Astron. (vnde hæc sumpta videntur)* qui circulus *(inquit)* Arcticus appellatur, quod intra eum Arcturi simulacra, vt inclusa perspiciuntur, quæ signa à nobis vrsarum specie ficta, Septentriones appellãtur. *Et Arat. interp.* Duo sunt Arcturi quorum maiorem vocant Helicen. *& paullò pòst.* Arcturus minor, &c.

[b] Secundus circulus. *Verba Hygini lib. 1. de Astron.* ἰσημερινὸς n. Latinè dicitur dies æquinox. *Quod si verbum ipsum redderemus, æquidialis potius nominaretur.* Quomodo antiquos locutos tradit Festus his verbis: æquidiale apud antiquos dictum est, quod nũc dicimus æquinoctiale. quia nox diei potiùs, quàm dies nocti adnumerari debet. Græci quoq. in hoc consentiunt. ἰσημερίαν, ideſt, æquidiale dicentes. *Sed nos æquinoctium dicimus non æquidium. Græci à die, nos à nocte nomen fecimus. Neq. tamen dissimulabimus in omnibus libris legi. Hemerinos enim Latinè dicitur dies atq. nox, duobus exceptis Tarraconensibus, à quibus voces, atq. nox, absunt. Chacon ita. ἡμέραν. Latinè dicitur dies, atq. nox; voluisse namq. Isidorum ἡμέρας appellatione diem noctemq. cõtineri, quomodo etiam edidit Vulcanius. Hygin. lib. 1.* Deinde ducitur circulus æquinoctialis Græcis Isemerinos appellatus, ideò quòd sol cùm ad eum orbem peruenit æquinoctium conficit. Hoc circulo facto dimidia sphæræ pars constituta perspicitur. D

De circulo zodiaco. Cap. XLV.

Zodiacus [a] autẽ circulus est, qui ex linearũ quinq. angulis & ex vna linea cõstat.

[a] Cap. XLV. Zodiacus. *Ita 6. libri, quo sensu, nõ planè dixerim, aliter lib. 13. c. 6. Sed illa quoq. vt aliena à Gothicis absunt.*

De candido circulo. Cap. XLVI.

LActeus circulus via est, quæ in sphæra videtur, à candore dicta, quia alba est. [a] quam aliqui dicunt viam esse [b] qua circuit sol, & exsplendoris ipsius trãsitu ita lucere.

[a] Cap. LVI. quam aliqui dicunt. *Metrodorus vt refert Plutarch.*

[b] qua circuit sol. *Currit R. vt lib. 13. c. 5.*

De magnitudine solis. Cap. XLVII.

MAgnitudo solis [a] fortior est terra, vnde & eodẽ momento quo oritur, & orienti simul & occidẽti æqualiter apparet. Quia verò tanquam cubitalis nobis videtur, cõsiderare oportet quantũ sol distat à terris quæ longitudo facit, vt paruus videatur nobis.

[a] Cap. XLVII. fortior est terra. *i. maior, vt c. seq. & sup. c. 6. fortiorem numerum non semel dixit.*

De magnitudine lunæ. Cap. XLVIII.

MAgnitudo quoque lunæ minor fertur esse quàm solis. Nam dum sol [a] superior sit à luna, & tamen à nobis maior quàm C luna videatur: iam si prope nos accessisset: multo maior quàm luna cõspiceretur. Sicut autem fortior est sol terra, ita terra fortior luna per aliquam quantitatem.

[a] Cap. XLVIII. superior sit à luna. *De hac cõstructione diximus in c. 5. locus autẽ ex Hygin. lib. 4. c. de luna.*

De natura solis. Cap. XLIX.

SOL [a] dum igneus sit: præ nimio motu cõuersionis suæ ampliùs incalescit. [b] Cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri, & è contrario elemento virtutem luminis & caloris accipere. Vnde videmus eũ sæpiùs madidum, atque rorantem.

[a] Cap. XLIX. Sol dum igneus sit. *Ex cõment. Arat. in fin.*

[b] Cuius ignem dicunt philosophi. *Cleanthi eam opinionem tribuit Cicero 2. de nat. Deor. & 3.* Ali autem solem, lunam, reliqua astra aquis, alia dulcib. alia marinis: eamq. causſam Cleanthes affert, cursẽ sol referat, nec longiùs progrediatur solstitiali orbe, itemq. brumali, ne longiùs discedat à cibo. *Lucretius quoq. de sideribus lib. 5.*

Siue

Siue aliunde fluens alicunde extrinsecus aër
Versat agens ignes: siue ipsi serpere possunt,
Quo cuiusque cibus vocat, atq. inuitat euntes,
Flammea per cælum pascentes corpora passim.
Et solem ex ignibus ab humidis vaporibus collectis coagmentatum, nubémq. quandã vstulantem esse, Xenophanes aiebat. Vid. Plutarch. Plin. & Arat. comment.

De cursu solis. Cap. L.

SOlem [a] per seipsum moueri, non cum mundo verti dicunt. Nam si fixus cælo maneret, omnes dies & noctes æquales existerent: sed quoniam alio loco cras occasurum: alio occidisse hesterno videmus: apparet eum per seipsum moueri, non cum mũdo verti. Spatijs enim inæqualibus orbes annuos conficit propter temporum mutationes. Nam vadens longiùs ad meridiẽ hyemem facit vt hybernis humoribus ac pruinis terra pinguescat. Accedens propius ad Septentrionem, æstatem reddit, vt fruges maturitate durentur, & quæ sunt in humidis incocta, feruefacta mitescant. B

[a] Cap. L. Solé per seipſ. *Plerasq. ex Hyg. lib. 4. c. de sole.*

De effectu solis. Cap. LI.

SOL oriens diem facit, occidens noctẽ inducit: nam dies est sol super terras, nox est sol sub terris. [a] Ex ipso enim sunt horæ: ex ipso dies, cùm ascenderit: ex ipso etiã nox cùm occiderit: ex ipso mẽses & anni numerantur: ex ipso vicissitudines fiũt tẽporum. Quando autem per meridiẽ currit, vicinior est terræ: quando verò iuxtà Septentrionẽ, [b] sublimis attollit. [c] Cui ideò Deus diuersos cursus constituit, loca & tẽpora, ne dum semper eisdẽ moraretur locis: quotidiano vapore eius vniuersa consumerentur, sicut Clemens ait: Cursus diuersos accipit quibus aëris tẽperies pro ratione temporum dispẽsatur, & ordo vicissitudinũ permutationũq. seruatur. Nam dum ad superiora conscenderit, ver tẽperat: vbi autem ad summũ cæli venerit, æstuos accendit calores: descendẽs rursus autumno temperiem reddit. Vbi verò ad inferiorem reddit circulum: ex glaciali compage cæli rigorem nobis hyberni frigoris derelinquit. D

[a] Cap. LI. Ex ipſo. n. tẽporũ. *Verba Clem. VIII. Recogn.*

[b] Sublimis attollitur. *Reliqua quæ in excusis libris legũtur absunt a m. ſ. & allata huc sunt è c. 17. libri de natura rer. ad Sisebuth.*

De itinere solis. Cap. LII.

SOL oriens per meridiem iter habet. qui postquam ad occasum venerit, & Oceano se tinxerit, [a] per incognitas sub terra vias vadit, & rursus ad orientẽ recurrit.

[a] Cap LII. per incognitas sub terra vias. *Cognitas iam nostrorum hominum diligentia.*

De lumine lunæ. Cap. LIII.

LVnam [a] quidam philosophi dicunt proprium lumen habere, globíq. eius vnã partem esse lucifluam, aliam verò obscurã, & paulatim se vertendo diuersas formas efficere. [b] Alij è contrà aiunt, lunam nõ suum lumẽ habere: sed solis radijs illuminari. Vnde & eclipsim patitur: si inter ipsam & solẽ vmbra terræ se interponat.

[a] Cap. LIII. Lunam quidam. *Ex Arat. comment.*

[b] Alij è contrà. *sensum quidem ex ijsdem commentarijs, sed verba ex Hieronymo mutuatus est. in Isaiæ. c. 66.*

De formis lunæ. Cap. LIV.

CPRima figura lunæ bicornis est. [a] Secunda sectilis. Tertia dimidia. Quarta plena. Quinta iterũ dimidia ex maiore. Sexta iterũm sectilis. Septima bicornis.

Septima iterum semis, & vicesima secunda semis in suo orbe mediæ sunt: cæteræ proportionales sunt.

[a] Cap. LIV. Secunda sectilis - sexta iterùm sectilis. *Al. vbiq sextilis.*

De interlunio lunæ. Cap. LV.

INterlunium lunæ est tempus illud inter deficientem & nascentem lunam. Est autem tricesima dies, qua luna nõ lucet. Quæ ideò tunc videri non potest, quia soli coniuncta obscuratur: sed eodem momento renascens paullatim ab eo recedẽdo videtur. D

De cursu Lunæ. Cap. LVI.

LVna amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spatia moderatur. [a] Quæ ideò obliquo & non recto incedit cursu, vt sol: ne incidat in centrum terræ & frequenter patiatur eclipsim. Vicinus est enim circulus eius terræ. Crescens autem orientem cor-

nibus ſpectat: decreſcens, occidentem: meritò, quia occaſura & amiſſura eſt lumen. A

[a] Cap. LVI. Quæ ideò incid. *E Seruio. Æn. 1. ad V. Hic canit errantem lunam.*

De vicinitate lunæ ad terras. Cap. LVII.

LVna terris vicinior eſt quàm ſol. Inde & breuiori orbe celeriùs peragit curſum ſuũ. Nam iter quod ſol in diebus CCCLxv. peragit, iſta per triginta dies percurrit. Vnde & antiqui menſes in luna, annos autem in ſolis curſu poſuerunt.

De eclipſi ſolis. Cap. LVIII.

ECliſis [a] ſolis eſt, quoties luna triceſima ad eandem lineam qua ſol vehitur peruenit, eíque ſe obijciens ſolẽ obſcurat. Nam deficere nobis ſol videtur, dum illi orbis lunæ opponitur.

[a] Cap. LVIII. Eclipſis. *Ex interprete Arat. prope fin.*

De eclipſi lunæ. Cap. LIX.

ECliſis lunæ eſt quoties in vmbrã terræ luna incurrit. Non enim ſuum lumẽ habere, ſed à ſole illuminari putatur, vnde & defectum patitur ſi inter ipſam & ſolem vmbra terræ interueniat. Patitur autẽ hoc decima quinta luna eoúſque, quamdiu centrum atque vmbram obſtantis terræ exeat, videátque ſolem, vel à ſole videatur. C

De differentia ſtellarum, ſiderum, et aſtrorum. Cap. LX.

STellæ, & ſidera, & aſtra inter ſe differũt. Nam ſtella eſt quælibet ſingularis. Sidera verò ſunt ſtellis plurimis facta, vt Hyades, Pleiades. Aſtra autem ſunt ſtellæ grandes, vt Orion Bootes. Sed hæc nomina ſcriptores confundunt, & aſtra pro ſtellis, & ſtellas pro ſideribus ponunt. D

De lumine ſtellarum. Cap. LXI.

STellæ non habere proprium lumen, ſed à ſole illuminari dicuntur, ſicut & luna.

De ſtellarum ſitu. Cap. LXII.

STellæ immobiles ſunt, & cum cælo fixæ perpetuo motu feruntur, neq. cadũt per diem, ſed ſolis ſplendore obſcurantur.

De curſu ſtellarum. Cap. LXIII.

SIdera aut feruntur, aut mouentur. Feruntur, quæ cælo fixa ſunt, & cum cælo voluuntur. Mouentur verò quædam ſicut planetæ, i. erraticæ, quæ curſus ſuos vagos certa B tamen definitione conficiunt.

De vario curſu ſtellarum. Cap. LXIV.

STellæ, pro eo quòd [a] per diuerſos orbes cæleſtium planetarum feruntur: quædã celeriùs exortæ, ſeriùs occidunt: quædam tardiùs exortæ citiùs ad occaſum peruenĩut. Aliæ pariter oriuntur & non ſimul occidunt: omnes autem ſuo tempore ad curſum proprium reuertuntur.

[a] Cap. LXIV. per diuerſos orbes cæleſtium planetar. *Rom. C. cæleſtium polorum. ex quo parallelorum faciebat Chacon. Porrò quæ reſtant ex Hygini ſunt præfatione.*

De interuallis ſtellarum. Cap. LXV.

STellæ inter ſe diuerſis interuallis diſtant à terra, propterea à diſpari claritate magis minúſue noſtris oculis apparent: nam multæ maiores ſunt ijs quas videmus conſpicuas, ſed longiùs poſitæ paruæ videntur à nobis.

De numero circulari ſtellarum. Cap. LXVI.

NVmerus circularis ſtellarum eſt, per quẽ cognoſci dicitur, in quanto tempore circulum ſuum vnaquæque ſtella percurrat: ſiue per longitudinem, ſiue per latitudinem. Nam luna octo annis fertur explere circulum ſuum, Mercurius annis viginti, lucifer annis nouem, ſol annis decem & nouem, [a] Pyrois quindecim, Phaëton duodecim, Saturnus triginta. Quibus peractis ad reuerſionem circuli ſui ijſdem ſignis & partibus reuertuntur. Quædam ſidera radijs ſolis

lis præpedita anomala fiunt, aut retrograda, aut ſtationaria, [b] iuxta quod & poëta memi nit dicens: Sol tempora diuidit æui: Mutat nocte diem, radiíſque potentibus aſtra Ire vetat, curſúſque vagos ſtatione moratur. A

[a] Cap. LXVI. Pyrois. *Cùm in omnibus libris eſſet Veſper, rectè monuit Chacon, permutandas eſſe litteras. Ita. n. Martem vocari ab omnibus etiam ab Iſid. c. 70. Vnde etiam corrigendus lib. 5. c. 30. Vid. Cic. 2. de nat. Deor. & Cenſor. c. 15. de die natal.*

[b] Iuxtà quod & poëta. *Lucan. lib. 10. apud quem nõ æui, ſed anni legimus.*

De ſtellis planetis. Cap. LXVII.

QVædam ſtellæ ideò planetæ dicuntur, id eſt, errantes, quia per totum mundum vario motu diſcurrunt. Vnde pro eo quod errant, retrogradæ dicuntur: vel anomalæ efficiuntur, id eſt, quando particulas addunt & detrahunt. Cæterùm quando tantum detrahunt retrogradæ dicuntur, ſtationem autem faciunt quando ſtant. B

De præcedentia & antegradatione ſtellarum. Cap. LXVIII.

PRæcedentia vel antegradatio ſtellarum eſt, dum ſtella motum ſuum conſuetum agere videtur, & aliquid præter conſuetudinem præcedit. C

De remotione vel retrogradatione ſtellarum. Cap. LXVIIII.

REmotio vel retrogradatio ſtellarum eſt, quando ſtella dum motum ſuum agit, ſimul & retrorſum moueri videtur.

De ſtatu ſtellarum. LXX.

STatus ſtellarũ eſt, quia dum ſtella ſemper mouetur: tamen in aliquibus locis ſtare videtur. D

De nominibus ſtellarum, quibus ex cauſis nomina acceperunt Cap. LXXI.

SOl appellatus eò quòd ſolus appareat, obſcuratis fulgore ſuo cunctis ſideribus.

[a] Luna dicta quaſi Lucina, ablata media ſyllaba, de qua Virg. Caſta fauc Lucina. Sumpſit autem nomen per [b] deriuationem à ſolis luce, eo quòd ab eò lumen accipiat, acceptúmque reddat.

Stellæ dictæ à ſtando: quia ſemper fixæ ſtant in cælo, nec cadunt. [c] Nam quòd videmus de cælo ſtellas quaſi labi, nõ ſunt ſtellæ, ſed igniculi ab æthere lapſi: qui fiunt dum ventus altiora petens æthereum ignem ſecum trahit, qui tractu ſuo imitatur ſtellas cadentes. Nam ſtellæ cadere non poſſunt: immobiles enim, (vt prædictum eſt) ſunt, & cum cælo fixæ feruntur.

[d] Sidera dicta quòd ea nauigantes conſiderando dirigunt ad curſum conſilium, ne fallacibus vndis aut ventis aliò deducantur. Quædam autem ſtellæ idcircò ſigna dicuntur, quia eas nautæ obſeruant in gubernandis remigijs, contemplantes aciem fulgorémq. earum. Quibus rebus ſtatus cæli futurus oſtenditur. Sed & omnes homines ea intendunt ad præuidendas aëris qualitates per æſtatem & hyemem vernalémq. temperiem. Ortu enim vel occaſu ſuo, certis ſtationibus temporum qualitates ſignificant.

Signorum primus Arctos qui in axe fixus ſeptem ſtellis in ſe reuolutis rotatur. Nomẽ eſt Græcũ quod Latinè Vrſa dicitur: quæ quia in modum plauſtri vertitur, noſtri eam ſeptentrionem dixerunt. Triones enim propriè ſunt boues aratorij, dicti eò quòd terrã terant quaſi teriones. Septentriones autem non occidere axis vicinitas facit: quia in eo ſunt.

Arctophylax dicitur, quod Arcton id eſt Helicẽ vrſam ſequitur. Eundem & Booten dixerunt, eò quòd plauſtro hæret: ſignum multis inſpectabile ſtellis, inter quas [e] Arcturus eſt. Arcturus eſt ſidus poſt caudã maioris vrſæ poſitum in ſigno Bootæ. Vnde & Arcturus dictus eſt, quaſi ἀρκτου ὄρα quia Bootæ præcordijs collocata eſt. Oritur autẽ autumnali tempore.

Orion aſtrum ante Tauri veſtigia fulget: & dictus Oríon ab vrina, id eſt, ab inundatione aquarũ. Tempore enim hyemis obortus mare & terras aquis & tempeſtatibus turbat. [f] Hunc Latini Iugulã vocant, quòd ſit armatus, & vt gladio, & ſtellarum luce terribilis atque clariſsimus: in quo ſi effulgent omnia ſerenitas portenditur, ſi obſcuratur his acies, tempeſtas cernitur imminere.

[h] Hyades dictæ ἀπὸ τοῦ ὕειν id eſt, à ſucco &

Universidad de Deusto
Biblioteca

pluuijs. Nam pluuia Græcè ὑετὸς dicitur. A Ortu quippe suo efficiunt pluuias. vnde & eas Latini succulas appellauerũt: quia quãdo nascuntur pluuiarum signa monstrantur: de quibus Virgilius: Arcturum, pluuiásq. Hyadas. Sunt autem septem in fronte Tauri, & oriuntur tempore vernali. [i] Plèiades à pluralitate dictæ quia pluralitatem Græci πλειότητα appellant. Sunt autem stellæ septem ante genua Tauri, ex quibus sex videntur nam latet vna. Has Latini Vergilias dicunt, à tẽporis significatione, quod est ver, quãdo exoriuntur. Nam occasu suo hyemem, ortu æstatem primæque nauigationis tempus ostendunt. Canicula stella, quæ & Sirius dicitur, æstiuis mensibus in medio centro cæli B est: & dum sol ad eam ascenderit, coniuncta cum sole, duplicatur calor ipsius, & dissoluuntur corpora, & vaporantur. Vnde & ex ipsa stella dies caniculares dicuntur: quando & molestæ sunt purgationes. Canis autem vocatur propterea quòd corpora morbo afficiat: [k] Sirius propter flammæ candorem, quod eiusmodi sit, vt præ cæteris lucere videatur. Itaque quo magis eam cognoscerent, Sirion appellasse.

Cometes stella dicta est, eò quòd comas luminis fundat ex se. Quod genus sideris quando apparuerit, aut pestilentiam, aut C famem, aut bella significat. [l] Cometæ autem Latinè crinitæ appellantur, quòd in modũ crinium flammas spargunt, quas Stoici dicunt esse vltra xxx. quarum nomina & effectus quidam Astrologi scripserunt.

Lucifer dictus, eò quòd inter omnia sidera plus lucem ferat, est autẽ vnus ex planetis. Hic propriè & iubar dicitur, eò [m] quòd iubas lucis effundat: sed & splendor solis & lunæ ac stellarum iubar vocatur: quòd in modum iubæ radij ipsorum extendantur.

[n] Hesperus stella occidentalis, quam cognominatam perhibent ab Hespero Hispaniæ rege. Est autem & ipsa ex quinq. stellis planetis, noctem ducens & solem sequens. Fertur autem quòd hæc stella oriens lucife- D rum, occidens vesperum facit. de qua Statius: -- & alterno deperditur vnus in ortu. Planetæ stellæ sunt, quæ non sunt fixæ in cælo, vt reliquæ, [o] sed in aëre feruntur. Dicti autem planetæ ἀπὸ τῆς πλάνης. i. ab errore. [p] Nam interdum in Austrum, interdum in Septentrionem, plerumq. contra mundũ, nonnũquam cum mundo feruntur. [q] Quarum nomina Græca sunt Phãëton, Phænon, Pyrois, Hesperus, Stilbon.

Hos Romani nominibus deorum suorum, id est, Iouis, Saturni, Martis, Veneris, atque Mercurij sacrauerunt. Decepti enim & decipere volentes, in eorum adulationem, qui sibi aliquid secundùm amorem seculi præstitissent, sidera ostendebant in cælo, dicentes, quòd Iouis esset illud sidus, & illud Mercurij: & concepta est opinio vanitatis. Hanc opinionem erroris diabolus confirmauit, Christus euertit. Iam verò illa, quæ ab ipsis gentilibus signa dicuntur, in quibus & animantium imago de stellis formatur: vt Arctos, Aries, Taurus, Libra & huiusmodi alia, ij qui sidera præuiderunt in numerum stellarum speciẽ corporis superstitiosa vanitate permoti finxerunt, ex caussis quibusdam deorũ suorum & imagines & nomina conformantes.

Nam Arietem primum signum, cui vt Libræ mediam mundi lineam tradunt, propter Ammonem, Iouem ideò vocauerunt: in cuius capite, qui simulacra faciunt Arietis cornua figunt. Quod signum Gentiles ideò inter signa primùm constituerunt, quia in mense Martio, qui est anni principium, solem in signo illo cursum agere dicunt, [r] sed & Taurum inter sidera collocant, & ipsum in honorem Iouis, eò quòd in bouem sit fabulosè conuersus, quando Europam transuexit.

[t] Castorem quoq. & Pollucem post mortem inter notissima sidera constituerunt, quod signum Gemini dicunt.

Cancrum quoq. inde dixerunt, eò quòd ad id signum mense Iunio sol dum venerit, retrograditur in modũ cancri, breuioresq. facit dies: hoc enim animal incertam habet primam partem: denique ad vtramque partem gressum dirigit, ita vt prior pars sit posterior, & posterior prior.

Leonem ingentem Hercules in Græcia occidit, & propter virtutem suam hunc inter duodecim signa constituit. Hoc signũ sol cùm attigerit nimium calorem mundo reddit, & annuos flatus Etesias facit.

Virginis etiam signum idcircò intra astra collocauerunt, propter quod eisdem diebus in quibus sol per illud decurrit, terra exusta solis ardore nihil pariat: est enim hoc tempus canicularium dierum.

Libram autem vocauerunt ab æqualitate mensis ipsius, quia octauo Kal. Octobris sol per illud signũ currens æquinoctium facit. Vnde

Vnde & Lucanus: - ad iustæ pondera libræ. A

Scorpium quoque & Sagittarium propter fulgura mensis ipsius appellauerunt.

Sagittarius vir equinis cruribus deformatus, cui sagittam & arcum adiungunt, vt ex eo mensis ipsius fulmina demonstrentur. Vnde & sagittarius est vocatus.

Capricorni figurã ideo inter sidera finxerunt, propter capram Iouis nutricem, cuius posteriorem partem corporis in effigiem piscis [x] ideò formauerunt, vt pluuias eiusdẽ temporis designarent, quas solet idẽ mensis plerumque in extremis habere.

Porrò Aquarium & Pisces, ab imbribus B temporũ vocauerunt, quod hyeme quando in his signis sol vertitur, maiores pluuiæ profunduntur. Et miranda gentilium dementia, qui non solùm pisces, sed etiam arietes, & hircos & tauros, vrsas & canes, cancros, & scorpiones in cælum transtulerunt: nam & aquilam & cygnum propter Iouis fabulas inter cæli astra eius memoriæ caussa collocauerunt.

Perseum quoque & vxorem eius Andromedam posteaquàm sunt mortui in cælum receptos esse crediderunt: ita vt imagines eorum stellis designarent, eorúmque appellare nominibus non erubescerent.

[x] Aurigam etiam Ericthonium inter cæli C astra collocauerunt, propter quod vidissent eum primũ quadrigas iunxisse. Mirati sunt enim ingenium eius ad imitationem Solis accessisse: & propter hoc nomen eius post mortẽ inter sidera posuerunt. Sic Calisto, Lycaonis regis filia, dum ab Ioue cõpressa & fabulosè ab Iunone in vrsæ fuisset speciẽ versa, quæ Græcè ἄρκτος appellatur, post interfectionem ipsius nomen eius Iouis [y] cum filio in stellis Septentrionalibus transtulit, eámque Arcton: filium autem eius Arctophylaca appellauit. Sic lyra pro Mercurio in cælũ locata. Sic Centaurus Chiron, propter quod nutrierit Æsculapium & Achillem, D inter astra dinumeratus est. Sed quolibet modo superstitionis hæc ab hominibus nũcupentur, sunt tamen sidera quæ Deus in mundi principio condidit, ac certo motu distinguere tempora ordinauit. Horũ igitur signorũ obseruationes, vel geneses, vel cætera superstitiosa, quæ se ad cognitionẽ siderum coniungunt, id est, ad notitiam fatorum, & fidei nostræ sine dubitatione contraria sunt: sic ignorari debent à Christianis, vt nec scripta esse videantur, Sed nonnulli

siderum pulchritudine & claritate pellecti, in lapsus stellarum cæcatis mentibus corruerunt, ita vt per supputationes noxias, quę mathesis dicitur, euentus rerum præscire posse conentur: quos non solùm Christianæ religionis doctores, sed etiam gentiliũ Plato, Aristoteles, atque alij rerum veritate commoti concordi sententia damnauerunt: dicentes: confusionem rerum potius de tali persuasione generari. Nam si (vt dicunt) genus humanum ad varios actus nascendi necessitate premitur, cur aut laudem mereantua boni, aut mali legum percipiant vltionem? Et quamuis ipsi non fuerint cælesti sapientiæ dediti, veritatis tamen testimonio errores eorum meritò perculerunt. Ordo autem iste septem secularium disciplinarum ideò à Philosophis vsque ad astra perductus est, scilicet vt animos seculari sapientia implicatos à terrenis rebus abduceret, & in superna contemplatione collocaret.

[a] Cap. LXXI Luna dicta q Lucina. *Cic.* Luna [à] lucendo nominata, eademq. est Lucina.

[b] per deriuationem à solis luce. *Cicer. in Somn.* Ex quib. illa quæ vltima cælo, citima terris luce lucebat aliena.

[c] Nam quod videmus è cælo. *Seru. Georg.* 1. Quod autem videmus è cælo stellas quasi labi ἀποῤῥοίαι sunt ignis ætherei, quæ fiunt, &c.

[d] Sidera q. e. n. considerando. *At Varro.* Sidera quæ insidunt atq. ita significent aliquid in terris.

[e] Arcturus sidus. *è Seru. Æn.* 1.

[f] Hunc Latini iug. *Ex comm. Arat.*

[g] vt gladio. *Aratus* ξιφεως ἰφι πεποιδὼς. *Cic.* & dextra retinẽs nõ cassum luminis ensem. *Varro* tũ non ad ensem refert iugulæ etymon. Sic n scribit. Citius Orion patefit, huius signi caput dicitur è stellis tribus, quas infra duæ claræ quas appellant humeros; interquæ quod videtur iugulum, vnde & iugula dicta.

[h] Hyadas dict. *Seru. Æn.* 1. *Hyades dictæ ἀπὸ τοῦ ὑέιν Latinè succulæ à succo, & Georg.* 1. *Hyades ἀπὸ τοῦ ὕετὸς è quo apparet esse quæ hoc loco confusa leguntur. Arati quoq. interpres.* Hyades (*inquit*) appellantib. Græcis, quod nostri à similitudine cognominis vocabulum eis stellis propter succos impositum arbitrantur imperiti appellauere succidas. *Cic. 2. de nat. Deor.* Has Græci Hyadas vocitare consueuerunt à pluendo, ὑέιν n. est pluere, nostri imperitè succulas, quasi à suibus essent non ab imbrib. nominatæ.

[i] Pleiadas à pluralit. *Ex Arat. comment. Nam Seru. Georg.* 1. ἀπὸ τοῦ πλέειν. *i. nauigando, quod ortu suo primæ nauigationis tempus ostendant.*

[k] Sirius propter flãmæ candorẽ. *Qui siue pro Sirius hoc loco legerũt, (vt est in pleriſq. omnib. manuſc.) offecit eorũ luminib. in canicula, & cãdore vocis similitudo, neq. aduerterunt* σειριᾶν candere *esse, & splendere. Isidorumq. qui anteà* Canicula quæ & Sirius, *dixisset, nunc vtriusq. nominis rationẽ reddere. Cum præsertim in Arat. cõmentarijs vnde sunt hæc ita scriptum sit,* Sirium autem stellam vocatam putant

Universidad de Deusto
Biblioteca

tant propter flammæ candorem. *Postremo codicum varietas (nã in quibusdã siue, in alijs aut, in alijs vel) ipsos satis coarguit. est verò propriè Sirius (vt aut Seru. Æn. 10.) stella in ore canis.*

l Cometæ autem Latinè crinitæ. *Seru. Æn. 10.* Cometæ Latinè crinitæ appellantur, & Stoici dicunt has stellas esse vltrà xxxij. quarum nomina, & effectus Auienus, qui Iã bicis scripsit Virgilij fabulas, memorat. *Sed Isid. fortè vltra xxx. scripsit neglecto minori numero.*

m quod iubas luc. *è Ser. Æn. 4. It. portis iubare ex. d. 1.*

n Hesperus. *Seru. Æn. 1. & 3.*

o Sed in aere fer. *Vt multis est visum. Vid. Plin. lib. 2.*

p Nam interdũ ad Aust. *Verba Seru. Georg. 1. ad versum: Quos ignis cæli Cyllen.*

q Quorum nomina Græc. *Siue hæc ex Hygino siue è Ciceronę sumpta sint; illud certũ est, Phaethontea Isidoro non esse Saturnum, vt sibi constet. Nam cap. 65. Phaetontea xij. annis cursum explere dixit, Saturnum verò xxx. Itaq. frustra in hoc doctissimus vir laborauit. Vid. Plutarch. 2. de plac. & Capell. 8. de planet orb.*

r Decepti n. & decipere vol. *Ex Aug. in ps. 93.*

s Sed & Taurum. *Ex Arat. comm.*

t Castorem. *Ex Hygin. Astr. lib. 2.*

v ideò formauer. *Al. finxerunt.*

x Aurigam etiam Erichthon. *Hyg. lib. 2.*

y Iouis cum filio. *Iouis in recto casu etiã vsus est Aratì interpres, & Petronius, notus etiam de Dijs Ennianus versus:*
Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER QVARTVS.

De Medicina.

DE MEDICINA. Cap. I.

MEDICINA [a] est quæ corporis vel tuetur vel restaurat salutem: cuius materia versatur in morbis & vulneribus. Ad hãc itaque pertinent, non ea tantùm quæ ars eorum exhibet, qui propriè Medici nominantur, [a] sed etiam cibus & potus, & tegumen. Defensio denique omnis atque munitio qua corpus nostrum aduersus externos ictus casúsque seruatur.

a Cap. I. Medicina. *Celium Aurelianum ferè secutus est in hoc libro.*

b cibus & potus, & tegumen. *Al. cibi & potus tegmen, & tegumen, Al. regimen, & tegmen, nos regimen ex varietate scripturæ tegmen & tegumen irrepsisse putamus.*

De *nomine eius. Cap. II.*

NOmen [a] autem Medicinæ à modo, id est, temperamento impositum æstimatur, vt non satis, sed paullatim adhibeatur. Nam in multo contristatur natura, mediocri autem gaudet: vnde & qui pigmenta & antidota satis vel assiduè biberint, vexantur. Immoderatio enim omnis non salutem, sed periculum affert.

a Cap. II. Nomen autem medicinæ à modo. *Non tàm de veriloquio laborasse, quàm occasionem in voce quæsisse videtur, vt reliqua inferret. Id. n φιλοσοφότερον, quod & Plato, & Varro persæpè faciunt.*

De inuentoribus Medicinæ. Cap. III.

MEdicinæ [a] autem artis auctor ac repertor apud Græcos perhibetur Apollo. Hanc filius eius Æsculapius laude vel opere ampliauit. Sed postquã fulminis ictu Æsculapius interijt, interdicta fertur medendi cura, & ars simul cum auctore defecit, latuítque per annos pænè quingentos vsque ad tempus Artaxerxis regis Persarum. Tunc eã [b] reuocauit in lucẽ Hippocrates [c] Asclepio patre genitus in insula Coo.

a Cap.

a Cap. III. Medicinæ autem artem. *Soranus in præfat. Isagoges.* Medicinam quidem inuenit Apollo, amplificauit Æsculapius, perfecit Hippocrates.

b Reuocauit in lucem. *Plin. lib. 9. c. 1.* Tum verò eam reuocauit in lucem Hippocrates genitus in insula Coo imprimis clara, & valida, & Æsculapio dicata.

c Asclepio patre. *Qui fuit sanguinis fortasse auctor vltimus. Nam ab Æsculapio nonus, decimúsue fuisse dicitur Hippocrates, filius verò Heraclidæ, & Phenaretæ.*

De tribus hæresibus Medicorum. Cap. IIII.

HI itaque tres viri totidem hæreses inuenerunt. Prima methodica inuenta est ab Apolline, quæ remedia sectatur & carmina. Secunda. [a] Empirica, i. experientissima, inuenta est ab Æsculapio, quæ non indiciorũ signis, sed solis constat experimentis. Tertia, Logica, id est rationalis, inuenta ab Hippocrate. Iste enim discussis ætatum, regionum, vel ægritudinum qualitatibus, artis curam rationabiliter perscrutatus est. Empirici enim experientiam solam sectantur: Logici experientiæ rationẽ adiungunt: methodici nec elementorum rationem obseruant, nec tempora, nec ætates, nec causas, sed solas morborum substantias.

a Cap. IIII. itaq. tres viri. *Vid. Celsi præfationem ad lib. de re medic.*

b Empirica, i. experientissima. *Potuit cum Plinio experimentosam dicere.*

De quattuor humoribus corporis. Cap. V.

SAnitas est integritas corporis, & temperantia naturæ ex calido & humido, quod est sanguis: vnde & sanitas dicta est, quasi sanguinis status.

Morbi generali vocabulo omnes passiones corporis continentur, quod inde veteres morbũ nominauerunt: vt ipsa appellatione mortis vim, quæ ex eo nascitur demonstrarent. Inter sanitatem autẽ & morbũ media est curatio, quæ nisi morbo congruat, non perducit ad sanitatem. Morbi autem omnes ex quattuor nascuntur humoribus, i. ex sanguine & felle, melancholia & phlegmate: Sicut autẽ quattuor elemẽta, sic & quattuor humores, & vnusquisque humor suum elementum imitatur: sanguis aërem, cholera ignem, melancholia terram, phlegma aquam. Et sunt quattuor humores, sicut quattuor elementa, quæ conseruant corpora nostra.

[a] Sanguis ex Græca etymologia vocabulum sumpsit, quòd vegetet, & sustentet & viuat. Choleram Græci vocauerunt, quod vnius dici spatio terminetur: vnde & cholera, i. fellicula nominata est, [b] hoc est, fellis effusio: Græci enim fel χολὴν dicunt.

Melancholia dicta eo quòd ex nigri sanguinis fece admixta sit abundantia fellis. Græci enim μέλαν nigrum vocant, fel autem χολὴν appellant.

[c] Sanguis Latinè vocatus quòd sit suauis: vnde & homines quibus dominatur sanguis dulces & blandi sunt.

[d] Phlegma autem dixerunt quòd sit frigidum. Græci enim rigorem φλέγμονα appellant. Ex his quattuor humoribus reguntur sani: ex his læduntur infirmi. Dum enim ampliùs extra cursum naturæ creuerint ægritudines faciunt. Ex sanguine autem & felle acutæ passiones nascuntur, quas Græci ὀξέας vocant. Ex phlegmate verò & melancholia veteres causſæ procedunt, quas Græci χρονίας dicunt.

a Cap. V. Sanguis ex Græc. etymolog. *ἀπὸ τοῦ ζᾶν siue ζῆν, quod est viuere.*

b hoc est effusio fellis. *Cælius lib. 3. acutar. c. 19.* Choleram passionem aiunt quidam nominatã à fluore fellis, velut fellifluam passionem, nam cholera fel appellant, rheam fluorem.

c Sanguis Latinè. *Hæc non omnes libri habent, sed verisimile est tentasse quoq. Latinam etymologiã reddere, quam etiam repetit lib. xj. c. 1.*

d Phlegma autem quod sit frigid. *κατ' ἀντίφρασιν. Rectè n. Cælius lib. 3 trad. c. 1.* Multa (*inquit*) Medici cõtrariæ interpretationis vocabula sumpserunt, vt fella quæ Græci glyce vocãt, velut dulcia, cum sint amarissima. *Alioquin φλέγμα ab Homero καῦμα appellari ait Pollux. & cap. seq. Isidoro ipsi phlegmon inflammans est.*

De acutis morbis. Cap. VI.

OXea est acutus morbus: qui aut citò transit aut celeriùs interficit, vt [a] pleurisis, phrenesis: ὀξὺ enim acutum apud Græcos & velocem significat. Χρόνια est prolixus corporis morbus qui multis temporibus remoratur, vt podagra, phtisis: χρόνος enim apud Græcos tempus dicitur. Quædam autem passiones ex proprijs caussis nomina acceperunt.

b Febris

Universidad de Deusto
Biblioteca

b Febris à feruore dicta est: est enim abundantia caloris.

Phrenesis appellata siue ab impedimento mentis, quia Græci mentem φρένας vocant, seu quòd dentibus infrendant, nam frendere est dentes concutere. c Est autem perturbatio cum exagitatione & dementia ex cholerica vi effecta.

d Cardiace vocabulum à corde sumpsit, dum ex aliquo timore aut dolore afficitur. Cor enim Græci καρδίαν vocant. Est enim cordis passio cum formidabili metu.

e Lethargia à sommo vocata. Est enim oppressio cerebri cum obliuione & somno iugi, veluti stertentis.

f Synanche à continentia spiritus & præfocatione dicta. Græci enim συνάγχειν continere dicunt: qui enim hoc vitio laborant, dolore faucium præfocantur.

Phlegmone est feruor stomachi cum extensione & dolore, Nam cum cœperit fieri, inquietudo & febris consequitur. Vnde & dicta est φλεγμονὴ ἀπὸ τοῦ φλέγειν, id est, inflammare: sic enim sentitur & inde nomen accepit.

Pleuresis est dolor lateris acutus cum febre & sputo sanguinolento. Latus enim Græcè πλευρὸν dicitur, vnde & pleuritica passio nomen accepit.

Peripneumonia est pulmonis vitiũ cum dolore vehementi & suspirio: Græci enim pulmonem πνεύμονα vocant, vnde & ægritudo dicta est.

g Apoplexia est subita effusio sanguinis, qua suffocati intereunt. Dicta autem apoplexia, quòd ex lethali percussu repentinus casus fiat. Græci enim percussionem ἀποπλῆξιν vocant.

Spasmus Latinè contractio subita partiũ aut neruorũ cum dolore vehementi. h Quã passionem à corde nominatam dixerunt, quod in nobis principatum vigoris habet. Fit autem duobus modis, aut ex repletione, aut ex inanitione.

Tetanus i maiorum est contractio neruorum à ceruice ad dorsum.

k Telum lateris dolor est, dictum est autem ita à medicis, quòd dolore corpus transuerberet, quasi gladius.

Ileos dolor intestinorũ, vnde & ilia dicta sunt: Græcè enim εἱλεῖν obuoluere dicitur, quòd se intestina præ dolore inuoluant. Hi & torminosi dicuntur ab intestinorum tormento.

Hydrophobia, i. aquæ metus: Græci enim ὕδωρ aquam vocant, φόβον timorem dicunt: vnde & Latini hunc morbum ob aquæ metum lymphaticum vocant. Fit autem vel ex canis rabidi morsu, m aut ex eius spuma in terram proiecta, quam si homo vel bestia tetigerit, aut dementia repletur, aut in rabiem vertitur.

Carbunculus dictus, quòd in ortu suo rubens sit vt ignis, postea niger, vt carbo extinctus.

Pestilentia est contagiũ, quod dum vnum apprehenderit, celeriter ad plures transit. Gignitur autem ex corrupto aëre, & in visceribus penetrando innititur. Hæc etsi plerunq. per aëreas potestates fiat, tamen sine arbitrio omnipotentis Dei omninò non fit. Dicta autem pestilentia, quasi pastulentia quòd veluti incendium depascat: n Et toto descendat corpore pestis. Idem & contagiũ à contingendo, quia quemq. tetigerit, polluit. o Ipsa & inguinaria ab inguinum percussione. Eadem & lues à labe & luctu vocata, p quæ tanto acuta est, vt non habeat spatium temporis, quo aut vita speretur aut mors, sed repentinus languor simul cum morte venit.

a Cap VI. Pleuresis, phrenesis *Pleuritis, phrenitis perpetuò apud Cælium.*
b Febris à feruore. *Ita Varro apud Non.*
c Est autem perturbatio cum exag. *Rom. C.* perturbatio mentis cum agitatione.
d Cardiaca. *Cæl. lib. 2. acut. c. 34.*
e Lethargia. *Idem lib. 2. acut. c. 1.* Græci lethen obliuionem vocant, argian vacationem, quam corpori, atque animæ ingerit vis supradictæ passionis. *Quæ verba non ab Isidoro, qui notationes captaret, sed à librariis omissa credebat Chacon.*
f Synanche. *Ex eod. lib. 3. c. 1.*
g Apoplexia. *Ex cap. 5.*
h Quam passionem à corde nominatã. *id est ort. nam oriuntur enim nerui à corde secundum Aristotelem.*
i maiorum contractio neruorum. *Cæl. lib. 3. cap. 8.* neruorum maiorũ, quos τένοντας vocant, leuis tensio. *In nostris tamen libris,* maior contractio, *mendosè.*
k Telum. *Serenus.* Est & vis morbi, quod telum commemoratur. Cum subitò furor in sanus furia incitus ictu.
l Hydrophobia. *Cæl. lib. 3. c. 9.*
m Aut ex eius spuma. *Cum* aëris spuma *legeretur in omnib. ferè libris Rodericus Fonteius medicus doctissimus ex Ælian. lib. 9. de hist. anim.* eius spuma *legendũ admonuit, cuius coniecturam comprobarunt Meioraden. liber, & Conchensis Hispano sermone conscriptus, in quo,* ò de la spuma del calda en tierra. *Sed cùm in reliquis omnib. libris ex aëris spuma legatur, Cæliusque quem Isidorus planè sequitur, ex solius aspirationis odore ex rabido cane adductum quæsdam in hanc passionem dicat deuenisse, cum ren[illegible]*

aër adducitur, & vit. abb. inseritur partibus, aëris quoq. mentionem ab Isidoro factam verisimile nobis fit. A. Augustinus vel oris, vel eius probabat.
n Et toto descend. *c. p. Ex. 5. Æn.*
o Ipsa & inguinaria. *Vid. Paul. Diacon. de inguinaria noua Italiæ peste ante Iustinianum.*
p Quæ tanto acuta est. *Gotthicismus frequens, nec Isidori fortasse, sed librariorum.*

De Chronicis morbis. Cap. VII.

CHronia est prolixus morbus, qui multis tẽporibus remoratur, vt podraga, phthisis: χρόνος enim apud Græcos tempus dicitur.

a Cephalea ex caussa vocabulum habet: capitis enim passio est: Græci enim caput κεφαλὴν vocant.

b Scotoma ab accidenti nomen sumpsit, quòd repentinas tenebras ingerat oculis cum vertigine capitis. Vertigo autem est, quotiescunq. ventus consurgit, & terram in circuitum mittit. Sic & in vertice hominis arteriæ & venæ ventositatem ex resoluta humectatione gignunt, & in oculis gyrum faciunt: vnde & vertigo nuncupata est.

Epilepsia vocabulum sumpsit, quòd mentem apprehendens pariter etiã corpus possideat: Græci enim apprehensionem ἐπιλημψιαν appellant. Fit autem ex melancholico humore quoties exuberauerit, & ad cerebrũ conuersus fuerit. Hæc passio & caduca vocatur, eò quòd cadens æger spasmos patiatur. Hos etiam vulgus lunaticos vocat, quod pro c lunæ cursu comitetur eos insania: eadem & laruatio. Ipse d est & morbus comitialis, idem maior, e & diuinus quo caduci tenentur. Cuius tanta vis est, vt homo valens concidat spumétque. Comitialis autem dictus, quòd apud gentiles cùm comitiorum die cuiquam accidisset, comitia dimittebantur. Erat f autẽ apud Romanos comitiorum dies solemnis iij. Kal. Ianuar.

Mania ab insania vel furore vocata. g Nã Græcorum vetustas furorem μαντικὴν appellabat, h siue ab inanitate quam Græci μανίαν vocauerunt, siue à diuinatione, quia diuinare Græcè μαίνεσθαι dicitur.

Melancholia dicta est à nigro felle: Græci enim nigrum μέλαν vocant, fel autem χολὴν appellant. Epilepsia autem in phantasia fit, melancholia in ratione, mania in memoria.

i Typi sunt frigidæ febres, quia τύπῳ. Latinè forma atque status dicitur: est enim acceſsionum vel receſsionum reuolutio per statuta temporum interualla.

Rheuma Græcè, Latinè eruptio siue fluor appellatur.

Catarrus est fluor rheumæ iugis ex naribus, quæ dum ad fauces venerit βράγχος vocatur. dum ad thoracem vel pulmonẽ πτύσις, dicitur.

k Coryza est quoties influxio capitis l in ossa venerit nariũ, & m prouocationem fecerit cum sternutatione: vnde & coryza nomen accepit.

Branchos est præfocatio faucium à frigido humore. Græci enim guttur βράγχος dicunt, circa quod fauces sunt, quas nos corruptè branchias dicimus.

Raucedo amputatio vocis. Hæc & arteriasis vocatur, eò quòd vocem raucam & clausam reddat ab arteriarum iniuria.

Suspirium nomen sumpsit, quia inspirationis difficultas est, quam Græci δύσπνοιαν dicunt, id est præfocationem.

n Peripneumonia à pulmonibus nomen accepit. Est enim pulmonis tumor cum spumarum sanguinearum effusione.

Hæmoptois emissio sanguinis per os: vnde & nomen sumpsit, αἷμα enim sanguis dicitur.

Phthisis est vlceratio & tumor in pulmonibus qui iuuenibus facilius euenire solet: φθίσις autẽ apud Græcos dicta, quòd sit totius corporis consumptio.

o Tussis Græcè ab altitudine vocatur, quòd à profundo pectoris veniat, cuius contraria est superior in faucibus vbi vua distillat.

p Apostema à collectione nomen accepit: nam collectiones Græci apostemata vocant.

q Empye dicta est apostema intrinsecus vel in latere, vel in stomacho cum dolore & febribus, & tusi, & abundantibus sputis & purulentijs.

Hepaticus morbus à iecoris passione nomen accepit, Græci enim iecur ἧπαρ vocant.

Lienosis à splene vocabulum sumpsit, Græci σπλῆνα lien vocant.

r Hydrops nomen sumpsit ab aquoso humore cutis, nam Græci ὕδωρ aquam vocauerunt, est enim humor subcutaneus cum inflatione turgente & anhelitu fœtido.

s Nephritis à renum languore nomen accepit. Renes enim Græci νεφροὺς dicunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

t Paralysis dicta à corporis impensatione: facta ex multa infrigidatione, aut in toto corpore, aut in parte.

v Cachexia nomen sumpsit à corporis malo habitu. καχεξίαν enim Græci malam vexationem vocauerunt. Fit autem hæc passio ex intemperantia ægrotantis, vel curatione mala medicantis, aut post ægritudinem tarda resumptione.

x Atrophia nomen accepit à diminutione corporis: nam Græci nutrimenti cessationem ἀτροφίαν dicunt. Est enim tenuitas corporis ex causis latentibus, & paullatim conualescentibus.

y Sarcia est superfluum carnis incrementum, quo vltra modum corpora saginantur: Græci enim carnem σάρκα vocant.

z Ischias vocata à parte corporis quam vexat. Nam vertebrorum ossa quorum summitas iliorũ imitio terminatur, Græci ἰσχία vocant. Fit autem de phlegmate quoties descenderit in recta ossa, & efficitur ibi glutinatio.

a Podagram Græci à retentione pedum dicunt nominatam vel à ferali dolore: siquidẽ omne quod immite fuerit abusiuè agreste vocamus.

Arthriticus morbus ab articulorum passione vocabulum sumpsit.

Calculus petra est, quæ in vesicafit, vnde & nomen accepit. Gignitur autem ex materia phlegmatica.

Stranguria dicta est, eò quòd stringat vrinarum difficultate.

Satyriasis fuge desiderium Veneris cum extensione naturalium locorum, dicta passio à Satyris.

b Diarrhœa iugis ventris fluxus sine vomitu.

Dysenteria est diuisio cõtinuationis, i. vlceratio intestini. Δυς enim diuisio est, ἔντερα intestina. c Fit autem antecedente fluore, quam Græci Διάῤῥοιαν vocant.

d Lienteria dicta, quòd cibum tanquam per læuia intestina nullis obstantibus faciat prolabi.

Colica passio nomẽ sumpsit ab intestino, quod Græci κῶλον appellant.

Ragades dicuntur, eò quòd fissuræ sint rugis collectæ circa orificiũ. Hæ & hæmorrhoides à sanguinis fluore dictæ. Græci enim sanguinem αἷμα dicunt.

a Cap. VII. Cephalea. *Cæl. lib. 1. tard. c. 1.* Cephalea à parte corporis quæ patitur passionẽ nomẽ accepit

b Scotoma. *Ex eod. c. 2.*

c pro lunæ cursu comitetur eos insania. *Al. per lunæ cursum comitentur eos insidiæ dæmonum. Vtraque scriptura reperiri possit: vt prior lunationis (vt ita dexerim) posterior laruationis notatio sit.*

d Ipse est morbus comitialis idem maior. *Fest. in Prohibere comitia, & Cels. lib. 3.*

e & diuinus. *Sacer potius: cuius appellationis multas reddit causas Cælius Aurel. 1. tard. cap. 4. Peius tamen in plerisq. libris pro diuinus, diutinus legitur. Nisi vtrumq. hoc subsequenti passioni, i. maniæ aptemus. Ea enim & diuinus morbus dicitur, & diutinus. Nã tardissima, vt Cæl. ait, passio est.*

f Erat autem apud Rom comitior, dies sollemnis iij. Kal. Ianuar. In Kal. Ianuar. *omnes CC. Itaq. expungebat hæc vt aliena, absurdáque Chacon. Non. n. Kal. Ianuar. comitia haberi, cum is dies non comitialis sed fastus esset. A. Augustinus in Kal. Ianuar. ante eas Kalend. quib. initium magistratus erat, interpretabatur. Anton. Conarruuias vocem in ex nota iij. factam aduertit. Idemque esse iij. Kal. Ianuar. quod tertio Ianuarij die, quo die (vt ait Caius in l. si caluitur D. de verb. signif. pro salute Principis vota suscipiebantur, eratque totius pop. Rom. conuentu iam inde à Numa vsque celeberrimus, eodemque modo dixisse Plutarchum, Ciceronem tertio die Kalendarum natum, quem Cicero ipse iij. Non. appellet. Is dies & nuncupatio votor. & sollemnia Imperatorum, & præcisè vota, & sollemnia dicebatur. Sueton. in Aug. Capitolin. in Pertinac. Tacit. iiij. & xv. Annal. Tertull. in lib. de coron. Comitia autem non ea solùm dici quæ ad legendos magistratus fierent, sed pro conuentu populi accipi solere manifestum est.*

g Nam Græcor. vetustas. *Ex eod. Cæl. lib. c. 5. sed hæc confusa & perturbata sunt.*

h Siue ab inanitate, quam Græci μανίαν. *Ita interpretatur μάνον & μανίαν Eustath. ιλ. ϕ. explicans vocem ψαφῶρον. Ergo etiam apud Aurelian. inanitate pro iniquitate reponendũ videri possit, subijcit enim:* Quã appellant maniam, vel quod animum siue mentem vltra modum laxet, manon enim dimissum siue mollem appellant. *Hispana quoque tralatio.* O es dicha ab inanitate: esto es de vaziamiento, ò de cosa vazia, que los Griegos llaman manie. *Adde, quod Isid. lib. 5. cap. 28.* Alij *(inquit)* putant manè vocari abãére, quia manus id est rarus est, atq. perspicuus. *In eo vero quod superius Græci μανεῖν diuinare esse dixit. Gothicos libros sumus secuti.*

i Typi sunt frigidæ febres. *Eiecimus hinc illa (quæ abusiuè appellantur ab herba, quæ in aqua nascitur) quamuis erant in omnib. libris, neque. n. dubium, quin huc nullo addicta sint consilio è libro 17. Quod vero forma, atque statura è libris scripsimus; statutum mallebat Chacon; vocari enim legem; siue pragmaticam apud Iustinianum τύπον. Nouell. Græc. 165. 166. edictumq. νῆ. τύπον πραγματικὸν inscribi. Eadem quoque leges formas Latinè dici in l. decernimus C. de Sacrosc. Eccles. A statutis ergò temporib. & ea lege, quam periodica febres seruant, τύπους appellatas.*

k Coryza-quoties influxio. *è Cæl. lib. 2. c. 7.*

l In ossa ven. *In os ven. n. R* C.

m & prouocationem. *Ita Goth. o. alij* præfocationem. *Facilis lapsus ex digamma*

n Perineupmonia. *Hanc superiori capite inter acutas posuit, alios fortasse secutus: hic Cælium imitatur qui eam in tardis numerat.*

o Tussis Græc. Νῆπε ϐῆξ quasi ϐοῦξ, siue ϐῆσσα. aut ϐοῦσσα

p Apo-

p Apostema à collectione. *Collectionem vocant recentiores, quem celsus abscessum nominat.*

q Empye. *Cæl. lib. 2. tard. c. 14.* Item empyica passio quod ex vomica collectionis interioris purulenta per tussiculam excludantur sputa.

r Hydrops. *Cæl. lib. 3. c. 8.*

s Nephritis. *Quæ etiam διαβήτης.*

t Paralysis dicta à corp. imp. *Ita o. l. neq. deest, qui tueatur hanc lectionem, esse n. pensare ponderare. Laborare igitur suo pondere paralyticos, qui ægre suos artus (vt ait Seneca) moliuntur. Nobis illud suspicari venit in mentem: ex librarior. compendijs natum esse vitium. Fuisse enim potuit; dissolutio corporis impensationem. Id est, dissolutio corporis impediens actionem.*

v Cachexia. *Cæl. lib. 3. c. 6.*

x Atrophia. *Idem lib. 2. c. 14. & lib. 3. c. 7.*

y Sarcia. *Ita lib. 6. Cæl. polysarcia.*

z Ischias. *Idem lib. 5. c. 1.*

a Podagra. *Ibid. c. 2.*

b Diarrhœa. *Diarrhœa, & Satyriasis in acutis numerantur à Cælio.*

c Fit autem anteced. f. &c. *Verba sunt Cælij lib. 4. c. 6.*

d Per læuia intestin. *Al. lenia.*

De morbis qui in superficie corporis videntur. Cap. VIII.

ALopecia est capillorum fluor circumscriptis pilis fuluis, a æris qualitatem habẽtibus: vocata hoc nomine à similitudine animalis vulpeculæ, quam Græci ἀλώπεκα vocant.

Parotides sunt duritiæ vel collectiones, quæ ex febribus vel aliquo alio nascuntur in aurium vicinitate: vnde & παρωτίδες sunt appellatæ. ὦτα enim Græcè auriculæ dicuntur.

Lentigo vestigia macularum paruula in rotunditatem formata. à specie lenticulæ dicta.

b Erysipelas est quam Latini sacrũ ignem appellant, id est, execrandum per antiphrasim. Siquidem in superficie rubore flãmeo c cutis rubescit. Tunc moto rubore quasi ab igne vicina inuaduntur loca, ita vt etiam febris excitetur.

Serpedo est rubor cutis cum pustularum extantia, & nomen sumpsit à serpendo, eò quòd serpat per membra.

Impetigo est sicca scabies: prominens à corpore cum asperitate & rotunditate formæ. Hanc vulgus sarnam appellat.

Prurigo vocata à perurendo & ardendo.

Nyctalmus est passio, qua per diem visus patentibus oculis denegatur, & nocturnis irruentibus tenebris redhibetur, aut versa vice (vt plerique volunt) die redditur, nocte negatur.

d Verrucæ aliud sunt: Satyriasis aliud. Verrucæ singulatim sunt, Satyriasis verò vna fortior, ac circa ipsam plures inueniuntur.

Scabies, & lepra, vtraque passio, asperitas cutis cũ pruritu & squammatione: sed scabies tenuis asperitas & squãmatio est. Hinc deniq. nomen accepit, quæ ita veluti purgamenta amittat. Nam scabies quasi squammies.

e Lepra verò cutis asperitas squammosa lepidi similis, vnde & nomen sumpsit: cuius color nunc in nigredinem vertitur, nunc in alborem nunc in ruborem. In corpore hominis ita lepra dignoscitur: si variatim inter sanas cutis partes color diuersus appareat: aut si ita se vbiq. diffundat, vt omnia vnius coloris quamuis adulterini faciat.

Elephantiacus morbus dicitur ex similitudine elephantis, cuius naturaliter dura & aspera pellis nomen morbo in hominibus dedit, quia corporis superficiem similem facit elephantorũ cuti, siue quia ingens passio est, sicut animal ipsum ex quo deriuatum ducit nomen.

Ictericus Græcè appellatur à cuiusdam animalis nomine, quod sit coloris fellis. Hunc morbum Latini arcuatum appellant ad similitudinem cælestis arcus. Auruginem verò Varro appellari ait à colore auri. g Regium autem morbum inde æstimant dictum, quòd vino bono & regalibus cibis facilius curetur.

h Cancer à similitudine maritimi animalis vocatũ vulnus (sicut medici dicunt) nullis medicamentis sanabile. Aut ergo præcidi solet à corpore membrum vbi nascitur, vt aliquantò diutius viuat: tamen inde mortẽ, quamlibet tardius, affuturam.

Furunculus est tumor in acutum surgens, dictus quòd ferueat, quasi feruunculus: vnde & Græcè ἀνθρακὶς dicitur, quòd sit ignitus.

i Ordeolus est paruissima & purulenta collectio in capillis palpebrarum constituta, in medio lata, & ex vtroq. conducta, hordei granum similans: vnde & nomen accepit.

k Oscedo est, qua infantum ora exulcerantur, dicta ex languore oscitantium.

Frænusculi vlcera circa rictum oris: similia his quæ fiunt iumẽtis asperitate frænorum.

Vlcus putredo ipsa: vulnus quod ferro fit quasi vi. Et vlcus quod olet quasi olcus.

Pustula est in superficie corporis turgida veluti collectio.

[1] Papula est paruissima cutis erectio, circũscripta cum rubore: & ideo papula dicta, quasi pupula. Sirimpio ----

Sanies dicta quia ex sanguine nascitur, excitato enim calore vulneris, sanguis in saniem vertitur. Nam sanies non fit in quocunq. loco, nisi vbi sanguis aduenerit: quia omne quod putrescit, nisi calidum & humidum fuerit, quod est sanguis, putrefieri non potest. [m] Sanies autem & tabes sibi differunt. Fluere enim sanie viuorum est, tabe mortuorum.

Cicatrix est obductio vulneris, naturalem colorem partibus seruans, dicta quòd B obducat vulnera atq. obcæcet.

[a] Cap.VIII. circunscriptis p. f. æris qualitatẽ habentib. *Al. aeris. Sed reyciebat hac omma, vt aliena, Chacon.*

[b] Erysipelas. *Ab ἐρὶ voce augendi, & σύπεσθαι, putrescere ἐρισήπελας vocari quidam volunt.*

[c] cutis rubescit. *Al. cutes rubescunt.*

[d] Verrucæ aliud sunt, Satyriasis, *Editio antiqua, phthiriasis, manuscripti oẽs, satyriasis, habent. Morbus vterq. à verruculoso valde diuersus. Quamuis satyriasis nomine alia quoq. morbor. genera ab eo, de quo superiori capite dixit, significantur. Vt phthires, aut phthiriasis velimus. Eustathius facit, qui; λ. β. ad verba ὁ μιλτος ἔχων φθείρων τὸ ὄρος ἄκρον τὸ φυλλον: φθεῖρ (inquit) σημαίνει τὴν ψώραν. ἢ τὰς ψώρας τῆς πίτυος. Quod si verum est, magna similitudo φθείρες siue, vt loquitur Didymus, φθείρεις cum verrucis. Siquis satyriasis magis probat, Gotthicos codices auctores habeat.*

[e] lepidi similis. *Id est squãma. Cassius Felix*: Lepida species scabiei corticosa squammas in se ostendens Græcè dictas lepidas, vnde nomen à Græco lepra accepit. *Scribon. larg. cap. 133.* squamma æris, quam Græci λεπίδα vocant.

[f] Ictheron à cuiusd. animal. *Galen. ab ictide mustella agresti. Plinius ab ictero auicula. Gloss.* Aurugo ἴκτερος. *Hieronym. Amos. c. 4.* יְרַקּוֹן id est auruginem omnes ictheron trastulerunt.

[g] Regium. *Plin. lib. 22. c. 4.* Varro regiũ cognominatũ morbũ arquatũ tradit, quoniã mulso curetur.

[h] Cancer. *Locus sumptus ex Aug. lib. 22. de ciuit. cap. 8. sed vlcus dicendus fuit potius, quàm vulnus, cancer, si verè paullò pòst vulnus ab vlcere distingnit.*

[i] Ordeolus ex vtroq. conducta. *Libri A. Aug. ex vtraq. parte conducta, id est, vt ipse interpretabatur, angusta, & quasi concluſa, vel circumducta.*

[k] Oscedo. *Duo morbi confundi videntur, Oscedo, & quas Græci ἄγδας vocant. Ergo hæc quidã ita distinguebat; Oscedo dicta ex languore oscitantium. Aphthæ quib. infantium ora exulcerantur.*

[l] Papula q. pupula. *Al. quasi papilla. Pupulas veteres puellas dicebant laneas.*

[m] Sanies autẽ & tabus. *è Seru. Æn. 8. ad V. tormẽti genus.*

De remedijs & medicaminibus. Cap. IX.

MEdicinæ curatio spernenda non est. [a] Meminimus enim & Isaiam Ezechiæ languenti aliquid medicinale mandasse, & Paulus Apostolus Timotheo modicum vinum prodesse dixit. Curatio autẽ morborum tribus generibus constat: Pharmacia, quam Latini medicamina vocant. Chirurgia, quam Latini manuum operationem appellant, manus enim apud Græcos χεὶρ vocatur: diæta, quam Latini regulam nuncupant, est enim obseruatio legis & vitæ. Sunt autem omnium curationum species tres: primũ genus diæticum: secũdum pharmaceuticum: tertiũ chirurgicũ. [b] Diæta est obseruatio legis & vitæ. Pharmacia est medicamentorum curatio. Chirurgia est ferramentorũ incisio: nam ferro excidũtur quæ medicamentorũ non sensserint medicinam. Antiquior autem medicina herbis tantum & succis erat. Tãlis n. medendi vsus cœpit: deinde ferro & cæteris medicamẽtis.

Omnis autem curatio aut ex contrarijs aut ex similibus adhibetur. Ex contrarijs: vt frigidum calido, vel siccum humido: sicut & in homine superbia sanari non potest, nisi humilitate sanetur. Ex similibus verò, sicut ligamentum vel rotundo vulneri rotundũ, vel oblongo oblongum apponitur. Ligatura enim ipsa non eadem membris & vulneribus omnibus, sed similis simili coaptatur. C quæ duo etiã ipsa adiutoria nominibus suis significant. Nam antidotum Græcè, Latinè ex contrario datũ dicitur. Contraria enim contrarijs medicinæ ratione curantur. At contrà ex simili vt πικρὸν, quod interpretatur amara: quia gustus eius amarus est. Ex conuenienti enim nomen accepit, quia amaritudo morbi amaritudine solui solet.

Omnia autẽ medicamẽta ex proprijs causis habent vocabula. Hiera enim dicta quasi diuina. Arteriaca, quòd apta sint gutturis meatui, & tumores fauciũ & arteriarũ leniãt. Theriaca est antidotum serpentinũ, quo venena pelluntur, vt pestis peste soluatur. Cathartica Græcè, Latinè purgatoria dicuntur. [c] Catapotia, eò quòd modicũ potetur seu inglutiatur. Diamorõ à succo mori nomen D sumpsit, ex quo conficitur: sicut diacodion, quia ἐκ τῆς κωδείας, id est, ex papauere fit: sicut diaspermaton, quia ex seminibus componitur. [d] Electarium vocatũ eò quòd molle sorbeatur, Trochiscus dictus: quia in modũ rotulæ deformat. τρόχος enim Græcè rota dicitur. [e] Colyria, Latinè sonãt, quòd vitia oculorum detergant. Epithema eò quòd superponatur, alijs adiutorijs præcedentibus. Cata-

Cataplasma, eò quòd inductio sola fit. Emplastrum eò quòd inducatur. Malagma eò quòd sine igne maceretur & comprehendatur. Enema Græcè, Latinè relaxatio dicitur. [f] Pessaria dicta quòd intùs injciantur:

Medicinam iumentorum Chiron quidam Græcus inuenit: inde pingitur dimidia parte homo, dimidia equus. Dictus autem Chiron ἀπὸ τοῦ χειρίζειν, quia chirurgus fuit.

Criticos dies medici vocant, quibus credo ex iudicio infirmitatis illud nomen impositum est: quòd quasi iudicent hominem, & sententia sua aut puniant, aut liberent.

[a] Cap. IX. Meminimus enim & Isaiam. *Verba sunt Tertull. in lib. de coron. milit.*

[b] Diæta obseruatio legis, & vitæ. *Legis cur dixerit, haud ita obuiam. Sic apud Demosth. διαιταν ἐπιτρέψαι, & apud Thucydidem διαιτᾶσθαι idem esse quod πολιτεύεσθαι obseruarunt ante nos alij.*

[c] Catapotia. *Scrib. larg. c. 87.* Catapotium id est, medicamentum quod non diluitur, sed ita vt est, deuoratur.

[d] Electarium. *Ita vocatur à Cel. lib. 3. acut. c. 4. ecligma à Plin. lib. 20. c. 14. & 22. quod sub lingua liquatur à Celso.*

[e] Colyria. ἀπὸ τοῦ κωλύειν τὸν ῥῦν. *id est à prohibenda fluxione.*

[f] Pessaria. *Cels. lib. 5. c. 21.* Vt ea quæ fœminis subijciunt πέσσους Græci vocant. *Inde πεσσάριον diminutionis vox. Isidorus verò pessaria, quod pessum eant, dicta videtur existimasse.*

De libris medicinalibus. Cap. X.

APhorismus est sermo breuis, integrum sensum propositæ rei scribens.

Prognostica præuisio ægritudinũ, à prænoscendo vocata. Oportet enim medicum & præterita agnoscere, & præsentia scire, & futura præuidere.

[a] Dynamidia potestas herbarum, id est vis & possibilitas. Nam in herbarum curæ vis ipsa δυνάμις dicitur. vnde & Dynamidia nũcupatur, vbi eorum medicinæ scribuntur.

Botanicum herbarium dicitur, quòd ibi herbæ notentur.

[a] Cap. X. Dynamidia. *Sic appellarunt recentiores medici Galeni libros de simplicib. medicament. sernatq. hodie id nomen vetus eor. librorum interpretatio.*

De instrumentis Medicorum. Cap. XI.

ENchiridion dictum quòd manu astringatur, dum plurima cõtineat ferramenta. χεὶρ enim Græcè manus vocatur.

A Phlebotomũ ab incisione vocatum. Nam incisio Græcè τομὴ dicitur.

[a] Simile -- Angistrum -- Spatomele --

[b] Guua quæ à Latinis à similitudine cucurbita, [c] à suspirio ventosa vocatur. Deniq. animata spiritu per igniculum, dehinc præciso corpori superposita, omne quod intra cutem vel altius æstuat, siue humorem, siue sanguinem, euocat in superficiem.

Clyster ---

Pila à pinsendis seminibus, id est, terendis: Hinc & pigmenta eò quòd in pila & pilo aguntur quasi pilagmenta. Est enim pila vas concauum & medicorum aptũ vsui, in qua propriè ptisanæ fieri & pigmenta concidi solent. Varro autem refert Pilumnũ quendam in Italia fuisse, [d] qui pinsendis præfuit aruis: vnde & pilumni & pistores. Ab hoc ergo pilum & pilam inuenta, quibus far pinsitur, & ex eius nomine ita appellata. Pilum autem est vnde contunditur quicquid in pilam mittitur.

Mortarium, quod ibi iam semina in puluerem redacta & mortua condiantur.

[e] Coticula est, in qua circunducta colyria resoluuntur, erit enim lenis. Nam aspera frangi potius, quàm resolui, colyrium facit.

C [a] Cap. XI. Simile --- Angistrum --- Spatomele, *Harum vocum interpretationes desunt. σμίλιον vsus est in expurgandis vulneribus. Vnde σμιλευμα vocat Aristoph. in Ranis quod abraditur. Inde etiam σμιλάριον minuendi forma. Angistrum medici nunc vacinum dicunt. Spatomele ad explorandа vlcera adhibetur. μίλης etiam meminit Pollux ad idem opus.*

[b] Guua. *Ita meliores CC. alij cum impress. antiq. Guaia. Vtráque lectionem defendunt viri doctissimi. Qui Guua volunt ex errore lectionis Græcæ vocis Guaia fluxisse dicunt. Græcis n. ουια vel συκια cucurbita permutari. n. sæpe ι & υ. alterumq. in alterius locum immigrare. Chacon qui Guaa malliebat ex casa G pro C. & υ. pro F. digammo subeuntib. factum Guua existimabat. Vocari enim cucurbitas leues, quæ sine scarificatione adhibentur, à Græcis κύφας, & quidem non modo u pro f. in Gotthicis libris frequens: sed & lib. 19. cap. 19. in Codice Omiensi peruetusto Gusia est vbi in reliquis omnib. Guuia inest umentum fabror. De cuphis porrò sæpè Cælius, vt lib. 4. c. 7.* Cucurbitę apponendæ leues, quas Græci cuphas vocant, *& c. 8.* appositio cucurbitæ leuis quam Græci cupham vocant. *Isidorum verò, qui cucurbitas omnes à Græcis cuphas vocari putaret, deceptum Cælij lectione idem fatebatur.*

[c] à suspirio ventosa. *Satyricus.* Iam dudũ caput hoc ventosa cucurbita quærit. *Et Theod. Priscianus lib. 2. c. 6.* His cucurbitæ ventosæ sunt imponendæ. *Celsus cucurbitas medicinales appellat.*

[d] Pinsendis præfuit aruis. *Ita CC. o. herbis tamen legit Hispanus interpres:* Varro dize, que Pilomino fue vn hombre en Italia que mejor molie yeruas, y mejor las amasaua que todos los otros. *Sed quia frumento*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pinsendo præfuisse ait Seruius initio libri ix. aruis ex libris retinuimus, vt aruis pro frumentis ponatur, vt apud Horat. Ne percuncteris fundus meus optime Quincti, Aruo pascat herum, an baccis opulentet oliuæ, &c.

e Coticula. *Al. citicula. A. Augustinus Cotyl. u. Plinius lib. 31. c. 9. de sale.* Ad hæc Hispaniēsis eligitur, contraq. suffusiones oculorū cum lacte in coticulis teritur.

De odoribus et vnguentis. Cap. XII.

ODor vocatus ab aëre.

Thymiama lingua Græca vocatur, quòd sit odorabile. Nam thymus dicitur flos qui odorem refert. de quo Virgilius-redolentque thymo flagrantia mella.

Incensum dictum: quia igne consumitur dum offertur.

Tetraidos, formulæ incensi in longitudinem porrectæ, quæ fiunt ex quattuor pigmentis. Quattuor enim Græcè τέτταρα formula εἶδος dicitur.

Stacte est incensum quod ex pressura manat, dictum à Græcis [a] ἀπὸ τοῦ στάζειν, quod est manare & distillare.

Myrobalanū: quia fit ex glande odorata de quo Horatius: Et pressa tuis balanus capillis. Oleum est purum nulliq. rei admixtū. Vnguentum verò est omne quod ex communi oleo confectum, aliarum specierum conmixtione augetur, odoris iucunditatem sumens & longiùs redolens.

Vnguenta autem quædam dicuntur à locis, vt [b] Telinum, cuius Iulius Cæsar meminit, dicēs: Corpusq. suaui Telino vnguimus. Hoc conficiebatur in insula Telo, quæ est vna ex Cycladibus. Sunt & quædam ab inuentorum nomine, vt Amaracinum. [c] Nam quidam tradunt regium quendam puerum Amaracum nomine complura vnguentorum genera ferentem casu prolapsum esse, & maiorem ex commixtione odorē creasse. Vnde nunc optima vnguenta Amaracina dicuntur, sunt autem ex genere florū. Item alia quæ à materiæ suæ qualitate dicuntur, vt rosaceum à rosa: Cyprinū à flore Cypri: vnde & propriæ materiæ odorem referunt. Ex his quædam simplicia vnguenta sunt, quæ ex vna tantùm specie existunt, vnde & sui nominis referunt odoratum, vt anethinum: est enim syncerum ex oleo & anetho tantùm. Composita autem sunt quæ pluribus admixtis fiunt: vnde & nominis sui odorem non habent: quia obtinentibus alijs quæ admiscentur, incertum odorē ducunt:

Cerotum. ----

Chalasticum. ----

Martiatum. ----

a Cap. XII. *ἀπὸ τοῦ στάζειν. VV. CC. παρὰ τὸ στάζειν στάκτην, id est obtritum. Al. id est optimum.*

b Telinum, cuius Iul. Cæs. *Ad libros de analog. hæc refert Fuluius Vrsinus. Sed A. Augustinus non Cæsaris Dictatoris, sed Strabonis Tragici verba putabat, cuius Cicero meminit in Bruto, & Festus in Propheras, quòd senarius ipse propè integer nobis quoq. persuadet. Integer autem fortasse fuit.* Corpusq. suum Telini vngume vnguimur. *Telini meminit etiam Tertull. in lib. de pall. & Athenæus lib. 15. cap. 15.*

c Nam quidam tradunt regium quend. puer. *Ex Seru. Æn. 1.*

d Vt Cerotum Chalasticum. *Coniunctè hæc legebat Chacon ex Marcell. lib. de medic. c. 35.* Chalasticū Olympiacum cerotarium insigne. *& c. 25.* descriptio ceroti Chalastici. *Apud Priscianum vero lib. 2 cum Chalastici fomenti, cataplasmatis, adiutorij, aquæ, clysteris mentio fit, in his omnib. chalastici vox laxandi vim habet. Martiatum vero ab inuentore dicunt appellatum, vt Marcelianū, de quo Martialis:* Cuius olet toto pinguis coma Marcelliano, Et splendent vulso brachia trita pilo.

De initio Medicinæ. Cap. XIII.

QVæritur à quibusdam, quare inter cæteras liberales disciplinas Medicinę ars non contineatur. Propterea, quia illæ singulares continent causas, ista verò omnium. Nam & Grammaticam medicus scire iubetur, vt intelligere vel exponere possit quæ legit. Similiter & Rhetoricam, vt veracibus argumentis valeat definire quæ tractat. Nec non & Dialecticam propter infirmitatum causas ratione adhibita perscrutandas atq. curandas. Sic & Arithmeticam propter numerum horarum in accessionibus, & periodis dierū. Non aliter & Geometriā propter qualitates regionum, & locorū situs: in quibus doceat, quid quis obseruare debeat. Porrò Musica incognita illi non erit: nam multa sunt quæ in ægris hominibus per hāc disciplinam facta leguntur: sicut de Dauid legitur quia à spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Asclepiades quoque medicus phreneticum quendam per symphoniā pristinæ sanitati restituit. Postremo & Astronomiam notam habebit, per quam contempletur rationem astrorum & mutationem temporum: nam sicut ait quidam medicorum, cum ipsorum qualitatibus & nostra corpora cōmutantur. Hinc est quod Medicina secunda Philosophia dicitur. Vtraque enim disciplina totum sibi hominem vendicat. Nam sicut per illam anima, ita per hanc corpus curatur.

DIVI

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER QVINTVS.

De Legibus, & Temporibus.

DE AVCTORIBVS legum. Cap. I.

MOYSES [a] genti Hebraicæ primus omnium diuinas leges sacris litteris explicauit. [b] Phoroneus rex Græcis primus leges iudiciáq. constituit. [c] Mercurius Trismegistus primus leges Ægyptijs tradidit. [d] Solō primus leges Athenienſibus dedit. [e] Lycurgus primus Lacedæmonijs iura ex Appollinis auctoritate cōfinxit. [f] Numa Popilius, qui Romulo succesſit in regnum, primus leges Romanis edidit: deinde [g] cùm populus seditiosos magistratus ferre non posset, Decemuiros legibus scribendis creauit, qui leges ex libris Solonis in Latinum sermonem translatas xij. tabulis exposuerunt. Fuerunt autē hi: Appius Claudius, T. Genutius, P. Sextius, Spur. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpitius, [h] P. Curiatius, T. Romilius, Sp. Postumius. Hi [i] Decemuiri legum conscribendarum electi sunt.

[k] Leges autem redigere in libris primus consul Pompeius instituere voluit, sed non perseuerauit, obtrectatorum metu: [l] deinde Cæsar cœpit id facere, sed ante interfectus est. Paullatim autem antiquę leges vetustate atque incuria exoleuerunt: quarum etsi nullus iam vsus est, notitia tamen necessaria videtur.

[m] Nouæ à Constantino Cæsare cœperunt & reliquis succedentibus: erantque permixtæ & inordinatæ. [n] Postea Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani & Hermogeniani Codicē factum constitutionum à Constantini temporibus, sub proprio cuiúsque Imperatoris titulo dispositum, quem à suo nomine Theodosianum vocauit.

a Cap. I. Moyses genti Hebraicæ. *Ex Euseb. Chroni.*

b Phoroneus Rex Græcis. *Qui fuit Argiuor. Rex. 11. vt ibid. tradidit Euseb.*

c Mercurius Trismeg. *Lact. lib. 1. c. 16.*

d Solon primus. *Ante Solonē scripserat leges Draco. Sed populus Athenienſis vnà Soloni reip. initia accepta ferre solutus est.*

e Lycurgus. *Aug. 2. de ciuit. c. 16.* Quamuis Lycurgus Lacedæmonijs leges ex Apollinis auctoritate se instituisse confinxerit, quod prudenter Romani credere noluerunt; propterea non inde acceperunt.

f Numa Pompil. *Virgil.* Nosco crines incanáque menta Regis Romani primus qui legib. vrbem Fūdabit. *Quamuis Romulum, & Tatium suas antè leges condidisse dicant Festus in Plorare. & Pompon. cap. 2. D. de orig. iur.*

g Cum populus seditiosos magistr. *Ex lib. de Viris Illust. in Virginio: & seditiosus, legebat Chacon ex veteribus quibusd. libris. Nondum enim fuisse seditiosos magistratus.*

h P. Curiatius. *Ex Liuio, & Cassiod. Al. Curatius.*

i Hi Decem vir. leg. c. e. s. *At non hi xij. tab. auctores, sed his suffecti excepto App. Claudio. Gratianus,* legum scribendar. causſa.

k Leges autem redigere. *Vnde hoc sumpserit, incertū a C. Tarracon. vno abest vox* Pompeius. *Vnde suspicabatur A. Aug. C. primùm scriptum fuisse, inde factum Consul, additúmq. ab aliquo* Pompeius *ex margine. Cum C. Ciceronem fortasse ostenderet. quem constat librum edidisse de iure ciuili in artem redigendo. Sed quod sequitur: nō perseuerasse obtrectatorum metu, nescio an satis in Ciceronis personā cadat, cadit autem optimè in Pompeium, cuius potentia inuidiosa, & suspecta erat.*

l Deinde Cæs. *Suet. in Iulio.*

m Nouæ à Constantin. Cæs. cœp. *A. Aug. propter Theodosianas, inquit, constitut. quar. collectio ex Christianor. Principum constitutionibus const. at. eóque volumine Hispania vtebatur (non Iustiniani Codice) sumpto ex tribus Codicibus, in quibus leges Paganor. & Christianor. continentur.*

n Postea à Theodos. min. *Sic etiam Iuo. part. 4. c. 170. decret. & lib. 2. tit. 12. c. 17. Panormiæ. Legitur etiam iunior. in quibusd. Gratiani & Isidori libris.*

De legibus diuinis et humanis. Cap. II.

OMnes autem leges aut diuinæ sunt, aut humanæ. Diuinæ natura: humanæ moribus constant: ideóq. hæ discrepant, quoniam aliæ alijs gentibus placent.

[a] Fas lex diuina est: ius lex humana. Transire per alienum fas est, ius non est.

[a] Cap. II. Fas lex diuina. *è Seru. Georg. 1. ad V. Fas & iura sinunt.*
[b] Transire per alienum. *Ita Gotth. CC. agrum addidit Gratianus.*

Quid differant inter se ius, leges, et mores. Cap. III.

IVS [a] generale nomen est: lex autem iuris est species. Ius [b] autem dictum, quia iustum. Omne autem ius legibus & moribus constat.

Lex est constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo: siue lex non scripta. Nam lex à legendo vocata: quia scripta est.

Mos autem longa cõsuetudo est de moribus [c] tracta tantundem. [d] Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum: quod pro lege suscipitur, cùm deficit lex. nec differt scriptura, an ratione consistat, quando & legem ratio commendat. Porrò si [e] ratione lex constat; lex erit omne iã quod ratione constiterit, dumtaxat quòd religioni cõgruat, quòd disciplinæ cõueniat, quòd saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est vsu.

[a] Cap. III. Ius generale. *è Seru. Æn. 1. ad V.* Iura dabat legésque viris.
[b] Ius autem dict. quia iustum. *Vlp. c. 1. de iust. & iur.* Est autem ius à iustitia appellatum, *& Paul. c. 11.* Ius autem plurib. modis dicitur, &c.
[c] tracta tantundem. *Ita pleriq. CC. vnus Tarracon.* tracta tantum.
[d] Consuetudo autem est i. q. m. c. *Ex Iuliano c. 32. D. de legib. Reliqua ex Tertull. lib. de corona milit.*
[e] si ratione lex constat. *Ita apud Tertull. Al. consistat vt lib. 2. c. 10. & apud Gratian.*

Quid sit ius naturale. Cap. IV.

IVS aut naturale est, aut ciuile, aut gentium. Ius naturale est commune omniũ nationum, & quod vbique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habeatur: vt viri & fœminæ coniunctio, [a] liberorum susceptio & educatio, communis omnium possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum, quæ cælo, terra, mariq; capiuntur. Item depositæ rei vel [b] commodatæ restitutio: violentiæ per vim repulsio. [c] Nam hoc aut si quid huic simile est, nunquã iniustum, sed naturale æquúmque habetur.

[a] Cap. IV. liberor. susceptio. *Ita meliores CC. nõ successio. Malè enim ante procreationẽ & educationẽ successio collocaretur.*
[b] vel commodatæ restitutio. *Al. commendatæ pecuniæ. non perinde rectè.*
[c] Nam hoc. *Paul. c. 9. de iust.* Ius pluribus modis dicitur, vno modo cum id quod semper æquum & bonum est ius dicitur, vt est naturale.

Quid sit ius ciuile. Cap. V.

IVS [a] ciuile est, quod quisq. populus [b] vel ciuitas sibi proprium, [c] humana diuináq. causſa constituit.

[a] Cap. V. Ius ciuile. *Ex Cai. c. 9. de iust. & iur.*
[b] vel ciuitas. *Ex c. omnis. de iust. & iur. D.*
[c] humana diuinâque causſa: diuina humanâq. *Gratianus. Est autem posita coniunctio pro disiunctione, quod neque Iurisconsultis insolens.*

Quid sit ius gentium. Cap. VI.

IVS gentium est sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, [a] fœdera, paces, inducię, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita: & inde ius gentium, quôd eo iure omnes ferè gentes vtuntur.

[a] Cap. VI. fœdera paces. *Sallust in Iugurth.* leges iudicia, fœdera atq. paces.

Quid sit ius militare. Cap. VII.

IVS militare est belli inferendi sollẽnitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem vel pugnæ commissio. Itẽ signo dato receptio: itẽ flagitij militaris disciplina, si locus deseratur: item [a] stipendiorum modus: dignitatum gradus: præmiorũ honor, veluti cùm corona vel torques donantur. Item prędę decisio: & pro personarũ qualitatibus & laboribus iusta diuisio. item principis portio.

[a] Cap. VII. stipendiorum modus. *Hinc duplicarij, quibus virtutis ergò stipendia duplicabantur: & ære diruti, quib. detrahebantur ignominiæ causſa. Vid. Fest. & Cicer. in Verr.*

Quid sit ius publicum. Cap. VIII.

IVS [a] publicum est in sacris & sacerdotibus, & in magistratibus.

[a] Cap. VIII. *Ex Vlp. c. 1. D. de iust. & iur.*

Quid sit ius Quiritium. Cap. IX.

IVS Quiritium est propriè Romanorum, [a] quo nulli tenentur nisi Quirites, id est, Romani: tanquam de legitimis hæreditatibus, [b] de cretionibus, de tutelis, de vsucapionibus: quæ iura apud nullum alium populũ reperiuntur, sed propria sunt Romanorum [c] & in eosdem solos constituta. Constat autẽ ius Quiritium ex legibus, & plebiscitis, senatus consultis, cõstitutionibus principum, & edictis, [c] siue prudentum responsis.

[a] Cap. IX. quo nulli tenentur nisi ciues Rom. *Hæc Romanor. erant propria propter multas iuris obseruationes, & sollemnitates Quiritum proprias. Alioqui legitimæ hæreditates, & tutelæ, & vsucapiones etiam apud Græcos erant Græcor. legib. Sed Romæ Græci peregrini erant, nisi qui ciues Romani fuerunt. & hæredes fieri non poterant, neq. abintestato succedere ex iure Quirit. quo iure alij non tenentur nisi ciues Romani.*
[b] de cretionibus. *De quibus inf. c 24. & Vlp. in fragm.*
[c] siue prudentum resp. *Disiunctio pro coniunctione satis frequens in hoc opere.*

Quid lex. Cap. X.

LEX [a] est constitutio populi, qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

[a] Cap. X. Lex est. *Sup: lib. 2. c. 10.*

Quid scita plebium. Cap. XI.

SCita [a] sunt quæ plebes tantùm constituũt: & vocata scita, quòd ea plebs sciat, [b] vel quòd scisciit, ita vti rogata fuit.

[a] Cap. XI. Scita sunt. *Plebiscita. Grat. d. 2. c. 3.*
[b] vel quod scisciit, ita vti rogata fuit. *Vel quod exsciscit vt & rogat, & fuit Salm. & Compl. codices vetustissimi, non longè à recta scriptura. Alij quod sciscitatur, & rogat. mendosè; non enim plebs rogabat: sed ipsa potius rogabatur illa formula. Velitis, iubeatis, Quirites, & in fine: Hæc vti dixi, ita vos, Quirites, rogo. Post rogationem plebs in suffragium vocabatur; binæ singulis tabellæ ministrabantur: alteri A littera erat inscripta, quæ antiquo, id est, antiqua probo significabat: alteri V. R. id est, vti rogas. Est autem sciscо, vt Festus interpretatur, iubeo, sententiam dico, vel suffragium fero. Quod si sciscitatur & rogatur, vel sciscitur & rogatur legas, vt est in alijs libris, posterius prioris erit interpretatio. Gloss. sciscit νομοθέτει.*

Quid senatusconsultum. Cap. XII.

SEnatusconsultum, quod tantùm [a] senatores populis consulendo decernunt.

[a] Cap. XII. senatores populis. *Ita o. l. sed populi R. legebat Chacon. natus error ex similitudine ſ & ſ Gotthicor. characterum: quorum prius ſ. posterius r. illis sunt.*

Quid constitutio et edictum. Cap. XIII.

CONstitutio vel edictum, quod Rex, vel Imperator constituit vel edicit.

Quid responsa prudentum. Cap. XIIII.

REsponsa sunt quæ iurisconsulti respondere dicuntur consulentibus: vnde & [a] responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidã prudentes & arbitri æquitatis, qui [b] institutiones ciuilis iuris compositas ediderũt: quibus dissidentium lites contentionésque sopirent.

[a] Cap. XIIII. responsa Pauli. *Qui xxiij. libros Responsorum scripsit, ex quibus multa in Digestor. libris leguntur.*
[b] institutiones iuris ciuil. *A responsis ad institutiones venisse dicebat A. Augustinus propter Caij institutiones cum Pauli sententijs ab Alarico editas p. st Codicem Theodosianum.*

De legibus consularibus et tribunitijs. Cap. XV.

QVædam etiam leges dicũtur ab ijs qui condiderunt, vt [a] consulares: tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ. Nam & sub Octauiano Cæsare [b] suffecti Cõsules Papius & Poppæus legem tulerunt: quæ à nominibus eorum appellatur Papia Poppæa, continẽs Patrum præmia pro suscipiẽdis liberis. Sub eodem

dem quoque Imperatore [c] Falcidius tribunus plebis legem fecit: ne quis plus testamẽto legaret, quàm vt quarta pars superesset hæredibus. Ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est. Aquillius quoque legem cõdidit, quæ hactenus Aquillia nuncupatur.

[a] Cap.XV. Consulares, Tribunitiæ. *Consulares leges vocabantur; quæ, Consule populum rogante, lata erant. Tribunitiæ, quæ tribuno: quamuis hæc plebiscita propriè appellarentur. Sed sæpius leges Cic. 3. de legibus.* Leges sunt veteres, neque eæ consulares (siquid interesse arbitramini) sed Tribunitiæ. *Vid. Agell. lib. 10. c. 20.*

[b] Suffecti consules. *Consules suffecti dicebantur, qui non Kalendis Ianuarijs vt ordinary, sed aliqua parte anni consulatum capiebant. Senec. lib. 3. de ira c. 31.* Dedit mihi præturam, sed consulatum speraueram; dedit duodecim fasces, sed non fecit ordinarium consulem: à me numerari voluit annum, sed deest mihi ad sacerdotium, &c. *Ausonius in Gratiar. actione.* Sed consulatus ille cuiusmodi? ordinario suffectus, bimestri spatio interpositus, in sexta anni parte consumptus. *Vid. Dion. lib. 48.*

[c] Falcidius. *Locus ex Eusеb. Chron.*

De lege satyra. Cap. XVI.

SAtyra [a] verò lex est, quæ de pluribus rebus simul eloquitur dicta à copia rerum, & [b] quasi à saturitate: vnde [c] & satyram scribere est poëmata varia condere, vt Horatij, Iuuenalis & Persij.

[a] Cap. XVI. Satyra lex. *Nulla fuit lex quæ proprio nomine satyra vocaretur; sed leges omnes quæ multa, eáque diuersa continebant satyræ appellabantur, ducta similitudine siue ab ea lance quæ diuersis pomor. seu frugum generibus referta deorum templis inferebatur, siue à cibo varijs rebus cõdito. Inde quas leges perpetuò valere & æternas eße volebãt, in earum sanctionibus addebant, néue per satyram abrogato, aut derogato. hoc est, ne simul quis cum alijs alterius legis capitibus de eis abrogandis ad pop. ferret. Cùm enim turbulenti aut factiosi magistratus legem aliquam populo non iucundam abrogare cupiebant, legum capita quadam æquissima & multitudini valde grata proponere, intérque ea vnum de illa alia lege abroganda inserebant. quo artificio circumuentus populus vtiles sæpe leges imprudens abrogabat. Vnde plures trænslationes fluxere. Nam quidquid confusè non certato temporis, aut retum ordine fiebat, per satyram fieri dicebatur.* Gloß. Satyra. *νόμ⊙ πολλὰ περιέχων. Vid. Fest.*

[b] Et quasi saturitate. *Saturam scilicet dicebant, & scribebant Isidori ætate.*

[c] Vnde & satyram scribere. *Hæc aliena cẽsemus cum Chacone.*

De legibus Rhodijs. Cap. XVII.

RHodiæ leges naualium commerciorũ sunt, ab insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum vsus fuit.

De priuilegijs. Cap. XVIII.

PRiuilegia autem sunt leges priuatorum, quasi priuatæ leges. Nam priuilegiũ inde dictum, [a] quòd in priuato feratur.

[a] Cap. XVIII. quod in priuato feratur. *More suo pro in priuatum. nisi potius in priuatos legendum. Cic. 3. de legib.* Maiores nostri in priuatos homines leges ferri noluerunt, id est enim priuilegium.

Quid possit lex. Cap. XIX.

OMnis autem lex aut permittit aliquid, vt, Vir fortis petat præmium: aut vetat, vt, Sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, vt, Qui cædem fecerit, capite plectatur: eius enim præmio, aut pœna vita moderatur humana.

Cap. XIX. *Repetuntur hæc capita ex lib. 2. c. 10.*

Quare facta sit lex. Cap. XX.

FActæ sunt leges, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutâque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio, refrænetur nocẽdi facultas.

Quàlis debeat fieri lex. Cap. XXI.

ERit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco temporiq́ue conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

De caussis. Cap. XXII.

PRagma Græcum est, quod Latinè dicitur caussa: vnde & pragmata negotia dicuntur, & actor caussarum & negotiorum pragmaticus nuncupatur.

De testibus. Cap. XXIII.

TEstes quisq́ue ante iudicium sibi [a] placitis alligat: ne cui sit postea liberũ aut dissimulare, aut subtrahere se: vnde & alligati appellantur. Item testes dicti, quòd re-

stamento adhiberi solent: sicut signatores quod testamenta signant.

[a] Cap. XXIII. sibi placitis alligat-vnde & alligati. *An inde nos aliados, & aliança, quasi alligatos & alligationem dicimus? An potius sibi placitos ex A. Augustini veteri libro recipimus & allegat legimus, & allegati? namq. eosdem quoque non multum diuersa significatione allegados hodie vocamus? Deflexisse enim significationes ab antiquis infinitis in vocibus passim cernimus: Nam ad antestationem respicere non sit verisimile.*

De instrumentis legalibus. Cap. XXIV.

VOluntas generale nomen omnium legalium instrumentorum, quæ quia nõ vi, sed voluntate procedit, ideò tale nomen accepit.

Testamentum vocatum: quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari potest, nec sciri quod in eo scriptum sit: quia clausum & obsignatum est. & inde dictum testamentum: quia non valet nisi post testatoris monumẽtum: vnde Apostolus, Testamentum, inquit, in mortuis confirmatur. [a] Testamentum sanè in scripturis sanctis nõ hoc solùm dicitur: quod non valet nisi testatoribus mortuis, sed omne pactum & placitum, testamentum vocabant: nam Labã & Iacob testamentum fecerunt, quod vtique etiam inter viuos valeret, & in Psalmis legitur: Aduersum te testamentum dispoſuerunt, hoc est, pactũ: & innumerabilia talia.

Tabulæ testamenti ideò appellatæ sunt: quia ante chartæ & membranarum vsum in tabulis dolatis non solùm testamentum, sed etiam epistolarum alloquia scribebantur: vnde & portitores earum tabellarij vocãtur.

Testamentum iuris ciuilis est [b] quinque testium subscriptione firmatum.

Testamentum iuris prætorij est septem testium signis signatum: sed illud apud ciues fit, inde ciuile: istud apud prætores, inde iuris prætorij. Testamentum autem signare, notare est, vt notum sit quod scriptum est.

[c] Holographum testamentum est manu auctoris totum conscriptum atque subscriptum: vnde & nomen accepit. Græci enim [d] ὅλον totum, γραφὴν litteram dicunt.

Irritum testamentum est, si is qui testatus est, capite diminutus est, aut si non ritè factum sit.

Inofficiosum testamentum est, quod frustrà liberis exhæredatis, sine officio naturalis pietatis in extraneas personas redactum est.

Ruptum testamentum inde vocatur, eò quòd nascente posthumo, neque exhæredato nominatim, neque hærede instituto, disrumpitur.

Suppressum testamentum est, quod in fraudẽ hæredum vel legatariorũ seu libertorum non est palàm prolatum: quòd si non latet, tamen si prædictis personis non profe ratur, supprimi tamen videtur.

[e] Nuncupatio est, quum in tabulis cerisq́; testator recitat, dicens: Hæc, vt in his tabulis cerisque scripta sunt, ita do, ita lego: itáq. vos ciues Romani testimonium mihi præbitote, & hoc dicitur nuncupatio: nuncupare enim est palàm nominare & confirmare.

[f] Ius liberorum est coniugum sine liberis inuicem loco pignorũ hæreditatis alterna conscriptio.

[g] Codicillum, vt veteres aiunt, sine dubio ab auctore dictum, qui hoc scripturę genus instituit. Est autem scriptura nulla indigens sollemnitate verborũ, sed sola testatoris voluntate qualicumq. scripturæ significatione expressa: cuius beneficio voluntatibus defunctorum constat esse subuentum propter legalium verborum difficultatem, aut certè propter necessitatem adhibendorum sollẽnium: ita vt qui titulum scribit eiusdẽ scripturæ codicillum vocet: sicut autem codicillus fit vice testamenti: ita epistola vice codicillorum.

[h] Cretio est certus dierum numerus, in quo institutus hæres aut adit hæreditatem, aut finito tẽpore cretionis excluditur, [i] nec liberum est illi vltra capiendæ hæreditatis. [k] Cretio autem appellata est quasi decretio, id est, decernere vel constituere: vt putà, ille mihi hæres esto: additúrque cernitóque intra dies tot. Adeundarũ autem hæreditatũ centesimus statutus erat dies, quibus non esset cretio addita.

[l] Fideicommissum dictum, vt fiat quod à defuncto committitur. Nam fides dicta, eò quòd fiat: quod tamen non directis verbis, sed precatiuis exposcitur.

[m] Pactum dicitur inter partes ex pace cõueniens scriptura, legibus ac moribus comprobata: & dictum pactum quasi ex pace factum ab eo quod est pago, vnde, & pepigit.

Placitum quoque similiter ab eo quod placet.

placet. Alij dicunt pactum esse quod volēs quisque facit: ad placitum verò etiam nolens compellitur, veluti quando quisque paratus sit in iudicio ad respondendum: quòd nemo potest dicere pactum, sed placitum.

Mandatum dictum, quòd olim in commisso negotio alter alteri manum dabat.

Ratum verò quasi rationabile & rectum: vnde & qui pollicetur dicit: Ratū esse profiteor, hoc est, firmum atque perpetuum.

n Ritè autem esse non rectè, sed ex more.

o Chirographum ---

Cautio - --

Emptio & venditio est rerum commutatio atque contractus ex conuenientia veniens.

p Emptio autem dicta, quòd à me tibi sit: venditio quasi venundinatio, id est, à nundinis.

Donatio est cuiuslibet rei transactio. Dictam autem dicunt donationem, quasi doni actionem: & dotem, quasi do item. Præcedente enim in nuptijs donatione, dos sequitur. q Nam antiquus nuptiarum erat ritus, quòd se maritus & vxor inuicem emebant, ne videretur vxor ancilla: sicut habemus in iure. Inde est quod præcedente donatione viri, sequitur dos vxoris.

Donatio vsufructuaria ideò dicitur: quia donator ex ea vsumfructum adhuc retinet, seruato, cui donatum est, iure.

Donatio directa ideò nuncupatur: quia & iure & vsu statim transit in alterum: nec vltra inde aliquid ad ius donatoris retorquetur.

r Condiciones, testium sunt propriè: & dictæ condiciones à condicendo, quasi condictiones: quia non ibi testis vnus iurat, sed vel duo vel plures. Non enim in vnius ore, sed in duorum aut trium testiū stat omne verbum. Item condiciones, quòd inter se conueniat sermo testiū, quasi condictiones.

Stipulatio est promissio vel sponsio: vnde & promissores stipulatores vocantur: dicta autem stipulatio à stipula. s Veteres enim quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant: quam iterum iungentes, sponsiones suas agnoscebant. Siue quòd stipulum, t iuxtà Paulum iuridicum, firmum appellauerunt.

Sacramentum est pignus sponsionis: vocatum autem sacramentum, quia violare quod quisque promittit perfidiæ est.

a Cap. XXIV. Testamentum sanè. *Verba sunt Aug. in Ps. 82. & Hieronym Habac. 2.*

b quinque testium subscriptione firmatum. *Tot enim testes in testamento per æs & libram adhibebantur. Iustinianus verò, ait, iure ciuili signa testium necessaria non fuisse, sed iure tantum prætorio.*

c Holographum testam. *Amb. in epist. ad Gal. c 6.* Vbi holographa manus est, falsum dici non potest. ~~*Ide holographum, siue holographaton testamentum apud Iustinianum dicitur de quo*~~ *Nouell. 107. cap. 1.* βελόμενός τις γράμματα ἐπιτάμενος μεταξὺ τῶν αὐτοῦ παίδων βόλοιτο ποιήσασθαι διατύπωσιν, πρῶτον μὲν αὐτοῖς προγράφειν τὸν χρόνον, εἶτα καὶ τὰ τῶν παίδων ὀνόματα ἰκέσθαι χειρί, καὶ πρός γε τὸς ἀτιμασμὸς, εἰς ὃς γράφει κολεγόμενος αὐτὸς, μὴ τοῖς συμβόλοις τῶν ἀριθμῶν σημαινομένοις, ἀλλὰ δι' ὅλων γραμμάτων δηλωμένοις.

d γραφὴν litterā. *Littera proscriptura, vt apud incertum poētā:* Littera rē gestā loquitur, res ipsa medullam.

e Nūcupatio- - hæc vt in his tabulis *Vlpian. in fragm. Titul xx.* Nuncupatur testamentum in hunc modū: Tabulas testamenti testator tenens ita dicet: Hæc, vt in his tabulis cerisue scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos, Quirites, testimoniū præbitote. *Sed quod Vlpianus addit;* ita testor, *omissum ab Isidoro, nihil mirum. Ait n. Pomponius c. 120. de verbor. signif. in xij. tabul. legendi verbo etiā heredis institutionē contineri.*

f Ius liberor. *Coniuges, quibus filij non essent, non poterant se inuicem heredes in vniuersum instituere, nisi ius liberor. à principe impetrassent. Vlpian. tit. xvj. quod confirmatur etiam verbis veteris interpretis Nouell. Theodos. & Valentis de testament. quæ posita est in calce Codicis Theodosiani.*

g Codicillum. *Seneca lib. de breuit. vitæ:* Hoc quoque quærentib. remittamus: quis Romanis primus persuasit nauem conscendere. Claudius is fuit. Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabellar. contextus caudex apud antiquos vocabatur. Vnde publicæ tabulę codices dicūtur. & naues nūc quoq. quæ ex antiqua consuetudine per Tyberim commeatus subuehunt caudicariæ vocantur. *Hinc codicilli, qui ex tabulis cera illitis conficiebantur. Vt facile in sinu gestari possent. Itemque scriptura, qua quis volantatem suam sine vlla sollennitate testatur.*

h Cretio. *Vid. Vlp. tit. xxij.*

i neq. liberum illi est. *Ius siue arbitrium intellige.*

k cretio appellata est. *Varr. lib. 6.* Creui valet constitui, itaq. hæres, cùm constituit se hæredem esse dicitur cernere, & cùm id fecit, creuisse.

l Fideicommiss. *Vlp. tit. xxv.* Fideicommissum est, quod nō ciuilib. verbis sed precatiuis relinquitur.

m Pactum dicitur. *Refert hæc verba Bernard. Papien. c. 11. de verb. sign. in 1. collect. Decretal. & Greg. IX. c. 11. ex tit. Recte in VV. libris pactum à pago non à pango ducitur.*

n Ritè autem esse non rectè. *Non dissentit à Seruio, qui rite non rectè solùm, sed rectè secundùm ritum interpretatur.*

o Chirographum-- cautio. *Separatæ leguntur hæc voces in meliorib. libris sine interpretatione. quæ sunt in editis ipsa se satis produnt. Cod. Neap. Chirographum cautio, id est manus inscriptio.*

p Emptio autem dict. *Vel potius quod è meo tuum fiat, nisi quod hæc notatio est mutui apud Iustinianum.*

q Nā antiquus nuptiar. - - sicut habemus in iure. *Verba Seruij imitio lib. 1. Georg. vbi desunt. fortasse hæc verba: ne videretur vxor ancilla.*

s Condi-

r Condiciones propriè testium. *Ita scriptum in Gothi o. & ita procedit notatio.*

s veteres-- agnoscebant. *Expungebat hæc Cachon.*

t iuxtà Paul. iurid. *Lib. 5 sent. tit. 8. vid. infr. libro 10. Stipul.*

De rebus. Cap. XXV.

HÆreditas est res quæ morte alicuius ad quempiam peruenit,[a] nec legata testamento, nec possessione retenta. Dicta autē hæreditas à rebus aditis, siue ab ære, quia qui possidet agrum, & censum soluit: [b] inde hæres.

Res sunt quæ in nostro iure consistunt.

c Iura autem sunt, quæ à nobis iustè possidentur, nec aliena sunt.

Dicta autem res à rectè habendo, ius à iustè possidendo. Hoc enim iure possidetur quod iustè, hoc iustè quod benè. Quod autē malè possidetur alienum est. Malè autē possidet, qui vel sua malè vtitur, vel aliena præsumit. Possidet autem iustè, qui non irretitur cupiditate. Qui autem cupiditate tenetur, possessus est, non possessor.

Bona sunt honestorum seu nobilium, quæ proinde bona dicuntur, vt non habeāt turpem vsum, sed ea homines ad res bonas vtantur.

Peculium propriè minorum est personarum, siue seruorum. Nam peculiū est, quod pater vel dominus filium suum, vel seruum pro suo tractare patitur. Peculium autem à pecudibus dictum, in quibus veterum constabat vniuersa substantia.

Bonorū possessio est ius possessionis, certo ordine certóque titulo acquisita.

Intestata hæreditas est, quæ testamento scripta non est: aut si scripta sit, iure tamen nequaquam est adita.

Caduca inde dicuntur, quia eius hæredes ceciderunt.

Familia herciscunda, est diuisio hæreditatis inter hæredes. Herciscunda enim apud veteres diuisio nuncupatur.

Communi diuidundo est inter eos, quibus communis res est: quæ actio iubet postulantibus ijs arbitrum dari, cuius arbitratu res diuidatur.

Finium regundorum actio dicta, eò quòd per eam regantur fines vtrique ne dissipentur, [d] dummodo non angustiore quinque pedum loco ea controuersia sit.

Locatio est res ad vsum data cum definitione mercedis.

Conductio est res in vsum accepta, cum A constituta mercede.

Res credita est, quæ in obligationem ita deducta est, vt ex tempore quo contraheba tur, certum sit eam deberi.

Vsura est incrementum fœnoris, ab vsu æris crediti nuncupata.

e Commodatū est id quod nostri iuris est, & ad alterum temporaliter translatum est [f] cum modo temporis, quamdiu apud eum sit, vnde & commodatum dictum est.

Precarium est dum prece creditor rogatus permittit debitorem in possessione fundi sibi obligati demorari, & ex eo fructus capere. g Et dictum precarium, quia prece aditur: quasi prece adium, r. pro, d. littera commutata.

Mutuum appellatum est, quia id quod à me tibi datur, ex meo tuum fit.

Depositum est pignus commendatum ad tempus, quasi diu positum. Deponere autem quis videtur, cùm aliquid metu furti, incendij, naufragij, apud aliū custodiæ causa deponit.

Interest autem in loquendi vsu inter pignus & arram. Nam pignus est quod datur propter rem creditam, quæ dum redditur statim pignus aufertur. Arra verò est quæ primùm pro re bonæ fidei cōtractu empta, ex parte datur, & postea cōpletur. Est enim arra complenda, non auferenda, vnde qui habet arram nō reddet sicut pignus, sed desiderat plenitudinem, & [h] dicta arra à re pro qua traditur. Item inter pignus & fiduciam & hypothecam hoc interest.

Pignus est enim quod propter rem creditam obligatur: cuius rei possessionem solā ad tempus consequitur creditor. Cæterùm dominium penes debitorem est.

Fiducia est cùm res aliqua sumendæ mutuæ pecuniæ gratia vel mācipatur, vel iure ceditur.

Hypotheca est, cùm res commodatur sine depositione pignoris, pactione vel cautione sola interueniente.

k Momentum dictum à temporis breuitate, vt quàm citò, quàm statim saluo negotio reformetur, nec in vllam moram produci debeat quod repetitur: sicut nec vllum spatium est momenti, cuius tam breuis est tēporis punctus, vt in aliquam moram nullo modo producatur.

Instrumentum est vnde aliquid cōstruimus: vt culter, calamus, ascia.

Instructum, quod per instrumentum effi

H citur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur:vt baculus,codex,tabula.

Vsus,quo in re instructa vtimur:vt in baculo inniti,in codice legere,in tabula ludere:sed & ipse fructus agrorum, quia eo vtimur,vsus vocatur.Hæc sunt illa tria.*

Vsusfructus autem vocatus,quia solo vsu habetur eius fructus, manente apud alium iure.

Vsucapio est adeptio dominij per continuationem iustæ possessionis, [l] vel biennij, vel alicuius temporis.

Mancipatio dicta est, quia res manu capitur. Vnde oportet eum qui mancipio accipit,comprehendere idipsum,quod ei mãcipio datur.

Cessio est propriæ rei concessio,sicut est illud : Cedo iure propinquitatis. Cedere enim dicimus quasi concedere, id est, quæ propria sunt:nam aliena restituimus,nõ cedimus.Nam cedere propriè dicitur, qui cõtra veritatem alteri consentit: vt [m] Cicero, Cessit,inquit,amplissimi viri auctoritati,vel potius paruit.

Interdictũ est,quod à iudice non in perpetuum, sed pro reformando momento ad tempus interim dicitur:salua propositione actionis eius.

Pretium vocatum, eò quòd prius illud damus,vt pro eius vice rem,quam appetimus,possidere debeamus.

Commercium dictum à mercibus, quo nomine res venales appellamus. Vnde & mercatus dicitur cœtus multorum hominum,qui res vendere vel emere solent.

Integri restitutio est caussæ vel rei reparatio.

Caussa redintegratur quæ vi potestatis expleta non est. Res redintegratur quæ vi potestatis ablata atq.extorta est.

A *Vlpian.in fragm.& Caius citatus à Boethio in Top.*
k Momentum- - vt quam citò,quam statim.*Ita meliores libri.*
l vel biennij.*Anni vel biennij Vlpianus plenius.*
m Vt Cicero, *In Ligariana.*

De criminibus in lege conscriptis. Cap. XXVI.

CRimen à carendo nominatur, vt furtum,falsitas,&c.quæ non occidunt,sed infamant.

Facinus dictum à faciendo malum, quòd noceat alteri.

Flagitium à flagitando corruptelam libidinis,qua noceat sibi.Hæc duo sunt genera omnium peccatorum.

Vis est virtus potestatis, per quam caussa siue res vel aufertur vel extorquetur.

b Vis priuata est,si quisquam ante iudicũ armatis hominibus quemquam à suo deiecerit vel expugnauerit.

Vis publica est, si quis ciuem ante populũ vel iudicem vel regẽ appellantẽ necauerit, aut torserit,siue verberauerit, vel vinxerit.

c Dolus est mentis calliditas,ab eo quòd deludat:aliud enim agit & aliud simulat. Petronius aliter existimat, dicens: Quid est iudices,dolus? nimirùm vbi aliquid factum est quod legi dolet:habetis dolum:accipite nunc malum.

d Calumnia est iurgium alienæ litis, à caluendo,i.decipiendo dicta.

Falsitas appellata à fando aliud,quàm verum est.

e Iniuria est iniustitia,hinc est apud Comicos iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris.

f Seditio dicitur dissensio ciuium, quod seorsum alij ad alios eunt. Nam hi maximè turbatione rerum & tumultu gaudent.

g Sacrilegium propriè est sacrarum rerum furtum:Posteà & [h] in idolorum cultu hæsit hoc nomen.

i Adulterium est illusio alieni coniugij, quod quia alter alterius torum commaculauit,adulterij nomen accepit.

k Stuprum- - - -

l Raptus,propriè est illicitus coitus, à corrumpendo dictus,vnde Virgilius: rapto potitur,id est,stupro fruitur.

Homicidij vocabulum compositum est ex homine & cæde:qui enim cædem in hominem fecisse compertus erat,homicidam veteres appellabant.

Parricidij actio non solùm in eum dabatur, qui parentem,id est, qui patrem vel matrẽ interemisset,sed & in eum qui fratrem occiderat,& dictum parricidium quasi parentis cædes.

m Interneciui iudicium in eum dabatur, qui falsum testamentum fecerat,& ob id hominem occiderat. Accusatorem eius possessio bonorum sequebatur. Interneciui autem significatio est,quasi hominis quædam enecatio: nam præpositionem Inter, ponebant antiqui pro E.Næuius: Mare interbibere.Et Plautus:Interluere mare, i. ebibere & eluere.

Furtum est rei alienæ clandestina contrectatio,à furuo,i.fusco vocatum, quia in obscuro fit. n Furtum autem capitale crimen apud maiores fuit o ante pœnam quadrupli.

Peruasio est rei alienæ manifesta præsumptio. Furtũ autem earũ rerum fit, quæ de loco in locum transferri possunt,peruasio autem & earum quæ transferuntur, & earum quæ immobiles sunt.

Inficiatio est negatio debitæ rei cùm à creditore deposcitur. Idem & abiuratio,i. rei creditæ abnegatio.

Ambitus iudicium in eum est, qui largitione honorem capit & ambit, amissurus dignitatem quam munere inuadit.

Peculatus iudiciũ in eos datur, qui fraudem ærario faciunt, pecuniámque publicam interuertunt: nam à pecunia peculatus est dictus. Non autem sic iudicatur furtum publicæ rei,sicut rei priuatæ : nam ille sic iudicatur vt sacrilegus,quia fur est sacrorum.

Repetundarum accusatur, qui pecunias à socijs cœpit.In hoc iudicio reus si ante moriatur,in bona eius iudicium redditur.

Incesti iudicium in virgines sacratas, vel propinquas sanguine constitutum est : qui enim talibus miscentur,incesti,id est, incasti habentur.

Maiestatis reatu tenentur ij,qui regiã maiestatem læserunt, vel violauerunt, vel qui rempublicam prodiderunt, vel cum hostibus consenserunt.

Piaculum dictum quod expiari potest,cõmissa sunt enim quæ erant quoquo ordine expianda.

a Cap.XXV. nec legata testamento aut possess. retenta. *Verba sunt Ciceronis in Topicis,quæ in vno tantum libro Ouet.Colleg integra leguntur.*
b Inde & hæres.*Al.inde & res.*
c Iura autem sunt.*Ex August. epist.54. quæ referuntur à Greg.c.12.de verbor.signifi. & 14.q.4.c.quid dicam. & à Bernard.Pap.in 1.collect.*
d Dummodo non angustiore quinq. ped. *Negationem tollit A.August.ad leg.xij.tab.c.20.*
e Commodatum.*Commodum lib.o.mendosè.*
f cum modo temp. *Id est, cum præfinitione temporis. Al.per commodum temp.*
g Dictum precarium.q.p.a. *Productio verbi est ariũ vt in armario. Sed σημαινόμενον ita cõmodè explicari quis neget?*
h Dicta autem arra à re.*Immò ab arrabone præcisa voce.*
i vel in iure ceditur. *Quomodo iuris cessio fiat, docet*

A *tit.26.ex quo legendum videbatur Chaconi antea populum, nunc iudicem vel regem appellantem.quod nobis quoq. videtur,nisi ante populum Gothicissimum esse mauis.*
c Dolus est mentis calliditas.*De dolo malo hæc Labeo, & Aquillius.Nam est etiam dolus bonus. vt videatur deesse vox malus.*
d Calumnia à caluendo,id est, decipiendo. *Hinc in xij.tabul.* Si caluitur pedemue struit.
e Iniuria est iniust.*Verba Seruij Æn.9.ad V.*cum Turni iniuria.
f Seditio.*Citantur hæc à Non.ex Cic.vj.de Rep.in seditio.*
g Sacrilegium.*Seru.Æn.9.*legere furari, vnde & sacrilegi qui sacra furantur
h in idolor.cultu hæsit. *Ita interpretantur quidam illud Pauli ad Roman.2.*qui abominaris idola sacrilegium facis.
B i Adulterium est illusio. *Abusio Ouet. & Neap. Fest.* Adulter,& adultera dicuntur,quia & ille ad alterã, & hæc ad alterum se conferunt.
k Stuprum- - - *Lacuna est in melioribus libris. in alijs quæ de raptu dicuntur pro interpretatione adhibentur.*
l Raptus,*è Seru.Æn.4.*
m Interneciũ. *Sic in antiquissimis quibusque libris. Fest.* Interneciuum testamentum propter quod dominus eius necatus est. *Neq. aliorum librorum scripturas, in quibus interniciei,internicij,Internicidij legitur,reijcimus. Internicids etiam recipimus cum Iacobo Cuiac. Nam & Agell.internicinum morbum dixit.*
n Furtum capitale. *Legib. xij. tab. vt ait Theophilus lib. 4.inst.tit.12. Draconis verò leges etiam minimæ rei furem capitis damnabant.Plutarch.& Agell.*
o Ante pœnam quadrupli. *At Cato.in præf. lib. de re rust.*Maiores nostri sic habuerunt, & ita in legibus posiuerunt, furem dupli condemnari, fœneratorẽ
C quadrupli.*Vid.Agell.lib.11.c.18. qui hanc litem cõponit.*

De pœnis in legibus constitutis. Cap. XXVII.

DVpliciter malum appellatur, vnũ quod homo facit,alterũ quod patitur.Quod facit,peccatũ est,quod patitur pœna. a Malum autem tunc plenum est,cùm & præteritum est, & impendet, vt sit & dolor & metus.

Pœna dicta quod puniat. b Est autem epithetum necessarium, & sine adiectione nõ habet plenum sensum, adijcis pœna carceris,pœna exilij,pœna mortis & imples sensum.

Supplicium propriè dicitur, nõ quo quis quoquo modo punitur,sed cùm ita damnatur vt bona eius consecrentur & in publico redigantur: nã supplicia dicebantur supplicamenta.Et supplicium dicitur de cuius damnatione delibatur aliquid Deo,vnde & supplicare.

c Octo genera pœnarum in legibus contineri Tullius scribit,damnum,vincula, verbera,

a Cap.XXVI.Flagitium.*Non.*Flagitium veteres vitium quod virgini inferatur dici voluerunt.
b Vis priuata - - Vis publica, *Ex Paul.lib.5.sentent.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bera,talionem,ignominium,exilium,seruitutem & mortem: his namq. pœnis vindicatur omne perpetratum peccatum.

Damnum à diminutione rei vocatum.

Vincula à vinciendo, i. arctando dicta, eò quòd constringant atq. retineant, vel quia vi ligant.

Compedes dictæ, quia continent pedes.

Pedicæ sunt laquei, quibus pedes illaqueãtur, dictæ à pedibus capiendis.

Catenæ autem quòd accipiendo teneant vtraque vestigia, ne progrediãtur. Item catenæ, quòd se capiendo teneant plurimis nodis.

Manicæ sunt vincula, quibus manus capiũ tur, licet & manicæ tunicarum sint.

[d] Neruus ----

[e] Boia est torques damnatorum, quasi iugũ in boue: ex genere vinculorum est.

Carcer in quo custodiuntur noxij. Et dictus carcer, quòd eo homines coerceantur, includantúrque quasi arcer, ab arcendo scilicet. Locum autem in quo seruantur noxij carcerem dicimus numero tantùm singulari: vnde verò emittuntur quadrigæ carceres vocamus [f] numero tantùm plurali.

Verbera dicta: quia cùm agitantur, aërem verberant. Hinc flagra & plagę & flagella: quia cum flatu & strepitu in corpore sonãt. Nam plagæ quasi flagæ: sed plagæ & flagra primæ positionis sunt: flagella autem per diminutionem dicta.

[g] Anguilla est, qua coërcentur in scholis pueri, quæ vulgò scutica dicitur.

Fustes sunt, quibus pro criminibus iuuenes feriuntur, appellati quod præfixi in fossis stent, quos palos rustici vocant.

[h] Vectes dicti, quòd manibus vectentur: vnde ostia saxáque velluntur. [i] sed hi ad pœnas legum non pertinent.

Virgæ sunt summitates frondium arborúmque, dictę quòd virides sunt: vel quòd vim habeant arguendi: quæ si [k] lenis fuerit, virga est, si certè nodosa vel aculeata scorpio rectissimo nomine: [l] quia arcuato vulnere in corpus infigitur.

Ictus propriè flagellorum sunt ab agitando vocati.

Vngulæ dictæ, quòd effodiant: hæ & [m] fidiculæ, quia ijs rei in equuleo torquẽtur, vt fides inueniatur.

[n] Equuleus autem dictus, quòd extendat.

Tormenta verò, quòd torquendo mentem inueniant.

Est & [o] latomia supplicij genus (—ad [p] verberandum aptum) inuentum à Tarquinio superbo ad pœnam sceleratorum. Iste enim prior latomias, tormenta, fustes, metalla atque exilia adinuenit, & ipse prior ex regibus exilium meruit.

Talio est similitudo vindictæ, vt taliter quis patiatur: vt fecit. Hoc enim & natura & lege est institutum: vt lædentem similis vindicta sequatur. Vnde & illud est legis: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Talio autem non solùm ad iniuriam referendam: sed etiam pro beneficio reddẽdo ponitur. Est enim cõmunis sermo & iniuriæ, & beneficentiæ.

[q] Ignominium dictum, eò quòd desinat habere honestatis nomen, is qui in aliquo crimine deprehenditur. Dictum autem ignominium quasi sine nomine: sicut ignarus sine scientia, sicut ignobilis sine nobilitate. Hoc quoque & infamium, quasi sine bona fama: fama autem dicta, quia fando, id est, loquendo peruagatur per traduces linguarũ & aurium serpens. Est autem nomen & bonarum rerum, & malarum. Nam fama felicitatis interdum est, [r] vt illud est, Illustris fama, quod laus est: malarum, vt Virgilius: Fama malum qua [s] non aliud velocius vllum. [t] Famæ autem nomen certi locum non habet, quia plurimum mendax est, adijciens multa, vel demutans de veritate: quæ tamdiu viuit, quamdiu non probatur. At vbi probaueris, esse cessat, & exinde res nominatur, nõ fama.

Exiliũ dictũ quasi extra solum. Nam exul dicitur qui extra solũ est. (—Vnde [v] postliminium redeuntibus, hoc est de exilio reducendis, qui sunt eiecti iniuria extra limen patriæ.) Diuiditur autem exilium in relegatis & deportatis.

Relegatus est quem bona sua sequuntur, deportatus quem non sequuntur.

Proscriptio exilij procul damnatio, quasi porrò scriptio. Item proscriptus, quia palàm scriptus.

[x] Metallum est vbi exules deputantur ad eruendam venam, marmoráque secanda in crustis.

[y] Seruitus à seruãdo vocata, apud antiquos enim qui in bello à morte seruabãtur, serui vocabantur. [z] Hæc est sola malorum omnium postrema, quæ liberis omni supplicio grauior

grauior est, nam vbi libertas perijt, vnà ibi perierunt & omnia.

Mortium verò diuersi casus, ex quibus crux vel patibulum in quo homines appẽsi cruciantur vel patiuntur, vnde & nomina habent.

Patibulum enim vulgò furca dicitur, quasi ferens caput. suspensum enim & strangulatum ex eo exanimat, sed patibuli minor pœna, quam crucis. Nam patibulũ appensos statim exanimat, crux autem suffixos diu cruciat, vnde & in Euangelio latronibus, vt morerentur, & de ligno ante sabbatum deponerentur, crura confracta sunt, quia ligno suspensi cito mori non poterant.

In ipso [a] quoq. genere necis differt. Crudelius est enim in aqua spiritum torquente extingui, ignibus vri, frigore & fame necari, canibus & bestijs exponi. Nam ferro mori ætas quoque maior optauit. Gladius enim sine maiori cruciatu cõpẽdiosa morte vitam finire nouit.

Culleus est parricidale vasculum ab occulendo, i. claudendo dictum. Est autẽ vter ex corio factus, in quo parricidæ cum simia & gallo & [b] serpente inclusi, in mare præcipitantur: omnium autem istarum mortium genus animaduersio nominatur.

Animaduersio enim est, quando iudex reum punit. & dicitur animaduertere, i. animum illuc aduertere, intendere vtique ad puniendum reum, quia iudex est. Ideò autem Romani aqua & igni interdicebant quibusdam damnatis, quia aër & aqua cunctis patet, & omnibus data sunt: vt illi non fruerẽtur, quod omnibus per naturam cõcessum est.

[a] Cap. XXVII. Malum autem tunc plenum-- & impendet. *Planum-- & impedit legit interpres Hispanus, qui ita reddidit:* El mal entonce es llano quando es passado, è embarga al que sea dolor è miedo.

[b] Est autem epitheton necessarium *Pro necess. nomen est in pleriſq. libris, error natus ex scripturæ compendio nẽm, quod est in libro Salmant.*

[c] Octo genera pœnar. *ex Augusti. 21. de ciuit. c. 11. Cic. lib. 1. de Orat.* Vitia hominum, atq. fraudes, damnis, vinculis, ignominijs, verberibus, exilijs, morte multantur - *Talionis tamen (quod sciam) non meminit Cicero, meminit Aug.*

[d] Neruus---. *In VV. cc. lacuna est. alior. interpretatio ex Festi epitome sumpta videri possit, sed aliquanto etiam verius Festus ipse.*

[e] Boia. *Fest.* Boiæ genus vinculorum tam ligneæ, quàm ferreæ dicuntur.

[f] numero tantum plurali. *At Virgil. singulari dixit,* ruuntq. effusi carcere currus.

[g] Anguilla *Plin. lib. 9. c. 23.* Tenuissimum (murænis) tergus, contrà anguillis crassius, eoq. verberati soli tos tradit Verrius prætextatos, & ob id dicit his multam non institutam.

[h] Vectes-- saxaq. velluntur. Vehũtur *mallebat A. August. sed velli, vehiq. saxa vectib. passim videmus.*

[i] Sed hi ad pœnas leg. n. p. *Cur igitur hic cõmemoratiõ An quia Martyres vectib. cruciatos sæpè legimus?*

[k] si lenis. *Al. si laxus.*

[l] quia arcuato vulnere. *Verba sunt Hieronymi, sua Tertulliani potius. Vid. inf. lib. 12. c. 5.*

[m] & fidiculæ-- vt fides inueniatur. *Vel potius à fidium similitudine.*

[n] Equuleus-- quòd extendat. *Al. extendatur.*

[o] Latumia. *Euseb. in Chron.* Tarquinius superbus excogitauit vincula, taurea, fustes latumias, carceres, compedes, catenas, exilia, metalla. *Nec tamen latumiæ dicendæ (vt quidã arbitrantur) quia Senẽca lib. 5. cõtrouer. dicat;* Nec quemquam vestrũ decipiat nomẽ ipsum latumiæ, minimè lauta res est. *Vid. Fest. Ascon.*

[p] ad verberandum aptum. *Aliena hæc censemus.*

[q] Ignominium. *Sic meliores libri, & statim infamium, quæ vox sæpè in Concilijs Toletan. legitur.*

[r] Vt illud est illust fam. *Exorat. pro Marcel.*

[s] quanon aliud. *Sic in omnibus Gotthicis non* quo. *ac meo iudicio haud malè.*

[t] Fama autẽ certi. *Totus locus ex Apolog. Tertull. c. 8.*

[v] Vnde postliminium-- patriæ. *Obelo hæc notauimus de A. Aug. & Chaconis sententia.*

[x] Metallum -- deputantur. *Neap. deportantur.*

[y] Seruitus. *Ex Aug. 19. de ciuit. c. 15.*

[z] Hæc est sola malor. *Cic. Philipp. 2.* Seruitus malorum omnium postremũ non modo bello, sed morte etiam repellendum.

[a] In ipso quoq. genere necis. *Ex Apologet. Tertull.*

[b] & serpente. *Iuuenal satyr. 8.* Cuius supplicio nõ debuit vna parari Simia, nec serpens vnus, nec culleus vnus. *Quæ de serpente, gallo, & simia in quibusd. libris leguntur, in melior. nulla sunt, præterquàm in vno Salman. sanè peruetusto, sed ibi quoq. ad finem totius capitis reiecta: vt liquidò appareat esse alienа. Huiusmodi accessionibus pessumè multati sunt hi libri.*

DE TEMPORIBVS.

De Chronicæ vocabulo. Cap. XXVIII.

CHronica Græcè dicitur, quæ Latinè tẽporum series appellatur, qualem apud Græcos Eusebius Cæsarienſis Episcopus edidit, & Hieronymus presbyter in Latinam linguam conuertit: Χρόνος enim Græcè, Latinè tempus interpretatur.

Cap. XXVI. *Quæ his xij. capitibus de temporibus continentur, adducta hùc sunt è libro Isidori de æstis ad Sisebuthum Regem, & eiusdem Chronico.*

De momentis et horis. Cap. XXIX.

TEmpora autem momentis, horis, diebus, mensibus, annis, lustris, seculis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ætatibus diuiduntur. Momentum est mini A mum atque angustissimum tempus, à motu siderum dictum. Est enim extremitas horæ in breuibus interuallis, cùm aliquid sibi cedit atque succedit. Hora Græcum est nomen, & tamen Latinum sonat. Hora enim finis est tẽporis, sicut & oræ sunt fines maris, fluuiorum, & vestimentorum.

De diebus. Cap. XXVIII.

Dies est præsentia solis, siue sol supra terras: sicut nox, sol sub terris. Vt enim dies aut nox sit: caussa est, aut supra terrã sol, aut sub terris. Dies legitimus viginti quattuor B horarum est, vsque dum dies & nox spatia sui cursus ab oriente vsque ad alium orientem solem cæli volubilitate cõcludat. Abusiuè autem dies vnus est spatium ab oriente sole vsque ad occidentem. Sunt autem diei spatia duo [a] interdianum atq. nocturnum, & est dies quidem horarum viginti quattuor, spatium autem horarum duodecim. [b] Vocatus autem dies à parte meliore: vnde & in vsu est, vt sine commemoratione noctis, numerum dicamus dierum: sicut & in lege diuina scriptum est: Factum est vespere & mane dies vnus.

Dies secundùm Ægyptios inchoat ab oc C casu solis: secundùm Persas, ab ortu solis: [c] secundùm Athenienses, à sexta hora diei: secundum Romanos à media nocte. Vnde & tunc gallicinium est, [d] id est, gallorum cantus, [e] quorum vox diei ostendit præconiũ, [f] quando & mesonyctius afflatus fit.

Dies dicti à dijs, quorum nomina Romani quibusdam sideribus sacrauerunt. Primũ enim diem à sole appellauerunt, qui princeps est omnium siderum, sicut & idẽ dies caput est cunctorum dierum. Secundum à luna, quæ soli & splendore & magnitudine proxima est, & ex eo mutuat lumen. Ter- D tium à stella [g] Martis, quæ Pyrois vocatur. Quartum à stella Mercurij, [h] quem quidã Stilbonta dicunt. Quintum à stella Iouis, quam Phaëthontẽ aiunt. Sextum à Veneris stella, quam Luciferum asserunt: quæ inter omnia sidera plus lucis habet. Septimũ à stella Saturni, quæ septimo cælo locata xxx. annis fertur explere cursum suum. Proinde autem ex his septẽ stellis nomina diebus gentiles dederunt, eò quòd per easdem aliquid sibi effici existimarent, [i] dicentes habere à sole spiritum, à luna corpus, à Mercurio ingenium & linguam, à Venere voluptatẽ, à Marte sanguinem, à Ioue temperantiam, à Saturno humorem: talis quippè extitit gentilium stultitia, qui sibi finxerunt tam ridiculosa figmenta.

Apud Hebræos autem dies prima, vna sabbati dicitur, quæ apud nos dies dominicus est, quem gentiles soli dicauerunt. Secunda sabbati, secunda feria, quem seculares diem lunæ vocant. Tertia sabbati, tertia feria, quem illi diem Martis vocant. Quarta sabbati, quarta feria, qui Mercurij dies dicitur à paganis: Quinta sabbati, quinta feria est, i. quintus à die dominico, qui apud Gentiles Iouis vocatur. Sexta sabbati, sexta feria est, quæ apud eosdem paganos Veneris nuncupatur. Sabbatum autem septimus à dominico die est, quem Gentiles Saturno dicauerunt, [k] & Saturni nominauerunt. Sabbatum autem ex Hebræo in Latinum requies interpretatur, eô quòd Deus in eo requieuisset ab omnibus operibus suis. [l] Melius autem in vocabulis dierum de ore Christiano ritus loquẽdi Ecclesiasticus procedit: tamen si quem fortè cõsuetudo traxerit, vt illud exeat ex ore quod improbat corde, intelligat illos omnes, de quorũ nominibus appellati sunt hi dies, homines fuisse, & propter beneficia quædam mortalia, quia plurimum potuerũt, & eminuerunt in hoc seculo, delati sunt eis ab amatoribus suis diuini honores, & in diebus, & in sideribus: sed prius à nominibus hominum sidera nuncupata, & à sideribus dies sunt appellati.

A fando autem feriæ nuncupatæ sunt, quod in eis nobis sit tempus dictionis, id est, in diuino vel humano officio fari: sed ex ijs festi dies hominum caussa instituti sunt: feriati caussa diuinorum sacrorum.

[m] Partes diei tres sunt: mane, meridies, & suprema.

Mane, lux matura & plena: nec iam crepusculum. [n] Et dictum mane à mano, manũ enim antiqui bonum dicebant. Quid enim melius luce? Alij mane existimant vocari à [o] manibus, quorum conuersatio à luna ad terram est. Alij putant ab aëre: quia manus id est rarus est atque perspicuus.

Meridies dictus quasi medidies, hoc est, medius dies, vel quia tũc purior dies est. Merũ enim purũ dicitur. In toto enim die nihil clarius meridie, quãdo sol è medio cælo rutilat, & omnẽ orbẽ pari claritate illustrat.

[p] Suprema

[p] Suprema est postrema pars diei, quando A sol cursum suũ in occasum vertit: dicta quòd supereſt ad partem vltimam diei.

[q] Serum vocatum à clausis seris, quando iam nox venit, vt vnusquisque somno tutior sit.

Hodie, quasi hoc die, & [r] quotidie non cotidie, vt sit quot diebus.

[s] Cras, quod est postea.

Hesternum est pridie: & dictum hesternum ab eo quòd iam dies ipse sit à nobis extraneus & prætereundo alienus.

Pridie autem, quasi priori die.

Perendie, id est per ante diem, vel in [t] anteceſſum, id est, prius.

[a] Cap. XXVIII. interdianum. *Sic l. 6.*
[b] Vocatus autem dies à part. mel. *è Seru. Æn. 5. ad v.* Torquet medios nox humida curſ.
[c] secundùm Athenienſ. à sexta hora diei. *Ex eod. Setuij loco qui Agellium citat, Agellius verò lib. 3. cap. 2. ex Varrone diem apud Athenienſes ab occaſu ſolis dicit incipere. Quod affirmat etiam Macrob. lib. 1. & Cenſorin. c. 19. ergo vel Seruium vel Agellium emendari oportet. Iſidorum ſecutus eſt Beda cap. 2. de ratione temporum. Quid ſi è ſupra per cõpendium ſcriptæ ſexta lectores fecerunt cùm ſuprema Iſidorus intellexiſſet: vel potius pro ſuprema ſexta hora legerunt? Nam alio pacto quomodo hinc honeſtè abeamus neſcio.*
[d] id est gallor. cantus. *Hæ voces additæ ex C. Neap. vt quod ſequitur.* Quor. vox, *&c. precederet.*
[e] quor. vox diei est p. *Ambroſ.* Hoc excitatus Lucifer ſoluit polum caligine.
[f] quando & meſonyct. afflat. *Et quia noctis melior pars acta, ſolque ad nos iam flectitur, afflari radijs eius orbis hic dicitur. Afflari autem magorum eſt verbum, qui, aduentante ſole, ſimulacra nocturna aufugere credebant. Vnde Philoſtrat. lib. 3. de vit. Apollonij negat Achillis ſimulacrum gallicinium expectaſſe. Quo pertinet illud quoque Anchiſæ,* Iamque vale, torquet medios nox humida curſus, Et me ſæuus equis oriens afflauit anhel. *eodémque modo interpretatur Seruius illud Æn. 6.* Ecce autẽ primi ſub lumina ſolis & ortus. *Vt lumina primi ſolis mediũ noctis intelligat.*
[g] Stella Martis quæ Pyrois. *Chaconi aſſenſi ſumus hic, vt etiam ſupra lib. 3. c. 70. cum in libris omnib. vt obiq. veſper pro Pyrois legatur.*
[h] Quem quidam Stilbontã. *Optimè quoque coniecit idem Chacon, cùm hic legatur.* Quem quidam candidũ circulum dicũt, *candidũ gloſſam fuiſſe τὸ φιλόντα vnde ab imperito lectore ſublatum Stilbonta, additum circulũ. Cum candidus circulus via lactea Iſidoro ſit lib. 3. c. 45. huius rei magnum argumentum, vocem* circulum *etiamnum à quibuſdam libris abeſſe.*
[i] Dicentes habere à sole spirit. *Seru. Æn. xj. adv.* Nil iam cæleſtib. vllis debentem. Superis debemus omnia donec viuimus, ideó, quia, vt dicunt Phyſici, cum naſci cœperimus, ſortimur à ſole ſpiritũ, à luna corpus, à Marte ſanguinem, à Mercurio ingenium, à Ioue deſiderium, à Venere cupiditates, à Saturno humorem. *Vbi, quod ad Iouem attinet, Seruius ex Iſidoro videtur corrigendus. Cic. 2. de nat. deor.* His interiecta Iouis ſtella illuſtrat, & temperat. *Quem propterea in Somn. Scip. fulgorem ſalutarem appellat. Bed. c. 4. à Saturno tarditatem.*
[k] Et Saturni nominauer. *Aug. 18. cont. Fauſt. cap. 5.* Saturnum importare conamini, quia eum diem Saturni gentes appellauerunt.
[l] Melius autem in vocab. *Ex Aug. in ps. 93.*
[m] Partes diei. *è Seru. Æn. 2.*
[n] Et dictum mane à mano. *è Seru. Æn. 1. ad v.* tenet ille immania ſaxa. *Varro lib. 5.* mane, quod tũc manat dies ab oriente: niſi potius, quod bonum antiqui dicebant manum. *Videnda item Seru. Æn. 3. ad v.* ſtant manib. aræ.
[o] à manib. *Macrob. lib. 1. Saturn. c. 3.* Mane autem dictum, quòd à locis inferiorib. id eſt, à manib. lucis exordium emergat. *Et in fin. lib. 8. infr.*
[p] Suprema est poſt. *Varro.* Suprema ſummũ diei, id à ſuperrima. Hoc tempus xij. tabulæ dicunt occaſum eſſe ſolis.
[q] Serum. *Al. Sero.*
[r] Et quotidie non cotidie. *Vid. ſup. lib. 1. c. 26.*
[s] Cras quod est postea. *Deeſſe videtur aliquid. Et poſtera fortaſſe legendum.*
[t] In anteceſſum id est prius. *Gloſſ.* in anteceſſum ἀφεξῆς *& apud Senec. in anteceſſum ſoluere, hoc eſt, antequam dies debiti cedat.*

De Nocte. Cap. XXIX.

Nox [a] à nocendo dicta, eò quòd oculis noceat. Quæ idcirco lunæ ac siderum C lucem habet, ne indecora esset, & [b] vt consolaretur omnes nocte operantes: & vt quibusdam animantibus quæ lucem solis ferre non possunt ad sufficientiam temperaretur. Noctis autem & diei alternatio propter vicissitudinẽ dormiendi & vigilandi effecta est, & vt operis diurni laborem noctis requies temperaret. [c] Noctem autem fieri, aut quia longo itinere lassatur sol, & cùm ad vltimum cæli spatium peruenit elangueſcit, ac labefactos efflat suos ignes: aut quia eadem vi sub terras cogitur, qua super terras pertulit lumen, & sic vmbra terræ noctem facit. Vnde & Virgilius, — ruit Oceano nox, Inuoluens vmbra magna terrámque po- D lúmque. [d] Noctis partes septem sunt, veſper, crepuſculum, conticinium, intempeſtum, gallicinium, matutinum, diluculum.

Veſper à ſtella occidentali vocatur, quæ ſolem occiduũ ſequitur & tenebras ſequentes præcedit. De qua Virgilius, Ante diem clauſo componet veſper Olimpo.

Tenebræ autem dictæ, quòd teneant vmbras.

Crepuſculum est dubia lux. Nam [e] creperum dubium dicimus, hoc est inter lucem & tenebras.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conticinium est quando omnia silent. A Conticescere enim silere est.

f Intempestum est medium & inactuosum noctis tempus: quando agi nihil potest, & omnia sopore quieta sunt. Nam tempus per se non intelligitur, nisi per actus humanos. Medium autem noctis actu caret. Ergo intempesta, inactuosa quasi sine tempore, hoc est sine actu, per quem dignoscitur tempus. vnde est, Intempestiuè venisti, ergo intempesta dicitur, quia caret tempore, id est, actu.

Gallicinium propter gallos lucis prænuntios dictum.

Matutinum est inter abscessum tenebrarum, & auroræ aduentum: & dictum matutinum, quòd, hoc tempore inchoante, mane fit. B

Diluculũ quasi iam incipiens parua diei lux. Hæc & aurora quæ solem præcedit.

g Est autem aurora diei clarescentis exordium, & primus splendor aëris, qui Græcè ἠὼς dicitur, quam nos per deriuationem auroram vocamus, quasi eororam. Vnde est illud, lætus Eois Eurus equis. &, Eoásque acies.

a Cap. XXIX. Nox dicta. *è Seru. Æn. 1. ad v.* ponto nox incubat atra. *Raba. li. 10. c. 6.* Nox dicta quòd noceat aspectib. vel negotijs humanis, siue quòd in ea fures, latrones q. nocendi alijs occasionem nanciscantur? *Nisi potius à Græco νὺξ, vt ait Varro.*

b consolaretur homines. *Al. omnes.*

c Noctem autem fieri lumen. *Lucret. lib. 5.* At nox obruit ingenti caligine terras, Aut vbi de longo cursu sol extima cæli Impulit, atq. suos efflauit lãguidus ignes Cõcussos itere, & labefactos aere multo: Aut quia sub terras cursum cõuertere cogit. Vis eadem supera quæ terras pertulit orbem.

d Noctis partes. *Seru. Æn. 2.* Sunt autem solidæ noctis partes secundùm Varronem hæ; Vespera, conticinium, intempestum, gallicinium, lucifer.

e Creperũ dubium. *Eleganter Ambros.* lætus dies hic trãseat, Pudor sit vt diluculũ, Fides velut meridies. Crepusculũ mens nesciat. *Est autem creperum Sabinum verbum, vt ait Varro.*

f Intempestum--id est, actu. *Omnia sunt Seruij Æn. 3. ad v* nox intempesta tenebat.

g Est autem aurora. *Ex eod. Æn. 11. Varro tamen lib. 6* Aurora dicitur ante solis ortum ab eo quòd igne solis tum aureo aër aurescit.

De Hebdomada. Cap. XXX.

HEbdomoda dicta à numero septem dierum quorum repetitione, & menses, & anni, & sæcula peraguntur: ἑπτὰ enim Græci septẽ dicunt. Hanc nos septimanam vocamus, quasi septem luces. Nam mane lux est. Octauus autem dies, idem primus est, ad quẽ redit ur, & à quo rursus hebdomadis series orditur.

De mensibus Cap. XXXI.

MEnsis nomen est Græcum de lunæ nomine tractum. Luna enim μὴν Græco sermone vocatur. vnde & apud Hebræos menses legitimi, non ex solis circulo, sed ex lunæ cursu enumerantur, qui est de noua ad nouam. Ægyptij autem primi propter lunæ velociorem cursum, & ne error computationis eius velocitate accideret, ex solis cursu diem mensis adinuenerunt: quoniam tardior solis motus facilius poterat comprehendi.

a Ianuarius mensis à Iano dictus, cui fuit à gentilibus consecratus, vel quia limen & ianua sit anni. Vnde & brifons idem Ianus pingitur: vt introitus anni, & exitus demonstretur.

Februarius nuncupatur à Februo, id est Plutone, cui eo mense sacrificabatur. Nam Ianuarium dijs superis, Februarium dijs manibus Romani consecrauerunt. Ergo b Februarius à Februo, id est à Plutone, non à febre, id est ægritudine nominatus.

Martius appellatur propter Martem Romanæ gentis auctorem, vel quod eo tẽpore cuncta animantia ad marem agantur, & ad concũbendi voluptatem. c Idem appellatur & mensis nouorum, quia anni initiũ mensis est Martius. Idem d & nouum ver ab indicijs scilicet germinum: quia in eo, viridantibus fructibus nouis, transactorum probatur occasus. C

e Aprilis pro Venere dicitur quasi Afrodis. Græcè enim ἀφροδίτη Venus dicitur, f vel quia hoc mense omnia aperiuntur in florem: quasi aperilis.

Maius dictus à Maia matre Mercurij, vel à maioribus natu: qui erant principes reipublicæ. Nam hunc mensem maioribus, sequentem verò minoribus Romani consecrauerunt. D

Vnde & Iunius dicitur. Antè enim populus in centurias seniorum & iuniorum diuisus erat.

g Iulius verò, & Augustus de honoribus hominum Iulij, & Augusti Cæsarum nuncupati sunt. Nam prius Quintilis, & sextilis vocabantur: quintilis, quia quintus erat à Martio: quem principem anni testantur esse Romani, Sextilis similiter quod sextus.

September nomen habet à h numero & imbre quia septimus est à Martio & imbres habet. Sic & October, Nouẽber, atque December ex numero & imbribus acceperunt vocabula: quem numerum decurrentem December finit, pro eo quòd denarius numerus præcedentes numeros claudit.

Kalendas autem, Nonas, & Idus propter festos dies Romani instituerunt, vel propter officia magistratuũ. In ijs enim diebus conueniebatur in vrbibus. Quidam autem Kalendas à colendo appellari existimant. Apud veteres enim omnium mensium principia colebantur: sicut & apud Hebræos. Idus autem plerique Latinorum ab edendo dictas putant: quòd ij dies apud veteres epularum essent. B

Nonæ à nundinis vocatæ. nundinę enim sunt publicæ conuentiones, siue mercimonia.

a Cap. XXXI. Ianuarius vel quia limes & ianua. *Hierony. Ezech. 28.* Ianuarius dicitur eò quòd apud Romanos anni sit ianua. *Sed limes non limen in omnib. libris legi mirum.*

b Februarius à Februo. *A die februato Varro. à Februo deo lustrationum Macrobius, à februo hoc est purgamento Cincius. Seruius. 1. Georg. & Augustinum. 18. contra Faust. c. 5 secutus est Isidorus.*

c Idem appell. mensis nouor. *in sacris libris.*

d Idem nouum ver ab indicijs. *Seru. Georg. 1. ad V.* vere nouo *id. ab initijs.*

e Aprilis--q. Aphrodis. *Macrob. lib. 1. c. 12.* Secundũ mensem nominauit Aprilem quasi Aphrilẽ à spuma quam Græci vocant ἀφρὸν vnde Venus creditur orta.

f Vel q. h. m. omnia aperiuntur in florem. *Quod Varroni placuit.*

g Iulius verò & Aug. *Aug. 2. de doct. Chr. c. 21.*

h a numero & imbre. *A numero tantùm Varro, Augustinus, & Seruius à quo hæc proculdubiò sumpsit Isidorus. Sed hæc omnia additamentis plena. Quanuis scio Cassiodorum ex imbrib. quoque notatione confecisse.*

De solstitijs et aequinoctijs. Cap. XXXII.

SOlstitium dictum: quasi solis statio: quòd tunc sole stante crescant dies vel noctes. Æquinoctium appellatum quod tunc dies, & nox horarum a spatio æquali consistunt. b Duo autem sunt solstitia, vnum æstiuum octauo Kalendarum Iuliarum, de quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos: aliud hyemale, octauo Kal. Ianuar. quo A tempore sol altiores incipit circulos petere. Vnde & hyemalis solstitij dies minimus, sicut æstiui maximus inuenitur. Item duo sunt æquinoctia, vnum vernale & aliud autumnale, quæ Græci ἰσημερίας vocant. Sunt autem hæc æquinoctia die octaua Kalend. April. & octauo Kalend. octob. quia annus olim, in duas partes tantùm diuidebatur: hoc est in æstiuũ, & in hyemale solstitium, & c in duo hemisphæria.

a Cap XXXII. spatio æquali consistunt. *Ita nostri o. CC. constant Romani.*

b Duo autẽ sunt. *è Seru. Georg. 1. ad v.* Humida solstitia. *At boni Latinitatis auctores æstiuum solum solstitium agnoscunt, alterum non solstitium, sed bruma nominant.*

c Et in duo hemisphæria. *Sic o. l. in duas ἰσημερίας volebat A. Aug.*

De temporibus anni. Cap. XXXIII.

TEmpora anni quattuor sunt: ver, æstas, autumnus, & hyems. dicta sunt autem tempora, à a cõmunionis temperamento, quòd inuicem se humore, siccitate, calore, & frigore temperent. Hæc & curricula dicuntur: quia non stant, sed currunt.

c Constat autem post factum mundum ex qualitate cursus solis tempora in ternos menses fuisse diuisa. Quorum temporum talem veteres faciunt discretionẽ, vt primo mense ver nouum dicatur, secundo adultũ, tertio præceps. Sic & æstas in suis tribus mẽsibus, noua, adulta, & præceps: Sic & autũnus nouus, adultus, & præceps: Item hyems noua adulta, & præceps, siue extrema. Vnde est illud. Extremæ sub casum hyemis. Ver autem dictum quòd viret. Tunc enim post hyemem vestitur tellus herbis, & in florem d cuncta rumpuntur. C

e Æstas dicitur ab æstu, id est calore. & æstas quasi vsta, id est exusta & arida. Nam calor aridus est.

f Autumnus à tẽpestate vocatur: quando & folia arborum cadunt & omnia maturescunt. D

g Hyemem autẽ ratio hemisphærij nuncupauit: quia tunc breuiori sol voluitur circulo. Vnde & hoc tempus g bruma dicitur: quasi βραχὺς ἡμέρα id est breuis, vel à cibo quod maior tunc sit vescendi appetitus. Edacitas enim Græcè βρῶμα appellatur: h vnde & imbrumari dicuntur, i quibus fastidium est ciborum. Hybernus autem inter hyemẽ & vernum est k quasi hyemeuernus qui plerumque

Universidad de Deusto
Biblioteca

plerumque à parte totam hyemem significat. Hæc tempora singulis etiam cæli partibus ascribuntur. Ver quippe orienti datur, quia tunc ex terris omnia oriũtur: æstas verò meridiano, eo quòd pars eius calore fit grantior: hyems Septentrioni, eo quòd frigoribus & perpetuo gelu torpeat: autumnus occiduo, eo quod graues morbos habet: vnde & tunc folia arborum defluunt. Vt autem autumnus abundet morbis: facit hoc confiniũ frigoris & caloris, & [l] compugnantia inter se contrariorum aërum.

[a] Cap. XXXIII. à communionis temperam. *à commum temp. C. Rom.*
[b] Hæc & curricula. *è Seru. Æn. 8.*
[c] Constat autem post fact. *è duob. Seruij locis Georg. 1. ad v.* Vere nouo. *& Georg. 2 ad v.* Non alios prima c.o.m.
[d] Cuncta rumpuntur. *Al. erumpunt, al. prorumpunt.*
[e] Æstus ab æstu. *Seru. AEn. 2. ad v.* Propiusq. æstus incend. volu. æstus (*inquit*) calorem, vnde & æstas dicitur. *Vid. Varr lib. 5.*
[f] Autumnus à tempestate. *An tempestatem tempestiuit. tem intelligit? vt sit autumnus auctus annus detracta. c. vt in sartor, fartor, autor.* Fest. Autumnum quidam dictum existimant, quòd tum maximè augentur hominum opes.
[g] Bruma q. *βραχυ. Varr. Fest. Seru. & Macrob.*
[h] Vnde & inbrumari *Al. imbrumati, item brumati, & brumatici. quæ vox hodieq. apud nos in vsu est.*
[i] quib. fastidium est. *Quib. studium est, vnus Tarrac.*
[k] quasi hyemeuernus. *Ex C. Neap. & Ouet. al. hybernus. Vt sit præceps hyems.*
[l] Ex compugnantia contrarior. aerum. *Contrariarum rerum Seruius Georg. 1. ad v.* Quid tempestates Autumni.

De annis. XXXIV.

ANnus [a] est solis anfractus: cum peractis cccclxv. diebus ad eadem loca siderum redit. Annus autẽ dictus, quia mensibus in se recurrentibus voluitur. Vnde & anulus quasi annuus, id est circulus, quòd in se redeat. Virgilius, Atque in se sua per vestigia voluitur annus: Sic enim & apud Ægyptios indicabatur ante inuentas litteras, picto dracone caudam suam mordente, quia in se recurrit. Alij annum dicunt, *ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι* id est ab innouatione: renouatur enim semper.

Tria sunt autem genera annorum. Aut enim lunaris annus est triginta dierum: aut solstitialis qui xij. continet menses: aut magnus, omnibus planetis in eundem locum recurrentibus, qui fit post annos solstitiales plurimos.

[a] Cap. XXXIV. Annus est. *Tot ẽ caput vsq. ad AEra. conflatum ex varijs Seruij locis AEn. 1. 3. & 5.*
[b] Æra singulor annor. *Leguntur hæc in plerisque Eusebij codicib. sed negabat exstare in antiquissimis Chacon. Porrò de æra multi hac ætate multa. Nos Nonio credimus ita scribẽti:* AEra numeri nota. Lucil. lib. xxix. Hæc est ratio, peruersa æra, summa & subducta improbè. *M. Tullius in Hortensio apud eund.* Non. Quid tu inquam, soles, cum rationem à dispensatore accipis, si æra singula probasti, summã quæ ex his confecta sit non probare? *Vid. inf. lib. 6. c. 15.*
[c] censum exegit. *Ita lib. 3. Tarr. ac Neap. exagitato censu. & quidem apud Eusseb. frequens: censu Romæ agitato inuenta sunt hominum millia, &c.*

De olympiadibus et lustris & iubileis. Cap. XXXV.

OLympias apud Græcos constituta apud Elidem Græciæ ciuitatem, Elijs agentibus agonem, & [a] quinquennale certamen, quattuor medijs annis vacantibus: & ob hoc Elidum certaminis tempus olympiadem vocauerũt, quadriennio in vna olympiade supputato.

[b] Lustrum verò est *πενταετηρὶς* id est, quinquenniũ, quòd quinto anno dicitur condi propter olympiadas à Romanis: adhuc enim consules, adhuc era nondum erant. Est enim quinquennale tẽpus. Ideò verò sic vocatur: eò quòd censu per quinquennium in republica peracto, vrbs Roma lustrabatur.

Iubileus interpretatur, remissionis annus. Est enim Hebraicus & sermo & [c] numerus, qui septenis annorum hebdomadibus, id est quadraginta nouẽ annis texitur, in quo clangebatur tubis, & ad omnes reuertebatur antiqua possessio, debita absoluebantur, confirmabantur libertates. Hunc numerum etiam in diebus Pentecostes & ipsi celebramus post Domini resurrectionẽ remissa culpa: & totius debiti chirographo euacuato, ab omni nexu liberi suscipientes aduenientem in nos gratiam Spiritus sancti.

[a] Cap. XXXV. Et quinquennal. certam. *Eusseb. in Chron.* Elij agunt quinquennale certamen, quattuor annis in medio expletis, quam Olympiadem Iphitus filius Praxonidis, siue Hæmodis primus constituit.

[b] Lustrum

[b] Lustrũ vero. *Seru. Æn. 1. ad v.* vencit lustris lab. ætas. Lustris quinquẽnijs, & benẽ Olympiadib. cõputat tempora, quia nondum vel Roma vel consules. Lustrum autem dictum, quòd post quinquennum vnaquæq. ciuitas lustrabatur. *Ergo verba illa,* adhuc n. consules, adhuc æra nondum erant. *Quæ Virgilij interpretationi tantum seruiunt, nihil Isidoro detracta obernnt. Nam Isidorus Seruium legens non videtur Maronis verba considerasse:* propter Olympiadas, *pro Olympiadib. vel loco Olympiadum interpreteris licet.*
[c] Et numerus qui septennis---gratiam Spiritus sancti. *Ex Hieron. ad Am. cap. 5. & Ambros. in apolog. Dauid cap. 8.*

De seculis et atatibus. Cap. XXXVI.

SEcula [a] generationibus constãt: & inde secula quod sequantur. Abeuntibus enim alijs alia succedunt. [b] Hunc quidã quinquagesimum annum dicunt, quem Hebræi iubileum vocant. Ob hanc caussam & ille Hebræus qui propter vxorem & liberos amans dominum suum, aure pertusa, seruitio subiugatur, seruire iubetur in seculum, hoc est vsque ad annum quinquagesimum. [c] Ætas plerunq. dicitur & pro vno anno, vt in annalibus, & pro septem, vt hominis: & pro centum, & pro quouis tempore. Vnde & ætas tempus quod de multis seculis instruitur. [d] Et dicta ætas quasi æuitas. id est similitudo æui. Nam æuum est ætas perpetua: cuius neque initium neque extremum noscitur: quod Græci *αἰῶνας* vocant: quod aliquando apud eos pro seculo, aliquando pro æterno ponitur. Vnde & apud Latinos est deriuatum.

Ætas autem propriè duobus modis dicitur: aut enim hominis, sicut infantia, iuuentus, senectus: aut mundi, cuius prima ætas est ab Adam vsque ad Noë: secunda à Noë vsque ad Abraham: tertia ab Abraham vsq. ad Dauid: quarta à Dauid vsque ad transmigrationem Iudæ in Babyloniã: quinta deinde vsque ad aduentum Saluatoris in carne: sexta quæ nunc agitur vsque quo mundus iste finiatur. [e] Quarum decursus per generationes & regna: primus ex nostris Iulius Africanus sub imperatore Marco Aurelio Antonino, simplicis historiæ stylo elicuit. De hinc Eusebius episcopus Cæsarienſis, atque sanctæ memoriæ Hieronymus presbyter, chronicorum canonum multiplicem ediderunt, historiam regnis simul & temporibus ordinatam. Dehinc alij atque alij inter quos præcipuè Victor Tununensis Ecclesiæ episcopus recensitis priorum historijs gesta sequentium ætatum vsque ad consulatum Iustini iunioris imperatoris expleuit. Horum nos temporũ summam ab exordio mundi ad Augusti Heraclij imperatoris vel Suinthilanis regis Gotthorũ, quanta potuimus breuitate notauimus, ad iacente è latere descendente linea temporum cuius indicio summa præterita seculi cognoscatur.

[a] Cap. XXXVI. Secula generationib. constat. *Secula sex generationib. constãt, cod. Neap. sed nullo (opinor) sensu.*
[b] Hunc quidam. *Ex Hieronym. ad Gal. 2.*
[c] AEtas. *Seru. Georg. 3.* AEtatem plerumque generaliter dicimus pro anno, pro triginta, pro centum, pro quouis tempore. *Verba autem,* vt in annalib. *Itemque,* vt in homine *aliena cum Chacone censemus.*
[d] Et dicta ætas q. æuitas. *Nam & æuitas olim eadem fuit.*
[e] quarum decursus----seculi cognoscatur. *Hæc non sunt in vetustiorib. sumpta tamen sunt ex Isidori Chronico.*
[f] Victor Tununensis. *Ita legendum ex lib. de vir. illust. non (vt antè) Turonensis.*

De discretione temporum. XXXVII. †92

PRima ætas continet in exordio sui creationem mundi. Primo enim die Deus in lucis nomine condidit Angelos, secũdo in firmamenti appellatione cælos, tertio in discretionis vocabulo speciem aquarum & terræ, quarto luminaria cæli, quinto animãtia ex aquis, sexto animantia ex terra, & hominem, quem appellauit Adam.

ADam anno ccxxx. genuit Seth à quo filij Dei. ccxxx.
Seth anno ccv. genuit Enos: qui cœpit inuocare nomen Domini. cccxxxv.
Enos anno clxxxx genuit Cainan. Dcxxv.
Cainan anno clxx. genuit Malaleel. Dccxv.
Malaleel anno clxv. genuit Iared. Dccclx.
Iared anno clxxij genuit Enoch qui translatus est. Mcxxij.
Enoch anno clxv genuit Mathusalẽ. Mcc. lxxxvij.
Mathusalem anno clxvij. genuit Lamech. Mcccliiij.
Lamech anno clxxxviij genuit Noë. arca ædificatur, M. D.cxlij.
Noe autem anno D c. factum est diluuium. ii.M ccxlij.

Secunda

Universidad de Deusto Biblioteca

Secunda ætas.

SEm post diluuium secundo anno genuit Arphaxad, à quo Chaldæi. IIM.CCXLIIII.
Arphaxad ann. CXXXV. genuit Sala: à quo Samaritæ & Indi fuerunt. IIMCCCLXXIX.
Sala ann. CXXX. genuit Heber à quo Hebræi. IIM.D.IX.
Heber ann. CXXXIIII. genuit Phaleg. Turris ædificatur. IIM.DCXLIII.
Phaleg. ann. CXXX. genuit Ragau. Dij primùm adorantur. IIM.DCCLXXIII.
Ragau ann. CXXXIJ. genuit Seruch. Regnum inchoat Scytharum. IIM.DCCCCV.
Seruch ann. CXXX. genuit Nachor. Regnum Ægyptiorum nascitur. IIIM.XXXV.
Nachor ann. LXXIX. genuit Tharam. Regnum Assyriorum & Sycioniorũ exoritur. IIIM.CXIIII.
Thara ann. LXX. genuit Abraham.
Zoroastes magicam reperit. IIIM.CLXXXIIII.

Tertia ætas.

ABraham an. centesimo genuit Isaac. Nãprius & Ismahël à quo & Ismahëlitæ. IIIM.CCLXXXIIII.
Isaac an. sexagesimo genuit Iacob. Argiuorum regnum inchoat. IIIM.CCCXLIIII.
Iacob ann. XCJ. genuit Ioseph.
Phoroneus Græciæ leges dedit. IIIM.CCCCXXXV.
Ioseph ann. CX. vixit. Græcia segetes habere cœpit. IIIM.DXLV.
Hebræorum seruitus in Ægypto ann. CXLIIII. Atlas Astrologiam inuenit. IIIM.DCLXXXIX.
Moyses ann. XL. rexit populum in eremo. Hebræi legem & litteras habere cœperunt. IIIM.DCCXXIX.
Iosue ann. XXVII. Erichthonius in Græcia primus quadrigam iunxit. IIIM.DCCLVJ.
Othoniel ann. XL. Cadmus litteras Græcis dedit. IIIM.DCCXCVJ.
Aoth ann. LXXX. fabulæ fictæ sunt. IIIM.DCCCLXXVJ.
Debbora ann. LX. Apollo Medicinæ artẽ inuenit, & citharam reperit. IIIM.DCCCCXVJ.
Gedeon ann. XL. Mercurius lyram condidit. IIIM.DCCCCLVJ.
Abimelech ann. IIJ. Chorus in Græcia inuentus. IIIM.DCCCCLIX.
Thola ann. XXIIJ. Priamus regnauit in Troia. IIIM.DCCCCLXXXIJ.
Iair ann. XXIJ. Carmentis Latinas litteras reperit. IIIM.IIIJ.
Iephte ann. VJ. Hercules se flammis iniecit. IIIM.X.
Abesan ann. VIJ. Alexander Helenam rapuit. IIIM.XVIJ.
Abdon ann. VIIJ. Troia capta est. IIIM.XXV.
Samson ann. XX. Ascanius Albam condidit. IIIM.XLV.
Heli sacerdos ann. XL. Arca testamenti capitur. IIIM.LXXXV.
Samuel ann. XL. Homerus fuisse putatur. IIIM.CXXV.

Quarta ætas.

DAuid ann. quadrag. Carthago à Didone conditur. Gad, Nathan & Asaph prophetauerunt. IIIM.CLXV.
Salomon ann. XL. Templum Hierosolymis ædificatur. IIIM.CCV.
Roboam ann. XVIJ. Regnum Israël & Iuda diuiditur. IIIM.CCXXIJ.
Abia ann. tribus, sub quo Abimelech Pontifex fuit. IIIM.CCXXV.
Asa ann. XLJ. Achias, Amos, Iehu, Iohel & Azarias prophetauerunt. IIIM.CCLXVJ.
Iosaphat ann. XXV. Prophetauit Elias. Abdias & Michæas. IIIM.CCXCJ.
Ioran ann. VIIJ. Prophetauit Elias & Eliseus. IIIM.CCXCIX.
Ochozias ann. J. Elias rapitur. IIIM.CCC.
Athaliaann. VIJ. Ionadab sacerdos claruit. IIIM.CCCVIJ.
Ioas ann. XL. Eliseus moritur. IIIM.CCCXLVIJ.
Amasias ann. XXIX. Carthago condita. IIIM.CCCLXXVJ.
Oziàs ann. LIJ. Olympias à Græcis instituitur. IIIM.CCCCXXVIIJ.
Ioathan ann. XVJ. Romulus nascitur. IIIIM.CCCCXLIIIJ.
Achaz ann. XVJ. Roma conditur. IIIIM.CCCCLX.
Ezechias ann. XXIX. Senatus Romæ fit. IIIIM.CCCCLXXXIX.
Manasses ann. LV. Sibylla Samia claruit. IIIIM.DXLIIIJ.
Amon ann. XIJ. Census primùm agitur. IIIIM.DLVJ.
Iosias

Iosias an. XXXIJ. Thales philosophus agnoscitur. IIIIM.DLXXXVIIJ.
Ioachim an. XJ. Nabuchodonosor Iudæã capit. IIIIM.DXCIX.
Sedechias an. XJ. Templum Hierosolymis incensum. Sappho mulier diuerso poëmate claruit. IIIIM.DCX.

Quinta ætas.

HEbræorum captiuitas ann. septuaginta Iudith historia scribitur. IIIIM.DCLXXX.
Darius ann. XXXIIIJ. Iudæorum captiuitas soluitur. IIIIM.DCCXIIIJ.
Xerxes ann. XX. Sophocles & Euripides, tragœdi celebrantur. IIIIM.DCCXXXIIIJ.
Artaxerxes an. XL. Esdras incensam legem renouat. IIIIM.DCCLXXIIIJ.
Darius qui & nothus an. XIX. Hæc ætas habuit Platonem, & Gorgiam primũ Rhetorem. IIIIM.DCCXCIIJ.
Artaxerxes an. XL. Hester historia expletur. IIIIM.DCCCXXXIIJ.
Artaxerxes (qui & Ochus) ann. XXVJ. Demosthenes & Aristoteles prædicantur. IIIIM.DCCCLIX.
Xerxes an. IIIJ. Xenocrates illustris habetur. IIIIM.DCCCLXIIJ.
Darius an. VJ. Alexander Hierosolymam cepit. IIIIM.DCCCLXIX.
Alexãder Macedo an. V. Asiam obtinuit. IIIIM.DCCCLXXIIIJ.
Ptolemæus ann. XL. Machabæorum liber inchoat primus. IIIIM.DCCCCXIV.
Philadelphus an XXXVIIJ. Septuaginta interpretes agnoscuntur. IIIIM.DCCCCLIJ.
Euergetes an. XXVJ. Iesus sapientiæ librum componit. IIIIM.DCCCLXXVIIJ.
Philopator ann. XVIJ. Machabæorum secundi libri historia componitur. IIIIM.DCCCCXCV.
Epiphanes an. XXIIIJ. Romani Græcos obtinuerunt. VMXIX.
Philometor an. XXXV. Scipio Africã vicit. VMIIIJ.
Euergetes an. XXIX. Brutus Hispaniã subegit. VM.LXXXIIJ.
Soter an. XVIJ. Thraces Romanis subiciuntur. VM.C.
Alexander an. X. Syria Romanis subiecta est. VM.CX.
Ptolemæus an. VIIJ. Rhetorica ars Romæ cœpit. VM.CXVIIJ.
Dionysius an. XXX. Pompeius Iudeã capit. VM.CXLVIIJ.
Cleopatra an. IJ. Ægyptus Romanis subditur. VM.CL.
Iulius Cæsar ann. V. Hic primus Monarchiam tenuit. VM.CLV.

Sexta ætas.

OCtauianus an. LVJ. Christus nascitur. VM.CCXJ.
Tiberius an. XXIIJ. Christus crucifigitur. VM.CCXXXIIIJ.
Caius Caligula ann. IIIJ. Matthæus Euangelium scripsit. VM.CCXXXVIIJ.
Claudius ann. XIIIJ. Marcus Euangelium edidit, VM.CCLIJ.
Nero an. XIIIJ. Petrus & Paulus necantur. VM.CCLXVJ.
Vespasianus ann. X. Hierosolyma à Tito subuertitur. VMCCLXXVJ.
Titus an. IJ. Hic facundus & pius fuit. VM.CCLXXVIIJ.
Domitianus an. XVJ. Ioannes in Pathmos relegatur. VM.CCXCIIIJ.
Nerua an. J. Ioannes Ephesum redit. VM. CCXCV.
Traianus ann. XVIIIJ. Ioahnnes Apostolus requiescit. VM.CCCXIIIJ.
Adrianus ann. XXJ. Aquila interpres habetur. VM.CCCXXXV.
Antoninus Pius ann. XXIJ. Valentinus & Marcion agnoscuntur. VM.CCCLVIJ.
Antoninus an. XIX. Cataphrygarum hæresis oritur. VM.CCCLXXVJ.
Commodus ann. XIIJ. Theodotion interpres habetur. VM.CCCLXXXIX.
Ælius pertinax an. J. Nihil habet historiæ. VM.CCCXC.
Seuerus ann. XVIIJ. Symmachus interpres habetur. VM.CCCCVIJ.
Antoninus Caracalla an. VIJ. Quinta editio Hierosolymis inuenitur. VM.CCCCXV.
Macrinus an. J. Huius breuitas vitæ nihil gestorum habet. VM.CCCCXVJ.
Aurelius Antoninus an. IIIJ. Sabellij hæresis oritur. VM.CCCCXX.
Alexander annis XIIJ. Origenes insignis habetur. VM.CCCCXXXIIJ.
Maximus an. IIJ. Iste Germanos vicit. VM.CCCCXXXVJ.
Gordianus an. VIJ. Iste de Parthis & Persis triumphauit. VM.CCCCXLIJ.
Philippus an. VIJ. Hic primus Christianus imperator fuit. VM.CCCCL.

Decius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decius ann. j. Antonius monachus claruit. VM.cccclı.

Gallus an.ij. Nouatus hæresim condit. VM.cccclıij.

Valerianus ann. xv. Cyprianus martyrio coronatur. VM. cccclxviij.

Claudius ann. ij. iste Gotthos ab Illyrico expulit. VM.cccclxx.

Aurelianus ann. v. Iste Christianos persequitur. VM.cccclxxv.

Tacitus ann. j. Huius breuitas vitæ prænotatione caret. VM.cccclxxvj.

Probus ann. vj. Manichæorum hæresis orta est. VM.cccclxxxij.

Carus anno.ij. Iste de Persis triumphauit. VM.cccclxxxiiij.

Diocletianus ann. xx. Iste diuinis libris aduſtis martyria facit. VM.Diiij.

Galerius anno.ij. Huius breuitas vitæ nihil dignum historiæ contulit. VM. Dvj.

Constantinus ann. xxx. Nicæna synodus congregatur. VM.Dxxxvj.

Constantius ann. xxiiij. Anthropomorphitarum hæresis oritur. VM.Dlx.

Iulianus ann. ij. Hic ex Christiano paganus effectus est. VM.Dlxij.

Iouianus an.j. Iste iterum Christianus effectus est. VM.Dlxiij.

Valens an. xiiij. Gotthi hæretici efficiuntur. VM.Dlxxvij.

Gratianus an. vj. Prisćilianus agnoscitur. VM.Dlxxxiij.

Valētinianus an. vij. Hieronymus in Bethleem prædicatur. VM.Dxc.

Theodosius an. iij. Iohānes Anachoreta claruit. VM.Dxciij.

Arcadius ann. xiij. Iohannes Chrysostomus floruit. VM.Dcvj.

Honorius ann. xv. Augustinus episcopus claruit. VM.Dcxxj.

Theodosius ann. xxvij. Nestorius hæresiarcha extitit. VM. Dcxlviij.

Martianus ann. vj. Chalcedonensis synodus agitur. VM.Dcliij.

Leo maior an. xvj. Ægyptus errore Dioscori latrat. VM.Dclxx.

Zenon ann. xvij. Acephalorum hæresis orta est. VM.Dclxxxvij.

Anastasius ann. xxvij. Fulgentius episcopus prædicatur. VM.Dccxiiij.

Iustinus ann. viij. Acephalorum hæresis abdicatur. VM.Dccxxij.

Iustinianus xxxix. ann. Vandali in Africa extinguuntur. VM.Dcclxj.

Iustinus ann. xj. Armenij fidem Christi suscipiunt. VM.Dcclxxij.

Tiberius ann. vij. Longobardi Italiam capiunt. VM.Dcclxxix.

Mauritius ann. xxj. Gotthi catholici effecti sunt. VM.Dccc.

Phocas an. viij. Romani cæduntur à Persis. VM.Dcccviij.

Eraclius xvij nunc agit imperij annum: Iudæi in Hispania Christiani efficiuntur. Residuū sextæ ætatis soli Deo est cognitum.

DIVI

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER SEXTVS.

De libris, & officijs Ecclesiasticis.

DE VETERI ET NOVO Testamento. Cap. I.

VETVS Testamentum ideò dicitur, quia veniente nouo cessauit, de quo Apostolus meminit, dicens: Vetera transierunt, & ecce facta sunt omnia noua. Testamentum autem nouum ideò nuncupatur, quia innouat. Non enim illud discunt, nisi homines renouati ex vetustate per gratiam, & pertinentes iam ad Testamentum nouum, quod est regnum cælorum.

[a] Hebræi autē veteris testamenti, Esdra authore, iuxta numerum litterarū suarum, viginti duos libros accipiunt: diuidentes eos in tres ordines, Legis scilicet, & Prophetarum & Hagiographorū. Primus ordo Legis in quinque libris accipitur, quorum primus est Beresith, quod est Genesis. Secundus Veelle Semoth, quod est Exodus. Tertius Vaicra, quod est Leuiticus. Quartus Vaiedabber, quod est Numeri. Quintus Elle addebarim quod est Deuteronomium. Hi sunt quinq. lib. Moysi: quos Hebræi Thora, Latini Legem appellant. Propriè autem lex appellatur: quæ per Moysen data est: Secundus est prophetarum: in quo continentur libri octo: Quorum primus Iosue Ben-Nun: qui Latinè Iesu Naue dicitur, secundus Sophtin, quod est Iudicū, tertius Samuel, qui est Regum primus, quartus Melachim, qui est Regum secundus, quintus Isaias, sextus Ieremias, septimus Ezechiel, octauus Thereasar: qui dicitur duodecim prophetarum: qui libri quia sibi pro breuitate adiuncti sunt, pro vno accipiuntur. Tertius est ordo Hagiographorum, id est, sancta scribentium: in quo sunt libri nouem: quorum primus Iob: secundus Psalteriū: tertius Misle, quod est Prouerbia Salomonis: quartus Coheleth, quod est Ecclesiastes: quintus Sir hasirim, quod est Cantica canticorū: sextus Daniel: septimus. Dibrehaiamim quod est verba dierū. [b] hoc est Paralipomenon: octauus Esdras: nonus Hester: qui simul omnes v. VIII. & IX. fiūt XXII. sicut superius comprehensi sunt. Quidam autem Ruth & Cinoth, quod Latinè dicitur Lamentatio Ieremiæ Hagiographis adijciūt, & XXIV. volumina te stamēti veteris faciūt, iuxta vigintiquattuor seniores, qui ante conspectum Dñi assistunt.

Quartus est apud nos ordo veteris testamenti, eorum librorum qui in canone Hebraico non sunt. Quorum primus Sapientiæ liber est, secundus Ecclesiasticus, tertius Thobias, quartus Iudith, quintus & sextus Machabæorum: quos licet Iudæi inter apocrypha separent: Ecclesia tamen Christi inter diuinos libros & honorat, & prædicat.

In Nouo autē Testamento duo sunt ordines: primus Euangelicus, in quo sunt Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohannes. Secundus Apostolicus: in quo sunt Paulus in quattuordecim epistolis, Petrus in duabus: Iohannes in tribus, Iacobus, & Iudas in singulis. Actus Apostolorum, & Apocalypsis Iohannis.

Summa autem vtriusq. testamenti trifariè distinguitur, id est, in historia, in moribus, in allegoria. Rursus ista tria multifariè diuiduntur, id est, quid à Deo, quid ab Angelis vel hominibus gestum dictumq. sit, quid à prophetis prænuntiatum de Christo & corpore eius: quid de diabolo & mēbris ipsius: quid de veteri & nouo populo: quid de præsenti sęculo, & futuro regno atq. iudicio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] Cap. I. Hebræi autem. *Ex prolog. Galeato Hierony. & præfatione in libros Reg. & Epiphan. lib. de pond.*

[b] Hoc est Paralip. *Quæ post hæc verba addantur in excusis, in mſ. nulla sunt, neq. esse debent. Non. n. Chronicon is liber dictus est, quamuis id nomen aptißimè illi conueniat, vt Hieron. ait.*

De scriptoribus, & vocabulis sanctorum librorum. Cap. II.

VEteris testamenti secundùm Hebræorum traditionem hi perhibentur auctores. Primus Moyses diuinæ historiæ cosmographiam in quinque voluminibus edidit, quod Pentateuchum nominatur.

Pentateuchum autem à quinque voluminibus dicitur. πέντε enim Græcè quinq. τεῦχος volumen vocatur.

Genesis liber inde appellatur, eò quòd exordium mundi & generatio seculi in eo contineatur.

Exodus verò exitū ab Ægypto vel egressum populi Israël digerit, & ex ea causſa nomen accepit.

Leuiticus appellatur, eò quòd Leuitarum ministeria & diuersitatem victimarum exequitur, totúsque in eo ordo Leuiticus annotatur.

Numerorum liber vocatur, eò quòd in eo egressæ de Ægypto tribus dinumerantur, & quadraginta duarum per eremum mansionum in eo descriptio continetur.

Deuteronomiū Græco sermone appellatur, quod Latinè interpretatur Secunda lex, id est, repetitio & Euangelicæ legis præfiguratio, quæ sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia, quæ in eo replicantur.

Iosue liber nomen accepit à Iesu filio Naue, cuius historiam continet, scriptorem verò eius eundem Iosue Hebræi asseuerant, in cuius textu post Iordanis transitū regna hostium subuertuntur, terra populo diuiditur, & per singulas vrbes, viculos, montes atque confinia Ecclesiæ, cælestísque Hierusalem spiritualia regna præfigurantur.

Iudicum nominatur à principibus populi, qui præfuerunt in Israel post Moysen & Iosue, antequàm Dauid & cæteri reges existerēt. Hūc librū & Ruth edidisse creditˉ Samuel. Liber Samuel eiusdē Samuelis natiuitatē, & sacerdotium, & gesta describit, idcirco & ab eo nomen accepit. Et quāuis hic liber Saul & Dauid historiā cōtineat: vtriq. tamen ad Samuel referuntur, quia ipse vnxit Saul in regnum, ipse Dauid in regem futurum. Cuius libri primam partem conscripsit idem Samuel: sequentia verò eius vsque ad calcem scripsit Dauid.

Melachim proindè appellatur: eò quòd reges Iudæ & Israëliticæ gentis gestáq. eorū per ordinem digerat remporum. Melachim enim Hebraicè, Latinè Regum interpretatur. Hunc librum Ieremias primus in vnum volumen coëgit. Nam anteà sparsus erat per singulorum regum historias.

Paralipomenon Græcè dicitur, quod nos prætermissorum, vel reliquorum dicere possumus, quia ea quæ in lege vel in Regū libris vel omissa vel non plenè relata sunt, in isto summatim & breuiter explicantur.

Librum Iob quidam Moysen scripsisse arbitrantur: alij vnū ex prophetis: nonnulli verò eundem Iob post plagam suæ passionis scriptorem fuisse existimant, arbitrantes, vt qui certamina specialis pugnæ sustinuit, ipse narraret quas victorias expediuit. [c] Principia autē & fines libri Iob apud Hebræos prosa oratione contexta sunt: media autem ipsius ab eo loco in quo ait, Pereat dies in qua natus sum, vsq. ad eum locū, Idcircò ego me reprehendo & ago pœnitentiam: omnia heroico metro discurrunt.

Psalmorum liber, Græcè psalterium, Hebraicè nebel, Latinè organum dicitur. Vocatus autem psalmorū, quod vno Propheta canente ad psalterium, Chorus consonando responderet. [d] Titulus autem in psalmis Hebraicus Thehilim, quod interpretatur Volumen hymnorum. [e] Auctores autem psalmorum sunt qui ponuntur in titulis, Moyses scilicet & Dauid & Salomon, Asaph, Ethan, Idithun & filij Core Eman Ezraithæ & reliquorum quos Esdras vno volumine comprehendit. Omnes autem psalmos apud Hebræos metrico carmine constat esse compositos. Nam [f] in morem Romani Flacci, & Græci Pindari, nunc alij iābo currunt, nunc Alcaico personant: [g] nunc Saphico nitent, [h] trimetro vel tetrametro pede incedentes.

[i] Salomon filius Dauid Rex Israël iuxta numerum vocabulorum suorum tria volumina edidit: quorum primus est Hebraicè Misle: quem Græci Parabolas, Latini prouerbiorum nominant, eò quòd in ipso sub comparatiua similitudine figuras verborum & imagines veritatis ostenderit. Ipsam autem veritatem ad intelligendum le-

gentibus reseruauit. Secundum librum Coheleth vocauit, qui Græcè Ecclesiastes dicitur, Latinè Concionator: eò quòd sermo eius non specialiter ad vnum sicut in Prouerbijs, sed ad vniuersos generaliter dirigatur: docens omnia quæ in mundo cernimus caduca esse & breuia, & ob hoc minimè appetenda.

Tertium librum Sir-hasirim prænotauit: qui in Latinam linguam vertitur Canticum canticorum: [k] vbi per epithalamium carmen coniunctionem Christi & Ecclesiæ mysticè canit. Dictum autem Canticum canticorum: eò quòd omnibus canticis præferatur: quæ in scripturis sacris habentur, sicut quædam in lege dicuntur sancta, quibus maiora sunt Sancta sanctorum.

Horum autem trium librorum carmina hexametris & pentametris versibus apud suos composita perhibentur, vt Iosephus Hieronymusq. scribunt.

Isaias Euangelista potius quàm propheta edidit librum suum: cuius omnis textus eloquentia prosa incedit. Canticū verò hexametro & pentametro versu discurrit.

Ieremias similiter edidit librum suum cum threnis eius: [m] quos nos Lamēta vocamus, eò quòd in tristioribus rebus funeribusque adhibeantur, in quibus quadruplex diuerso metro composuit alphabetū: quorum duo prima quasi sapphico metro scripta sunt: quia tres versiculos qui sibi nexi sunt [n] & ab vna tantum littera incipiunt, heroicum cōma concludit. Tertium alphabetum trimetro scriptum est, & à ternis litteris ijdem versus terni incipiunt. Quartum alphabetum simile primo & secundo habetur.

[o] Ezechiel & Daniel à viris quibusdam sapientibus scripti esse perhibentur, quorū Ezechiel principia & finis multis habet obscuritatibus inuoluta. Daniel verò claro sermone regna orbis pronuntiat & tempus aduentus Christi manifestissima prædicatione annotat. Hi sunt quattuor Prophetæ, qui maiores vocantur, quia prolixa volumina condiderunt. Liber duodecim prophetarū auctorū suorū nominibus prænotatur, qui propterea dicuntur minores quia sermones eorū breues sunt. Vnde & cōnexi sibimet inuicē in vno volumine continētur: quorū nomina sunt: Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, & Malachias.

Esdræ liber auctoris sui titulo prænotatur, in cuius textu eiusdem Esdræ, Nehemiæq. sermones pariter cōtinentur. Nec quēquam moueat, quod vnus Esdrę dicitur liber: quia secundus, tertius & quartus non habentur apud Hebræos, sed inter apocryphos deputantur.

Hester librū Esdras creditur conscripsisse in quo eadē regina sub figura Ecclesiæ Dei populū à seruitute & morte eripuisse scribitur, atq. interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, diei celebritas in posteros mittit.

[p] Liber Sapientiæ apud Hebræos nusquam est, vnde & ipse stylus Græcā magis eloquētiam redolet. Hunc Iudæi Philonis esse affirmāt, qui proinde Sapientiæ nominatur, quia in eo Christi aduentus qui est sapiētia Patris, & passio eius euidenter exprimitur.

[q] Librum autem Ecclesiasticū certissimè Iesus filius Sirach Hierosolymita nepos Iesu sacerdotis magni composuit, de quo meminit Zacharias, qui liber apud Latinos propter eloquij similitudinem Salomonis titulo prænotatur. Dictus autem Ecclesiasticus, eò quòd de totius Ecclesiæ disciplina religiosæ conuersationis magna cura & ratione sit editus. Hic & apud Hebræos reperitur, sed inter apocryphos habetur.

Iudith verò & Tobias siue Machabæorū libri, quibus auctoribus scripti sint, minimè constat. Habent autem vocabula ex eorum nominibus quorum gesta scribuntur.

Quattuor libros Euangeliorum, quattuor Euangelistæ singulariter conscripserunt.

Primus Matthæus cōscripsit Euangelium litteris Hebraicis & sermonibus in Iudæa, initians euangelizare ab humana Christi natiuitate dicens: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham: significans descendisse corporaliter ex semine Patriarcharum Christum: sicut promissum erat in Prophetis per Spiritum sanctum.

Secundus Marcus plenus Spiritu sancto scripsit Euangeliū Christi eloquio Græco in Italia secutus Petrū, vt discipulus. Is initium à spiritu prophetali fecit dicens, Vox clamātis in deserto, parate viam Domino: vt ostēderet Christum post assumptionem carnis Euangeliū prædicasse in mundo. Ipse enim Christus & propheta dictus est, sicut scriptū est, Et [r] Prophetam in gentibus posu te.

Tertius Lucas inter omnes Euangelistas [s] Græci sermonis eruditissimus, quippe vt medicus, in Græcia Euangelium scripsit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theophilo Episcopo, initians à sacerdotali A
spiritu dicens: Fuit in diebus Herodis regis
Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias,
vt manifestaret Christum post natiuitatem
carnis & prædicationem Euangelij, hostiam
fuisse effectũ pro salute mundi. Ipse est enim
sacerdos, de quo dictum est in psalmis: Tu es
sacerdos in æternum secundum ordinem
Melchisedech. Vbi enim Christus aduenit:
sacerdotium Iudæorum obmutuit: lex &
prophetia cessauit. Quartus Iohãnes scripsit
Euangeliũ vltimus in Asia, incipiẽs à Verbo,
vt ostenderet eundem saluatorem, qui pro
nobis dignatus est nasci & pati: ipsum ante B
secula Dei Verbum esse, ipsum à cælo ve-
nisse, & post mortem ad cælum iterum re-
measse.

Hi sunt quattuor Euangelistæ, quos per
Ezechielem Spiritus sanctus significauit in
quattuor animalibus. Propterea autẽ quat-
tuor animalia: quia per quattuor mundi
partes fides Christianæ religionis eorum
prædicatione disseminata est. Animalia au-
tem dicta sunt: quoniam propter animam
hominis prædicatur Euangelium Christi.
Nam & oculis plena erant intus & foris,
quoniam perfident quæ dicta sunt à pro-
phetis, & quæ promissa erant impleri. x C
Crura autẽ eorum recta: quia nihil prauum
in Euangelijs. Et alas senas tegentes crura &
facies suas: reuelata sunt enim quæ tege-
bantur in aduentu Christi.

Euangelium autem interpretatur bona
annuntiatio. Græcè enim εὖ bene ἀγγελία
dicitur annuntiatio. Vnde & angelus nun-
tius interpretatur.

y Paulus Apostolus suas scripsit epistolas
quattuordecim, ex quibus nouem, septem
Ecclesijs scripsit, reliquas discipulis suis Ti-
motheo, Tito, & Philemoni. z Ad Hebræos
autem epistola à plerisque Latinis eius esse
incerta est, propter dissonantiam sermonis. D
eandémq. alij Barnabam conscripsisse: alij
à Clemente scriptam fuisse suspicantur.

Petrus scripsit duas nominis sui epistolas,
quæ Catholicæ ideò nominantur, quia non
vni tantùm populo vel ciuitati, sed vniuer-
sis gentibus generaliter scriptæ sunt.

Iacobus & Ioannes & Iudas suas scripse-
runt epistolas.

Actus Apostolorũ primordia fidei Chri-
stianæ in gentibus & nascentis Ecclesiæ
historiam digerit. Actuum Apostolorum
scriptorem Lucam esse (constat) euange-
listam: in quo opere nascentis Ecclesiæ in-
fantia texitur, & Apostolorum historia reti-
netur. Vnde & actus Apostolorum dicitur.

Apocalypsim librum Iohannes euange-
lista scripsit, eo tempore quo ob euangelij
prædicationem in insula Pathmos traditur
relegatus. Apocalypsis autem ex Græco in
Latinum reuelatio interpretatur. Reuelatio
enim dicitur manifestatio eorum quæ ab-
scondita erant, iuxta quod & ipse Iohannes
dicit. Apocalypsis Iesu Christi quam dedit
illi Deus palam facere seruis suis.

Hi sunt scriptores sacrorum librorum,
qui per Spiritum sanctum loquentes ad eru-
ditionem nostram & præcepta viuendi, &
credendi regulam conscripserunt.

Præter hæc & alia volumina apocrypha
nuncupantur. Apocrypha autem dicta, id
est secreta, quia in dubium veniunt. Est
enim eorum occulta origo, nec patet Patri-
bus ex quibus vsque ad nos auctoritas vera-
cium scripturarum certissima & notissima
successione peruenit. In ijs apocryphis et-
si inuenitur aliqua veritas, tamen propter
multa falsa, nulla est in eis canonica aucto-
ritas, quæ rectè à prudentibus iudicantur
non esse eorũ credenda, quibus adscribun-
tur. Nam multa & sub nominibus prophe-
tarum, & recentiora sub nominibus Apo-
stolorum ab hæreticis proferuntur: quæ
omnia sub nomine apocryphorum auctori-
tate canonica diligenti examinatione re-
mota sunt.

a Cap. II. Pleraque ex Hieron ep. ad Paulmum.
b Hunc librum & Ruth. *Voces & Ruth. à plerisque aberant, sed reijciendæ non fuerunt, cum idem dicat lib. 1. de offic. Eccl. c. 12.*
c Principia autem & fin. *Ex præf. Hier. ad lib. Iob.*
d Titulus autem comprehendit. *Ex ep. ad Sophron.*
e Auctores autem. *Ex ead. ep.*
f in morem Rom. Flacc. *Ex præf. ad Chron. Euseb. & ad Iob.*
g nunc Saphico nitent. *Tument apud Hieronym. tinnent Segunt C. ex quo* tinniunt *quidam legebat.*
h trimetro vel tetrametro. *Nihil de trimetro, aut tetrametro Hieronymus: sed* nunc semipede ingreditur. *Atque ita legi volebat Chacon, illud alterum glossema fuisse.*
i Salomon. *Ex Hieronym. ad cap. 1. Ecclesiastæ.*
k vbi per epithalam. *Vid. Orig. hom. 1. in Cant. Hieronymo interp.*
l eloquentia prosa. *Vt supra prosa oratione. Al. eloquentiæ prosa.*
m quos nos lamenta v. eò quòd tristioribus reb. funeribusq. *Canebantur fortasse, vti nunc Iob verba, ita Isidori ætate, Ieremiæ lamentationes in officio defunctor.*

n Et ab

n Et ab vna tantùm. *Ex ep. ad Paul. Vrbic.*
o Ezechiel & Daniel. *Idem refert. i. de Eccle. offic. ex Hebræorum sententia, qui hæc vaticinia, non ab ipsis vatibus scripta, sed ab alijs excepta somniarant. Sed de Ezechiele ne dubitatum quidem videtur Hieronymi ætate. Contra Danielis librum refert idem scripsisse Porphyrium, confutatúmque ab Euseb. Apollinario, & Methodio.*
p Quia secundus, tertius, & quartus non habentur apud Hebr. *Quia Esdræ, Nehemiæq. sermones in vnũ volumen (vt ait Hier.) coarctant. Ita neque secundum agnoscunt; At nobis Nehemias, idem secundus Esdræ inscribitur.*
q Liber Sap. *Ex Hier. præf. cum in lib. Proem. Iesu filio Sirach tribuat Augustinum secutus. 17. de ciuit. c. 20. et 2. de doctr. c. 8.*
r Librum Ecclesiast. -- qui liber apud Latin. *Non mirum, si Isidori ætate Salomonis titulum præferret, cum Hieronymus ita de eo:* Quem Hebraicum (inquit) reperi, nõ Ecclesiasticũ, vt apud Latinos, sed parabolas præ-notatum. Cui iuncti erant Ecclesiastes, & Cantica canticor. vt similitudinem Salomonis non solùm numero librorum, sed etiam materiarum genere coæquaret.
s Et Prophetã in Gen. posui te. *Ex Lxx. τὸ δεκα σε. Vulg.* dedi te.
t Græci sermonis. *Ex Hier. epist. ad Damasum. 145. sed ibi Græcis Euangelium scripsisse dicitur, non in Græca.*
v & quæ promissa er. impleri. *Ex Neap. c. Al. in priori.*
x Crura autem eor. rect. *Ex Lxx. Vulg.* Pedes eorũ recti.
y Paulus Apost *Ead. lib. 1. de offi. c. 12. & Rab. 2. de instit. cler. c. 54.*
z Ad Heb. *Ex Hieronymi catalog.*

De bibliothecis. Cap. III.

BIbliotheca à Græco nomen accepit, eò quòd ibi recõdantur libri. Nam βιβλίων librorum θήκη repositio interpretatur. a Bi- C
bliothecam veteris testamenti Esdras scriba
post incensam legẽ à Chaldæis, dum Iudæi
regressi fuissent in Hierusalem, diuino affla
tus spiritu reparauit, cunctáq. legis ac pro-
phetarum volumina, quæ fuerant à genti-
bus corrupta correxit, totúmque vetus te-
stamentum in viginti duos libros cõstituit,
vt tot libri essent in lege, quot habebantur,
& litteræ.

b Apud Græcos autem bibliothecam pri
mus instituisse Pisistratus creditur Athenĩ
sium tyrannus: quam deinceps ab Athe-
niensibus auctam Xerxes incensis Athenis
auexit in Persas; longóque post tempore Se-
leucus Nicanor rursus in Græciam retulit.
Hinc studium regibus, vrbibúsque cæteris D
natum est comparandi volumina diuersarũ
gentium, & per interpretes in Græcam lin-
guam vertendi. Deinde magnus Alexãder,
vel successores eius instruendis omnium li-
brorum bibliothecis animum intenderũt,
A maximè c Ptolemæus cognomento Phila-
delphus omnis litteraturæ sagacissimus,
cùm studio bibliothecarum Pisistratũ æmu
laretur, non solùm gentium scripturas, sed
etiam & diuinas litteras in bibliothecam
suam contulit. d Nam septuaginta millia li-
brorum huius temporibus Alexandriæ in-
uenta sunt.

a Cap. III. Bibliothec. veteris testam. *Libri Sacri sæpè Bbliotheca appellantur. Hieron, in Catalog.* Eusebius in scripturis diuinis studiosissimus, & Bibliothecæ di uinæ cum Pamphilo Martyre diligentissimus per-uestigator. *Et in epist. ad Marcellam 141.* Beatus Pamphilus Martyr cum Demetrium Phaleræum, & Pisistratum in sacræ Bibliothecæ studio vellet æquare. *Et Gratianus non semel Hieronymum in prologo Bibliothecæ citat.*
b Apud Græcos autem. *Totus locus ex Agellij lib. 6. c. vlt. Vid. Athen. & Cicer. 3. de orat. Eustathius Aristarcho, & Zenodoto ad id vsum Pisistratum dicit. Plato in Hipparch. Pisistrati filium Hipparchum Homeri libros Athenas detulisse, eosq. decantari in Panathenaicis ludis iussisse ait.*
c Ptolemæus -- omnis litterat. sag. *Verba Tertull. in Apolog. c. 18.*
d Septuaginta millia. *s. o. l.* Septingenta millia *Agell. & Marcellin. lib. 22.*

De interpretibus. Cap. IV.

HIC etiam & a ab Eleazaro pontifice pe
tens scripturas veteris Testamenti, in
Græcam vocẽ ex Hebraica lingua per sep-
tuaginta interpretes trãsferre curauit: quas
in Alexandrina Bibliotheca habuit. b Siqui-
dem singuli in singulis cellulis separati: ita
omnia per Spiritum sanctum interpretati
sunt, vt nihil in alicuius eorum codice inue
tum esset: quod in cæteris vel in verborum
ordine discreparet. Fuerunt & alij interpre-
tes, qui ex Hebræa lingua in Græcam sacra
eloquia transtulerunt: sicut Aquila, Sym-
machus & Theodotiõ: sicut etiã & c Vulga
ris illa interpretatio, cuius auctor non appa
ret, & ob hoc sine nomine interpretis Quin
ta editio nuncupatur. Præterea sextam &
septimam editionẽ Origenes d miro labore
reperit, & cum cæteris editionibus compa
rauit. e Prsebyter quoque Hieronymus triũ
linguarum peritus ex Hebræo in Latinum
eloquium easdem scripturas conuertit, elo-
quentérque transfudit, f cuius interpreta-
tio merito cæteris antefertur. Nã est & ver-
borum tenacior, & perspicuitate sententiæ
clarior, g atque, vtpote à Christiano inter-
prete, verior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] Cap.IV.& ab Eleaz.*Ex Hiero.in Chron.*

[b] Siquidem sing.*Idem refert Aug.lib.2.de doct.Christ. & lib.18.de ciuit.c.42.& Epiph.lib.de ponder.qua de re minis multa à nostris hoc tempore dicta sunt.*

[c] & vulgaris.*Hæc verba non sunt Augustini.*

[d] mito labore rep.*Ex Catalog.Hier.in Origen.Reperit autem has editiones(vt ait Epiph.)in doliis, quinctam verò in Actæo littere ait Hieronymus in præfat.ad homil.Origen.à se versas.*

[e] Presbyter quoq.*Aug.18.de ciui.c.43.*

[f] Cuius interpretatio.*Ex eod.2.de doct.Christ.quæ tamen non de Hieronymi interpretatione,sed de Itala dicuntur ab Augustino.*

[g] atq.vtpote à Ch.int.v. *Hæc quidam libri non habent,neque libro 1.de offic.eccles.leguntur.sunt tamen in vetustioribus.*

De eo qui primùm Romam libros aduexit.Cap.V.

ROmam primus librorum copiam aduexit[a] Æmilius Paullus,Perse Macedonũ rege deuicto: [b] deinde Lucullus è Pontica præda.Post hos Cæsar dedit Marco Varroni negotium quàm maximæ Bibliothecæ cõstruendæ. [c] Primum autẽ Romæ Bibliothecas publicauit Pollio, Græcas simul atque Latinas additis auctorũ imaginibus in atrio, quod de manubijs magnificentissimum instruxerat.

[a] Cap.V.Æmil. Paul. *Videndum, num ad hoc satis sit, quod Plutarchus Æmilij abstinentiam laudans,narrat ; libros Regis dumtaxat filijs studia litterarum tractantibus concessisse, cum auri & argenti aceruos, reliquámque prædam ne aspicere quidem voluerit.*

[b] Deinde Lucull. *Cicer.in Lucull.& 3.de finibus. Sed quod Lucullo Isidorus,Pompeio,qui Lucullo successit, bellũq; confecit,tribuit Plin.lib.7.c.30.*

[c] Primum autem Rom. *Plin.lib.7.c.30.*Marci Varronis in Bibliotheca, quæ prima in orbe ab Asinio Pollione de manubijs publicata Romæ est, vnius viuentis posita imago est.*Nam etsi reges illi multo ante Pollionem Bibliothecas instruxerant, non tamen fortasse publicarant, hoc est publicas fecerant.*

Qui apud nos Bibliothecas instituerunt. Cap.VI.

APud[a] nos quoque Pamphilus Martyr, cuius vitam Eusebius Cæsariensis cõscripsit, Pisistratum in sacræ Bibliothecæ studio [b] primus adæquare contẽdit. Hic enim in Bibliotheca sua prope triginta voluminum millia habuit. Hieronymus quoque atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe quærentes ordine persecuti sunt, eorúmque studia in vno voluminis indiculo comprehenderunt.

[a] Cap.VI. Apud nos. *Ex epist. 141.ad Marcellam.*

Qui multa scripserunt. Cap.VII.

MArcus[a] Terentius Varro apud Latinos innumerabiles libros scripsit. Apud Græcos quoque Chalcenterus miris attollitur laudibus:quod tantos libros ediderit, quantos quisque nostrum alienos scribere propria manu vix posit.De nostris quoque apud Græcos Origenes in scripturarum labore tam Græcos, quàm Latinos operum suorum numero superauit. Denique Hieronymus [b] sex millia librorum eius se legisse fatetur.Horum tamen omnium studia Augustinus ingenio vel scientia sua vicit.Nam tanta scripsit,vt diebus ac noctibus non solum scribere libros eius quisquam, sed nec legere quidem occurrat.

[a] Cap.VII. M.T.Varr.apud Græc.*Locus est ex Hieronymi libello,qui non extat, eius tamen eam partem, quæ ad hunc locum pertinet,refert Ruffin.inuect.his verbis:* M. Terentium Varronem miratur antiquitas, quod apud Latinos tam innumerabiles libros scripserit. Græci Chalcenterũ miris efferunt laudibus quod tantos libros composuerit,quantos quiuis nostrũ alienos sua manu describere non possit. *Id cognomen fuit Didymo Alexandrino Grammatico,vt ait Hesychius in lib.de ijs qui in discipl.claruerunt.Vid.Suid.*

[b] sex mill. lib. *Ita Ruffin. in apolog. sed eum Hieronymus mendacij arguit, vixque tertiam partem ab Euseb.relatam affirmat.Idem tamen quod Ruffinus,tradidit Epiphanius.*

De generibus opusculorum. Cap.VIII.

OPusculorum[a] genera sunt tria.Primum genus excerpta sunt:quæ Græcè scholia nuncupantur, in quibus ea quæ videntur obscura vel difficilia,summatim ac breuiter præstringuntur.

Secundum genus, homiliæ sunt, quas Latini verba appellant, quæ proferuntur in populis. Tertium,tomi:quos nos libros vel volumina nuncupamus. Homiliæ autem ad vulgus loquuntur : tomi verò,id est, libri maioris sunt disputationis. Dialogus est

est collatio duorum vel plurimorum,quam Latini sermonem dicunt.Nam quos Græci dialogos vocant nos sermones vocamus, [b] Sermo autem dictus quia inter vtrumque seritur. Vnde & in Virgilio. Multa inter se vario sermone serebant. Tractatus,est vnius rei multiplex expositio, eò quòd trahat sensum in multa, [c] sententiam contrectando secum.

Differt autem sermo,tractatus,& verbũ. Sermo enim altera eget persona:tractatus specialiter ad seipsum est:verbum autem ad omnes.Vnde & dicitur, verbum fecit ad populum.

Commentaria dicta quasi cum mente. Sunt enim interpretationes, vt commenta iuris,[d] commenta Euangelij.

[e] Apologeticum est excusatio, in quo solent quidam accusantibus respondere. In defensione enim aut negatione sola positũ est,& est nomen Græcum.

[f] Panegyricum est licentiosum & lacinio sum genus dicendi in laudibus regum:in cuius compositione homines multis mendacijs adulantur.Quod malum à Græcis exortum est : quorum leuitas instructa dicendi facultate & copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitauit.

[g] Fastorum libri sunt, in quibus reges vel consules scribuntur, à fascibus dicti, id est, potestatibus.[h] Vnde & ob id libri Fastorum dicuntur, quia de regibus & consulibus edi ti sunt.

Procœmium est initiũ dicendi.Sunt enim procœmia principia librorũ, quæ ante causæ narrationem ad instruendas audientium aures coaptantur. Cuius nomẽ plerique Latinitatis periti sine translatione posuerunt. hoc autem vocabulum apud nos interpretatum, præfatio nuncupatur, quasi prælocutio.

Præcepta sunt,quæ aut quid faciendum, aut quid non faciendum sit, docent. Quid faciendum:vt dilige Deum tuum:& honora patrem tuum,& matrem tuam. Quid nõ faciendum:vt,Non mœchaberis, non furtum facies.Similiter & gentilium præcepta vel iubent, vel vetant. Iubent faciendum: vt nudus ara,sere nudus. Vetant : vt Neue inter vites corylum sere,neue flagella summa pete.Primus autem præcepta apud Hebræos Moyses scripsit,apud Latinos [i] Martius vates primus præcepta composuit. Ex quibus est illud, Postremus dicas, primus taceas.Parabolæ & problemata nominibus suis indicant altius se perscrutari oportere. Parabola quippe alicuius rei similitudinem per se gerit,quod licet sit vocabulum Græcum, iam tamen pro Latino vsurpatur. Et notum est quòd in parabolis quæ dicuntur rerum similitudines,rebus de quibus agitur comparantur.

Problemata autem quæ Latinè appellantur propositiones, quæstiones sunt habentes aliquid quod disputatione soluendum sit.

Quæstio autem est quæsitio,cùm quæritur,an sit,quid sit,quale sit.

Argumentum verò dictum quasi argutũ, vel quasi argutè inuentum, ad comprobandas res.

Epistolam propriè Græci vocant, quod interpretatur Latinè missa.

Antè chartæ & membranarum vsum, [k] in dedolatis ex ligno codicillis epistolarũ alloquia scribebantur. Vnde & portitores earum tabellarios vocauerunt,

[a] Cap.VIII.Opusculorum. *Ex Hieron.præf.in homil. Orig.in Ezech.quæ repetit etiam Ruff.in inuect.*

[b] Sermo autem dict. *è Seru.*

[c] Sententiam contrectando secum.*Ita A.Aug. cum in o.l.sentiendi nullo sensu legeretur:* seu à contrectando secum.*Chacon.*

[d] Commenta iuris, commenta Euang. *Commenta pro commentaria præcisè scriptum putabat A. Augustinus. Sed retinet idem verbum hodiè abscisum vulgaris sermo. vt suspicari possimus eod.modo Isidori ætate vsurpatum.*

[e] Apologeticum.*Ex Lact.lib.5.c.4.*

[f] Panegyric.*Ex eod.lib.1.cap.15.*

[g] Fastor.lib. -- à fascibus dicti *Significationi etymon aptauit,vt consueuit,alto qui à fando dici non ignorans.*

[h] Vnde & ob id.*Ex C.Ne ap mendose reliqui. Ouid.*

[i] Martius vates.*Vid.Lil.Gyrald.Dialog.4. de poët. Latin.*

[k] In dedolat.ex l. c. *Ex Hierony.epist. ad Niceam 42.*

De ceris. Cap.IX.

CEræ literarum materies, paruulorum nutrices.[a] ipsæ dant ingenium pueris primordia sensus, quarum studium primi Græci tradidisse produntur: Græci autem & Thusci primum ferro in ceris scripserũt, posteà Romani iusserunt,ne graphium ferreum quis haberet.Vnde & apud scribas dicebatur : ceram ferro ne cædito. Postea institutum est, vt ceram ossibus scriberẽt,[b] sicut indicat Atta in satyra dicens:Vertamus vomerem in ceram mucronéque aremus

Osseo-

Osseo-graphium autem Græcè: Latinè scri A ptorium dicitur. Nam γραφὴ scriptura est.

a Cap. IX. Ipsæ dantingen. *Carmen est Draconty lib. 2. de machin. mundi.* Cera dat ingenium pueris primordia sensus. Inde fit, vt præstet littera, vel noceat.

b sicut indicat Atta. *Cui cur Atta cognomen hæserit, Vid. Fest. in Atta.*

De chartis. Cap. X.

CHartarum [a] vsum primùm Ægyptus ministrauit, cœptum apud Memphiticã vrbem. Memphis enim ciuitas Ægyptiorũ est, vbi chartæ vsus inuentus est primùm, B sicut ait Lucanus, Conficitur bibula Memphitis charta papyro. Bibulam autem papyrum dixit, quòd humorem bibat. Charta autem dicta, quòd carptim papyri tegmen decerptum glutinatur. Cuius genera quàm plura sunt. Prima & præcipua [b] Augustæa regia & maioris formæ in honorem Octauij Augusti appellata. Secunda Liuiana ob honorem Liuiæ. Tertia hieratica dicta, eò quòd ad sacros libros eligebatur, similis Augustææ, sed subcolorata. Quarta Tæniotica à loco Alexandriæ qui ita vocatur vbi fiebat. Quinta Saitica ab oppido Sai. [c] Sexta Corneliana à Cornelio Gallo præfecto Ægypti primum confecta. Septima emporetica, quod ea merces inuoluũtur, cùm sit scripturis minus idonea.

a Cap. X. Chartarum vsus. *Plin. lib. 13. c. 12.*
b Augustæa regia. *regia, glossam putabat Chacon.*
c Sexta Corneliana. *De Corneliana nihil Plinius. Constat verò ex Dione & aljs Cornelium Gallum Ægypto fuisse præfectum ab Augusto.*

De pergamenis. Cap. XI.

PErgameni [a] reges cùm charta indigerẽt, membrana primi excogitauerunt. [b] Vnde & pergamenarum nomen hucusque tradente sibi posteritate seruatum est. [c] Hæc membrana dicuntur, quia ex membris pecudũ detrahuntur. Fiebant autem primùm coloris lutei, id est crocei, posteà verò Romæ candida membrana reperta sunt: quod apparuit inhabile esse: quòd & facile sordescant, aciemque legentium lædant. Cùm peritiores architecti neque aurea lacunaria ponenda in Bibliothecis putent, neque pauimẽta alia, quàmè Carysteo marmore, quòd auri fulgor hebetet, & Carysti viriditas reficiat oculos. Nam & qui nũmulariam discunt, denariorum formis myrteos pannos subijciunt: & gemmarum sculptores scarabeorum terga, quibus nihil est viridius, subinde respiciunt: & pictores idem faciunt vt laborem visus eorum viriditate recreent.

Membrana autem aut candida, aut lutea, aut purpurea sunt. Candida naturaliter existũt. Luteum membranum bicolor est: quòd à confectore vna tingitur parte id est crocatur, de quo Persius: Iam liber & positis bicolor membrana capillis. [d] Purpurea verò inficiuntur colore purpureo: in quibus aurum & argentum liquescens pateſcat in litteras.

a Cap. XI. pergameni Reges. *Eumenes Pergami rex membranas primus excogitauit.*
b Vnde & pergamenarum. *Verba sunt Hieronymi in epist. ad Chromat. 43.*
c Hæc & membrana dic. *Et fœminino, & neutro genere. Gloss.* membranum οὐρανὸν.
d Purpurea verò. *Hiero. ad Eustoch. de custod. virg.* Inficiuntur membranæ colore purpureo, aurũ liquescit in litteras. *Vnde liquescit hic reponebat Chacon.*

De libris conficiendis. Cap. XII.

QVædam genera librorum apud gentiles certis modulis conficiebantur. C Breuiore forma, carmina, atque epistolę. At verò historiæ maiori modulo scribebantur, & non solùm in charta vel membranis: sed etiam & [a] in omentis elephantinis, textilibúsque maluarum foljs, atque palmarum. cuius generis Cinna sic meminit: Hæc tibi Aratęis multùm inuigilata lucernis Carmina, queis ignes [b] nouimus aërios, Leuis in aridulo maluæ descripta libello, Prusiaca vexi munera nauicula. Circuncidi libros Siciliæ primùm increbuit. Nam initio pumicabantur. Vnde & ait Catullus: Cui dono lepidum nouum libellum Arido modo pumice expolitum?

a Cap. XII. in omentis eleph. *Hinc elephantini libri, nisi mauis codices eboreos, aut tabulas eboreas significari, de quibus meminere Vlp. de leg. 2. c. 52. & Pompon. c. 2. de orig. iur.*
b nouimus aërios. *Sic Gotth. o. Basil. Zanchus æthereos legit. aerios autem ex illorum opinione qui sidera non in orbibus fixa, sed per aera ferri existimarunt.*

De librorum vocabulis. Cap. XIII.

COdex multorum librorum est: liber vnius voluminis. Et dictus codex per transla-

tionem à caudicibus arborum, seu vitium, quasi caudex: quòd in se multitudinẽ librorum quasi ramorum contineat. A

Volumen liber est à voluendo dictus: sicut apud Hebræos volumen legis, volumina prophetarum.

Liber est interior tunica corticis quæ ligno cohęret. De quo Virgilius, alta liber aret in vlmo. Vnde & liber dicitur in quo scribimus: quia [a] ante vsum chartæ vel mẽbranorum de libris arborum volumina fiebant, id est, compaginabantur. Vnde & scriptores à libris arborum librarios vocauerunt.

a Cap. XIII. ante vsum chartæ. *Ex Hieronym. ad Nicaam.*

De librarijs et eorum instrumentis. Cap. XIV.

B

LIbrarios (constat) ante bibliopolas dictos. Librum enim Græci βιβλον vocant. Librarij autem, idem & antiquarij vocantur: sed librarij sunt qui & noua & vetera scribunt, antiquarij qui tantummodo vetera, vnde & nomen sumpserunt.

A scribendo autem scriba nomẽ accepit: officium exprimens vocabuli qualitate.

Instrumẽta scribæ, calamus & penna. Ex his enim verba paginis infiguntur: sed calamus arboris est, penna auis, cuius acumen in duo diuiditur: in toto corpore vnitate seruata (credo) propter mysterium, vt in duobus apicibus vetus & nouum testamentũ signaretur, quibus exprimitur verbi sacramentum sanguine passionis effusum.

Dictus autem calamus quod liquorem ponat. [a] Vnde & apud nautas calare ponere dicitur.

Penna autem à pendendo vocata, id est, volando. Est enim, vt diximus, auium.

Folia autem librorum appellata: siue ex similitudine foliorum arborum: seu quia ex follibus fiunt, id est, ex pellibus quæ de occisis pecudibus detrahi solent: cuius partes paginæ dicuntur, eò quòd sibi inuicem cõpingantur.

Versus autem vulgò vocati: [b] quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra. A sinistra D enim ad dexterã primùm deducebant stylum: deinde conuertebantur [c] ad inferiora & rursum ad dexteram versus: quos hodiéque rustici versus vocant.

[d] Scheda est quod adhuc emẽdatur, & nec dum in libris redactũ est, & est nomen Græcum, sicut & tomus.

a Cap. XIV. Vnde apud nautas calare. *quo verbo nostri quoque Thrasones vtuntur, cum calat el sombrero, calat la visera, atque alia huiusmodi effutiunt. inde etiam dies intercalares dictos vult, quasi interpositos inf. c. 17.*
b quia sic scribebant antiqui sicut arat. terr. *Id Græci (vt ait Pausan. lib. 1. ἡλιακῶν) βουστροφηδὸν γράφειν, dixere. Versum autem vocabant rustici; cum sulco ad finem perducto, iterum eo reditur, vnde arationis initium est. quod est versum peragere Plinio lib. 18. c. 19.*
c ad inferiora. *Al. ad inferiorem.*
d Scheda. *Charis. lib. 1.* Scida charta sine aspiratione à scindendo dicta est, sed etiam alij cum aspiratione schedã ex Græco ἀπὸ τοῦ σχίζειν dictam putant.

De canonibus Euangeliorum. Cap. XV.

CAnones Euangeliorũ [a] Ammonius Alexandriæ Episcopus primus excogitauit: quem postea Eusebius Cæsarienſis secutus, pleniùs composuit. Qui ideò facti sunt, vt per eos inuenire & scire possimus, qui reliquorum Euangelistarum similia aut propria dixerunt. Sunt autem numero decem, quorum primus continet numeros, in quibus quattuor eadem dixerunt: Matthæus, Marcus, Lucas & Iohãnes. Secundus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Lucas. Tertius, in quibus tres, Matthęus, Lucas, Iohãnes. Quartus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Iohãnes. Quintus in quibus duo, Matthæus, Lucas. Sextus, in quibus duo, Matthæus, Marcus. Septimus, in quibus duo, Matthæus, Iohãnes. Octauus in quibus duo, Marcus, Lucas. Nonus in quibus duo, Lucas, Iohannes. Decimus in quibus singuli eorum propria quædam dixerunt: quorum expositio hæc est. Per singulos enim Euangelistas numerus quidam capitulis affixus adiacet, quibus numeris [b] subdita est æra quædam minio notata: quæ indicat in quoto canone positus sit numerus, cui subiecta est æra. Verbi gratia: Si est æra prima, in primo canone: si secunda, in secundo: si tertia in tertio, & sic per ordinem vsque ad decimum peruenies. Si igitur aperto quolibet Euangelio placuerit scire, qui reliquorum Euangelistarum similia dixerunt, assumes adiacentem numerum capituli: & requires ipsum numerum in suo canone quem indicat, ibíque inuenies quot, & qui dixerint: & ita demum in corpore inquisita loca, quæ ex ipsis numeris

a Cap. XIV. Vnde apud nautas calare. *quo verbo nostri quoque Thrasones vtuntur, cum calat el sombrero, calat la visera, atque alia huiusmodi effutiunt. inde etiam dies intercalares dictos vult, quasi interpositos inf. c. 17.*
b quia sic scribebant antiqui sicut arat. terr. *Id Græci (vt ait Pausan. lib. 1. ἡλιακῶν) βουστροφηδὸν γράφειν, dixere. Versum autem vocabant rustici; cum sulco ad finem perducto, iterum eo reditur, vnde arationis initium est. quod est versum peragere Plinio lib. 18. c. 19.*
c ad inferiora. *Al. ad inferiorem.*
d Scheda. *Charis. lib. 1.* Scida charta sine aspiratione à scindendo dicta est, sed etiam alij cum aspiratione schedã ex Græco ἀπὸ τοῦ σχίζειν dictam putant.

De canonibus Euangeliorum. Cap. XV.

CAnones Euangeliorũ [a] Ammonius Alexandriæ Episcopus primus excogitauit: quem postea Eusebius Cæsarienſis secutus, pleniùs composuit. Qui ideò facti sunt, vt per eos inuenire & scire possimus, qui reliquorum Euangelistarum similia aut propria dixerunt. Sunt autem numero decem, quorum primus continet numeros, in quibus quattuor eadem dixerunt: Matthæus, Marcus, Lucas & Iohãnes. Secundus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Lucas. Tertius, in quibus tres, Matthęus, Lucas, Iohãnes. Quartus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Iohãnes. Quintus in quibus duo, Matthæus, Lucas. Sextus, in quibus duo, Matthæus, Marcus. Septimus, in quibus duo, Matthæus, Iohãnes. Octauus in quibus duo, Marcus, Lucas. Nonus in quibus duo, Lucas, Iohannes. Decimus in quibus singuli eorum propria quædam dixerunt: quorum expositio hæc est. Per singulos enim Euangelistas numerus quidam capitulis affixus adiacet, quibus numeris [b] subdita est æra quædam minio notata: quæ indicat in quoto canone positus sit numerus, cui subiecta est æra. Verbi gratia: Si est æra prima, in primo canone: si secunda, in secundo: si tertia in tertio, & sic per ordinem vsque ad decimum peruenies. Si igitur aperto quolibet Euangelio placuerit scire, qui reliquorum Euangelistarum similia dixerunt, assumes adiacentem numerum capituli: & requires ipsum numerum in suo canone quem indicat, ibíque inuenies quot, & qui dixerint: & ita demum in corpore inquisita loca, quæ ex ipsis numeris

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris indicantur per singula Euangelia de eisdem dixisse inuenies.

a Cap.XV.Hammonius. *Ex Hieronymi Catalogo, & præf. in Euang. & præf. Eusseb. ad canones Hammonij.*
b Subdita est æra quæd. *Vel ex hoc loco apparet aram nihil esse aliud, quàm numeri notã. Nam quam Isidorus æram, Hieronymus numerum dixit. & Victor Capuanus in præf. ad harmoniam Euangelicam Tatiani eadem de re.* Memoratos numeros prius curiosus lector si velit inspiciens facilè ex nota numeri reperta comprobet lectione. *Vid. suprà lib. 5. c. 34.*

De canonibus Conciliorum. Cap. XVI.

CAnon [a] autem Græcè, Latinè regula nũcupatur. Regula autem dicta, quòd rectè ducit, nec aliquãdo aliorsum trahit. Alij dixerunt regulam dictam vel quòd regat, vel quod normam rectè viuendi præbeat: vel quod distortũ prauumq. quid corrigat.

b Canones autem generalium Conciliorum à temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus namque annis, persecutione feruente, docendarum plebium minimè dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses est scissa: quia non erat licẽtia Episcopis in vnum conuenire, nisi tempore suprædicti Imperatoris. Ipse. n. dedit facultatem Christianis liberè congregari. Sub hoc etiam sancti Patres in Concilio Nicæno de omni orbe terrarum conuenientes: iuxta fidem Euangelicam & Apostolicam secundũ post Apostolos symbolũ tradiderũt.

Inter cætera autem concilia quattuor esse (scimus) venerabiles synodos: quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quattuor Euangelia, vel totidem paradisi flumina.

Harum prima Nicæna synodus trecentorum octodecim Episcoporum Constantino Augusto imperante peracta est. In qua, Arianæ perfidiæ damnata blasphemia, quã de inæqualitate sanctæ Trinitatis idẽ Arius asserebat: consubstantialem Deo Patri [c] Deũ filium eadem sancta synodus per symbolum definiuit.

Secunda synodus centum quinquaginta patrum sub Theodosio seniore [d] Constãtinopoli congregata est, quæ Macedonium, Spiritum sanctum Deum esse negantem, condemnans consubstantialem Patri & Filio Sanctum Spiritum demonstrauit, dans symboli formam, quam tota Græcorum & Latinorum confessio in Ecclesijs prædicat.

c Tertia synodus Ephesina prima. ducentorum Episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita, quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem iusto anathemate condemnauit: [f] ostendens manere in duabus naturis vnam Domini Iesu Christi personam.

g Quarta synodus Chalcedonẽsis sexcentorum triginta sacerdotum sub Martiano Principe habita est, in qua Eutychẽ Constantinopolitanum abbatem Verbi Dei & carnis vnam naturam pronuntiantem, & eius defensorem Dioscorũ quendam Alexandrinum Episcopũ, & ipsum rursum Nestorium cum reliquis hæreticis vna Patrum sententia prædamnauit, prædicans eadem synodus [h] Christum Dominum de virgine sic natum, vt in eo substantiam & diuinæ & humanæ [i] confiteamur naturæ. Quattuor hæ sunt synodi principales, fidei doctrinam plenissimè prædicãtes: sed & si qua sunt cõcilia quæ sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quattuor auctoritatem omni manent stabilita vigore: [k] quorũ gesta in hoc corpore condita continentur.

Synodus autem ex Græco interpretatur comitatus vel cœtus.

l Concilij verò nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim quo causſæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, communíq. intentione tractabant. * Vnde & Concilium à communi intentione dictũ [m] quasi cõmuniciliũ. Nã cilia oculorũ sunt. Vnde [n] & considium, consilium, d. in, l. litteram transeunte.

Cœtus verò conuentus est, vel congregatio à coëundo, id est, cõueniendo in vnum. Vnde & conuentus est nuncupatus: sicut conuentus cœtus, vel concilium à societate multorum in vnum.

* Cap.XVI. Canon autem. *Hoc caput ex alio Isidori volumine à Braulione, qui hoc opus interpolauit. in libróſque digeſsit, accersitum videtur. Nam & concilior. acta hoc opere condita contineri inferius dicitur, & multa huius loci verba in ea præf. quæ inscribitur origo concilior. reperiuntur.*
b Canones autem gen. *Citantur hæc à Grat. dist. 15. c. 1. & Iuone lib. 2. tit. xj. cap. 16. Panorm. ex. 18. cap. lib. 6. etymolog. eadémq. in Rabani margine ex. 17.*
c Deum Filium. *Dei Filium Gratian.*
d Constrntinopoli *Al. Constantinopolim.*
e Tertia Synod. *Ante hæc verba Iuo. c. 20.* Hæc synodus acta est temporibus Damasi Papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani Episcopi, Nectarij Constantinopolitan. (*sic. n. legendum non*) *Nestorij.*

f Ostendens manere. *Gennad.* Sixtus vrbis Rom. episcopus decretum synodi aduersum Nestorium à se habitum volumine describens ad Orientis & Occidẽtis ecclesias dedit, cõfirmans duabus in Christo manentibus perfectè naturis, vnam Filij Dei credẽdam esse personam. *& rursus ead. ferè in Leporio.*
g Quarta synod. *Ante hæc verba Iuo. cap. 21.* Hæc synodus acta est temporibus Cælestini Papæ Romani, Iuuenalis Constantinopol. episcopi. *Vbi pro Constantinopolitani, Hierosolymitani legendum admonuit A. Augustin.*
h Christum dominum. *Christum Deum alij libri, & Grat. Iuo. Raban.*
i confiteamur naturæ. *Addit post hæc verba solus Iuo.* Hæc synodus acta est tẽporibus Leonis Papæ Ro. & Iuuenalis Hierosolymitani episcopi, Anatolij Constantinopolitani. *Sic. n. legendum non, Athanasij.*
k Quor. gesta in hoc opere. *Hæc omissa oportuit.*
l Concilij nom. t. e. m. Rom. è *Serv. Æn. 6. adv.* Nec verò h. s. s. d. *Quid autem esset Concilium ostendunt Lælij Felicis verba apud Agell. lib. 5. c. 27.* Qui non vniuersum populum, sed partem aliquam adesse iubet, nõ comitia, sed concilium edicere debet. *Sic enim legẽdum docuit A. August. ex Cicerone, & Linio.*
m quasi communicilium. *Ita Rabanus:* quasi consilium *veteres libri, vnus Salmant. ante 860 annos scriptus,* quasi cõscilium, *quod ad hunc quidem locum attinet, mẽdosè, rem totam attentius si spectes, haud prorsus absurdè. Nam* Conscilium *Isidori ætate solere scribi, nihil certè non fit dubium, nam & paullo post idem codex habet:* Vel consilium à societate, &c. *Eq. quæ scriptura duas ipse notationes confecit. Vt consilium, sit (neglecto s.) concilium, & hoc quasi communicilium, vel sit (neglecto c.) consilium; & hoc quasi consilium d. in l. litteram transeunte, qua de re Festus.* Consilium vel à consulendo, vel quod in vnã rem plurium mentes consideant. *Fuisse autem hanc consilij scripturam in vsu testatur Pierius Valerianus lib. 9. Æn. ad V.* Consilium summis r. d. r. h. *Hoc Gratiani correctores non viderunt, nulla tamen re illorum sensus æquè adiuuatur. Nos antiquor. codicum scripturam repræsentauimus, quæ, hoc animaduerso, & emẽdari & suppleri facilè possit. vt nihil sit iam amplius quod desideretur.*

De cyclo Paschali. Cap. XVII.

PAschalem [a] cyclum Hippolytus Episcopus temporibus Alexandri Imperatoris primus conscripsit. Post quem probatissimi auctores Eusebius Cęsarienſis, [b] Theophilus Alexandrinus, Prosper quoque natione Aquitanus, atq. [c] Victorius amplificatis eiusdem festiuitatis rationibus, multiplices circulos ediderunt, cuius quidem rationem beatissimus Cyrillus Alexãdrinæ vrbis Episcopus in xcv. annos [d] per quinquies decem nouies calculans, [e] quoto Kalendas vel luna debeat Paschalis sollemnitas celebrari, summa breuitate notauit.

Cyclus autem vocatus, eò quòd in orbem digestus sit, & quasi in circulo dispositum ordinem complectatur annorum sine varietate, & sine vlla arte. Vnde factum est vt cuiusque materiæ carmina [f] simplici formitate facta cyclica vocarentur. [g] Hinc & laterculum dictum quòd ordinẽ habeat [h] stratum annorum.

Primus cyclus decemnouenalis.

			Luna
B. Com. an. ij. Idus	April.		xx
C. vj. Kal.	April.		xvj
Em. xvj. Kal.	Maij		xvij
C. vj. Idus	April.		xx
B. C. ix. Kal.	April.		xv
E. ij. Idus	April.		xvj
C. ij. Non.	April.		xix
E. viij. Kal.	Maij		xx
B. C. v. Idus	April.		xv
C. ij. Kal.	April.		xviij
E. xij. Kal.	Maij		xix
C. Non.	April.		xv
B. C. v. Kal.	April.		xvij
E. xvj. Kal.	Maij		xviij
C. vj. Idus	April.		xxj
C. ix. Kal.	April.		xvij
B. E. xj. Idus	April.		xvij
C. ij. Non.	April.		xx
E. viij. Kal.	Maij		xxj

Secundus cyclus lunæ.

			Lunæ.
C. v. Idus	April.		xviij
B. C. ij. Kal.	April.		xx
E. xij. Kal.	Maij		xxj
C. Non.	April.		xvij
C. v. Kal.	April.		xx
B. E. xvj. Kal.	Maij		xx
C. Kal.	April.		xvj
E. xj. Kal.	Maij		xvij
C. Idus	April.		xx
B. C. v. Kal.	April.		xv
E. xv. Kal.	Maij		xvj
C. v. Idus	April.		xix
C. viij. Kal.	April.		xv
B. E. Idus	April.		xv
C. Non.	April.		xviij
C. v. Kal.	April.		xxj
E. iiij. Idus	April.		xv
B. C. Kal.	April.		xvij
E. xj. Kal.	Maij		xviij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertius cyclus lunæ.

		Lunæ
C.viij.Idus	April.	xv
C.iiij.Kal.	April.	xviij
B.E.xv.Kal.	Maij	xviij
C.v.Idus	April.	xxj
C.viij.Kal.	April.	xvij
E.xviij.Kal.	Maij	xviij
B.C.Non.	April.	xx
E.vij.Kal.	Maij	xxj
C.iiij.Idus	April.	xvij
C.iiij.Non.	April.	xx
B.E.xj.Kal.	Maij	xx
C.viij.Idus	April.	xvj
C.iiij.Kal.	April.	xix
E.xiiij.Kal.	Maij	xx
B.C.iiij.Non.	April.	xv
C.viij.Kal.	April.	xviij
E.xviij.Kal.	Maij	xviij B
C.iij.Kal.	April.	xix
B.E.xiiij.Kal.	Maij	xv

Quartus cyclus lunæ.

		Lunæ
C.iij.Idus	April.	xix
C.vj.Kal.	April.	xv
E.xvij.Kal.	Maij	xvj
B.C.viij.Idus	April.	xviij
C.iiij.Kal.	April.	xxj
E.iij.Idus	April.	xv
C.iii.Non.	April.	xviij
B.E.x.Kal.	Maij	xviij
C.xviij.Kal.	Maij	xxj C
C.iij.Kal.	April.	xvij
E.xiij.Kal.	Maij	xviij
B.C.iiij.Idus	April.	xx
C.vij.Kal.	April.	xvj
E.xvij.Kal.	Maij	xvij
C.vij.Idus	April.	xx
B.C.xj.Kalen.	April.	xv
E.iij.Idus	April.	xvj
C.iij.Non.	April.	xix
E.ix.Kal.	Maij	xx

Quintus cyclus lunæ.

		Lunæ
BC.vij.Idus	April.	xvj
C.iij.Kal.	April.	xix
E.xiij.Kal.	Maij	xx D
C.ij.Non.	April.	xvj
B.C.vij.Kal.	April.	xvij
E.xvij.Kal.	Maij	xix
C.ij.Kal.	April.	xv
E.xij.Kal.	Maij	xvj
A B.C.iij.Idus	April.	xviij
C.iij.Non.	April.	xxj
E.xvj.Kal.	Maij	xv
C.vj.Idus.	April.	xviij
B.C.iij.Kal.	April.	xx
E.xiij.Kal.	Maij	xxj
C.ij.Non.	April.	xvij
C.vj.Kal.	April.	xx
B.E.xvij.Kal.	Maij	xx
C.ij.Kal.	April.	xvj
E.xij.Kal.	Maij	xvij

POst cuius expletionem ad primum exordium recurrendum. Antiquitus Ecclesia Pascha decima quarta luna cũ Iudæis celebrabat,quocũq. die ocurreret:quẽ ritũ sancti Patres in Nicæna synodo prohibuerunt, constituẽtes non solùm lunã Paschalẽ & mẽsem inquerire,sed etiã & diem resurrectionis Dominicę obseruare:& ob hoc Pascha à quarta decima luna,vsq. ad vigesimam primam extenderunt, vt dies Dominicus non omitteretur.

[k] Paschæ autẽ vocabulum non Græcũ, sed Hebræũ est: nec à passione, quoniã πάσχειν Græcè dicitur pati,sed à trãsitu Hebræo verbo Pascha appellatũ est,eò [l] quòd tũc populus Dei ex Ægypto trãsierit. Vnde & in Euãgelio:Cùm vidisset,inquit, Iesus, quia venit hora vt trãsiret de mundo ad patrẽ.[m] Cuius noxideò peruigil ducitur, propter aduentũ Regis ac Dei nostri, vt tẽpus resurrectionis eius nos non dormientes,sed vigilantes inueniat. Cuius noctis duplex ratio est: siue quòd in ea vitã tunc recepit cùm passus est: siue quòd postea eadẽ hora qua resurrexit, ad iudicandũ venturus est. Eo autem modo agimus Pascha,vt non solùm mortẽ & resurrectionem Christi in memoriã reuocemus, sed etiã cætera ([n] quæ circa eum attestãtur) ad sacramentorum significationem inspiciamus. Propter initiũ enim nouæ vitæ,& propter nouũ hominẽ,quem iubemur induere & exuere veterẽ expurgantes vetus fermẽtum,vt simus noua conspersio,quoniam Pascha nostrum immolatus est Christus. Propter hanc ergò vitæ nouitatẽ primus [o] mẽsis in anni mensibus celebrationi Paschali mysticè attributus est.

Quòd verò tertiæ hebdomadæ die Pascha celebratur,i. qui dies occurrit à quarta decima in vicesimam primã, hoc significat quia in toto tempore sæculi, quòd septenario dierum numero agitur, nunc tertium tẽpus

pus hoc sacramentum aperuit. Primum enim tempus est ante legem,secundùm sub lege, tertium sub gratia. Vbi iam manifestatum est sacramentum prius occultum in prophetico ænigmate, ideò & propter hæc tria sæculi tempora resurrectio Domini triduana est. Quòd verò à quartadecima luna vsque ad vigesimam primam per dies septẽ Paschalis dies quæritur: hoc fit propter ipsum numerũ septenariũ, quo vniuersitatis significatio sæpe figuratur, qui etiam ipsi ecclesiæ tribuitur propter instar vniuersitatis,vnde & Iohannes Apostolus in Apoc.ad septem scribit ecclesias. Ecclesia verò in ista adhuc mortalitate carnis constituta propter ipsam mutabilitatem,lunæ nomine in scripturis significatur.

Varia autem obseruantia opinionum Paschalis festiuitatis interdum errorẽ gignit. Latini namq. à tertio nonas Martij,vsque in tertium Nonas Aprilis primi mensis lunam inquirunt,& si quarta decima luna die Dominico prouenerit,in alio die Dominico Pascha protrahunt. Græci primi mensis lunam ab octauo Idus Martias vsque in diem Non. April.obseruant, & si quinta decima luna die Dominico incurrerit, sanctũ Pascha celebrant. Huiusmodi igitur dissensio inter vtrosque Paschalem regulam turbat.

Communis annus dicitur qui [p] duodecim tantùm lunas,hoc est,dies CCCLIIII.habet. Dictus autẽ communis,quia sæpè duo ita coniuncti incedũt, vt inuicem se in Paschali sollemnitate sequantur: nam embolismus annus semper solus est.

Embolismus annus est,qui tredecim mẽses lunares, id est, CCCLXXXIIII dies habere monstratur. Ipse est annus sancto Moysi diuinitùs reuelatus,in quo iubentur ij,qui longiùs habitabant in secundo mense Pascha celebrare. Embolismus autem nomen Græcum est, quod interpretatur Latinè superaugmẽtum,eò quòd expleat numerum annorum communium, quibus vndecim lunares dies deesse cernuntur.

Embolismi autem anni & communes sic inueniuntur. Si enim à quarta decima luna Paschæ præcedentis vsque ad quartam decimã sequentis CCCLXXXIIII. dies fuerint: embolismalis annus est, si CCCLIIII. communis.

Bissextus est post annos quattuor vnus dies adiectus. Crescit enim per singulos annos quarta pars asis. At vbi quarto anno assem compleuerit, bissextum vnum facit. Dictus autem bissextus,[q] quia bis sexiæs ductus asẽ facit:quod est vnus dies,sicut quadrantem propter quater ductum, quod est bissextus:quem super dierum cursum in anno[r] sol facit:siue quòd nequeat [s]annus sub introduci, nisi bissexto Kal.Mart. computaueris,hoc est,& prima die sext. Kal. Martias, &addito bis sexto alio die sexto Kal.Martias iteraueris. A sexto autem Kal. Mart. vsq. in diem pridie Kalẽdas Ianuarias, in lunæ cursu bissextus apponitur,atq. inde detrahitur.

Intercalares autem dies idcircò vocantur,quia interponuntur, vt ratio lunæ solisque conueniat. Calare enim ponere dicitur, intercalare interponere.

Epactas Græci vocant,Latini adiectiones annuas lunares, quæ per vndenarium numerum vsq. ad tricenarium in se reuoluuntur. Quas ideò Ægyptij adijciunt,vt lunaris emensio rationi solis æquetur. Luna enim iuxta cursum suum vigintinouẽ semis dies lucere dinoscitur, & fiunt in annum lunarẽ dies CCCLIIII. Remanent ad cursum anni solaris dies vndecim,quos Ægyptij adijciũt. Vnde & adiectiones vocantur: absque his nõ inuenies lunam quota sit inquolibet anno,& mense,& die. Istæ epactæ semper xj. kal. April. reperiuntur in eadem luna quæ fuerit eo die. Continentur autẽ circulo decemnouẽnali:sed cùm ad xxix. epactas peruenerit,qui est circulus decemnouennalis: iam sequenti anno nõ addes super vigintinouem,vndecim,vt decem annunties detractis triginta,sed inde reuertẽris vt vndecim pronunties.

[a] Cap. XVII. Paschalem cyclũ Hippolytus Episcopus. *Post vocem episcopus lacuna,est in cod. Neap. Hieronymus in Catalogo. negat se reperire potuisse cuius vrbis episcopus fuerit. Gelasius Papa Metropolis Arabum episcopum facit (Bostræ fortasse) eius enim vrbis subscriptio in conciliis nõnunquam legitur. Zonaras,& Nicephorus Portus Romæ episcopum fuisse tradunt. Reperta Romæ est antè annos. xx. illius marmorea statua sedentis,legitúrque cyclus hic Paschalis in lateribus sedis cum Catalogo operum illius, non tamen integro quia lapis ea parte fractus.*

[b] Theophilus. *Ex Catalogo Gennadij.*

[c] Victorius. *Ita omninò legendum ex Bed. lib. 6. de ratione temp. c. 48. & ex Gennadio cuius verba sunt:* Victorius homo Aquitanicus,inuitatus à S.Hilario vrbis Romæ episcopo composuit Paschalem cursum. (*Alrecursum*) indagatione cautissima, post quattuor priores,qui composuerant,id est,Hippolytum,Eusebium,Theophilum,Prosperum,*Victorius quoque legitur in vetustiss. libris Salmant. & Complut.*

[d] per quinquies decem nouies. *Per quinquies decies nouies Neap.*

c quoto Kal. vel luna. *Concil. Bracar. 2. c. 9. quoto Kalendar. die, vel quota luna.*

f carmina simplici formitate facta cyclica. *Alij cyclia cum Rabano, siue id carminis genus arte quadam fieret, vt ait Aristophanis interpres in Aubus. Nam & κύκλος poemata quædam Homerum auctorem fuisse voluerunt, vt ait Philopon. ad lib. 1. ἀναλ. siue inscitia potius fieret, vt vult Acron ad carmen Horat. Nec sic incipies vt scriptor Cyclicus olim. Vnde Cyclici à plerisque Græcis triuiales & circumforanei poetæ dicuntur.*

g Hinc & laterculum dictum. *Sic in melioribus libris, & rectè. Concilium Tolet. iv. cui Isidorus interfuit c. 4.* Solet in Hispanijs de sollemnitate Paschali varietas existere prædicationis, diuersa enim obseruantia laterculor. Paschalis festiuitatis errorem interdum parturit. *& Cedrenus. ἡ παρ' ἕλλησιν ὀπτὴ πλίνθος λατέρκυλον παρὰ Ρωμαίοις λέγεται, &c. & Hieronym. in Ezech. c. 4.* Pro latere qui Græcè dicitur genere fœminino, ἡ πλίνθος Symmachus manifestius interpretatus est πλινθάριον, quem nos laterculum, & abacum appellare possumus.

h stratum annor. *Tertull. de resurrect. carn.* Ordo temporum sternitur.

i Post cuius expletionem. *Quæ ante hæc in impressis sunt.* A conditione mundi vsq. ad hunc nouissimũ cycli annum computantur anni. 592. *à manuscriptis vetustioribus absunt. neque in reliquis idem numerus legitur sed vel. 5900. vel 5911. vel. 5921.*

k Paschæ autem vocab. *Ex August. epistol. ad Ianuar. 119. Vid. Hieron. ad Matth. 26.*

l Eò quòd populus de Ægypt. *Immò quod Angelus percutiens postes agni sanguine illitos cæde abstinẽs prætergressus sit. Vt Hieronym. loco citat. & Philo. sed hæc Augustini sunt.*

m Cuius nox ideò peruigil. dicitur. *Ex Lact. li. 7. c. 19.*

n Quæ circa eum atteſt. *Absunt hæc ab optimo cod. Tolet.*

o primus mensis. *Expunximus τὸ nouorum, nam neque apud Aug. est, neq. esse debet. Vid. Exod. 12.*

p Qui xij. tantùm lunas. *Al. lunationes.*

q quia bissexiæs. *Ita scribi placuit A. Augustino, vt sexiaes semissem significaret, quod voluit Isidorus. Atqui certum est, bissextũ appellari, quod bis sexto Kal. Mart. dicamus, quod ipse statim subdit.*

r sol facit. *Quæ post hæc leguntur in quibusdam m. s. etiã Gotthicis vt in Omiensi & Cæsaraug. recipienda non putauimus, ea sunt:* Quia tres dies sine auctore sole transierunt initio conditionis dierum. Inde quarta pars asis per annum crescit, & quarto anno diem integrum reddit. Inde Ægyptij inuentores huius artis ob exaltationes siderum auctore sole dici in quarta feria condito, vnum diem in quartum annum adiecerunt in honorem solis, & lunæ.

s quod nequeat annus subintroduci. *Al. annũ subintroducere.*

De reliquis festiuitatibus. Cap. XVIII.

FEstiuitas dicta à festis diebus, quasi festiditas, eò quòd in eis sola res diuina fit. Quibus contrarij sunt fasti, in quibus ius fatur, id est, dicitur. Sollemnitas à sacris dicitur, ita susceptа, vt mutari ob religionem nõ debeat: à[a] sollo, id est, firmo atque solido nominata.

Celebritas autem nominatur, quòd non ibi terrena, sed cælestia tantùm agantur.

b Pascha festiuitatum omnium prima est, de cuius vocabulo iam superius dictum est.

Pẽtecoste sicut & Pascha apud Hebræos celebris dies erat, quæ post quinque decadas Paschæ celebratur: vnde & vocabulum sumpsit. *πέντε* enim Græcè quinque, in quo die secundùm legem panes Propositionis de nouis frugibus offerebantur. Cuius figuram annus iubileus in testamẽto veteri gessit: quæ nunc iterum per figuram repromissionis æternam requiem præfigurat.

c Epiphania Græcè, Latinè apparitio siue manifestatio vocatur. Eo enim die Christus sideris indicio Magis apparuit adorandus. Quod fuit figura primitiæ credentium gentium. Quo die & dominici baptismatis sacramentum, & permutatæ in vinum aquæ factorum per dominum signorũ principia extiterunt. Duæ sunt autem Epiphaniæ: prima, in qua natus Christus pastoribus Hebræorum Angelo nuntiante apparuit: secunda, in qua ex gẽtium populis stella indice præsepis cunabula Magis adoraturis exhibuit.

Scenopegia sollemnitas Hebræorum, de Græco in Latinum, tabernaculorum dedicatio interpretatur: quæ celebrabatur à Iudæis in memoriam expeditionis, cùm ab Ægypto promoti in tabernaculis agebant, & ex eo Scenopegia: *σκηνὴ* enim Græcè, tabernaculum dicitur. Quæ sollemnitas apud Hebræos Septembri mense celebrabatur.

d Neomenia apud nos Kalendæ: apud Hebræos autem (quia secundùm lunarem cursum menses supputantur) & Græcè *μὴν* luna appellatur: inde Neomenia, id est, noua luna. Erant enim apud Hebræos ipsi dies Kalendarum ex legali institutione sollemnes: de quibus dicitur in Psalmo: Canite initio mensis tuba, in die insigni sollemnitatis vestræ.

e Encænia autem est noua templi dedicatio. Grecè enim *καινὸν* dicitur nouum. Quãdo enim aliquid nouum dedicatur, encænia dicitur. Hanc dedicationis templi sollemnitatem Iudæi Octobri mense colebant.

Dies palmarum ideò dicitur, quia in eo Dominus & Saluator noster, sicut prophetа cecinit, Hierusalem tendens asellum sedisse perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudo plebium obuiam ei clamauerunt: Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel. Vulgus autem ideò eum diem f Capitilauium vocant: quia tunc moris est lauãdi capita infantium, qui vngendi sunt: ne obseruatione quadragesimæ sordidata ad vnctionẽ accederẽt. g Hoc autem die symbolum competentibus traditur propter cõfinem Dominicæ Paschæ sollemnitatem: vt qui iam ad Dei gratiam percipiendam festinant, fidem quam confiteãtur agnoscant.

Cœna Dominica dicta est, eò quòd in illo die Saluator Pascha cum discipulis suis fecerit: quod & hodie, sicut est traditum, celebratur, sanctúmq. in eo chrisma conficitur, h atq. initium noui, & veteris cessatio testamenti declaratur.

Sabbatum ab Hebræis ex interpretatione vocabuli sui requies nominatur: quod Deus in ipso, perfecto mundo, requieuisset. Siquidem & eo die requieuit in sepulchro Dominus, vt quietis illius mysterium confirmaret: quod Iudæis obseruãdum in vmbra futuri præceptũ est. Sed postquàm Christus in sepultura sua eius figurã adimpleuit, obseruatio eius quieuit.

Dominicus dies proinde vocatur: quia in eo resurrectionis Domini nostri gaudiũ celebratur. i Qui dies non Iudæis, sed Christianis in resurrectionẽ Domini declaratus est, & ex illo habere cœpit festiuitatem suam. Illis enim solum celebrandum sabbatũ traditum est: quia erat ante requies mortuorũ: k resurrectio autẽ nullius erat, qui resurgẽs à mortuis non moreretur. Postquàm autem facta est talis resurrectio in corpore Domini, vt præiret in capite Ecclesiæ, quòd corpus Ecclesiæ speraret in fine: iam dies Dominicus, id est, octauus, qui & primus, celebrari cœpit.

a Cap. XVIII. ab sollo i. firmo. *Vid. Fest.*

b Pascha fest. *De his tribus festiuitatibus. Vid. Hieron. ad Zach. c. 1.*

c Epiph. *Qui dies à Græcis baptismo Christi dicatus est, sed quid potissimum hoc die sit factum (ait S. Maximus) nouerit ille, qui fecit.*

d Neomen. *Ex Hieron. epist. ad Sunniam.*

e Encæn. *Ex Aug. tract. 11. in Iohann.*

f Capitilauiũ. *Vid. lib. 1. de off. c. 27. & Rab. lib. 2. c. 35.*

g Hoc autem die Symb. Comp. *Qui dicantur competentes, infr. lib. 7. c. vltim.*

h Atq. in. n. a. v. c. t. d. *Addita sunt hæc ex veteribus libris, quæ in editis non erãt: in quibus autem manuscriptis deerant, lacuna tantundem patebat.*

i Qui dies non Iud. suam. *Verba Aug. epist. 119. c. 13.*

k resurrectio autem. *Ibid.*

De officijs. Cap. XIX.

OFficiorũ plurima sunt genera: sed præcipuum illud quod in sacris diuinisque rebus habetur. a Officium autem ab efficiẽdo dictum, quasi efficium: propter decorẽ sermonis vna mutata littera, vel certè vt quisq. illa agat, quæ nulli officiant, sed prosint omnibus.

Vespertinum officium est in noctis initio vocatũ, b à stella vespere quæ surgit oriẽte nocte.

Matutinũ verò officium est, in lucis initio, à stella lucifero appellatum, quæ inchoãte manè oritur. Quorum duorum temporum significatione ostenditur, vt die ac nocte semper Deus laudetur.

c Missa tempore sacrificij est, quando catechumeni foras mittuntur, clamante Leuita, Si quis catechumenus remansit, exeat foras: & inde missa: quia sacramẽtis altaris interesse non possunt, qui nondum regenerati noscuntur.

Chorus est multitudo in sacris collecta: & dictus chorus, quòd initio in modum coronæ circũ aras starent & ita psallerent. d Alij chorum dixerunt à concordia, quæ in charitate consistit, quia si charitatem non habeat, respondere conuenienter non potest. Cùm autem vnus canit, Græcè monodia, e Latinè sincinium dicitur: cùm verò duo canunt, bicinium appellatur: cùm multi, chorus. Nam chorea ludicrum cantilenæ, f vel saltationes classium sunt.

Antiphona ex Græco interpretatur vox reciproca, duobus scilicet choris alternatim psallẽtibus ordine commutato, siue de vno ad vnum: quod genus psallendi Græci inuenisse tradũtur. Responsorios Itali tradiderunt: quòd inde responsorios cantus vocant: quod alio desinente, id alter respondeat. Inter responsorios autem, & antiphonas hoc differt, quòd in responsorijs vnus versum dicit, in antiphonis autem versibus alternant chori.

Lectio dicitur, quia non cantatur vt Psalmus vel Hymnus, sed legitur tantum. Illic enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim modulatio, hîc sola pronuntiatio quæritur.

h Canticum est vox cantantis in lætitiam.

i Psalmus autem dicitur, qui cantatur ad psalterium, quo vsum esse Dauid prophetã in magno mysterio prodit historia. Hæc autem duo in quibusdam psalmorũ titulis iuxta musicam artem alternatim sibi apponũtur. k Nam cãticum psalmi est, cùm id quod organum modulatur, vox postea cantantis eloquitur. Psalmus verò cantici, cùm quod humana vox præloquitur, ars organi modulantis imitatur. Psalmus autem à psalterio dicitur, vnde nec mos est ex alio opere eum componi.

Tres autem gradus sunt in cãtando: l primus succentoris, secundus incentoris, tertius accentoris.

m Diapsalma Hebræum verbum quidam esse volunt, quo significatur, semper, i. quòd illa, quibus hoc interponitur, sempiterna esse confirment. n Quidam verò Græcum verbum existimant, quo significatur interuallum psallendi, vt psalma sit quod psallitur: diapsalma verò interpositum in psallendo silentium: vt quemadmodum sympsalma dicitur vocũ copulatio in cantando, ita diapsalma disiunctio earum, vbi quædam requies disiunctæ continuationis ostenditur. Vnde illud probabile est, non coniungendas sententias in psallendo, vbi diapsalma interpositum fuerit, quia ideò interponitur vt conuersio sensuum vel personarum esse noscatur.

Hymnus est o canticum laudantiũ, quod de Græco in Latinum laus interpretatur, pro eo, quòd sit carmen lætitiæ & laudis. p Proprie autem hymni sunt cãtus continẽtes laudem Dei. Si ergò sit laus & non sit Dei, nõ est hymnus, si sit & laus, & Dei laus & non cantetur, non est hymnus. Si ergô & in laudem & Dei, & cantatur, tunc est hymnus.

Cui contrarius est threnus, quod est lamenti carmen & funeris.

q Alleluia duorum verborum interpretatio est, hoc est, laus Dei, & est Hebræũ. Ita enim vnum est de decẽ nominibus, quibus apud Hebræos Deus vocatur.

Amen significat verè siue fideliter, quod & ipsum Hebræũ est. Quæ duo verba amen & alleluia, nec Græcis, nec Latinis, nec Barbaris licet in suam linguã omninò transferre, vel alia lingua enuntiare. Nam quamuis interpretari possint, propter sanctioré tamẽ auctoritatẽ seruata est ab Apostolis in ijs propriæ linguę antiquitas. Tãto enim sacra sunt nomina, vt etiã Iohãnes in Apocalypsi referat, se, spiritu reuelãte, vidisse & audiuisse vocem cælestis exercitus tanquã vocẽ aquarũ multarum & tonitruũ validorum dicentiũ: amẽ, & alleluia: ac per hoc sic oportet in terris vtraque dici sicut in cælo resonant.

r Osianna in alterius linguæ interpretationem in toto transire non potest. Osi enim saluifica interpretatur: anna interiectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu. Integrè autẽ dicitur osianna, quod nos, corrupta media vocabuli littera & elisa, dicimus osanna, sicut fit in versibus cùm scandimus. Littera enim prima verbi sequẽtis extremam prioris verbi veniens excludit, & dicitur Hebraicè Osianna, quod interpretatur saluifica: subaudiendo vel populum tuum, vel totum mundum.

Offertorium tali ex causa sumpsit vocabulum. s Fertum enim dicitur oblatio, quæ altari offertur, & sacrificatur à Pontificibus, à quo offertorium nominatur, quasi propter fertum.

Oblatio vocatur, quia offertur.

t Donapropriè diuina dicuntur, munera hominum.

Nam munera dicũtur obsequia, quæ pauperes diuitibus loco munerum soluunt: itaque munus homini datur, donum Deo: vnde etiam in templis donaria dicimus. Munera autem vocantur, quia manibus vel accipiuntur, vel dantur.

Duo autem sunt quæ offeruntur: donum, & sacrificium.

Donum dicitur, quicquid auro, argentóque aut qualibet alia specie efficitur.

Sacrificium autem est victima, & quæcunque cremantur in ara, seu ponũtur. Omne autẽ quod Deo datur, aut dedicatur aut consecratur. Quod dedicatur, dicendo datur: vnde & appellatur. Vnde errant qui dedicationem consecrationem putant significare.

v Immolatio ab antiquis dicta eò quòd in mole altaris posita victima cæderetur: vnde & mactatio post immolationẽ est. Nunc autem immolatio pani & calici conuenit, libatio autem tantummodò calicis oblatio est. Hinc est illud: x Et libauit de sanguine vuæ, sic & secularium y quidam Poëtarum: Nunc pateras libate Ioui---. Libare enim propriè fundere

fundere est: sumptúmque nomen de Libero quodã, qui in Græcia vsum reperit vitis.

z Hostiæ apud veteres dicebantur sacrificia, quæ fiebant antequàm ad hostem pergerent.

Victimæ verò, sacrificia, quæ post victoriam, deuictis hostibus, immolabantur: & erant victimæ maiora sacrificia, quàm hostiæ. Alij victimam dictam putauerunt, quia ictu percussa cadebat, vel quia vincta ad aras ducebatur.

a Holocaustum illud est, vbi totum igne consumitur quod offertur. Antiqui enim cum maxima sacrificia administrarent, solebant totas hostias in sacrorum consumere flamma, & ipsa erant holocaustomata. b ὅλον enim Græcè, totum dicitur, καῦσις incensio, & holocaustum totum incensum.

c Cerimoniæ apud Latinos dicuntur sacra omnia, quæ apud Græcos Orgia vocantur. Propriè autem visum est Doctoribus à carendo appellari cerimonias, quasi carimonias, eò quòd ea, quæ in sacris diuinis offeruntur, in suo vsu carerent homines, quod etiam nomen in vsu est litterarum sanctarum. Alij cerimonias propriè in obseruationibus Iudæorum credunt: abstinentiam scilicet quarundã escarum secundùm veterem legem, eò quòd obseruantes careant his rebus, quibus se abstinuerint.

Sacrificium dictum, quasi sacrum factum: quia prece mystica consecratur in memoriam pro nobis Dominicæ passionis: vnde hoc eo iubente corpus Christi & sanguinem dicimus, quòd dum sit ex fructibus terræ, sanctificatur, & fit Sacramentum, operante inuisibiliter Spiritu Dei, cuius panis & calicis Sacramentum Græci Eucharistiam dicunt, quod Latinè bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore & sanguine Christi?

d Sacramentum est in aliqua celebratione, cùm res gesta ita fit, vt aliquid significare intelligatur, quòd sanctè accipiendum est. Sunt autem Sacramenta baptismus, & chrisma, corpus & sanguis. Quæ ob id Sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum, virtus diuina secretius salutem eorundem Sacramentorum operatur, vnde & à secretis virtutibus, vel à sacris Sacramenta dicuntur. Quæ ideò fructuosè pœnes Ecclesiã fiunt: quia Sanctus in ea manens Spiritus, eundem Sacramentorum latenter operatur effectum. Vnde seu per bonos, seu per malos ministros intra Dei Ecclesiam dispensentur: tamen quia Spiritus sanctus mysticè illa viuificat, qui quondam Apostolico in tempore visibilibus apparebat operibus: nec bonorum meritis dispensatorum amplificantur hæc dona, nec malorum attenuantur: quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: vnde & Græcè mysterium dicitur, quòd secretam & reconditam habeat dispositionem.

e Baptismus Græcè, Latinè tinctio interpretatur, quæ idcirco tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiæ in melius immutatur, & longè aliud quàm erat, efficitur. Prius enim deformitate peccatorum fœdi eramus, in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum, vnde in Canticis scribitur Canticorum, f Quæ est ista quæ ascendit dealbata? Cuius mysterium non aliter nisi sub Trinitatis designatione, i. Patris & Filij & Spiritus sancti cognominatione cõpletur, dicente Domino ad Apostolos: Ite, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Sicut enim in tribus testibus stat omne verbum, ita hoc Sacramentum confirmat ternarius numerus nominum diuinorũ. Quod autem per aquam baptismus datur, hæc ratio est. Voluit enim Dominus vt res illa inuisibilis, per congrũens, sed profectò contrectabile & visibile impenderetur elementũ, super quod etiã in principio ferebatur Spiritus sanctus. Nam sicut aqua purgatur exterius corpus, ita latenter eius mysterio per Spiritum sanctum purificatur & animus. Cuius sanctificatio ita est. g Inuocato enim Deo descendit Spiritus sanctus de cælis, & medicatis aquis sanctificat eas de semetipso: & accipiunt vim purgationis: vt in eis vt caro & anima delictis inquinata mundetur.

i Chrisma Græcè, Latinè vnctio nominatur, ex cuius nomine & Christus dicitur, & homo post lauacrũ sanctificatur. Nam sicut in baptismo peccatorũ remissio datur, ita per vnctionẽ sanctificatio spiritus adhibetur, & hoc de pristina disciplina, qua vngi in sacerdotium & in regnum solebant, ex quo & Aaron à Moyse vnctus est. Quæ dum carnaliter fit, spiritualiter proficit: quomodo & in ipsa baptismi gratia, visibilis actus est, quod in aqua mergimur: sed spiritalis effectus, quod delictis mundamur. Hoc significat illud vnguentum, quod peccatrix

Universidad de Deusto
Biblioteca

mulier ſuper pedes, & [k] ea quæ dicitur non fuiſſe peccatrix ſuper caput Ieſu fudiſſe ſcribuntur.

Manus impoſitio ideò fit, vt per benedictionem aduocatus inuitetur Spiritus ſanctus. [l] Tunc enim ille Paracletus poſt mundata & benedicta corpora, libens à Patre deſcendit. & quaſi ſuper baptiſmi aquam, tanquam ſuper priſtinam ſedem recognoſcens quieſcit. Nam legitur quòd in principio aquis ſuperferebatur Spiritus ſanctus.

Exorciſmus Græcè, Latinè coniuratio, ſiue ſermo increpationis eſt aduerſus Diabolum vt diſcedat: ſicut eſt illud in Zacharia, Et oſtendit mihi Ieſum ſacerdotem magnũ ſtantem coram Angelo Domini, & Sathan ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei, & dixit Dominus ad Sathan: Increpet Dominus in te Sathã, & increpet Dominus in te, qui elegit Hieruſalem. Hoc eſt exorciſmus, increpare & coniurare aduerſus Diabolum, vnde ſciendum quòd non creatura Dei in infantibus exorcizatur aut exſufflatur, ſed ille ſub quo ſunt omnes qui cum peccato naſcuntur. Eſt enim princeps peccatorum.

[m] Symbolum per linguam Græcã ſignum vel collatio interpretatur. Diſceſſuri enim Apoſtoli ad Euangelizandum in gentibus, hoc ſibi prædicationis ſignum vel indicium poſuerunt. Continet autem confeſsionem Trinitatis, & vnitatem Eccleſiæ, & omne Chriſtiani dogmatis ſacramentum. Quod ſymbolum fidei & ſpei noſtræ nõ ſcribitur in charta & atramento, ſed in tabulis cordis carnalibus.

Oratio petitio dicitur. Nam [n] orare eſt petere, ſicut exorare impetrare. Conſtat autem oratio loco, & tempore. Loco, quia non vbiq. cùm prohibeamur à Chriſto orare in publico: ſed vbi opportunitas dederit: aut neceſsitas importauerit. Neq. enim contra præceptum reputatur ab Apoſtolis factum, qui in carcere audientibus cuſtodibus orabant & canebant Deo. De tempore verò dictum eſt: Sine intermiſsione orate, ſed hoc ſingularibus. Nam eſt obſeruatio quarundã horarum communium: quæ diei interſpatia ſignant, tertia, ſexta & nona: ſimiliter & noctis. Sed ideò orandi hæ horæ diuiſæ ſunt: vt ſi fortè aliquo fuerimus opere detenti: ipſum nos ad officium tempus admoneat: quæ tẽpora in Scripturis inueniuntur. Primùm enim Sanctus Spiritus congregatis diſcipulis hora tertia infuſus eſt. Petrus qua die viſionem cõmunicationis in illo vaſculo expertus eſt, ſexta hora orandi gratia aſcenderat. Idem etiam cum Iohanne hora nona templum adijt, quando paralyticum ſanitati reformauit. Sed & Danielem legimus hæc tempora in oratione obſeruaſſe: & vtique ex Iſraelis diſciplina, vt ne minus quàm ter die adoremus. Debitores enim ſumus triũ perſonarum, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, exceptis vtique & alijs legitimis orationibus, quæ ſine vlla admonitione debentur in ingreſſu lucis ac noctis ſiue vigiliarum: ſed & cibum non prius ſumere, quàm [o] interpoſita oratione. Priora enim habenda ſunt ſpiritus refrigeria: quia priora cæleſtia, quàm terrena. Qui autem vult orationem ſuam volare ad Dominum: faciat illi duas alas, ieiunium & eleemoſynam, & [p] aſcendet celeriter & exaudietur.

Ieiunium eſt parſimonia victus, abſtinentiáque ciborum, cui nomen eſt inditum ex quadam parte viſcerum tenuiſemper & vacua, quod vulgò ieiunũ vocatur. Vnde ieiunij nomen creditur deriuatum: quod ſui ine dia viſcera vacua & exinanita exiſtunt. [q] Ieiunium autem & ſtatio dicitur. [r] Statio autem de militari exemplo nomen accepit, pro eo quòd nulla lætitia ſiue triſtitia obueniens caſtris ſtationem militum reſcindat. Nam lætitia libentius triſtitia, ſolicitius adminiſtrat diſciplinã. [s] Vnde & milites nunquam immemores Sacramenti magis ſtationibus parent. Diſcernunt autem quidam inter ieiunium, & ſtationẽ. Nam ieiunium eſt indifferenter cuiuſlibet diei abſtinentia: non ſecundum legem, ſed ſecundum propriam voluntatem: ſtatio autem eſt obſeruatio ſtatutorum dierum vel temporum. Dierum, vt quartæ feriæ & ſextæ ieiunium ex veteri lege præceptum, de qua ſtatione in Euangelio dixit ille: Ieiuno bis in ſabbato, id eſt, quarta & ſexta ſabbati. Temporum autem quæ legalibus ac propheticis inſtitutionibus terminatis temporibus ſtatuta ſunt, [t] vt ieiuniũ quarti, quinti, ſeptimi, & decimi: vel ſicut in Euangelio dies illi, in quibus ablatus eſt ſponſus: vel ſicut obſeruatio quadrageſimæ, quæ in vniuerſo orbe inſtitutione Apoſtolica obſeruatur circa confinium Dominicæ paſsionis. His tertium genus quidã adijciunt: [v] quam Xerophagiam dicunt, abſtinentiam ſcilicet humentiũ ciborũ. Vnde & nomen hoc datum, eò quòd ſiccis quidam eſcis vrantur.

Pœnitentia

Pœnitentia appellata, quaſi punitentia, eò quòd ipſe homo in ſe puniat pœnitendo quod malè admiſit: nam nihil aliud agunt quos veraciter pœnitet, niſi vt id quod malè fecerunt, impunitum eſſe non ſinant. Eo quippe modo ſibi non parcentibus ille parcit, cuius altum iuſtúmque iudicium nullus contemptor euadit. Perfecta eſt autem pœnitentia, præterita deflere & futura non admittere. Hæc ſecunda in ſimilitudinẽ fontis purgatio eſt, vt ſi fortè impugnante diabolo aliquod peccatum irrepſerit, huius ſatisfactione purgetur.

Satisfactio autem eſt cauſſas peccatorum & ſuggeſtiones excludere & vltra peccatum non iterare.

Reconciliatio verò eſt quæ poſt complementum pœnitentiæ adhibetur: nam ſicut conciliamur Deo, quando primùm à gentilitate conuertimur: ita reconciliamur, quando poſt peccatum pœnitendo regredimur.

[x] Exomologeſis Græco vocabulo dicitur, quod Latinè confeſsio interpretatur, cuius nominis duplex ſignificatio eſt. Aut enim in laude intelligitur cõfeſsio, ſicut eſt: Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ. Aut dum quiſque confitetur ſua peccata ab eo indulgẽda, cuius indeficiẽs eſt miſericordia. Ex hoc [y] igitur Græco vocabulo exprimitur & frequentatur exomologeſis, qua delictum noſtrum Domino confitemur, non quidẽ vt ignaro, cuius cognitioni nihil occultum eſt, ſed confeſsio eſt rei ſcilicet eius quæ ignoratur profeſſa cognitio. Vtile enim ſibi ac iucundum quiſquam eſſe exiſtimauerat, rapere, adulterari, furari, ſed vbi hæc æternæ damnationi obnoxia eſſe cognouit, cognitis ijs confitetur errorem.

Confeſsio autem erroris, profeſsio eſt deſinendi: deſinendum ergo à peccatis, dum confeſsio eſt. Confeſsio autem antecedit, remiſsio ſequitur: cæterùm extra veniã eſt qui peccatum cognoſcit, nec cognitũ confitetur. [z] Itaque exomologeſis proſternendi & humilificandi hominis diſciplina eſt, habitu atque victu, ſacco & cineri incubare: corpus ſordibus obſcurare: animum mœroribus deijcere: illa quæ peccauit triſti tractatione mutare.

Litaniæ autẽ Græco nomine appellantur, quæ Latinè dicuntur rogationes. Inter litaniam verò & exomologeſin hoc differt: quòd exomologeſes pro ſola confeſsione peccatorum aguntur: litaniæ verò indicuntur propter rogandum Dominum & impetrandum in aliquo miſericordiam eius. [a] Sed nunc iam vtrumq. vocabulum ſub vna deſignatione habetur: nec diſtat vulgo, vtrum litaniæ, an exomologeſes dicantur. Supplicationis autem nomen quodãmodo nunc ex gentilitate retinetur. [b] Nam feriæ aut legitimæ erant apud eos, aut indictæ. Indictæ autem, quia paupertas antiqua Romanorũ ex collatione ſacrificabat, aut certè de bonis damnatorum. Vnde ſupplicia dicuntur ſupplicationes, quæ fiebant de bonis paſſorum ſupplicia. Sacræ enim res de rebus execrandorum fiebant.

[a] Cap. XIX. Officium autem ab eff. *Ex Amb. 1. offi. c. 8.*

[b] à ſtella veſpere. *Virg.* Deniq. quid veſper ſerus vehat. *& alias ſæpè.*

[c] Miſſa. *Ambroſium, Leonem, alioſque patres ſequitur. De Miſſæ etymo. multa Claud. Sainct. in præf. ad Liturg.*

[d] Alij chorum à concord. *Ex Aug. in ps. 87.*

[e] Latinè Sincinnium. *Feſt.* Sincinnium cantionem ſolitariã. *Agellius lib. 20. c. 2.* Qui rectius locuti ſunt, Sincinniſtas littera n. gemina dixerunt. Sincinniũ n. genus veteris cantionis fuit. *& paullò poſt.* Accius poeta Sincinniſtas appellari ait nebuloſo nomine, quod Sincinnium cur diceretur, ei obſcurũ eſſet: *Sed quoniam aſſam vocem Aſconius, & Nonius ſolam interpretantur: aßicinium, vt aſsipondium dictum ſuſpicabatur Chacon.* Sicinium *apud Rabanum.*

[f] Vel ſaltationes claſsium. *Ita vetuſtiores libri. al. pſaltationes plauſuum. Neap. Ludicrum cantilenæ vel plauſuum ſine voce ſaltationes.*

[g] Reſponſorios. *Vel reſponſoria, vtroq. n. modo loquitur in lib. de off. & in regul. monach. c. de off.*

[h] Canticum eſt vox. *Ex Hilar. in prolog. ps.*

[i] Pſalmus autem. *Ex Aug. in ps. 4.*

[k] Nam canticum pſal. *Ex eod. Hilario vel Ruff.*

[l] Primus ſuccentoris. *Permutari volebat hæc Chacon, vt eſſet primus incentoris locus, ex Varr. 1. de re ruſt. cap. 2.* Vt dextra tibia alia, quàm ſiniſtra, ita tamen vt ſit quodammodo coniuncta, quod eſt altera eiuſdem carminis modorũ incentiua, altera ſuccentiua. Et quidem licet adijcias (inquam) paſtorum vitam eſſe incentiuam, agricolar. ſuccentiuam. *Sed Eccleſiar. morem ſecutum Iſidorum, in quib. qui cantum incipit ſuccentor dicitur. veriſimilius eſt. Cod. Neap.* infimus ſuccentoris.

[m] Diapſalma quidam Hebræum eſſe volunt. *Neq. hoc (opinor) quiſquam ante Iſidorum, neq. Iſidorus ipſe profecto dixit, qui toties apud Hieronymum legerat, quod in Hebræo eſt* סלה *ſela, id LXX. Theodotionem, & Aquilam* διάψαλμα, *Quinctam verò editionem, ſemper reddidiſſe. Vid. ep. ad Marcell. 138.*

[n] Quidam verò. *Ex Aug. in ps. 4.*

[o] Canticum laudantium. *Canticum laudes Aug. in ps. 39.*

[p] Propriè autem hymnus. *Ex eod. in ps. 72.*

[q] Alleluia--laus Dei. *Ex Amb. in ps. 118. Nam Hieronymus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nymus laudate Deum interpretatur, vt vocis ratio expoſcit, ep.137.

s Oſanna. *Ex Hier.ep.ad Damaſ.145.*

t Fertum. *Feſt.* Ferctum (al. fertum) genus libi dictum quod crebrius ad ſacra ferebatur. *Gloſſæ quædã Latinæ Bibliothecæ Vaticanæ.* fertores ferto libantes.

u Dona proprè diuina. *Sic Gotth.al. Dei.*

v Immolatio-quod in mole. *A. Auguſtinus in mola.*

x Et libauit de ſanguine vuæ. *Eccleſiaſtici. c.50.*

y Sicut & quidam poetar. *Virg.Æn.7.*

z Hoſtiæ apud vet. *è Seru. Æn.1.*

a Holocauſtum. *Ex Hieron.in Ezech.c.45.*

b Holon n.Græc. *Ex Aug.in ps.64.*

c Cærimoniæ. *Seru. Æn.4.* Sanè ſciendum orgia apud Græcos dici omnia ſacra, ſicut apud Latinos cærimoniæ dicuntur. *De etym. vid. Feſt.*

d Sacramentum eſt in aliqua celebrat. *Ex Aug.ep.119.in principio.*

e Baptiſmus Græc. *Vid. Tertull.lib.de Baptiſm.*

f Quæ aſcendit dealbata. *Ita Lxx.* λελευκανθισμένη. *& Amb. Serm. 19. in ps.118. vulg.* quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens.

g Cognominatione. *f.connominatione. peius apud Rabanum cognitione.*

h Inuocato n.Deo. *Ex Tertull.*

i Chriſma. *Ex eod.*

k Et ea quæ non dicitur fuiſſe peccatrix. *S. o.l. Sed non videtur legiſſe hæc Rabanus.*

l Tunc enim ille Paracl. *Verba ſunt Tertull.*

m Symbolum. *Ex Ruffin.Symbol.*

n Orare eſt petere. *Ex Seru.Æn.3.*

o Interpoſita orat. *Antepoſita Chaconis codex.*

p Aſcendit celeriter. *Locus ex Aug.in ps.*

q Ieiunium autem & ſtatio. *Sic Caſſ. lib.5. de inſtit. Cœnob.c.24.* Per Ægypti monaſteria tãta cordis alacritate ſuſcipiebamur, vt abſque legitimis ieiunijs quartæ, & ſextæ feriæ, quocunque pergebamus, quotidiana ſtatio ſolueretur.

r Statio de militari exemplo. *Tertul. in lib.de orat. in fin.* Si ſtatio de militari exemplo nomen accepit (nam & militia Dei ſumus) vtiq. nulla lætitia ſiue triſtitia obueniens caſtris ſtationes militũ reſcindit. Nam lætitia libẽtius, triſtitia ſolicitius adminiſtrabit diſciplinã.

s Vnde & milites. *Ex eod.in lib.de ieiun.*

t Vt ieiuniũ quarti. *Verba Zachariæ.c.8. vid. Hieronym. ibid. & Iſid.1.off.c.37.*

v quam Xerophag. *Qua voce ſæpè vtuntur Tertull. Hieronym. & Caſian.*

x Quaſi punitentia. *Al quaſi punientia. Idem. 2. de eccl.c.16.* Pœnitentia nomen ſumpſit à pœna.

y Ex hoc ergo Græco vocab. *Tertull.lib.de pœnit.* Is actus qui Græco vocabulo magis exprimitur, & frequentatur, exomologeſis eſt, qua delictum Dño noſtro confitemur, non quidẽ vt ignaro, ſed quatenus ſatisfactio confeſſioni diſponitur, confeſſionis pœnitentia Deus mitigatur.

z Itaq. exomolog. proſtern. & humilif.h. d. eſt. *Verba Tertull.ibid.*

a Sed nunciam vtrumq. vocab. *Id vnde natum ſit ex Concil.Agathen.conſtat. Sic in Concil.Tolet.17.c.6. cum titulus ſit de dieb.litaniar. per totos.xij.menſes celebrandis in canone tamen dicitur, vt exomologeſis votis gliſcentib. celebretur.*

b Nam feriæ aut legitimæ. *Verba ſunt Seruij Æn.1. ad v.* templis indicit honorem.

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER SEPTIMVS.

De Deo, Angelis, & fidelium ordinibus.

DE DEO. Cap. I.

BEATISSIMVS Hieronymus vir eruditiſsimus & linguarum multarum peritus, Hebræorum nominum interpretationem primus in Latinam linguam conuertit. Ex quibus pro breuitate prætermiſsis multis quædam huic operi adiectis interpretationibus interponenda ſtudui. Vocabulorum enim expoſitio ſatis indicat quid velint intelligi. Habent enim quædam ex B proprijs cauſsis nominum rationẽ. In principio autem decem nomina ponimus, quibus apud Hebræos Deus vocatur.

a Primum apud Hebræos Dei nomen אל El dicitur: quod alij Deum, alij etymologiam eius exprimentes, ἰσχυρόν, i. fortem interpretati ſunt, ideò quòd nulla infirmitate b opprimitur, ſed fortis eſt, & ſufficiens ad omnia perpetranda.

Secundum nomen אֱלֹהִים Eloim.

Tertium אֱלוֹהִי Eloë quod vtrumque in Latinum Deus dicitur. Eſt autem nomen in Latinum, ex Græca appellatione trãſlatum. Nam Deus Græcè Θεὸς dicitur c quaſi δέος, i. timor: vnde tractũ eſt nomen Deus, quòd eum colentibus ſit timori. d Deus autem propriè nomen eſt Trinitatis pertinens ad Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Ad quam Trinitatem etiam reliqua quæ in Deo infra ſunt poſita vocabula referuntur.

Quartum nomen Dei dicitur צְבָאוֹת Sabaoth, quod vertitur in Latinum, exercituum ſiue virtutum: de quo in Pſalmo ab Angelis dicitur: Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus virtutũ. Sunt enim in huiuſmodi ordinatione virtutes multæ, vt Angeli, Archangeli, Principatus & Poteſtates, cunctíq. cæleſtis militiæ ordines, quorum tamen ille Dominus eſt. Omnes enim ſub ipſo ſunt, eiúſque dominatui ſubiacent. A

Quintum עֶלְיוֹן Elion, quod interpretatur in Latinum excelſus, quia ſupra cælos eſt, ſicut ſcriptum eſt de eo: Excelſus Dominus ſupra cælos gloria eius. Excelſus autem dictus, pro valde celſus. Ex enim pro valde ponitur, ſicut eximius, quaſi valde eminens.

Sextũ nomen אֶהְיֶה Eieie, i. qui eſt. Deus enim ſolus, quia æternus eſt, hoc eſt, quia exordium non habet, eſſentiæ nomen verè tenet. f Hoc enim nomen ad ſanctũ Moyſen per Angelum eſt delatum. Quærenti enim quod eſſet nomen eius, qui eum pergere præcipiebat ad populum ex Ægypto liberandum: reſpondit. Ego ſum qui ſum, & dices filijs Iſraël: qui eſt, miſit me ad vos: tanquam in eius comparatione qui verè eſt, quia incommutabilis eſt: ea quæ mutabilia facta ſunt, quaſi non ſint. g Quod enim dicitur fuit, non eſt: & quod dicitur erit, nondũ eſt. h Deus autem eſſe tantùm nouit, fuiſſe & futurum eſſe non nouit. i Solus enim Pater cum Filio & Spiritu ſancto veraciter eſt: cuius eſſentiæ comparatum eſſe noſtrum, non eſſe eſt. Vnde & in communi eloquio dicimus: k Viuit Deus: quia eſſentia vita viuit, quam mors non habet.

Septimum אֲדֹנָי Adonai, quod generaliter Dominus interpretatur, quòd dominetur creaturæ cunctæ, vel quòd creatura omnis dominatui eius deſeruiat. Dominus ergo, & Deus: vel quòd dominetur omnibus, vel quòd timeatur à cunctis.

i Octauum יָהּ Ia, quod in Deo tantùm ponitur: quod etiam in alleluia in nouiſsima ſyllaba ſonat.

m Nonum Tetragrãmaton, hoc eſt quattuor

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuor litterarũ, quod propriè apud Hebræos in Deo ponitur, יהוה id est, duabus ia, ia, quæ duplicata ineffabile illud & gloriosum nomen Dei efficiunt: dicitur autẽ ineffabilis, non quia dici non potest, sed quia sinistri sensu & intellectu humano nullatenus potest, & ideo quia de eo nihil dignè dici potest, ineffabilis est.

Decimum Saddai, שדי id est, Omnipotẽs. Vocatus autem Omnipotẽs, eò quòd omnia potest, sedà faciendo quod vult, non à patiẽdo quod nõ vult. Quod si ei accideret nequaquam esset Omnipotens: facit enim quicquid vult, & inde Omnipotens. Item Omnipotens, quia ipsius sunt omnia quæ vbiq. sunt. Solus enim totius mundi habet imperium. Dicuntur autem & alia quædam in Deum substantialiter nomina, vt Immortalis, Incorruptibilis, Incõmutabilis, Æternus. Vnde & meritò cunctæ præponitur creaturæ.

Immortalis sicut de eo scriptum est, Qui solus habet immortalitatem: quia in eius natura nulla est commutatio. [n] Nam omnis mutabilitas non incõuenienter mortalitas dicitur, secundum quam & anima mori dicitur: non quia in corpus vel in aliquam alteram substantiam mutatur & vertitur, sed in ipsa sua substantia quicquid alio modo nunc est, aut fuit, secundum id quod destitit esse quod erat, mortalis vtiq. deprehenditur, ac per hoc solus Deus dicitur immortalis, quia solus incommutabilis.

Incorruptibilis appellatur, quia corrumpi & dissolui non potest, nec diuidi. Quicquid enim capit diuisionem & interitum capit. Illenec diuidi potest, nec interire: inde Incorruptibilis est.

Incommutabilis est, quia semper manet & mutari nescit: nec proficit, quia perfectus est: nec deficit, quia æternus est.

Æternus est, quia sine tempore est. Non enim habet initium neque finem. Hinc & Sempiternus, eò quòd sit semper æternus. A quibusdam autem Æternus ab æthere creditur dictus, quoniã cælum sedes eius habetur: vnde est illud, Cælum cæli Domino: & hæc ista quattuor vnum significant, nam vna eadémque res dicitur, siue dicatur Æternus Deus, siue Immortalis, siue Incorruptibilis, siue Immutabilis.

Inuisibilis, quia nunquã per substantiam suam apparuit oculis mortalium Trinitas, nisi per speciẽ subiectæ creaturæ eiusdémq. corporeæ: nam nemo potest ipsam manifestationem essentiæ Dei videre & viuere, sicut & dictum est Moysi. Vnde & Iohannes in Epistola sua dicit: Deum nemo vidit vnquam. Res est enim inuisibilis, ideóque non oculo, sed corde quærendus est.

Impassibilis est, quia nullis perturbationibus afficitur, quibus fragilitas humana succumbit. Non enim attingunt eum vllæ passiones, vt libido, iracundia, cupiditas, timor, mœror, inuidia, & cætera, quibus humana mens turbatur. Sed cùm dicitur, Deũ irasci, aut zelare, aut dolere, nostro vsu dicitur. Apud Deum enim perturbatio nulla est, apud quem tranquillitas summa est.

Simplex autem dicitur siue non amittendo quod habet: seu quia non aliud est ipse, & aliud quod in ipso est, [o] sicut in homine, cuius aliud est esse, aliud sapere. Nam & esse potest, & sapiens non esse, Deus autem habet essentiam, habet & sapientiam: sed quod habet, hoc & est, & omnia vnus est: ac proinde simplex est, quia non in eo aliquid accidentis est, sed & quod est & quod in ipso est, essentialiter est, [p] excepto quod relatiuè ad quamcunq. personam est.

Summè bonus, quia incommutabilis est. Creatura verò bonum, sed non summum est: quia mutabilis est. Et dum sit quidẽ bonum, non tamen esse potest & summum.

Incorporeus autem vel incorporalis ideò dicitur Deus, vt spiritus credatur vel intelligatur esse, non corpus. Nam dum dicitur spiritus, eius significatur substantia.

Immensus, quia cuncta concludit ipse à nullo concluditur: sed omnia intra eius omnipotentiam coarctantur.

Perfectus dicitur, quia nihil ei possit adijci. Attamen de consummatione alicuius facti perfectiò dicitur. Deus autem qui non est factus, quomodo est perfectus? Sed hoc vocabulum de vsu nostro sumpsit humana inopia, sicut & reliqua verba; quatenus id quod ineffabile est, vtcunque dici possit: quoniam de Deo nihil dignè humanus sermo dicit, sicut sunt & alia.

Creator dictus pro totius mundi rebus ab ipso creatis: nihil enim est quod nõ originẽ à Deo traxerit. Ipse & vnus, quia diuidi non potest, vel quia nihil esse aliud potest, quod tantundem capiat potestatis.

Hæc igitur quæ de Deo dicta sunt, ad totam pertinent Trinitatem propter vnam & coæternam substantiam, siue in Patre, siue

siue in Filio eius vnigenito in forma Dei, siue in Spiritu sancto, qui vnus est spiritus Dei Patris, & Filij eius vnigeniti.

Sunt & quædam vocabula ex vsu nostro ad Deum sumpta, de membris nostris, siue de inferioribus, & quia in propria natura inuisibilis & incorporeus est, pro efficiẽtijs tamen caussarum in ipso rerum species adscribuntur: vt more locutionis nostræ facilius seipsum insinuet: vt quia omnia videt, dicatur oculus: propter quod audit omnia, dicatur auris: pro eo autem quod auertitur, ambulat: pro eo quod spectat, stat. Sic & in cæteris horum similibus [q] ab humanis mentibus trahitur similitudo ad Deum, sicut & obliuiscens & memorans. Hinc est quod & Propheta dicit: Iurauit Dominus exercituum per animam suam: non quòd Deus animã habeat, sed hoc nostro narrat affectu. [r] Nam & facies Dei in scripturis sanctis non caro, sed diuina cognitio intelligitur, eadem ratione qua per faciem conspectam quisq. cognoscitur. Hoc enim in oratione dicitur Deo: Ostende nobis faciem tuam: ac si dicatur, Da nobis cognitionem tuam. Sic & vestigia Dei dicuntur: quia nunc Deus per speculum agnoscitur: ad perfectum verò Omnipotens reperietur, dum in futurum, facie ad faciem quibusque electis præsentabitur, vt ipsam speciem contemplentur: cuius nunc vestigia comprehendere conantur, hoc est, quem videre per speculum dicuntur. Nam & situs, & habitus, & locus & tempus in Deum non propriè, sed per similitudinem translatè dicuntur, quippè sedere super Cherubim dicitur, quod est ad situm: &, abyssus tanquam vestimentum amictus eius, quod est ad habitum. Et, anni tui non deficient, quod ad tempus pertinet. Et, Si ascendero in cælum tu ibi es, quod ad locum. [t] Nam & in Propheta, plaustri portantis fœnum species ad Deum dicitur. Et hæc omnia per figuram Deus, quia nihil est horum ad proprietatem substantiæ eius.

a Cap. I. Primum apud Heb. *Ex Hieron. ep. 136.*
b opprimitur. *Al. premitur.*
c quasi ἀλόγως. *è Seru. Æn. 12. ad V. Diua Deam.*
d Deus autem prop. e. n. I. *Ex Hieron. ep. ad Amand. 147.*
e Quinctum Helion. *Vnde quidam Græcos ἥλιον fecisse putant.*
f Hoc nomen--mors non habet. *Falsò citatur hic locus à Magistr. sent. li. 1. d. 8. c. 1. ex Hieron. ep. ad Dama sum, cùm sit potius conflatus ex Augustini & Greg. variis locis, prima pars vsq. ad non sint, ex Aug. 8. de ciuit. c. 11.*
g Quod n. dicitur fuit. *Ex eod. in lib. de Symbolo. c. 4. & in ps. 101. ex quo tò* dicitur *deleri bis hoc loco sine fraude posset.*
h Deus autem esse tantùm non. *Ex Greg. 4. Moral. c. 27 al. 32.*
i Solus n. *Ex eod. 18. Moral. c. 27. al. 32.*
k Viuit Deus quia est. *Ex eod. lib. c. 3. al. 1.*
l Octauum יה. *Ex Hieron. ep. 136.*
m Nonũ. *Ex ead. ep. & ex 142. & in quæst. in c. 17. Gen.* Nec mirandum *(inquit)* quare cùm apud Græcos, & nos a littera videatur addita, nos ה litteram additam dixerimus, Idioma n. linguæ illius est per ה quidem scribere, sed per a legere, sicut è contrario a litteram sæpè per e pronuntiant.
n Nam omnis mutabil. *Ex Greg. 12. Moral. c. 17. è quo sunt ferè huius cap. reliqua.*
o Sicut in homine cuius aliud. *Ex 18. Mor. cap. 27. al. 34.*
p excepto hoc quòd relati. *Ex August. 11. de ciui. c. 10.*
q ab humanis mentib. *Ex Greg. 32. cap. 5. al. 6.*
r Nam & facies Dei. *Ex eod. in lib. 1. Reg. c. 10.*
s Nam & in proph. *Amos. 2.*

De Filio Dei. Cap. II.

MVltis etiam modis Christus appellari in scripturis inuenitur diuinis. Nam ipse Dei Patris Vnigenitus Filius, dũ esset æqualis Patri, propter salutem nostram formam serui accepit. Proinde quædam nomina in illo ex diuinitatis substantia, quædam ex dispensatione susceptæ humanitatis assumpta sunt. Christus namque à chrismate est appellatus, hoc est, vnctus. [a] Præceptum enim fuerat Iudæis, vt sacrum conficerent vnguentum, quo perungi possent ij, qui vocabantur ad sacerdotium vel ad regnũ: & [b] sicut nunc regibus indumentum purpuræ insigne est regiæ dignitatis: sic illis vnctio sacri vnguenti nomen ac potestatem regiã conferebat, & inde Christi dicti à chrismate, quod est vnctio. Nam chrisma Græcè, Latinè vnctio nuncupatur, quæ etiam Domino nomen accommodauit facta spiritualis, quia spiritu vnctus est à Deo Patre, sicut dicitur in Actibus Apostolorum: Collecti sunt enim in hac ciuitate, aduersus Sanctum Filium tuum, quem vnxisti: non vtique oleo visibili, sed gratiæ dono, quod visibili significatur vnguento.

[c] Non est autẽ Saluatoris propriũ nomen Christus, sed communis nuncupatio potestatis. [d] dum enim dicitur Christus, commune dignitatis nomen est: dum Iesus Christus, proprium est vocabulum Saluatoris. Christi autem nomen nusquã alibi omninò, nec in aliqua gente fuit, nisi tantùm in illo

Universidad de Deusto
Biblioteca

regno vbi Christus prophetabatur, & vnde A venturus erat.

Messias autem Hebraicè dicitur, Græcè Christus, Latina autem locutione vnctus.

Iesus Hebraicè, Græcè σωτὴρ, Latinè autem salutaris, siue Saluator interpretatur, pro eo quòd cunctis gentibus salutifer venit.[f] Etymologiã enim nominis huius etiam Euangelista significat dicens: Vocabis nomen eius Iesum, quia ipse saluum faciet populum suum. Sicut enim Christus significat Regem, ita Iesus significat Saluatorem. Non itaque nos saluos facit quicunque Rex, sed Rex Saluator. [g] Quod verbum Latina lingua antea non habebat, sed habere poterat: sicut potuit quando voluit. B

Emanuel ex Hebræo in Latinum significat, nobiscum Deus: scilicet, quia per virginem natus Deus hominibus in carne mortali apparuit, vt terrenis viam salutis ad cælum aperiret. Ad diuinitatis substantiã quæ pertinent, ista sunt, Deus, Dominus.

Deus autem dictus propter vnicam cum Patre substantiam.

Dominus propter seruientẽ creaturam.

Deus autẽ & homo, quia verbum & caro. Vnde & bis genitus dicitur, siue quia pater eum genuit sine matre in æternitate, siue quia mater sine patre in tempore.

C Vnigenitus autem vocatur secundùm diuinitatis excellentiam: quia sine fratribus: Primogenitus secũdùm susceptionẽ hominis, in qua per adoptionẽ gratię fratres habere dignatus est, quibus esset primogenitus.

Omousios Patri ab vnitate substãtiæ appellatur. Substãtia enim vel essentia Græcè οὐσία dicitur ὅμως vnũ. Vtrumq. igitur consunctum sonat vna substantia. Hoc enim vocatur omousion, quod est, Ego & Pater vnũ sumus, hoc est, eiusdẽ cum Patre substantiæ. Quod nomen etsi scriptũ in sanctis litteris non inueniatur, in assertione tamen totius Trinitatis defenditur: quia datur ratio, vnde rectè dici ostendatur: sicut & Pater in illis libris nusquam Ingenitus legitur, sed D tamen dicendus esse atque credendus non dubitatur. Omœusios similis substãtiæ: quia qualis Deus, talis est & imago eius. Inuisibilis Deus, & imago inuisibilis.

Principium, eò quòd ab ipso sint omnia, & quia ante eum nihil.

Finis, vel quia dignatus est in fine temporum humiliter in carne nasci & mori: & iudicium nouissimum ipse suscipere, vel quia quicquid agimus ad illũ referimus: & cùm ad eum peruenerimus vltra quod quæramus non habemus.

Os Dei est, quia verbum eius est. Nam sicut pro verbis quæ per linguam fiunt, sæpè dicimus, illa & illa lingua, ita & pro Dei verbo os ponitur, quia mos est vt ore verba formentur.

[h] Verbum autem ideò dicitur, quia per eum Pater omnia condidit siue iussit.

Veritas, quia non fallit, sed tribuit quod promisit.

Vita, quia creauit.

Imago dicitur, propter parem similitudinem Patris.

Figura est, quia suscipiens formam serui, operum virtutúmque similitudine Patris in se imaginem atque immensam magnitudinem designauit.

Manus Dei est, quòd omnia per ipsum facta sunt. Hinc & Dextera propter effectum operis totius creaturæ, quæ per ipsum formata est.

Brachiũ, quia ab ipso omnia continentur.

Virtus, pro eo quòd omnem potestatem Patris in semetipso habeat: & omnem cæli terræque creaturam gubernet, contineat, atque regat.

Sapientia, pro eo quòd ipse reuelet mysteria scientiæ & arcana sapientiæ. Sed tamẽ cùm sit Pater & Spiritus sanctus sapientia & virtus, & lumen & lux, propriè tamen ijs nominibus Filius nuncupatur.

Splendor autem appellatur propter quod manifestat.

Lumen, quia illuminat.

Lux, quia ad veritatem contemplandam cordis oculos reserat.

Sol, quia illuminator.

Oriens, quia luminis fons & illustrator est rerum, & quòd oriri nos faciat ad vitam æternam.

Fons, quia rerum origo est, vel quòd satiat sitientes. Ipse quoq. Alpha & ω: Alpha enim litterã nulla præcedit: prima est enim litterarum, sicut & Filius Dei: ipse enim se principium Iudæis interrogantibus esse respondit. Vnde & Iohannes in Apocalypsi, propriè ipsam litteram ponens ait: Ego sum Alpha & ω, primus & nouissimus. Primus, quia ante eum nihil est: nouissimus, quia iudicium nouissimum ipse suscipiet.

[i] Mediator, quia inter Deum & hominem medius constitutus est, vt hominem ad Deum perduceret, vnde & illum Græci μεσίτην vocant. A

Paracletus, id est, aduocatus, quia pro nobis intercedit apud Patrem: sicut & de eo dicit Iohannes: Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum. Paracletus autem Græcum est, quod Latinè dicitur aduocatus. Quod nomen & Filio & Spiritui sancto adscribitur, iuxta quod & Dominus in Euangelio ait: Rogabo Patrem: & alium Paracletum dabit vobis.

Intercessor autẽ idem vocatur, quia pro culpa nostra remouenda curam gerit: & pro abluendis nostris criminibus curam impendit. B

Sponsus, quia descendens è cælo, adhæsit Ecclesiæ, vt pace noui Testamenti essent duo in carne vna.

[k] Angelus dicitur propter annuntiationẽ paternæ ac suæ voluntatis. Vnde & apud Prophetam magni consilij Angelus legitur, dum sit Deus & Dominus Angelorum.

Missus dicitur, eò quòd apparuit huic mundo Verbum caro factum: vnde & idem dicit, Ego à Patre exiui, & veni in hunc mundum.

Homo autem dicitur, quia natus est.

Propheta, quia futura reuelauit.

Sacerdos, quia pro nobis se hostiã obtulit. C

Pastor, quia custos.

Magister, quia ostensor.

Nazaræus verò à loco.

Nazoræus à merito, i. sanctus siue mundus, quia peccatum non fecit.

Siquidem & de alijs inferioribus rebus nominum species ad se trahit Christus, vt facilius intelligatur.

Dicitur enim Panis, quia caro.

Vitis, quia sanguine ipsius redẽpti sumus.

Flos, quia electus.

Via, quia per ipsum ad Deum imus.

Ostiũ, quia per ipsum ad Deũ ingredimur.

Mons, quia fortis.

Petra, quia firmitas est credentium. D

Lapis angularis, vel quia duos parietes è diuerso, id est de circumcisione & præputio venientes in vnam fabricam Ecclesiæ iungit: vel quòd pacem in se Angelis & hominibus facit.

Lapis offensionis, [l] quia veniens humilis, offenderunt in eum increduli homines: & factus est petra scandali, sicut dicit Apostolus: Iudæis quidem scandalum.

Fundamentum autem ideò vocatur, quia fides in eo firmissima est, vel quia super eum catholica Ecclesia constructa est. A

Nam & Christus agnus, pro innocentia.

Ouis, propter patientiam.

Aries, propter principatum.

Hœdus, ppter similitudinẽ carnis peccati.

Vitulus, pro eo quòd pro nobis est immolatus.

Leo, pro regno & fortitudine.

[m] Serpens, pro morte & sapientia.

[n] Idem & Vermis, quia resurrexit.

Aquila, propter quod post resurrectionẽ ad astra remeauit. Nec mirũ si vilibus significationibus figuretur, qui vsque ad nostrarum passionum, seu carnis contumelias descendisse cognoscitur. Qui cùm sit coæternus Dei Patris ante secula Filius, postquàm venit plenitudo temporis, propter salutem nostram formam serui accepit, & factus est hominis filius. Inde quædam de illo in scripturis secundùm formam Dei, quædam secundùm formam serui dicuntur. Quorum exempli gratia duo quædam commemorantur, vt singula ad singula referantur. Secundùm formã enim Dei de seipso dixit: Ego & Pater vnum sumus: secundùm formam serui: Quoniam Pater maior me est. Homines autem minus intelligentes quid pro quo dicatur, ea quæ propter formam serui dicta sunt, volunt transferre ad formam Dei: & rursus ea quæ dicta sunt, vt ad se inuicem personæ referantur, volunt nomina esse naturæ atque substantiæ, & faciunt errorem in fide. Sic autem Dei filio coniuncta est humana natura, vt ex duabus substantijs fieret vna persona. Solus igitur homo pertulit crucem, sed propter vnitatem personę & Deus dicitur pertulisse. Hinc est quod scribitur: Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Filium ergo Dei crucifixum fatemur, non ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate D humanitatis: non ex suæ naturæ permansione, sed ex nostræ susceptione.

[a] Cap. II. Præceptum n. fuerat Iud. *Ex Lact. lib. 4. c. 7. Gotthor. quoque Reges à Pontic. Tolet. anis inungi solitos tradant hestoriæ.*

[b] Et sicut nunc Regib. indum. puerp. *Hinc purpura regum apud Virg. & purpurei tyranni apud Horat.*

[c] Non est autem Saluatoris. *Lact. ibid.* Nam Christus non proprium nomen est, sed nuncupatio potestatis, & regni.

[d] Dum n. dicitur Christus. *Ex Hieron. in Matth. 16.*

[e] Latinè autem Saluat. *Ex Lact. 4. c. 12.*

[f] Etymologiam n. *Ex Hieron. in Matth. c. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

g Quod verbum Latina ling. ante non hab. *Qui enim σωτῆρα seruatoris voce satis se expressisse credunt, valde errant. Cic. act. 11. in Verr.* Itaque eum non solùm patronum istius insulæ, sed etiam Sotera inscriptũ vidi Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum, vt Latinè vno verbo exprimi non possit. Is est nimirum Soter, qui salutem dedit.

h Verbum autem. *Vid. lib. de Patris & Filij vnitate inter Hilarij opera, è cuius fine istorum quædam desumpta.*

i Mediator. *Ex Lact. ibid.*

k Angelus. *Ex Tertull. lib. de Trinitat.*

l Quia veniens humilis. *Nominatiuus absolutus, quem (si quid id ad nostra hæc) etiam apud Ciceronem reperiri notauit Budæus in comment. ling. Græca.*

m Serpens. *Vid. Greg. Nyss. in vita Moys.*

n Idem & vermis. *Propter vermem, qui è cinerib. Phœnicis existit, de quo Clem. Rom. in constit. lib. 5. c. 6. & carmen quod Phœnicis titulo cum Lactantij operib. circunfertur. & Epiph. in Anchoratu. Nam quòd bombycem intellexerit: quamuis eo verme & notior, & fortasse verior resurrectionis species constet, tamen non sit verisimile.*

De Spiritu sancto. Cap. III.

SPiritus sanctus ideò prædicatur Deus, quia ex Patre, Filióque procedit, & substantiam eorum habet. Neque enim aliud de Patre procedere potuit, quàm quòd ipse est Pater. Spiritus autem dictus secundum id quod ad aliquid refertur: & spirans vtiq. spiritu inspirans est, & ex eo appellatus Spiritus est. Proprio autem modo quodam dicitur Spiritus sanctus secundum quod refertur ad Patrem & Filium quòd eorum Spiritus sit. Nam & hoc nomen quod spiritus dicitur, non semper secundum id quod refertur ad aliquid: sed secundum id quod aliquam naturam significat. Omnis enim incorporea natura spiritus in scripturis sacris appellatur. Vnde non tantùm Patri & Filio, & Spiritui sancto, sed omni rationali creaturæ & animæ hoc vocabulum congruit. Ideò igitur Spiritus Dei sanctus vocatur, quia Patris & Filij sanctitas est. Nam cùm sit & Pater spiritus, & Filius spiritus, & Pater sanctus: & Filius sanctus: propriè tamen ipse vocatur Spiritus sanctus, tanquam sanctitas coëssentialis & consubstantialis amborum.

Spiritus sanctus ideo non dicitur genitus, ne duo in Trinitate Filij suspicentur. Ideo non prædicatur ingenitus, ne duo Patres in ipsa Trinitate credantur. Procedens autem dicitur testimonio Domini dicentis: Multa adhuc habeo quæ vobis loquar, sed non potestis illa modò audire. Veniet autem Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, & de meo accipiet: ille vobis indicabit omnia. Hîc autem non solùm natura procedit, sed semper ad peragenda Trinitatis opera indesinenter procedit.

Hoc autem interest inter nascentem Filium, & procedentem Spiritum sanctum: quòd Filius ex vno nascitur: Spiritus sanctus ex vtroque procedit: & ideo dicit Apostolus: Qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Spiritus sanctus ex opere etiam & Angelus intelligitur: dictum est enim de illo: Et quæ ventura sunt annunciabit vobis: & vtique Angelus Græcè, Latinè nuntius interpretatur. Vnde & duo Angeli apparuerunt Loth, in quibus Dominus singulariter appellatur, quos intelligimus Filium & Spiritũ sanctũ: nã Pater nunquã legitur missus.

Spiritus sanctus, quod dicitur Paracletus, à consolatione dicitur. παράκλησις enim Græcè, Latinè consolatio appellatur. Christus enim eum Apostolis lugentibus misit: postquam ab eorũ oculis ipse in cælũ ascendit. Consolator enim tristibus mittitur, secundum illam eiusdẽ Domini sententiam, Beati lugentes, quoniã ipsi consolabuntur, Ipse etiam dixit: tunc lugebunt filij sponsi, cùm ablatus ab eis fuerit sponsus. Item Paracletus pro eo quòd consolationẽ præstet animabus, quæ gaudium temporale amittunt. Alij Paracletum Latinè oratorem vel aduocatum interpretantur. Ipse enim Spiritus sanctus dicit, ipse docet, per ipsum datur sermo sapientiæ, ab ipso sancta scriptura inspirata est.

Spiritus sanctus ideò septiformis nuncupatur, propter dona quæ de [a] vnita eius plenitudine particulatim quique, vt digni sunt, consequi promerentur. Ipse enim Spiritus sapientiæ & intellectus: Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis: Spiritus timoris Domini.

Spiritus autẽ principalis in Psalmo quinquagesimo legitur: vbi quia tertio spiritus repetitur, nonnulli Trinitatẽ intellexerunt ideo quia scriptũ est: Deus spiritus est. Quod enim non est corpus, & tamen est: videtur restare vt spiritus sit. Intelligunt ergo ibi nonnulli Trinitatem significari: in Spiritu principali Patrem: in Spiritu recto Filium: in spiritu sancto Spiritum sanctum.

Spiritus sanctus ideo donũ dicitur, eò quòd datur. A dando enim donũ est nuncupatũ. Notissimum est enim Dominum Iesum Christum cùm post resurrectionem à mortuis ascendisset in cælum, dedisse Spiritum sanctum: quo credentes impleti, linguis omnium gentium loquebantur. In tantum autem donum Dei est: inquantum datur eis, qui per eum diligunt Deum. Apud se autem Deus est: apud nos autem, donum est, sed sempiterne Spiritus sanctus donum est, distribuens singulis gratiarum dona, prout vult. Nam & prophetias quibus vult impertit, & peccata quibus vult dimittit. Nam peccata sine Spiritu sancto non donantur.

Spiritus sanctus inde propriè charitas nũcupatur: vel quia naturaliter eos, à quibus procedit, coniungit, & se vnum cum eis esse ostendit: vel quia in nobis id agit, vt in Deo maneamus, & ipse in nobis. Vnde & in donis Dei nihil maius est charitate: & nullum maius est donum Dei quàm Spiritus sanctus.

Ipse est & gratia, quæ quia non meritis nostris, sed voluntate diuina gratis datur, inde gratia nuncupatur. Sicut autem vnigenum Dei verbũ propriè vocamus nomine Sapientiæ, cùm sit vniuersaliter & Spiritus sanctus & Pater ipse sapientia: ita Spiritus sanctus propriè nuncupatur vocabulo Charitatis: cùm sit & Pater & Filius vniuersaliter charitas.

Spiritus sanctus Digitus Dei esse in libris Euangelij apertissimè declaratur. [b] Cùm enim vnus Euangelista dixisset: In digito Dei eijcio dæmonia: [c] alius hoc idem ita dixit: In spiritu Dei eijcio dæmonia. Vnde & digito Dei scripta lex est, data die quinquagesimo ab occisione agni: & die quinquagesimo à passione Domini Iesu Christi venit Spiritus sanctus. Ideò autem Digitus Dei dicitur, vt eius operatoria virtus cum Patre & Filio significetur. Vnde & Paulus ait: Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus diuidens singulis prout vult. Sicut autem per baptismũ in Christo morimur & renascimur: ista spiritu signamur, qui est Digitus Dei & spirituale signaculum.

Spiritus sanctus ideircò in columbæ specie venisse scribitur, [d] vt natura eius per auẽ simplicitatis & innocẽtiæ declaretur. Vnde & Dominus, Estote, inquit, simplices sicut columbæ. Hæc enim auis corporaliter ipso felle caret: habens tantùm innocentiam & amorem.

Spiritus sanctus inde nomine Ignis appellatur, propter quod in actibus Apostolorum per diuisionem linguarum vt ignis apparuit, qui & insedit super vnumquemque eorum.

Propterea autem diuersarum linguarum gratiã Apostolis dedit, vt idonei efficerentur fidelium eruditione populorum.

Quod verò supra singulos sedisse memoratur, id caussæ est, vt intelligatur per plures non fuisse diuisus, sed mansisse in singulis totus, sicut ferè ignibus mos est. Hanc enim naturam habet ignis accensus: vt quanti ad eum, [e] quanti ad crinem purpurei splendoris aspexerint: tantis visum suæ lucis impertiat, tantis ministerium sui muneris tribuat, & [f] ipse nihilominus in sui integritate permaneat.

Spiritus sanctus nomine Aquę appellatur in Euangelio, Domino clamante & dicente: Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. Euangelista autem exposuit vnde diceret. Secutus enim ait. Hoc autem dicebat de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Sed aliud est aqua Sacramenti, aliud aqua, quæ significat Spiritũ Dei. Aqua enim Sacramenti visibilis est: aqua Spiritus inuisibilis est. Ista abluit corpus, & significat quod fit in anima, per illum autem Spiritum sanctum ipsa anima mundatur & saginatur.

Spiritus sanctus ideò vnctio dicitur, Iohanne testante Apostolo, quia sicut oleum naturali pondere superfertur omni liquori, ita in principio superferebatur Spiritus sanctus aquis. Vnde & Dominus oleo exultationis, hoc est Spiritu sancto fuisse legitur vnctus. Sed & Iohãnes Apostolus Spiritum sanctum vnctionem vocat dicens: Et vos inquit vnctionem quam accepistis ab eo, permaneat in vobis: & necesse non habetis, vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omni re. Ipse enim Spiritus sanctus vnctio est inuisibilis.

a Cap. III. De vnita eius pl. *Al. vnitatis.*

b Cùm n. vnus Euangelista. *Luc. c. 11.*

c Alius. *Matth. c. 12.*

d Vt natura--ipso felle caret. *Verba sunt Tertull. in lib. de baptism. & ita etiam cum pleriq. loquitur D. Th. 3. p. q. 39. artic. 6. non quod felle prorsus careat, sed quia fellis quam minimum habeat vt ait Arist. lib. 3. de part.*

e quanti ad crinem purp. coloris. *Purpureum capillum, & purpuream comam Virgilius, & Tibullus dixere. & Salom. cant. 7.* Comæ capitis tui, sicut purpura regis iuncta canalib. *Sed cur hoc loco crinis mentio sit inuecta; alij dixerint.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eadem Trinitate. Cap. IIII.

TRinitas appellata, quòd fiat totũ vnum ex quibusdam tribus, quasi Triunitas, vt memoria, intelligentia, & voluntas, in quibus mens habet in se quandam imaginem diuinæ Trinitatis. Nam dum tria sint, vnum sunt: quia & singula in se manent, & omnia in omnibus. Pater igitur, & Filius, & Spiritus sanctus: Trinitas, & vnitas. Idem enim vnum, idem & tria. In natura vnum, in personis tria. Vnum propter maiestatis communionem, tria propter personarum proprietatem. Nam alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus: sed [a] alius quidẽ non aliud, quia pariter simplex, pariterque incommutabile bonum & coæternum. Pater solus, non est de alio: ideò solus appellatur ingenitus. Filius solus de Patre est natus, ideò solus dicitur genitus. Spiritus sanctus solus de Patre & Filio procedit: ideò solus amborum nuncupatur spiritus.

In hac Trinitate, alia appellatiua nomina, alia propria sunt. Propria sunt essentialia, vt Deus, Dominus, Omnipotens, Immutabilis, Immortalis. Et inde propria, quia ipsam substantiam significant, qua vnum sunt. Appellatiua verò Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, Ingenitus, & Genitus, & Procedẽs. Eadem & relatiua: quia ad se inuicem referuntur. Cùm enim dicitur Deus, essentia est, quia ad seipsum dicitur. Cùm verò dicitur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus relatiuè dicuntur, quia ad se inuicem referuntur. Nam Pater non ad seipsum, sed ad Filium relatiuè dicitur: quia est ei Filius: sic & Filius relatiuè dicitur, quia est ei Pater: sic & Spiritus sanctus, quia est Patris, Filiique spiritus. His enim appellationibus hoc significatur, quod ad seinuicem referuntur, non ipsa substantia, qua vnum sunt. Proinde Trinitas in relatiuis personarum nominibus est: deitas non triplicatur, sed in singularitate est: quia si triplicatur, deorum inducimus pluralitatem.

Nomen autẽ Deorũ in Angelis & sanctis hominibus ideo plurali ter dicitur, propter quod non sint merito æquales. De quibus psalmus, Ego dixi, Dij estis. De Patre autem & Filio, & Spiritu sancto propter vnam & æqualem diuinitatẽ non nomen Deorum sed Dei esse ostenditur: sicut ait Apostolus, Nobis tamen vnus Deus, vel sicut voce diuina dicitur, Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est: scilicet vt & Trinitas sit, & vnus Dominus Deus sit. Fides apud Græcos de Trinitate hoc modo est: vna οὐσία, acsi dicatur vna natura aut vna essentia: tres hypostases, quod resonat in Latinum vel tres personas vel tres substantias. Nam Latinitas propriè non dicit de Deo nisi essentiam: substantiam verò non propriè dicit, sed abusiuè: quoniam verè substantia apud Græcos persona intelligitur, non natura.

[a] Cap. IIII. Sed alius quidem non aliud. *Ex Aug. 11. de ciuit. c. 10.*

De Angelis. Cap. V.

ANgeli Græcè vocantur, Hebraicè dicũtur Melachim מלכים: Latinè verò nũtij interpretantur, ab eo quod Domini voluntatem populis nuntient. [a] Angelorũ autem vocabulum, officij nomen est, non naturæ: semper enim spiritus sunt, sed cùm mittuntur vocantur Angeli. [b] Quibus ideò pictorũ licẽtia pennas facit: vt celerẽ eorũ in cunctã discursum significent, sicut & iuxta fabulas poëtarũ venti pennas habere dicuntur, propter velocitatẽ scilicet. Vnde scriptura sacra dicit: Qui ambulat super pennas ventorũ. [c] Nouem autem ordines esse Angelorum sacræ scripturæ testantur, id est Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Cherubin & Seraphin: quorum officiorum vocabula cur ita dicta sint, interpretando exequemur.

Angeli vocantur propter quod de cælis ad annuntiandum hominibus mittuntur: Angelus enim Græcè, Latinè nũtius dicitur.

Archangeli Græca lingua, Latina summi nuncij interpretantur: qui enim parua vel minima annuntiant Angeli, qui verò summa, Archangeli nuncupantur, Archangeli dicti quòd primatum teneant inter Angelos: ἀρχὴ enim Græcè, Latinè princeps interpretatur. Sunt enim duces & principes, sub quorum ordine vnicuique Angelorum officia deputata sunt.

[d] Nam quia Archangeli Angelis præsunt, Zacharias propheta testatur dicens: Et ecce Angelus qui loquebatur in me egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre & loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem. Si enim in ipsis officijs

cijs Angelorum nequaquam potestates superiores inferiores disponerent, nullo modo hoc quod homini diceret Angelus ab Angelo cognouisset. [e] Quidam autem Archangelorum priuatis nominibus appellantur, vt per vocabula ipsa in opere suo quid valeant designetur.

[f] Gabriel Hebraicè in linguam nostram vertitur fortitudo Dei. Vbi enim potentia diuina vel fortitudo manifestatur, Gabriel mittitur. Vnde & eo tempore quo erat Dominus nasciturus, & triumphaturus de mũdo, Gabriel venit ad Mariam: vt illũ annuntiaret, qui ad debellandas aëreas potestates humilis venire dignatus est.

Michaël interpretatur, quis vt Deus? Quãdo enim aliquid in mundo miræ virtutis fit, hic Archangelus mittitur. Et ex ipso opere nomen est eius, quia nemo valet facere, quod facere prævalet Deus.

Raphaël interpretatur curatio, vel medicina Dei: vbicumque enim curandi & medendi opus necessarium est, hic Archangelus à Deo mittitur & inde medicina Dei vocatur. Vnde & ad Tobiam idem Archangelus missus oculis eius curationem adhibuit, & cæcitate detersa visum restituit: nominis enim interpretatione & Angeli officium designatur.

Vriel interpretatur Ignis Dei, sicut legimus apparuisse ignẽ in rubo. Legimus etiã ignem missum desuper, & implesse quod præceptum est.

Throni autem, & Dominationes, & Principatus, & Potestates, & Virtutes: quibus vniuersam cælestem societatem Apostolus cõplectitur, ordines Angelorum & dignitates intelliguntur, & pro hac ipsa distributione officiorũ alij Throni, alij Dominationes, alij Principatus, alij Potestates dicuntur, pro certis dignitatibus quibus inuicem distinguũtur.

Virtutes, angelica quædã ministeria perhibentur, per quæ signa & miracula in mũdo fiunt, propter quod & Virtutes dicũtur.

[g] Potestates sunt, quibus virtutes aduersæ subiectæ sunt, & inde Potestatum nomine nuncupantur, quia maligni spiritus eorum potestate coërcentur, ne tantum mundo noceant, quantum cupiunt.

Principatus sunt hi, qui Angelorũ agminibus præsunt. Qui pro eo quòd subditos Angelos ad explendum ministerium diuinum disponũt, principatus vocabulum acceperunt. Nam alij sunt qui administrant, alij qui assistũt, sicut per Danielem dicitur: Milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei.

Dominationes sunt ij, qui etiam Virtutibus & Principatibus præeminent, qui pro eo quòd cæteris Angelorum agminibus dominantur, Dominationes vocantur.

Throni sunt agmina Angelorum, qui Latino eloquio sedes dicuntur: & vocati Throni, quia illis conditor præsidet, & per eos iudicia sua disponit.

Cherubin autem & ipsæ sublimes cælorum potestates, & Angelica ministeria perhibentur: qui ex Hebræo in linguam nostrã interpretãtur sciẽtiæ multitudo. Sunt enim sublimiora agmina Angelorum, qui pro eo quòd vicinius positi diuina scientia cæteris amplius pleni sunt, Cherubin, hoc est, pleni tudo scientiæ appellantur. Ipsa sunt duo illa animalia super propitiatorium arcæ ficta ex metallo, propter significandam Angelorum præsentiam, in quorum medio ostenditur Deus.

Seraphin quoque similiter multitudo est Angelorum, qui ex Hebræo [h] in Latinum ardentes vel incendentes interpretantur. qui idcircò ardentes vocãtur, quia inter eos & Deum nulli Angeli consistunt: & ideò quantò vicinius coram eo consistunt tantò magis claritate diuini luminis inflammantur. Vnde & ipsi velant faciem & pedes sedentis in throno Dei, & idcircò cætera Angelorum turba videre Dei essentiam plenè non valet quoniam Seraphin eam tegit.

Hæc igitur vocabula agminum Angelorum ita sunt specialia ordinum singulorũ, vt tamen sint ex parte communia omnium. Nam dum Throni sedes Dei in quorundam Angelorum ordine specialiter designentur, tamen per Psalmistã, Qui sedes super Cherubin, dicitur. Sed ideò isti ordines Angelorum priuatis nominibus appellantur: quia hoc ipsum officium in proprio ordine plenius acceperunt. Et cùm sint omnibus communia propria tamen hæc nomina suis ordinibus deputantur.

Vnicuique enim, sicut prædictum est, propria officia sunt iuncta: quæ promeruisse eos in mundi constat exordio. [i] Nam quia Angeli & locis & hominibus præsunt, per Prophetam testatur Angelus dicens, Princeps regni Persarum restitit mihi. Vnde apparet, nullum esse locum cui Angeli non

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsint.[k] Præsunt enim & auspicijs operum omnium.

Hic est ordo, vel distinctio Angelorum, qui post lapsum malorum in cælesti vigore steterunt. Nam postquam apostatæ Angeli ceciderunt, hi in perseuerantia æternæ beatitudinis solidati sunt. Vnde & post cæli creationē in principio repetitur: Fiat firmamētum, & vocatum est firmamentum cælum. Nimirùm ostendens, quòd post ruinā Angelorum malorum: hi, qui permanserunt, firmitatem æternæ perseuerantiæ consecuti sunt, nullo iā lapsu auersi, nulla superbia cadentes, sed firmiter in Dei amore & contēplatione manētes, nihil aliud dulce habent, nisi eum à quo creati sunt.

Quod autem duo Seraphim in Isaia legūtur, figuraliter [l] veteris & noui testamenti significationem ostendunt. Quòd verò faciem & pedes Dei operiunt, quia præterita ante mundum, & futura post mundum scire non possumus: sed media tantùm [m] corū testimonio contēplamur. Singuli senas alas habent,[n] quia de fabrica tantùm mūdi quæ in sex diebus facta sunt, in præsenti seculo nouimus. Quod clamāt ter Sanctus alter ad alterum, Trinitatis in vna diuinitate demōstrant mysterium.

a Cap. V. Angelorum autem vocab. *Ex Grego. hom. 34. in Euang.*
b Quibus ideò pictorum. *Ex Hieron. Is. 6.*
c Nouem autem ordines. *Ex Greg. ead. hom.*
d Nam quia Arch.-- cognouisset. *Ex. 4. Moral. cap. 27. al. 31.*
e Quidam autem Archang. *Ex ead. hom.*
f Gabriel-- Michaël-- *Ex Greg. & Hieronym. in Daniel. cap. 8.*
g Potestates. *Ex Greg. ibid.*
h in Latinum ard. *Ita Gregorius, comburentes Hieronymus.*
i Nam quia Angeli & locis. *Ex Gregor. 4. Mor. c. 27.*
k Præsunt enim auspicijs operum omnium. *Al. hominum. Neap. c.* præsunt. n, vt aspiciāt opera hominū.
l Veteris & noui testam. *Hieron. Isai. 6. & Orig. hom. 1. in Is.*
m Eorum testimonio. *Has voces reijciebat Chacon, quod apud Hieronym. non essent.*
n Quia de fab. *Hieron. ibid.*

De hominibus qui quodam præsagio nomen acceperunt. Cap. VI.

PLerique [a] primorum hominum ex proprijs caussis originem nominum habēt. Quibus ita propheticè indita sunt vocabula: vt aut futuris, aut præcedentibus eorum caussis conueniant. In quibus tamen manēte spirituali sacramento, nūc tantùm ad litteram intellectum historiæ persequemur. Vbi autem etymologiæ interpretationem non attigimus: solā ipsam etymologiam in Latinum posuimus. Quòd autem vnum nomen Hebraicum aliter atque aliter interpretatur: hoc secundum accētuum & litterarū euenit diuersitatem, vt in varijs significationibus nomina commutentur.

Adam, sicut beatus Hieronymus tradidit, homo, siue terrenus, siue terra rubra interpretatur. Ex terra enim facta est caro, & humus hominis faciendi materies fuit.

Heua interpretatur vita: siue calamitas, siue, Væ. vita, quia origo fuit nascendi; calamitas, & Væ, quia per præuaricationem caussa extitit moriendi.[b] A cadendo enim nomen sumpsit calamitas. Alij autem dicunt ob hoc etiam Heuam vitā & calamitatem appellatam, quia sæpe mulier viro caussa salutis est, sæpe calamitatis & mortis, quod est Væ.

Cain possessio interpretatur: [c] vnde etymologiam ipsius exprimens pater eius ait: Cain, id est, possedi hominem per Deum. [d] Idem & lamentatio, eò quòd pro interfecto Abel interfectus sit, & pœnam sui sceleris dederit.

Abel luctus interpretatur, quo nomine præfigurabatur occidēdus. Idem & vanitas, quia citò solutus est atque subtractus.

Seth interpretatur resurrectio, eò quòd post fratris interfectionem natus sit: quasi resurrectionē frattis ex mortuis suscitaret. Idem & positio, quia posuit eum Deus pro Abel.

Enos iuxta propriæ linguæ varietatem, homo vel vir dicitur. Et congruè hoc vocabulum habuit. De eo enim scriptū est. Tunc initium fuit inuocandi nomen Domini. Licet plerique Hebræorum arbitrētur, quòd tunc primùm in nomine Domini, & similitudine eius fabricata sunt idola.

Enoch dedicatio. In ipsius enim nomine ciuitatem postea ædificauit Cain.

Cainam lamentatio, vel possessio eorum: sicut enim Cain possessio, ita deriuatum nomen quod est Cainam, facit possessio eorū.

Mathusalē interpretatur mortuus est. Euidens etymologia nominis. [e] Quidam enim cum patre translatum fuisse, & diluuiū præterijsse putauerunt. Ob hoc signanter transfertur. mortuus est, vt ostenderetur non vixisse eum post diluuium: sed in eodem cataclysmo fuisse defunctū. Soli enim octo homines in arca diluuium euaserunt.

Lamech percutiens. Iste enim percussit & interfecit Cain: quod etiam ipse postea perpetrasse vxoribus confitetur.

Noë requies interpretatur, pro eo quòd sub illo omnia retrò opera quieuerunt per diluuium. Vnde & pater eius vocans nomē eius Noë dixit. Iste requiescere nos faciet ab omnibus operibus nostris.

Sem dicitur nominatus, quod nomē ex præsagio posteritatis accepit. Ex ipso enim Patriarchæ & Prophetæ & Apostoli & populus Dei, ex eius quoq. stirpe & Christus, cuius ab ortu solis vsq. ad occasum magnū est nomen in gentibus.

Cham, calidus: & ipse ex presagio futuri cognominatus est. Posteritas enim eius eā terræ partem possedit, quæ vicino sole calentior est. Vnde & Ægyptus vsque hodie [f] Ægyptiorum lingua Cham dicitur.

Iapheth latitudo. Ex eo enim populus gentium nascitur, & quia lata est ex gētibus multitudo credentium, ab eadem latitudine, Iapheth dictus est.

Chanaan filius Cham interpretatur, motus eorum. Quod quid est aliud, nisi opus eorū? Pro motu enim patris, id est, pro opere eius maledictus est.

Arfaxat sanans depopulationem.

Chus Hebraicè æthiops interpretatur: à posteritate sui generis nomen sortitus. Ab ipso enim sunt progeniti Æthiopes.

Nēbrod interpretatur tyrānus. Iste enim prior arripuit insuetam in populos tyrannidem, & ipse aggressus est aduersus Deum impietatis ædificare turrem.

Heber transitus. Etymologia eius mystica est, quod ab eius stirpe transiret Deus: nec perseueraret in eis, translata in gentibus gratia. Ex ipso enim sunt exorti Hebræi.

Phaleg diuisio, cui pater propterea tale nomen imposuit, quia tunc natus est, quando per linguas terra diuisa est.

g Thara exploratio ascensionis.

Melchisedech Rex iustus. Rex, quia ipse posteà imperauit Salem: iustus, pro eo quòd discernens sacramenta Legis & Euangelij: non pecudum victimas, sed oblationem panis & calicis in sacrificium obtulit.

Loth declinans. Factis enim Sodomorum non consensit, sed eorum illicita carnis incendia declinauit.

Moab ex patre, & totum nomen etymologiam habet. Concepit enim eum primogenita filia de patre.

Ammō cuius caussa nominis redditur filius populi mei: sic deriuatur, vt ex parte sensus nominis, ex parte ipse sit sermo. Ammi enim à quo dicti sunt Ammonitæ, vocatur populus meus.

Sarai interpretatur princeps mea, eò quòd esset vnius tantūmodo domus materfamilias. Postea caussa nominis immutata, ablata de fine, i. littera, dicitur Sara, id est, princeps. Omnium quippe gentium futura princeps erat, sicut & Dominus pollicitus fuerat Abraham: Dabo tibi ex Sara filium, & benedicam ei, & erit in gentes: sed & reges populorum erunt ex ea.

Agar aduena vel conuersa. Fuit enim Ægyptia, complexui Abrahæ aduena caussa generandi data, quæ post contemptum Angelo increpante conuersa est ad Saram.

h Cethura thymiama.

Ismahel interpretatur auditio Dei: sic enim scriptum est. Et vocauit nomē eius Ismahel, quia exaudiuit eum Deus.

i Esau trinomius est, & ex proprijs caussis variè nuncupatur. Dicitur enim Esau, id est, rufus ob coctionem rufæ lentis ita appellatus, cuius edulio primogenita perdidit. Edom autem ob ruborem corporis dictus est, quòd Latinè sanguineus dicitur. Seir verò quod fuerit hispidus, & pilosus: quando enim natus est, totus, sicut pellis, pilosus erat. Atque ideò tribus nominibus appellatur, Esau, id est rufus: Edom, id est, sanguineus: Seir, id est pilosus: quia non habuit lenitatem.

Rebecca, patientia: siue quæ multum acceperit.

Lia laboriosa vtique generando. Plurimos enim dolores, quàm Rachel, fœcunditate pariendi experta est.

Rachel interpretatur ouis, pro ea enim Iacob pauit oues Laban.

k Zelpha os hians.

Bala inueterata.

Dina trāsfertur in caussam, iurgij enim in Sichimis caussa extitit.

Thamar amaritudo pro viris mortuis. Eadem & commutans. Mutauit enim se in habitum meretricis, quando cum socero suo concubuit.

l Phares diuisio, ab eo quòd diuiserit mēbranulam secundinarum, diuisionis, id est, Phares sortitus est nomen. Vnde & Pharisæi qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui se quasi iustos à populo separabant, diuisi appellabantur.

Zara frater eius, in cuius manu erat cocci num, interpretatur oriens: siue quia primus apparuit, siue quòd plurimi ex eo iusti nati sunt, vt in libro Paralipomenon continetur, Zara, id est, oriens appellatus est.

Iob in Latinum vertitur dolens, & rectè propter percussionem carnis & passiones dolorum. Calamitates enim suas nominis etymologia præfigurauit.

m Pharao nomen est non hominis, sed honoris: sic enim & apud nos Augusti appellãtur reges cùm proprijs nominibus censeantur. Exprimitur autem in Latinum Pharao denudans eum, vtique Deum, siue dissipator eius: populi enim Dei fuit afflictor.

Iannes, marinus, siue vbi est signum. Cessit & defecit signum eus corã signis Moysi B vnde & dixerunt Magi. Hic digitus Dei est.

n Mambres, mare pellicem, siue mare in capite.

Moyses interpretatur sumptus ex aqua. Inuenit enim eum ad ripam fluminis expo situm filia Pharaonis, quem colligens adoptauit sibi: vocauítque nomẽ eius Moyses, eò quôd de aqua sumpsisset eum.

Aaron mons fortitudinis interpretatur, propter quod thuribulum accipiens in medio superstitum & interemptorum obuiam stetit, & ruinam mortis quasi quidam mons fortis exclusit.

Eleazar, Dei adiutorium.

Balac, præcipitans, siue deuorans.

Balaam, vanus populus.

Phinees, ori parcens, transfixit enim pugione Zambri cum scorto Madianitide, & Domini furorem placauit, vt parceret.

Zambri, iste lacessens, vel amaricans. Propriè enim nomen ab amaritudine præfiguratum, quod peccando amaricauerit populum.

Raab, latitudo, vel fames, siue impetus.

Iosue interpretatur saluator. Ipse enim in figura Christi populum à deserto saluauit, & in terram repromissionis induxit.

Caleb, quasi cor, aut canis.

o Othoniel, tempus eius Deus, vel responsio Dei.

p Aoth, gloriosus.

Barach, fulgurans.

Debbora, apis vel loquax. Apis, quia fuit ad bellum promptissima, dimicans aduersus Sisaram, quo perempto cecinit canticum: A inde loquax.

Iahel, ascensio.

Gedeon, experimentum iniquitatis eorum. Frequentibus enim documentis informatus est, quali præsagio contra hostes futuram victoriam expediret: ex quo futuro experimento etymologiam nominis sumpsit.

Abimelech, pater meus Rex.

Tholah, vermiculus, vel coccinum.

Iair, illuminans.

Iephte, aperiens, vel apertus.

q Hesebon, cogitatio, siue vinculum mœroris.

Abdo, seruus eius.

Samson sol eorum, vel solis fortitudo. Fuit enim virtute clarus, & liberauit Israël de hostibus.

Dalila, paupercula, vel situla.

Booz, in fortitudine, siue in quo robur. B

r Noëmi, quam interpretari possumus cõsolatam, eò quòd, marito & liberis peregrè mortuis, nurum Moabitidem in consolationem suam tenuit.

Ruth, interpretatur festinans. Alienigena enim erat ex populo gentili, quæ relicta patria festinauit transire in terram Israël: dicẽs socrui suæ, Quocumque perrexeris, pergã.

Anna, gratia eius interpretatur, quia dum esset prius sterilis natura: postremò Dei gratia fœcundata est.

Eli, Deus meus.

Ophni, discalciatus. Filius enim fuit Heli C electus in ministeriũ sacerdotij, cuius amissionem suo expressit vocabulo. Apostolus enim ait, Calciati pedes in præparationem Euangelij pacis. Et Propheta: Quàm speciosi pedes qui anuntiant pacem. Iste ergò discalciatus interpretatur, vt eius nomine veteris Testamenti sacerdotium à veteri populo significaretur ablatum.

Phinees frater Ophni, os mutum interpretatur, quo significatur sacerdotij veteris & doctrinæ silentium.

Samuel, nomen eius Deus.

Iessai, insulæ sacrificium, vel incensum.

Saul, petitio interpretatur: notũ est enim quomodo Hebræorũ populus cum sibi regem petierit, & accepit nõ secundum Deũ, D sed secundum suam voluntatem.

Dauid, fortis manu, vtique quia fortissimus in prœlijs fuit. Ipse & desiderabilis in stirpe scilicet sua, de qua prędixerat prophe-ta: Veniet desideratus cunctis gentibus.

f Salomon trinomius fuisse perhibetur. Primum

Primum vocabulm eius Salomon dicitur, i. A pacificus, eo quòd in regno eius pax fuerit. Secundum nomen Idida, eò quòd fuerit dilectus & amabilis domino. Tertium vocabulum eius Coheleth quod Græcè appellatur Ecclesiastes, Latinè Concionator, quòd ad populum loqueretur.

Ionathas, columbæ donum.

t Absalom, patris pax per antiphrasin, eò quòd bellum aduersus patrem gessisset: siue quod in ipso bello Dauid placatus fuisse legitur filio: adeò vt etiam magno cum dolore extinctum plangeret.

Roboã, latitudo populi, & ipsum per an- B tiphrasin, quòd decem tribubus ab eo separatis, duæ tantùm ei relictæ sint.

Abia, pater dominus, vel pater fuit.

Asa, tollens, siue sustollens.

Iosaphat, Domini iudicium.

Ioram, qui est excelsus.

v Achazias, apprehendens Dominum.

Athalia, tempus Domini.

x Ioas, spirans, vel Domini robur.

Amasias, populum tollens.

Ozias, fortitudo Domini.

Azarias, auxilium Domini.

y Ozias autem ipse est, qui & Azarias duplici nomine.

z Ipse est qui illicitum sibi sacerdotiũ vendicare conatus, lepra in fronte percussus est. C

Ioathan, est perfectus. Pulchram etymologiam nominis habet: fecit enim rectum in conspectu Domini, & portam templi ædificauit excelsam.

Achaz, apprehendens.

Ezechias, fortis Dominus.

Manasses, obliuiosus. Permulta enim scelera & sacrilegia reliquerat & oblitus fuerat Dei, siue quod oblitus est Deus peccatorum illius.

a Amon, fidelis, vel onustus.

b Iosias, vbi est incensum Domini, propria etymologia nominis. Iste est enim qui simulacra combusit. D

Ioachaz, robustus.

Ioachim, vbi est præparatio.

Eliachim, Dei resurrectio.

Iechonias, præparatio Domini.

c Sedechias, iustus Domini.

d Ieroboã, iudicatio, siue causa populi, vel, vt quidam aiunt, diuisio interpretatur, pro eo quòd in regno eius diuisus sit populus Israël, & præcisus à regno stirpis Dauid. Diuisionis enim populi causa iste extitit.

Zambri, psalmus, vel canticum meum.

Omri, crispans meus.

Achab, frater patris.

e Iezabel, fluxus sanguinis, vel fluens sanguinem: sed melius, vbi est sterquilinũ. Præcipitata enim deorsum, comederũt carnes eius canes: sicut prædixerat Elias, Et erunt, inquit, carnes Iezabel, sicut stercus super faciem terræ.

Ochozias, apprehendens Deum.

f Iehu, ipse, vel est.

g Ioatha, robustus.

Sella, vmbra eius, vel petitio.

Manahem, consolans.

Phaceas, aperiens.

Nabuchodonosor, prophetia lagunculæ angustę, siue prophetans istiusmodi signum, per somnium scilicet futurorũ quod vidisse narratur, & Daniel interpretatus est: siue sesio in agnitione angustię, pro ijs, qui in captiuitatem ab eo ducti sunt.

h Zorobabel apud Hebræos ex tribus integris nominibus traditur esse cõpositus. Zo, iste: ro, magister: Babel propriè Babylonium sonat: & efficitur nomẽ Zorobabel, iste magister de Babylone: in Babylone enim ortus est, vbi & princeps gentis Iudææ extitit.

C

a Cap. VI. Pleriq. *Omnia fere ex Hieronymo.*

b à cadendo n. n. f. calamit. *Victorin. lib. de Orthog. & Ter. Scaurus*, Calamitas antea dicebatur cadamitas.

c Vnde etymolog. *Ex Hieron. q. in Gen. c. 4.*

d Idem & lamentatio. *Hieronymus:* Cain possessio vel acquisitio. Cainan lamẽtatio, vel possessio eorum. *Vt mirum non sit, si quemadmodum Cainan possessio, ita è conuerso Cain lamentatio sit Isidoro.*

e Quidam enim eum cum patre. *Ex q. in c. 5.*

f Ægyptiorum lingua Cham. *Vel Ham ex q. ad c. 9.*

g Thara exploratio ascensionis. *In nominib. ex Gen.* Thara exploratoris odoris, siue exploratio ascensionis, vel pastio.

h Chetura thymiama. *Hierony.* Chethura thymiama offerens, vel copulata, aut iuncta.

i Esau trinom. *Idem in Abd.*

k Zelpha os hians. *Hieron. os fluens.*

l Pharao nomen est non hom. *Ex eod. Isai. c. 30.*

m Pharao denudãs eum. *In nominibus ex Act.* Pharao denudans eum, siue dissipator eius. *Idem in nom. ep. ad Heb.*

n Mambres mare pelliceum. *Sic o. l. & apud Hieron. sed cùm idem Hieronymus Mambre perspicuum interpretetur: Iambres mare pellucidum, recta fortasse scriptura fuerit, vt & maris, & perspicui ratio constet aliqua. Nam & apud Paul. 2. ad Timoth. 3.* Ιαμβρῆς legitur: *& ita appellatur à Palladio in vita Macarij Alexand. & Euseb. lib. 9. de præp. cap. 3.*

o Othoniel. *In no. ex Iesu Nau.* Othoniel respõsio Dei

vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel reuelatio Dei,vel tempus mei Dei,vel signum Dei.

p Aoth. *In nom.ex eod.*

q Hesebon. *In nom. ex Num.* cogitatio,siue cingulum mœroris.

r Noemi *Ex ep. ad Furiam non longè à fine.*

s Tribus nominibus. *Ex comm. Eccles. c. 1.*

t Absalon patris pax. *Non ex Hieronymo qui patrem pacis interpretatur,sed ex Greg. in prolog. psalm. VII. pœnit. (si modo id opus Gregorij esse credimus) sic. n.* Absalon patris pax interpretatur, non quòd ei pax vlla cum patre fuerit: Sed quia quantæ pacis & patientiæ extitit,in eius peruersitate pater ostendit.

v Ochozias. *In nom. ex Matth.*

x Ioas spirans. *Ita ms. o. quòd verò apud Hieronymum legitur in nom. ex lib. Iudic.* Ioas sperans, siue temporalis,vel Domini robur. *Spirans eo loco reponendum putamus. Vna est enim etymologia spirans siue temporalis ducta à verbo* ושׁי *desperauit,quæ in spirãtem,aut temporalem optimè cadit. Quod verò Domini robur addatur, alia ratio est,* יי *enim Dominus &* יש *fortis siue* וש *fortitudo. Isq. mos nomina Hebræa confundendi, siue quod aliter olim scripta,siue quod Latina scriptura,& pronuntiatione eadem fiant, non infrequens Hieronymo. cùm tamen diuersæ interpretationis rationem non nunquam reddat,sæpè etiam reddere negligat, quod ipse fatetur in præf. ad lib. de nom. Heb. & initio huius capitis aduertit Isidorus.*

y Ozias autem ipse est qui. *Verba Hieronymi in Isa. cap. 1.*

z Ipse est qui illicit. *Idem in Amos c. 1. apud quem indebitum sibi sacerd.*

a Amon. *In nominibus ex Matth.* Amon fidelis vel nutritius,si tamen ab Aleph littera exordium habet,quod si ex Ain scribitur onustus interpretatur.

b Iosias. *In nominib. ex Matth.*

c Sedechias. *In nom. ex lib. 3. Reg. & in Ezech. c. 2.*

d Ieroboam. *In Am. c. 1.* Ieroboam iudicatio, siue caussa populi: δικασμὸς λαοῦ licet quidam per χ Græcam litteram legentes diuisionem populi suspicentur.

e Iezabel. *In nom. ex Apoc.*

f Iehu. *In nom. ex 3 Regum.*

g Ioatha robustus. *Rom. c. Lathar ambustus. Hieronymus,* Etham robustus. *Ioatham verò & Ioachaz. (qui in nonnullis codicibus leguntur) interpretationes, paullò ante posita. Vt tota de re amplius quærendum videatur.*

h Zorobabel. *In Agg. c. 1.*

De Patriarchis. Cap. VII.

QVorundam a Patriarcharum etymologiæ notandæ sunt, vt sciamus quid in suo vocabulo resonent. Nam plerique eorum ex caussis proprijs nomina acceperũt. Patriarcha interpretatur patrum princeps. Ἀρχὸς enim Græcè princeps est.

b Abram primùm vocatus est pater videns populum,propter Israël scilicet tãtùm: c posteà appellatus Abraham, quod transfertur pater multarum gentiũ, quod erat adhuc per fidem futurum. Gentium autẽ non habetur in nomine,sed subauditur,iuxta illud:Erit nomen tuum Abraham,quia patrẽ multarum gentium posui te.

Isaac,ex risu nomẽ accepit. Riserat enim pater,quando ei promissus est admirans in gaudio. Risit & mater,quando per illos tres viros promissus est,dubitans in gaudio. Ex hac ergò caussa nomẽ accepit Isaac,interpretatur enim risus. d Sciendum autem quòd quattuor in veteri testamento absque vllo velamine nominibus suis,antequàm nascerẽtur, vocati sunt: Ismaël,Isaac,Salomon,& Iosias:Lege scripturas.

Iacob,supplantator interpretatur, siue quòd in ortu plantam nascentis fratris apprehenderit, siue quòd postea fratrem arte deceperit. Vnde & Esau dixit: iustè vocatũ est nomen eius Iacob, supplantauit enim me ecce secundò.

e Israël,vir videns Deum. Tunc enim hoc nomen accepit,quando tota nocte luctatus vicit in certamine Angelum,& oriente lucifero benedictus est. Inde propter visionem Dei Israël appellatus est, sicut & ipse ait. Vidi Dominum & salua facta est anima mea.

f Ruben,interpretatur visionis filius. Sic enim quando eum peperit Lia,vocauit nomen eius Ruben dicens, Quia vidit Deus humilitatem meam.

g Simeon,interpretatur auditio. Sic enim dixit Lia quando peperit eum, Quia exaudiuit me Deus.

Leui,additus. Dixit enim Lia quando peperit eum non ambigens de amore viri: Nunc mecum erit vir meus, quia peperi ei tres filios.

Iudas,confessio dicitur. Quando enim peperit eum Lia, laudem Domino retulit dicens, Nunc super hoc confitebor Domino,& ob id vocatus est Iudas. A confessione itaque nomen eius est dictum: quod est gratiarum actio.

h Issachar interpretatur,est merces. Ie quippè dicitur est,Sachar merces. Hoc autẽ ideò quia mandragoris filij Ruben introitum viri,qui Racheli debebatur,ad se emerat Lia. Vnde & dum natus est dixit Lia,Dedit Deus mercedem meam.

Zabulon interpretatur habitaculũ. Sextum enim hunc filium genuerat Lia: propterea iam secura dixit. Habitauit mecum vir meus. Vnde & filius eius vocatus est habitaculum.

i Nephthalim de conuersione,siue comparatione: caussa nominis eius est. Vnde & dixit Rachel, cùm cum peperisset ancilla eius Bala: Habitare me fecit Deus habitationem cum sorore mea.

Dan interpretatur iudicium. Bala enim dum cum peperisset,dixit Rachel domina eius: Iudicauit me Dominus, & exaudiens dedit mihi filium. Caussam nominis expressit: vt ab eo quod iudicasset se Dominus, filio ancillæ iudicij nomen imponeret.

Gad ab euentu siue procinctu vocatus est. Quando enim peperit eum Zelpha: dixit domina eius Lia,in fortuna,id est quod dicitur,in procinctu,vel euentu.

Aser beatus dicitur,dum enim peperisset eum Zelpha: dixit Lia,Beata ego,& beatificant me mulieres: & ab eo quòd beata dicatur: ex etymologia nominis Beatum vocauit.

Ioseph, ab eo quòd sibi alium addi mater optauerat: vocauit augmentum. Hunc k Pharao, Zaphanath Phaaneca appellauit, quod Hebraicè absconditorum repertorem sonat, pro eo quòd obscura somnia reuelauit,& sterilitatem prædixit. Tamen quia hoc nomẽ ab Ægyptio ponitur: ipsius linguæ debet habere rationẽ. Interpretatur ergò Zaphanath Phaaneca Ægyptio sermone Saluator mundi,eò quòd orbem terræ ab imminente famis excidio liberarit.

l Beniamin interpretatur filius dextræ quod est virtutis. Dextra enim appellatur Iamin. Mater quippè eius moriens vocauerat nomen eius Benoni,id est,filius doloris mei. Pater hoc mutauit: filium dextræ nominans.

m Manasses dictus ab eo quòd sit pater eius oblitus laborum suorum. Ita enim Hebraicè vocatur obliuio.

Ephraim eò quòd auxerit eum Deus, & ex hoc vocabulo in linguam nostram transfertur augmentum.

a Cap. VII. Quorundam. *Omnia ferè ex quæstionibus in Gen.*

b Abram pater vid. *Ex nominib. apud Matth.*

c Posteà appellatus est Abraham. *Ex quæst. ad c. 17.*

d Sciendum autem. *Ad c. 17, Falso autem pro Salomone Samuelem quidam substituunt. Vid. Paralip. 1. c. 22.*

e Israel vir videns Deum. *Ita quidem in nominib. & in Is. c. 1. Sed eam interpretationem improbat in quæst. c. 32. vbi* Princeps cum Deo *interpretatur. Idémque rursus in comment. in Ioel,* εὐθύτατον θεοῦ, *i.* rectissimum Dei.

f Ruben. *Ad c. 29.*

g Simeon. *Ibid.*

h Issachar. *Ad c. 30.*

i Nephthalim. *Ibid.*

k Hunc Pharao. *Ad c. 41.*

l Beniamin. *Ad c. 35.*

m Manasses-- Ephrain. *Ad c. 41.*

De Prophetis. Cap. VIII.

QVos gentilitas vates appellat,hos nostri Prophetas vocant, quasi præfatores quia porrò fantur & de futuris vera prædicunt. Qui autem à nobis a Prophetæ, in veteri testamento vidẽtes appellabantur: quia videbãt ea quæ cæteri nõ videbant,& præspiciebant ea, quæ in mysterio absconditа erant. Hinc est quod scriptum est in Samuele,Eamus ad videntem. Hinc Isaias,Vidi, inquit,Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Et Ezechiel,Apertisunt cæli,& vidi visiones Dei. Quorundam autẽ Prophetarum nominum etymologiæ annotandæ sunt. Vocabula enim eorum satis ostẽdunt,quid in futurũ factis dictísq. suis prænuntiassent.

Elias interpretatur Dominus Deus. Ex futuri igitur præsagio sic vocatur. Nam dũ altercaretur in sacrificio cum quadringentis sacerdotibus Baal,inuocato nomine Domini descendit de cælo ignis super holocaustum. Quod cùm vidisset omnis populus cecidit in faciem suam, & ait: Dominus ipse est Deus. Ex hac igirur caussa tale prius nomen accepit, pro eo quòd per eum posteà cognouerit populus Dominũ Deum. Idem & fortis Domini interpretatur: vel propter quod interfecit eosdem sacerdotes, vel propter quod Achab aduersitatem tolerauit.

Elisæus Domini salus interpretatur, vocabulum autem idem ex futuri præsagio accepit Deniq. & multas virtutes fecit,& famem pellens populum à morte saluauit.

c Nathan,dedit,siue dantis.

d Isaias interpretatur c saluator Domini. Et meritò. Saluatorem enim vniuersarum gentium,eiúsque sacramenta amplius quàm cæteri prædicat.

Ieremias excelsus Domini, pro eo quòd dictum est ei: Constitui te super gentes & regna.

Ezechiel,fortitudo Dei.

Daniel,iudicium Dei,siue quia in presbyterorum iudicio sententiam diuinæ examinationis exhibuit, dum reperta eorum falsitate Susannam ab interitu liberauit: siue quod visiones & somnia, quibus per signa quædam & ænigmata futura monstrabantur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bantur, sagaci mente discernens apetuit. A
f Hic & desideriorum vir appellatus est, quia panem desiderij non manducauit, & vinum concupiscentiæ non bibit.

Osee, saluator aut saluans. Dum enim irã Dei in populũ Israël ob crimen idololatriæ prophetasset: domui Iudæ salutem prænuntiauit. Propter quod Ezechias Rex Iuda, sublatis idolis, quæ præcedentes Reges consecrauerant, templum Domini purgasse ac purificasse monstratur.

g Ioël, Dominus Deus, siue incipiens Deo, vel fuit Dei. Hæc enim eius vocabulum resonat etymologia incerta.

h Amos, populus auulsus. Prophetia enim B
eius ad populum fuit Israël, quia iam auulsus erat à Domino, & aureis vitulis seruiebat, siue auulsus à regno stirpis Dauid.

i Nahum, gemens, siue consolator. Increpat enim ciuitatem sanguinũ, & post euersionem illius consolatur Sion dicens: Ecce super montes pedes euangelizantis & annũtiantis pacem.

k Habacuc amplexãs, quia vel ex eo quòd amabilis Domini fuit, vocatur amplexatio, vel quod in certamen cum Deo congreditur, amplexantis, id est, luctantis sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est Deum ad disceptationem iustitiæ prouocare: cur in rebus humanis & mundi C
istius πολιτεία tanta rerum versatur iniquitas?

l Micheas, quis hic, vel quis iste? Comminatur enim Samarię ob caussam simulacrorum illo modo, quo de Eliu dicitur: Quis est iste inuoluens sententias?

m Sophonias, specula vel, arcanum Domini interpretatur: vtrumque ad prophetam cõuenit. Ipsi enim sciunt mysteria Dei. Vnde ad Ezechielem dicitur: Speculatorem te posui domui Israël. Et alibi, Non faciet Dominus quicquã, nisi reuelauerit seruis suis Pro- D
phetis.

n Abdias, seruus Domini. Sicut enim Moyses famulus Domini & Apostolus seruus Christi: ita iste legatus ad gentes missus videt & prædicat quæ prophetali digna sunt ministerio & seruitute: inde seruus Domini.

o Ionas interpretatur columba, siue dolẽs. Colũba, pro gemitu, quando in ventre ceti triduo fuit. Dolens autem vel propter tristitiam quam habuit de salute Niniuitarum: vel propter hederam subitò arescentem: cuius vmbraculo tegebatur contra solis ardorem. Ipse est & Amathi Sareptanæ viduæ filius, vt Iudæi affirmant, quem resuscitauit Elias, matre posteà ad eum dicente: Nunc cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Dei in ore tuo verum est. Ob hanc caussam ipsum puerum Amathi vocitatum. Amathi enim ex Hebræo in Latinam linguam veritas dicitur, & ex eo quòd verum Elias locutus est: ille qui suscitatus est, filius nuncupatus est veritatis.

Zacharias, memoria Domini. Septuagesimo enim anno desolationis templi completo, Zacharia prædicante memoratus est Dominus populi sui: iussúque Darij reuersus est Dei populus, & reędificata est & vrbs, & templum.

p Aggæus, in Latinum festiuus & lætus resonat. Destructum enim templum ædificãdum prophetat, & post luctum captiuitatis regressionis lætitiam prædicat.

Malachias, interpretatur Angelus Domini, id est, nuntius, Quidquid enim loquebatur: quasi à Domino essent mandata, ita credebantur, & inde ita nomen eius septuaginta transtulerunt dicentes. Assumptio verbi Domini super Israel in manu Angeli eius.

Esdras, adiutor.

Nehemias, consolator à Domino. Quodam enim præsagio futurorum nomina ista
C sortiti sunt. Fuerunt enim in adiutorium & consolationem omni illi populo redeunti ad patriam. Nam & templum Domini idẽ reædificauerunt, & murorum ac turrium opus ipsi restauraurunt.

q Ananias, gratia Dei. Idẽ & Sidrac lingua Chaldęa, quod interpretatur decorus meus.

Azarias, auxilium Domini. Idem & Abdenago, quod in Latinum vertitur seruiens taceo.

r Misael: quæ palus Domini: ipse & r Mi
sac quod interpretatur risus vel gaudium.

Ahia frater eius.

Semeia, audiens Dominum.

Asaph, congregans.

s Ethan, robustus, siue accensus.

Idithum, transiliens eos, siue saliens eos.

t Quosdam enim inhærentes humo: curuatos in terram, & ea quæ in imo sunt cogitantes, & in rebus transeuntibus spem ponentes trãsiliuit canendo iste, qui vocatur trãsiliens.

Eman, accipiens, vel formido eorum.

Barachia, benedictus Dominus, vel benedictus Domini.

s Olda

x Olda, districtio, siue diuerticulum.
Iudith, laudans, vel confitens.
Hester, absconsa.

Zacharias, memoria Domini, ob hoc quia canit: memorari testamenti sui sancti.

Iohãnes Baptista, Domini gratia: eò quòd sit limes prophetiæ, prænuntius gratiæ, siue initium baptismatis, per quod gratia ministratur.

Hi sunt Prophetæ veteris nouíq. Testamenti: quorum finis Christus, cui dicitur à Patre: & Prophetam in gentibus posui te.

Prophetiæ autem genera septẽ sunt: Primum genus Ecstasis, quod est mentis excessus, sicut vidit Petrus vas illud submissum de cælo in stupore mentis cum varijs animalibus. Secundum genus Visio, sicut apud Isaiam dicentem: Vidi Dominum sedẽtem super solium excelsum. Tertium genus Somniũ, sicut Iacob subnixam in cælo scalam dormiens vidit. Quartum genus, Per nubẽ, sicut ad Moysen & ad Iob post plagam loquitur Deus. Quintum genus Vox de cælo, sicut ad Abraham sonuit dicens: Ne injcias manum tuam in puerum. Et ad Saulum in via: Saule Saule quid me persequeris? Sextũ genus, Accepta parabola, sicut apud Salomonem in Prouerbijs, & apud Balaam cùm euocaretur à Balac. Septimum genus Repletio Sancti spiritus, sicut pænè apud omnes Prophetas.

y Alij tria genera visionum esse dixerunt. Vnum secundùm oculos corporis, sicut vidit Abraham tres viros sub ilice Mambre: & Moyses ignem in rubo: & discipuli transfiguratum Dominum in monte, inter Moysen, & Eliam, & cætera huiusmodi. Alterum secundùm spiritũ, quo imaginamur ea quæ per corpus sentimus, sicut vidit Petrus, discum illum submitti de cælo cum varijs animalibus, & sicut Isaias Dominũ in sede altis- D
sima non corporaliter, sed spiritualiter vidit. Non enim Deum forma corporea circumterminat: sed quemadmodum figuratè, non propriè multa dicuntur: ita etiam figuratè multa monstrantur. Tertium autem genus visionis est, quod neque corporeis sensibus, neq. illa parte animæ, qua corporalium rerũ imagines capiuntur, sed per intuitum mentis quo intellecta conspicitur veritas: sicut Daniel hoc præditus mente vidit, quod Balthasar viderat corpore, sine quo genere illa duo vel infructuosa sunt, vel etiam in errorẽ mittunt. Omnia tamen hæc genera Spiri- A
tus sanctus moderatur.

Habere autẽ prophetiam non solùm bonus, sed etiam malus potest: nam inuenimus Saulem regem prophetasse. Persequebatur enim sanctũ Dauid, & impletus Spiritu prophetare cœpit.

a Cap. VIII. Prophetæ in vet. test. *Ex prolog. Biblioth.*
b idem & fort. *Ex ep. 61. ad Pammach.*
c Nathan. *In nom. ex Luc.*
d Isaias. Salus Domini *in nominibus ex Act.* Salutare Domini, *in nom. ex ep. ad Rom.* Saluator Domini *in c. 1. Isai. ex sua sententia.*
e Saluator est enim. *Ex præf. in eund. Isai.*
f Hic & desider. *Ex ep. ad Eustoch. de custod. Virg.*
g Ioel. *In præf. Malach.* Ioel qui interpretatur Dominus Deus, *In nominibus Ioel,* incipiens, vel est Deus, vel Dei. *In præf. in Ioelem,* Ioel ἀρχόμενος, i. incipiens.
h Amos-- quia iam auulsi. *Ex comm. in c. 1.*
i Nahum gemens. *Ita legendum apud Hieron. in nom. ex ep. Barnab. non* germen. *ex .c. Toletan. nam reliqui mendosè* germen.
k Habacuc. *Ex prolog. commentarior.* V. C. 246. C.
l Micheas-- quo de Heliu dicitur. *Iob. 38.*
m Sophon. *In c. 1.*
n Abdias. *In c. 1.*
o Ionas-- ipse est Amathi, &c. *Ex præf. in Ion.*
p Aggæus. *Ex prolog. Biblioth.*
q Anania. *Ex nom. ex Ierem. & Daniele.*
r Misael quæ palus Domini. *Ex nom. ex Daniele. Mẽdose ergò cc. omnes* qui populus Domini-- *In nomin. ex Exod.* Misael, tactus Dei, siue quis interrogauit.
s Misach. *Ibid.* C
t Ethan rob. siue ascensus. *Ita etiam apud Hieronym. accensus malebat A. August.*
v Quosd. n inhærentes. *Ex Aug. in ps. 38.*
x Olda. *Ex nom. 3. Reg.*
y Alij tria gen-- moderatur. *Omnia ex Aug. cont. Adimant. c. vltim.*

De Apostolis. Cap. IX.

APostoli missi interpretantur: hoc enim eorum nomen indicat. Nam sicut Græcè ἄγγελοι, Latinè nuntij vocantur: ita Græcè Apostoli, Latinè missi appellantur. Ipsos enim misit Christus euangelizare per vniuersum mundum: ita vt quidam Persas, Indósque penetrarent, docentes gentes, & facientes in nomine Christi magna & incredibilia miracula, vt attestantibus signis & prodigijs crederetur illis in ijs quæ dicebãt, & viderant. Habent autẽ pleriq. ex ijs caussas suorum vocabulorum.

Petrus, à petra nomen accepit, hoc est, à Christo super quẽ est fundata Ecclesia. Non enim à Petro petra, sed Petrus à petra nomẽ sortitus est, sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo vocatur, ideóq. ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petrã, &c. quia dixerat Petrus: Tu es Christus

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius Dei viui : deinde ei Dominus, Super hanc,inquit petram,quam confessus es,ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim erat Christus,super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus.

[a] Cephas dictus,eò quòd in capite sit cõstitutus Apostolorum: κεφαλὴ enim Græcè caput dicitur,[b] & ipsum nomen in Petro Syrum est.

Simon Bar-iona in linguam nostram sonat filius columbæ, & est nomen Syrum pariter & Hebræum. Bar quippè Syra lingua filius, Iona columba, vtroque sermone dicitur. Alij simpliciter accipiunt quod Simon,i. Petrus filius sit Iohannis, iuxta illam interrogationem: Simon Johannis diligis me? & volunt scriptorum vitio deprauatum, vt pro Bar-iohanna,hoc est filius Iohannis, Bar-iona scriptum sit, vna detracta syllaba. Iohanna autem interpretatur Domini gratia.Et fuisse constat Petrum trinomium:Petrum, Cepham, & Simonem Bar-iona: [c] Simon autẽ Hebraicè interpretatur obediẽs.

Saulus Hebraico sermone tẽtatio dictus, eò quòd prius in tentatione Ecclesiæ sit versatus.Persecutor enim erat, & inde nomen habebat istud, quando persequebatur Christianos.Postea mutato nomine de Saulo factus est Paulus, quod interpretatur mirabilis siue electus. Mirabilis, vel quia multa signa fecit, vel quia ab Oriente vsque ad occasum Euangelium Christi in omnibus gentibus prædicauit. Electus, sicut in Actibus Apostolorum Spiritus sanctus dicit : Segregate mihi Barnabam & Saulum ad opus,ad quod elegi eos.Latino autem sermone Paulus à modico dictus:vnde & ipse ait,Ego sum minimus Apostolorum omnium. Quando enim Saulus,superbus, elatus : quando Paulus,humilis & modicus. Ideò sic loquimur, paullò post videbo te,i.post modicum.Nam quia modicus factus est,ipse dicit:Ego enim sum nouissimus Apostolorum: &, Mihi minimo omnium sanctorum. Cephas autem & Saulus ideò mutato nomine sunt vocati, vt essent etiã ipso nomine noui,sicut Abraham,& Sara.

Andreas, frater Petri carne, & cohæres gratiæ:secundum Hebræam etymologiam interpretatur decorus,siue respondens: sermone [d] autem Græco à viro virilis appellatur.

Iohannes,quodam vaticinio ex merito nomen accepit:interpretatur enim,in quo est gratia,vel Domini gratia. Amplius enim eũ cæteris Apostolis dilexit Iesus.

[e] Iacobus Zebedæi à patre cognominatur, quem reliquens, cum Iohanne verum patrem secuti sunt. Hi sunt filij tonitrui, qui etiam [f] Boanerges ex firmitate & magnitudine fidei nominati sunt. Hic est Iacobus filius Zebedæi,frater Iohannis,qui post ascẽsionem Domini ab Herode manifestatur occisus.

Iacobus Alphæi ob distinctionem prioris cognominatus, qui dicitur filius Zebedæi: sicut iste filius Alphæi:cognomentũ igitur ambo à patre sumpserunt. Iste est Iacobus minor,qui in Euangelio frater Domini nominatur,[g] quia Maria vxor Alphæi soror fuit matris Domini,quam Mariam Cleophe Iohannes Euangelista cognominat,à patre siue à gentilitate familiæ, aut quacumque alia caussa ei nomen imponens. Alphæus autem Hebræo sermone in Latinum exprimitur millesimus,siue doctus.

[h] Philippus,os lampadarũ, vel os manuum.

Thomas, abyssus vel geminus,vnde Græcè Didymus appellatur.

Bartholomæus,filius suspendentis aquas, vel filius suspendentis me. Syrum est, non Hebræum.

Matthæus,in Hebræo donatus exprimitur.Idem & appellatus Leui ex tribu à qua ortus fuit. In Latino autem ex opere publicani nomen accepit,quia ex publicanis fuit electus,& in Apostolatum translatus.

[i] Simon Chananæus ad distinctionem Simonis Petri, de vico Galilææ Chana, vbi aquas Dominus mutauit in vinum : ipse est qui in alio Euangelista scribitur Zelotes: Chana quippe zelus interpretatur.

Iudas Iacobi qui alibi appellatur Lebbeus, figuratũ nomen habet à corde, quod nos diminutiuè corculũ possumus appellare: ipse in alio Euãgelista Thaddæus scribitur,[k] quẽ Ecclesiastica tradit historia missum Edessã ad Abagarum Regem.

Iudas Iscariotes, vel à vico in quo ortus est,vel ex tribu Issachar vocabulũ sumpsit, quodam præsagio futuri in condemnationem sui. Issachar enim interpretatur merces, vt significaretur pretiũ proditoris, quo vendidit Dominum sicut scriptum est. Et acceperunt mercedẽ meam,triginta argenteos,pretium,quo appretiatus sum ab eis.

Matthias qui inter Apostolos sine cognomine solus habetur, interpretatur donatus, vt

vt subaudiatur pro Iuda:iste enim in locum eius electus est ab Apostolis, cùm pro duobus sors mitteretur.

[l] Marcus,excelsus mandato, vtique propter Euangelium Altissimi quod prædicauit.

Lucas,ipse consurgens, siue ipse eleuans, eò quòd eleuauerit prædicationem Euangelij post alios.

Barnabas,filius Prophetæ,vel filius consolationis.

[a] Cap.IX.Cephas-- quod in capite. *Græcam etymologiam Anacleti III. Dionysij Areopag. & Optati Mileuitani exemplo reddidit, cum Syrum verbum esse constet, idq. statim idem testetur. Cuius rei exempla alia,rationémque nõ inelegantẽ Vid. apud Turrian. lib.2.contr. Magdeburg. c.3.*

[b] & ipsum nomen in Petro Syr. *Vid. Hieron. Matth. 6.& in nomin.ex eod.*

[c] Simon-- audiens. *Hieron.* Simon quippe obediẽs dicitur.

[d] Sermone autem Græc. *In nom.ex Act.*

[e] Iacobus. *In cap.Matth.10.*

[f] Boanerges. *Ibid.Sed in Dan. 1.* Filij Zebedæi appellati sunt filij tonitrui,quod non (vt pleriq; putant) boanerges:sed emendatius legitur beneraha. *& in Isa.c.62.& in nom.ex Iohann.*

[g] Quia Maria vxor Alph. *ex eod.aduers. Heluid.*

[h] Philipp. os lampadar. *In nom.ex Act.* lapadar. *In nom.ex Luc.* Os lampadis,vel os manuum.

[i] Simon Chan-Iudas Iacob. *In Matth.10.*

[k] Quem Ecclesiast. *Ibid.est autem historia Euseb.lib.1. cap vlt.*

[l] Marcus excels. mand. *Sæpè hoc repetit Hieronymus. Sed in nom.ep.ad Coloss.* Marcus sublimis mandato,siue amarus,vel certè attritus,atq. limatus.

De reliquis in Euangelij nominibus. Cap. X.

MAria,[a] illuminatrix,siue stella maris:genuit enim lumen mundi. Sermone autem Syro Maria Domina nũcupatur, & pulchrè,quia Dominum genuit.

Elisabeth,Dei mei saturitas, vel Dei mei iuramentum.

Magdalena,turris.Martha,irritãs,aut prouocans:sermone autem Syro interpretatur dominans.

Nathanael,donũ Dei,quia dolus,i. simulatio dono Dei in eo non fuit.

Zebedæus,donatus,siue fluens iste.

Zachæus,iustus, siue iustificatus, siue iustificandus: Syrum est nomẽ non Hebræũ.

Lazarus, adiutus,eò quòd sit à morte resuscitatus.

Herodes,pelliceus,glorioſus,clara etymologia.

Caiphas, inuestigator, aut sagax, aut vomens ore:iniquo enim ore suo iustum condemnauit, quamuis hoc mysterio prophetali annuntiasset.

[b] Pontius,declinans consilium vtique Iudæorũ: accepta enim aqua lauit manus suas dicens : Innocens ego sum à sanguine huius iusti.

Pilatus,os malleatoris,quia Dum Christũ ore suo,& iustificat & cõdemnat,more malleatoris vtraque ferit.

Barraba,filius magistri eorum,absque dubio Iudæorum magistri, qui est diabolus,homicidiorum auctor,qui vsq. hodie regnat in eis.

[a] Cap.X.Maria illumin. *In nom.ex Matth.* Mariam plerique æstimant interpretari illuminant me isti, vel illuminatrix, vel smyrna maris. Sed mihi nequaquam videtur.Melius est autem,vt dicamus sonare eam stellam maris,siue amarum mare.Sciendũ quoque quod Maria sermone Syro Domina nuncupatur.

[b] Pontius declinans consiliũ. *Ita Gotth.cc. & apud Hieronym.* concilũ *impressi, reliqua huius.e.ex eod.Hieron.*

De Martyribus. Cap. XI.

MArtyres Græca lingua Latinè testes dicuntur, vnde & testimonia Græcè martyria nuncupantur. Testes autem ideò vocati sunt,quia propter testimoniũ Christi passiones sustinuerunt, & vsque ad mortem pro veritate certauerunt. Quòd verò non testes (quod Latinè vtique possemus,) sed Græcè Martyres appellamus familiarius Ecclesiæ auribus hoc Græcum verbum sonat,sicut multa Græca nomina,quæ pro Latinis vtimur.

Martyrum primus in nouo testamento Stephanus fuit,qui sermone Hebræo interpretatur norma, quòd prior fuerit in martyrio ad imitationem fidelium:idem autem ex Græco sermone in Latinum vertitur coronatus, & hoc prophetice, vt quod sequeretur in re, vaticinio quodam futuri prius in vocabulo resonaret: passus est enim, & quod vocabatur accepit. Stephanus enim corona dicitur,humiliter lapidatus,sed sublimiter coronatus.

[a] Duo autem sunt martyrij genera, vnum in aperta passione,alterum in occulta animi virtute. Nam multi hostis insidias tolerantes,& cunctis carnalibus desiderijs resistentes,per hoc quod se omnipotẽti Deo in corde mactauerunt,etiã pacis tẽpore Martyres facti sunt, qui etiam si persecutionis tẽpore exisserent,Martyres esse potuerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Cap.XI.Duo sunt autem martyrij gen. *Ex Greg. 3.Dialog.c.26.*

De Clericis. Cap. XII.

CLeros [a] & Clericos hinc appellatos (ere dimus) quia Matthias sorte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatũ. κλῆρος enim Græcè, sors vel hæreditas dicitur. Propterea ergò dicti Clerici, quòd de sorte sunt Domini, [b] vel quia Dominum partem habent: generaliter autem Clerici nuncupantur omnes qui in Ecclesia Christi deseruiunt, quorum gradus & nomina hæc sunt.

Ostiarius, [c] Psalmista, Lector, Exorcista, B Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, & Episcopus.

d Ordo Episcoporum quadripertitus est, i. in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitis atq. Episcopis.

Patriarcha Græca lingua summus Patrũ interpretatur, [e] quia primum, i. Apostolicum retinet locum, & ideò quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus.

Archiepiscopus Græco vocabulo quod sit summus Episcoporum: tenet enim vicẽ Apostolicam, & præsidet tam Metropolitanis, quàm Episcopis cæteris. ([f] Metropolitani autem à mensura ciuitatum vocati.) Singulis enim prouincijs præeminẽt, quorum auctoritati & doctrinæ cæteri Sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos Episcopos agere licet, solicitudo enim totius prouinciæ ipsis commissa est. Omnes autẽ superius designati ordines vno eodémque vocabulo Episcopi nominãtur, sed ideò priuato nomine quidam vtuntur propter distinctionẽ potestatis, quam singulariter acceperunt.

Patriarcha patrum princeps: Ἄρχος enim princeps.

Archiepiscopus princeps Episcoporum, sicut Metropolitanus à mensura ciuitatum.

g Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quòd ille qui superefficitur, superintendat, curam scilicet subditorum gerens. σκοπεῖν enim Græcè, Latinè intendere dicitur. Episcopi autem Græcè, Latinè speculatores interpretantur: nã speculator est præpositus in Ecclesia, dictus eò quòd speculetur atq. prospiciat populorum infra se positorum mores & vitam.

Pontifex princeps Sacerdotum est, quasi via sequentium. ipse & Summus Sacerdos, ipse & Pontifex Maximus nuncupatur: ipse enim efficit Sacerdotes atque Leuitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit: ipse quid vnusquisq. facere debeat ostendit. Antea autem Pontifices & Reges erant: [h] nã maiorum hæc erat consuetudo, vt Rex esset etiam Sacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur.

i Vates à vi mentis appellatus, cuius significatio multiplex est: nam modò sacerdotem, modò Prophetam significat, modò poẽtam.

Antistes Sacerdos dictus, ab eo quòd ante stat, primus est enim in ordine Ecclesiæ, & suprà se nullum habet.

Sacerdos autem nomen habet compositum ex Græco & Latino, quasi sacrum dans, sicut enim rex à regẽdo, ita Sacerdos [k] à sanctificãdo vocatus est: consecrat enim & sanctificat.

Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum in quo erat breuis virga desuper, habens lanæ aliquid. Quod cùm per æstum ferre non possent: filo tantùm capita religare cœperunt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat: vnde à filo quo vtebantur, [l] flamines dicti sunt, quasi filamines. Verùm festis diebus filo deposito, pileum imponebãt pro Sacerdotij eminentia.

Presbyter Græcè, Latinè senior interpretatur non modò pro ætate vel decrepita senectute, sed propter honorem & dignitatẽ quam acceperunt, Presbyteri nominantur. [m] vnde & apud veteres idem Episcopi, & Presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis est, hoc ætatis. Ideò autem & Presbyteri Sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut & Episcopi, [n] qui licet sint Sacerdotes, tamen Pontificatus apicẽ non habent, quia nec chrismate frontẽ signant, nec Paracletum spiritum dant, quod solis deberi Episcopis lectio Actuum Apostolorum demonstrat.

Leuitæ ex nomine auctoris vocati: de Leui enim Leuitæ exorti sunt, à quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi Græcè Diaconi, Latinè ministri dicuntur, quia [o] sicut in Sacerdote consecratio: ita in Diacono mysterij dispensatio habetur.

Hypodiaconi Græcè, quos nos Subdiaconos dicimus, qui ideò sic appellantur, quia subiacent

subiacent præceptis & officijs Leuitarum. A Oblationes enim in templo Dei à fidelibus ipsi suscipiunt, & Leuitis superponendas altaribus deferunt: hi [p] apud Hebræos Nathinæi vocantur.

Lectores à legendo: Psalmistæ à psalmis canendis vocati: illi enim prædicant populis quid sequantur: isti canunt vt excitent ad compunctionem animos audientium: licet & quidam lectores ita miseranter pronuntient, vt quosdam ad luctum lamentationémque compellant. Idem etiam pronuntiatores vocantur, quod porrò annuntient: tanta enim & tam clara erit eorum vox, vt B quamuis longè positorũ aures adimpleant.

Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius [q] duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea docti homines Latinè dicere potuerunt, præcentor, & succentor.

Præcentor, qui vocẽ præmittit in cantu.

Succentor autem qui subsequenter canendo respondet.

Concentor autem dicitur, quia consonat, qui autem non consonat, nec concinit, nec concentor erit.

Acolythi Græcè, Latinè ceroferarij dicũtur, à deportandis cereis [r] quando legendũ C Euangeliũ est, aut sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodẽ tẽpore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, vt sub typo luminis corporalis, illa lux ostendatur de qua in Euangelio legitur: Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Exorcistæ ex Græco in Latinum adiurantes, siue increpantes vocantur. Inuocant enim super [s] energumenos, vel super eos qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu, adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis.

Ostiarij, ijdem & Ianitores, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam tẽpli, vt non ingrederetur illud immundus in omnino: dicti autem Ostiarij, quòd præsint ostijs templi. [t] Ipsi enim tenentes clauem, omnia intus extráque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, respuunt infideles.

a Cap.XII.Clerus, & Cleric. *Ex Aug. in ps. 67.*
b Vel quia Dñm partem. *Al.* Dñi partem, *Vtrumq. retulit in lib. offi.*

c Psalmist.lect. *Psalmista, siue lector Rab. lib. 1. c. 4. Non est autem psalmista ordinis aut gradus proprium nomen. Sed ordinis nomine aliquando censeri, fatetur D. Th. in addit. q. 37. ar. 2.*
d Ordo Episcop. quadrip. *Sic Rab. Grat. & veteres libri Sed idem Rab. lib. 1. c. 5.* Tripertitus est, id est, in Patriarchis, Archiepiscopis, qui & Metropolitani sunt, & in Episcopis.
e Quia primum i. Apostol. *Sic Rab. & vetus Gratiani lib. cum Gotthicis libris.*
f Metropolitani autem. *Hæc parenthesi inclusimus, vel quia aliena fortasse sunt, vt censebat Chacon, cum veriorem interpretationem Rabanus retineat, qui omnia hæc ex Isidoro sumpsit, vel vt quæ sequuntur:* Singulis n. prouincijs, &c. *Archiepiscopis aptẽtur ex sentẽtia Antonij Augustini. Cui duo veteres libri fauent. in quib. post hæc omnia Metropolitani etymon hoc qualecunq. est collocatum. Sic etiam erit Episcopor. tripertitus ordo.*
g Episcop. vocab. *Ex Aug. 19. de ciuit. c. 19.*
h Nam maiorum. *è Seru. Æn. 3 ad V.* Rex Anius.
i Vates à vi ment. *à viendis versib Varr. lib. 6.*
k Sanctificando. *Eod. modo lib. 9 c. 3.*
l Flaminis. *è Seru. Æn. 8 Vid. Fest & Varr.*
m Vnde & apud vet. idem Episcopis. *Ex Hier. ep. 83. ad Oceã.*
n Qui licet sint sacerd. *Ex Innoc. l. ep. 1. c. 3.*
o Sicut in Sacerdote consec. *Ex Ep. ad Rustic. Narb. de sept. gradib. Eccle. quæ cum Hieronymi operib. circunfertur.*
p Hi apud Heb. Nathinæi. *Al. Nathanæi. Vid. 2. off. Eccl. c. 10 & Raban.*
q Duo genera--respondit. *Ex Aug. in ps. 87.*
r Quando Euang. *Ex Hieron. ep. aduers. Vigilan.*
s Super energ. *Vid. 2 offi. Eccl. c 13. & d. 23. c. 27.*
t Ipsi enim tenent cl. *Ex d. ep ad Rust. Narb.*

De Monachis Cap. XIII.

MOnachus Græca etymologia vocatus, eò quòd sit singularis: μονὰς enim Græcè singularitas dicitur. Ergo si solitarius interpretatur vocabulum Monachi, quid facit in turba, qui solus est? [a] Plura sunt autem genera Monachorum.

b Cœnobitæ, quos nos in commune viuentes possumus appellare. Cœnobium enim plurimorum est. D

Anachoritæ sunt, qui post cœnobialem vitam deserta petunt & soli habitant per deserta: & ab eo quòd procul ab hominibus recesserunt, tali nomine nuncupantur: sed Anachoritæ Eliam & Iohannem; Cœnobitæ Apostolos imitantur.

Eremitæ ij sunt, qui & Anachoritæ, ab hominum conspectu remoti: eremum & desertas, solitudines appetẽtes. Nam eremum dicitur quasi remotum.

Abba autem Syrum nomen, significat in Latinum pater: quod Paulus Romanis seri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bens expoſuit dicens: in quo clamamus Abba pater: in vno nomine duabus vſus linguis. Dicit enim Abba Syro nomine patrem, & rurſus Latinè nominat itidem patrem.

a Cap. XIII. Plura autem ſunt gen. monach. *Ex Hier. ep. ad Euſtoch. 22.*

b Cœnob. enim. *Ex Caſſian. collat. 18. c. 10. & cap. 4. & ſeq.*

De cæteris fidelibus. Cap. XIIII.

CHriſtianus, quantũ interpretatio oſtendit, de vnctione deducitur, ſiue de nomine auctoris & creatoris. A Chriſto enim Chriſtiani ſunt cognominati, ſicut à Iuda Iudæi. De magiſtri quippe nomine cognomen ſectatoribus datum eſt.

Chriſtiani autem olim à Iudæis quaſi opprobrio Nazaræi vocabantur, pro eo quòd Dominus noſter atque Saluator à vico quodam Galilææ Nazaræus ſit appellatus.

Non ſe autem glorietur Chriſtianũ, qui nomen habet, & facta non habet. Vbi autem nomen ſecutum fuerit opus, certiſsimè ille eſt Chriſtianus, quia ſe factis oſtendit Chriſtianũ, ambulans ſicut & ille ambulauit, à quo & nomen traxit.

Catholicus vniuerſalis, ſiue generalis interpretatur: nam Græci vniuerſale καθολικὸν vocant.

Orthodoxus eſt rectè credens, & vt credit viuens: ὀρθῶς enim Græcè rectè dicitur. a δόξα gloria: hoc eſt vir rectæ gloriæ. Quo nomine non poteſt vocari, qui aliter viuit, quàm credit.

Neophytus Græcè, Latinè nouellus & rudis, fidelis, vel nuper renatus interpretari poteſt.

Catechumenus dictus pro eo quòd adhuc doctrinam fidei audit, nec dum tamen baptiſmum percepit: nam κατηχούμενος Græcè, auditor dicitur.

b Competens vocatur qui poſt inſtructionẽ fidei competit gratiam Chriſti, inde & à petendo Competentes vocati.

Laicus popularis: λαὸς enim Græcè populus dicitur.

Proſelytus, i. aduena, & circumciſus, qui miſcebatur populo Dei, Græcum eſt.

a Cap. XIIII. Doxa gloria. *Opinio potius, vt reliqua conueniant.*

b Competens vocatur. *Ex Aug. ſerm. ad Competentes. Hieronymus ad Pãmach. ep. 61.* An non tu potius ſcindis Eccleſiam, qui præcepiſti Bethlehem presbyteris, ne Competentib. noſtris in Paſcha baptiſmum traderent?

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER OCTAVVS.

De Eccleſia, & ſectis diuerſis.

DE ECCLESIA ET Synagoga. Cap. I.

ECCLESIA Græcum eſt, quod in Latinum vertitur cõuocatio, propter quod omnes ad ſe vocet. Catholica vniuerſalis ἀπὸ τοῦ καθ' ὅλου id eſt, ſecundum totum: non enim, ſicut cõuenticula hæreticorum, in aliquibus regionum partibus coarctatur, ſed per totum orbem terrarum dilatata diffunditur. Quod etiã Apoſtolus approbat ad Rom. dicens: Gratias ago Deo meo pro omnibus vobis, quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mundo: hinc & vniuerſitas ab vno cognominata eſt, propter quod in vnitatem colligitur. Vnde Dominus in Euangelio: qui mecum non colligit, ſpargit. Cur autem Eccleſia, cùm vna ſit à Iohanne ſeptem ſcribuntur, niſi vt vna catholica ſeptiformi plena ſpiritu deſignetur? ſicut & de Domino nouimus dixiſſe Salomonem: Sapientia ædificauit ſibi domum & excidit columnas ſeptem, quæ tamen ſeptem vna eſſe non ambigitur, dicente Apoſtolo: Eccleſia Dei viui, quæ eſt columna & firmamentum veritatis.

Inchoauit autem Eccleſia à loco vbi venit de cælo Spiritus ſanctus, & impleuit vno loco ſedentes.

Pro peregrinatione autem præſenti Eccleſia, Sion dicitur, eò quòd ab huius peregrinationis longitudine promiſsionem rerum cæleſtium ſpeculetur: & idcircò Sion, id eſt, ſpeculatio nomen accepit. Pro futura verò patriæ pace Hieruſalem vocatur, nam Hieruſalem viſio pacis interpretatur. Ibi enim abſorpta omni aduerſitate pacẽ, quæ A eſt Chriſtus, præſenti poſsidebit obtutu.

a Synagoga Græcè, congregatio dicitur, quod proprium nomen Iudæorum populus tenuit. Ipſorum enim propriè ſynagoga dici ſolet, quamuis & Eccleſia dicta ſit. Noſtram verò Apoſtoli nunquam ſynagogam dixerunt, ſed ſemper Eccleſiam: ſiue diſcernendi cauſſa, ſiue quòd inter congregationem, vnde ſynagoga, & conuocationem, vnde Eccleſia nomẽ accepit, diſtet aliquid: quod ſcilicet congregari & pecora ſolent, quorum & greges propriè dicimus: conuocari autem magis eſt vtentium ratione, ſicut ſunt homines.

a Cap. I De Synagoga. *Ex Aug. in p. s. 81.*

De Religione & Fide. Cap. II.

DOgma a à putando philoſophi nominauerunt, id eſt, hoc puto eſſe bonum, hoc puto eſſe verum.

b Religio appellata, quòd per eam vni Deo religamus animas noſtras ad cultum diuinum vinculo ſeruiendi. Quod verbum compoſitũ eſt à religendo, id eſt, eligendo, vt ita Latinum videatur religo, ſicut eligo.

Tria ſunt autem quæ in religionis cultu ad colendum Deum in hominibus perquiruntur, id eſt fides, ſpes, charitas. In fide quid credendum, in ſpe quid ſperandum, in charitate quid ſit amandum.

Fides eſt, qua veraciter credimus id quod nequaquam videre valemus. Nam credere iam non poſſumus quod videmus. Propriè autem nomen fidei inde eſt dictum, c ſi omninò fiat quod dictũ eſt, aut promiſſum. Et inde fides vocata ab eo quòd ſit illud quod inter vtroſq. placitũ eſt, quaſi inter Deum & hominem, hinc & fœdus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spes vocata,[d] quòd sit pes progrediendi, A quasi est pes. Vnde è contrario desperatio, deest enim ibi pes, nullâque progrediendi facultas est, quia dum quisque peccatum amat, futuram gloriam non sperat. Charitas Græce, Latinè dilectio interpretatur, quod duos in se illiget. Nam dilectio à duobus incipit, quod est amor Dei, & proximi, de qua Apostolus: Plenitudo, inquit, legis, dilectio. Maior est autem hæc omnibus: quia qui diligit, & credit, & sperat. Qui autem non diligit, quamuis multa bona faciat, frustra laborat. [e] Omnis autẽ dilectio carnalis, non B dilectio, sed magis amor dici solet. Dilectionis autem nomen tantum in melioribus rebus accipi solet.

[a] Cap. II. Dogma à putando. *Nempe ἀπὸ τοῦ δοκεῖν.*

[b] Religio. *Augu. lib. 1. Retract. c. 13.* Ad vnũ Deum tendentes & ei vni religãtes animas nostras, vnde religio dicta creditur. In his verbis meis ratio quæ reddita est, vnde sit dicta religio plus mihi placuit. Nam non me fugit aliam huius nominis originem exposuisse Latini sermonis auctores, quod inde sit appellata religio, quod religatur, quod verbum compositum est à legendo, id est eligendo, vt ità Latinum videatur religo, sicut eligo. *Sed postrema Augustini verba reijcienda putamus, vt malè cohærentia, & adiecta ab aliquo, qui integrum locum descripserit, non animaduertens, id etymon secutum fuisse Isidorũ, quod maximè probaretur Aug. & Lactantio lib. 4. c. 28. qui etiam aduersus Cic. notationẽ pluribus verbis disputat. quamuis hoc altero etiã vtatur Aug. lib. 10. de ciui. c. 4.* Ipse n. fons nostræ beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis, hunc eligentes, vel potius religentes (amiseramus n. negligentes) hunc ergo religentes, vnde religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendamus. *Restat tertia notatio ex Cic. 2. de nat. deor.* Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter pertractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti religiosi, ex relegendo, vt elegantes ex eligendo. *Vt religio sit vel à religando, vel religendo, vel relegendo.*

[c] Si omninò fiat quod dic. *Ex Cic. 1. de offic.*

[d] Quod sit pes. *Recte de spe, quæ virtus sit. Nam spem sub-* D *dolam qui respexere, spem, quasi sine pede interpretantur, vnde in nummis veterib. non sixa sed in altitudinem, erectis pedib. fingitur. Aliys spes ἐλπὶς est.*

[e] Omnis autem dilect. *Aug. 14. de ciuit. c. 7.*

De hæresi et schismate. Cap III.

HÆresis [a] Græcè ab electione vocatur, quòd scilicet vnusquisque id sibi eligat, quod melius sibi esse videtur, vt Philosophi Peripatetici, Academici, Epicuræi, & Stoici, vel sicut alij qui peruersum dogma cogitantes, arbitrio suo de Ecclesia recesserunt. [b] Inde ergo hæresis dicta Græca voce, ex interpretatione electionis qua quisque arbitrio suo ad instituenda siue ad suscipienda quælibet ipse sibi eligit. Nobis vero nihil [b] nostro ex arbitrio inducere licet: sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxerit. Apostolos Dei habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio quod inducerent elegerunt, sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus assignauerunt. Itaq. etiam si Angelus de cælis aliter euangelizauerit anathema vocabitur.

Secta à sequendo & tenendo nominata. Nam sectas dicimus habitus animorum ac B instituta circa disciplinam vel propositum quod tenendo sequuntur, longe alia in religionis cultu opinantes quàm cæteri.

Schisma à scissura animorum vocatum. Eodem enim cultu eodémque ritu credit vt cæteri, solo congregationis delectatur dissidio. Fit autem schisma cùm dicunt homines: Nos iusti sumus, nos sanctificamus immundos, & cætera similia.

[c] Superstitio dicta, eò quòd sit superflua, aut superinstituta obseruatio. Alij dicunt à senibus, quia multis annis superstites per ætatẽ delirant & errant superstitione quaC dam, nescientes quæ vetera colant, aut quæ veterum ignari ascisçant. Lucretius autem superstitionem dicit superstantium rerum, id est, cælestium & diuinarũ quæ super nos stant, sed malè dicit. Hæreticorum autem dogmata, vt facilè possint agnosci, caussas eorum vel nomina demonstrare opertuit.

[c] Cap. III. Hæresis Græc. *Ex Hieron. ad Gal. 5. & ad Tit. 3.*

[b] Inde ergo hær.--vocabitur. *Ex Tertull. in præscript. apud quem pro* indulgere inducere, *ex hoc loco reponas licet. Nam ea voce paullò post, alibiq. sæpius vtitur.*

[c] Superstit. *Verba Seruij Æn. 8. ad V.* Vana superstitio, *&c. est vero Lucretij locus ad quem respexit. lib. 1.*

Humana ante oculos fœdè cum vita iaceret,
In terris oppressa graui sub relligione.
Quæ caput à cæli regionib. ostendebat,
Horribili super aspectu mortalib. instans.

Melius Baibus apud Cic. 2. de Nat. Deor.

De hæresibus Iudæorum. Cap. IIII.

IVdæi [a] confessores interpretantur. Multos enim ex ijs sequitur confessio, quos antea perfidia possidebat.

Hebræi transitores dicuntur: quo nomine admonentur, vt de peioribus ad meliora transeant, & pristinos errores relinquant.

Pharisæi

[b] Pharisæi, & Sadducæi inter se contrarij A sunt: nam Pharisæi ex Hebræo in Latinum interpretantur diuisi, eò quòd traditionum & obseruationum quas illi δευτερώσεις vocant, iustitiam præferunt. vnde & diuisi vocantur à populo, quasi per iustitiam.

Sadducæi interpretantur iusti: vendicant enim sibi quod non sunt, corporis resurrectionem negant, & animam interire cum corpore prædicant. Hi quinque tantùm libros Legis recipiunt, prophetarum vaticinia respuunt.

[c] Esseni dicunt, ipsum esse Christum, qui docuit illos omnem abstinentiam.

[d] Masbothei dicunt, ipsum esse Christum, qui docuit illos in omni re sabbatizare. B

[e] Genistæi dicti, eò quòd de genere Abrahæ esse se gloriantur: nam cùm in Babyloniam venissent populus Dei, plerique relinquentes vxores suas, Babylonicis mulieribus adhæserunt: quidam autem Israëliticis tantùm coniugijs contenti vel ex eis geniti, dum reuersi essent de Babylonia, diuiserunt se ab omni populo, & assumpserunt sibi hoc nomen iactantiæ.

[f] Meristæi appellati. eò quòd separant scripturas, non credentes omnibus prophetis, dicentes alijs & alijs spiritibus illos prophetasse: μέρος enim Græcè, Latinè pars dicitur. C

Samaritæ dicti quòd Legem solam custodiunt, nam Prophetas non recipiunt.

[g] Hemerobaptistæ, eò quòd quotidie vestimenta sua & corpora lauent.

[a] Cap. IIII. Iudæi. *Euseb. lib 4. hist. Eccl. c. 21. ex Hegesippo septem fuisse refert Hebræorum sectas, quar. nomina hæc sunt. Essæi, Galilæi, Hemerobaptistæ, Masbothæi, Samaritæ, Sadducæi, Pharisæi. Iustin. contra Tryph.* ὥσπερ δὲ Ἰουδαίους ἄντικρυς οὐδὲν ἐξετάσαι ὁμολογήσειεν εἶναι τοὺς Σαδδουκαίους, ἢ τοὺς ὁμοίους αἱρέσεις τινῶν, ἢ μερισῶν, ἢ Γαλιλαίων, Ἑλληνιανῶν, ἢ φαρισαίων, βαπτισῶν, &c.

[b] Pharisæi--Sadducæi. *Ex Hieronym. Matth. 22. & Isid. 19.*

[c] Esseni. *Vel Essæi ex Euseb. Conuenit autem quòd Hieronymus lib. 2. aduers. Iouin. ex Iosepho de his refert, quod ab vxorib. vino, & carnib. abstinerent, & quotidianum ieiunium verterent in naturam*

[d] Masbothæi. *Hoc eorum proprium fuisse nomen, præter Eusebij verba, quæ indicauimus, hæresis ipsa Sabbatizandi ijs præsertim qui Hebræas litteras attigerunt, satis ostendet.*

[e] Meristæi. *Meristæ C. Rom. De Essenis Epiph. in prolog.* ἐχρῶντο γραφαῖς ἑτέραις μετὰ τὸν νομὸν, τοῖς πλείστοις τῶν μετέπειτα προφητῶν ἀπεδόλλοντο.

[f] Hemerobaptist. *Epiph. lib c. 17. Retinent hunc morem interiorum vestium identidem lauandarum Essæni Mauri.*

De hæresibus Christianorum. Cap. V.

QVidam [a] etiam hæretici de Ecclesia recesserunt, & ex nomine auctorũ suorum nuncupantur: quidam verò ex caussis, quas eligentes instituerunt.

Simoniani dicti à Simone magicæ disciplinę perito, cui Petrus in Actibus Apostolorum maledixit, pro eo quòd ab Apostolis Spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset: hi dicunt creaturam non à Deo, sed à virtute quadam superna creatam.

Menandriani à Menandro mago discipulo Simonis nuncupati, qui mundum non à Deo, sed ab Angelis factum esse asseruit.

Basilidiani à Basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias passum Iesum abnegauit.

Nicolaitæ dicti à Nicolao Diacono Ecclesiæ Hierosolymorum, qui cum Stephano & cæteris constitutus est à Petro: qui propter pulchritudinem relinquens vxorem, vt qui vellet ea vteretur, versa est in stuprũ talis consuetudo, vt inuicem coniugia commutarentur: quos Iohannes in Apocalypsi improbat, dicens: Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum.

Gnostici propter excellentiam scientiæ se ita appellare voluerunt. Animã naturam Dei esse dicunt, bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt.

Carpocratiani à Carpocrate quodã vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse tantùm, & de vtroque sexu progenitum.

Cerinthiani à Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cætera circumcisionem obseruant, mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant: vnde & Græcè Chiliastæ, Latinè Millenarij sunt appellati.

Nazaræi dicti, qui dum Christum qui à vico Nazaræus est appellatus filium Dei con- D fiteantur, omnia tamen veteris legis custodiunt.

[c] Ophitæ à colubro nominati sunt. Coluber enim Græcè ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum induxisse virtutis cognitionem.

[d] Valentiniani à Valentino quodam Platonicæ sectatore vocati, qui αἰῶνας, id est, secula quædam in originem Dei creatoris induxit: Christum quoque de virgine nihil

corporis

corporis assumpsisse, sed per eam quasi per A fistulam transisse asseruit.

e Apellitæ, quorum Apelles princeps fuit, qui creatorem Angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciés Deum Legis & Israelis, illum igneum affirmans, dixit Christum non Deum in veritate, f sed hominem in phantasia apparuisse.

g Archontiaci à principibus appellantur, qui vniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse Archangelorum defendunt.

Adamiani vocati, quòd Adæ imitentur nuditatem: vnde & nudi orant, & nudi inter se mares fœminæque conueniunt. B

h Cainani proinde sic appellati, quoniam Cain adorant.

Sethiani nomen acceperunt à filio Adã, qui vocatus est Seth, dicentes eundem esse Christum.

Melchisedechiani vocati pro eo, quòd Melchisedech Sacerdotẽ Dei, non hominẽ fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur.

i Angelici vocati, quia Angelos colunt.

Apostolici hoc sibi nomen ideo præsumpserunt, quòd nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos, qui aliquid in hoc mundo vtuntur.

Cerdoniani à Cerdone quodam nomi- C nati, qui duo contraria principia asseruit.

k Marcionistæ à Marcione Stoico Philosopho appellati, qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis & bonitatis.

Artotyritæ ab oblatione vocati. Panem enim & caseum offerunt: dicentes primis hominibus oblationem à fructibus terræ, & à fructibus ouium fuisse celebratam.

Aquarij appellati, eò quòd aquam solam offerunt in calice Sacramenti.

Seueriani à Seuero exorti, vinum non bibunt, vetus testamentum & resurrectionem D non recipiunt.

l Tatiani à Tatiano quodam vocati, qui & Encratitæ dicti, quia carnes abominantur.

Alogij vocantur tanquam sine verbo: λόγος enim Græcè verbum dicitur. Deum enim verbum non credunt, respuentes Iohannis euangelium & Apocalypsim.

Cataphrygijs nomen prouincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt auctores eorum Montanus Prisca & Maximilla: hi aduentũ Spiritus sancti non in Apostolis, sed in se traditum asserunt.

m Cathari propter munditiam ita se nominauerunt. Gloriantes enim de suis meritis, negant pœnitentibus veniam peccatorum: viduas si nupserint, tanquam adulteras damnant: mundiores se cæteris prædicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent, mundanos se potius, quàm mundos vocarent.

Pauliani à Paulo Samosateno exorti sunt: qui dixit non semper fuisse Christum, sed à Maria sumpsisse initium.

n Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam comparauit, matrémque elementorum & deam asseruit, quos Apostolus improbat, elementis seruientes.

o Manichæi à quodam Persa extiterunt, qui vocatus est Manes. Hic duas naturas & substantias introduxit, id est, bonam & malam, & animas ex Deo quasi ex aliquo fonte manare asseruit. Testamentum vetus respuunt, nouum ex parte recipiunt.

p Anthropomorphitæ dicti pro eo, quòd simplicitate rustica Deum habere humana membra, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur. Ἄνθρωπος enim Græcè, Latinè C homo interpretatur, ignorantes vocẽ Domini, qui ait: Spiritus est Deus: incorporeus est enim, nec mẽbris distinguitur, nec corporis mole censetur.

q Hierachitæ ab Hieracha auctore exorti: monachos tantùm recipiunt, coniugia respuunt, regna cælorũ paruulos habere non credunt.

r Nouatiani à Nouatiano Romæ vrbis presbytero exorti, qui aduersus Cornelium cathedram Sacerdotalẽ conatus inuadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, & rebaptizans baptizatos.

Montani hæretici dicti, quòd tempore persecutionis in montibus latuerunt, qua occasione se à catholicæ Ecclesiæ corpore D diuiserunt.

s Ebionitæ ab Ebione dicti, siue à paupertate: Christum enim per profectum solum virum iustum putant effectum. Vnde competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ compellati sunt. t Hi semijudæi sunt, u & ita tenent Euangelium, vt legem carnaliter seruent, x aduersus quos Apostolus ad Galatas scribens inuehitur.

y Photiniani à Photino Gallogræciæ Sirmiæ Episcopo nuncupati, qui Ebionitarum hæresim

resim suscitans, asseruit Christum à Maria A per Ioseph nuptiali coitu fuisse cõceptum.

z Aeriani ab Aerio quodam nuncupati sunt: hi offerre sacrificiũ pro defunctis spernunt.

Ætiani ab Ætio sunt vocati, ijdemq. Eunomiani, ab Eunomio quodam Dialectico Ætij discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem Patri asserentes Filium, & Filio Spiritum sanctũ. Dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium.

a Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes quòd non posit Filius videre Patrem, nec Spiritus sanctus Filium. Animas quoq. in mundi principio dicunt peccasse, & pro diuersitate peccatorum à cælis vsque B ad terras diuersa corpora, quasi vincula, meruisse, eáque causa factum fuisse mundum.

Nõëtiani à quodam Noëto vocati, qui dicebat Christum eundem esse & Patrem, & Spiritum sanctum: ipsámque Trinitatem in officiorum nominibus non in personis accipiunt. Vnde & Patripassiani vocantur, quia Patrem passum dicunt.

Sabelliani ab eodẽ Noëto pullulasse dicuntur, cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maximè innotuerunt: vnde & Sabelliani vocati sunt. Hi vnam personam Patris & Filij & Spiritus C sancti adstruunt.

Ariani ab Ario Alexandrino presbytero orti sunt, qui coæternum Patri Filium non agnoscens, diuersas in Trinitate substantias asseruit: contra illud quod ait Dominus: Ego & Pater vnum sumus.

Macedoniani à Macedonio Constantinopolitano Episcopo dicti sunt, negantes Deum esse Spiritum sanctum.

Apollinaristæ ab Appollinare vocati sunt, dicentes Christũ corpus tantummodò sine anima suscepisse.

b Antidicomaritæ c appellati sunt, pro eo quòd Mariæ virginitati contradicunt, asse- D rentes eam post Christum natum viro suo fuisse commixtam.

Metangismonitæ, ideò tale nomen acceperunt, quia ἄγγος Græcè vas dicitur. Asserunt enim sic esse in Patre Filium, tanquam vas minus intra vas maius.

Patritiani à quodam Patritio nuncupati sunt, qui substantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt.

Coluthiani à quodam Colutho nominati, qui dicunt, Deũ non facere mala, contra illud quod scriptum est: Ego Dominus creans mala.

Floriani à Florino, qui è contrario dicunt Deum creasse mala, cõtra id quod scriptum est: Fecit Deus omnia bona.

c Donatistæ à Donato quodã Afro nuncupati, qui de Numidia veniens totam penè Africam sua persuasione decepit: asserens minorem Patre Filium, & minorem Filio Spiritum sanctum, & rebaptizans Catholicos.

d Bonosiaci à Bonoso quodam Episcopo exorti produntur, qui Christum filium Dei adoptiuum non proprium asserunt.

e Circumcelliones dicti, eò quòd agrestes sunt, quos Cotopitas vocant, supradictæ hæræsis habentes doctrinam. Hi amore martyrij semetipsos perimunt, vt violenter de hac vita discedentes martyres nominentur.

Priscillianistæ à Priscilliano vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum &, Manichæorum permixtum dogma composuit.

f Luciferiani à Lucifero Sardiniæ Episcopo orti, qui Episcopos catholicos, qui Constantij persecutione perfidiæ Arianorum consentientes erant, & postea correcti redire in Catholicam delegerunt, damnantes, C siue quod crediderant, siue quod se credidisse simulauerant, quos Ecclesia Catholica materno recepit sinu, tanquam Petrum post fletum negationis: hanc illi matris charitatem superbè accipientes, eósque recipere nolentes ab Ecclesiæ communione recesserunt, & cum ipso Lucifero auctore suo, qui manè oriebatur, cadere meruerunt.

Iouinianistæ à Iouiniano quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptiarum & virginum esse distantiam, nullúmque inter abstinentes & simpliciter epulantes esse discrimen.

Eluidiani ab Eluidio nominati, qui dicunt post natum Christum, alios Mariam filios de viro Ioseph peperisse.

Paterniani à Paterno quodam exorti, inferiores corporis partes à diabolo factas opinantur.

Arabici nuncupati, eò quòd in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atq. in nouissimo vtrumq. resurgere.

Tertullianistæ dicti à Tertulliano presby-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tero Africanæ prouinciæ, ciuitatis Carthaginensis, animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas hominum peccatorum post mortē in dæmones verti putantes.

Tessarescædecatitæ dicti, quòd xiiij. Luna Paschacum Iudæis obseruandum contendunt: nam τέσσαρες quatttuor, δέκα decem significat.

g Nyctages à somno nuncupati, quòd vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes: iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit.

Pelagiani à Pelagio monacho exorti: hi liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa diuina.

Nestoriani à Nestorio Constantinopolitano Episcopo nuncupati, qui beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodò asseruit genitricem, vt aliam personam carnis, aliam faceret deitatis: neque vnum Christum in verbo Dei & carne credidit, sed separatim atq. seiunctim alterum filium Dei, alterum hominis prædicauit.

Eutychiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano Abbate, qui Christum post humanam assumptionem negauit existere de duabus naturis, sed solam in eo diuinam asseruit esse naturam.

i Acephali dicti, id est, sine capite: nullus enim eorum reperitur auctor à quo exorti sint. Hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona naturam prædicant.

k Theodosiani, & Gaianitæ appellati, à Theodosio & Gaiano, qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria populi perversi electione vno die sunt ordinati Episcopi. Hi errores Eutychetis & Dioscori sequentes, Chalcedonense conciliū respuunt, ex duabus vnam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitæ incorruptam contendunt.

l Agnoitæ, & Tritheitæ à Theodosianis exorti sunt, ex quibus Agnoitæ ab ignorantia dicti, quia peruersitati, à qua exorti sunt, id adijciunt, quòd Christi diuinitas ignoret futura, quæ sunt scripta de die & hora nouissima, non recordantes Christi personam in Isaia loquentis: dies iudicij in corde meo. Tritheitæ verò vocati, quòd sicut tres personas in Trinitate: ita quoque tres adstruūt Deos esse, contra illud quod scriptum est: Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus vnus est.

Sunt & aliæ hæreses sine auctore & sine nominibus: ex quibus aliæ triformem putant Deum esse: m aliæ Christi diuinitatem passibilem dicunt: aliæ Christi de Patre natiuitati initium temporis dant: aliæ n liberationem omnium apud inferos factā Christi descensione credunt: aliæ animam imaginem Dei negant: aliæ animas conuerti in dæmones & in quecunque animalia existimant: aliæ de mundi statu dissentiunt: aliæ innumerabiles mundos opinantur: aliæ aquam Deo coæternam faciunt: aliæ o nudis pedibus ambulant: aliæ cum hominibus non manducant.

Hæ sunt hæreses aduersus Catholicam fidem exortæ, & ab Apostolis & sanctis Patribus, vel Concilijs prædamnatæ: quæ dum in se multis erroribus diuisæ, inuicem sibi dissentiunt, communi tamen nomine aduersus Ecclesiam Dei conspirant. Sed & quicūque aliter scripturam sanctam intelligit, quàm sensus Spiritus sancti flagitat, à quo conscripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.

a Cap. V. Valentiniani--Platonicæ sectatore *Ita C. Neap. rectè. Tertull.* Vbi nunc Marcion Stoicæ studiosus? vbi Valentinus Platonicæ sectator?

b Apellitæ. *Ex eod. Vid. Epiph & Irena.*

c Quidam. *Ex Aug. de hæres. ad Quoduuld. & Gennadij catalogo pler. aq. Vid. 24. q. 3.*

d Nicolaitæ. *Aug.* Qui cum de zelo pulcherrimæ coniugis culparetur, velut purgandi se caussa, permisisse fertur, vt qui vellet ea vteretur, quod eius factum in sectam turpissimam versum est, qua placet vsus indifferens fœminæ.

e Ophitæ. *Ex Tertull. præscript. à quo nonnihil discrepat Isidorus, quod ille serpentem ait fuisse virtutem, qua generi humano scientiam bonor. & malor. contribuit. quare vocem virtutis reijciebat Chacon. Vid. Epiph. Philastr. August.*

f Sed hominem in phantasia apparuisse *At Tertull. ita de Apelle.* Christum neque in phantasmate dicit fuisse, sicut Marcion, neq. in substantia veri corporis, vt euangelium docet. *Et in lib. de carne Christi, & in lib. de resurr. separatim profitetur se disputare aduersus Marcionem, qui veritatem carnis Christo tollebat, vanitatem phantasmatis inducens; & contra Apellem, qui solidum corpus & carnem recipiebat, non tamen natāsed de siderib. & substantijs superiorib. tractam. Itaq negabat hunc locum integrum esse Chacon. cui assentimur.*

g Archontiaci--opera Archangelor. *Archonton legebat Chacon. Nam & Augustinus principis interpretatur.*

h Cainani. *Vid notat. in Grat.*

i Angelici. *Vid. Epiph. August. & Theod. ad Coloss. c. 2. & concil. Laodic. c. 35.*

k Marcio-

k Marcionistæ--à quo duo princip. *Augustinum sequitur. Nā Epiphanius tria principia ab his inducta refert.*

l Tatiani--qui & Encratitæ. *Ita legēd. ex Aug. Epiph. & veterib. lib non Encreatitæ. Nam quamuis Isido. carnium tantū meminerit, cōstat eos vino, carne, & nuptijs abstinuisse.*

m Cathari--viduas si nup. *Verba Aug. in lib. de agon. Chr. c. 31.*

n Hermog--quos Apost. improb. *Ex Tertull. præscrip.*

o Manich--qui vocatus est Manes. *al.* Manis. *apud Aug.* Manin.

p Anthropomorph. *Ex Hier. aduers. errores Iohann. Hierosolymitan.*

q Hierachitæ. *Etiam Hilarius Hieracham auctorem appellat lib. 6. de Trin.*

r Nouatiani à Nouatiano. *Ita legendū ex Hiero. Catalogo, non Nouato, quāuis hic primus auctor sectæ fuerit. Hos cum Catharis (de quib. paullò ante) non est necesse eos fuisse. Sed aliquid commune habuisse.*

s Ebionitæ. *Eusebius lib. 3. hist. c. 27. Ruffino interprete:* Ebionæi solùm esse hominē putant, & per profectū vitæ ac virtutis virum iustum effectum. *Et paullò post.* Vnde competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt. *Horum meminit sæpè Hieronym. & Tertull. in præscript.*

t Hi semiiudæi. *Ita appellat Ebionē ad Gal. 3. Hieronym.*

v Et ita tenent Euang. *Ex eod. in Is. c. 1.*

x Aduersus quos ad Gal. *Ex Tertull præscript, ita pauxissimæ verba trib. ex locis contexta.*

y Photiniani. *Hieron. de vir illust. & Niceph. lib 9. c. 31. mendosè apud Damascenū Smyrnensis pro Syrmien. legitur.*

z Ætiani--dicunt nullū imputari peccatū in fide manentium. *Quorum fatorem reuocauit Lutherus.*

a Origeniani--vsq. ad filium. *Ex Hieronymi apolog. Reliqua ex Aug. xj. de ciu. c. 23.*

b Antidicomaritæ. *Qui & Antidicomarianitæ ab Epiphanio, & Augustino dicuntur.*

c Donatistæ--decepit *Verba Hier. in Catalogo.*

d Circūcelliones. *Hi (vt ait Aug. in ps. 82) Agonistrios se nominabant, quod pro Christo cum dæmonio certarent. Et verè circumcelliones dicti, qui circā cellas vagarētur, nulloq. in loco consistentes sedes quotidie mutarent. In Quet. Gotth. Tarrac. & Rom.* Circiliones. *Eosdē Aug. Mōtenses, Philast. circuitores appellat. Sed cum* cotopitæ, coropitæ, catropitæ, catotopitæ. *(tot n aut plurib. modis hoc nomen in libris vet. legitur)* Catoptæ *A. Aug. probabatur. Illor. enim fuit non tantum se ipsos vario genere mortis interimere; sed alijs quoq. in desertis locis insidiari, vt quos possent in eundē furorem incitarent, sibi vt mortem asserrent. Id ni effecissent, ipsi in illos sæuiebant, necatosq. pro martyribus colebant. Biothanati dicuntur à Philastro.*

e Bonosiaci. *Hi apud Aug. non sunt, & fortasse ab aliquo huc inducti: cuius rei magnū argumentum, quòd ante circūcelliones leguntur, eosq. à Donatistis contra Isidori verba mētēque separant. Nam circumcelliones Donatistas esse, non Bonosiacos manifestum est. Bonosiacos verò Photinianis adnumerat Innoc. I. in ep. ad Laurent. Senen.*

f Luciferiani. *Prima verba Augu. sunt in lib. de hæresib. reliqua ex lib. de Agon. chr. c. 30. Sed voces ille auctore suo quæ August. non sunt, reijci poterant. Fuit autē Lucifer Caralitan. Episco. Caralis verò Sardiniæ vrbs nobilis. Huius extat adhuc liber. Vid. Hier. lib. de vir. illust. & Niceph. lib. 10. c. 17.*

g Nyctages. *Siue Nyctages, vel Nystazontes à dormitando. Vid. lib. de off. c. de noctur. vig.*

h Aceph--Hi trium Chalcedon. capitulor. *cur hæc tria capitula Chalcedonensia appellet, cum sint in quinta Synodo tractata; cur item eorundem capitulorum D. Isidorus aut debeat, aut non debeat defensor videri, vide annot. Segobricen. Antistitis ad c. 4. lib. de Vir. illustrib.*

i Theodosiani & Gaianitæ. *Illi corrupticolæ, hi phantasiastæ dicuntur in Breuiario Liberati, quar. appellationū rationes explicat D. Thom. Quodlib. 4. Vid. notat. in Gratian. & Euagr. & Anastasium Bibliothecarium, quor. dicta sumpta sunt ex Petri Theophanis libro qui in Vatican. asseruatur.*

k Agnoitæ, & Tritheitæ. *Greg. lib. Regist. 8. ep. 35. & 42. & Niceph. lib. 18. c. 49. qui Agnoitarum Themistium sub Valente, Tritheitarum Iohann. Philoponum sub Phoca, nobiles Peripateticos duces extitisse refert.*

l Aliæ Chri diuinitatē. *Quos Græci θεοπασχίτας vocāt.*

m Aliæ liberationē omniū. *Ita omnino legendū ex trib. Codicib. Tolet. Salm. & Rom. & ex Aug. indice præfixo ad lib. de hæresib. & opere ipso. Sic. n. in indic.* liberationē omniū apud inferos factam Chri descensione credentes. *In opere verò.* Alia descendente ad inferos Chro credidisse incredulos, & omnes inde existimat liberatos.

n Aliæ nudis pedib. *Non quod id nefas sit, sed quia ipsi nefas aliter ambulare putent.*

De Philosophis gentium. Cap. VI.

PHilosophi Græca appellatione vocantur, qui Latinè amatores sapientiæ interpretantur. Est enim Philosophus qui diuinarū & humanarū rerum scientiam habet, & omnē benè viuendi tramitē tenet. a Nomē Philosophorū primū à Pythagora fertur exortū. Nā dū anteà Græci veteres sophistas, i. sapiētes aut Doctores sapientiæ semetipsos iactātius nominarent, iste interrogatus, quid profiteretur? verecūdo nomine philosophū, i. amatorē sapientiæ se esse respōdit, quoniā sapientē profiteri arrogantissimū videbatur. Ita deinceps posteris placuit, vt quātalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisq. vel sibi vel alijs videretur excellere, non nisi Philosophus vocaretur. b Ijdem autē Philosophi triplici genere diuidūtur, nā aut Physici sunt, aut Ethici, aut Logici.

Physici dicti, quia de naturis tractant. Natura quippè φύσις Græcè vocatur.

Ethici, quia de moribus disputant. Mos enim ἦθος apud Græcos appellatur.

Logici autē, quia in naturis & moribus rationem adiungunt. Ratio enim Græcè λόγος dicitur, Diuisi sunt autem & hi in hæresibus suis, c habentes quidam nomina ex auctoribus vt Platonici, Epicurei, Pythagorici, alij à locis conuenticulorum, & stationū suarum, vt Peripatetici, Stoici, Academici.

Platonici à Platone Philosopho dicti. Hi animarum creatorē esse Deum, corporum Angelos asserunt, post multos annorū circulos in diuersa corpora redire animas dicunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stoici à loco dicti. Porticus enim fuit Athenis, [d] quam Pisianactiam & Pœcilen stoam appellabant, in qua picta erant gesta sapientium, atque virorum fortium historiæ. In hac porticu sapientes philosophabãtur, ex qua & Stoici dicti sunt. Græcè enim porticus στόα dicitur. Hanc sectam primus Zeno instituit. Hi negant sine virtute effici quemquam beatum. Omne peccatum vniforme esse asserunt, dicentes, sic ille nocens erit, qui paleas furatus fuerit, quàm qui aurum: qui mergũ occiderit, quàm qui equũ: non enim animal crimen, sed animus facit. Hi etiam animam cum corpore perire dicunt. Amant quoq. virtutem continentiæ, affectant gloriam æternam, cùm se fateantur non esse æternos.

Academici appellati à villa Platonis Academia Athenarum, vbi idem Plato docebat. Hi omnia incerta opinantur: sed sicut fatendum est, multa incerta & occulta esse, quæ voluit Deus excedere intelligentiam hominis: sic tamen plurima esse, quæ possint & sensibus capi & ratione cõprehendi. Hanc sectam [e] Arcesilaus Cyrenaicus Philosophus reperit: [f] cuius sectator fuit Democritus, qui dixit tanquam in puteo alto, ita vt fundus nullus sit: ita in occulto iacere veritatem.

Peripatetici à deambulatione dicti, eò quòd Aristoteles auctor eorum deambulans disputare solitus esset. Hi dicunt quandam particulam animæ esse æternam, de reliquo magna ex parte mortalem.

[f] Cynici ab immunditia impudentiæ nũcupati. Contra humanam enim verecundiã in propatulo coire cum coniugibus eis mos erat: censentes licitum honestúmq. esse palàm cum vxore concumbere, quia coniugium iustũ est, publicè id prædicantes agendum, vt canes in vicis vel plateis. Vnde & à canibus, quorum vitam imitabantur, etiam vocabulum noménque traxerunt.

Epicurei dicti ab Epicuro quodam Philosopho amatore vanitatis non sapientiæ, quem etiam ipsi Philosophi porcum nominauerunt: [h] quia se volutans in cœno carnali, voluptatem corporis summum bonum asseruit, qui etiam dixit nulla prouidentia diuina instructum esse, aut regi mundum. Sed originem rerum atomis, i. insecabilibus ac solidis corporibus assignauit, quorũ fortuitis concursionibus vniuersa nascantur & nata sint. Asseruit autem Deum nihil agere, omnia constare corporibus, animam nihil aliud esse quàm corpus. Vnde & dixit: Nonero postea quàm mortuus fuero.

Gymnosophistæ nudi per opacas Indiæ solitudines perhibẽtur philosophari, ad hibẽtes tantùm genitalibus tegmina: [i] gymnasiũ enim eò dictũ est, quòd iuuenes nudi exercentur in campo, vbi pudenda sola tantùm operiunt, hi & à generando se cohibent.

Theologi autem idẽ sunt qui & Physici: dicti autem Theologi, quoniam in scriptis suis de Deo dixerunt: quorum varia constat opinio', quid Deus esset dum quæreremus. Quidam enim corporeo sensu hunc mundum visibilẽ ex quattuor elementis Deum esse dixerunt, vt Dionysius Stoicus. Alij verò spiritualiter intellexerunt mentẽ esse Deũ: vt Thales Milesius. Quidam animum in omnibus commeantem, [k] & lucidum, vt Pythagoras. Quidam Deum sine tempore incommutabilem, vt Plato. Quidam mentem solutam, vt Cicero, Quidam & spiritum & mentem, vt Maro. [l] Inuentum enim solummodò Deum nõ, vt inuenerunt, exposuerunt, quia euanuerunt in cogitationibus suis: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Platonici quidem Deum curatorem & arbitrum & iudicem asserunt. Epicurei otiosum & [m] inexercitatũ. De mundo autem Platonici affirmant incorporalem, Stoici corporalem, Epicurus ex atomis, Pythagoras ex numeris, Heraclitus ex igne. Vnde & Varro ignem mundi animum dicit, proinde quòd in mundo ignis omnia gubernet, sicut animus in nobis. Quàm vanissimè: Qui cùm est, inquit, in nobis, ipsi sumus: cùm exit, emorimur. Ergo & [n] ignis cùm de mundo per fulgura proficiscitur, mundus emoritur. Hi [o] Philosophorũ errores etiam apud Ecclesiam induxerunt hæreses. Inde αἰῶνες & formæ nescio quæ, inde apud Arium Trinitas nominis, & apud Valentinum, [p] Platonicus furor. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate, à Stoicis enim venerat: & vt anima interire dicaretur, Epicurus obseruatur: & vt carnis restitutio negetur, de vna omniũ Philosophorũ schola sumitur: & vbi materia cum Deo, æquatur, Zenonis disciplina est: & vbi quid de igneo Deo legitur, Heraclitus interuenit. Eadem materia apud hæreticos & Philosophos volutatur, ijdem retractatus implicantur.

[a] Cap. VI. Nomen Philosoph. *Ex Aug. 8. de ciui. c. 2. & Cic. Tuscul. 5.*

[b] Ijdem autem phi. tripl. *Aug. ibid.*

[c] Habentes quidem nomina--Academici. *Verba Tertulli. in Apologet.*

[d] quam Pœcilen stoan. *Ita veteres libri Pisianaction impressi. Et quidem vtroq. modo constat eam porticum appellatã. Laert in Zenon.* ἀνακάμπτων ἦ ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ, τῇ νῦν πεισιανακτείῳ καλουμένῃ, ἀπὸ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγνώτου ποικίλη &c. *Nisi* πλησιανακτείῳ *ex Plut. in Cimone mutis, cuius verba sunt.* κἀκ τούτου φασὶν ἐν πλησιανακτείῳ τότε καλουμένῃ, ποικίλῃ ἦ ἦν στοᾷ, &c.

[e] Arcesilaus Cyrenaicus. *Vel quod voluptati deditus, vel quòd cyrenen naugarit, ibiq. Demetrium adulescentem perditè adamarit. Nam constat Prytaneum fuisse Vid. Laert.*

[f] Cuius sectator fuit Democritus. *Non Arcesilai, quem constat Democrito longè posteriorem fuisse, sed sectæ vel opinionis. Ergo* τὸ fuit, *fuerat interpretare.*

[g] Cynici ab immunditia impudentiæ. *Impudenti Anton. Augustinus.*

[h] Quia se volutans. *Aug. in ps. 73. in excusis Venetijs anno 1493.* Et fortè qui dicit cùm mortuus fuero, nihil ero, & litteras didicit, & ab Epicuro didicit, hoc nescio quo deliro Philosopho, vel potius amatore vanitatis, non sapientiæ, quem ipsi etiam Philosophi porcum nominauerunt, quia voluptatem corporis summum bonum dixit. *Horatius*, cùm ridere voles Epicuri de grege porcum.

[i] Gymnasium. *Idem inf. lib. 11. c. 17.*

[k] cõmeantem & lucidum. *Cic. 1. de nat. Deor.* Nam Pythagoras qui censuit Deum animum esse per naturam rerum omnem intentum, & commeantem. *Et Minutius in Octauio.* Pythagoræ Deus est animus per vniuersam naturam rerum commeans & intentus. *Lucidum fortasse appellauit, quia apud Ciceronem non intentum sed nitentem legerat.*

[l] Inuentum n. solummodo. *Tertull. in apologet.* Inuentum enim solummodo Deum, non vt inuenerunt, disputauerunt. *Isid. exposuerunt. Vulg.* glorificauerunt. *δόξα n. & gloria est, & opinio.*

[m] & inexercitatum. *Tertull.* inexercitum.

[n] Ignis cum de mundo. *Id est, cælo vt sup. lib. 3. cap. 63.*

[o] Hi philosophor. errores. *Omnia vsq. ad finẽ. ex Tertull. præscript. ex quo aliqua correximus non repugnantib. libris ms.*

Inde Æones, & formæ nescio quæ, inde apud Arium trinitas nominis. & apud Valentinum.

[p] Platonicus furor. *Non discessimus à veterib. lib. quorũ magnus hoc loco consensus. Chaconita ex Tertull. Inde æon. e. f. n. q. & trinitas hominis apud Valentinum, Platonicus fuerat. Nos verò* nominis *retinuimus. Nam quamuis vtrumq. in Valent. cadat, quia tria hominũ genera induxit:* πνευματικὸν, ψυχικὸν, καὶ σαρκικὸν, *vt est in lib. cõtra Valentinianos; tñ si Arium cum Valentino copulauit Isidorus, Æonem primum trinomium fuisse suspicemur. Ita n. eod. in libro præscript.* sed & cum genealogias indeterminatas nominat, Valentinus agnoscitur, apud quẽ Æon ille nescio qui noui & non vnius nominis generat è sua charitate sensum, & veritatem, &c.

De Poetis. Cap. VII.

POëtæ vnde sint dicti, sic ait Tranquillus: Cùm primùm homines exuta feritate rationem vitæ habere cœpissent, séque ac deos suos nosse, cultũ modicum, ac sermonem necessarium cõmenti sibi vtriusq. magnificentiam ad religionem deorũ simorum excogitauerunt. Igitur vt templa illis domibus pulchriora, & simulacra corporibus ampliora faciebãt: ita eloquio etiã quasi augustiore honorandos putauerunt, laudésque eorum & verbis illustrioribus & iucundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur, quæ põesis dicitur, poëma vocitatum est, eiúsque fictores, poëtæ.

Vates à vi mentis appellatos, Varro auctor est: vel à viendis carminibus, id est, flectendis, hoc est, modulandis: & proinde poëtæ Latinè vates olim: & scripta eorum vaticinia dicebantur, quòd vi quadam, & quasi vesania in scribendo commouerentur, vel quòd modis verba connecterent: Viere enim antiquis pro vincire ponebant. Etiam per furorem diuini eodem erant nomine, quia & ipsi quoque pleraque versibus efferebant.

Lyrici poëtæ dicti ἀπὸ τοῦ λυρεῖν, i. à varietate carminum. Vnde & lyra dicta.

Tragici dicti, quòd initio canẽtibus præmium erat hircus, quem Græci τράγον vocant. Vnde & Horatius: Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Iam dehinc sequentes Tragici multum honorẽ adepti sunt, excellentes in argumentis fabularum ad veritatis imaginem fictis.

Comici appellati siue à loco, quia circum pagos agebant, quos Græci κώμας vocant: siue à comessatione. Solebant enim post cibum homines ad eos audiendos venire. Sed Comici priuatorum hominum prædicant acta: Tragici verò res publicas & regum historias: item Tragicorum argumenta exrebus luctuosis sunt, Comicorum ex rebus lætis.

[a] Duo sunt autem genera Comicorum, i. veteres & noui. Veteres, qui & ioco ridiculares extiterunt, vt Plautus, Actius, Terentius. Noui qui & Satyrici, à quibus generaliter vitia carpuntur, vt Flaccus, Persius, Iuuenalis, & alij: hi enim vniuersorũ delicta corripiunt: nec vetabatur eis pessimum quemque describere, nec cuiuslibet peccata morésque reprehendere. Vnde & nudi pinguntur, eò quòd per eos vitia singula denudentur.

[b] Satyrici autem dicti, siue quòd pleni sint omni facundia, siue à saturitate & copia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De pluribus enim simul rebus loquuntur, A seu ab illa lance, quæ referta diuersis frugum vel pomorum generibus ad templa gentilium soleb at deferri: aut à Satyris nomẽ tractum, qui inulta habent, ea quæ per vinolentiam dicuntur.

c Quidam autem poëtæ Theologi dicti sunt, quoniam de ijs carmina faciebant.

d Officium autem poëtæ in eo est, vt ea quæ verè gesta sunt in alias species obliquis figurationibus cum decore aliquo conuersa transducat. e Vnde & Lucanus ideò in numero poëtarum non ponitur, quia videtur historiam composuisse non poëma. Apud poëtas autem tres characteres sunt dicendi: vnus in quo tantùm poëta loquitur, vt est in B libris Virgilij Georgicorum. Alius dramaticus, in quo nusquam poëta loquitur, vt est in Comœdijs & Tragœdijs. Tertius mixtus, vt est in Æneide. Nam poëta illic & introductæ personæ loquuntur.

a Cap. VII. Duo sunt autem genera Comicor. *Succesisse poetas Satyricos in locum veteris comœdiæ, cuius licentia lege compressa sit, notũ ex Horatio: sed aut hos nouos Comicos, aut Plautum & Terentium veteres dictos, aut Atium, vel Accium Comicum fuisse, quis credat? neq. mihi dubium quin aut hæc aliena, aut valde deprauata sint.*

b Satyrici autem dict. *Vid. quæ sup. lib. 5. de leg. Satyr.*

c Quidam autem poetæ. *Aug. lib. 18. de ciuit. c. 14.*

d Officium autem poetæ. *Verba Lact. lib. 1. c. 11.*

e Vnde & Lucan. *è Seru. Æn. 5. ad V.* Matre dea monst. viam.

C f Apud poetas. *Ex eod. Eclog. 3.*

De Sibyllis. Cap. VIII.

SIbyllæ generaliter dicuntur omnes fœminæ vates lingua Græca. Nam a Σιὸς Æolico sermone Deus, βουλὴν Græci mentem nũcupant, quasi Dei mentem. Proinde igitur, quia diuinam voluntatem hominibus interpretari solebant, Sibyllæ nominatæ sunt. Sicut enim omnis vir prophetans vel vates dicitur, vel Propheta: ita omnis fœmina prophetans Sibylla vocatur: Quod nomẽ ex officio, nõ ex proprietate vocabuli est.

D Decem autem Sibyllæ à doctissimis auctoribus traduntur fuisse. Quarũ prima de Persis fuit. Secũda Lybissa. Tertia Delphica in templo Delphici Apollinis genita, b quæ ante Troiana bella vaticinata est: cuius plurimos versus operi suo Homerus inseruit. Quarta Cimmeria in Italia. Quinta Erythræa nomine c Herophyla in Babylone orta: quæ Græcis Iliũ petẽtibus vaticinata est pe rituram esse Troiam & Homerum mendacia scripturum. Dicta autem Erythræa, quia in eadem insula, eius inuenta sunt carmina. d Sexta Samia, quæ Phemonoe dicta est à Samo insula, vnde fuit cognominata: Septima Cumana nomine Amalthæa, quæ nouẽ libros attulit Tarquinio Prisco, e in quibus erant decreta Romana conscripta. Ipsa est & Cumæa, de qua Virgilius: Vltima Cumæi venit iam carminis ætas. Dicta autem Cumana à ciuitate Cumis, quæ est in Campania, cuius sepulchrum in Sicilia adhuc manet. Octaua Hellespontia in agro Troiano nata, quæ scribitur Solonis & Cyri fuisse tẽporibus. Nona Phygria, quæ vaticinata est Ancyræ. Decima Tyburtina nomine Albunea. Quarum omnium carmina efferuntur, in quibus de Deo, & de Christo, & gentibus multa scripsisse manifestissimè comprobantur, celebrior autem inter cæteras ac nobilior Erythræa perhibetur.

a Cap. VIII. Σιὸς. *Ex Lact. lib. 1. c. 6. & Seru. Æn. 3.*

b Quæ ante Troi. *è Solin. c. 8.*

c Herophila. *Vel Heriphile. Sed magna omnino in Sibyllar. nominib. confusio. Nam Demophilen, Amaltheam, Cumanamq. easd. cum Herophila facit ex Varrone Lactantius. Vid. Suid. & Viu. ad lib. de ciuit.*

d Samia quæ Phemonoe. *Samia à Suida ex Eratosthene Phyto vocatur. Phemonoe vero Delphica fuisse videtur. Pausan. in Phocaic. de Delphico oraculo.* μεγίστη ὴ παρὰ πλείσων εἰς φημένον δόξα ἐγένετο ἡ γυνὴ ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ πρώτη τῶν θεοῦ πρώτη, ἢ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ἦσε? *Et Strab. lib. 9.* πρώτην ὴ φημένην φασὶ γένεσθαι πύθιαν. *Lucanus quoq. Phemonoen Delphis facit Appio responsa dantem.*

e In quib. erant decreta *è Seru. Æn. 6. ad V.* Hic ego namq. tuas sortes. *Sed remedia non decreta apud Seru. Secreta volebat Chacon.*

De Magis. Cap. IX.

MAgorum primus Zoroastes rex Bactrianorum, quem Ninus rex Assyriorum prælio interfecit, de b quo Aristoteles scribit, quòd vicies centum milia versuum ab ipso condita indicijs voluminum eius declarentur. Hanc artem multa post secula D Democritus ampliauit, quando & Hippocrates Medicinæ disciplina efflоruit. Apud Assyrios autem magicæ artes copiosæ sunt, testante Lucano quis noscere fibra Fata queat, quis prodat aues, quis fulgura cæli Seruet, & Assyria scrutetur sidera cura? Itaque hæc vanitas magicarum artium c ex traditione Angelorũ malorum in hoc terrarum orbe plurimis seculis valuit, per quandam scientiam futurorum & inter-

norum euocationes. Eorum inuenta sunt A aruspicia, augurationes, & ipsa quæ dicuntur oracula & necromantia. Nec mirum de magorum præstigijs, quorum in tantũ prodiere maleficiorum artes, vt etiam Moysi simillimis signis resisterent, vertentes virgas in dracones, aquas in sanguinem.

d Fertur & quædam maga famosissima Circe quæ socios Vlysis mutauit in bestias. Legitur & de sacrificio, quod arcades Deo suo Lycæo immolabant, ex quo quicumque sumerent, in bestiarum formas conuertebantur: Hinc apparet, non esse in totum dubiũ, quòd e nobilis ille poëta scripsit de quadam fœmina, quæ magicis artibus excellebat. B Hæc, inquit, se carminibus promittit soluere mentes, Quas velit, ast alijs duras immittere curas, Sistere aquam fluuijs, & vertere sidera retrò, Nocturnósque ciet manes, mugire videbis Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos. Quid plura? Si f credere fas est, de Pythonissa, vt Prophetæ Samuelis animam de inferni abditis euocaret, & viuorum præsentaret conspectibus, si tamẽ animam Prophetæ fuisse credamus, & non aliquam phantasmaticam illusionem Satanæ fallacia factam. g Prudentius quoque de Mercurio sic ait: Traditur extinctas sumptę moderamine virgæ In lucem reuocasse ani C mas. Ast alias damnasse neci. Et post paullulũ adiecit: Murmure nam magico tenues excire figuras, Atque sepulchrales scitè incãtare fauillas. Vita itidem spoliare alios ars noxia nouit.

h Magi sunt, qui vulgò malefici ob facinorum magnitudinem nuncupãtur. Hi & elementa concutiunt, turbant mentes hominum, ac sine vllo veneni haustu violentia tantùm carminis interimunt. Vnde & Lucanus: Mens hausti nulla sanie polluta veneni i Incantata perit. Dæmonibus enim accitis k audent ventilare: vt quisque suos perimat malis artibus inimicos. Hi l etiam sanguine vtuntur & victimis, & sæpè cõtingunt cor- D pora mortuorum.

Necromantij sunt, quorum præcantationibus videntur resuscitati mortui diuinare, & ad interrogata respondere. Νεκρὸς enim Græcè mortuus, μαντία diuinatio nuncupatur, m ad quos sciscitandos, cadaueri sanguis adijcitur: nam amare dæmones sanguinem dicunt: ideóque, quoties necromantia fit, cruor aqua miscetur, vt colore sanguinis facilius prouocentur.

Hydromantij ab aqua dicti, n Est enim hydromantia in aquæ inspectione vmbras dæmonum euocare, & imagines vel ludificationes eorum videre, ibíq. ab eis aliqua audire, vbi adhibito sanguine o etiam inferos perhibentur sciscitari. Quod genus diuinationis à p Persis dicitur allatum. Varro dicit, Diuinationis quattuor esse genera, terram, aquam, aërem, ignem. Hinc geomantiam, hydromãtiam, aëromantiã, pyromantiam.

Diuini dicti, quasi Deo pleni: diuinitate enim se plenos assimulant, & astutia quadã fraudulenta hominibus futura coniectant.

Duo sunt autem genera diuinationis: ars, & furor.

q Incantatores dicti sunt, qui artem verbis peragunt.

Arioli vocati, propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt: ijsque celebritatibus dæmonum responsa accipiunt.

r Aruspices nuncupati, quasi horarum inspectores: (dies enim & horas in agẽdis negotijs operibúsque custodiunt, & quid per singula tempora obseruare debeat homo, intendunt.) Hi etiam exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt.

Augures sunt qui volatus auium & voces C intendunt, aliáque signa rerum vel obseruationes improuisas hominibus occurrentes, ijdem & auspices. s Nam auspicia sunt quæ iter facientes obseruant. Dicta sunt autem auspicia, quasi auiũ aspicia: & auguria, quasi auium garria, hoc est, auiũ voces & linguæ, t Item augurium quasi auigerium quod aues gerunt.

Duo sunt autẽ genera auspiciorum: vnũ ad oculos: alterum ad aures pertinens. Ad oculos scilicet volatus: ad aures, vox auium.

v Pythones à Pythio Apolline dicti, quòd is auctor fuerit diuinandi.

Astrologi dicti, eò quòd in astris augurantur.

D x Genethliaci appellati propter natalium considerationes dierum. Geneses enim hominum per duodecim cæli signa describũt, siderúmque cursu nascentium mores, actus & euentus prædicere conantur, id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ qui nascitur. Hi sunt qui vulgò Mathematici vocantur: cuius superstitionis genus cõstellationes Latini vocant, id est, notationes siderum, quomodo se habeant cùm quisque nascitur. Primùm autem y ijdẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

stellarum interpretes magi nuncupabãtur: sicut de his legitur qui in Euangelio natum Christum annuntiauerunt: postea hoc nomine soli Mathematici.[z] Cuius artis scientia vsque ad Euangelium fuit concessa, vt Christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cælo interpretaretur.

Horoscopi dicti, quòd horas natiuitatis hominum speculantur dissimili & diuerso fato.

Sortilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis per quasdam quas Sanctorum sortes vocant, diuinationis scientiam profitentur, aut quarũcunque scripturarum inspectione futura promittunt.

[a] Salisatores vocati sunt, quia dum eis mẽbrorum quæcunque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significare prædicunt.[b] Ad hæc omnia pertinent & ligaturæ exsecrabilium remediorũ, quæ ars Medicorum condemnat:[c] siue in præcantationibus, siue in characteribus, vel in quibuscunque rebus suspendendis atque ligãdis. In quibus omnibus ars dæmonum est ex quadam pestifera societate hominum, & Angelorum malorum exorta. Vnde cuncta vitanda sunt à Christiano, & omni penitus execratione repudianda atque damnanda.

Auguria autem auium Phryges primi inuenerunt.

Præstigium verò Mercurius primus dicitur inuenisse. Dictum autem præstigium, quòd præstingat aciem oculorum.

Aruspicinæ artem primus Hetruscis tradidisse dicitur [d] quidam Tages. Hic ex [e] oris aruspicinam dictauit, & posteà non apparuit. Nam dicitur fabulosè, arante quodam rustico, subitò hũc ex glebis exiluisse & aruspicinam dictasse, qua die & mortuus est. Quos libros Romani ex Hetrusca lingua in propriam mutauerunt.

[a] Cap. IX. Magor. primus. *August. 1. de ciuit. c. 14.*
[b] De quo Arist. *Ex Plin. lib. 30. c. 1. Sed Plinius Hermippum non Aristotelẽ citare videtur. Lapsus in eo, quod Plinij verba de Aristotele non præcedentibus, (vt debuit) sed subsequentibus attexuit Isidorus.*
[c] ex traditione Angelor. malor. *Ex Lact. lib. 2. c. 16. & Tertull. in Apolog.* eadem officia dependunt, & qui astrologos, & auspices, & augures, & magos de Cæsarum capite consultant, quas artes vt ab Angelis desertoribus proditas, & à Deo interdictas, ne causis quidem suis adhibent Christiani.
[d] Fertur & quæd.— conuerteb. *Ex August. 18. de ciut. c. 17.*
[e] Nobilis ille poëta. *Eiusd.*
[f] si credere fas est. *Problema à nostris Theologis multum vexatum. Vid. Hieron. Is. 7. Cyrill. lib. 6. de Adorat. Aug. ad Simplician. & D. Tho. non vno in loco.*
[g] Prudentius quoq. *Lib. contra Symmach.*
[h] Magi sunt qui vulgò malef. *Verba Hieronymi Daniel 2. ad. August. 21. de ciuit. c. 9. & Lact. lib. 2. c. 17.*
[i] incantata perit. Excantata *apud Lucan. Horatius quoq.* Quæ sidera excantata voce Thessala, Lunáq. cælo deripit.
[k] audent ventilare. *Etiam Quintilianus præstigiatores ventilatores vocat.*
[l] Hi etiam sang.— mortuor. *Ex Hieron Dan. 2.*
[m] ad quos suscitand. *è Seru. Æn. 6. ad y.* Præterea iacet exan.
[n] est n. hydrom. *Ex Aug. 7. de ciuit. c. vlt.*
[o] etiam inferos perhib. scisci. *Ex eod.*
[p] à Persis allatum Varro dicit. Diuinationis, &c. *Secuti sumus Augustimum, non veteres libros, quorũ hæc scriptura:* à Persis fertur allatũ. Varro dicit diuinationis, &c. *Illud enim ex Augustino constat: hoc de Varrone nõ audemus affirmare. Forma autem per infinita verba loquendi frequens Isidoro, vt anteà annotauimus.*
[q] Incantatores. *Ex Hiero. Dan. 2.*
[r] Aruspices. *Donat. in Phorm.* Aruspices harugarum inspectores, i. hostiar. *ergò verba illa,* Dies enim & horas— intendunt, *è margine adscita credimus. Cum Isidorus scripsisset.* Aruspices harugarum *(vel haruigarũ ex Festo)* inspectores. Hi exta inspic. &c.
[s] Nam auspicia sunt quæ iter facientes observ. *Horat.* Cui si vitiosa libido fecerit auspicium, cras ferramenta Theanum Tolletis fabri. *Sed exemplor. plena sunt omnia.*
[t] Augurium q. auigerium. *Seru. Æn. 5.*
[v] Pythones. *Al. Pythomisse.*
[x] Genethliaci. *Augu. 2. de Doctr. Christ. c. 21. & Hieron. Dan. 2.*
[y] ijdem stellar. interp. *Ex Tertull. de idololat.*
[z] Cuius artis scient. *Ex eod.*
[a] Salisatores. *Al. Salitores. Gloss.* Salisatio παλμῶν. extat libellus Melampodis Ægyptij περὶ παλμῶν. *Vid. Iustin. Martyr. in respons. ad orthodox. interrog. 19. Male Cælius, & Viues Saliatores vocant.*
[b] Ad hæc omnia pertinent. *Ex August. 2. de doctr. Christ. c. 20.*
[c] siue in præcant. siue in char. *Vid. D. Thom. 3. contr. gent. c. 105.*
[d] Quidam Tages. *Ex Cic. 2. de diuin. Columel.* Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.
[e] ex oris. *f. exarans, vel ex aruis.*

De Paganis. Cap. X.

PAgani [a] ex pagis Athenien sium dicti vbi exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus & pagis gentiles lucos idoláque statuerunt, & à tali initio vocabulũ Pagani sortiti sunt.

Gentiles sunt, qui sine lege sunt, & nondũ crediderunt. Dicti autem gentiles, quia ita sunt vt fuerunt geniti, id est, sicut in carne descenderunt sub peccato, scilicet idolis seruientes, & necdum regenerati. Proinde gẽtiles primitus nuncupantur: ipsi dicuntur Græcè Ethnici: Ethnici enim ex Græco in Latinũ interpretãtur gẽtiles, ἔθνος enim Græcè, gens dicitur. Post fidem autẽ non debẽt vocari gentes, siue gentiles, hi qui ex gentibus credunt: sicut post fidem dici iam non potest Iudæus, testante Paulo Apostolo, & dicente iam Christianis: Quoniam cùm gẽtes essetis, hoc est, infideles.

Apostatæ dicuntur, qui post baptismum Christi susceptum ad idolorum cultum & sacrificiorum contaminationes reuertũtur. Est autem nomen Græcum.

[a] Cap. X. Pagani dicti. *Athenas in pagos diuisas ostendunt pagor ipsor. nomina Areopagus, Cronopagus, & alia. Sed melius Festus.* Pagani dicti à pagis, pagi dicti à fontib, quòd eadem aqua vterentur. nam παγαὶ lingua Dorica fontes.

De dijs gentium. Cap. XI.

QVos pagani deos asserũt, homines olim fuisse produntur, & pro vniuscuiúsque vita vel meritis coli apud suos post mortẽ cœperunt: vt [a] apud Ægyptum Isis, apud Cretam Iouis, [b] apud Mauros Iuba, apud Latinos Faunus, apud Romanos Quirinus. Eodem quoque modo apud Athenas Minerua, apud Samum Iuno, apud Paphos Venus, apud Lemnos Vulcanus, apud Naxos Liber, apud Delphos Apollo: in quorum etiam laudibus accesserunt poëtæ, & compositis carminibus in cælum eos subsustulerunt. Nam quarundam adinuentiones artium cultum peperisse dicuntur, vt Æsculapio medicina, Vulcano fabrica. [c] Ab actibus autem vocantur, vt Mercurius, quòd mercibus præest: Liber à libertate. Fuerunt etiam & quidam viri fortes aut vrbiũ conditores, quibus mortuis homines, qui eos dilexerunt, [d] simulacra finxerunt: vt haberent aliquod exemplum contemplatione solatium, sed paulatim hunc errorem persuadentibus dæmonibus, ita in posteris constat irrepsisse, vt quos illi pro sola nominis memoria honorauerũt successores deos existimarent atq. colerent.

Simulacrorum vsus exortus est, cùm ex desiderio mortuorum constituerentur imagines vel effigies, tanquam in cælum receptis, pro quibus se in terris dæmones colendos supposuerunt, & sibi sacrificari à deceptis & perditis persuaserunt. Simulacra autẽ à similitudine nuncupata, eò quòd manu artificis ex lapide aliáve materia eorum vultus imitantur, in quorum honorem fingũtur. Ergò simulacra, vel pro eo quòd sunt similia, vel pro eo quòd simulata atque conficta, vnde & falsa sunt. Et notandum quòd [e] Latinus sermo sit in Hebræis. Apud eos enim idolum siue simulacrum Selem dicitur. Iudæi dicunt quòd Ismaël primus simulacrum luto fecerit. Gentiles autem primũ [f] Prometheum simulacra hominum de luto finxisse perhibent: ab eóque natam esse artem simulacra & statuas fingendi. Vnde & poëtæ ab eo homines primùm factos esse confingunt figuratè propter effigies. Apud Græcos autem [g] Cecrops sub quo primùm in arce oliua orta est, & Athenien sium vrbs [h] ex Mineruæ appellatione nomen sortita est. Hic primus omniũ Iouẽ appellauit, simulacra reperit, aras statuit, victimas immolauit, nequaquam istius modi rebus in Græcia vnquam visis.

Idolatria idolorum seruitus siue cultura interpretatur. Nam λατρεία Græcè, Latinè seruitus dicitur, [i] quæ quantum ad veram religionem attinet, non nisi vni & soli Deo debetur. Hanc sicut impia superbia siue hominum, siue dæmonum sibi exhiberi vel iubet vel cupit: ita pia humilitas vel hominũ vel Angelorum sanctorum sibi oblatam recusat, & cui debetur ostendit. Idolum autẽ est simulacrum quod humana effigie factũ & consecratum est, iuxta vocabuli interpretationem. εἶδος enim Græcè formam sonat, & ab eo per diminutionem idolum deductum, æquè apud nos formulam facit. Igitur omnis forma vel formula idolũ se dici exposcit. Inde idolatria omnis circa idolum famulatus & seruitus, Quidam verò Latini ignorantes Græcè imperitè dicunt, idolum ex dolo sumpsisse nomen, quod diabolus creaturæ cultum diuini nominis inuexit.

[l] Dæmonas à Græcis dictos aiunt, quasi δαήμονας, id est, peritos ac rerum scios. Præsciunt enim futura multa, vnde & solẽt responsa aliqua dare. [m] Inest enim illis cognitio rerum plusquam infirmitati humanæ, partim subtilioris sensus acumine, partim experiẽtia longissimæ vitæ, partim per Dei iussum angelica reuelatione, hi corporum aëreorum natura vigent. [n] Ante transgressionem quidem cœlestia corpora gerebant. Lapsi verò, in aëream qualitatem conuersi sunt, nec aëris illius puriora spatia, sed ista caliginosa tenere permissi sunt, qui eis quasi carcer

carcer est vsque ad tempus iudicij. Hi sunt A prævaricatores Angeli, quorum princeps diabolus est.

o Diabolus Hæbraicè dicitur deorsum fluens, quia quietus in cæli culmine stare contempsit: sed superbiæ pondere deorsum corruens cecidit. Græcè verò diabolus criminator vocatur, vel quod crimina in quæ ipse inlicit ad Deū referat: vel quia electorum innocentiam criminibus fictis accusat: vnde & in Apocalypsi voce Angelica dicitur: Proiectus est accusator fratrum nostrorū, qui accusabat illos in conspectu Dei nostri die ac nocte. Satanas in Latinum sonat aduersarius siue transgressor: ipse enim est aduersarius, qui est veritatis inimicus: & B semper Sanctorum virtutibus contraire nititur: ipse & transgressor, quia prævaricator effectus in veritate qua conditus est, non stetit: idem & tentator, quia tentandam iustorum innocentiam postulat: sicut in Iob scribitur.

Antichristus appellatur, quia cōtra Christum venturus est. Non quomodo quidam simplices intelligunt, Antichristum ideò dictum, quod ante Christum venturus sit, id est, post eum veniat Christus: non sic, sed Antichristus Græcè dicitur, quod est Latinè contrarius Christo: ἀντὶ enim Græcè in C Latinum contra significat. Christum enim se mentietur dum venerit, & contra eū dimicabit, & aduersabitur sacramentis Christi, vt veritatis eius Euangelium soluat. Nā & templū Hierosolymis reparare, & omnes veteris legis cerimonias restaurare tentabit: p sed & ille Antichristus est qui negat esse Deum Christum, cōtrarius enim Christo est: omnes enim qui exeunt de Ecclesia & ab vnitate fidei præciduntur, & ipsi Antichristi sunt.

Bel, idolum Babylonium est, quod interpretatur vetus: fuit enim hic Belus pater Nini primus Rex Assyriorū, quem quidam Saturnum appellant, q quod nomē & apud Assyrios & apud Afros posteà cultum est, D r vnde & lingua Punica Bal Deus dicitur. Apud Assyrios autem Bel vocatur quadam sacrorum suorum ratione & Saturnus, & sol.

Beelphegor interpretatur simulacrum ignominiæ: idolum f enim fuit Moab cognomento Baal super mōtem Phegor, quē Latini Priapum vocant, Deum hortorum. Fuit enim de Lāpsaco ciuitate Hellespōti, de qua pulsus est, & propter virilis membri magnitudinem in numerum deorum suorum eum Græci transtulerunt, & in numen sacrauerunt hortorum, vnde & dicitur præesse hortis propter eorum fœcunditatem.

s Beelzebub idolum fuit Accaron, quod interpretatur vir muscarum: Zebub enim musca vocatur. Spurcissimum igitur idolū, ideò vir muscarum vocatur, propter sordes idololatriæ, siue propter immunditiam.

Belial - - -

t Behemoth ex Hebrea voce in Latinam linguam animal sonat, propter quod de excelsis ad terrena cecidit, & pro merito suo vt animal brutū effectus sit. Ipse est & Leuiathā, i. serpens de aquis, quia in huius seculi mari, volubili versatur astutia. u Leuiathan autem interpretatur additamentum eorum, quorum scilicet, nisi hominum: quibus in paradiso semel culpam prævaricationis intulit: & hanc vsque ad æternā mortem quotidie persuadendo adijcit vel extendit.

y Quædam autem nomina deorum suorū gentiles per vanas fabulas ad rationes physicas conantur traducere, eáque in causis elementorum composita esse interpretantur, sed hoc à Poëtis totū fictum est, vt deos suos ornarent aliquibus figuris, quos per dictos ac decoris infamia plenos fuisse historiæ confitentur: omnino enim fingendi locus vacat, vbi veritas cessat.

Saturnus origo deorum & totius posteritatis à paganis designatur. z hunc Latini à satu appellatum ferunt, quasi ad ipsum fatio omnium pertineat rerum, vel à temporis longitudine, quòd saturetur annis. a Vnde eum Græci κρόνον nomen habere dicunt, quasi χρόνον, i. tempus, quod filios suos fertur deuorasse, hoc est, annos, quos tempus produxerit in se reuoluit, b vel eo quòd semina, vnde oriuntur, iterū redeunt. Hūc Cæli patris abscidisse genitalia dicunt, quia nihil in cælo de seminibus nascitur. Falcē tenet, inquiunt, propter agriculturam significādam, vel propter annos & tempora quòd in se redeant, vel propter sapientiam quòd intus acuta sit. In aliquibus autem ciuitatibus Saturno liberos suos gentiles immolabant, quod Saturnū poëtæ liberos suos deuorasse solitum tradiderunt.

Iouis fertur à iuuando dictus, & Iupiter quasi iuuans pater, hoc est, omnibus præstans.

Hunc & priuato titulo Iouem optimū A excitat lites, id est, quasi cornua dat. Idē autem & Lyæus ἀπὸ τοῦ λύειν, quòd multo vino membra soluantur. Iste & Græcè Διόνυσος à o monte Indiæ Niso, vbi dicitur esse nutritus. Cęterùm est Nysa ciuitas in qua colitur idem Liber, vnde & Nysæus dictus est.

Mercurium sermonem interpretantur. p Nam ideò Mercurius quasi medius currens dicitur appellatus, quòd sermo currat inter homines medius. Ideò & ἑρμῆς Græcè, quòd sermo vel interpretatio, quæ ad sermonem vtique pertinet ἑρμηνεία dicitur. Ideò & mercibus præesse, quia inter vendētes & ementes sermo fit medius. Qui ideò fingitur habere pennas quia citius verba discurrunt. q Vnde & velox & errans inducitur: alas enim eius in capite & in pedibus, significare volucrem fieri per aëra sermonem. Nuntium dictum, quoniā per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Ideò autem hunc furti magistrum dicunt, quia sermo animos audientium fallit. Virgam tenet qua serpentes diuidit, id est, venena. Nā bellantes ac dissidentes interpretum oratione sedantur: vnde & secundum Liuium legati pacis caduceatores dicuntur. Sicut enim per fœciales bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat.

Hermes autem Græcè dicitur ἀπὸ τῆς C ἑρμηνείας Latinè interpres, qui ob virtutem multarúmque artium scientiam r Trismegistus, id est, ter maximus nominatus est. Cur autem eum capite canino fingūt, hæc ratio dicitur, quòd inter omnia animalia canis sagacissimū genus & perspicax habeat.

Martem deum belli esse dicunt, & Martem appellatum: quia per viros pugnatur, s vt sit Mars, maris ars: licet & tria sint genera consuetudinum: sicut Scytharū, vbi & fœminæ & viri in pugnam eunt: Amazonum, vbi solæ fœminæ: Romanorum aliarúmque gentiū, vbi soli mares. Item t Martem dicunt quasi effectorem mortium. Nā à Marte mors nuncupatur. v Hunc & adulterū dicunt, quia belligerantibus incertus est. Quòd verò nudo pectore stat, vt bellose quisque sine formidine cordis obijciat. x Mars autē apud Thracas Gradiuus dicitur, eò quòd in bello gradum inferant qui pugnant, aut quod impigrè gradiantur.

y Apollinem quamuis diuinatorem & medicum vellent, ipsum tamen etiam solem dixerunt, quasi solum: ipsum Titan, quasi vnum ex Titanis, z qui aduersum Iouem

non

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

non fecit. Ipsum Phœbũ quasi Ephœbum, hoc est, adolescentem: vnde & sol puer pingitur, eò quòd quotidie oriatur, & noua luce nascatur. Pythium quoque eundẽ Apollinem vocari aiunt: à Pythone immẽsæ molis serpente: cuius non magis venena, quàm magnitudo terrebat. Hunc Apollo sagittarum ictibus sternens, nominis quoque spolia reportauit, vt Pythius vocaretur: vnde & ob insigne victoriæ Pythia sacra celebrãda constituit.

[a] Dianam quoque germanam eius similiter lunam, & viarum præsidem aiunt. Vnde & virginem volunt, quòd via nihil pariat. Et ideò ambo sagittas habere finguntur, quod ipsa duo sidera de cælo radios vsque ad terras emittãt: Dianam autem vocatam quasi Duanam [f] quod luna die ac nocte appareat. Ipsam & Lucinã asseuerant, eò quòd luceat. Eandem & Triuiam, quòd tribus fingatur figuris. De qua Virgilius:- Tria virginis ora Dianæ. [b] quia eadẽ luna, eadẽ Diana, eadem Proserpina vocatur. Sed cùm luna fingitur:- [c] Sublustri splendet amictu. Cùm succincta iacit calamos, Latonia virgo est: Cùm subnixa sedet solio, Plutonia coniunx. Latonia autem Diana eò quòd Latoniæ fuerit filia.

[d] Cererem, id est, terram à creandis frugibus asserunt dictam: appellantes eam nominibus plurimis. Dicunt etiam eam & Opẽ, quòd opere melior fiat terra.

Proserpinam, quòd ex eo proserpant fruges.

[e] Vestam, quòd herbis vel varijs vestita sit rebus, vel à vi sua stando: Eandem & Tellurem, & Matrem magnam fingunt: turritam cum tympano, & Gallis, & strepitu cymbalorum. Matrem vocatam, quòd plurima pariat, magnam, quod cibum gignat: almam, quia vniuersa animalia fructibus suis alit. Est enim alimentorũ nutrix terra. [f] Quod simulacrum eius cum claui fingitur: quia tellus hyeme clauditur, vere aperitur, vt fruges nascãtur. [g] Quod tympanum habet, significari volunt orbem terræ. [h] Quod curru vehi dicitur, quia ipsa est terra, quæ pendet in aëre. Quòd sustinetur rotis: quia mũdus rotatur & volubilis est. Quòd leones illi subijciunt mansuetos: vt ostendant, nullũ genus esse terræ tam ferũ, quod non subigi possit aut superari ab ea. Quòd in capite turritam gestat coronam, ostendit superpositas terræ ciuitates, quas insignitas turribus constat. Quòd sedes finguntur circa eã: quia cùm omnia moueantur, ipsam non moueri. Quòd Corybantes eius ministri cũ strictis gladijs esse finguntur: vt significetur omnes pro terra sua debere pugnare. Quod Gallos, huic Deæ vt seruirent, fecerunt: significant, qui semine indigeant, terram sequi oportere. In eo quippè omnia reperiri. Quòd se apud eam iactant, præcipitur, inquiunt, vt qui terram colunt, ne sedeant, semper enim esse quod agant. Cymbalorum autem æreorum sonitus, ferramẽtorum crepitus in colendis agris: [i] & ideò ære, quod terrã antiqui colebant ære, priusquàm ferrum esset inuentum. [k] Eandẽ Vestam & ignem essẽ perhibent: quia terram ignem habere nõ dubium est: [l] vt ex Ætna, Vulcanóque datur intelligi. Et [m] ideò virginem putant, quia ignis inuiolabile sit elementum, nihílque nasci possit ex eo: quippè qui omnia, quæ arripuerit, absumat. Ouidius in Fastis, Nec tu aliud Vestam quàm viuam intellige flammam, Natáque de flamma corpora nulla vides: propterea & virgines ei seruire dicuntur, eò quòd sicut de virgine, ita nihil ex igne nascatur.

Iunonem dicunt quasi ianonem, id est, ianuam [n] pro purgationibus fœminarũ, & quod quasi portas matrum natis, & naturas pandat nubentium maritis. Sed hoc philosophi. Poëtæ autẽ Iunonẽ Iouis asserunt sororem & cõiugem: [o] ignem enim & aërem Iouem, aquam & terram Iunonẽ interpretantur: quorum duorum permixtione vniuersa gignuntur. Et sororem dicunt, quod mundi pars est. Coniugẽ quod commixta concordat. vnde & Virg. Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther Coniugis in gremium lætæ descendit--.

[p] Minerua apud Græcos ἀθήνη dicitur, id est, fœmina. Apud Latinos autem Minerua vocatam quasi deam, & munus artium variarum. Hanc enim [q] inuẽtricem multorum ingeniorum perhibent, & inde eam artem & rationem interpretãtur, quia sine ratione nihil potest cõtineri. Quæ ratio, quia ex solo animo nascitur, animúmque putant esse in capite, & cerebro, ideò eam dicunt de capite Iouis esse natam, quia sensus sapientis qui inuenit omnia in capite est. [r] In cuius pectore ideò caput Gorgonis fingitur, quòd illic est omnis prudentia quæ cõfundit alios, & imperitos ac saxeos comprobat, quod & in antiquis imperatorũ statuis cernimus

cernimus in medio pectore loricæ, propter insinuandam sapientiam & virtutem. [s] hæc Minerua & Tritonia dicitur. Triton enim Africæ palus est, circa quam ferrur virginali apparuisse ætate: propter quod Tritonia nuncupata est. Vnde & tanto procliuius dea credita, quãto minus origo eius innotuit. Pallas autem dicta vel ab insula Pallene in Thracia, in qua nutrita est: [t] vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, id est, ab hastæ concussione, vel quòd Pallantem gigantẽ occiderit.

[v] Venerem exinde dicunt nuncupatam, quod sine vi fœmina virgo esse non desinat. Hanc Græci ἀφροδίτην vocant, propter spumam sanguinis generantem. ἀφρὸς enim Græcè spuma vocatur. Quod autem fingũt Saturnum Cælo patri genitalia abscidisse, & sanguinẽ fluxisse in mare, & quod ex spuma maris cõcreta, Venus nata est: illud aiũt quod per coitum salsi humoris substantia est: & inde [x] ἀφροδίτην Venerem dici, quia coitus spuma est sanguinis, quæ ex succo viscerum liquido salsóque constat. Ideò [y] autem Venerem Vulcani dicunt vxorẽ, quia Venereum officium non nisi calore constitit: vnde est, Frigidus in Venerem senior. [z] Nam quod Saturnus dicitur patri Cælo virilia amputasse, quæ in mare cadentia Venerem creauerunt: ideò fingitur, quia nisi humor de cælo in terram descenderit, nihil creatur.

[a] Cupidinem vocatum ferunt propter amorẽ. Est enim dæmon fornicationis. Qui ideò alatus pingitur: quia nihil amantibus leuius, nihil mutabilius inuenitur. Puer pingitur, quia stultus est & irrationabilis amor. [b] Sagittam, & facẽ tenere fingitur: sagittam, quia amor cor vulnerat: facẽ, quia inflãmat.

[c] Pan dicunt Græci, Latini Syluanum: deũ rusticorum, quem in naturę similitudinem formauerunt: vnde & Pan dictus est, id est, omne. Fingunt enim cum ex vniuersali elementorum specie. Habet enim cornua in similitudinem radiorum solis & lunæ. Distinctam maculis habet pellem, propter cæli sidera. Rubet eius facies, ad similitudinem ætheris. Fistulam septem calamorũ gestat, propter harmoniã cæli in qua septem sunt soni & septem discrimina vocum. [d] Villosus est, quia tellus est conuestita & agitata ventis. Pars eius inferior fœda est, propter arbores & feras & pecudes. Caprinas vngulas habet, vt soliditatem terræ ostendat, quẽ volunt rerum & totius naturæ deum: vnde Pan quasi omnia dicunt.

[e] Isis lingua Aegyptiorum terra appellatur: quam Isin volunt esse. Fuit autem Isis regina Aegyptiorum Inachi regis filia, quæ de Græcia veniens Aegyptios litteras docuit, & terras colere instituit, propter quod & terram eius nomine appellauerunt.

[f] Serapis omnium maximus Aegyptiorũ Deus. Ipse est Apis rex Argiuorum, qui nauibus transuectus in Aegyptum, cùmibidẽ mortuus fuisset: Serapis appellatus est: propterea, quia arca in qua mortuus ponitur, quam Sarcophagum vocant, σορὸς dicitur Græcè, & ibi eum venerari sepultum cœperunt, priusquàm templum eius esset instructum, velut σορὸς Apis: Sorapis primò, deinde & littera commutata Serapis dictus est.

Apis fuit apud Aegyptios taurus Serapi consecratus, & ab eo ita cognominatus, quẽ Aegyptus instar numinis colebat, eò quòd de futuris daret quædam manifesta signa: apparebat enim in Memphi. [g] Quem centum antistites prosequebantur, & repentè velut lymphatici [h] præcinebant: huius capitis imaginem sibi in eremo Iudæi fecerunt.

Fauni à fando velut [i] ἀπὸ τῆς φωνῆς dicti, quòd voce non signis ostendere viderentur futura: in lucis enim consulebantur à paganis, & responsa illis nõ signis, sed vocibus dabant.

[k] Genium autem dicunt, quod quasi vim habeat omnium rerum gignendarum, seu à gignendis liberis: vnde & geniales lecti dicebantur à gentibus, qui nouo marito sternebantur.

Hæc & alia sunt gentiliũ fabulosa figmẽta, quæ interpretata sic habent, vt ea nõ intellecta damnabiliter tamen adorentur.

Fatum autem dicunt esse quicquid dijfantur, quicquid Iupiter fatur: [l] à fando igitur fatum dicunt, i. à loquendo. [m] Quòd nisi hoc nomen iã in alia re soleret intelligi, quo corda hominũ nolumus inclinare, rationabiliter possemus à fando fatum appellare. Non enim abnuere possumus esse scriptum in litteris sanctis: Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, &c. Quod enim dictũ est, semel locutus est, intelligitur immobiliter, hoc est, incommutabiliter est locutus, sicut nouit incommutabiliter omnia quæ futura sunt, & quæ ipse facturus est.

[n] Tria autem fata fingunt in colo & fuso digitísque fila ex lana torquẽtibus, propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

tria tempora:præteritum,quod in fuſo iam netum atque inuolutum eſt: præſens,quod inter digitos º neentis traijcitur: futurum, in lana quæ colo implicata eſt, & quod adhuc per digitos neentis ad fuſum tanquam præſens ad præteritum traijciendum eſt.

P Parcas dicunt κατ' ἀντίφρασιν appellatas, quod minimè parcãt. Quas tres eſſe voluerunt,vnã,quæ vitam hominis ordiatur:alteram,quæ contexat:tertiã quæ rumpat. Incipimus enim cùm naſcimur: ſumus, cùm viuimus:deſinimus,cùm interimus.

Fortunam à fortuitis nomen habere dicunt,q quaſi deam quandam res humanas varijs caſibus & fortuitis illudentem. r vnde & cæcam appellant, eò quòd paſsim in quolibet incurrens ſine vllo examine meritorum,& ad bonos & ad malos venit. Fatũ autem à Fortuna ſeparant, & Fortunã, quaſi ſit in his quæ fortuitu veniunt, nulla palàm cauſſa: Fatum verò appoſitum ſingulis & ſtatutum aiunt.

Aiunt & tres Furias fœminas crinitas ſerpentibus,propter tres affectus, qui in animis hominum multas perturbationes gignunt,& interdum cogunt ita delinquere, vt nec famæ nec periculi ſui reſpectum habere permittant. Ira quæ vindictam cupit: cupiditas quæ deſiderat opes: libido quæ appetit voluptates. Quæ ideò Furię appellantur, quòd ſtimulis ſuis mentem feriant, & quietam eſſe non ſinant.

Nymphas deas aquarum putant dictas à nubibus:nam ex nubibus aquæ, vnde deriuatum eſt:nymphas aquarũ deas, quaſi numina lympharum. s Ipſas autem dicunt & Muſas,quas & nymphas, nec immeritò: nã aquæ motus muſicen efficit. Nympharum apud gentiles varia ſunt vocabula. t Nymphas quippe montium Oreades dicunt: ſyluarum Dryades: v camporũ Hamadryades: fontium Naiades:maris Nereides.

x Heroas dicunt à Iunone traxiſſe nomen, Græcè enim Iuno ἥρη appellatur. & ideò neſcio quis filius eius ſecundùm Græcorum fabulam ἥρως fuit nuncupatus, hoc videlicet velut myſticum ſignificante fabula, quòd aër Iunoni deputetur, vbi volũt Heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorũ, quaſi ἀηρῶας, id eſt, viros aërios & cælo dignos propter ſapientiam & fortitudinem.

y Penates gentiles dicebant omnes deos, quos domi colebãt. z Et penates dicti, quòd eſsẽt in penetralibus, i. in ſecretis. Hi dij qui vocabãtur, vel quæ nomina habuerint ignoratur.

a Manes dicunt deos mortuorum, quorũ poteſtatem inter lunam & terram aſſerũt: à quibus & manè dictum exiſtimant, quos putãt ab aëre, qui manus, i. rarus eſt, Manes dictos: ſiue quia latè manant per auras: ſiue quia mites ſunt immanibus, contrario nomine hoc appellãtur. b Apuleius autem ait eos κατ' ἀντίφρασιν dici Manes (hoc eſt, mites ac modeſtos, cùm ſint terribiles & immanes) vt Parcas,& Eumenides.

Laruas ex hominibus factos dæmones aiunt qui meriti mali fuerint. c Quarũ natura eſſe dicitur terrere paruulos & in angulis garrire tenebroſis.

Lamias quas fabulæ tradũt infantes corripere ac laniare ſolitas,à laniando ſpecialiter dictas.

d Piloſi qui Græcè Panitæ, Latinè Incubi appellantur: ſiue e Inui ab ineundo paſsim cum animalibus: vnde & Incubi dicuntur ab incumbendo,hoc eſt ſtuprando. f Sæpè enim improbi exiſtunt etiam mulieribus, & earum peragunt concubitum, quos dæmones Galli Duſios nuncupant, quia aſsiduè hanc peragunt immunditiam. Quem autem vulgò Incubonem vocant, g hunc Romani Faunũ Ficarium dicunt: ad quem Horatius dicit, Faune Nympharum fugientum amator, Per meos fines & aprica rura, Lenis incedas.

q Cap. XI. Apud Ægypt. Iſ. *Ex Lact. 1. c. 15.*
b Apud Mauros Iuba. *Qui in captiuitate ex Barbaro doctiſsimus factus ſcripſit hiſtoriã. Minutius Fel. in Octau. Appian. & Plutarch.*
c Ab actibus. *è Seru. Æn. 4. ad v.* Sacra Ioui Stig.
d Simulacra finx. *Ex Lact.*
e Latinus ſermo ſit in Heb. *Eſt* צֶלֶם *zelem imago vel ſimulacrum.*
f Prometheus ſimul. *Ex Lact. lib. 2. c. 10.*
g Cecrops ſub quo. *Integer locus ex Euſeb. Chron.*
h Ex Mineruæ appell. *Nam Minerua* Ἀθήνη.
i Quæ quantum ad relig. *Alioquin in* λατρεία *&* λατρεύειν *latior ſeruiendi ſignificatio.*
k idos enim Græc. *Ex Tertull. de idol.*
l Dæmones *Ex Lact. 2. c. 14. & Seru. AEn. 3.*
m Ineſt enim illis cognit. *ex Auguſt. 2. de Gen ad lit. cap. 17.*
n antè tranſg. *Ex eod. lib. 3. c. 10.*
o Diabol. Hebrai. *κατὰ ῥῆμα. Ex Hieronym. ad Epheſ. 6.*
p Sed & ille Antichriſt. *Ex Tertull. præſcript.*
q Quod nomen apud Aſſyr. *è Seru. AEn. 1. ad v.* qua Belus & omnes à Belo. ſ.

r Vnde

t Vnde & ling. Pun. *Ex Hieronym. in Ezech. 23.* Idolum Baal, ſiue Bel, & vt apertius dicam Belis, Aſſyriorum religio eſt conſecrata à Nino Belis filio in honorem patris, quem cum Saturno eundem facit. Iſ. 46.
f Idolum fuit Moabitar. *Ex eod. lib. de locis Hebr. in voce Fogor. & Oſ. c. 9. & Seru. Georg. 4. ad V.* Helleſpõtiaci ſeru. tut. P.
t Beelzebub. *Hieron. Eccleſ. 10. & Matth. 10. Idem Græcis* ἀπόμυιος, *i. muſcarum de pulſor. quod muſcas ab Olympo abegerit trans Alpheum: ſiue is Iuppiter, vt Pauſanias velle videtur, ſiue Hercules fuerit.*
v Behemoth. *Verba Greg. 32. Mor. c. 10.*
x Leuiath. *Ex Greg. 33 c. 13.*
y Quæd. autem nomina Deor. *Cic. de natura deor.*
z Hunc Latini à Satur. *Ex Aug. 7. de ciuit. c. 19.*
a Vnde & cum Græc. *è Seru. Æn. 3.*
b vel eo quod ſemen. *Ex Aug. 7. de ciuit. c. 19.*
c modo Danaes per im. *Ex eod. 18. c. 13.*
d Ianum dicunt. *Ex 7. de ciuit. c. 8.*
e Neptun. *è c. 16.*
f & dict. Vulc. *è Seru. Æn. 8. ad V.* Haud ſecus igni potens.
g Vnde etiam Homer. *Λ. α, & ibi Euſtath.*
h Idcircò autem. *Ex eod. Seruij loco.*
i ſed quaſi claudus. *Aug. 20. contra Fauſt.*
k Pluton Latinè Dieſpiter. *è Lact. 1. c. 14.*
l ſiue Ditis pater. *Ditis recto caſu etiam alij vſi: Petron.* Has inter ſedes Ditis pater extulit ora.
m Quem alij Orcum quaſi receptorem mort. *Auguſt. 7. de ciuit. c. 3.* Quid de veritate? Quid de felicitate? quas cùm deas haberent, nullum eis locum inter ſelectos deos dare voluerunt, vbi dederũt Marti, & Orco, vni effectori mortium, alteri receptori.
n Liberum à liberamento. *Ibid. c. 2.*
o à monte Indiæ Nyſ. *è Seru. Æn. 6. ad V.* Liber agẽs celſo Nyſæ d. v. t.
p Nam ideò Mercurius. *Ex eod. lib. Aug. c. 14.*
q Vnde & velox. *è Seru. Æn. 4. & Augu.*
r Triſmeg. *Ex Lact. lib. de ira c. 11. & lib. 1. c. 6.*
ſ vt ſit Mars, maris ars. *Vt ſit Mars mas c. o. ſed non fuit difficilis coniectura.*
t Item Martem dicunt effect. mort. *ex Auguſt.*
v Hunc & adult. &c. *Aug. 20. contra Fauſt. c. 9.* Venerem Vulcani vxorem, & Martis adulterã, quia belligerantibus incongrua eſt.
x Mars autẽ apud Thrac. Gradiuus. *Non quod apud Thraces Gradiui nomen ſit, ſed quia idem ſit illis* Θρᾳξὶ *&* Ἄρης *qui Romanis Gradiuus. Fuerũt enim (vt ait Ser. Æn. 1. & 3.) Romæ duo Martis templa, alterũ intra vrbem Quirini, quaſi cuſtodis, & tranquilli: alterum extra vrbem via Appia prope portam quaſi bellatoris, & Gradiui.*
y Appollinem quamuis. *Aug. c. 16.*
z qui aduerſus Iouem non fecit. *Hiſpaniſmus hazer por alguno, o contra alguno, neq. fuit cur bellum adderẽt impreſsi libri, quod in mſ. non eſt.*
a Dianam quoq. Ex *Aug. c. 16.*
b Quia ead. luna. *è Seru. Æn. 3. ad v.* Sacra mari collit. *apud quem mendosè* Iuno *pro* luna *legitur.*
c ſubluſtri ſplendet amict. *Carmen Prudentij 1. contra Symmach.*
d Cererem. *Ex. Aug. c. 24.*
e Veſtam quod herb. *è Seru. Æn. 1. ad v.* Cana fides, & Veſta.
f quod ſimulacrum eius cum clau. *Ex eod. Æn. 10. ad v.* Alma parens Idæa,
g quod tympana. *Ex Aug.*
h quod curru vehitur. *è Seru. Æn. 3. ad v.* & iuncti currum dominæ ſub. l.
i & ideò ære, quod terram antiq. *Lucret. lib. v.* Et prior æris erat quam ferri cognitus vſus. Quo facilis magis eſt natura & copia maior, Ære ſolum terræ tractabant, æreque belli Miſcebant fluctus, & vulnera vaſta ſerebant.
k Eand. Veſtam, & ign. *Auguſtin. 4. de ciuit. & Seru. Æn. 1.*
l ex Ætna Vulcano q. *Ita apud Seru. alioquin Vulcanũs legerem, cum inſ. lib. 14. de Æolijs inſulis, eadem & Vulcaniæ vocantur, quod & ipſæ ſicut Ætna ardeant.*
m & ideò virginem. *Lact. 1. c. 12.*
n pro purgationibus fœminar. *Ex 7. de ciui. c. 2. & 3.*
o Ignem n. -- gignuntur. *Verba Seruij Geor. 2.*
p Minerua -- id eſt, fœmina. *An potius ſine fœmina. Orta n. è Iouis cerebro, vnde &* ἄμητωρ. *ergò* Ἀθήνη *quaſi* ἄνευ θηλύας, *vel certè* ἀθήλη.
q Inuentricem multor. ingenior. *Aug. 18. de ciuit. c. 8.* Minerua multor. ſanè operum inuentrix.
r In cuius pect. *è Seru. Æn. 8. ad v.* connexóſque angues.
ſ Hæc Minerua -- innotuit. *Verba Aug. ibid.*
t vel ἀπὸ τῆς πάλλ -- occiderit. *Verba Seruij Æn. 1.*
v Venerem exinde dic. *Ex Aug. 6. de ciuit. c. 9.*
x ἀφροδίτην. *Seru. æn. 5 ad v.* Vnde genus ducis.
y Ideò autem Venerem. *Ex eod. Æn. 8. ad v.* Accepit ſolitam flammam.
z * Nam quod Satur. -- creatur. *Verba eiuſd. Georg. 2. ad v.* Ruſticus & curuo Sat.
a Cupidinem. *Ex eod. Æn. 1. ad v.* Ergò his aligerũ. *Vid. Propert. eleg.* Quicumque ille fuit puerũ qui pinxit Amorem.
b ſagitta. *Ex Auguſt. 20. contra Fauſt. c. 9.*
c Pan dicunt. *è Seru. eclog. 2.*
d Villoſus eſt, quia tellus conueſtita eſt, & agitur ventis. *Horum nihil apud Seruium (è quo ſunt reliqua) & varie leguntur in ms. quare ſuſpecta ea habebat Chacon.*
e Iſis ling. Ægypt. *è Seru. Æn. 8. ad v.* Regina in medijs p. v. a. l.
f Serap. *Verba Aug. 18. de ciuit. c. 5.*
g quem centum antiſt. *è Solin. 35.*
h Sibi in eremo Iud. *Lact. lib. 4. c. 10.*
i velut ἀπὸ τῆς φωνῆς. *è Seru. æn. 7.*
k Genium. *ex Aug. 7. de ciuit. c. 13.*
l à fando igitur fat. *Ex eod. 5. de ciuit. cap. 9. & Seru. eclog. 4.*
m quod niſi hoc nomen. *Ex eod. Aug.*
n Tria autem fat. *Ex 20. contra Fauſt. c. 9.*
o neentis. *Ita conſtãter Gothici libri hic, & paullò poſt ſeruata analogia, non nẽtis. Siue ſecundæ ſit conjugationis, ſiue tertiæ, vt apud Tibull.* Stamina quæ ducunt, quæque futura neunt.
p Parcas. *è Seru. eclog. 4.*
q quaſi deam quand. *Ex Lact. lib. 3. c. 27.*
r Vnde & cæcæ. *Ex 4. de ciuit. c. 18.*
ſ Ipſas autem dicunt. Muſ. *è Seru. eclog. 8.*
t Nymphas quippè mont. *Ex eod. Aen. 1. ad v.* Hinc atq. hinc glomerantur Oreades. *& eclog. 10.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

v campor. Hamadryad. *Seru.* quæ cum syluis nascuntur Hamadryades.
x Heroas-- defunctor. *Ex Aug. 10. de ciuit. c. 21.*
y Penates-- colebant. *è Seru. Æn. 2.*
z Penates dicti. *Arnob. lib. 3.* Varro qui sunt introrsus, atque in intimis penetralib. Deos (Penates) esse censet.
x Manes. *è Seru. AEn. 3. ad V.* Stant manib. aræ.
b Apuleius autem ait. *Non est integer locus. Nam cũ cætera ex Apuleio sint, (qui etiam ab Augustino citatur. 9. de ciuit. cap. 9. in lib. de deo. Socrat.) tamen hoc ex Seruio est potius, vt manes κατ' ἀντίφρασιν dictos scribat.*
c Quarum natura. *Ex Hieron. in præf. Hebraic. quæst.*
d Pilosi qui Græcè Panitæ. *Gregor. 7. Moral. c. 15.* Quinam alij pilosi appellatione figurantur, nisi hi quos Græci Panas, Latini Incubos vocant? *Ita enim emendatiores Gregorij libri, non Faunos, cùm tamen vtrũque sit verum & Panas & Faunos dictos. Sed Panisci hoc loco putamus legendum, non Panitæ.*
e Inui ab ineundo. *è Seru. Æn. 6. ad V.* Pometium Castrúmque Inui.
f Sæpe enim improbi. *Verba Augustin. 15. de ciuita. cap. 23.*
g Hunc Romani Faunum Ficarium. *Hieron. Is. 13.* Pilosi, vel Incubones vel Satyros, Sylvestres quosd. homines, quos nonnulli Faunos Ficarios vocant. *Itẽ Eutrop. lib. 12.* Sylvestres homines quos nõnulli Faunos Ficarios vocant. *Idem Fatuus Fatuelis videtur cum Fauno Ficario, quantum è Seruij loco citato cõijcere licet.*

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER NONVS.

De linguis, gentibus, regnis, militia, ciuibus, affinitatibus.

DE LINGVIS GENtium. Cap. I.

A

LINGVARVM diuersitas exorta est in ædificatione turris post diluuiũ: nam prius quàm superbia turris illius in diuersos signorum sonos humanã diuideret societatem, [a] vna omnium nationum lingua fuit, quæ Hebræa vocatur, qua Patriarchæ & Prophetæ vsi sunt non solùm in sermonibus suis, verũ etiam in litteris sacris: initio autem quot gẽtes, tot linguæ fuerunt, deinde plures gẽtes quàm linguæ, quia ex vna lingua multæ gẽtes sunt exortæ.

B

Linguæ autem dictæ in hoc loco pro verbis, quæ per linguam fiunt, genere locutionis illo, quo is qui efficit per id quod efficitur nominatur: sicut os dici solet pro verbis, sicut manus pro litteris.

Tres autẽ sunt linguæ sacræ, Hebræa, Græca, Latina, quæ toto orbe maximè excellũt. His. n. tribus linguis super crucẽ Domini à Pilato fuit caussa eius scripta. Vnde & propter obscuritatẽ Sãctarũ scripturarũ harũ triũ linguarũ cognitio necessaria est, vt ad alterã recurratur, si quã dubitationẽ nominis vel interpretationis sermo vnius linguæ attulerit.

Græca autem lingua inter cæteras gentiũ clarior habetur. Est enim & Latinis & omnibus linguis sonantior, cuius varietas in quinque partibus discernitur: quarũ prima dicitur κοινή, i. mixta, siue cõmunis, qua omnes vtuntur. Secunda Attica, videlicet Athenié sis, [b] qua vsi sunt omnes Græciæ auctores. Tertia [c] Dorica quã habent Ægyptij, & [d] Siculi. Quarta Ionica. Quinta Æolica, qua sunt Æoles locuti, & sunt in obseruatione Græcæ linguæ eiusmodi certa discrimina: sermo enim eorum ita est dispertitus.

[e] Latinas autẽ linguas quattuor esse quidam dixerunt, i. Priscam, Latinam, Romanam, Mixtã. Prisca est qua vetustissimi Italiæ sub Iano & Saturno sunt vsi incõdita, vt se habẽt carmina Saliorũ. Latina, quã sub Latino & regibus Thusciæ cæteri in Latio sunt locuti,

locuti, [f] ex qua fuerunt duodecim tabulæ scriptæ. Romana, quæ post reges exactos à populo Romano cœpta est: ẽ qua Næuius, Plautus, Ennius, Virgilius poëtæ: ex oratoribus Gracchus, & Cato, & Cicero vel cæteri sua scripta effuderũt. Mixta, quæ post imperium latius promotum simul cum moribus & hominibus in Romanam ciuitatem irrupit: integritatem verbi per solœcismos & barbarismos corrumpens.

Omnes autem Orientis gentes in gutture linguam & verba collidunt: sicut Hebræi & Syri. Omnes mediterraneæ gentes in palato sermones feriunt, sicut Græci & Asiani. Omnes occidentis gentes verba in dentibus frangunt, sicut Itali & Hispani.

[h] Syrus, & Chaldæus vicinus Hebræo est in sermone, consonans in plerísque & litterarum sono. [i] Quidam autem arbitrantur linguam Hebræam ipsam esse Chaldæam, quia Abrahã de Chaldæis fuit: quòd si hoc recipitur, quomodo in Daniele Hebręi pueri linguã quam nouerant doceri iubentur?

Omnem autem linguam vnusquisq. hominum siue Græcam, siue Latinam, siue cæterarum gentium aut audiendo potest tenere, aut legendo ex præceptore accipere. Cùm autem omnium linguarum scientia difficilis cuiquam sit: nemo tamen tam desidiosus est, vt in sua gente positus suæ gẽtis linguam nesciat. Nam quid aliud putandus est nisi [k] animalibus brutis deterior? Illa enim propriè vocis clamorem exprimũt: iste deterior, qui propriæ linguæ caret notitia.

Cuiusmodi autẽ lingua locutus est Deus in principio mundi cùm diceret: Fiat lux, inuenire difficile est: nondum enim erant linguæ. Item qua lingua insonuit postea exterioribus hominum auribus, maximè ad primum hominem loquens, vel ad Prophetas, vel dum corporaliter sonuit vox dicentis Dei: Tu es filius meus dilectus, vbi à quibusdam creditur illa lingua vna & sola quæ fuit antequam esset linguarum diuersitas: in diuersis autem gentibus creditur quòd eadẽ illis lingua Deus loquatur, qua ipsi homines vtuntur, vt ab eis intelligatur. Loquitur autem Deus hominibus non per substãtiam inuisibilem, sed per creaturam corporalem, per quam & hominibus apparere voluit, quando locutus est. Dicit etiam Apostolus: Si linguis hominum loquar & Angelorum. Vbi quæritur: qua lingua Angeli loquantur: non quòd Angelorum aliquæ sint linguæ, sed hoc per exaggerationem dicitur. Item quæritur, qua lingua in futurum homines loquãtur: nusquam reperitur. Nã dicit Apostolus: Siue linguæ cessabunt: ideò autem prius de linguis ac deinde de gentibus posuimus, quia ex linguis gentes, non ex gentibus linguæ exortæ sunt.

A

B

C

D

[a] Cap. I. Vna omnium nation.-- in litteris sacris. *Ex Aug. 16. de ciuit. c. 11.*
[b] qua vsi sunt omnes Græciæ auctores. *Vel certè elegantiores, vel Græciam pro Hellade acceperit, de cuius terminis Vid. Eustath. ὐ. π. ad τ. Χάλκων ϕίλον ὑὸν ὁ᾽ς Ἕλλαδ᾽ εἰκία ναίων. Hieronymus quoque in quæst. Heb Ionas qui Atticis sunt affines, olimq. ijdem fuerunt Græcos ἁπλῶς appellat.* De Ionib. (*inquit*) id est, de Græcis nascũtur Elisæi, qui vocantur Æoles.
[c] Dorica quam habent Ægyptij. *Alexandrini.*
[d] & Siculi. *mendosè* Syri *in o. l.*
[e] Latinas autem linguas quattuor esse. *In quo si quid vitij est, id Isidorus præstare non debuit, auctor magis quærendus.*
[f] Ex qua fuerunt XII. tab. *Non quod sub Regib. scriptæ, sed quod illorum fortasse lingua, quo plus auctoritatis haberent antiquiora verba. quod se quoq. fecisse profitetur Cicero 2. de legib.* Sunt certa verba legũ, Quincte, neque ita prisca vt in vetetib. his, sacratisq. legib. &c.
[g] qua Enn.-- effuderunt. *Ex C. N. sed cum scripta sua absit ab omnibus nostris, non displicet lectio à Vulcan. indicata ex V. C.* effulserunt.
[h] Syrus, & Chald. vicin. *Ex Ambros. 1. Hexam. c. 8. & Basil. homil. 1.*
[i] Quidam autem arb. *Verba Hieronym. ad Danie. cap. 1.*
[k] animalibus brutis deterior. *Ex duobus Tarr. & Raban.*

De gentium vocabulis. Cap. II.

GEns est multitudo ab vno principio orta, siue ab alia natione secundùm propriam collectionẽ distincta: vt Græciæ, Asiæ, hinc & gentilitas dicitur. Gens autem appellata propter generationes familiarum, i. à gignendo, sicut natio à nascendo. [a] Gentes autem à quibus diuisa est terra LXXIII. quindecim de Iaphet, triginta & vna de Cham: viginti septem de Sem: quæ fiunt septuaginta tres, vel potius, vt ratio declarat, septuaginta duæ; totidemq. linguæ per terras esse cœperunt: quæ crescẽdo prouincias & insulas impleuerunt. Filij Sem quinque, singulariter gentes singulas procrearunt. Quorum primus Elam, à quo Elamitæ principes Persidis: secundus Assur, à quo Assyriorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

riorum pullulauit imperium : tertius Ar- A
phaxat, à quo Chaldæorum gens exorta
est: quartus Ludi,à quo Lydij:quintus Arã,
à quo Syri, quorum Metropolis fuit Da-
mascus.

Filij Aram, nepotes Sem,quattuor:Hus,
& Vl, & Gether,& Mes. [b] Hus Traconiti-
dis conditor, qui inter Palæstinam & Cœ-
lesyriam tenuit principatum:vnde fuit Iob
secundùm quodscriptũ est: Vir erat in ter-
ra Hus nomine Iob:secundus Vl,à quo Ar-
menij:tertius Gether,à quo [c] Acarnanij seu
Curiæ:quartus Mes, à quo sunt ij qui vocã-
tur Mæones.

Posteritas Arphaxat,filij Sem,Heber ne-
pos Arphaxat,à quo Hebræi. Iectam filius
Heber,à quo Indorum gens orta est.Sale fi- B
filius Iectam, à quo Bactriani : licet eos alij
Scytharum exules suspicentur.

Ismaël filius Abraham, à quo Ismaëlitæ,
qui nunc corrupto nomine Saraceni, quasi
à Sara,& Agareni ab Agar.

[d] Nabaioth filius Ismael,à quo Nabathæi,
qui ab Euphrate in mare rubrum habitant.

Moab,& Ammõ filij Loth,à quibus Moa
bitæ,& Ammonitæ.

[e] Edom filius Esau, à quo Idumæi : Hæ
sunt gentes,quæ de Sem stirpe descendũt,
posidentes terram meridianã,ab ortu Solis C
vsque ad Phœnices.

Filij Cham quattuor, à quibus ortæ sunt
gentes hæ.

Chus,à quo Æthiopes progeniti.

Mesraim, à quo Ægyptij perhibentur
exorti.

Phut, à quo Lybij : vnde & Mauritaniæ
fluuius vsq. in præsens dicitur Phut, omnís-
que circa eum regio Phuthensis.

[f] Chanaã,à quo Afri,& Phœnices,& Cha
nanæorum decem gentes.

Item ex nepotibus Cham filij Chus ne- D
potes Cham sex.

[g] Filij Chus,Saba,Heuila,Sabatha,Regma
Sabathaca.

Saba,à quo progeniti & appellati Sabæi,
de quibus Virg. - solis est thurea virga Sa-
bæis.

Heuila,à quo Getuli in parte remotioris
Africæ eremo cohærentes.

Sabatha,à quo Sabatheni,qui nunc Asta-
bari nominantur.

Rhegma verò,& Sabathaca paullatim an-
tiqua vocabula perdiderunt,& quę nũc pro
veteribus habeant,ignoratur.

Filij Rhegma,Saba & Dadã. Hic Saba per
schin litteram scribitur in Hebræo: ille au-
tem superior Saba per samech,a quo appel-
lantur Sabæi. interpretatur autem nunc
Saba Arabia.

Dadan,à quo gens est Æthiopiæ in occi
dentali plaga.

[h] Filij Mesraim Labaim, à quo Libyes, qui
quondam Phuthæi vocabantur.

Casloim, à quo Philistijm, quos veteres
ἀλλοφύλους, nos modò corruptè Palæstinos
vocamus.

Cæteræ sex gentes ignotæ sunt,quia bel-
lo Æthiopico subuersæ,vsque ad obliuionẽ
præteritorum nominum peruenerunt.

Filij Chanaam vndecim, ex quo Chana
næorum decem gentes, quorum terram ijs B
expulsis Iudæi possederunt. Quorum pri-
mogenitus Sidon, à quo Sidones: vnde &
vrbs eorum in Phœnice Sidon vocatur.

Secundus Cheth,à quo Chethæi. Tertius
Iebus, à quo Iebusæi, quorum fuit Hieru-
salẽ.Quartus Amorrhæus,à quo Amorrhæi.
Quintus Gergesęus,à quo Gergesęi.Sextus
Heuęus,à quo Heuæi:ipsi sunt Gaboanitę,à
ciuitate eorũ Gabaõ, qui supplices venerũt
ad Iesum. Septimus Aracæus qui Arcas cõ-
didit oppidũ contra Tripolim in radicibus
Libani sitũ.Octauus Sinęus,à quo Sinæi.No C
nus Aradius,à quo Aradij,qui Aradum insu
lam possederunt angusto freto à Phœnices
littore separatã.Decimus Samaræus,[i] à quo
Edessa Syrię nobilis ciuitas quę vocatur Cœ
les. Vndecimus Amathæus.Hæ sunt gentes
de stirpe Chã, quæ à Sidone vsq. ad Gadi-
tanum fretum omnem meridianã partem
tenent.

Filij Iaphet septem nominantur:Gomer,
ex quo Galatæ,i.Galli.

[k] Magog, à quo quidã arbitrantur Scythas
& Gotthos traxisse originem. D

Madai,à quo Medos existere putant.

Iauan,à quo Iones,qui & Græci: vnde &
mare Ionium.

Thubal,à quo Iberi,qui & Hispani,[l] licet
quidam ex eo & Italos suspicentur.

Mosoch,ex quo Cappadoces sunt:vnde &
vrbs apud eos vsq. hodie Mazaca dicitur.

Thiras, à quo Thraces,quorum non satis
immutatum vocabulum est, quasi Tiraces.

Filij Gomer nepotes Iaphet. [m] Aschanaz,
à quo Sarmatæ,quos Græci Reginos vocãt.

Riphath, à quo Paphlagones.

Thogorma,à quo sunt Phryges.

[n] Filij

[a] Filij Iauan Elisa,à quibus Græci Elisæi A
qui vocãtur Æolides: vnde & lingua quinta
Græciæ Æolis appellatur.

Tharsis,à quo Cilices, vt Iosephus arbi-
tratur : vnde & metropolis ciuitas eorum
Tharsus dicitur.

Cethim,à quo Citij, i. Cyprij, à quibus
hodiéque vrbs Citium nominatur.

Dodanim,à quo Rhodij.

Hæ sunt gentes de stirpe Iaphet, quæ à
Tauro monte ad Aquilonem mediam par-
tem Asiæ, & omnem Europam [o] vsque ad
Oceanum Britannicum posident, nomina
& locis & gentibus relinquentes, de quibus
postea immutata sunt plurima, cætera per- B
manent vt fuerunt. [p] Nam multarum gen-
tium vocabula partim manserunt,ita vt ho-
diéque appareat vnde fuerant deriuata, si-
cut ex Assur Assyrij,ex Heber Hebræi:par-
tim verò tẽporis vetustate ita mutata sunt,
vt vix homines doctissimi antiquissimas hi-
storias perscrutantes, nec omnium, sed ali-
quarum ex istis origines gentiũ potuerint
reperire. Nam quòd ex filio Cham,qui vo-
cabatur Mesraim, Ægyptij sunt exorti,nulla
hoc resonat origo vocabuli, sicut nec Æ-
thiopum qui dicuntur ad eum filium Cham
pertinere,qui Chus appellatus est. Et si om- C
nia considerentur,plura tamen gentiũ mu-
tata, quàm manentia vocabula apparent:
quibus postea nomina diuersa,diuersa dedit
ratio. Namque Indi ab Indo flumine dicti
sunt,qui ab occidentali parte os includit.

Seres à proprio oppido nomen sortiti
sunt, gens ad Orientem sita, apud quos de
arboribus lana contexitur : de quibus est
illud,Ignoti facie,sed non & vellere Seres.

[q] Gangaridæ populi sunt inter Assyrios,
Indósque inhabitantes circa Gangem flu-
uium: vnde etiam Gangaridæ nuncupati
sunt.

Hyrcani dicti sunt à sylua Hyrcana, vbi
sunt plurimæ tigres.

Bactriani Scythæ fuerunt, qui suorum D
factione à sedibus suis pulsi iuxta Bactron
Orientis fluuium consederunt,ex cuius vo-
cabulo & nomen sortiti sunt. Huius gentis
rex fuit Zoroastes inuentor magicæ artis.

Parthi quoque & ipsi à Scythis originem
trahunt.Fuerunt enim eorum exsules,quod
etiam eorum vocabulo manifestatur: nam
Scythico sermone exules Parthi dicuntur.
Hi similiter vt Bactriani domesticis sedi-
tionibus Scythia pulsi, solitudines iuxta
Hyrcaniam primùm furtim occupauerunt,
deinde pleraque finium etiam virtute obti-
nuerunt.

[r] Assyrij ab Assur filio Sem vocati,gens po-
tentissima, quæ ab Euphrate vsque ad In-
dorum fines omnem in medio tenuit re-
gionem.

[s] Medi à rege suo cognominati putãtur:
námque Iason Peliaci regis frater, à Peliæ
filijs Thessalia pulsus est,cum Medea vxore
sua,[t] cuius fuit priuignus Medus rex Athe-
niensium:qui post mortem Iasonis Orientis
plagam perdomuit,[v] ibique Mediam vrbem
condidit, gentemque Medorũ nomine suo
appellauit.[x] Sed inuenimus in Genesi quòd
Madai auctor gentis Medorum fuit, à quo
& cognominati,vt superius dictum est.

[z] Persæ à Perseo rege sunt vocati,qui è Græ-
cia in Asiam transiens, ibi barbaras gentes
graui diuturnóque bello perdomuit: nouis-
simè victor nomen subiectæ genti dedit.
Persæ autem ante Cyrũ ignobiles fuerunt,
& nullius inter gẽtesloci habebantur. Medi
semper potentissimi fuerunt.

Chasdim, qui nunc Chaldæi vocantur, à
Chased filio Nachor fratris Abrahæ cogno-
minati sunt.

[a] Sabæi dicti ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, quod est
supplicare & venerari, quia diuinitatem per
ipsorum thura veneramur : ipsi sunt & Ara-
bes qui in montibus Arabiæ sunt, qui vo-
cantur Libanus & Antilibanus, vbi thura
colliguntur.

Syri ab Asurim vocati perhibentur, qui
fuit nepos Abraham ex Cethura,[b] quos au-
tem veteres Assyrios, nunc nos vocamus
Syros,à parte totum appellantes.

[c] Hebræi vocati sunt ab Heber: qui pro-
nepos fuit Sem.

Israëlitæ verò ab Israel filio Isaac. [d] Nam
patriarcham Hebræorũ constat fuisse Israël:
à quo duodecim tribus Iudæorum Israëlis
vocabulum sortitæ sunt.[e] Iudæis autem scis-
sura decem tribuum nomen imposuit.Nam
anteà Hebræi siue Israëlitæ nuncupaban-
tur.Ex quo autem in duo regna Dei popu-
lus diuisus est,tunc duæ tribus quæ de stirpe
Iuda reges habebant, Iudæorũ nomen sor-
titæ sunt.Reliqua pars decem tribuum, quæ
in Samaria sibi regem constituit,ob populi
magnitudinem pristinum nomen retinuit
Israël.

[f] Samaritanorum gens sumpsit exordium
ab Assyrijs, qui transmigrati habitauerunt

in Samaria: qui Latinè interpretantur custodes, eò quòd captiuato Israël isti in terra regionis eorum ad custodiã collocati sunt.
Phœnix Cadmi frater de Thebis Ægyptiorum in Syriam profectus, apud Sidonem regnauit, eósque populos ex suo nomine Phœnices, eámque prouinciam Phœniciã nuncupauit.

Sidones autem à ciuitate quæ vocatur Sidon traxisse vocabulum perhibentur.

Saraceni dicti, vel quia ex Sara genitos se prædicent: vel sicut gentiles aiunt, quòd ex origine Syrorum sint quasi Syrigenæ. Hi [g] peramplam habitant solitudinem. Ipsi sunt & Ismaëlitæ, vt liber Geneseos docet, quòd sint ex Ismaele. Ipsi Cedar à filio Ismaëlis. Ipsi Agareni ab Agar, qui, vt diximus, peruerso nomine Saraceni vocantur, quia ex Sara se genitos gloriantur.

[h] Philistæi ipsi sunt Palæstini, quia p litteram sermo Hebræus non habet: sed pro eo φ Græco vtuntur. Inde Philistæi pro Palæstinis dicuntur à ciuitate vtique sua. ijdem & allophyli, id est alienigenæ. ob hoc quia semper fuerunt inimici Israël, & longè ab eorum genere & societate separati.

Chananæi appellati de Chanaan filio Cham, quorum terram Iudæi possederunt. Ex cuius origine fuit Emor pater Sichem, à quo Amorrhæi sunt nuncupati.

[i] Ægyptij ab Ægypto quodam suo rege vocati sunt. Nam antea Ærij dicebantur. Interpretantur autem lingua Hebraica Ægyptij affligentes, eò quòd afflixerint Dei populum, priusquam diuino auxilio liberaretur.

[k] Armenius ex Thessalia vnus de numero ducũ Iasonis qui ad Colchos profecti sunt: recollecta multitudine quæ amisso rege Iasone passim vagabatur, Armeniam condidit gentíque ex suo vocabulo nomen dedit.

[l] Limes est Persicus: qui Scythas ab eis diuidit Scytha cognominatus, à quo limite Scythæ à quibusdam perhibentur vocati, [m] gens antiquissima semper habita. Hi Parthos, Bactrianósque, fœminæ autem eorum Amazonum regna condiderunt.

Massagetæ ex Scytharum origine sunt. Et dicti Massagetæ quasi graues, id est, fortes Getæ. [n] Nam sic Liuius argentum graue dicit, id est, massas. Hi sunt qui inter Scythas atque Albanos septentrionalibus iugis inhabitant.

Amazones dictæ sunt, seu quod simul viuerent sine viris, quasi ἅμα ζῶσαι, siue quòd adustis dexterioribus mammis essent, ne sagittarum iactus impediretur, quasi ἄνευ μάζου. Nudabãt enim quam adusserant mammam. [o] Has Titianus vnimãmas dicit. Nam hoc est Amazon, quasi ἄνευ μάζου, id est, sine mamma. Has iam non esse constat: quòd earũ partim ab Hercule, partim ab Achille, vel ab Alexandro vsque ad internicionem deletæ sunt.

[p] In parte Asiaticæ Scythiæ gentes quæ posteros se Iasonis credunt albo crine nascuntur ab assiduis niuibus, & ipsius capilli color genti nomen dedit, & inde dicuntur Albani. Horum glauca oculis, id est, picta inest pupilla: adeò vt nocte plusquam die cernant. Albani autem vicini Amazonibus fuerunt.

Vgnos antea Hunnos vocatos, postremo à rege suo Abares appellatos dicunt, qui prius in vltima Mæotide inter glacialẽ Tanaim & Massagetarum immanes populos habitauerunt. [q] Deinde pernicibus equis Caucasi rupibus, vbi feras gentes Alexandri clausura cohibent, eruperunt: & orientem viginti annis tenuerunt captiuum, & ab Ægyptijs atque Æthiopibus annuum vectigal exegerunt.

Troianorum gens anteà Dardana, à Dardano nominata. Nam Dardanus & Iasius fratres è Græcia profecti: ex ijs Iasius ad Thraciam, [r] Dardanus ad Phrygiam peruenit, ibíque primus regnauit. Post quem filius eius Erichthonius, deinde nepos eius Tros, à quo Troiani nuncupati sunt.

Galatæ Galli esse noscuntur, qui in auxilium à rege Bithyniæ euocati, regnum cum eo [s] parta victoria diuiserunt: sicque deinde Græcis admixti, primùm Gallogræci, nunc ex antiquo Gallorum nomine Galatæ nuncupantur.

Græci ante Thessali à Thessalo, postea à Græco rege Græci sunt nuncupati. [t] Nam Græci propriè Thessali sunt.

Lapithas autem gentem Thessaliæ fuisse aiunt circa Peneum amnem olim inhabitantem, à Lapitha Apollinis filia nuncupatos.

Sicyonij Græci sunt nuncupati, à Sicyonio rege. Hi primùm Ægialæi vocabantur, à [v] rege Ægialeo qui primus Sicyonijs imperauit, à quo & Ægialæa nuncupata est quæ nunc Peloponesus à Pelope rege suo vocatur.

vocatur. Ipsi sunt & Arcades ab Arcade rege Iouis & Calystonis filio dicti.

Danai à Danao rege vocati. Ijdem & Argiui ab Argo conditore cognominati. Postquam autem Græcorum rex Apis mortuus est: huic filius Argus successit in regnum, & ex eo Argiui appellati sunt, qui etiam ab eis post obitum vt Deus haberi cœpit, templo & sacrificio honoratus.

Achæi, qui & Achiui ab Achæo Iouis filio dicti.

Pelasgi nominati, quia cum velis passis verno tempore aduenisse Italiam [x] visi sunt, vt aues. [y] Primos enim eos Varro Italiã appulisse cõmemorat. Græci verò Pelasgos à Pelasgo Iouis, & Larissæ filio perhibent dictos.

[z] Myrmidones, fuerunt Achillis socij: Dolopes Pyrrhi. dicti autem Myrmidones propter astutiam quasi μύρμηκες, id est, formicæ. Eratosthenes autẽ dicit dictos Myrmidones à Myrmidone duce, Iouis & Eurimedusæ filio.

Cecropi Athenienſium regi [a] successit Cranaus, cuius filia Atthis nomen & regioni & genti dedit. Et ex ea Attici cognominati, qui sunt Athenienses.

[b] Ion, vir fortis ex suo nomine eosdem Athenienses vocauit Iones.

Macedones à nomine Emathionis regis antea Emathij nuncupati sunt: postea Macedones dicti à Macedone rege Deucalionis materno nepote.

[c] Epirotæ à Pyrrho Achillis filio prius Pyrrhidæ, postea verò à Pyrrho rege ad Italiam transire præsumpserunt.

Dorus Neptuni & [d] Ellepis filius fuit, vnde Dori & originem & nomen ducunt. Sunt autem pars Græciæ gentis, ex quibus etiam cognominata est tertia lingua Græcorum quæ Dorica appellatur.

Lacedæmones à Lacedæmone Semelæ filio dicti. Hi [e] diu perseuerantes in bello cõtra Messenios, veriti ne diuturnitate prælij spem prolis amitterent: præceperunt vt virgines eorum cum iuuenibus domi relictis concumberent, sicque ex promiscuo virginum & maritorum concubitu iuuenes de incertis parentibus nati sunt, & ex nota materni pudoris Parthenij vocati sunt. Nam ipsos esse Spartanos quos & Lacedæmones. [f] Spartanos verò propter repentinos aduersus Cadmum quasi de terra contractus, & ex omni parte conflictus ita vocatos.

Thraces ex filio Iaphet qui vocatus est Thiras & orti & cognominati, vt superius dictum est, perhibentur: licet gentiles eos ex moribus ita dictos existimẽt, quòd sint truces. Sæuissimi enim omnium gentium fuerunt, vnde & multa de eis fabulosa memorantur: quod captiuos Dijs suis litarent, & humanum sanguinem in ossibus capitum essent soliti potare. De quibus Virgilius, Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarũ. quasi crudelium & auarorum.

[g] Istrorum gens originem à Colchis ducit, qui missi ad Argonautas persequendos, vt à Ponto intrauerunt Istrũ fluuiũ, à vocabulo amnis quo à mari cõcesserãt appellati sunt.

[h] Romani à Romuli nomine nuncupati, qui vrbem Romam condidit, gentíque & ciuitati nomen dedit. Hi ante à Saturno Saturnij, à Latino Latini vocati sunt. Nam Latinus Italiæ rex fuit, qui ex suo nomine Latinos appellauit, qui postea Romani nuncupati sunt. Hi & Quirites dicti, quia Quirinus dictus est Romulus, quòd semper hasta vtebatur, quæ Sabinorum lingua quiris dicitur.

Italus quoque & Sabinus, & Sicanus fratres fuerunt, ex quibus nomina populis imposita & regionibus sunt. Nam ab Italo Itali, à Sabino Sabini, à Sicano Sicani, qui & Siculi cognominati sunt, idem & Sicilienses.

Thusci, Italiæ gens est à frequentia sacrorum, & thuris vocata, id est, ἀπὸ τοῦ θύειν.

[i] Vmbri Italiæ gens est, sed Gallorum veterũ propago, qui Apenninum montem incolunt. De quibus historiæ perhibent quod tempore aquosæ cladis imbribus superfuerint, & ob hoc ὀμβρίους Græcè nominatos.

Marsi, gens Italiæ dicta [k] à comite Liberi Marsya qui vsum illis vitium ostendit, & ob hoc illi statuam fecerunt: quam postea Romani victis Marsis tulerunt. [l] Marsos autem Græci Vscos vocant, quasi ὀφιοῦχους, quòd multos serpentes habeant, & ὄφις serpens dicatur. illæsos autem esse carminum maleficijs: inhabitant autem plagam Apennini montis simul cum Vmbris.

Gothi à Magog filio Iaphet nominati putantur, de similitudine vltimæ syllabæ, quos veteres magis Getas, quàm Gothos vocauerunt, gens fortis & potentissima, corporum mole ardua, armorum genere terribilis, de quibus Lucanus. Hinc Dacus premat, inde Geres, occurrat Iberis.

[m] Daci autem Getarum suboles fuerunt, & dictos putant Dacos quasi Dagos, quia de

Gotho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gothorum stirpe creati sunt. De quibus ille, A Ibis Arctoos procul vsq. Dacos.

Besi barbari fuerunt, qui à multitudine boum sic vocati creduntur. De [n] quibus quidam, Qui colit terræ medio, vel ille Diuitis multo boue pileatus Accola ripæ.

Gipedes pedestri prœlio magis quàm equestri sunt vsi, & ex hac caussa ita vocati.

Sarmatæ patentibus campis armati inequitabant, prius quàm eos Lentulus Danubio prohiberet, atque inde ob studium armorum Sarmatæ nuncupati existimantur.

Lanus fluuius fertur vltra Danubium, à quo Alani dicti sunt, [o] sicut & populi inhabitantes iuxta Lemannum fluuiũ Alemani vocantur. De quibus Lucanus, Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno. B

Longobardos vulgò ferunt nominatos à prolixa barba & nunquam tonsa.

Vindilicus amnis ab extremis Galliæ erumpens, iuxta quem fluuium habitasse, & ex eo traxisse nomẽ VVandali perhibentur.

Germaniæ gentes dictæ quòd sint immania corpora, immanésque nationes sæuissimis duratæ frigoribus, qui mores ex ipso cæli rigore traxerunt, ferocis animi & semper indomiti, raptu venatúque viuentes. Horum plurimæ gẽtes variæ armis, discolores habitu, linguis dissonæ, & origine vocabulorum incertæ, [p] vt Tolosates, Angriuari, Quadi, Tungrij, Marcomani, Bructeri, Chamaui, VVangiones, Tubantes: quorum immanitas barbariæ etiam in ipsis vocabulis horrorem quendam significat. C

Sueui pars Germanorum fuerunt in fine Septentrionis, de quibus Lucanus, Fundit ab extremo flauos Aquilone Sueuos. Quorũ fuisse centũ pagos & populos multi prodiderunt. Dicti autem Sueui putantur à monte Sueuo, qui ab ortu initium Germaniæ facit, cuius loca incoluerunt.

Burgundiones quondã à Romanis subacta interiore Germania per castrorum limites positi à Tiberio Cæsare in magnã coaluerunt gentem, atque ita nomen ex locis sumpserunt: quia crebra per limites habitacula cõstituta: Burgos vulgò vocant. Hi postea rebelles Romanis effecti: plusquam octoginta millia armatorum ripæ Rheni fluminis insederunt, & nomen gentis obtinuerunt. D

Saxonum gens in Oceani littoribus & paludibus inuijs sita, virtute atque agilitate habilis. Vnde & appellata, quod sit durum & validissimum genus hominũ & præstans cæteris piraticis.

Franci à quodam proprio duce vocati putantur. Alij eos à feritate morum nuncupatos existimant. Sunt enim in illis mores inconditi, naturalis ferocitas animorum.

Britones quidã Latinè nominatos suspicantur: eò quòd bruti sint, gens inter Oceanum interfuso mari quasi extra orbẽ posita. de quibus Virgilius: toto diuisos orbe Britannos.

Scoti propria lingua nomen habent à picto corpore, eò quòd aculeis ferreis cum atramento variarum figurarum stigmate annotentur.

[q] Galli à candore corporis nũcupati sunt. γάλα enim Græcè lac dicitur. Vnde & Virgilius sic eos appellat, cùm ait de ijs: tum lactea colla Auro innectuntur. Secundum diuersitatem enim cæli, & facies hominum, & colores, & corporũ quantitates, & animorum diuersitates existunt. Inde Romanos graues, Græcos leues, Afros versipelles, [r] Gallos natura feroces atque acriores ingenio peruidemus, quod natura climatum facit. Galli autem Senones antiquitus Xenones dicebantur, quòd Liberum hospitio recepissent, postea x in s litteram commutata est.

[s] Vacca oppidũ fuit iuxta Pyrenæũ, à quo sunt cognominati Vacceì, de quibus creditur dixisse poëta: latéq. vagantes Vacceì. Hi Pyreneì iugis peramplã montis habitant solitudinem. Idẽ & Vascones quasi Vaccones c in s litteram demutata. [t] Quos Cn. Pompeius edomita Hispania, & ad triumphum redire festinãs de Pyreneì iugis deposuit & in vnum oppidum congregauit. Vnde & Conuenarum vrbs nomen accepit.

Hispani ab Ibero amne primùm Iberi, postea [y] ab Hispalo Hispani cognominati sunt.

[x] Galleci à candore dicti, vnde & Galli. Reliquis enim Hispaniæ populis candidiores existunt. Hi Græcam sibi originem asserunt. Vnde & naturali ingenio callent. Siquidem post finem Troiani belli Teucrũ morte Aiacis fratris inuisum patri Telamoni, cum nõ reciperetur in regnum, Cyprum concessisse, ibiq. vrbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidisse, [y] inde ad Galliciam profectũ, & positis sedibus ex loco genti nomen dedisse.

Astures

Astures, gens Hispaniæ, vocati eò quòd A circa Asturã flumen septi montibus syluísq. crebris inhabitent.

[z] Cantabri gens Hispaniæ à vocabulo vrbis, & Iberi amnis, cui insidũt, appellati. Horum animus pertinax, & magis ad latrocinandum & ad bellandum, vel ad perpetiendum verbera semper parati.

Celtiberi ex Gallis Celticis fuerunt, quorum ex nomine appellata est regio Celtiberia. Nam ex flumine Hispaniæ Ibero, vbi confederant, & ex Gallis qui Celtici dicebantur, mixto vtroque vocabulo Celtiberi nuncupati sunt.

[a] Afri appellati abvno ex posteris Abrahæ, qui vocabatur Afer: qui dicitur duxisse B aduersus Libyam exercitum, & ibi victis hostibus consedisse, eiúsque posteros ex nomine ataui & Afros & Africam nuncupasse.

[b] Pœni autem Carthaginẽses sunt à Phœnicibus nuncupati, qui cum Didone profecti sunt.

Tyrij verò à Tyria vrbe Phœnicum nominati, de qua profecti sunt, & in Africæ littus venerunt.

Getuli Getæ dicuntur fuisse, qui ingenti agmine à locis suis nauibus conscendentes, loca Syrtium in Libya occupauerũt: & quia C ex Getis venerant, detiuato nomine Getuli cognominati sunt. Vnde & opinio est apud Gothos ab antiqua cognatione Mauros cõsanguinitate propinquos sibi vocare.

[c] Africam autem initio habuere Libyes, deinde Afri, post hæc Getuli, postremúm Mauri & Numidæ

Mauri & Numidæ, vt Afri putant, sic sumpserunt exordium & vocabulum. Nam postquam in Hispania Hercules interijt, & exercitus eius compositus ex varijs gentibus, amisso duce, passim sibi sedes quærebant, ex eo numero Medi & Persæ & Armeni nauibus in Africam transuecti proxima D maris loca occupauere. Sed Persę dum materiam in agris pro construendis domicilijs non inuenirent, & ignara lingua commercium prohiberet: per patentes agros & diuersas solitudines vagabantur, & à pabulationibus vagabũdis semetipsos propria lingua Numidas appellauerunt, id est, sine oppido vagos & errantes. Medi autem cum Libyjs se miscuerunt: qui proximè Hispaniã inhabitabant, quorũ nomen paulatim Libyes corruperunt, barbara lingua Mauros pro Medis appellantes: licet Mauri ob colorem à Græcis vocentur. Græci enim nigrum μαυρὸν vocant, æstifero quippè calore afflati atri coloris speciem ducunt.

[d] Massilia ciuitas Africæ est, non longè ab Atlante & hortis Hesperidum: à qua ciuitate Massilij vocati sunt: quos nos corruptè Massulos vocamus, de quibus Virgilius, Hinc mihi Masilæ gentis monstrata sacerdos.

Gaulalum gentes sunt à meridie vsque oceanum Hesperiũ peruagantes. [e] His nomen Gaulòè insula dedit quæ est iuxta Æthiopiã, vbi nec serpens nascitur, nec viuit.

Garamantes populi Africæ propè Cyrenas inhabitantes, à Garamante rege Apollinis filio nominati, qui ibi ex suo nomine Garama oppidum condidit. Sunt autem proximi gentibus Æthiopũ, de quibus Virgilius: extremi Garamantes. [f] Extremi autẽ, quia sæui, & à consortio humanitatis remoti.

Hesperij verò sunt, qui circa Hispaniam commorantur. Nam Hispania Hesperia.

Æthiopes dicti à filio Cham, qui vocatus est Chus, à quo originem trahunt. [g] Chus enim Hebraica lingua Æthiops interpretatur. Hi [h] quondam ab Indo flumine consurgentes, iuxta Ægyptum inter Nilum & C Oceanũ, in meridie sub ipsa solis vicinitate insederunt, quorũ tres sunt populi: Hesperij, Garamãtes, & Indi: Hesperij sunt Occidentis, Garamantes Tripolis, Indi orientis.

[i] Troglodytæ gens Æthiopum: ideo nuncupati quòd tanta celeritate pollẽt, vt feras cursu pedum assequantur.

[k] Pamphagi & hi in Æthiopia sunt: quibus esca est quicquid mandi potest & omnia fortuitu gignentia, vnde & appellati.

[l] Ichthyophagi, quòd venando in mari valeant, & piscibus tantùm alantur. Hi post Indos montanas regiones tenẽt, quos subactos Alexander Magnus piscibus vesci prohibuit.

[m] Anthropophagi gens asperrima sub regione Serum sita. Qui quia humanis carnibus vescuntur, ideo Anthropophagi nominantur. Itaque sicut his, ita & cæteris gentibus per secula aut à regibus, aut à locis, aut à moribus, aut ex quibuslibet alijs caussis immutata vocabula sunt: ita vt prima origo nominis eorum temporum vetustate non pateat.

Iam verò hi qui [n] Antipodes dicuntur, eò quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd contrarij esse vestigijs nostris putantur: vt quasi sub terris positi aduersa pedibus nostris calcent vestigia, nulla ratione credendum est: quia, nec soliditas patitur, nec centrum terræ: sed neque hoc vlla historiæ cognitione firmatur, sed hoc poëtę quasi ratiocinando coniectant.

P Titanas autem quosdam in Græcia ferunt fuisse robustos & excellentes viribus populos, P quos ferunt fabulæ ab irata contra deos Terra ad eius vltionẽ creatos. Vnde & Titanes dicti sunt ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, ab vltione, quod quasi vlciscendæ matris Terræ caussa in deos armati extiterint: quos fabulæ à Ioue bello fuisse superatos atque extinctos fingunt, propter quod è cælo iactis fulminibus interierunt.

a Cap. II. Gentes autem à quibus. *Aug. 16. de ciuit. c. 6.* Ex illis igitur tribus hominib. Noë filijs, septuaginta tres, vel potius, vt ratio declarata est, &c. *Nempè cap. 3. declarat.*

b Hus Traconitid. *Ex Hier. in quæst. Heb. è quo sunt plera. q. huius cap.*

c Acarnanij siue Curiæ. *Mendosè apud Hieronym.* Cariæ, pro Curiæ. *Stephanus:* Ἀκαρνάνια χώρα κεχωρισμένη τῶν Κυρήτων πρὸς ἀχελῶ. διὸ καλεῖται ὁἱ μὲν πειρώμενοι Κυρῆτες, ὁἱ δ' ἀκαρνάνιοι ἀκαρῆνες. *Quod autẽ Hieronymus, & Isidorus Curetas cum Acarnanib. confundũt, idem ab aliis quoque factum narrat Strabo.*

d Qui ab Euphrate. *Idem inf. lib. 14. c. 13. Vid. Hieron. q. in c. 25. Gen.*

e Edom filius Esau. *Quod Gen. 36. legitur*; Hæ sunt generationes Esau patris Edom. *Idumeor. intellige. Ipse enim Esau est Edom, vt eo loco dicitur, filium eius nominis nullam habuit nisi Idumeos, quos semper Edom, nunquam Idumæ nomine nisi in Græca tralatione nuncupari, ait Hieronymus ad Ezech. c. 25. Et quidem in antiquissimis Biblioth. Vaticanæ Biblijs: ἀνταὶ ἡγεμόνες ἦσαν πατρὸς τῶν ἐδωμιτῶν*, hodie legi affirmabat Chacon. Eusebius quoque in Chroni. (vnde sumpta hæc videntur). Primus (inquit) Esau, qui & Edom, à quo gens Idumæorum. *Vt legi hoc loco sine fraude potuit.* Edõ, qui & Esau, *vel potius*, Edom i. Esau.

f Chanaam à quo Afr. *Hier. Gen. 10.* De Chanaan primus natus est Sidon, à quo vrbs in Phœnicia Sidon vocatur. Deinde Aracæus, qui Arcas condidit oppidum contra Tripolin *&c. Vbi de Afris mentio nulla. Potuit tamen Isidorus ad Didonis migrationẽ respicere.*

g Filij Chus. *Ex Hier. ibid.*

h Filij Mesraim. *Videntur deesse nomina posita apud Hieronym.* Mesraim genuit Ludim, & Aramim, & Labaim, & Nephthuim. Et Phetrosim, & Chasloim, &c.

i A quo Edessa Syriæ--Cæles. *Verba Hieronymi è quo vocem Edessa suppleuimus.*

k Magog. à quo quidam arb *Verba sunt Hieronymi, qui videtur notare Ambrosium: qui lib. 2. de fid. Gog. Gothos dixerat.*

l Licet quidam *Hieron. in Genes. Idem Ezech. 38.* Hebræi Italos suspicantur. *& Isa. 66.* Tubal, siue Tobel aut Italia interpretatur, aut Iberia.

m Aschanaz à quo Sarmatæ. *Supplendæ videntur apud Hieronym. voces.* à quo Sarmatæ, *& legendum ex Ioseph.* Aschanaxas Aschanaz, quos Græci Rheginos vocat.

n Filij Iauan. *Hier. q. in cap. 10.* De Ionib. id est, de Græcis nascuntur Elisæi, qui nominantur Æolides.

o Vsque ad Oceanum Britan. *Quod Hierony.* vsque ad Gadira *dixit.*

P Nam multar. gent--appareat. *Verba Aug. 16. de ciuit. c. 11.*

q Gangaridæ--Hyrcani. *è Serv. Georg. 3. & Æn. 7.*

r Fuerunt n. eor. exul--obtinuerunt. *Iustini verba lib. 41.*

s Assyr ab Assur. *Ex Hier. Is. 19.*

t Namq. Iason. *Ex Iust. lib. 42.*

v Cuius fuit priuign. *Ex eod.*

x Ibiq. Mediam. *Iustinus* Medeam *lib. 42. sic n.* Post modum Iasonis Medus æmulus virtutis eius in honorem matris Medeam vrbem condidit.

y Sed inuenimus in Gen. *Minimè quidem in Genesi, sed apud Hieronym. in Gen. vt pro* inuenimus Hieronymus *cum Chacone legendum credamus.*

z Persæ autem. *Ex Hieronym. ad Is. c. 21.*

2 a Sabæi dicti. *è serv. Æn. 1. ad verba.* centumq. Sabæo Thure, *At supra à Saba filio Chus Sabæos deduxerat.*

b Quos autem veteres Assyr. *è Hier. in Is. c. 19.*

c Hebræi vocati ab Heber. *Ita Hier. Gen. 10. Ab Abraham deduci enixè contendit: ad cap. 3. epist. ad Philip. Ambrosius.*

d Nam Patriarch. Heb. *Ex Euseb. chronic.*

e Iudæis autem scis. *Hieron. Ion. 1. & aliis in locis.*

f Samaritanor. gens--Ité Phœnix Cadm. *Ex Euseb. Chron.*

g Hi peramplam hab. *Hieron ad Isai. 21.*

h Philistęi ipsi sunt. *Ex Hiero. ad Ezech. 25. apud quem* à gente sua *quod hic* à ciuitate sua.

i Ægyptij ab Ægypt. *Ex Euseb. Chron.*

k Armenius ex Thessal. *Iustin. lib. 42.*

l Limes est Pers. *Plin. & Solin. c. 52.*

m Gens antiquiss. *Ex Iustin. lib. 2. in princip.*

n Nam sic Liuius arg. *serv. Æn. 6. ad V.* Egregium forma iuuenem: Pro quo ære graui donatus est, id est, massis. Nam sic & Liuius argẽtum graue dicit, id est, massas.

o Has Titianus--deletæ sunt. *è Serv. Æn. 1. ad V.* Ducit Amazonidum, &c. *& Æn. 11. ad vers.* At medias inter cædes exultat Amazon.

P In parte Asiaticæ. *Verba illa* ab assiduis niuib. *Itemq.* id est, picta, *aliena duceb. at Chacon. neq. n. sunt apud Solin. è quo sunt reliqua.*

q Deinde pernicib. eq. *Verba sunt Hieron. ep. 30.*

r Dardanus & Iasius. *Serv. Æn. 7. ad V.* Dardanus Idæas. *Et Euseb. in Chron.*

s parta Victoria. *Al.* peracta. *Ex Iustin. lib. 25. & Hiero. in ep. ad Gal. quæ repetuntur lib. 14. c. 3.*

t Nam Græci propriè Thessali, *è Serv. Æn. 2. ad V.* Eruerint Danai. *Plin. lib. 7. c. 4.* Hellas eadem Thessalia, & Dryopis semper à regib. cognominata. Ibi genitus rex nomine Græcus à quo Græcia, ibi Hellen, à quo Hellenes, *ibi (fortasse) Thessalus à quo Thessalia, ne Isidori fides derogemus.*

v A rege Ægialo. *Euseb. in Chron.*

x Visi sunt vt aues. *Ergo Pelasgi quasi πελαργοί, id est, ciconiæ.*

y Primos n. eos Varro. *Serv. Æn. 8.* Hi primi Italiam tenuisse perhibentur.

z Myrmidones fuer. *è Serv. Æn. 2. ad V.* Myrmidonum, Dolopumuẽ.

a Successit Cranaus. *Ex Euseb. Chron.*

b Ion vir fortis. *Ex eod.*

c Epirotæ à Pyrrho. *Iustin. lib. 17. & 18.*

d & Ellopes filius. *Serv. Æn. 2. ad illud.* Dorica castra: sanè Dorus Neptuni filius fuit, vnde Dori originem duxerunt, *neq. ellipes, aut* Ellopis meminit.

e Hi din perseuerantes in bello. *Refert hoc ex Ephoro Strabo lib. 6. cuius etiam meminit Lactantius libro. 1. c. 20.* sic iuuenes ante dimissi cum virginib. ex quib. sunt Parthenij nati. *Eusebius in Chronico* Parthenitas. *Ephorus* Parthenias. *Serv. Æn. 3. & Georg. 4.* Partheniatas *vocat. Malè ergo in plerisq. codicib.* Spartani. *Propius à vera scriptura Gotth. Ouet. colleg.* Spartenij.

f Spartanos vero. *Euseb. in Chron.* Ea quæ de Sparta memorantur, quos Palephatus scribit, cum proximarum essent regionum aduersum Cadmũ constitisse, & propter repentinos, quasi de terra contractus ex omni parte confluentes, Spartos vocatos. *Vid. Agell. lib. 17. c. 3. & Isid. inf. de Phalanto Partheniorum duce.*

g Istrior--qui missi. *Ab Aretha rege. Iustin lib. 32.*

h Romani--Quirites-Thusci. *è Seruij diuersis locis.*

i Vmbri--tempore aquosæ clad. *solin. c. 8. Plin. lib. 3. c. 14.*

k Dicta à comite Liberi Marsya. *Silius lib. 8.* Sed populus nomen posuit metuentior hospes, Cum fugeret Phrygios terras, æquor, Marsya Crenos, &c. *Plinius tamen lib. 7 c. 2. à Marsa Circes filia.*

l Marsos autẽ Græci. *serv. Æn. 7 ad v.* Oscorum q. manus, *ita scribit*; Capuenses, dicit, qui anteà Osci appellati sunt, quòd illic plurimi abundarent serpentes. *Sed, cur hos cum Vmbris postea habitare dicat Isid. cùm à Capuensib. longissimè distent; quærendum.*

m Daci autem Goth. *Verba sunt Iustini lib. 33. Carmen vero S. Paulini.*

a De quibus quidam. *Idem Paulin.*

o Sicut & populi hab. t. lem. *Serv. Georg. 4. ad verba* propè flumina Mellæ.

P Vt Tolerates. *Mira varietas in libris, dũ singula nomina multimodis scribuntur, vt Tolerates. Tolorates, Dolerates, Olarates, Colonates. Itẽ Amsuari, Samsi, Vari, Amisi, Vari Amsmani; Item Quadi, Quadiui; Item Tungrij, Turingij, Vngari, Mũgrij; Itẽ Bruteri, Bruteni, Brutei, Bructeri; Itẽ Camasi, Clamasi, Chasuasi, Chamaui, Item Blangiani, Blanciani; Item Tubantes, Abantes. Nobis Tolosates cum Rhenan. lib. 1. Germ. ver. placent. Itemq. Angriuari, Quadi, Tungrij, Marcomani: Bructeri, Chamaui, VVangiones, Tubantes, ex Tacito. Quamuis pro Chamauis Clamosi in Panegyrico Nazarij ad Constantin. Aug. mendosè (vt credo) legantur. Eadem Antonio Aug. probabantur, nisi quod pro Tolosatib. Tencteros, longius ab scriptura discedens, ex Tacito substituebat.*

q Galli à candore. *Hier. in proœm. lib. 2. in ep. ad Gal. ex Lactantio, è cuius verbis Sibylla pro Virgilij nomine in quosd. nostros codices irrepsit.*

Gallos natura feroces, atq. acriores. *è Serv. Æn. 6. ad v.* Principio cælum, ac terras, *quo tamen loco non acrioris, sed pigrioris ingenij legitur. Et Iulius Firmic. lib. 1. cap. 1 & Hilar. (vt refert loco citato Hieronymus)* Gallos stolidos vocant.

r Vacca oppidum iuxta Pyren. *A. Augustinus Lacca legendum existimabat. Nam & Strabo lib. 3. de gentib. inter Pyreneum & Idubedam montes Laccetanor. agens, Laccetanam nobilissimam prædicat, vbi nunc Iacca vrbs Itaque delebat idem quæ sequuntur verba, vt aliena, abesse n. a duob. cc. Carmen verò è Virgilij Æneid. libro. 4.* Latèq. vagantes Vaccęi, *mendosum, sed eod. modo legitur apud Hier. in ep. ad Dardan.*

s Quos Cn. Pompei--nomen accep. *Ex Hieronym. aduers. Vigilant. hodieq. Comange dicitur.*

t Ab Hispalo Hispani. *Ab Hispano Hispani Iustin. lib. 44. & C. Neap.*

v Galleci. *Ex eod. Iustin. Sed illa apud eum non sunt:* Vnde & naturali ingenio callent.

x Inde Galleciam profectus. *Multa omissa sunt non ab Isidoro, vt Chacon quidem censebat, sed à librario, quæ petes è Iustino.*

y Cantabri--à vocabulo vrbis. *Cuius & annales nostri sæpè meminere, & ruina hodie visuntur.*

z Afri appellati. *Omnia è Hieron. q in Gen. c. 25.*

a Pœni--à Phœnicib. *Serv. Æn. 1.* Pœni ἀντιφοιϰες est, quasi Phœni.

b Africam--habuere libyes. *Ex Sallust. in Iugurth.*

c Massyla. *Vid. Serv. ibidem.*

2 d His nomen Gauloe. *è Solin. sed cur AEthiopiæ proximæ? An quia Solinus statim de Æthiopia?*

d Extremi, quia sæui. *è Serv. ad eclog. 8.* quasi sæui.

e Chus n. ling Heb. *è Hieron. de nominib. Heb.*

f Hi quondam, &c. *Verba Hier. in lib. de loc. Hebraic.*

g Troglodytæ gens. *ἀπὸ τῆς τρώγλης. id est, cauerna, quod in speluncis habitent. Solin. c. 34. Sed Isidori notatio magis Trogoditis respondet, id est viæ vorat oribus.* Plinius quoq. *lib. 6 c. 29.* Gentes Troglodytarum idem Iuba tradit Therothoas à venatu dictos miræ velocitatis. *Neq. tamen propterea Trogoditas ab Isid. nominatos putarim, cum præsertim Troglodytæ in omnib. cc. legatur: sed lusisse in voce, vt solet, liberius.*

h Pamphag. *Verba Solin c 33.*

i Ichthyophag. *Ex eod c. 57.*

k Anthropophag. *Ex eod. c. 53.*

l Antipodes. *Ex Aug. 16. de ciuit. c. 9 qui Lactantium secutus est, quædam etiam verba è Seruio Æn 6. ad illud.* Noctes atq. dies p. a. i. D. *Hos omnes ætas nostra coarguit ad Antipodas ipsos penetrans. Sed Seruius non de Antipodib. sed de inferis ac terræ centro loquitur.*

m Titanas. *Ex Lactant. lib. 5. c. 6.*

n Quos ferunt fabul. *è Serv Æn. 6.* Hic genus antiquum Troiæ.

De regnis et militia vocabulis. Cap. III.

REgnum à regibus dictum. Nam sicut reges à regendo vocati: ita regnum à regibus.

Regnum vniuersæ nationes suis quæq. tẽporibus habuere, vt Assyrij, Medi, Persæ, Ægyptij, Græci, quorum vices sors temporum ita volutauit, vt alterum ab altero solueretur. Inter omnia autem regna terrarũ duo regna cæteris gloriosiora traduntur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Asyriorum primò,deinde Romanorum,vt A temporibus & locis inter se ordinata atque distincta. Nam sicut illud prius,& hoc posterius:ita illud in Oriente, hoc in Occidente exortum est:[a] deniq. in illius fine huius initiũ confestim fuit. Regna cætera, cæteriq. reges velut appendices istorũ habentur.

[b] Reges à regendo vocati [c] sicut enim sacerdos à sanctificando, ita & Rex à regendo:non autem regit, qui non corrigit. Rectè igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Vnde & apud veteres tale erat prouerbium. [d] Rex eris si rectè facies,si non facias non eris.

Regiæ virtutes præcipuæ duæ, iustitia & pietas: plus autem in regibus laudatur pietas:nam iustitia per se seuera est. B

Consules appellati à cõsulendo,sicut reges à regẽdo,& sicut leges à legẽdo: [e] nam cùm Romani regũ superbã dominationẽ nõ ferrent, annua imperia binósq.Cõsules sibi fecerũt.nam fastus regius nõ beniuolentia cõsulentis, sed superbia dominantis erat:hinc igitur Consules appellati, vel à consulendo ciuibus, vel à regendo cuncta consilio. Quos tamen ideo mutandos per annos singulos instituerunt, vt nec insolens diu maneret,& moderatior citò succurreret. Inde autem duo pares quia vnus rem ciuilẽ, alter C rem militarem administrabat. [f] Regnauerũt autem annis ccccIxiiij.

Proconsules subiecti erant consulibus, & dicti Proconsules, eo quòd vicem consulis fungerentur,[g] sicut procurator curatoris, i. actoris.

Exconsules autem dicti, quòd iam à consulatu exierint siue discesserint peracto vicis suæ anno.

[h] Dictatores nono anno post reges expulsos Romani sibi creauerunt, dum gener Tarquinij ad iniuriam soceri vindicandam, ingentẽ aduersus Romam collegisset exercitum. [i] Hi quinquenij temporis imperio D vtebantur: plus enim erant honore quàm Consules, qui annuas potestates tenebant. [k] Et dicti Dictatores quasi principes & præceptores: vnde & magistri populi nominabantur. Vnde & dicta dicuntur.

[l] Cæsarum nomen à Iulio cœpit,qui bello ciuili commoto primus Romanorum singularem obtinuit principatum. Cæsar autem dictus, [m] quòd cæso mortuæ matris vtero prolatus eductúsque fuerit: vel quòd cum cæsarie natus sit,à quo & imperatores sequentes Cæsares dicti (eò quòd comati essent). [n] Qui enim exsecto vtero eximebantur,cæsones & cæsares appellabantur.

Iulius autem dictus,quia ab Iulo Æneæ filio originem duxit,vt confirmat Virgil. Iulius à magno demissum nomen Iulo.

Imperatorum autem nomen apud Romanos eorum tantùm fuit prius, apud quos summa rei militaris consisteret, & ideo Imperatores dicti ab imperando exercitui: sed dum diu duces titulis imperatorijs fungerentur,Senatus censuit, vt Augusti Cæsaris hoc tantùm nomen esset,eò quòd is distingueretur à cæteris gentium regibus, quod & sequentes Cæsares hactenus vsurpauerunt. [o] Solet enim fieri, vt primi regis nomen etiam reliqui possideant, sicut apud Albanos ex Siluij nomine omnes reges Albanorum Siluij appellati sunt:sicut & apud Persas Arsacidæ: apud Ægyptios Ptolemæi: apud Athenienses Cecropidæ.

[p] Augustus ideò apud Romanos nomen imperij est, eo quòd olim augerent rempublicam amplificando. Quod nomen primo Senatus Octauiano Cæsari tradidit, vt quia auxerat terras, ipso nomine & titulo consecraretur. Dum autem idem Octauianus iam Cæsar & Imperator appellaretur,vel Augustus: [q] postea verò dum ludos spectaret, & pronuntiatum esset illi à populo vt vocaretur & Dominus, statim manu vultũque auerso, indecoras adulationes represit & Domini appellationẽ vt omen [r] declinauit, atq. insequẽti die omnẽ populũ grauissimo edicto corripuit, Dominúmque se post hæc appellari ne à liberis quidem suis permisit. fuit enim filius Attiæ,quæ nata est de sorore Iulij Cæsaris.

Reges autẽ ob hanc caussam apud Græcos βασιλεῖς vocantur,quòd tanquam bases populum sustinent: vnde & bases coronas habent. Quanto enim quisque magis præponitur, tanto amplius pondere laborum grauatur.

Tyranni Græcè dicuntur, ijdem Latinè & reges: [s] nam apud veteres inter regem & tyrannum nulla discretio erat: vt, Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Fortes enim reges tyranni vocabantur: nam tyro fortis,de quibus Dominus loquitur:per me reges regnant,& tyranni per me tenent terram. Iam postea in vsum accidit tyrannos vocari pessimos atque improbos reges,luxuriosæ dominationis cupiditatem & crudelissimam dominationem in populis exercentes.

[t] Princeps & dignitatis modo significatur, & ordinis, sicut est illud Virgilianum: Princeps ardentem coniecit lampada Turnus, pro,primus. [v] Dictus autem Princeps à capiendi significatione, quòd primum capiat, sicut municeps ab eo quòd munia capiat.

[x] Dux dictus eo quòd sit ductor exercitus:sed non statim quicunque principes vel duces sunt,etiam reges dici possunt. In bello autẽ melius ducem nominari quàm regem: nam hoc nomen exprimit in prœlio ducentem:vnde Virg. ducis Euandri. Sallust. Quo cupidius in ore ducis sese quisq. bonũ. Non B dixit in ore consulis.

Monarchæ sunt, qui singularem possidẽt principatũ,qualis fuit Alexander apud Græcos, & Iulius apud Romanos. Hinc & monarchia dicitur. Μόναρχος quippe singularitas Græco nomine, ἀρχὴ principatus est.

Tetrarchæ sunt, quartam partem regni tenentes. Nam τετραρχίαι quattuor sunt:qualis fuit apud Iudæam Philippus.

[y] Patritij inde vocati sunt, pro eo quòd sicut patres filijs,ita prouideant reipublicæ.

[z] Præfecti dicti, quòd Prætoria potestate præsint.

[a] Prætores, ijdem qui & Præfecti, quasi C præpositores.

[b] Præsides verò dicti,quia alicuius loci tutelam præsidialiter tenent.

Tribuni vocati, quòd militibus,siue plebibus iura tribuunt.

[c] Chiliarchæ sunt,qui mille præsunt, quos nos Millenarios nuncupamus,& est nomen Græcum.

[d] Centuriones dicti eo quòd centũ præsunt militibus: sicut Quinquagenarij qui in capite sunt quinquaginta militũ, sicut Decani ab eo quòd militibus decem præferuntur.

[e] Miles,dictus, quia mille erant antè in numero vno, vel quia vnus est, ex mille electus. D Romulus autem [f] primus ex populo milites sumpsit & appellauit. Liber verò primus militiæ ordinem docuit.

Miles aut ordinarius dicitur,aut extraordinarius. Ordinarius est qui per ordinem militat:nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris:est enim gregarius, id est humilis militiæ. Extraordinarius vero, qui ob virtutem promouetur ex ordine.

Emeriti dicuntur veterani solutiq. militia,qui iam in vsu prœlij nõ sunt,quia mereri militare dicitur, à stipendijs scilicet quæ merentur. Ijdẽ & veterani dicũtur,quia iam in vsu prœlij nõ sunt:sed post multos militiæ labores quietis suffragium consequuntur.

Equestres milites dicti,eo quòd equo sedeant. Item militat ille in equestri ordine.

Tirones,dicuntur fortes pueri,qui ad militiam deliguntur, atque armis gerendis habiles existunt. Hi enim non ex sola professione natiuitatis:sed ex aspectu & valitudine corporis existimãtur. Vnde & tirones dicti, qui antequam sacramento rogati sint, milites non sunt. Romanæ autem militiæ mos fuit,puberes primò exerceri armis. Nam decimo sexto anno tirones militabant, quo etiam solo sub custodibus agebant, de quibus Virgilius, Et primæuo flore iuuentus.

[g] Seruos sanè nunquam militasse constat, nisi seruitute deposita, excepto Hannibalis tempore, cùm post Cannense prœlium in tanta necessitate fuissent Romani, vt ne liberandorũ quidẽ seruorũ daretur facultas.

[h] Desertores vocati,eò quòd,desertis militaribus officijs,euagantur. Hi in alios numeros militiæ nomen dare prohibentur, sed si non magni temporis culpam contraxerint, cæsi numeris suis restituuntur. Sed & qui deserunt exercitum ad hostes transeuntes, & ipsi Desertores vocantur.

Conscripti milites dicuntur, quia in tabulis conferuntur ab eo, qui eos ductũrus est:sicut Trãscripti vocantur, cùm de alia in aliam legionẽ transeunt,& inde Transcripti, quia nomina dant, vt transcribantur.

[i] Optiones dicti, quod sint electi. Nam optare eligere est,sicut est illud,Oprauitque locum regno,id est,elegit.

Excubitores dicuntur, pro eo quòd excubias semper agunt. Sunt enim ex numero militum & in porticibus excubant propter regalem custodiã. [k] Excubiæ autem diurnæ sunt, vigiliæ nocturnæ,vnde & vigiles.

Velites,erant apud Romanos genus militiæ,à volitando vocati. Lecti enim agilitate iuuenes cum armis suis post terga equitum confidebant, & mox cùm ad hostes ventum esset,equis desiliebant, & continuò pedites ipsi ex alia parte,equitibus per quos aduecti fuerant dimicantibus, hostem perturbabant. Ab his ergo Velitibus elephanti quondam Hannibalis retro acti, cùm regi iam à suis non possent, fabrili scalpro inter aures adacto,necabantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Castra sunt vbi miles steterit.[l] dicta autē castra quasi casta, eò quòd illic castrareturlibido. Nam nunquam ijs intererat mulier.

Militia autem à millibus dicta, aut à multis: quasi multitia, quasi negotium multorū, aut à mole rerum [m] quasi moletia.

Legio sex millium armatorum est, à delectu vocata, quasi lecti, id est, armis electi. Prò priè autem Macedonum [n] phalanx, [o] Gallorum caterua, nostra legio dicitur.

[p] Legio habet sexaginta centurias, manipulos triginta, cohortes duodecim, turmas ducentas.

Centuria est pars exercitus in centenos milites diuisa. Vnde & qui ijs præsunt centuriones dicuntur.

Succenturiati sunt, non qui in prima, sed qui in secunda centuria sunt, quasi sub prima centuria, tamen stricti etiam ipsi & in speculis positi in bello sunt, vt si prima defecerit, isti quos sub se diximus laborantibus primis subueniant. Vnde & ad insidiandum ponitur succenturiatus, quasi armis dolosis instructus.

Manipulus ducentorum est militum. Manipuli autem dicti sunt milites, siue quia bellum primò manu incipiebant, siue quod antequam signa essent, manipulos sibi, id est, fasciculos stipulæ, vel herbæ alicuius pro signis faciebant, à quo signo manipulares milites cognominati sunt. De quibus Lucanus: Conuocat armatos extemplo ad signa maniplos.

[q] Turma triginta equites sunt. Romani enim equites in vna tribu trecenti fuerūt. De singulis enim centurijs decem dabātur, & fiebat turma.

Cohors quingentos milites habet.

Tria sunt militiæ genera, sacramentum, euocatio, coniuratio.

Sacramentum, in quo post electionem iurat vnusquisque miles, se non recedere à militia, nisi post completa stipendia, id est, militiæ tempora, & hi sunt qui habent plenam militiam. Nam viginti quinque annis tenentur.

Euocatio, dum ad subitum bellum nō solum milites, sed & cæteri euocantur. Vnde etiam consul solebat dicere: Qui rempublicam saluam esse vult, me sequatur.

Coniuratio, quæ fit tumultu, quādo vicinū vrbis periculū singulos iurare nō patitur: sed repēte colligitur multitudo & tumultuosa in ira cōflatur. Hæc & tumultuatio dicit.

In acie autem istæ ferè formæ sunt: Exercitus, classis, nodus, cuneus, alæ, cornua, agmen: quæ formas & nomina ab ipsis rebus de quibus translata sunt mutuantur.

Acies dicta, quòd ferro armata sit & acumine gladiorum.

Exercitus, multitudo ex vno genere, ab exercitatione belli vocata.

Classes dictæ propter diuisionem exercitus qui postea manipuli dicti sunt. Vnde & Virgilius, Classibus hic locus, hic acies certare solebāt. Iā posteà & classis nauiū dicta.

[r] Nodus priè est dēsa peditū multitudo, sicut turma equitum. Nodus autem dictus, pro difficultate, quòd vix posit resolui.

Cuneus est collecta in vnum militum multitudo. Vnde propter quod in vnū coit [s] ipsa coitio in vnū, cuneus nominatus est, quasi counеus, eò quòd in vnum omnes coguntur.

Alæ in exercitu triginta equites esse dicuntur, [t] Alæ autē equites ob hoc dicti, quia tegunt pedites alarum vice.

Cornua vocantur extremitas exercitus, quòd intorta sit.

[v] Agmen dicitur cùm exercitus iter facit, ab agendo vocatum, id est, eundo. Plautus, Quò te agis ipse? Est enim exercitus ambulans. Nā agmen dicitur quod in longitudine directum est, quale solet esse cùm exercitus portis procedit: quicquid fuerit aliud, ab usiuè dicitur.

[a] Cap. III. Denique in illius fine huius initium fuit. *Nam quo tempore Sardanapalus vltimus Assyriorum Rex ab Arbace Medo victus igni se tradidit, Romulus & Remus nati sunt, quantum ex Eusebio colligere licet.*

[b] Reges à regendo *Ex Aug. ad ps. 44.*

[c] Sicut enim sacerdos à sanctificando. *Ex eodem, vt etiam sup. lib. 7. c. 12.*

[d] Rex eris, si rectè facies. *Horatius.*

[e] Nam cùm Romani regum superbam dominationem. *Ex Aug. 15 de ciuit. c. 12. qui hæc ex Sallust. Catilin. apud quem etiam* superbam dominationem (*non vt vulgò in* superbiam dominationémque) *in antiquiss. libro legi aiebat Chacon.*

[f] Regnauerunt autem annis CCCCLXIIII. *Totidem numerat Hieronymus in præf. ad Aggæū, & Euseb. in Chron. Mendosè libri nostri* CCCCLXVII. *facili librariorū lapsu.*

[g] Sicut procurator curatoris. *Vid. c. seq.*

[h] Dictatores nono anno *Euseb. (siue Hieronymus potius) in Chron.* Nono (*inquit*) anno post exactos reges noua dignitas est creata. Dictatura scilicet *In quo Liuium secutus videtur. Cassiodorus octauo anno post exactos Reges, de qua discordia Fasti insp iciendi, Ant. August. non nisi duodecimo. Nostri omnes libri magno cōsensu* quinto anno *retinent, error fortasse natus ex nota* IIX. *vel* XII.

[i] Hi quinquennij -- tenebāt. *Hæc censorib. aptanda videntur, de quibus cap. seq. Nam Dictatura semestris fuit.*

k &

[k] Et dicti Dictat. *Varr. libro. 5.* Hinc in manipulis castrensib. dicta ducib. Hinc dictata in ludo. Hinc Dictator magister populi. *cic. 3. de legib.* Alt quādo duellum grauius discordiæ ciuium poscunt, Dictator esto, ne amplius sex menses, si senatus creuerit, idemque iuris quod duo consules teneto. Isq. aui sinistra dictus populi magister esto. *Dictus vero Dictator, quòd à consule dicoretur.*

[l] Cæsarum autem. *Imperatorum, alioqui ante Cæsarem Dictatorem Cæsar Iuliorum cognomen fuit. Euseb in Chron.* C. Iulius Cæsar primus apud Romanos singulare obtinuit imperium, à quo Cæsares Romani principes appellati.

[m] Quod cæso matris. *è Seru. Æn. 1. V.* Nascetur p. t. o. Cæsar. *Quam verum (cum vixerit Aureliæ Cæsaris mater diu viuo Cæsare) Seruius viderit.*

[n] Qui .n. ex secto. *Plin. lib. 7.* Auspicatius enecta parente gignuntur, sicu Scipio Africanus prior natus, primusq. Cæsarum à cæso matris vtero dictus, qua de caussa Cæsones appellati. *Vid. Fest. Verba verò* eò quòd comati essent, *aliena cum Chacone ducimus.*

[o] Solet n. fieri. *è Seru. Æn. 12. ad v.* Murranum hic atauos.

[p] Augustus -- eò quòd augerent *Suetonius ab auctu, vel ab auiū gestu, gustuue. Ouidius vtrumq. indicauit Fast.* 1. Huius & augurium dependet origine verbi. Et quodcunq. sua Iuppiter auget ope.

[q] Postea vero dum lud spect *Sueton. c. 33.*

[r] Vtomen declinauit. *Verissimè restituit hunc locum A. Contrariuius cum in libris*, vt homo *legeretur. Neque Isidoriano codici à quo hæ voces absunt tantum credo quentum huic emendationi. Sueton.* Domini appellationem vt maledictum, & opprobrium semper exhorruit. *Quod autem sequitur*, quæ nata est de sorore Iul Cæsaris. *verba sunt Seruij inutio Æneid.*

[s] Nam apud veteres. *è Seru. Æn. 4 & 7. & August. 5. de ciuit. c. 19.* Sed ne tyranni non pessimi atq. improbireges, sed veteri nomine fortes dicti existimentur. Vnde ait Virgil. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

[t] Princeps & dignitatis mod. *Seru. Æn. 5. ad v.* Cū princeps mediocq. Gyas, &c.

[v] Dictus autem princeps. *Ex Aug. lib. de Grammat.*

[x] Dux dictus. *Ex 18. de ciuit. c. 45.*

[y] Patritij inde vocati. *De nono Patritior. genere quod erat Iustiniani tempore, A Augustinus.*

[z] Præfecti. *De præfectis prætorio.*

[a] Prætores ijdem qui & præfecti. *Veteres prætores intellige, hoc est magistratus, qua ratione Prætores Consules dicebantur, & prætorū, & porta prætoria. Quod verò* quasi præpositores, *melius cum Varrone* quasi prætores dixisser.

[b] Præsides. *Glossar.* Præses ἡγέμων.

[c] Chiliarchæ. *Ex Hieronym. Isai. 2.*

[d] Miles -- quia mille erat antè in numero vno. *Cohortes numeros appellari solitas à Latinis tradit Sozomen. tripart. hist. lib. 1. c. 7. Varro tamen lib. 4.* Milites quod trium millium legio primò fiebat, ac singulæ tribus Tat. Ramn. Lucer. millia singula mittebant.

[e] ex populo. *Ex plebe.*

[f] Romanæ autem militiæ. *è Seru. Æn. 7. ad v.* Ante vrbem pueri, &c.

[g] Seruos sanè nunquam militasse. *Ex eodem Æn. 9. ad v.* vetitisq. ad Troiam miserat armis.

[h] Desertores. *Vid. l. desertorum §. 3. D. de re milit. & Quintil. lib. 7. c. 7.*

[i] Optiones -- nam optare elig. *è Seru. Fest.* Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur accēsus, is adiutor dabatur Centurioni à Tribuno milit. vt quem vellet eligeret, vnde & nomen sortitus est.

[k] Excubiæ autem diurn. *Ex eod. Aen. 9.*

[l] Dicta autem castra, *Ex eod. Aen. 3. ad v.* nos castra mouemus.

[m] quasi moletia. *Al moleſtia, quib. fauet Conchen. vernaculus.* à mollitia *& Rabanus. Festus quoq.* Militē Aelius à mollitia per antiphrasin dictum putat, eò quòd nihil molle, sed asperum quid reddat.

[n] Macedonum phalanx. *è Seru. Aen. 2.* Et iam Argiua phalanx.

[o] Gallorum caterua. *Veget. lib. 2. c. 2.*

[p] Legio autē habet IX. *Seru. Aen. XI. ad v.* Volscor. edice maniplis: Signiferi, *inquit*, quia secundum antiquum morem in legione erant triginta. Legio autē habebat septem cohortes, sexaginta centurias. *Putamus autem apud Seru. vitiosè* VII. *pro* XII. *scriptum. Nam apud Isidor. omnia constat, qui paullò post cohortem quingenis militib. constare dicit. Licet (vt ait ibidem Seruius) in his rebus accessu temporis ducum varietas semper mutauerit militiæ disciplinā. Agell. lib. 16. c. 4.* in legione sunt centuriæ LX. manipuli XXX. cohortes X. *Vegetius quoq. lib. 2. c. 6.* Sciendum est autem in vna legione decem cohortes esse debere. Sed prima cohors reliquas & numero militum & dignitate præcedit.

[q] Turma -- & fiebat turma. *Conciniasse videtur hæc (quæ nunc integra non esse nemo non videt) è Seruio & Varrone, ita vt vtrumq. aliquid restet. Ergò sectabar quæ in libris omnibus erat reliquiis, eorum verba proponemus: Seru. Aen.* 9. Trecentum scutati omnes. Romani, inquit, equites primo trecenti fuerunt, de singulis enim curijs deni dabantur, quas triginta fuisse diximus. *Varro lib. 4.* Turma terma E in V abijt, quod terdeni equites ex tribus tribubus Tatiensium, Ramnens. & Lucer. fiebant. itaq. primi singularum decuriar. decuriones dicti *Chacon, reliquis reuctis, hæc tantum ex Seruio retineri volebat:* Romani equites primo trecenti fuerunt, de singulis enim curijs decem dabantur. Cohors, &c.

[r] Nodus proprie est densa. *è Seru. Aen. 10. ad illud:* Abantem oppositum interimit pugnæ nodumque moramq. *Quod autē sequitur.* Nodus autē dictus pro difficultate, *alia verbi apud Seruium notio est. non ratio prioris, vt videtur existimasse Isidorus, qui Seruij commentaria sine Virgilij carminibus fortasse inspiciebat.*

[s] Et ipsa coitio in vnum. *verb. Aug. in lib. de ordi. c. 18.*

[t] Alæ autem equites. *Veget. lib. 2. c. 1. & Agell. 16. c. 4.*

[v] Agmen. *Seru. Aen. 1. & 9.* Agmē proprie est exercitus ambulās, quidquid fuerit aliud abusiuè dicitur.

De ciuibus. Cap. IV.

DE imperijs militiæq. vocabulis ex parte dictum est, deinceps ciuium nomina summatim subiungimus.

Ciues vocati quòd in vnū coēuntes viuāt, vt vita communis & ornatior fiat & tutior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domus vnius familiæ habitaculum est, sicut vrbs vnius populi, sicut orbis domiciliũ totius generis humani. Est autem domus genus, familia, siue coniunctio viri & vxoris. Incipit autem à duobus & est nomen Græcum. Nam δώματα Græci tecta vocant. Familia est, liberi ex liberis legibus susceptι, à famore.

Genus autem à gignendo & progenerando dictum: aut à definitione certorum prognatorum, vt nationes, quæ proprijs cognationibus terminatæ, gentes appellantur.

[a] Populus est cœtus humanæ multitudinis, iuris consensu, & concordi communione sociatus. Populus autem eo distat à plebibus, quòd populus vniuersi ciues sunt, connumeratis senioribus ciuitatis: Plebs autem reliquum vulgus sine senioribus ciuitatis. Populus ergo tota ciuitas: vulgus verò plebs est. Plebs autem dicta à pluralitate: maior est enim numerus minorum, quàm seniorum. [b] Populus verò συχνὸς δῆμος dicitur id est, κοινὸς πολύς. Vnde & populus dictus est. [c] Græcè autem populus dicitur λαὸς à lapidibus. Vulgus est passim inhabitans multitudo, quasi quisque quo vult.

Tribus dicuntur tanquam curiæ & congregationes distinctæ populorum, & vocatę tribus ab eo quòd in principio Romani trifariè fuerunt à Romulo dispertiti, [d] in senatoribus, militibus, & plebibus. [e] Quæ tamen tribus nunc multiplicatæ nomen pristinum retinent.

Senatui nomen ætas dedit, quòd seniores essent. [f] Alij à sinendo dictos accipiunt senatores: Ipsi enim agendi facultatẽ dabant.

Senatusconsultus à cõsulendo & tractando est dictus: quod sic fit, vt consulat & nocere non possit.

[g] Patres autem, vt dicit Sallustius à curæ similitudine vocati sunt. Nam sicut patres filios suos, ita illi, [h] rempublicam habebant.

[i] Patres Conscripti, quia dum Romulus decem curias Senatorum elegisset: nomina eorum præsente populo in tabulas aureas contulit, atq. inde Patres Conscripti vocati.

[k] Primi ordines Senatorum dicuntur Illustres, secundi Spectabiles, tertij Clarissimi. Iam inferius quartũ aliquod genus non est. Quamuis autem Senatoria quisque origine esset, vsque ad legitimos annos Eques Romanus erat, deinde accipiebat honorem Senatoriæ dignitatis.

Censores apud veteres Romanos erant. Est enim nomẽ Censoris dignitas iudicialis. Censere enim iudicare est. Itẽ Cẽsores sunt patrimoniorũ iudices, à censu æris appellati.

[l] Iudices dicti quasi ius dicentes populo, siue quòd iure disceptent. Iure autẽ disceptare, est iustè iudicare. Non est autẽ iudex, si non in eo est iustitia.

Præsides rectores sunt prouinciæ: dicti eò quòd præsunt.

Prætores autem, quasi præceptores ciuitatis & principes. Ijdem & Quæstores quasi quæsitores, eò quòd quæstionibus præsunt, consilium enim & caussa apud eos est.

[m] Proceres sunt Principes ciuitatis, quasi procedes, quòd ante omnes honore præcedant. Vnde & capita trabium quæ eminent extra parietes proceres dicuntur, eò quòd primo procedant. Hinc autem ad primores facta translatio: quòd à cætera multitudine præeminent.

[n] Tribuni dicti quòd plebi iura vel opem tribuunt. Constituti sunt autẽ decimo sexto anno post reges exactos. Dũ enim plebs à Senatu & Cõsulibus premeretur: tunc ipsa sibi Tribunos quasi proprios iudices & defensores creauit: qui eorum libertatem tuerentur, & eos aduersus iniuriam nobilitatis defenderent, vnde & defensores dicti, eò quòd sibi plebem commissam contra insolentiam improborum defendant. [o] At contra nunc quidã euersores: non defensores existunt.

[p] Numerarij vocati sunt: qui publicũ nũmum ærarijs inferunt.

Functi, ab eo quòd fungantur honore & officio aliquo dicti. Hinc & defunctos mortuos dicimus, qui compleuerunt vitæ officia, nihil enim iam faciunt.

Municipes sunt in eodẽ municipio nati: ab officio munerũ dicti, eò quòd publica munia accipiunt. Munia enim officia sunt: vnde & immunes dicũtur, qui nullũ gerũt officium.

Municipales originales ciues & in locum officium gerentes.

Decuriones dicti, quòd sint de ordine curiæ. Officium enim curiæ administrant. Vnde non est Decurio [q] qui summam non intulit, vel curiam participauit.

Curiales autem ijdem & Decuriones. Et dicti Curiales, quia ciuilia munera procurãt & exequuntur.

Principales magistratus & Duumuirales curialium officiorum ordinis sunt. Principales dicti quòd primi sint magistratibus.

Magistratus

Magistratus verò, quod maiores sint reliquis officijs.

[r] Duumuirales.----

Tabellio vocatus, eò quòd sit portitor tabellarũ. Idem Exceptor, idem & Scriba publicus, quia ea tantum quæ gestis publicãtur scribit.

Burgarij à burgis dicti, quia crebra per limites habitacula constituta burgos vulgò vocant. Vnde & Burgundionum genti nomen inhæsit: quos quondam subacta Germania, Romani per castra disposuerunt, atque ita ex locis nomen sumpserunt.

[s] Collegiati dicuntur quod ex eorũ collegio custodijsque deputentur qui facinus aliquod commiserunt. Est enim sordidissimum genus hominum patre incerto progenitum.

Priuati sunt extranei ab officijs publicis. Est enim nomen magistratum habenti cõtrarium: & dicti priuati, quòd sint ab officijs curiæ absoluti.

Mercenarij sunt, qui seruiunt accepta mercede: ijdem & Barones Græco nomine, quòd sint fortes in laboribus: Βαρὺς enim dicitur grauis, quòd sit fortis. Cui contrarius est leuis, id est, infirmus.

Publicani appellantur conductores vectigalium fisci vel rerum publicarum, siue qui vectigalia publica exigunt, vel qui per negotia seculi lucra sectantur. Vnde & cognominati sunt.

[t] Villicus propriè villæ gubernator est. Vnde & à villa villicus nomen accepit. Interdum autem villicus non gubernationẽ villæ, sed dispensationẽ vniuersæ domus, Tullio interpretante, significat, quod est vniuersarum possessionum & villarum dispensatorem.

[v] Actores ijdem & curatores ab agendo & curando vocati.

Procuratores verò, eò quòd vicem Curatoris fungãtur: [x] quasi propter Curatores: sicut Proconsul pro Consule.

Coloni sunt cultores aduenæ dicti à cultura agri. Sunt enim aliunde venientes atque alienum agrum locatũ colentes, ac debentes conditionem genitali solo propter agri culturam sub dominio possessoris, pro eo quòd ijs locatus est fundus. Coloni autẽ quattuor modis dicuntur. Nam coloni aut Romani sunt, aut coloni Latini, aut coloni auxiliares, aut coloni ruris priuati.

Inquilini vocati quasi incolentes aliena. non enim habent propriam sedem: sed in terra aliena inhabitant.

Differt autem inter inquilinum & aduenam. Inquilini enim sunt qui emigrant, & non perpetuò permanent. Aduenæ autem vel incolæ aduentitij perhibentur, sed permanẽtes: & inde incolæ, quia iam habitores sunt, ab incolendo.

Indigenæ sunt inde geniti, & in eodem loco nati, vbi inhabitant.

Incola autem non indigenam, sed aduenam indicat.

Peregrini dicti, eò quòd ignorantur eorũ parentes à quibus orti existunt: sunt enim de longinqua regione.

Vrbani vocabãtur, qui Romæ habitabãt: qui verò in cæteris locis, oppidani. [y] Nam sola vrbs, Roma; cætera oppida.

Famuli sunt ex propria seruorum familia orti.

[z] Serui autem vocabulum inde traxerũt, quòd hi qui iure belli possent occidi à victoribus, conseruabantur, & serui fiebant, à seruando scilicet serui appellati.

Ancillæ à sustẽtaculo vocatæ, ἀγκὼν enim Græcè cubitus dicitur, vnde & anconem dicimus.

Mancipiũ est quicquid manu capi, subdíq. potest, vt homo equus, ouis. Hæc enim animalia statim vt nata sunt, mancipium esse putantur: nam & ea quæ in bestiarum numero sunt tunc videntur mancipium esse, quando capi siue domari cœperint.

Ingenui dicti qui in genere habẽt libertatem, non in facto, sicut liberti. Vnde & eos Græci εὐγενεῖς vocant, quòd sint boni generis.

Libertus autem vocatus, quasi liberatus. Erat enim prius iugo seruitutis addictus. [a] Libertorum autem filij apud antiquos libertini appellabantur, quasi de libertis nati: nũc verò libertinus aut à liberto factus, aut possessus.

Manumissus dicitur, quasi manu emissus. Apud veteres enim quotiens manu mittebant, [b] alapa percussos circumagebant, & liberos confirmabant: vnde & manumissi dicti, eò quòd manu emitterentur.

Dedititij primùm à deditione sunt nuncupati. Deditio enim dicitur, quãdo se vincti, aut vinciendi hostes victoribus tradunt, quibus hæc origo nominis fuit. Dum quondam aduersus populum Romanum serui armis sumptis dimicassent, vincti se dederũt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

comprehensíque varia turpitudine affecti A sunt.[c] Ex his quidam postea à dominis manumissi propter suppliciorum notas quas manifestè perpessi sunt, ad dignitatem ciuium Romanorum non peruenerunt.

[d] Latini (ante Romam conditam apud Latinos fiebant) nunquam per testamentũ, sed per epistolam libertatem sumentes. Inde quia per testamentum non fiebant, nec ex testamento aliquid capere, nec suos hæredes facere poterant, ciues Romani postea sub consulibus per testamenta in vrbe Romana effecti sunt. Dicti autẽ ciues Romani, quia testamento liberi effecti in numerum Romanorum ciuium rediguntur. His primùm aditus erat in vrbe Roma commorani,[e] cæteris autem libertis prohibebatur, ne vel in vrbe Roma, vel intra septimum ab vrbe milliarum commanerent.

[a] Cap. IV. Populus est cœtus. *Aberat à libris vox cœtus, quam restituimus ex Augu. 19 de ciuit. c. 21. & 24. qui hæc verba è libris Cic. de rep. citat.*

[b] Populus verò. *Quot hic monstra è Græcis characteribus? sed proximè accedit ad lectionẽ, quam posuimus, Onet. colleg. Gotth. Vide nũquid ad hæc πολὺς συμμικτὸς Hieronymi Nahum 3. ad illud*, Bruchus expansus est.

[c] Græcè autem populus. *è Seru. Georg. 1. ad v.* Vnde homines nati durum gen.

[d] In senatorib. mil. & plebib. *Aliena hæc ducimus.*

[e] Quę tamen tribus nunc multipl. *Varr. lib. 4.* Cẽturia Primo à centum iugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen; vt tribus multiplicatæ idem tenent nomen. *Ead. ex eod. Varrone refert Columella lib. 3. c. 1. à quo verius fortasse sit Isidorum sumpsisse. Nam Varronis libros de ling. Lati. non patabat ab Isidoro lectos, Chacon.*

[f] Alij à sinendo. *Verba sunt Seruij Æn. 5. ad v.* & patribus dat iura vocatis. *Sed quis hæc, obsecro, in Isidoro nõ risit? at in Seruio suspiciunt ijdem.*

[g] Patres autem. *Seru. ibid.*

[h] remp. habebant. *Ita Gotth. cc. alij* alebant.

[i] Patres conscripti. *Hæc vnde sint, quærendum. Dionys.* ὅτι ἢ μετέχοντες πατρῶν ἔδραροι προσηγορεύθησαν, ἢ μέχρις ἐκ ταύτης ἐτύγχανον τῆς προσηγορίας, ἀδηλον ἢ τῷλο τό θ. ἦν. *Neque tamen sic satis placere possunt, neque si ex aureis æreas tabulas facias, adducemur, vt hæc non adulterina sint.*

[k] Primi ordinis. *è Placidi glossis, è quo* Senatorũ vocem delebat *Chacon.*

[l] Iudices dicti. *inf. lib. 18. c. 15. & Grat. 23. q. 2. c. 1. & Greg. c. 10. de verb. signif.*

[m] Proceres -- vnde & capit. trab. *è Ser. Æn. 1. ad v.* Post alij proceres.

[n] Tribuni -- decimo sexto. *Mendosè omnes libri sexto. Ascon. in Corneliana:* Tanta in illis virtus fuit, vt anno XVI. post reges exactos propter nimiam dominationem potentium secederent, leges sacratas ipsi restituerent, duos Tribunos crearent, *& Pompon. c. 2. de origin. iur.* Anno ferè XVII. post reges exactos Pop. Rom. Tribunos sibi in monte sacro creauit.

[o] At contra nunc quidam. *Oportet hæc alicuius antiqui scriptoris verba fuisse, nam Isidori ætate Tribuni non erant.*

[p] Numerarij. *Extat edictum Egicæ Regis in Concil. Tolet. 16. vbi Numerarij muneris mentio fit.*

[q] Qui summam non intulit, vel curiam non participp. *Quæ de ritu Chacon: Qui decurio fiebat, is pro introitu præstitutam summam inferebat, neque, antequam eam inferret, curialis erat; vbi vero de more nihil inferebatur, non antea curialis dicebatur, quàm cum alijs curiam ingressus de rebus publicis consultaret. Vid. Plin. lib. x. ep. 533. Ant. Augustinus. Duplex, aiebat, Decurionũ genus ostendi: alterum honorariorum, qui pecunia data honorem assequuntur, sed munere abstinent: alterum ordinariorum, qui Decurionum munus exercent, id enim esse curiam participare.*

[r] Duumuirales. *Augusti. in lib. de gramm.* Duumuir. quasi duorum hominum vir. *Malè vero explent quidã libri Lacunam quæ est in Gothicis omnib.*

[s] Collegiati. *De collegijs dicuntur aliqua in titu. de iure immun. lib. 1. Digest. sed quæ ad hunc locum illustrandum non sint satis.*

[t] Villicus -- significat. *Hieronymi verba in q. 6. ad Algas. Vnde pro œconomo villicum, & dispensatorem reddidisse viderur Cicero in œconomic. Xenoph. Nam & in Hortens. (vt refert Non.) dispẽsatoris voce es vsus.* Quid tu, inquã, soles cum rationem à dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit, nõ probare?

[v] Actores -- procuratores. *Iurisconsulti Actorem præsentis esse dicunt, procuratorem absentis. Tutorem procuratorem constituere non posse, actorem posse.*

[x] quasi propter curatores. *Hæc aliena existimamus.*

[y] Nam sola vrbs Roma, cætera oppid *Si quando vetò Romani historici oppidi mentionẽ faciunt, nihil præterea addentes, oppidum Palatinum intelligunt, vbi primum fuit Roma condita, quam Ennius quadratam vocauit.* & quibus extiterat Romæ regnare quadratæ.

[z] Serui -- quod hi qui. *Verba Augustin. 19. de ciuit. cap. 15.*

[a] libertor. filij apud antiq. *Suet. in Claud. c. 24.* Appium Cæcum Censorem generis sui proauctorem libertinor. filios in Senatum allegisse docuit, ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquandiu libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.

[b] alapa percussos circumageb. *Nam vindicta serui caput percutere faciémque palma tergúmue festuca verberare mos fuit. Vertebantur quoque & circumagebantur à dominis. Hinc Persius:* Heu steriles veri, quib. vna Quiritem Vertigo facit.

[c] Ex his quidam postea à dominis manumiss. *Aug. in epist. ad Gal.* Stigmata dicuntur notæ quædam pœnarum seruilium, vt si quis verbi gratia seruus in compedibus fuerit propter noxiam, id est, propter culpã, vel huiusmodi aliquid passus fuerit, stigmata habere dicatur, & ideò in iure manumissionis inferioris est ordinis.

[d] Latini liberti ante Rom. cond. *De Latinis libertis ex lege Iulia Norbana, ex Vlpiani Titulis, Caijq. & Iustiniani institutionibus satis constat. Cum quibus hæc nequaquam congruunt. Itaque negligebat ista* A. Augustinus *& auersabatur. Nam quid illud? Ante Rom. cond. apud Latinos fiebãt?*

Quid

Quid postremum! His primum aditus erat in vrbe Rom. commorari, &c. Sed quia veri aliquid interçcitur, vt quod per epistolam fierent, quod testamenti factionem non haberent, fusspicari se dicebat Chacõ: Latinos libertos ab Isidoro dictos, qui eo iure essent, quo liberti facti quondam à Latinis populis antè Rom. conditã. Quod quidem ad Latinor. libertorum etymon aliquid conferre, nemo negarit. Sed quomodo tam lõgè Isidorus respexit? ergò amplius quærendum.

[e] Cæteris autem libertis prohib. *Hoc (inquit) A. Augusti. nemo vnquam dixit. Expellebantur tamen vrbe nonnũquam Latini ciues, si comitia impedirent.*

De affinitatibus et gradibus. Cap. V.

HÆredis nomen imposuit census æris, soluit enim tributum auctoris. In hoc enim vocabulo prima succesio est hæreditatis & generis, vt sunt filij & nepotes.

Prohæres est, qui loco hæredis fungitur, quasi pro hęrede: est enim aut institutus, aut substitutus.

Pater est à quo nascitur initium generis: itaque is pater familiâs vocitatur. Pater autem dictus, eò quòd patratione peracta filiũ procreet. [b] Patratio enim est rei venereæ consummatio. [c] Lucret. Et benè parta patrant.

Genitores autem à gignendo, & parẽtes quasi parientes.

Ijdem & creatores. [d] Crementum enim est semen masculi, vnde animalium & hominum corpora concipiuntur. Hinc creatores parentes dicuntur.

Mater dicitur, quod exinde efficiatur aliquid: [e] mater enim quasi materia, nam caussa pater est.

Paterfamiliâs autem dictus, quòd omnibus in familia sua positis seruis tanquam pater filijs patria dilectione cõsulit, seruorúmque conditionem à filiorum affectu nõ discernit: sed quasi vnũ membrum amplectitur: hinc enim exortum est nomen patrisfamiliâs. Qui autem iniquè dominantur in seruis, hoc se nomine nequaquam reputent appellari.

[f] Materfamiliâs inde vocatur, quia per quandam iuris sollemnitatem in familiam transit mariti. Tabulæ enim matrimoniales instrumenta emptionis suæ sunt. Aliâs sicut 3 matrona est mater primi pueri, i. quasi mater nati, ita materfamiliâs illa est, quæ plures enixa est. Nam familia ex duobus esse incipit.

Auus, patris pater est, ab æuo dictus, id est, ab antiquitate.

Proauus aui pater est, quasi prope auum.

Abauus proaui pater, iam longè ab auo.

Atauus abaui pater.

Tritauus atauí pater, quasi tetrauus, id est, quartus supra auum. Sed tritauus vltimum cognationis nomen est. Familia enim oritur à patre, terminatur in tritauo.

[h] Filius & filia à familia dicti, ipsi enim primi in ordine nascentium existunt: vnde & Cornelia familia stirps ipsa omnis à Cornelio orta.

Familia autem à femore. [i] Femore enim genus & stirps ostenditur. Nam familia proseruis, abusiuè, non propriè dicitur.

Stirps ex longa generis significatione vocatur.

Gnatus dictus, quia generatus. Vnde & per g scribitur.

[k] Suboles eò quòd substitutio sit generis,

Quadripertitus est autẽ ordo filiorũ ita: Vnigenitus, primogenitus, medius, nouissimus. Vnigenitus post quẽ nullus. Primogenitus ante quẽ nullus. Medius, inter omnes. Nouissimus, post omnes. [l] Idem & minimus à monade. Nouissimus autem propter quod nouus: quia cæteri præcedendo antiquiores existunt.

[m] Quattuor etiam modis filij appellantur, natura, imitatione, adoptione, doctrina. Natura, veluti cùm dicũtur filij Abrahæ Iudæi. Imitatione, vt ipsius Abrahæ fidem imitantes ex gentibus, dicente Euangelio: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, vel sicut eosdem Iudæos dominus filios esse dicit diaboli, à quo non nati, sed quem fuerant imitati. Adoptione quoque, quod humana consuetudine nulli licet nescire, vel sicut nos Deo non natura, sed adoptione dicimus, Pater noster qui es in cælis. Doctrina, sicut Apostolus filios suos appellat eos quibus Euangelium prædicauit.

Filij autem ideò in legibus liberi appellãtur, vt isto vocabulo secernantur à seruis: quia sicut seruus in potestate est domini: sic filius in potestate est patris. Inde etiam filio fit emancipatio, vt sit liber à patre: sicut fit seruo manumissio, vt sit liberatus à domino.

Item liberi dicti, quia ex libero sunt matrimonio orti. Nam filij ex libero & ancilla seruilis conditionis sunt. Sẽper enim qui nascitur deteriorem parentis statum sumit.

Naturales autem dicuntur ingenuarum

concu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

concubinarũ filij, quos sola natura genuit, A non honestas coniugij: ijdẽ & puer à pube.

Adoptiuus filius est, qui aut à patre iusto, aut auo, aut proauo, in cuius potestate est, per emancipationẽ est traditus in alienam potestatem, qui vtriusque sert nomen, [n] vt Fabius Æmilius, vel Scipio Paullus.

Gemini sunt, non duo tantùm simul nati, sed etiam plures. De geminis autem, vno aborto, alter, qui legitimè natus fuerit, Vopiscus nominatur.

[o] Posthumus vocatur, eò quòd post humationem patris nascitur, id est, post obitum. Iste & defuncti nomen accipit: sic enim lex voluit: vt, qui de defuncto nascitur, defuncti B nomine appelletur.

[p] Nothus dicitur, qui de patre nobili & matre ignobili gignitur, sicut ex concubina. Est autem hoc nomen Græcũ, & in Latinitate deficit.

Huic contrarius est Spurius, qui de matre nobili, & patre ignobili nascitur. Item Spurius patre incerto, matre vidua genitus, velut tantùm Spurij filius, [q] quia muliebrẽ naturam veteres σπόριον vocabãt, velut ἀπὸ τῆς σπόρας, hoc est, seminis, non patris nomine. [r] Eosdẽ & Fauonios appellabant, quia quædam animalia Fauonio spiritu hausto concipere existimantur. Vnde & ij qui non sunt C de legitimo matrimonio, matrem potius quàm patrẽ sequuntur. Latinè autẽ Spurij, quasi extra puritatẽ, id est, quasi immundi.

Nepos est, qui ex filio natus est. Dictus autem nepos, quasi natus post. Primum enim filius nascitur, deinde nepos. Gradus enim substitutionis est. Hinc & posteritas, quasi postera ætas. [t] Nepos autem vtriusq. sexus est. Nam vt neptis dicamus in iure est propter discretionem successionis admissum.

Pronepos est, qui ex nepote conceptus natúsque est. Et dictus pronepos, quasi natus porrò pòst. Ex hoc quoque gradu incipit vocari & progenies: quasi porrò post geniti. Nã filij & nepotes non sunt progenies, quia nõ est in eis longa posteritas. Sicut autem inferius longè editi Progenies dicuntur, ita superius proaui, atauique Progenitores appellantur: quasi porrò generantes. Pronepos dictus, quia prope nepotem.

Abnepos, quia seiungitur ab nepote. Est enim inter illum & nepotem pronepos.

Adnepos, abnepotis filius.

Trinepos, adnepotis filius, quia post nepotẽ quartus in ordine est, quasi tetranepos.

[t] Minores autem non dicimus, nisi quoties gradũm deficit nomen: vt puta filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos. Vbi isti gradus defecerint: merito iam dicimus Minores, sicut & Maiores dicimus, post patris, aui, proaui, abaui, ataui, tritauiq. vocabulum.

[a] Cap. V. Soluit enim tributũ auctoris. *Id est, eius, qui illum hæredem instituit.*

[b] Patratio n. rei ven. consumm. *Patrare obscœnũ verbũ fuisse ostendit Quinctil. lib. 8. c. 3.* ductare *(inquit)* exercitum, & patrare bellum apud Sallustium dicta sanctè, & antiquè ridentur à nobis. *Et Gloss.* patrat. μασάται πανόργατος, ὡσεὶ αἰσχρῶς, *atque hoc tritũ antiquis scriptorib. Catullo, Persio, & alijs.*

[c] Lucretius & benè parta patrant. *Optimè restituit Lucretio simul, & Isidoro sua verba ex paullulum deformata scriptura nostrorum codicum Antonius Couarruuias.*

[d] Crementum sem. *Idem repetit lib. XX. c. 1. Placid. gloss.* excrementũ, quod expuimus vel excreamus habetur. Item semen virile, vnde animalium & hominum corpora concipiuntur. Hinc creatores parẽtes dicuntur.

[e] Mater enim quasi materia. *Non vetis, quam Græcũ esse non ignorabat, sed συμπαιγνιῶν notatio.*

[f] Materfam. inde voc. *è Serv. Æn. XI. ad v.* Tyrrhena per oppida matres *Vid. Booth. ad Topic. Cic.*

[g] Matrona— mater nati. *Vel nasciturі etiam ex Agellio, & ex ipso Isidoro, qui infr. c. 7.* quasi mater nati, vel quia iam mater fieri potest.

[h] filius— filia. *Quasi familius, ne hæc quidem reiicienda.*

[i] Femure enim genus. *Silan. Goth.* femor enim, *haud dubium quin e, cum alterum sequeretur, omissum sit à librario. Legendum ergò femure vel femore, quando vtroque modo constat veteres locutos.*

[k] Suboles, eò quod sit subsitit. *Ergò suboles, non solo les, ex hac quoq. notatione scribendum apparet.*

[l] Idem & minimus à monade. *Vid lib. seq. litt. M.*

[m] Quattuor modis. *Ex Aug. lib. contra Adimant. c. 5. & 1. Retract. c. 22.*

[n] Vt Fabius Æmilius, vel Scipio Paullus. *Vel Fabius Æmilianus, Scipio Paullinus.*

[o] Posthumus eò quòd post humat. *E Serv. Æn. 6. ad v.* tua posthuma proles: *Sed A. Augusti. & Iacob. Cuiacius* postumus *scribi volunt, vt sit sola productio verbi post, vt in postremus. quorum sententiam adiuuant antiqui numm.*

[p] Nothus. *Serv. Æn. 7. ad v.* suppositа de matre nothos: Nothos, *inquit*, materno ignobiles genere. *Est autem nomen Græcum, nam Latinè quomodo dicatur nõ est.*

[q] quia muliebrem naturam veteres spor. *Plutarch. in Problem.* κατὰ τὸν ἕτερον λόγον. ἐπεὶ ἡ ἀποστερῶ, τὸ γὰρ Σαβῖνοι φασὶ τὸ γυναικὸς αἰδοῖον ὀνομάζειν σπόριον.

[r] eosd. & Fauonios. *Varr. 2. de re rust.* in fœtura res incredibilis est in Hispania, sed est vera. Quod in Lusitania ad Oceanum in ea regione, vbi est oppidum Olysippo, in mõte Tagro quedã è vento concipiunt certo tempore equæ, vt hic gallinæ quoq. solent, quarum oua ὑπηνέμια appellant. *Vt igitur oua ὑπηνέμια, ita equos Fauonios, nam Fauonio flante concipiebant equæ, vt ait Plin. lib. 8. c. 22.*

[s] Nepos

[s] Nepos autem vtriusque sex-- admissum. *è Serv. Æn. 12 ad v.* Pauperque domus.

[t] Minores autem-- vocabulum. *Ex eod. Æn. 8.*

Hoc loco adiectus erat in quibusdam libris titulus integer de gradibus cognat. ex Institut. Iustiniani. Sed quoniam in antiquioribus libris non erat, & alia Isidori nomine eadẽ de re à Burchardo referuntur lib. 7. c. 28. & ab Iuone lib. 7. tit. 12. Panormiæ, & parte 9. c. 64. Decret. & à Gratiano 35. q. 5. c. 6. quæ etiam leguntur in legib. Gotthor. & apud Iul. Paul. lib. 4. Sentent. Tit. XI. de gradib. nec illa Iustiniani admissus, & hæc (siquidem Isidori sunt) quibus ex locis petiposssint, indicare sat habuimus.

De agnatis & cognatis. Cap. VI.

AGnati dicti, eò quòd accedant pro natis, dum desunt filij. Qui ideò prius in B gente agnoscuntur, quia veniunt per virilis sexus personas, veluti frater eodẽ patre natus, vel fratris filius nepósve ex eo, item patruus.

[a] Cognati dicti, quia sunt & ipsi propinquitate cognationis coniuncti. Qui inde post agnatos habentur, quia per fœminini sexus personas veniunt: nec sunt agnati, sed alias naturali iure cognati.

Proximus, propter proximitatem sanguinis appellatus.

Consanguinei vocati, eò quòd ex vno sanguine, i. ex vno patris semine nati sunt: nam semen viri spuma est sanguinis, ad instar aquæ in scopulos collisæ, quæ spumam candidam facit, vel sicut vinum nigrum quod C in calice agitatum spumam albentem reddit.

[a] Fratres dicti, eò quòd sunt ex eodem fructu, i. ex eodem semine nati.

[b] Germani verò de eadem genitrice manantes: non, vt multi dicunt, de eodẽ germine, qui tantùm fratres vocantur. Ergò fratres ex eodem fructu, germani ex eadẽ genitrice manantes.

Vterini vocati eò quòd sint ex diuersis patribus, & vno vtero editi: [c] nam vterus tantùm mulieris est.

[d] Quattuor autẽ modis fratres dicuntur D in diuinis scripturis, natura, gente, cognatione, affectu. Natura, vt Esau & Iacob. Andreas & Petrus, Iacobus & Ioannes. Gente, vt omnes Iudæi fratres inter se vocantur, vt in Deuteronomio: Si autem emeris fratrem, qui est Hebræus. Et Apostolus: Optabam, inquit, ego anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundùm carnem, qui sunt Israëlitæ. Porrò A cognatione fratres vocãtur, qui sunt de vna familia, i. patria: quas Latini paternitates interpretantur, cùm ex vna radice multa generis turba diffunditur, vt in Genesi dixit Abraham ad Loth: Non sit rixa inter me & te, & inter pastores tuos & pastores meos, quia omnes fratres nos sumus Et certè Loth non erat frater Abrahæ, sed filius fratris eius Aram. Quarto modo affectu fratres dicti, qui in duo scinduntur, spiritale, & commune. Spiritale quo omnes Christiani fratres vocantur: vt, Ecce quàm bonũ, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Commune, cùm omnes homines ex vno patre nati pari inter nos germanitate coniungimur. Scriptura loquente, Dicite ijs qui oderunt vos: fratres nostri vos estis.

Germana ita intelligitur, vt germanus, eadem genitrice manans.

[e] Soror autem vt frater: nam soror est ex eodem semine dicta, quòd sola cum fratribus in sorte agnationis habeatur.

Fratres patrueles dicti, eò quòd patres eorum germani fratres inter se fuerunt.

[f] Consubrini verò vocati, qui aut ex sorore & fratre, aut ex duabus sororibus sunt nati, quasi consororini.

Fratrueles autem materteræ filij sunt.

Subrini consubrinorum filij.

Thius, Græcum nomen est.

Patruus frater patris est, quasi pater alius: C vnde & decedente patre pupillum prior patruus suscipit, & quasi filium lege tuetur.

Auunculus est matris frater, cuius nomẽ formam diminutiui habere videtur, quia ab auo venire monstratur.

Amita est soror patris, quasi alia mater.

Matertera est soror matris, quasi altera mater.

Socer est, qui filiam dedit.

[g] Gener est, qui filiam duxit: gener autẽ dictus, quòd adsciscatur ad augendũ genus.

Socer autem & socrus, quòd generũ vel nurum sibi associauit.

Vitricus autem, qui vxorem ex alio viro filium aut filiam habentem duxit: & dictus vitricus quasi nouitricus, quòd à matre superducatur nouus.

[h] Priuignus est, qui ex alio patre natus est, & priuignus dici putatur, quasi priuigenus, vel quasi prius genitus: vnde & vulgò antenatus.

Vocabula autem à gente hæc videntur declinata; genitor genitrix, agnati agnatæ, cognati

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognati cognatæ, progenitores progenitrices, germani germanæ. A

Item de prædictis affinitatibus.

AVctor mei generis, pater mihi est, ego illi filius aut filia.

Patris mei pater, mihi auus est, ego illi nepos aut neptis.

Patris mei auus, mihi proauus est, ego illi pronepos aut proneptis.

Patris mei proauus, mihi abauus est, ego illi abnepos aut abneptis.

Patris mei abauus, mihi atauus est, ego illi adnepos aut adneptis.

Patris mei atauus, mihi tritauus est, ego illi trinepos aut trineptis. B

De Patruis.

PAtris mei frater, mihi patruus est, ego illi fratris filius aut filia.

Patrui mei pater, mihi pater magnus est, ego illi filij fratris filius aut filia.

Patrui mei auus, mihi propatruus est, ego illi filij aut filiæ nepos aut neptis.

Patrui mei proauus, mihi adpatruus est: ego illi nepotis aut neptis filius aut filia.

De Amitis.

PAtris mei soror, mihi amita est, ego illi fratris filius aut filia.

Amitæ meæ mater, mihi amita magna est, ego illi filiæ fratris filius aut filia.

Amitæ meæ auia, mihi proamita est, ego illi neptis filius aut filia.

Amitæ meæ proauia mihi abamita est: ego illi nepotis, aut neptis, filius aut filia.

De Auunculis.

MAtris meæ frater mihi auunculus est, ego illi sororis filius aut filia.

Auunculi mei pater, mihi auunculus magnus est, ego illi filij sororis filius aut filia.

Auunculi mei auus, mihi proauunculus est, ego illi filij nepos aut neptis.

Auunculi mei proauus mihi abauunculus est, ego illi neptis filius aut filia.

De Materteris.

MAtris meæ soror, mihi matertera est, ego illi sororis filius aut filia.

Materteræ meæ soror, mihi matertera magna est, ego illi sororis nepos aut neptis.

Auiæ meæ soror mihi abmatertera est, ego illi pronepos sororis aut proneptis.

Proauiæ meæ soror mihi promatertera est, ego illi neptis filius aut filia.

C

Stemmata

Stemmata dicũtur ramusculi, quos aduocati faciunt in genere, cum gradus cognationum partiuntur, vt puta: ille filius, ille pater, ille auus, ille agnatus, & cognatus, & cæteri, quorum figuræ hæ sunt.

ARBOR IVRIS.



Universidad de Deusto
Biblioteca

De gradibus generis humani.



1 Hæc consanguinitas dum se paulla vsque ad vltimum gradũ subtraxerit, sus lex matrimonij vinculo repetit, & m Ideò autem vsque ad sextum geneta est, vt sicut sex ætatibus mundi ge propinquitas generis tot gradibus ter tim propaginum ordinibus dirimés & propinquitas esse desierit, eã rur quodam modo reuocat fugientem. ris gradum consanguinitas constituneratio,& hominis status finitur; ita minaretur.

* Cap.

a Cap. VI. Fratres dicti Fest. Frater à Græco dictus A est φρήτωρ, vel quod sit fere alter.

b Germani d.e.g.m.non(v.m.d.)de eod. germine. *Vides à vocis veriloquio, significationẽ deerrare, vt aliud fuerit πᾶ συμπαγομένῳ ἕτερον comminiscs necesse. Saltem vt res magis patefieret. fraterq. à germano distingueretur. Sũt autẽ Seruij verba Æn. 5. ad v.* Hæc germanus Eryx. Germanus est secundum Varronem in libris de gradibus de eadem genitrice manans, non(vt multi dicunt)de eodem germine, quos ille tantum fratres vocat, secundum quem benè nunc Erycen Butæ, & Veneris filium Æneæ dicit fuisse germanum. *At Cornel. Fronto.* Frater aut ex alia matre, aut ex alio p fratre potest esse: germanus ex ijsd. parentibus sit, necesse est. *Iustinianus verò lib. 3. instit. c. 2.* Itaque eodem patre nati fratres agnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur; nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint. *Sed hos quoq. germanos vocari aduertit Cuiac.* B

c Nam vterus tantum mulieris. *è Seru. Æn. 2. ad v.* vterumq. a.m.c.

d Quattuor autem modis fratres. *Ex Hieron. aduers. Helu.d.*

e Soror quòd sola cum frat. *Antistius Labeo apud Agellium.* Soror, quod quasi seorsum nascitur, separatúrq. ab ea domo in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur.

f Consubrini. *Et subrini, & consubrini per u perpetuò leguntur in antiquissimis libris.*

g Thius. *Gloss.* θεῖος πρὸς πατρὸς patruus, θεῖος πρὸς μητρὸς auunculus. *Cuius nominis nũ in elegantẽ ratione reddit Simplicius in Epictet. quod cũ liberis parentes quasi* θεοὶ, *id est, dij sint, eosque deos nominare numinis metu vereamur, eius tamen honoris & pietatis signum aliquod in* C *Thyis remansérit. Vid. Stob. c. 42. & 77.*

h Gener-- ad augendum genus. *è Seruio. Æn. 11. ad v.* generûmque adsciuerit vrbi.

i Priuignus. *Duæ notationes: vel quod priuo, hoc est, proprio patre, vel quod prius genitus, de posteriore Paulus apud Festum.* Priuignus dictus quòd antequam mater secundo nuberet est progenitus, pri enim antiqui pro præ dixerunt. *Vulgo antenado.*

k Stemmata dicuntur. *l. stemmata D de gradib. Sũt autem in antiquissimis quibusq. libris duo hæc tantũ stemmata descripta.*

l Hæc consanguinitas-- fugientem. *ex 15. de ciuit. cap. 16.*

m Ideò autem vsque ad sext. *Cur vsque ad sextum, cum intra quartum nunc hæserit, Vid. Rabani episc. ad Humbert. Episcopum.*

De Coniugijs.
Cap. VII.

D

VIr sexum significat, non coniugium, nisi adieceris, vir eius.

Maritus verò etiam sine adiectione coniugem sonat, a & à mare maritus, quasi mas. Est enim nomen primæ positionis, quod facit in diminutione masculus, in deriuatione maritus.

Sponsus à spondendo vocatus. Nam ante vsum tabellarum matrimonij cautiones sibi inuicem emittebant, in quibus spondebant se inuicem consentire in iura matrimonij, & fideiussores dabãt. Vnde & admissum est, vt sponsum dicamus virum, à spondendo, & sponsam similiter. b Cæterũ propriè spondere velle est. Ergo sponsus non quia promittitur, sed quia spondet & sponsores dat.

Arrabo dicta, quasi arra bona. Quod enim datur pro coniugio, benè datur, quia coniugium bonum est. Quod verò causſa fornicationis aut adulterij, malum est, idcirco arrabo non est. Dicta autem arra à re, pro qua traditur. Est autem arra, non solum spõsio coniugalis, sed etiam pro qualibet promissa re data, vt compleatur.

c Proci, nuptiarum petitores, à procando, id est, petendo dicti.

d Pronuba dicta, eo quòd nubentibus præest, quæque nubentem viro coniungit, ipsa est & Paranympha, nam nympha sponsa in nuptijs, & nympha pro lauationis officio, quod ad nomen nubentis alludit.

e Coniuges appellati propter iugũ quod imponitur matrimonio coniungendis. Iugo enim nubentes subijci solent, propter futuram concordiam, ne separentur. Coniuges autem verius appellantur à prima desponsationis fide, quamuis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus, sicut Maria Ioseph coniux vocatur, inter quos nec fuerat, nec futura erat carnis vlla commixtio.

f Nuptæ dictæ, quòd vultus suos velent: translatum nomen à nubibus quibus tegitur cælum. Vnde & nuptiæ dicuntur, quòd ibi primum nubentiũ capita velantur. Obnubere enim cooperire est.

Cui contraria Innuba, hoc est, innupta, quæ adhuc vultum suum non velat.

g Vxores vocatæ, quasi vnxores. Moris enim erat antiquitus vt nubentes puellæ simul venirent ad limen mariti, & postes antequàm ingrederentur ornarent laneis vittis & oleo vngerent. Et inde vxores dictæ, quasi vnxores, h quæ ideò vetabãtur limina calcare, quòd illic ianuæ & coëant, & separentur.

i Matrona est, quæ iam nupsit, & dicta matrona, quasi mater nati, vel quia iam mater fieri potest, vnde & matrimonium dictum. Distinguitur autem inter matronam

Universidad de Deusto
Biblioteca

matrem, & matrem familias. Nam matronæ, quia iam in matrimoniũ conuenerunt: matres quia genuerunt: matresfamiliæ quia iam per quandam iuris sollemnitatem in familiam mariti transierunt.

Monogamus dictus, quia vni tantùm nupsit. μόνος enim apud Græcos vnum dicitur, γάμος nuptiæ interpretantur.

Bigamus autem, & trigamus à numero vxorum vocatus, quasi duabus vel tribus maritus.

k Vidua vocata, quod cum viro duo fuerint, nec circa consortium alterius viri post mortẽ primi coniugis, adhæserit. Nam quæ alteri post mortem prioris viri nupserint, viduæ non dicuntur. l Item vidua dicta, quòd sola sit, nec circa consortium viri coniugalia iura custodiat.

m Fratris vxor, Fratrissa vocatur.

Mariti frater, n Leuir dicitur.

Duorum inter se fratrũ vxores, Ianitrices vocantur, quasi eandem ianuam terentes, vel per eandem ianuam iter habentes.

Viri soror, Glos appellatur.

Sororis vir, speciale nomen nõ habet, nec vxoris frater.

o Matrimonium, est nobilium iusta conuẽtio & conditio.

Coniugium est, legitimarum personarum inter se coëundi & copulandi nuptiæ. Coniugium dictum, quia coniuncti sunt, vel à iugo quo in nuptijs copulãtur, ne resolui aut separari possint.

Connubium autẽ, non à nupta, sed à nubendo formatum. Dicitur autem connubium, cum æquales in nuptias coëunt, vt putà ciues Romani, pari vtique dignitate. Connubium autem non est, cùm ciuis Romanus cum Latina iungitur. Quotiens autem connubium non est, filij patrem non sequuntur.

Hymenæus dicitur à quodã Hymenæo, qui primus prosperè vsus est nuptijs, p vel ἀπὸ τοῦ ὑμένος, quod membranæ virginitatis est claustrum.

Contubernium, est ad tempus coëundi conuentio: vnde & tabernaculũ, quod modo huc, modo illuc præfigitur.

Repudium est, quod sub testimonio testium vel præsenti vel absenti mittitur.

q Diuortium est, quotiens, dissoluto matrimonio, alter eorũ alteras nuptias sequitur. Diuortium autem dictum à flexu viarum, hoc est viæ in diuersa tendentes.

r Fribolum est, cum eo animo separantur, vt rursum ad se inuicem reuertantur. Nam friuolum est velut quassę mentis & effluxę, nec stabilis. s Propriè autem friuola vocantur fictilia vasa inutilia.

Tres autem ob caussas ducitur vxor: prima est caussa prolis, de qua legitur in Genesi, Et benedixit eis dicens: Crescite & multiplicamini: secunda caussa adiutorij, de qua ibi in Genesi dicitur: Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile: tertia caussa incontinentiæ: vnde dicit Apostolus, vt qui se non continet, nubat.

t In eligendo marito quattuor spectari solent, Virtus, genus, pulchritudo, sapientia. Ex his sapientia potentior est ad amoris affectum. Refert hæc quattuor Virgilius de AEnea, quòd his Dido impulsa est in amorem eius. Pulchritudine, Quem sese ore ferens. Virtute, - Quàm forti pectore & armis. Oratione, - Heu quibus ille Iactatus fatis, quæ bella exhausta canebat. Genere, Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.

v Item in eligenda vxore, quattuor res impellunt hominem ad amorem: pulchritudo, genus, diuitiæ, mores. Melius tamen est si in ea mores quærantur, quàm pulchritudo. Nunc autem illæ quæruntur, quas aut diuitiæ, aut forma, non quas probitas morũ commendat.

Ideò autem fœminæ sub viri potestate consistunt, quia leuitate animi plerumque decipiuntur. Vnde & æquum erat eas viri auctoritate reprimi. Proinde & veteres voluerunt fœminas innuptas quamuis perfectæ ætatis esent, propter ipsam animi leuitatem, in tutela consistere.

a Cap. VII. & à mare maritus. Et à marte marit. *Gotthici mendose, vt videtur.*

b Cæterum spondere prop. velle est. *Vnde sponte. Vid. Varr. lib. 5. & Agell. lib. 4. c. 4.*

c Proci à procando. *è Seruio.*

d Pronuba dicta, quòd nubentibus præest. *è Serv. ad v.* pronuba Iuno *Æn. 4 Festus.* Pronubę adhibentur nuptis, quæ semel nupserunt matrimonij perpetuitatem auspicantes.

e Coniuges, &c. *Omnia ex Agust. lib. 1. de nupt. & cũcup. cap. 11.*

f Nuptæ. *Ead. lib. 2 de offi. c. 19.*

g Vxores quasi vnxores. Moris. n. erat. *è Seruio Æn. 4. ad v.* Coniugis antiq. m q. h. c.

h Quæ ideò vetabantur limina calcare. *Elegans ratio. Seruius verò ex Varrone:* ideò, *ait,* nuptas limen non tangere, ne à sacrilegio inchoarent, si depositurę virginitatem calcent rem Vestæ consecratam. *ad eclog. VIII.*

i matrona. *Sup. c. 5.*

k Vidua vocata quod cũ viro duo fuerint. *Quasi dicat, nunc vna sit: Ita enim videtur retineri posse veterum librorum scriptura. Quidam ex Rabano ita legebat; quod cum à viro diuisa fuerit, circa consortium alterius viri non adhæserit.*

l Item vidua dicta quòd sola sit. *Quasi sine duitate, vt enim Labeo ait.* Vidua sic dicta quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate est. *Aut verius fortasse quasi valde diuisa, nam ve augere solet, vt in vehemens, vescus, iduere autem diuidere, aut findere, quò videtur respexisse Horatius.* Idus tibi sunt agendę, Qui dies mẽsem Veneris marinæ Findit Aprilem.

m Fratris vxor fratrissa. *Festus.* Fratria vxor fratris. *Non.* Fratriæ appellantur fratrum inter se vxores.

n Leuir-- glos. Ianitrices. *Modestin. in l. non facile. D. de gradibus.* Viri frater leuir. Is apud Græcos δαὴρ appellatur. Viri soror glos. dicitur. apud Græcos γάλως duorum fratrum vxores ianitrices dicuntur. apud Græcos εἰνατέρες. *Gloss.* Ianitrices δὼ ἀδελφῶν γυναῖκες

o Matrimonium est nobilium. *A. Augu. Cur nobilium? an quia ciuium tantum erat Romanor.? vel quia auspicato fiebat, & plebeiorum nulla erant antiqua auspicia, vt est apud Liuium?*

p vel ἀπὸ τοῦ ὑμένος. *Donat. in Adelph. ad v.* Missa hæc face, Hymenæum, &c. Alij quod ὑμὴν dicatur membrana quædam, qua est munita Virginitas.

q Diuortium à flex. viar. *Serv. Æn. 9. ad v.* Obijciũt equites sese ad diuortia nota. Diuortia, inquit, diuerticula viæ militaris.

r Fribolum est. *Vlpian. in l. cum hic Status §. diuortiũ. D. de don. inter vir. & vx.* Quod si diuortium, inquit, non intercesserit, sed fribusculum, profecto valebit donatio, si fribusculum quieuit.

s Propriè enim friuola. *Fest.* Friuola sunt propriè vasa fictilia quassa vnde dicta sunt verba friuola, quæ minus sunt fide subnixa.

t In eligendo marit. *Ead. lib. 2. de offi. c. 9. Nisi quod pro sapientia orationem illic posuit. Vt hic quoq. in enumeratione.*

v Item in eligenda vxore quattuor. *In officijs verò,* In fœminis tria spectabantur, si generosa, si benè morata esset, si pulchra. *Et Donat. in Phorm. Actor. 1. Scen. 2.* Quattuor sunt, quæ in sponsis quæruntur; forma, probitas, dos, nobilitas. *Sed quid in officijs secutus sit, cum dotem, siue diuitias omisit (si modo omisit) non est obscurum.*

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. ETYMOLOGIARVM LIBER DECIMVS.

Vocum certarum Alphabetum.

LICET ORIGO A nominum vnde veniat à Philosophis, eam teneat rationem, vt homo ab humanitate, sapiens à sapientia nominetur, quia prius tamen claret alia specialis in origine quorundam nominum caussa, sicut homo ab humo, vnde propriè homo est appellatus. Ex quibus exempli gratia quædam in hoc opere posuimus.

A

Æros vir fortis & sapiens.

Auctor ab augendo dictus. b Auctorem autem fœminino genere dici nõ posse existimant. Nam quædam sunt, quæ in fœmino flecti non possunt, vt cursor.

Actor, ab agendo.

c Alumnus ab alendo vocatus: licet & qui alit, & qui alitur, alumnus dici potest, i. & qui nutrit, & qui nutritur: sed melius tamen qui nutrit.

Amicus per deriuationem, quasi animi custos: dictus autem propriè amicus ab hamo, id est, catena charitatis, vnde & hami quòd teneant.

Amator, turpitudinis, quia amore tor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quentur libidinis.

Amabilis autem, quòd sit amore dignus.

[d] Amasius, eò quòd sit pronus ad amorem.

Astutus ab astu vocatus, quod est callidi & cauti hominis, qui possit sine periculo forte aliquid facere.

Argutus, quia argumentum citò inuenit in loquendo.

Acer, in vnamquamque formam vegetus ac nimius.

Alacer, à velocitate & cursu, quasi diceret aliger.

Armiger, quòd arma gerat.

Alacris, lætus, alacriter gestiens, & nullius rei nouitate turbatus.

Agilis, ab agendo aliquid celeriter, sicut docilis.

[e] Æmulus, eiusdem rei studiosus, quasi imitator & amabilis: aliàs inimicus inuenitur.

Æquus, est secundùm naturam iustus dictus, ab æqualitate: hoc est ab eo quòd sit æqualis, vnde & [f] æquitas appellata, ab æqualitate quadam scilicet.

Æquæuus, ab eo quòd sit alteri æqualis æuo, i. coætaneus.

Arrogans, eò quòd multum rogetur, & ille fastidiosus sit.

Audax, propriè pro arrogante ponitur.

Animosus, quòd sit animis & viribus plenus.

Animatus, quasi animo auctus, & quasi animo firmatus.

Elatus, pro eo quòd seipsum super mensuram suam eleuet, dum magnus sibi videtur de his quæ agit.

Attollens, quòd se eleuet & erigat.

Ambitiosus, quòd honores ambiat.

Auidus dictus ab auendo, auere enim cupere est. Hinc & auarus. Nã quid est auarum esse? progredi vltra quàm sufficit.

[g] Auarus ex eo dictus, quòd sit auidus auri, & nunquam opibus expleatur, & quantum plus habuerit, tantum plus cupiat, Flacci super hoc concordante sententia, qui ait, Semper auarus eget -. & Sallustij, Quod auaritia neque copia, neque inopia minuitur.

Amarus, à sapore translatum nomen habet. Est enim insuauis, nec nouit quenquã ad consortiũ suũ aliqua inuitare dulcedine.

Adulter, violator maritalis pudoris, eò quòd alterius thorum polluat.

[h] Anceps, huc illúcque fluctuans ac dubius, istud an illud capiat, & in quam partem declinet anxius.

Atrox, quod sit tetris moribus.

Abstemius, à temeto, i. vino, quasi abstinens à vino.

Ablactatus, quod sit à lacte ablatus.

Æger, quod agatur infirmitate, vel tristitia ad tempus.

Ægrotus, quod sit eger frequentius, sicut iratus & iracundus.

Ærumnosus, à rumine dictus, quòd per inopiam miser factus esuriat & sitiat.

Auspex, eò quod auium auspicia intẽdat, sicut auceps, quòd aues capiat.

[i] Astrosus, ab astro dictus, quasi malo sidere natus.

Enormis, eò quòd normam & mensuram excedat.

Abactor, est fur iumentorum & pecorũ, quem vulgò abigeum vocant, ab abigendo scilicet.

[k] Atratus, & Albatus: ille à veste nigra, iste ab alba.

[l] Aduena, eò quòd aliunde aduenerit.

Alienigena, qui ex alia gente genitus est, & non ex ea vbi est. Item alienigena, quòd alienæ regionis sit, & non eius vbi est.

Accola, eò quòd aduenientes terram colat.

Agricola, à colendo agro, sicut syluicola.

Assecla, eò quòd sequatur aliquem lucri caussa.

[m] Assiduus dicebatur apud antiquos, qui assibus ad ærariũ expensum conferendis erat, & in negotijs quoq. publicis frequens: vnde & per s, non per d scribendus est.

Apparitor nominatus, quòd appareat & videatur, & præsto sit ad obsequium.

Attentus, vt aliquid audiens teneat.

[n] Attonitus, veluti furore quodam instinctus atq. stupefactus: dictus autem attonitus à tonitrui strepitu, quasi tonitruo stupefactus, & vicino fulgori, aut tactu proximus.

Allectus, quòd sit palàm electus.

[o] Abactus, quòd sit ab actu remotus.

Abortiuus, eò quòd non oriatur, sed aboriatur & excidat.

Adoptiuus, quia est palàm optatus in filium.

Ambo, ab eo quod est ἄμφω, nomen de Græco Latinũ factũ, littera tertia demutata.

[p] Alius de multis dicitur, alter verò de duobus.

AEquimanus appellatus, qui vtraq. manu gladio incunctanter vtitur.

[a] Licet

[a] Licet origo. *Ante hæc verba in omnib. libris editis leguntur ista:* Origo quorundam nominum, id est, vnde veniant, non penè omnibus patet, Proinde quædam noscendi gratia operi interiecimus: *quæ in manuscriptis quibusdã non sunt: in aliis (vt in Salm. & Silven. Gotth.) tùm diuerso charactere, tum etiam interiecto hoc titulo (*De quibusd. vocabulis hominũ*) ab hoc initio separantur.*

[b] Auctorem fœminino genere dici non posse. *Charisius.* Auctor siquidem propterea dicitur, quòd augeret, & generaret, & auctricem dicemus, quod pariter augere possit, cùm verò ad auctoritatem referatur pro communi accipiendum. *Euã. ser. Æn. XII. ad v.* Auctor ego audendi. *Sed hic locus non est integer. Nam in cursore alia ratio est.*

[c] Alumnus -- sed melius tamen qui nutrit. *Ita vetères libri. Et ita fortasse visum Nonio consuetudine repugnãte: sic n. ille.* Alumnos quos alas, vel educes, vel eos qui aluntur consuetudo dici vult. *Quasi aliud ratio exposcereret.*

[d] Amasius eò quòd sit pronus ad amorem. *Iulianus Rhetor apud Agellũ l. b. 19. c. 9.* Audite ac discite, nostros quoque antiquiores quos nominastis poetas amasios, ac Venerios fuisse.

[e] Æmulus *è Serv. Æn. 5. & 6. quod autem & amabilis, additur ab Isid. idem dixerat Hesiodus.* ξυν ἀγαθῷ μὲν τοι ἐπιδόσιν γίγνεσθαι ἀλλοτε ἐπ' ἄλλοισι· δόλον δὲ τὸν μὲν κακὸν ἀποφαίνεσθαι νόημα.

[f] Æquitas ab æqualitate. *Ex Augustin. de quant. anim. cap. 9.*

[g] Auarus *Hieronymi verba Eccles. 5.*

[h] Anceps. *Aug. lib. de Gramm.*

[i] Astrosus. *Retinet vulgaris lingua eand. vocem.*

[k] Atratus *Arramus VV. CC.*

[l] Aduena. *Ambrosius ps. 38.* Aduenã qui aliunde venit: Accola qui ad tempus colit.

[m] Assiduus. *Charis.* adsiduus quidam per d scribunt quasi sit à sedẽdo figurãtum: sed errant. Nam cùm à Seru. Tullio populus esset in quinq. classes diuisus, vt tributim prout quisq. possideret inferret, ditiores, qui asses dabant, assidui dicti sunt. Et quoniã soli negotijs publicis frequentes aderant, eos qui frequenter adsunt, assiduos ab assib. dixerunt. *Hinc Agellius assiduum in XII. tab. & pro locuplete & facile munus faciente dictum ait ab assib. Caper ab adsidendo deducit. Legimus autem* ad ærarij expensam *ex c. Rom. Nam vellqui* ad ærarium expensum *nullo sensu, nisi æra riam expensam mauis.*

[n] Attonitus. *Serv. Æn. 3.* Attonitus stupefactus. Nam propriè, attonitus dicitur, cui casus vicini fulminis & sonitus dant stuporem.

[o] Abactus q. s. a. r. *Festus.* Abacti magistratus dicebantur, qui coacti deposuerunt imperium.

[p] Alius de mult. *è Serv. Æn. XI.*

B

BEatus [a] dictus quasi benè auctus, scilicet ab habendo quod velit, & nihil patiendo quod nolit. Ille autem verè beatus est, qui & habet omnia quæ vult bona, [b] & nihil vult malè. Ex his enim duobus beatus homo efficitur.

Bonus à venustate corporis creditur dictus: postea & ad animum translatum nomen. Eum autem dicimus bonum, cui non prævalet malum: eumque optimum, qui peccat minimum.

Benignus, est vir sponte ad benefaciendum paratus, & dulcis alloquio: non autem multũ distat benignus à bono, quia & ipse ad benefaciendum videtur expositus. Sed in eo differt, quia potest bonus esse & tristior, & benè quidem facere & præstare quod poscitur, non tamen suauis esse nouit consortio. Benignus autem sua cunctos nouit inuitare dulcedine.

Beneficus à benefaciendo alteri dictus: vnde & beneficẽtia vocatur, quæ proximo prodest.

Beniuolus, quia benè vult. Non tamen dicimus beneuolus sicut nec maleuolus. Sæpe enim ex duabus partibus compositũ nomen aut priorem aut sequentem litteram corrumpit: [c] nam beneuolentia absurdum sonat.

Blandus, dulcis & inuitans ad familiaritatem sui.

Brutus, quasi obrutus, quia sensu caret. Est enim sine ratione, sine prudentia. Vnde & ille Iunius Brutus ex sorore Tarquinij superbi genitus, cùm eundem casum timeret quẽ frater inciderat, qui ob diuitias & prudentiam ab auunculo fuerat occisus, vtilem temporis simulauit stultitiam. Vnde etiam Brutus est cognominatus, dum vocaretur Iunius.

Balbus, à balando potius quàm loquendo dictus, verba enim non explicat. Inde & blesus, quia verba frangit.

Bucco garrulus, quòd cæteros oris loquacitate, non sensu exsupéret.

Biliosus, quòd semper sit tristis, ab humore nigro, qui bilis vocatur.

[e] Baburrus, stultus, ineptus.

[f] Biothanatus, quod est vi mortuus: θάνατος enim Græco sermone mors dicitur.

[a] Beatus q. benè auctus. *Cassiod. in ps. 1.* Beatus sicut nobis maiorũ tradidit auctoritas, dicitur quasi benè aptus, cui omnia desiderata succedunt.

[b] Et nihil vult malè. *Ita Gotth. libri & August. 13. de Trinit. non malè.*

[c] Eumq. optimum qui peccat minimũ. *Hor.* Nam vitijs nemo sine nascitur, optimus ille est, Qui minimis vrgetur.

[d] Nam beneuolentia absurdum sonat. *Et quia minus coalescunt partes altera manente integra, & volentia per se absurda vox Latinis auribus. & quia minor vox i quam e,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ait Halicarnasseus. cui rei in componendis dictionib. studemus, vt minus grauis sit plurium dictionum coniunctio. At etas hæc benevolentiam vsurpauit.

e Bucco *Gloss.* Buccones παράσιτοι ἔμετοι. *Apulei. Apolog. 2.* Macie prorsus vt Buccones videbuntur.

f Baburrus. *Gloss.* Baburra ἄφρων, ἀνόητος, μάταιος.

g Biothanat. *seru. Æn. 4. ad v.* Omnib. vmbra locis adero. Dicunt Physici biothanatorum animas non recipi in originem suam. *Vox frequens Iulio Firmico, Cassiano, Tertull.*

C

CLarus, à cælo, quòd splendeat: vnde & clara dies, pro splendore cæli.

Celsus à cælo dictus, quòd sit sublimis & altus, quasi cælestis.

Castus, primùm à castratione nuncupatus: postea placuit veteribus etiam eos sic nominari, qui perpetuam libidinis abstinentiam pollicebantur.

a Cæles dictus, quia iter sibi facit ad cælum.

b Cælebs, connubij expers, c qualia sunt numina in cælo, quæ absque coniugijs sunt. Et cælebs dicitur, d quasi cælo beatus:

Cælicola, eò quòd cælum colat, est enim Angelus.

Continens, non solùm in castitate dicitur, sed & in cibo & potu: in ira quoque & vexatione mentis & detrahendi libidine. Et continens, quòd se à multis malis abstineat.

Clemens, misericors ab eo quòd cluat, id est, protegat & tueatur, sicut solet patronus clientem.

Concors à cõiunctione cordis appellatus: nam sicut consors dicitur, qui sortem iungit, ita ille concors dicitur, qui corde iungitur.

Concionator, multitudinis allocutor.

Consolator, vniusallocutor: & inde dictus consolator, quòd soli se applicat cui loquitur, & solitudinem leuat alloquio suo: hinc & solatium.

e Consultus est, qui consulitur, cui contrarius est inconsultus, qui non accipit consilium.

Constans dictus, quòd vndique stat, nec in aliquam partem declinari potest.

Confidens, quòd sit in cunctis fiducia plenus. Vnde & Cæcilius: Si confidentiam habes, confide omnia.

Cautus, à cauendo dictus.

f Callidus, fraudulentus, quia celare nouit, & malè peritus. Callidum autem veteres non pro astuto tantùm, sed etiam pro astuto & docto ponebant: Hunc & versutum, ab eo quòd animum citò vertat.

Cupidus, à capiendo multum, i. accipiendo vocatus.

Clamosus, quasi calamosus à calamo, scilicet quòd sonet.

g Calumniator, falsi criminis accusator à caluendo, id est, frustrando & decipiendo dictus.

Calculator, à calculis, i. lapillis minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant.

h Compilator, qui aliena dicta suis permiscet, sicut solent pigmentarij in pila diuersa mixta contundere. Hoc scelere quondam accusabatur Mantuanus ille vates, cùm quosdam versus Homeri transferens suis permiscuisset, & cùm compilator veterum ab æmulis diceretur, ille respondit: Magnarum esse virium clauam Herculi extorquere de manu.

Contumax, ab eo quòd contemnat.

Chromaticus, quia non confunditur, nec colorem mutat: Græcè enim χρῶμα color vocatur.

Contumeliosus, quia velox est & tumet in verbis iniuriæ.

Contentiosus, ab intentione vocatus, qui non ratione aliquid, sed sola pertinacia vindicat.

Contemptibilis, vel quia contemptui habilis, vel quia contemptus & vilis, id est, sine honore.

Crudelis, hoc est, crudus, quem Græci, ὠμὸν appellant per translationem, quasi non coctus nec esui habilis: est enim asper & durus.

i Carnifex, quòd carnem efficiat.

k Cruciarius, eò quòd sit cruce dignus.

Collega, à colligatione societatis & amicitiæ complexu dictus.

Coætaneus, quasi comparætatis.

Complex, qui vno peccato vel crimine alteri est applicatus ad malum: ad bonum verò nunquam dicimus complicem.

Consors, eò quòd ad eum pars pertinet bonorum: nam sortem veteres pro parte ponebant. Consors ergo, quòd sit communis sorte, l sicut dissors dissimilis sortis.

Celer appellatus à celeritate, quia quod vsus exigit velocius facit.

Confinalis, ab eo quòd sit genere vel loco affinis.

Colonus

Colonus à colonia, vel ab agro colendo dictus.

Curator, quòd curam ferat pueris, qui adhuc eius ætatis sunt, vt negotia sua satis administrare non possint.

Cognitor, à cognoscendo causam dictus.

m Clientes, prius colentes dicebantur, à colendis patronis.

Captus. - - -

Captiuus, dicitur quasi capite diminutus. ingenuitatis enim fortuna ab eo excidit, vnde & à iurisperitis capite diminutus dicitur.

n Colomis, à columna vocatus, eò quòd erectus & firmissimus sit.

Comptus, à coma dictus, quòd sit formosus capillis, vel quia comam nutrit.

Calamistratus à calamistro, id est, acu ferreo in calami similitudine facto, in quo crines obtorquentur, vt crispi sint: quem in cinere calefacere solent, qui capillos crispant, vt calamistrati sint.

Corpulentus, quòd sit corpore validus, & lentis carnibus.

Crassus, à fagina corporis â creando carnes.

Comesor à comedẽdo satis. Est enim gulæ ac ventri immoderatè deditus.

o Caupo pessimus de vino aquam faciens.

Candidus, canus dictus à candore, & candidus quasi candor datus: studio enim accedit cãdor. Nam album vocari, naturæ est.

p Clodus - - - -

Curuus - - - -

Crispus - - - -

Cæcus appellatus, quòd careat visu. Est enim luminibus amissis. Cæcus est, qui vtroque oculo non videt.

Caducus à cadendo dictus, idem Lunaticus, eò quòd certo lunæ tempore patiatur.

Confusus, à confusione sceleris appellatus, inde & confusio.

Conuulsus dicitur, cui sua, vi aliqua adimuntur. Vnde & conuulsa nauis, cuius eminentia vi tempestatis adimuntur: vnde & Virgilius: Vix septem conuulsæ vndis, quasi mutilatæ.

Cõsumptus, totus sumptus & deuoratus.

Conciliatrix, ob societatẽ flagitiosæ consensionis dicta, eò quòd intercurrat, alienũque nundinet corpus. Hanc etiã & lænam vocant.

Circumforanus, qui aduocationum causa circum fora & conuentus vagatur.

q Collegiatus - - - -

Carpentarius - - - -

a Cæles. *Aug. lib. de Gramm.* Præses, dites, hæres, cæles, cælites qui iter sibi faciunt ad cælum. *Celite quoque in singulari vsus Ouid. lib. v. de Ponto.* Quod tamen potui de cælite Brute recenti, Vestra procul positus carmen in ora dedi.

b Cælebs. *Quinctil. lib. 1. c. 5* Ingeniosè Caius visus est dicere cælibes veluti cælites, quod onere grauissimo carent: *Et Hieronym. 2. contra Iouin.* Cælibes, quod cælo digni sunt, inditum nomen.

c qualia sunt numina in cælo. *Verba Aug. loco cit.*

d quasi cælo beatus. *Al. Cælo aptus.*

e Consultus *è Seru. Æn. 3. ad v.* Inconsulti abeunt.

f Callidum pro astutè docto. *Hor.* Callidus huic signo ponebam millia centum.

g Calumniator - - à caluendo. *Caius cap. 233. de verb. sign.* Si caluitur, & moretur & frustretur. Inde & calumniatores appellati, quia per fraudem & vexationem alios vexarent litib. Inde & cauillatio dicta est.

h Compilator. *Fest.* Compilare est cogere in vnũ, & condere. f. contundere. *Idem tamen,* Pilare & cõpilare sunt qui Græca originis - - - Græci n. fures πειράτας.

i Carnifex. *Donat. in Hecyr.* Caro propriè dicitur mortuor. vnde carnifices dicti, quòd carnes ex homine faciant.

k Cruciarius. *Petronius.* Itaque cruciarij illius parentes, vt viderunt custodiam laxatam, detraxere nocte pendentem.

l sicut dissors. *Aug. lib. de Gramm.* Dissors dicitur dissimilis sortis.

m Clientes. *è Seru. Æn. 6. ad v.* Pulsatusue parens, a. f. i. clienti.

n Colomis. *Vnde incolumis à columna vel columine. Donat. in Phorm.* Columen culmen, an columen colũna? *Vitruu lib. 4. c. 20.* Columen in summo fastigio culminis, vnde & columnæ dicuntur.

o Caupo pessimus. *Hieron Isa. 1.* Hæretici quoque Euangelicam veritatem corrumpunt praua intelligentia, & sunt caupones pessimi facientes de vino aquam.

p Clodus - - Curuus - - Crispus. *Aliqui libri recentiores has lacunas explent. Sed ita, vt referre non sit operæpretium.*

q Collegiatus. *De collegiatis Titulus est lib. XI. Cod.*

D

DOminus per deriuationem dictus, quòd domui præsit.

Disertus, doctus à differẽdo dictus, dispositè enim differit.

Doctus à docendo, inde & doctor.

Docilis, non quod sit doctus, sed quia doceri potest: est enim ingeniosus, & ad discendum aptus.

Discipulus à disciplina dictus, disciplina autem à discendo vocata.

Dispensator vocatur, cui creditur administratio

nistratio pecuniarum. Et ideo dispensator, quia prius qui dabant pecuniam, non numerabant eam, sed appendebant.

[a] Diues ab ære vocatus.

[b] Decorus, perfectus, à decem.

Dulcis----

Decens, compositus, à numero decem dictus. Hinc & decorus, & decibilis.

Directus, eò quod in rectum vadit.

Dilectus à diligentia. Hæc sunt enim signa diligendi.

[c] Delibutus, de oleo vnctus, vt athletæ solent, vel in ceromate pueri. Hinc & delibutum gaudio, id est, perfusum vel plenum.

Delicatus, quòd sit delicijs pastus: viuens in epulis & nitore corporis.

Defessus, semper infirmus, quasi diu fessus.

Debilis, quòd per bilem factus sit fragilis. Bilis enim humor est afficiens corpus.

Decolor, quòd desit illi color.

Desperatus, vulgò vocatur malus ac perditus, nec iam vllius prosperæ spei. Dicitur autem per similitudinem ægrorum, qui affecti & sine spe deponuntur. Consuetudo autem erat apud veteres, vt [d] desperati ante ianuas suas collocarentur, vel vt extremum spiritum redderent terræ, vel vt possent à transeuntibus fortè curari, qui aliquando simili laborauerant morbo.

Degener, aut ignobilis, aut quòd sit impari genere, aut si dum sit optimo genere natus, inhonestè tamen viuit.

Decrepitus, quòd morti sit propior, & quasi ad mortis tenebras vertat: sicut crepusculum tempus noctis. Alij dicunt decrepitum, non qui senectute auulsus est, sed qui iam crepare desierit, id est, loqui cessauerit.

[e] Depretiatus, ab eo quòd sit vilis, nec aliquo pretio dignus.

Dirus, præparcus & teter, quasi diuina ira in id actus. [f] Nam dirum dicitur, quod diuina infertur ira. Alias dirus, magnus.

[g] Dehiscens, valde hiscens. Hic enim, De, augentis est, vt deamare, desidere.

Despiciens, eo quod deorsum aspiciat, vel contemptui habeat.

Dolosus, insidiosus vel malignus, ab eo quod deludat. Vt enim decipiat, occultam malitiam blandis sermonibus ornat.

Dubius, incertus, quasi duarum viarum.

Delator dictus, eoquòd detegat quod latebat.

Dilator, quia differt ad proferendum.

Desidiosus, tardus piger à desidendo vocatus, id est, valde sedendo. [h] (idem & reses à residendo) de, enim hîc augentis est.

[i] Delirus mente defectus per ætatē ἀπὸ τοῦ λήρου vel quòd à recto ordine & quasi à lira aberret. Lira enim est arationis genus, cùm agricolæ facta semente dirigunt sulcos, in quos omnis seges decurrit.

Demens, idem qui amens, id est, sine mente, vel quod diminutionem habeat mentis.

Desipiens, eo quod minus sapere incipit, quàm solebat.

Damnatus, & damnabilis, quorum prior iam addictus est, sequens potest addici.

[k] Degulator, quod gulæ sit deditus.

B

[a] Diues ab ære. *Aliqui Gotth.* ab habere.

[b] Decorus--à decem. *Seg.* à decendo.

[c] Delibutus. *Ex Don. in Phorm. ad illud:* si te delibutum gaudio reddo.

[d] Desperati--consuetudo autem erat. *Seruij sunt hæc non Desperati, sed Depositi vocem interpretantis. Æn. 12. ad v.* Ille vt depositi p. f. p. *Quæ si non satis apta sunt, minus mirum, cùm Isidorus Seruij commentarijs sine Virgilij carminib. vsus sit: vt Chacon optimè coniecit, & ex alijs huius operis locis manifestè apparet.*

[e] Depretiatus. *Vtuntur hac voce antiquus Biblior. interpres, Tertull. & alij Ecclesiastici scriptores.*

[f] Dirus præparcus & teter. *Haud absurdè: opponitur enim diro comis. Cicero in Caton. Mai.* Quanta in vno comitas, in altero diritas? *Reliqua è Seru. Æn. 2. & 6.*

C

[g] Dehiscés. *Ex eod. Æn. 1 ad illud,* his vnda dehiscés.

[h] Delirus--dirigunt sulcos in quos omnis seges decurrit. *Sulcos pro porcis posuit, vel liris. nam in sulcos non seges decurrit, sed aqua ex liris. Vid. Varron. & Columell.*

[i] Degulator. *Apul. apolog. 2.* Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiosè in ventrem condidit, &c. *Idē* Degulo *dicitur ab Aug. in lib. de Gram.*

E

ELatus pro eo quod seipsum supra mensuram suam eleuet, dum magnus sibi videtur de his quæ agit.

[a] Enormis, eo quod normam & mensuram excedat.

Eloquens, profusus eloquio.

Exertus in loquendo expeditus. Exerere enim proferre vel expedire est.

[b] Eruditus, quia non rudis, sed iam doctus.

Expertus, multum peritus: Ex, enim hîc pro valde ponitur.

Expers vero, qui est extra peritiam & intellectum.

Exornatus, valdè ornatus: Ex, enim pro valdè ponitur: sicut excelsus, quasi valdè celsus.

Eximius, quasi valdè eminens.

Efficax

Efficax dictus, quia nullam difficultatem habet in qualibet re facienda: hinc & efficiens à faciendo dictus.

Exspes, quod sine spe.

Expers, quia extra partē, caruit enim parte.

Exsors, quia extra sortem est.

[e] Exsul, quia extra solum suum est, quasi trans solum missus, aut extra solum vagus. Nā exsulare dicūtur qui extra solum eunt.

[d] Extorris, quia extra terram suam est, quasi ex terris. Sed propriè extorris, cùm vi expulsus: & cum terrore solo patrio eiectus: & extorris, ex terra sua pulsus.

B

Extorris, extra terram: aut extra terminos suos, quia exterretur.

[c] Exterminator, non ille qui vulgo dicitur ἀφανὴς εἶναι, sed qui deijcit & expellit à terminis ciuitatis.

Exterminatus, ab eo quod sit extra terminos suos eiectus: sic & externus, eo quòd sit alienæ terræ.

Egens, & egenus, sine gente & sine genere, indigens.

Exiguus, multum egens. Ex enim pro valdè ponitur.

C

[f] Exilis, tenuis, quod posit quamuis per angustum exire (siue sine ilijs).

Exesus, quasi percomesus. Est enim aridus, tenuis, & exilis.

Exhaustus, quia consumptus est, & inanis effectus.

Exanguis, quod sit extra sanguinem.

[g] Exanimis, est mortuus. Exanimis autem & exanimus dicimus, sicut vnanimus & vnanimis, inermus inermis, & hoc nostro arbitrio subiacet.

Exustus dicitur, de quo nihil supereſt, quasi valdè vstus. Ex enim pro valdè ponitur.

Exosus ab odio dictus: [h] nam antiqui & odi dicebant & osus sum: hinc est exosus, quo vtimur, licet iam osus non dicamus.

D

Effractor, quòd sit expugnator clausstrorū.

Exitiosus, eo quòd multis exitio sit.

Executor, ab exequendo: idē & exactor.

Efferatus, mente ferina effectus, & vltra humanum modum excedens.

Effrænatus, ab eo quòd sit præceps & pronus, & sine fræno rationis.

Eunuchus, Græcum nomen est, quod est spado. Horum quidam coëunt, sed tamen virtus in semine nulla est. Liquorem enim habent, & emittunt, sed ad gignendum inanem, atque inualidum.

[i] Effœta ab eo, quòd sit frequenti fœtu exhausta: partus enim eā assiduus debilem reddidit.

[a] Enormis. *Anormis quibusd. placuerat quod in Gotth. Ænormis: in aliquo etiam Anormis: sed non conuenit interpretatio. Anormis. n. qui sine norma. Hor.* Rusticus anormis sapiens, crassaque Minerua. *Enormis extra normam. Illud absurdius, quod supra in A, Enormis & Elatus & Heros: quia in libris* Aeros, Ænormis, Ælatus.

[b] Eruditus. *Vid. Cassiod. in ps. 2.*

[c] Exsul. *è Seru. Æn. 3.*

Nam exulare dicitur. *Ex eod. Æn. 11.*

[d] Extorris. *Ex eod. Æn. 4. ad v.* Finib. extorris complexu auulsus Iuli.

[e] Exterminator. *Non vna hic species Gracor. characterum: sed* ἐξορίστης *manuscripti nihil habent.* ἀφανὴς *aliquid omnes.* Ergo quod præferre libri videbantur, ἀφανὴς εἶναι scripsimus: neq. ἀφανιστὴς, quod A. Augustino probabatur, reijcimus.

[f] Exilis--siue sine ilijs. *Vid. Fest. vel Seruium potius.*

[g] Exanimis, *è Seru. Æn. 1. ad v.* Exanimumq. auro c. v. A.

[h] Nam antiqui diceb. *Ex eod. Æn. 5. ad v.* Si nondum exosus ad vnum.

[i] Effœta. *Ex eod. Æn. 5. ad v.* Frigentque effœtæ in corp. vires.

F

FAcundus dictus, quia facilè fari posit.

Facetus, qui iocos & lusus gestis & factis commendat, à faciendo dictus.

Frugalis, à fruge nominatus, id est, à fructu vel parsimonia, siue vt alij volunt, à modestia, & temperantia.

[a] Fœnerator, qui pecuniam deponit apud debitorem, quasi fœnoris actor: nam fœnus pecunia est. Fœnerator autem Latinè dicitur, & qui dat mutuum, & qui accipit.

Flamines, Pontifices idolorum.

[b] Felix dicitur, qui felicitatem dat: felix qui accipit: & felix, per quem datur felicitas, vt felix tempus, felix locus.

Fidelis, pro eo quod fit ab eo id quod dicit, vel quod promittit bonum.

Facilis à faciendo, nec tardus.

Firmus, vnde & formosus.

Fortis, quia fert aduersa, vel quæcumque acciderint: siue à ferro, quòd sit durus, nec molliatur.

[c] Formosus à formo dictus. Formum enim veteres calidum, & feruens dixerunt. Feruor enim sanguinem mouet, sanguis pulchritudinem.

[d] Fœdus, nomen habet ab hirco, & hœdo, f. littera addita. [e] Hunc veteres in graui signifi-

significatione ponebant: vt, Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes.

Fragilis dictus, eo quòd facilè frangi possit.

Fessus, quasi fissus, nec iam integer salute: est autem generale. Dicimus enim fessus animo, vt, terfessus valle resedit: & fessus corpore, quod magis est proprium: & fessus rerum à casu venientium.

Fatigatus, quasi fatis agitatus.

f Formidolosus à formo, id est, sanguine dictus, cùm se à cute ad præcordia fugiens contrahit sanguis: nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit formidinem, vnde est illud, gelidúsq. coit formidine sanguis. Formidolosus autem cùm sit timidus, & timendum significat.

g Fatuus ideò existimatur dictus, quia neque quod fatur ipse, neque quod alij dicunt, intelligit. Fatuos originem ducere quidam putant à miratoribus Fatuæ Fauni vxoris fatidicæ, eósque primùm Fatuos appellatos, quòd præter modum obstupefacti sunt vaticinijs illius vsq. ad amentiam.

Fautor, ab eo quòd faueat & consentiat.

h Fictor, appellatus à fingendo & componendo aliquid, sicut qui capillos mulierum lenit, & pertractat, vngit, & nitidat.

Fallax, quòd fando, id est, loquendo decipiat.

Feruidus, iracundus: ira enim inflammat.

Frendens, quòd minando frangat dentes, & comprimat.

Fremens---

Ferox, ab eo quòd feritatem exerceat, vt bestia.

i Fur à furuo dictus est, id est, à fusco: nam noctis vtitur tempore.

k Factiosus inter opprobria, cùm seditiosum accipi volumus: cùm verò gratiosum, ac potentem, quasi magnæ factionis.

Facinorosus, à facti commisso nominatus: facit enim quod alteri noceat.

l Fœmellarius, fœminis deditus, quem antiqui mulierarium appellabant.

Flagitiosus, eo quod frequentius flagitet, atque appetat libidinem.

m Furcifer dicebatur olim, qui ob leue delictũ cogebatur à dominis, ignominiæ magis, quàm supplicij caussa, furcam circa viam ferre, prædicans peccatum suum, & monere cæteros, ne quid simile peccarent.

Futilis, vanus, superfluus, loquax, & est metaphora à vasis fictilibus, quæ quassa & rimosa non tenent, quæ inieceris.

Fornicarius---

Fornicatrix est, cuius corpus publicum, & vulgare est. Hæ sub arcuatis prostabant, quæ loca fornices dicuntur: vnde & fornicariæ. Virg. Atque aduerso fornice.

Fœcunda, à fœtu dicta, quasi fœtu abundans, est enim partu frequens.

Fœta---

Flens, quasi lacrymis fluens.

Fugitiuus nemo rectè dicitur, nisi qui dominũ fugit: nam si paruulus puer à nutrice, vel ab schola discesserit, fugitiuus non est.

a Fœnerator autem Latin. Ex *Aug in ps. 36.*

b Felix. *Seru. Æn. 1.* Felix dicitur, & qui habet felicitatem, & facit esse felicem.

c Formosus--*Formum. n. veteres calidum. Ita legendum inf. lib. 19. cap. 7. in Forcipes, & apud Seru. (cuius hæc sunt verba Æn. 8.) non foruum, & apud Non. in Fauno. Vid. Fest. in Forcipes-- Forma--& Formucalis. & Donat. in phorm. act. 1. sc. 2. ad verba.* Hæc formam extinguerent.

d Fœdus. *Fest.* Fœdũ antiqui dicebant pro hœdo, folus pro holere, fostem pro hoste, fostiam pro hostia.

e Hunc veteres in graui signif. *Seru. Æn. 2.* Fœdum tam apud Virgilium, quàm apud Sallustium non turpe significat, sed crudele.

f Formidolosus, cum sit timid. *è Seru. Æn. 4.*

g Fatuus. Ex *eod. Æn. 7. ad v.* Hũc Fauno, & nympha *L. M. At Iustin. lib. 43.* Fauno fuit vxor nomine Fatua, quæ assiduò diuino spiritu impleta, velut per furorem futura prænonebat. Vnde adhuc qui inspirari solent, fatui dicuntur. *Ipse quoque Faunus, vt supra è Seruio retulimus, Fatuus Fatuelis dicebatur.*

h Fictor--lenit, *Al.* lènit.

i Fur. *Vid. Agell. lib. 1. c. 8.*

k Factiosus--cum vero gratiosum ac pet. *Gloss.* Factio τάγμα. *Sueton. in Nerone:* quinque millia iuuenum elegit, qui diuisi in factiones plausuum genera condiscerent: *& Plaut. in Aulul.* istas magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror. *Inde factiosi, potentes & gratiosi in factionib.*

l Fœmellarius. *aberat hæc vox à plerisque Gotth. exc. in Ouet.*

m Furcifer. Ex *Donat. Vid. Gloss. in* Furcifer φαυροφάμιφος, *&c.*

G

GLoriosus à frequentia claritatis dictus, pro c, g. littera commutata. Gloriosus à laurea dictus, quæ datur victoribus.

Gnarus, sciens, cui contrarius ignarus nescius.

Grauis, venerabilis: vnde & contemptibiles leues dicimus. Grauis pro consilio & constantia dictus, quia non leui mora dissilit, sed fixa constantiæ grauitate consistit.

Grandis---

Grandis---

Gracilis---

Grandæuus, quod sit grandis æuo.

Gratus, gratiam seruans: sed gratus tantùm animo, gratissimus & animo & corpore dicitur.

Gratificus, ab eo quòd gratis faciat bonũ.

a Gratiosus, qui plus vnicuique, quàm meretur, tribuit.

Garrulus propriè dicitur, qui vulgò verbosus appellatus, accedente lætitia nec valens, nec volens tacere. Sumptum nomen à graculis auibus, qui importuna loquacitate semper strepunt, nec vnquam quiescunt.

b Ganeo, luxuriosus & tanquam in occultis locis & subterraneis, quæ ganea Græci vocant.

c Glutto, à gula, i. gulosus.

a Gratiosus. *Agell. lib. 9. c. 12* Gratiosus & qui adhibet gratiam, & qui admittit.

b Ganeo--tanquam in occult. & sub terr. *Fest.* Ganeum locum abditum, ac velut sub terra dixerũt. *Donat. in Adelph.* Veteres ganeum meretricũ tabernã dixerunt, ἀπὸ τῆς γῆς, τὸ εἰς τὴν γῆν, quòd ipsa sit in terra, non vt cœnacula superius, vnde & taberna, quasi trabena à validioribus dicta trabib. quib. superiora suspensa sunt.

c Glutto. *Aug in lib. de Gramm.* Heluo, qui & Glutto *Fest.* Ingluues à gula dicta, Hinc & ingluuiosus, & glutto, & gulo.

H

HEros vir sapiens & fortis.

Humilis, quasi humo acclinis.

Honorabilis, quasi honori habilis, hoc est, aptus.

c Honestus, quòd nihil habeat turpitudinis: nam quid honestas, nisi honor perpetuus, i. quasi honoris status?

Humanus, quòd habeat circa homines amorem & miserationis affectum: vnde & humanitas, qua nos inuicem tuemur.

Habilis, quòd sit ad habendum commodus atque aptus.

Honorosus, plus est quàm honoratus, sicut sceleros us, quàm sceleratus.

Hirsutus, ab eo quòd sit hirtus & pilis horridus.

d Hypocrita, è Græco sermone in Latinũ simulator interpretatur. Qui dum intus malus sit, bonũ se palàm ostendit: ὑπὸ enim falsum, κρίσις iudicium interpretatur. Nomen autem hypocritæ tractum est à specie eorum, qui in spectaculis contecta facie incedunt, distinguentes vultum cæruleo minióque colore & cæteris pigmentis, habentes simulacra oris lintea gypsata, & vario colore distincta, nonnunquam & colla & manus creta perungentes, vt ad personæ colorem peruenirent, & populum dum in ludis agerent, fallerent, modò in specie viri, modò in fœminæ, modò tonsi, modò criniti, anili, & virginali, cæteráque specie, ætate, sexúque diuerso, vt fallant populum, dum in ludis agunt. Quæ species argumenti translata est, in ijs qui falso vultu incedunt, & simulant quod non sunt: nam hypocritæ dici non possunt, ex quo foras exierint.

Humatus, quòd sit humo tectus, id est sepultus.

Hilaris, Græcum est nomen.

a Heros. *Idem sup. lib. 1. c. 39.* Heroes appellantur viri, quasi aerei, & cælo digni, propter sapientiam & fortitudinem *Vid. Seru. Æn. 1. & Aug. 10. de ciuit. c. 21 à quibus longè diuersus it Socrates in Cratylo Ærosin libris VV. in A scribitur.*

b Humilis--humo acclinis. *Ita Gothici omnes.*

c Honestus q. honoris status. *Al. q. honor. stans.*

d Hypocrita. *Ex Aug. Serm. 1. in fer. VI. post Quinquag.*

I

INgeniosus, quod intus vim habeat gignendi quamlibet artem.

Inuentor dictus, quòd in ea quæ quærit, venit: vnde & ipsa quæ appellatur inuentio, si verbi originem retractemus, quid aliud resonat, nisi quia inuenire est, in id venire, quod quæritur?

a Interpres, quòd inter partes medius sit duarum linguarum dum transfert. Sed & qui inter Deum, quem interpretatur, & homines, quibus diuina indicat mysteria, interpres vocatur.

Iuridicus, quia legum iura dicit,

Indoles, propriè est imago quædam futuræ virtutis.

Iustus dictus, quia iura custodit & secundum legem viuit.

b Innox, quod non noceat.

Innocuus, cui nocitum non sit, sed apud veteres vtrumque indifferens est.

Iocundus, eo quod sit semper iocis aptus, & hilaritati, à frequentia, sicut iracundus.

Iocosus, iocis vsus.

Inclytus, Græcum nomen est. Nam κλυτὸν Græci gloriosum vocant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illustris,nomen notitiæ est, quòd clareat A multis,splendore generis, vel sapientiæ, vel virtutis,cui contrarius est obscurè natus.

Idoneus ----

Incolumis,à colũna nomen habet, quasi erectus,fortis,& stabilis.

Immarcesibilis, incorruptus & sempiternus,quod sit sine marcore & languore.

Intemeratus,incorruptus & nulla temeritate violatus.

Infirmus,quia sine formo,i.sine calore.

Imbecillis,quasi sine baculo,fragilis & inconstans.

Inanis,leuis.

Inconstans,quia non est stabilis, sed quod B placet ei,rursus displicet.

Iactans, vel arrogans est,qui maiorum institutis non acquiescit,sed propriã quandam viam iustitiæ & sanctitatis inquirit.

o Iracundus dictus, qui accenso sanguine in furorem compellitur, vr enim flamma dicitur,& ira inflammat.

d Incentor, ab eo quòd incendat atque inflammet.

Incentor,quia praua suggestione ad vitia cor aliorum succendit, & persuadendo inflammat.

Inexpiabilis, quòd nunquam expietur, nunquam purgetur. C

e Inlaudabilis, non quia laudatus non sit, sed quia laudari non meruerit.

Iratus,ira actus.

Impius,quia sine pietate religionis est.

Iniquus propriè dictus,quia nõ est æquus, sed inæqualis. f Inter impium autem,& iniquum hoc distare nonnunquam solet, quia omnis impius iniquus, non tamen omnis iniquus est impius. Impius namque pro infideli ponitur: & dictus impius, quòd sit à pietate religionis alienus.Iniquus verò dicitur,pro eo quod non est æquus, sed prauis operibus maculatur, vel si Christianitatis nomine censeatur.

Inimicus, quia non amicus, sed aduersarius. Duæ autem res inimicos faciunt: fraus & terror. Terror, quod timent: Fraus,mali, quod passi sunt. D

Inuidus,dictus ab intuendo felicitatem alterius.

g Inuidiosus est,qui ab alio patitur inuidiã.

Inuisus,odiosus,ab inuidia & zelo dictus.

Intestabilis, cuius testimoniũ non valet, & quod dixerit,irritum improbatúmq. sit.

Infamis,non bonæ famæ.

Improbus dict⁹,quòd instat etiã prohibẽti.

Importunus: inquietus: quia non habet portum,id est,quietem.Vnde & importuni, quia in naufragium citò feruntur.

Infrænis est,qui frænis nõ regitur,vt, Numidæ infræni.

Infrendens, propriè est inter se comprimens dentes. h Nam & frendere significat dentibus frãgere: vnde nefrendes infantes, qui necdum dentes habent.

Ingluuiosus,à gula & voracitate dictus.

i Inglorius, quòd sit sine gloria,i.sine triũphis.Item inglorius,immemor gloriæ.

Informis, ingens, non quòd non habeat formam, sed quòd vltra formam magnitudinem habeat.

k Inueterator, eò quòd sit multi veteríſq. vsus in malitia.

l Immanis,quia non bonus,sed crudelis & terribilis. Manũ enim bonũ dicitur. Vnde κατ' ἀντίφρασιν dij manes,minimè boni.

m Immunis, minimè munificus, vt est in prouerbio veteri: Immunẽ ciues odere suũ. Itẽ immunis, qui non facit munia, i. officio nõ fungitẽ, est enim omni priuilegio vacuus.

Indemnis, eò quòd sine damno viuat, & sine vlla culpa atque periculo.

Iners,sine arte, & ob hoc ne operi quidẽ vlli aptus.

Inermis, vel sine armis, vel sine viribus. Nam semper arma pro viribus.

Ignauus,ignarus viæ,i.rationis & vitæ.

Ignarus,non gnarus,i. inscius vel sine naribus.n Olfecisse enim veteres,scisse dicebãt.

p Ignarus autẽ duo significat, vel qui ignorat,vel qui ignoratur.

Immemor,qui oblitus est, perdidit enim memoriam.

Inscius,quia sine scientia est.

Idiota,imperitus, Græcum est.

Imperitus,siue peritia.

q Inconsultus, ab eo quòd non accipiat consilium. Item inconsultus, quia est sine consilio & inscius rerum atque ignarus.

Ineptus,apto contrarius est,quasi inaptus.

r Inops,qui sine terra est:opẽ enim terram intelligimus, quia opem fert fructificando. Alij inopem intelligunt, non sepultum, inhumatum, cui nec inanis absenti surrexit tumulus.

Ignobilis,eo quod sit ignotus & vilis & obscuri generis:cuius ne nomen quidẽ scitur.

Ircosus,quia sudore corporis fœtido putet.

Ignotus,ignobilis,vel ex improuiso veniẽs.

Impro-

Improuisus dictus,eo quòd subitò sit, & A non porrò antè visus.

Index,proditor ab indicando.

s Indigena vocatus, quòd inde genitus sit, id est,in eodem loco natus.

Impudens, eò quòd ab eo pudor & pudicitia procul abest.

Impudicus,à pædore vocatus. Pædorem enim fœtorem dicunt.

Incestus, propter illicitam commixtionem vocatus,quasi incastus, sicut qui virginem sacram vel affinitati suæ proximã stuprauerit.

t Internicida est,qui falsum testamentum fecit,& ob id hominem occidit. B

Inficiator, negator, quia non fatetur,sed contra veritatem mendacio innititur.

Impostor ----

Interceptus, propriè dicitur qui inter duos de medio tollitur.

Insidiosus, quod insideat: Nam propriè insidere est dolosè aliquem expectare. Vnde & insidiæ nominatæ sunt.

u Incincta,id est, sine cinctu:quia præcingi fortiter vterus non permittit.

v Inuestis,id est,sine veste, nondum enim habet stolam, quod est signum maritalis dignitatis. C

Iscurra vocatur, quia caussa escæ quemlibet consectatur.

a Interpres. *Seru. Æneid. 10. ad v.* Tertius ille h. diuumq. interp. Asylas Interpres,medium est,nam & Deor. interpretator, & hominum qui diuinas indicat mentes interpres vocatur.

b Innox. *Gloss.* Innox ἀβλαβής.

c Iracund. Vr. n. flamma. *Sepè hoc repetit. Hebraicè* אור *lux.*

d Incẽtor quia praua. *Succentor quia praua &c. Neap. c. cui scripturæ magis conuenit interpretatio suggerendi & succẽdendi.*

e Illaudabilis. *è Seru. Georg. 3. Sed hæc interpretatio non illaudabilem,sed illaudatum respicit. Id vnde tam sæpè nascatur antè à admonuimus.*

f Inter impium autem & iniq. *Hieron. contra Pelag.* Omnis impius iniquus est, & peccator, nec reciprocatur,&c.

g Inuidiosus est q.a.a.p.i. *Agell. lib. 9 c. 12.*

h Nam & frendere. *Fest.*

i Inglorius. *Seru. Æn. 10.* Inglorius sine triumphis, immemor gloriæ.

k Inueterator. *Ita V. o. Danielis tamen. 13.* Inueterate dierum malor.

l Immanis. *Fest.* Immanis,ferus,siue magnus. *Gloss.* Immanis, μέγιστος, ἄγριος. *Vid. Seru. & Non.*

m Immunis. *Gloss.* Immunes ἀτελεῖς, ἀζήμιοι, ἀλειτούργητοι.

n Olfecisse n. veteres. *Idem inf. lib. 11. c. 1. Terent.* An non sex totis mensibus prius olfecissem, quàm ille quidquam cœperet?

o Ignarus autem duo. *è Seru. Æn. 1. & 6.*

p Inconsultus. *Vid Sup. consultus.*

q Inops. *è Seru. Æn. 6. ad v.* Inops, inhumataque turba est.

r Indigena. *Ex eod. Æn. 8.*

s Internicida. *Fest. in* Interniciuum testamentũ, *&* internectio, *vide Cuiac. obseru.*

t Incincta. *Eandem vocem nostri vsurpant.*

v Inuestis, id est, sine veste. *Hactenus rectè, hoc est sine pube. auctorib. Seru. Macrob. Non. Quod sequitur non admodum cohæret,* nondum n. habet stolã, quod est signum maritalis dignitatis. *Itaq. hoc additiũ, eiusq. qui illud sine veste non intellexerat, auxerat atque damno interpretationem, accersens hæc verba è lib. 19. c. 29.*

K

KAtholicus,vniuersalis:Græcum est.

Karus,Græcum nomen est:sicut & karitas:vnde & Karistia,Karismata gratiæ.

L

LVculentus ab eo quod sit lingua clarus, & sermone splendidus.

Lector,dicitur à legendo, id est, percurrendo. Vnde & nauis dicitur legere quidquid transit. Nam legit, transit, præterit, vt, -- Crebris legimus freta concita terris. Item lector,à colligendo animo quæ legit, quasi collector: sicut illud, Qui legitis flores.

Loquax,non est eloquens.

a Lætus,à latitudine.

b Locuples,quasi locis plenus,& possessionum plurimarum possessor, quemadmodũ docet Tullius in libro ij. de Republica: multæq. dictione ouium & boum, quòd tunc res erat in pecore & in locorum possessionibus:ex quo pecuniosi & locupletes vocabantur.

Liberalis dictus ab eo, quòd libenter donet,nec murmuret.

Largus ----

Longus à linea dictus, propter quod sit porrectus. D

Longæuus, quasi longi æui & longi temporis.

Longanimis,siue magnanimus, eo quòd nullis passionibus perturbatur, sed ad vniuersa sustinenda patiens est. Cui contrarius est c pusillanimis,angustus,& in nulla tribulatione subsistens, de quo scribitur: Pusillanimis vehementer insipiens.

Leuis ob inconstantiam vagationis appellatur, quia leui motu mentis nunc ista, nunc illa desiderat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lubricus,ab eo quòd labitur.

d Labens,interdum velox,vt,Labere nympha polo, & labere pennis. Cursu enim lapsus celerior est.

e Latro,insessor est viarum, à latendo dictus: Ælius autem:latro est,inquit, latero ab latere,insidiator viæ.

Lanista,gladiator,id est, carnifex Thusca lingua appellatus,à laniãdo scilicet corpora.

Lacessitor,per translationẽ dictus à canibus, vel à feris, quæ solent lacerando prouocare.

Leno,conciliator stupri,eo quod mentes miserorum blãdiat, & deliniendo seducat.

Libidinosus,ab eo quod facit quod libet.

Libidinosus,à Libero, qui puellari corpore pingitur.

Luxuriosus, quasi solutus in voluptates: vnde & membra loco mota,luxa dicuntur.

Lasciuus,quod sit laxus, i.solutus & vanus.

Lymphaticus,quod aquam timeat,quem Græci ὑδροφόβον vocant. Lymphaticus propriè dicitur, qui vitium ex aqua contrahit: cuius vitium est huc atque illuc currere, à fluore aquæ sumpto vitio. Sed poëtæ iam hoc genus nominis pro furiosis vsurpant.

Languidus----

f Luridus, quod sit pallidus,à loro dictus, quod huiusmodi habeat cutem.

Leprosus, à pruritu nimio ipsius scabiei dictus:vnde per.p.scribi debet.

Luscus quod lucem ex parte sciat: sicut g luscitiosus,qui vespere nihil videt.h Luscos coclites dixerũt antiqui: vnde & Cyclopas coclites legimus dictos: qui vnum oculum habuisse perhibentur.

Lotus,lauatus,id est,mundus.

Lupa,meretrix,à rapacitate vocata, quod ad se rapiat miseros & apprehendat.

a Lætus à latitudine. *Varro lib.5* lætari ab eo,quod latius gaudium propter magni boni opinionẽ diffusum.

b Locuples *Vid. Non. in* Pecuniosus.

c Pusillanimis vehementer insip. *Ex* LXX. *editione pro quo Vulg.*qui autem impatiens exaltat stultitiam suam. *Prou. 14.*

d Labens,interdum velox,*è seru. Æneid. 2 adv.* Tot iam lab.ann.

e Latro. *Vid. Varr. lib. 6.*

f Luridus,à loro. *Rectè Varr.* Lorica à loris, quod de loro crudo pectoralia faciebant. Luridi autem huiusmodi coloris sunt. *Festus.* Luridi supra modum pallidi.

g Luscitiosus, qui vesp. nihil vid. *At Festus contra* Luscitio vitium oculorum, quod clarius vesperi quàm manè cernit *Vid. Fulg. Plac.*

h Luscos coelites *è Seru. Æn. 8.*

M

Misericors, a à compatiendo alienæ miseriæ vocabulum sortitus est: & hinc appellata misericordia, quòd miserũ cor faciat dolentis alienam miseriã. Non autẽ occurrit vbique hæc etymologia: nam est in Deo misericordia sine vlla cordis miseria.

b Mactus,magis auctus gloria, & est nomẽ tractum à sacris. Quoties enim thus aut vinum super victimam fundebatur,dicebant: mactus est taurus vino vel thure,hoc est,cumulata est hostia & magis aucta.

Munificus dictus, vel quia alicui munera multa dat:vel quia munus suum,i. officium quod debet adimplet: sic & munifex, quia munera fert.

Magnus----

Magnanimus,ab eo quòd sit magni animi & magnæ virtutis. Cui contrarius pusillanimis.

Magnificus, à magna faciendo vocabulum traxit.

c Mansuetus,mitis vel domitus,quasi manu assuetus.

p Modestus, à modo dictus & temperie: nec plus quicquam nec minus agens.

Mitis, lenis & mansuetus & cedens improbitatibus,& ad sustinendam iniuriam tacens,quasi mutus.

e Mutus,quia vox eius non est sermo, nisi mugitus: vocalem enim spiritum per nares quasi mugiens emittit.

Memor,vel qui memoriam tenet,vel qui memoria tenetur.

f Magister, maior in statione: nam στεγὸν Græcè statio dicitur.

Minister, minor in statione, siue quia officium debitum manibus exequitur.

Maior----

Minor----

Miminus,à numero monadis, quòd post eum non sit alter.

Maximus,aut meritis, aut ætate, aut honore,aut facundia, aut virtute,aut omnibus magis eximius.

Modicus, paruus,sed abusiuè, cæterũ rationabilis.

Moderatus, à modo scilicet & tẽperamẽto.

Mediocris,quòd modi cum illi sufficiat.

g Miser propriè, eo quòd omnẽ felicitatem amiserit. Secundũ autẽ Ciceronem propriè mortuus,qui in Tusculanis miseros mortuos vocat, propter quod iam amiserunt vitam.

Misera-

Miserabilis,quòd sit miseriæ habilis.

h Mœstus,naturaliter tristis, non casu. Est enim à natura mentis & animi: vnde i & mœstus.

Mendicus dictus, quia minus habet vnde vitam degat, siue quia mos erat apud antiquos os claudere egenum, & manum extendere,quasi manu dicere.

Mendax,quòd mentem alterius fallat.

Malignus, quia malitiæ votum vel opus peragit.

Malus,appellatus à nigro felle,quod Græci μέλαν dicunt, vnde & melancholici appellantur homines,qui & conuersationem humanam refugiunt, & amicorum charorum suspecti sunt.

Malitiosus deterior malo, quia frequenter malus. A malo autẽ peior dicitur,à bono deterior.

Melior dictus, quia mollior, non durus aut ferreus, nam melius quasi mollius.

Minax, à facie oculorum quando furiosè ardescũt,vt amplius videʃ pertimescat.

Minator est,monitor,sed monitor dicitur cùm prænuntiat bona, minator cùm prænuntiat aduersa.

k Mulcator,eò quòd blandis verbis mulceat ad declinandum animum: translatio à mulso,id est, quod acceptum lenire solet fauces dolentis,aut oppletum sordibus stomachum.

Metatores appellantur, qui castra designant,à metiendo scilicet,Lucanus:Hesperios audax veniat metator in agros.

Mollis, quòd vigorem sexus eneruato corpore dedecoret, & quasi mulier emolliatur.

Macer à macie:& macies à mœchia, eò quòd immoderata libido macros faciat,siue à maceratione.

l Mancus,manu ancus.

m Moribundus,morienti similis,sicut vitabundus,vitanti similis. Quando enim dicimus,moriturus est, verè moriturus est:moribundus autem non verè, sed verisimilis morientis est.

Meretrix dicta, eo quod pretium libidinis mereatur. Inde & meritoriæ tabernæ: nam & milites cùm stipenda accipiunt,mereri dicuntur.

Morio,à morte vocatus,eo quod non vigeat intellectu.

Mulio,dictus à mulis, eo quod præsit eisdem vehiculis.

A Manifestum dicitur, quod in manu est promptum.

a Misericors. *Ex Greg. Moral. lib. 20. cap. 23. Al. 24.*

b Mactus magis auct. *è Seru. Æn. 9.*

c Mansuetus. *Vid. Cassiod. in ps. 24.*

d Modestus. *Ex Ambros. lib. 1. Off. c. 18.*

e Mutus--vocalem n. sp. *Ex Lact. libro de opifi. cap. 11.*

f Magister--nam steron Græc. statio. *Gloss.* στερεὸς, Robustus,grauis, stabilis. Στάσις ἡ καταμονή. Statio *Vid. Fest. in* Magisterare & Magisteria.

g Miser--secundùm Cic. *è Seru. Æn. 4. ad v.* miseri post fata Sichæi.

h Mœstus naturaliter tristis. *è Seru. ad v.* mœstum mittit Onyten *Æn. 12.* mœstum, naturaliter tristem,seuerum,quem Græci ἀνέλαρον dicunt.

i Vnde & mœstus. *f. metus Vid. Seru. Æn. 1.* ad mœstumque timorem.

Amicor.charor. suspecti sunt. *Ita l. o. Gothicissimus.*

à malo autem peior,à bono det. *è Seru. Georg. 4. ad v.* Deterior qui visus.

2 quando furiosè. *Al. furore.*

k Mulcator. *Donat. in Hecy. sc. 1.* Nam propriè Mulciber dictus est, quòd omnia mulceat, id est,molliat, *& in Adelph. scen. 2.* Ipsum dominum,atque omnem familiam mulcauit. *Ita enim legi in veterib. libris admonuit Gab. Faernus. Quæ autem de mulso, Plinij videntur lib. 2. c. 94.*

l Mancus-- manu ancus. *Festus:* Ancus appellatur, qui aduncum brachiũ habet,vt porrigi non possit. *Gloss.* Ancus,mancus, κυλλὸς, κοφὸς.

m Moribundus-- morienti similis. *è Seru. Æn. 10.*

N

Nobilis,non vilis, cuius & nomen & genus scitur.

Nubilis,ad nubendum habilis.

a Nemo ab homine tractum est,id est, ne homo,quod est pro nullo.

Nullus autem,quasi ne vllus.

b Nihili,compositum est ex ne & hilo. Hilum autem Varro ait, significare medullam eius ferulę quam Græci asphodelon vocant: & sic dici apud nos nihilum,quomodo apud Græcos οὐδὲ γεύ.

c Nequam à malo plerique distinguunt: alium pernicioʃum: alium nugã existimantes,vt ait Monatius:Hic adoleʃcẽs nequam non malus,id est,nugas,nõ pernicioʃus. Alij confundunt, quasi vtrumq; vnum idémq; significet.

Nequaquam, eò quòd nec quicquam sit, id est, ex eo quod nihil sit,veteres esse dictum voluerunt.

Neuter,neque iste neque ille,q.dicat nec vterque.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[d] Nefarius, non dignus farre, quo primo cibi genere vita hominũ sustinebatur. Alias nefarius.

Nefandus, id est, ne nominandus quidem.

Nutritor, quasi nutu eruditor.

[e] Nuntius est, qui nuntiat, & quod nuntiatur, id est, ἀγγελος καὶ ἀγγελία: sed nuntius ipse homo genere masculino: id verò quod nuntiat genere neutro, vt hoc nuntium, & hæc nuntia.

Nazaræus, id est sanctus Dei, Nazaræus olim dicebatur, qui sanctam comam nutriebat, & nihil contaminatum accipiebat, abstinens se à vino omníque sicera, quæ mentem ab integra sanitate peruertit.

[f] Nugas autem Hebræum nomen est. Ita enim in prophetis est expositum, vbi dicit Sophonias: Nugas qui à lege recesserunt, vt nosse posimus linguam Hebraicam omniũ linguarum esse matrem.

Nugigerulus, appellatus ab eo quòd sit turpis nuntius.

Negligens, quasi neclegens.

[g] Nepos, dictus à genere quodam scorpionum, qui natos suos consumit, excepto eo, qui dorso eius insederit: nam rursus ipse, qui seruatus fuerit, consumit patrem: vnde homines qui bona parentum per luxuriã consumunt, nepotes dicuntur. Hinc quoq. nepotatio pro luxuria ponitur, qua certè quæquæ res consumuntur.

Niger, quasi nubiger, quia non serenus, sed fusco opertus est. Vnde & nubilũ diem tetrum dicimus.

[a] Nemo, id est, ne homo. *Vel nec homo, Seru. & Fest.*
[b] Nihili. *Festus.* Hilũ putant esse quod grano fabæ adhæret, ex quo nihil, & nihilum.
[c] Nequam--nequitiam. *Vid. Varr. in extremo libro nono, & Agell. lib. 7. c. 11.* vt ait Monatius. *f. Munatius vel Matius potius, cuius Mimoiambi laudantur à Terentiano.* Numatius *in c. Tarracon.*
[d] Nefarius non dignus farre. *Non.* Nefarij proprietatem lib. 1. de vita. pop. Rom. Varro patefecit, à farre quod adoreum est, quo scelerati vti non debeant. *Ascon.* Nefarium quod sacra polluit farre pio solita celebrari ergo nefarij sacrilegi.
[e] Nuntius. *Seru. Æn. 6. ad v.* Verus mihi nuntius ergo. Sanè qui nuntiat genere tantùm dicitur masculino. Quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur, tamen inuenitur etiam masculino.
[f] Nugas autem Heb. *Ex Hieron. Sophon. 3.* Est autem vox Hebræa נחש. *charis. lib. 1.* Nugas licet indeclinabile sit, tamen commune trium generũ, hic, & hæc, & hoc nugas. *& paullò post.* Neutralia indeclinabilia sunt, vt nugas, quod est commune trium generum.

[g] Nepos à genere quodam scorp. *Gloss.* Nepa σκόρπιος. *Non.* Nam verè nepa scorpius dicitur. *Aliter Festus de nepotis etymo, & Isidorus ipse lib. 9.*

O

ORthodoxus, rectæ gloriæ.

Orator, [a] ab ore vocatus, à perorando nominatus, id est, dicendo: nam orare dicere est.

Obaudiens: ab aure, eo quòd audiat imperantem.

[b] Ospes, quod inferat ostio pedem.

Ospes, facilis, apertus, & ostio patens: vnde & ospitalis homo dicitur.

Osor, inimicus ab odio dictus: sicut amator ab amore, & est generis communis.

Odibilis, odio habilis.

Obsitus, obsessus, id est, vndique insidijs conuallatus.

[c] Obscenus impuræ libidinis, à vitio obscuro dictus.

[d] Obtunsus, hebetior & obclusior, quasi ex omni parte tunsus.

Obnixus, contrarisus & conabundus.

Obnoxius, quia obligatus est nexibus culpæ.

[e] Oblectator, quasi cum lacte & fraude, vt Terentius: Nisi me lactasses amantem: vnde & oblectare dictum est.

[f] Obtrectator, malignus, & qui obstringillando officiendóque non sinat quempiam progredi & augescere.

Orbus, quòd liberos non habeat, quasi oculis amissis.

Opifex, quòd opus faciat aliquod.

Opilio, ouium pastor ouilio.

[a] Orator. *At Festus.* Oratores ex Græco quasi ἀρατῆρες dicti, quod missi ad reges, nationesq. deos soleant ἀρᾶσθαι καὶ εὔχεσθαι id ed est, testari.
[b] Ospes. *Hospes. Rectè abest à quattuor Tarr. cc. hæc vox.*
[c] Obscenus. *Varro lib. 6.* Obscenum turpe, quod nisi in scena palam dici non debet.
[d] Obtunsus. *l. obtusus--obclusior. Al. obdurior. Vtroque n. modo legi admittunt char. ateres Gotthici.*
[e] Oblectator. *Fest in verbo* lacit.
[f] Obtrectator--obstringillando. *Vel obstrigillando potius vt apud Varr. de re rust. c. 20.*

P

PRudens, quasi porro videns: perspicax enim est, & incertorum præuidet casus.

[a] Patiens, dictus à pauiendo, pauire enim ferire est: percutitur enim, & tolerat.

[b] Per-

[b] Perfectus, cui iã nihil adijci potest. Huic nomini apud Grammaticos cõparatio non adijcitur, quia si dixeris, Ille perfectior est, iste perfectus non erit.

Pulcher à specie cutis dictus, quod est (rubens) pellis: postea transijt hoc nomen in genus. Nam pulchritudo hominis aut in vultu est, vt: Os, humerósque Deo similis--. aut in capillis, vt: námque ipsa decoram Cæsariem: aut in oculis vt, --lætos oculis afflarat honores: aut in candore, vt: Quale manus addunt ebori decus: aut in lineamentis, vt, Te multo plus figura & lineamẽta hospitis delectabãt: aut in proceritate, vt, Turnus: Vertitur in medijs, & toto vertice supra est.

Pellax, à pelliciendo.

Perspicax, splendidus, eo quòd perluceat.

Perpetuus. - - - - -

Perennis, ab eo quòd sit perpetuus annis.

[c] Præsul vocatus, quia præest solicitudine.

Præpositus appellatus, eò quòd sit subiectorum ac famulantiũ ordinator vel rector.

Patroni à patribus dicti sunt, quòd huiusmodi affectum clientibus exhibeãt, vt quasi patres illos regant.

[d] Pædagogus est, qui paruulis assignatur: Græcum nomen est, & est compositum ab ab eo quòd pueros agat, id est, ducket, & lasciuientem refrener ætatem.

Præsens dictus, quòd sit præ sensibus, id est, coram oculis, qui sensus sunt corporis.

Prior, quod primus sit ordine: & primus, quasi præminens.

Primus - - - -

Postremus - - - -

Potens, rebus late patens: vnde & potestas quod pateat illi quaqua velit, & nemo intercludat, nullus obsistere valeat.

Præopimus, præ cæteris opibus copiosus.

[e] Pecuniosos Tullius primum eos dictos refert, qui plurimam habuissent pecuniam, id est, pecora. Ita enim antiqui eos appellabant. Paullatim autem per abusionẽ nomen in aliud deuolutum est.

[f] Peruicax propriè dicitur, qui in proposito suo ad victoriam perseuerat. 8 Antiqui enim viciam dicebant, quam nos victoriã: credo quòd inde dicatur herba vicia, id est, victorialis.

[h] Pernix à pernitendo tractum est, id est, in conatibus perseuerando. Alij [i] pernicem velocem intelligunt pedibus: [k] Nam pernicitas pedum est, vt: pernicibus ignea plantis: sicut celeritas pennarum est, vt: -- celerique fuga sub sidera lapsæ.

Piger, quasi pedibus æger. Est enim tardus ad incendedũ: quod nomen per vsum transijt & ad animum.

Pernox, peruigilans nocte.

[i] Perseuerans - - - -

[l] Pertinax, impudenter tenens, quasi pertinens.

Petulans, nunc quidem pro audace & improbo ponitur: olim autem acerbi flagitatores, & propriè argentariorum coactorum pueri, quod pretia rerũ crebrius & asperius exigebant, à petendo petulantes vocati.

[m] Procax, propriè idem quod petax. Nam procare est petere: vnde & nuptiarum petitores proci dicuntur.

Prodigus, sumptuosus atq. consumptor, qui omnia porro agit & quasi proijcit.

Profugus propriè dicitur, qui procul à sedibus suis vagatur, quasi porrò fugatus.

Peregrinus longè à patria positus, sicut alienigena.

Proiectus, quasi longè & procul iactatus, sicut & produxit, quasi porrò illum duxit, & prouocauit, quasi porrò illum vocauit.

Proiectus, quasi porrò eiectus ac proiactatus vnde, Proiectáque saxa Pachyni, id est, porrò iactata.

[n] Proscriptus, cuius bona palàm & apertè scribuntur.

Præscriptus, ordinem significat, sicut & præscriptiones apud Iurisconsultos.

[o] Procinctus, expeditus & armatus, vnde & In procinctu, id est cùm belli caussa arma sumebant.

[p] Præcinctus, eo quòd ante se ponat aliquid, quo præcingitur. Vnde & de Domino dictũ est, Præcinctus linteo, lauit pedes discipulorum suorum.

[q] Prædo est, qui populando alienam inuadit prouinciam. Prædo ab abigendo prædas dictus, & prædo qui prædam habet.

Prædator est, cui de præda debetur aliquid.

Plagiator, ἀπὸ τοῦ πλαγίως, id est, obliquo, quòd non certa via gradiatur, sed pelliciendo dolis.

[r] Piratæ, sunt prædones maritimi ab incendio nauium transeuntium quas capiebant dicti. Nam πῦρ ignis est.

Pugillator, qui de manu in manum nummorum aliquid subtrahit.

Peculator, pro eo quòd sit pecuniæ publicæ defraudator.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Proditor,pro eo quòd detegit.Item proditor, perditor:vt,vnius ob iram Prodimur.

Perfidus, quia fraudulentus est & sine fide, quasi perdens fidem.

f Periurus, quia perperè iurat,id est, malè iurat.Periurus autem in verbo.r.non habet. Nam peiero & deiero dicimus.

t Prævaricator,malè fidei aduocatus,& qui vel in accusando nocitura,vel in defendendo profutura prætereat, aut inutiliter dubiéque ponat mercedis gratia,scilicet corruptus.Cicero:Quid enim tam prævarum?id est valde varum.

Pellax,dolosus & fallax,à pelle,id est, vultu.Foris enim vt fallat arridet, sed nequitiâ intus gerit.

Profanus,quasi porrò à fano.Sacris enim illi non licet interesse.

r Parracida,propriè dicitur interfector parentis, quamuis quidam veteres hunc parenticidam dixerint:quoniam parricidium & homicidium in quocumq. intelligi possit,cùm sint homines hominibus pares.

Persecutor non semper pro malo intelligitur, vnde,Persecutus,perfectè secutus.

x Publicanus est,qui vectigalia publica exigit,vel qui per publica negotia seculi lucra sectatur:vnde & cognominatus est.

Peccator,à pellice,id est,meretrice vocatus,quasi pellicator, quod nomen apud antiquos tantùm flagitiosum significabat, postea transijt hoc vocabulum in appellationem omnium iniquorum.

Prostitutæ meretrices,à prosedēdo in meritorijs,vel in fornicibus.

y Pellex, apud Græcos propriè dicitur à Latinis concuba.Dicta autem à fallacia, id est versutia,sub dolositate vel mendacio.

Procuruus,quasi per longum curuus.

z Pauidus est,quem vexat trepidatio mentis(habet enim cordis pulsationem , cordis motum) nam pauire ferire est , vnde & pauimentum.

Petræ autem,& rupes à duritia saxorum nominantur.

Pusillanimis,pusillo animo.

a Petulcus,dictus ab appetendo,vnde etiā & meretrices petulcas vocamus.

Pisinus,à pusione.

Productus,quasi porro ductus.

a Patiens dictus à pauiendo. *Festus*:Obpuuiat verberat,à pauiendo,id est,feriēdo.Vnde pueri quod puniendo coercentur, vnde & pauimenta. *Nimirū quod Græcis παίειν ferire, & pulsare. Nam & pauimenta pro pauimenta legi in antiqua inscriptione affirmat vir eruditissimus.*

b Perfectus. *Seruius Æn. 11. ad v.* ô fama ingens ingentior arm. Alia illa nomina sunt,in quibus est dubitatio, vtrum comparentur, vt est perfectus, quod si velis comparare,incipit perfectus non esse perfectus.

c Præsul-- quia præest solicitud. *Paul.ad Rom.12.* qui præest in solicitudine. *Dictus autem præsul à prasiliendo(vt ait Phocas)sic enim inter Salios primus appellabatur,quod tripudiū auspicaretur,inde Lucilius:* Præsul vt antruat,inde & volgus redantruat olli. *Hic est præsultor, quem Glossarium vetus τὸν ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενον interpretatur.*

d Pædagog.qui paruulis assign. *Ex Hieron ad Gal.3.*

e Pecuniosos. *ex eod. Eccles.5.*

f Peruicax. *Donat.in Hecyr.* Peruicax perseuerantē cum quadam vi. *& paullo post* , peruicax per vim agens.

g Antiqui n. viciam. *Ouet.* vicam. *vitiosè opinor.*

h Pernix à pernitendo. *è Seru.Georg.3.*

i Alij pernicem velocem. *Ex eod. Æn.11.*

k Nam pernicitas ped. *Ex eod. Æn.4.*

l Pertinax, q. pertinens. *Quasi pertendens Varro lib.4.*

m Procax. *è Seru Æn.1.*

n Præscript. ordinē signifi. *Præscriptiones appellant Iurisconsulti exceptiones, illas præsertim quæ longi temporis obiectione actiones excludunt. Cuius nominis origo fortasse, quod earum formula præscripta esset aut in edictis Prætorum, aut in actionum formulis. Sic etiam præscriptis verbis actio.*

o Procinctus. *Vid.Fest.*

p Præcinctus. *Ex August.in Ps.92.*

q Prædo. *è Seru. Æn.10.*

r Piratæ ab incendio. *At Græcis πειρατὴς, nō πυρατὴς Hesich.πειρατὴς καυσχυδὸς.*

f Periurus in verb.r.non habet. *Immo & non.ē ipsum in vetustiss.Cod. Salm.* Peiurus *bis sine r, scribitur. Sunt autem hæc Seru. Æn.2.*

t Prævaricator. *Plin.lib.8.c.19.*Arator nisi incuruus prævaricatur. Inde translatum hoc crimen in forum.Ibi itaq. caueatur vbi inuentum est. *Quod autem à vario deduxisse Cicero videtur in Partitionibus cum dicit:*Prevaricationis nomen significat, eum qui in contrarijs causis, quasi variè esse positus videatur: *non prorsus diuersa notatio est , nam & varium à varo fortasse descendit. Quanquam id exigere iniquum est,cum præsertim.*Quid enim tam prevarium *in quibusd.libris legatur.*

v Parracida. *Ita Gotthici libr. non parricida.*

x Publicanus. *Caius.c.16.de verb.sign.* eum qui vectigal.pop.Rom. conductum habet, publicanum appellamus.

y Pellex apud Græc. *Vid.Fest. Agell. & Paul.c.144.D. de verb.sign.*

z Pauidus-- habet enim cordis pulsᵉ. *Respexisse videtur ad Virgilij verba;*corda pauor pulsans.

a Petulcus. *è Seru.Georg.4.ad v.*hœdiq.petulci.

Q

QVæstor,à quærendo dictus, quasi quæsitor.

Questuosus, querimonios.

Querulus,quia querelam infert.

Quietus,quod sit ipse sibi animo securus, nemine m tangens.

R

REligiosus [a],ait Cicero,à relegendo appellatur,qui retractat, & tanquā relegit ea quæ ad cultum diuinum pertineāt.Hi sunt dicti religiosi ex religendo, tanquam ex elingendo eligentes,ex diligendo diligētes, ex intelligendo intelligentes.

b Rationator dictus, c vir magnus,quiade omnibus rebus,quas esse mirabiles constat, possit reddere rationem.

Retractator repetitor, d nam retractare, est repetere,quod omiseras.

Resipiscens,eò quòd mentem quasi post insaniam recipit, aut quia resipit qui à pere desierat.Castigat enim seipsum dementiæ, & confirmat animum suum ad rectius viuēdum,cauens, ne iterum corruat.

Repentinus, à repente. e Repens autem & aduerbium & nomen potest esse.

Robustus, fortis,validus,à fortitudine roboreæ arboris appellatus.

Rapidus,velox pedibus.

Raptor, eoquòd corruptor.Inde & rapta eo quòdcorrupta est.

f Reus,à re de qua obnoxius est,& reatus à reo est nuncupatus.

Reus maiestatis, primùm dictus,qui aduersus rēpublicam aliquid egisset, aut quicumque hostibus consensisset. Dictus autē reus maiestatis quia maius est lędere patriā, quàm ciuem vnum. Postea autem & hi rei maiestatis dicti sunt:qui aduersus maiestatem principis egisse viderentur,vel qui leges inutiles reipublicæ detulerant,vel vtiles abrogauerant.

Rixosus, à rictu canino dictus. Semper enim ad contradicendū paratus est, & iurgio delectatur,& prouocat contendentem.

Rusticus,dictus quòd rus operetur,id est terram.

a Religiosus ait Cic. *2.de nat.deor.*

b Rationator. *Sic in Gotth. o. eaq. scriptura Chaconi placebat. Nam ratiocinator alius est.*

c Vir magnus. *Magus volebat A. Augustinus.*

d Nā retractare. *è Seru. Æn.7.ad v.* Mos erat Hesperio in Latio.

e Repens autem *Ex eod. Æn.12.*

f Reus,à re de qua obnoxius. *Cic.2, de orat.* Reos autem appello non eos modò, qui arguuntur, sed

omnes,quarum de re disceptatur.

S

SApiens,dictus à sapore, quia sicut gustus aptus est ad discretionē saporis ciborū: sic sapiens ad dinoscentiā rerum atq. causarum,quod vnumquodque dinoscat,atque sensu veritatem discernat. Cui contrarius est insipiens,quod sit sine sapore, nec alicuius discretionis vel sensus.

Studiosus,quasi studijs curiosus.

a Sanctus,veteri consuetudine appellatus, eoquòd hi qui purificari volebant,sanguine hostiæ tangebantur, & ex hoc sancti nomē acceperunt.

b Sincerus,quasi sine corruptione.cui cōtrarius est insincerus,vitiatus corruptus.

Supremus,summus,ab eo quòd supereminet.Vnde & supreme pater dicimus.

Sublimis,ab altitudine vocatus honoris: nam propriè sublime dicitur , quod in alto est,vt, sublimémque feres ad sidera cæli.

c Speciosus,à specie vel aspectu: sicut formosus à forma.

d Sollers, quod sit solicitus in arte & vtilis. Sollers enim apud antiquos dicebatur: qui erat omni bona arte instructus. Terentius, Adolescentem sollertem dabo.

e Superstitiosos,ait Cicero,appellatos, qui totos dies precabantur, & immolabant, vt sibi sui liberi superstites essent.

Solicitus,quia sollers & citus atque inrequietus.

Sedulus,familiare verbum Terentij: hoc est sine dolo,aliàs assiduus.

f Sodales,dicuntur, qui ad symbolum cōuenire cōsueuerunt, quasi sua edentes,alias quasi sedales,quod simul sedeant.g Socij dicuntur propter periculi & operis socie: atē, quasi in vnam caligam , & g vno vestigio manentes.

Stultus,hebetior corde , sicut quidam ait, Ego me esse stultum existimo : fatuum esse non opinor, id est,obtusis quidem sensibus, non tamē nullis. h Stultus est,qui per stuporem non mouetur iniuria , sæuitiam enim perfert nec vltus est,nec vllo ignominię cōmouetur dolore.

i Segnis,id est,sine igne,ingenio carens (se autem sine significat,vt sedulus sine dolo, securus quasi sine cura) id est,frigidus, per quod inutiles accipimus.

Stupidus,sæpius stupens.

Superbus dictus , quia super vult videri

quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm est: Qui enim vult supergredi quod est, superbus est.

Susurro, de sono locutionis appellatus, quia nō in facie alicuius, sed in aure loquitur de altero detrahendo.

Seditiosus, qui dissensionem animorum facit & discordias gignit: quā Græci διάστασιν dicunt.

Seuerus, quasi sæuus verus, tenet enim sine pietate iustitiam.

Simulator, dicitur à simulacro. Gestat enim similitudinem eius, quod non est ipse.

k Suasor, decipiens, id est, in suam sortem trahens.

Studiosus - - - -

l Scrupulosus, animi minuti & asperi. Scrupus enim est arena durior.

m Sacrilegus, dicitur ab eo quòd sacra legit, idest, furatur.

Sicarius vocatur, qui ad perpetrandū scelus telis armatus est. Sica enim gladius est à secando vocatus.

n Scæuus sinister atque peruersus, ἀπὸ τῆς σκαίας. Est enim pessimi & crudelis animi.

Scenicus, qui in theatro agit. Theatrum enim scena est.

o Scorta, quæ à Græcis quoq. σκύτεα vocabantur, quo defricātur pelles, quibus corruptela fit.

Spurcus, quòd sit impurus.

p Sceleros us, scelcribus plenus, vt lapidosus locus, & arenosus. Plus est autem scelerosus, quàm sceleratus.

Sator, seminator, vel pater à semine.

q Scurra, qui sectari solet quēpiam cibi gratia. A sequēdo igitur inde scurra appellatus. Idem assecla, à sequendo.

Satelles, quòd adhæreat alteri, siue à lateris custodia.

Suffectus, in loco alterius suppositus, quasi suffactus. Vnde & Consulem suffectum dicimus eum, qui pro alio substituitur.

Secundus, quia secus pedes, & tractus est sermo à sequentibus seruis pedissequis. Vnde & secunda fortuna dicitur, quod secundum nos est, id est, prope nos. Inde & res secundæ, id est, prosperę. Secundæ autem à sequendo sunt dictæ.

r Stipulator, promissor. Stipulare enim promittere est, ex verbis iurisperitorū qui etiā stipulum firmum appellauerunt.

Sanus, à sanguine, quia sine pallore est.

Sospes. - - -

f Salus, à sale nomen accepisse putatur.

Subtilis, ab extenuatione dictus.

t Sequester dicitur, qui certātibus medius interuenit, qui apud Græcos ὁ μέσος dicitur, apud quem pignora deponi solent. Quod vocabulum à sequendo factum est, quòd eius qui electus sit, vtraque pars fidem sequatur.

Sessilis, quod non videtur stare, sed sedere.

Surdus, à sordibus humoris aure conceptis: & quamuis multis casibus accidat, nomen tamen æger ex prædicto vitio retinet.

Siccus, quod sit exsuccatus, siue per antiphrasin, quòd sit sine succo.

v Sepultus dictus, eo quòd sit sine palpatione, vel sine pulsu, id est sine motu.

x Saio, ab exigendo dictus.

Sutor, à suendis pellibus nominatur.

Subulcus, porcorum pastor, sicut bubulcus à cura boum.

a Sanctus. *Vid. Seru. Æn. 12. ad v.* qui fœdera fulmine sancit. *aut ad verba Pauli potius respexit:* Et omnia pe nè in sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio.

b Sincerus. *è Seru. Georg. 4.*

c Speciosus. *è Seru. Æn. 1. quamuis alias formosum nō à forma, sed à formo ducat Isidorus.*

d Sollers. *Donat. in Eunuch.*

e Superstitiosos ait Cic. *2 de nat. deor.*

f Sodalis. *Tres etymologiæ indicantur à Festo. vt sodales sint vel ex suo edentes: vel vna sedentes, quasi sedales; vel suadentes, quarum duas priores posuit Isidorus.*

g Socij. *Quasi in eod. socco insistentes.*

h Stultus est qui per stupor. *è Seruio Æn. 11. ad v.* Quis metus? o. n. d. semper inertes.

i Segnis, id est, sine igne. *è Seru. Æn. 1. Hunc locū distinctione sola restituimus.*

k Suasor d. i. i. s. s. trahens. *Al.* suasor à suadendo, quē vult decipere. *Vtraq. scriptura Gotthicor. librorum.*

l Scrupulosus. *è Seru. Æn. 6.*

m Sacrilegus. *Ex eod. eclog. 8.*

n Scæuus. *Ex eod. Æn. 3. ad v.* Scæuq. amplector limina portæ. *Gloss.* σκαιὸς Scæuus, & Scæua ἀριστερὰ χεὶρ & *Non. in* obscæuauit.

o Scorta. *Vid. Fest. & epitom.*

p Scelerosus. Plus est autem scelerosus. *Donat. in Eunuch.* Scelerosus propriè auctor est scelerum, sceleratus in quo scelus sit constitutum, vel commissum.

q Scurra. *Vid. Fest. & Scalig.*

r Stipulator -- stipular. n. promittere. *Rectè Gotth. o. Gloss.* ἐπερωτῶμαι, promitto, spondeo, stipulor. *Item* ἐπερωτῶ consulto, interrogo, stipulo, *seu mauis* stipulor. *Nam stipulor commune, vt ait Priscianus lib 5 citans ad id Suetonium lib. 8. Prætorum. Festus in* stipe: Stipem esse nummum signatum, testimonio est & id quod datur stipendium militi; & cum spōdetur pecunia, quod stipulari dicitur. *vel (vt edidit Ful. Vrsinus)* Stipem dicebant pecuniam signatam, quod

quod stiparetur: ideò stipulari dicitur is, qui interrogatus spondet. *Ergò cum stipulari commune sit, interrogationémq. & spōsionē cōtineat: rectè quoq. ead. Gloss.* ἐπερώτησις interrogatio, stipulatio. *Et* Stipulatio Ὑπαγορὰ, *Itemq.* Ὑπαγορία satisdatio. *Satisdatio autem, & Ὑπαγορία promittentis sunt, non interrogantis. Hæc propterea à pluribus, quia A. Aug. stipulari rogare esse volebat, non promittere, & stipulatorem eum qui rogaret, nullo modo qui promitteret.*

f Salus, à sale. *Quod corruptionem prohibeat.*

t Sequester. *Seru. Æn. 11. ad v.* pace sequestra: media (*inquit*) nam sequester est medius inter duos altercantes apud quem aliquid ad tempus seponitur. *Gloss.* Sequester μεσιτὴς, ἔντιμος, συνδικοφύλαξ. *Vid. Agell. lib. 20. c. 10. & Iurisconsultor. libros.*

v Sepultus. *è Seru. Æn. 6. ad v.* custode sepulto.

x Saio. *Gotthor. vox, quam & nos retinemus, & sæpè legitur in Gotthicis legibus & membranis, & apud Cassiodorum. In concilio verò Emeritensi c. 8. mendosè* Salomonem *pro* Saionem *habent aliqui codices. Illud adnotandum, I. consonātis eo modo prolatū à Gotthis, quo à nobis gi. & ge. Idq. non modo scriptura ipsa sagio quæ in quibusdam libris est, & Germanus sager eadem significatione, sed notatio quoq. Isidori satis demonstrat.*

T

Tvtor, qui pupillum tuetur, hoc est, intuetur, de quo in consuetudine vulgari dicitur. Quid me mones? & tutorem & pædagogum olim obrui.

a Testes dicti, quòd testamento adhiberi solent, sicut signatores, quod testamentum signent.

b Tetricus, mons in Sabinis asperrimus. Vnde & tristes homines tetricos dicimus.

Taciturnus, in tacendo diuturnus.

Trutinator, examinator ex iudicij libra perpēdens recta, translatione à trutina, quæ est gemina ponderum lanx.

Tristis - - - -

Tenax, nūmi cupidior, quod teneat. c Interdum & pertinax.

Truculentus - - - - -

d Torvus, terribilis, eo quòd sit torto vultu, & turbulēto aspectu, vt, Torua leæna, &, Cernimus astantes nequicquam lumine torvo.

e Turbidus. - - - -

Terribilis. - - - -

Teter, ab obscura tenebrosáque vita. Terrimus pro fero nimium. Tetrum enim veteres pro fero dixerunt, vt Ennius, terróque elephantos.

Terribilis, quia timorē habet & timetur.

Tergiuersator, quòd animum quasi tergum vertat huc & illuc, nec facilè qualis sit intelligitur.

Temulentus, à temeto, id est vino, dictus.

f Timidus, quòd timeat diu, id est à sanguine, nam timor sanguinem gelat, qui coactus gignit timorem.

Turpis, quòd sit informis, & torpeat

a Testes. *Sup. lib. 5. c. 21.*

b Tetricus. *è Seru. AEn. 7. ad v.* Qui Tetricæ horr. cautes.

c Interdum & pertinax. *Eleganter vtrumque coniunxit Plautus.* Quid ais, tenaxne eius pater? Ph. immo ædepol pertinax.

d Torvus terribilis. *è Seru. AE. 10. ad v.* vna torvus Abas. *eosd. nos rostrituertos dicimus.*

e Turbidus. *è Seru. AEn. 4.*

f Timidus -- id est, à sanguine. *Hoc est, sit propter sanguinem.* Nā timor sangui. *&c. quæ sunt Seruij verba Æn. 3.*

V

Vir, a à virtute.

Vtilis, ab vtendo bene sua, vel quod benè quid vti possit, sicut docilis quod doceri possit.

Verus, à veritate, hinc & verax. Maior est veritas, quàm verus, quia nō veritas à vero, sed verus à veritate descendit.

Veridicus, quia verum dicit, & veritatis assertor est.

Verecundus, quia verum factum erubescit.

b Viridis, vi & succo plenus, quasi vi rudis.

Venustus, pulcher, à venis, id est, sanguine.

Viuens. - - - -

Viuus. - - - -

Varius, quasi non vnius viæ, sed incertæ mixtæque sententiæ.

Versutus, eo quòd eius mens in quolibet actu ad quamlibet fraudem facilè vertitur, vnde & versutia dicitur cōtorta sententia. Plautus, Versutior, quàm rota figularis.

c Vilis, à villa, nullius enim vrbanitatis est.

Versipellis, eo quòd in diuersa vultum & mentē vertat. Inde & versutus & callidus.

Violentus, quia vim infert.

d Vecors, malicordis & malæ conscientiæ.

Vagus, quia sine via.

Vanus, à Venere etymologiam trahit. Itē vanus inanis, falsus, eo quòd sine memoria euanescat.

Vesanus, non probè sanus.

Vinolentus, qui & satis bibit, & difficile inebriatur.

e Vexatus, id est, portatus, ab eo quòd est veho, vexo, vecto, vt, vexasse sit portasse.

Venefi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veneficus, eo quòd venenũ mortis causſa parauit, aut præſtitit, aut vendidit.

f Vector, quaſi vehitor. Eſt autem vector & qui vehit, & qui vehitur.

Venator, quaſi venabulator, à venabulo, ſcilicet quo beſtias premit. g Quattuor autẽ ſunt venatorum officia, Veſtigatores, Indagatores, Alatores, Preſſores.

a Vir à virtute. *Phyſica, non Grammatica, hoc eſt, non vocis, ſed rei ipſius origo, qua de re in præfatione huius libri. Nã virtus potius à viro, vir à vi, quod maior in eo vis, quam in fœmina, nominatus, vt ait Lactantius in lib. de opif. c. 12. eandẽ rationem ſequitur paullò poſt in vero & veritate.*

b Viridis, vi & ſucc. pl. q. virudis. *Varro* Viridis à vi quadam humoris, quæ ſi exaruit, moritur.

c Villis à villa &c. *Hæc non leguntur in vetuſtioribus libris.*

d Vecors *Feſtus*: Vecors turbati, ac mali cordis. *At Labeo*: Vecors ſine corde. Veſanus ſine ſanitate.

e Vexatus. *E Ser. eclog. 6.*

f Vector. *Ex eod. AEn. 4. ad v.* Neſcius, illa fuga, &c.

g Quattuor ſunt venatorum officia. *Veſtigatorum munus vox ipſa oſtendit ſatis. Alia duo expreſſit Virgilius vno verſu*: Dum trepidant alæ, ſaltuſq. indagine cingunt. *Preſſorum officium ex eleganti verbi premendi ſignificatione conſtabit. Significat enim interdum fugientem inſequi, atque ita vrgere, vt prope prendas. nos vt ad alcance dicimus*: Hãc fugerent Graij, premeret Troiana inuẽtus. *AEn. 1. & 2.* Illum ardens in feſto vulnere Pyrrhus, Inſequitur, iam, iamque manu tenet, & premit haſta.

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER VNDECIMVS.
De homine, & portentis.

DE HOMINE ET partibus eius. Cap. I.

NATVRA a dicta ab eo, quod naſci aliquid faciat. Gignendi enim, & faciendi potens eſt. b Hanc quidam Deum eſſe dixerunt, à quo omnia creata ſunt & exiſtunt.

Genus à gignẽdo dictum, cui deriuatum nomen à terra, ex qua omnia gignuntur, γῆ enim Græcè terra dicitur.

Vita dicta propter vigorem, vel quod vim teneat naſcendi, atque creſcendi. Vnde & arbores vitam habere dicuntur, quia gignuntur & creſcunt.

B Homo dictus, quia ex humo factus eſt, ſicut dicitur in Geneſi, Et creauit Deus c hominem de humo terræ. Abuſiuè autẽ pronuntiatur ex vtraque ſubſtantia totus homo, id eſt, ex ſocietate animæ & corporis.

A d Nam propriè homo ab humo. e Græci autẽ hominẽ ἄνθρωπον appellauerũt, eo quòd ſurſum ſpectet ſubleuatus ab humo ad contẽplationẽ artificis ſui. Quod Ouidius poëta deſignat, cùm dicit, Pronaq. cùm ſpectẽt animalia cætera terrã, Os homini ſublime dedit, cælúmque videre Iuſsit, & erectos ad ſidera tollere vultus. Qui ideò erectus cælũ aſpicit, vt Deum quærat, non vt terram intendat, f veluti pecora, quæ natura prona, & ventri obedientia finxit.

g Duplex eſt autem homo, interior & exterior. Interior homo, anima: exterior homo, corpus.

h Anima autem Gentilibus nomen accepit, eo quòd ventus ſit. Vnde & ventus Græcè ἄνεμος dicitur, quod ore trahentes aërem viuere videamur. Sed apertiſsimè falſũ eſt, quia multo prius gignitur anima, quàm cõcipi ore aër poſsit: quia iã in genitricis vtero viuit. Nõ eſt igitur aër anima, quod quidam putauerunt, qui non potuerunt incorpoream

poream eius cogitare naturam.

Spiritum idem eſſe quod animam, Euangeliſta pronuntiat dicens. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & rurſus poteſtatem habeo ſumendi eam. De hac quoque ipſa Domini anima paſsionis tempore memoratus Euangeliſta ita protulit dicẽs, Et inclinato capite i emiſit ſpiritum. Quid eſt enim emittere ſpiritum, niſi animam ponere? ſed anima dicta propter quod viuit: ſpiritus autem vel pro ſpirituali natura, k vel pro eo quòd inſpiret in corpore.

Item l animum idem eſſe quod animam, m ſed anima vitæ eſt, animus conſilij. Vnde dicunt philoſophi, etiam ſine animo vitam manere, n & ſine mente animã durare: vnde & amentes, nam mentẽ vocari, vt ſciat: animum, vt velit.

Mens autem vocata, quod emineat in anima, vel quod meminit. Vnde & immemores amentes, quapropter non anima, ſed quod excellit in anima, mens vocatur, tanquam caput eius vel oculus. Vnde & ipſe homo ſecundum mentem imago Dei dicitur. Ita autem hæc omnia adiuncta ſunt animæ, vt vna res ſit. Pro efficientijs enim cauſſarum diuerſa nomina ſortita eſt anima. Nam & memoria mens eſt, vnde & immemores amentes: o dum ergò viuificat corpus, anima eſt: dum vult, animus eſt: dum ſcit, mens eſt: dum recolit, memoria eſt: dum rectum iudicat, ratio eſt: dum ſpirat, ſpiritus eſt: dum aliquid ſentit, ſenſus eſt. Nam inde animus ſenſus dicitur pro ijs quæ ſentit, vnde & ſententia nomen accepit.

Corpus dictum, eo quòd corruptum perit. Solubile enim atq. mortale eſt, & aliquando ſoluendum.

Caro autem, à creando eſt appellata.

p Crementum enim ſemen eſt maſculi, vnde animalium & hominum corpora cõcipiuntur. Hinc & parentes creatores vocantur.

q Caro autem ex quattuor elementis cõpacta eſt. r nam terra in carne eſt, aër in halitu, humor in ſanguine, ignis in calore vitali. Habent enim in nobis elementa ſuam quæque partem, quibus quid debetur compage reſoluta.

s Caro autẽ, & corpus diuerſa ſignificant. In carne ſemper corpus eſt, non ſemper in corpore caro: nam caro eſt quæ viuit, idem & corpus. Corpus quod non viuit, idem nõ

A caro. Nam corpus dicitur aut quod poſt vitam mortuum eſt, aut ſine vita eſt conditũ. Interdum & cum vita corpus, & non caro, vt herba, & lignum.

Senſus corporis quinque ſunt, viſus, auditus, odoratus, guſtus, & tactus. Ex quibus duo aperiuntur, & clauduntur, duo ſemper patentes ſunt.

t Senſus dicti, quia per eos anima ſubtiliſſimè totum corpus agitat vigore ſentiendi. v Vnde & præſentia nuncupãtur, quod ſint præ ſenſibus, ſicut præ oculis, quæ præſto ſunt oculis.

Viſus eſt, qui à Philoſophis humor vitreus appellatur. x Viſum autem fieri quidã aſſeuerant, aut externa ætherea luce, aut interno ſpiritu lucido per tenues vias à cerebro venientes, atque penetratis tunicis in aërem exeuntes, & tunc commixtione ſimilis materiæ viſum dantes. y Viſus dictus, quod viuacior ſit cęteris ſenſibus, ac præſtãtior ſiue velocior, ampliúſque vigeat, quantum memoria inter cætera mentis officia. Vicinior eſt enim cerebro, vnde omnia manant, ex quo fit, vt ea quæ ad alios pertinẽt ſenſus, videre dicamus, veluti cùm dicimus: Vide quomodo ſonat, vide quomodo ſapit, ſic & cætera.

B

Auditus appellatus, z quod voces hauriat, hoc eſt aëre verberato ſuſcipiat ſonos.

C Odoratus, quaſi aëris odore attactus. Tacto enim aëre ſentitur, ſic & olfactus quod odoribus afficiatur.

Guſtus, à gutture dictus.

Tactus eo quòd pertractet & tangat, & per omnia membra vigorẽ ſenſus aſpergat. a Nam tactu probamus quicquid cæteris ſenſibus iudicare non poſſumus. Duo autem tactus genera ſunt, nam aut extrinſecus venit quod feriat, aut intus in ipſo corpore oritur.

Vnicuique autem ſenſui propria natura data eſt. Nam quod videndum eſt, oculis capitur: quod audiendum, auribus: mollia & dura tactu æſtimantur: ſapor guſtu, odor naribus ducitur.

D

b Prima pars corporis caput, datúmque illi hoc nomen, eo quòd ſenſus omnes & nervi inde initium capiant, c atque ex eo omnis vigendi cauſſa oriatur. Ibi enim omnes ſenſus apparent. Vnde ipſius animæ, quæ conſulit corpori quodammodo perſonam gerit.

Vertex eſt ea pars, qua capilli capitis colli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

guntur,& in qua cæsaries vertitur, vnde & nuncupatur.

Caluaria,ab ossibus caluis dicta, [d] per defectionem,[e] & neutraliter pronuntiatur.

Occipitium,capitis pars posterior, quasi contra capitium, vel quod sit capiti retrorsum.

[f] Capilli vocati,quasi capitis pili,facti,vt & decorem præstent,& cerebrũ aduersus frigus muniant atque à sole defendant.

Pili autem dicti à pelle, è qua prodeunt, [g] sicut & pilum dicitur à pila,vbi pigmentũ contunditur.

Cæsaries,à cędendo vocata, ideóque tãtum virorum est.[h] Virum enim tonsum decet,mulierem non decet.

[i] Comæ,sunt propriè non cæsi capilli, & est Græcus sermo.[k] Nam comas [l] Græci caimos à secando nominant,vnde & κυρᾶν tõdere dicunt.Vnde & cirri vocantur, quod etiam ijdem Græci μαλλὸν vocant.

Crines,propriè mulierum sunt. Dicti autem crines eo quòd vittis discernãtur. Vnde & discriminalia dicuntur, quibus diuisi religantur.

Tempora sunt, quæ caluariæ dextra læuáque subiacent. Quæ ideò sic nuncupantur,quia mouentur, ipsaq. mobilitate quasi tempora quibusdam interuallis mutantur.

[m] Facies dicta ab effigie.Ibi est enim tota figura hominis,& vniuscuiusque personæ cognitio.

Vultus verò dictus,eo quòd per eum animi voluntas ostenditur:secundum voluntatem enim in varios motus mutatur. Vnde & differunt sibi vtraque:nam facies simpliciter accipitur de vniuscuiusque naturali aspectu : vultus autem animorum qualitates significat.

[n] Frons,ab oculorum foraminibus nominata est.Hæc imago quædam animi,mentis motum specie sua exprimit, dum vel læta, vel tristis est.

[o] Oculi vocati,siue quia eos ciliorum tegmina occulunt : ne qua incidentis iniuriæ offensione lædantur,siue quia occultum lumen habent,id est,secretum,vel intus positum.Hi inter omnes sensus viciniores animæ existunt:in oculis enim omne mentis indicium est,vnde & animi perturbatio vel hilaritas in oculis apparet. Oculi autẽ, ijdẽ & lumina. Et dicta lumina quòd ex eis lumen manat,vel quòd initio sui clausam teneant lucem, aut extrinsecus acceptam visui proponendo refundant.

Pupilla,est medius punctus oculi, in quo vis est videndi,vbi quia paruæ imagines nobis videntur, propterea pupillæ appellãtur. Nam paruuli pupilli dicuntur. Hanc plerique pupulam vocant : vocatur autem pupilla quòd sit pura atque impolluta, vt sunt puellæ.[p] Physici dicunt,easdẽ pupillas,quas videmus in oculis,morituros ante triduum non habere,quibus nõ visis certa est desperatio.

Circulus verò,quo à pupilla partes albæ oculi separãtur discreta nigrẽdine,Corona dicitur,quòd rotunditate sui ornent ambitum pupillę.

[q] Voluos autem quidam appellant ipsos vertices oculorũ ex similitudine bolborũ.

[r] Palpebræ,sunt sinus oculorum , à palpitatione dictæ,quia semper mouentur.Concurrunt enim inuicem,vt assiduo motu reficiant obtutum.[f] Munitæ sunt autem vallo capillorum,vt & apertis oculis si quid inciderit repellatur,& somno conniuentibus tanquã inuoluti quiescant latentes.In summitate autem palpebrarum locis, quibus se vtræque clausæ contingunt, extant adnati ordine seruato pili,tutelam oculis ministrãtes, ne irruentes facilè iniurias excipiant,& ex eo noceantur,vt pulueris vel cuiuscúmque crassioris materiæ arceant contactum, aut ipsum,quoque aërem concidendo mitificent , quo tenuẽ atque serenum faciant visum.

Lacrymas, quidam à laceratione mentis putant dictas , alij existimant ideò quod Græci δακρύα vocant.

Cilia,sunt tegmina,quibus cooperiuntur oculi, & dicta cilia quod celent oculos , tegantque tuta custodia.

[t] Supercilia dicta,quia superposita sunt ciliis, quæ idcircò pilis vestita sunt , vt oculis munimenta prætendant,[v] & sudorem à capite defluentem depellant.

Intercilium verò,est medium illud inter supercilia quod sine pilis est.

Genæ,sunt inferiores oculorum partes, vnde barbæ inchoant:nã Græcè γένειον barbæ.Hinc & genæ quod inde incipiãt gigni barbæ.

Malæ,sunt eminentes sub oculis partes ad protectionem eorum suppositæ. Vocatæ autem malæ,siue quod infra oculos promineant in rotunditatẽ, quæ Græci μῆλα appellant,siue quod sint super maxillas.

Maxillæ

Maxillæ,per diminutionem à malis,sicut paxillus à palo,taxillus à talo.

Mandibulæ, sunt maxillarum partes, ex quo & nomen factum.

Barbam veteres vocauerunt,quod virorum sit,non mulierum.

Aurium inditum nomen à vocibus hauriendis, vnde & Virg. vocémq. his auribus hausi. Aut quia vocem ipsam Græci ἀϖδὴν vocant,ab auditu. Per immutationẽ enim litteræ aures, quasi audes,nuncupatæ sunt.

[x] Vox enim repercussa per anfractus earũ sonum facit,quo sensum excipiant audiẽdi.

[y] Pinnula,summa pars auris,ab acumine dicta. [z] Pinnum enim antiqui acutũ dicebãt: vnde & bipennis & pinna.

[a] Nares idcircò nominantur, quia per eas vel odor, vel spiritus nare non desinit:[b] siue quia nos odore admonent , vt norimus aliquid & sciamus : vnde è contra insci ac rudes ignari dicuntur.Olfecisse enim,veteres sciisse dicebant.Terentius: Ac non totis sex mensibus prius olfecissem quàm ille quidquam cœperet?

Narium recta pars,propter quod æqualiter sit in longitudine & rotunditate porrecta,Columna vocatur:extremitas eius, [c] Pirula,à formula pomi pyri. Quæ verò dextra læuáque sunt,Pinnulæ ab alarum similitudine,medium autem,Interfinium.

Os dictum, quod per ipsum quasi per ostium & cibos intus mittimus,& sputum foras proijcimus: [d] vel quia inde ingrediũtur cibi,inde egrediuntur sermones.

Labia à lambendo nominata.Quod autẽ superius est,labium dicimus, quod inferius, eo quòd grossius sit,labrum.[e] Alij virorũ labra,mulierum labia dicunt.

Linguæ à [f] ligando cibum putat Varro nomen impositum. Alij quod per articulatos sonos verba ligat.[g] Sicut enim plectrum cordis,ita lingua illiditur dentibus,& vocalem efficit sonum.

Dentes Græci ὀδόντας vocant,& inde Latinum nomen trahere videntur.Horum primi, Præcisores dicuntur , quia omne quod accipitur, ipsi prius incidũt. Sequentes Caninivocantur, quorum duo in dextra maxilla, & duo in sinistra sunt.Et dicti Canini, quia ad similitudinem caninorum existunt, & canis ex ipsis ossa frangit, sicut & homo, & quod non possunt priores præcidere,illis tradunt, vt confringant. Hos vulgus prolõgitudine & rotũditate [h] Colomellos vocant. Vltimi sunt Molares,qui cõcisa à prioribus atque confracta subigunt & molunt, atque immassant, vnde & molares vocati sunt.

[i] Dentium autem numerũ discernit qualitas sexus. Nam in viris plures , in fœminis pauciores existunt.

[k] Gingiuæ,à gignendis dentibus nominatæ.Factæ autem sunt etiam ad decorẽ dentium,ne nudi horrori potius,quam ornamẽto existerent.

[l] Palatum nostrum,sicut cælum, est positum,& inde palatum à polo per deriuationem.Sed & Græci similiter palatum οὐρανον appellant, eo quòd pro sui concauitate cæli similitudinem habeat.

Fauces,à fundendis vocibus nominatæ, vel quod per eas famur voces.

[m] Arteriæ vocatæ, siue quòd per eas à pulmone aër, hoc est, spiritus fertur : seu quòd arctis, & angustis meatibus spiritum vitalẽ retineant,vnde vocis sonos emittunt : qui soni vno modo sonarent, nisi linguæ motus distantias vocis efficeret.

[n] Tolles Gallica lingua dicũtur, quas vulgò per diminutionem tusillas vocant , quæ in faucibus turgescere solent.

Mentum dictum,quòd inde mandibulæ oriantur,vel quod ibi iungantur.

[o] Gurgulio,à gutture nomen trahit,cuius meatus ad os & nares pertendit,habens viã qua vox ad linguam transmittitur, vt possit verba collidere,vnde & garrire dicimus.

[p] Rumen,proximum gurgulioni , quo cibus & potio deuoratur.Hinc bestiæ quæ cibum reuocant ac remandunt,ruminare dicuntur.

[q] Sublinguium, operculum gurgulionis, quasi parua lingua,quæ foramen linguæ recludit operítue.

Collum dictum,quod sit [r] rigidum & teres,vt columna,baiulans caput & sustentãs [s] quasi capitolium, cuius anterior pars,gula vocatur,posterior, ceruix.

Ceruix autem vocata,quòd per eam partem cerebrum ad medullã spinæ dirigitur, quasi cerebri via.Veteres autem plurali tãtùm numero ceruices dicebant: [t] primus Hortensius ceruicem singulariter dixit.Ceruix autẽ numero singulari mẽbrum ipsum significat. ([v] nam pluraliter contumaciam sæpe demonstrat.) Cic. in Verr. Prætorem tu accuses frange ceruicem.

Humeri dicti,quasi armi,ad distinctionẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominis à pecudibus mutis, vt hi humeros, illi armos habere dicantur, nam propriè armi quadrupedum sunt.

y Ola, summi humeri pars posterior.

Brachia à fortitudine nominata, βαρὺ enim Græcè, graue & forte significat. z In brachijs enim tori lacertorum sunt, & insigne musculorum robur existit. Hi sunt tori, i. musculi, a & dicti tori, quòd illic viscera torta videantur.

b Cubitus dictus, quòd ad cibos sumendos in ipso cubamus.

c Vlna, secundùm quosdam vtriusque manus extensio est, secundùm alios cubitus, quod magis verum est, quia Græcè ὠλένη, cubitus dicitur.

d Alæ, subbrachia sunt appellatæ, eo quòd ex eis in modum alarum motus brachiorũ inchoet, quas quidam ascillas vocant, quòd ex his brachia cilluntur, id est, mouentur, vnde & e oscilla dicta ab eo, quòd cillantur, id est, moueantur ora. Nam cillere est, mouere. Has quidam subhircos vocãt, propter quod in plerisque hominibus hircorum fœtorem reddant.

f Manus dicta, quòd sit totius corporis munus. Ipsa enim cibum ori ministrat, ipsa operatur omnia, atque dispensat, per eam accipimus & damus. A busiuè autem manus etiã ars vel artifex, g vnde & manupretium dicimus.

Dextra vocatur à dãdo, ipsa enim pignus pacis datur, h ipsa fidei testis atq. salutis adhibetur, & hoc est illud apud Tullium, Fidem publicam iussu senatus dedi, i. dextram. Vnde & Apostolus: dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis.

Læua, quòd aptior sit ad leuandum. Sinistra autem vocata, quasi sine dextra, i siue quòd rem fieri sinat. A signendo enim sinistra est nuncupata.

Palma, est manus expansis digitis, sicut contractis, pugnus.

Pugnus autem à pugillo dictus, sicut palma ab expansis palmæ ramis.

k Digiti nuncupati, vel quòd decem sunt, vel quia decenter iuncti existunt. Nam habent in se & numerum perfectum, & ordinem decentissimum. Primus pollex vocatus, eo quòd inter cæteros polleat virtute, & potestate. l Secundus salutaris, seu demonstratorius, quia eo ferè salutamus atque ostẽdimus. Tertius impudicus, quod plerumq. per eũ probri insectatio exprimitur. Quartus anularis, eo quòd in ipso anulus geritur: m idem & medicinalis, quòd eo trita colyria à medicis colliguntur. Quintus auricularis, pro eo quòd eo aurem scalpimus.

Vngulas ex Græco vocamus: illi enim has ὄνυχας dicunt.

Truncus, media pars corporis à collo ad inguina. n De quo Nigidius: Caput collo vehitur, truncus sustinetur coxis & genibus, cruribúsque.

Thorax, à Græcis dicitur anterior pars trunci à collo vsque ad stomachum, quam nos dicimus arcam, eo quòd ibi arcanũ sit, i. secretum, quo cæteri arcentur. Vnde & arca & ara dicta, quasi res secretæ, cuius eminentes pulpæ mamillæ. Inter quas pars illa ossea pectus dicitur, dextra autem læuáque costæ.

Pectus vocatum, quod sit pexum inter eminentes mamillarum partes, vnde & pectinem dicimus, quòd pexos capillos faciat.

Mamillæ vocatæ, quia rotũdæ sunt, quasi malæ, per diminutionem scilicet.

Papillæ, capita mammarum sunt, quas sugentes comprehendunt. Et dictæ papillæ, quòd eas infantes quasi pappant, dum lac sugunt. o Proinde mammilla est omnis eminentia vberis, papilla verò breue illud vnde lac trahitur.

Vbera dicta, vel p quia lacte vberta, vel quia vuida, humore scilicet lactis in morem vuarum plena.

q Lac vim nominis à colore trahit, quòd sit albus liquor, λευκὸς enim Græcè, album dicunt, cuius natura ex sanguine commutatur: nam post partum si quid sanguinis nondum fuerit vteri nutrimento consumptũ, naturali meatu fluit in mãmas, & earũ virtute albescens lactis accipit qualitatem.

Cutis est, quæ in corpore prima est, appellata quod ipsa corpori superposita incisionẽ prima patitur. κοπὴ enim Græcè incisio dicitur. Eadem & pellis, quòd externas iniurias corporis tegendo pellat, pluuiásque & ventos solísque ardores perferat.

Pellis autem, mox detracta: subacta iã, corium dicitur.

Corium autem per deriuationẽ caro appellauit, quòd eo tegatur: sed hoc in brutis animalibus proprium est.

Pori corporis Græco nomine appellãtur, qui Latinè propriè spiramenta dicuntur, eò quòd per eos viuificus spiritus exterius ministretur.

r Aruina

s Aruina, est pinguedo cuti adhærens.

Pulpa, est caro sine pinguedine, dicta quòd palpitet, resilit enim sæpe. Hanc plerique & viscum vocant, propter quod glutinosa sit.

Membra, sunt partes corporis.

Artus, quibus colligantur membra, ab artando dicti.

Nerui, Græca deriuatione appellati, quos illi νεῦρα vocant. Alij Latinè vocatos neruos putant, eò quòd artuum coniunctiones inuicem his inhæreant, id est, ab inhærendo. Maximam autem virium substantiam nernos facere certissimum est. Nam quanto fuerint densiores, tanto propẽsius augescere firmitatem.

Artus dicti, quòd colligati inuicẽ neruis artentur, i. stringantur, quorum diminutiua sunt articuli. Nam artus dicimus membra maiora, vt brachia, articulos minora membra vt digitos.

f Compago, capita sunt ossium: dicta eò quòd sibi cõpacta neruis velut glutino quodam adhæreant.

Ossa, sunt corporis solidamenta. In his enim positio omnis robúrque subsistit. Ossa autem ab vsto dicta, propter quod cremarẽtur ab antiquis, siue, vt alij putant, ab orc, quòd ibi pareant: nam vbique cute visceribusque obtecta celantur.

Medullæ appellatæ, quòd madefaciant ossa, irrigant enim & confortant.

t Vertibula sunt, summæ ossium partes nodis crassioribus cõglobatæ: dicta ita, eo quòd ad inflexionem membrorum illa vertantur.

Cartilagines, ossa mollia & sine medula, quod genus auriculæ & narium discrimen & costarum extremitates habent, siue opercula ossium quæ mouentur. Et dictæ cartilagines, quod leni attritu carent dolore, dũ flectuntur.

Costas appellari quidam putant, quòd ab ipsis interiora custodiantur, vt tota mollicies ventris vallata saluetur.

Latus quia iacentibus nobis latet. u Est enim læua pars corporis, x dextro autem lateri habilior motus est, læuo fortior, & oneri ferendo accommodatior. Vnde & læua nuncupata, quod aptior sit ad leuandum aliquid & portandum. Ipsa enim gestat clypeum, ensem, pharetram, & reliqua onera, vt expedita sit dextera ad agendum.

y Dorsum est à ceruice vsque ad renes, dictum autem dorsum, quod sit superficies dorsi corporis in modũ saxi, fortis & ad portandum, & ad perpetiendum.

z Terga, quia in ea supini iacemus in terra: quod solus homo potest: nam muta animalia tantùm aut in ventre, aut in latere iacent: vnde in animalibus terga abusiuè dicuntur.

Scapula. - - - - -

a Interscaplium, spatium quod interscapulas est, vnde & nominatum.

Palæ, sunt dorsi dextra lacuáque eminentia mẽbra, dicta quod in luctando eas premimus, quod Græci παλαίειν dicunt.

Spina, est iunctura dorsi, dicta eo quòd habeat radiolos acutos, cuius iuncturæ spondilia appellantur, propter partem cerebri quæ fertur per eos longo tractu ad cæteras corporis partes.

b Sacra spina est ima perpetuæ spinæ quã Græci ἱερὸν ὀστοῦν vocant: quoniam primum infante concepto nascitur. c Ideóque ex hostia id primùm à gẽtilibus dijs suis dabatur, vnde & sacra spina dicitur.

d Renes, ait Varro, dictos, quòd riui ab his obscœni humoris nascantur. Nam venæ & medullæ tenuem liquorem desudant in renibus, qui liquor rursus à renibus calore Venerco resolutus decurrit.

c Lumbi, ob libidinis lasciuiam dicti, quia in viris causſa corporeæ voluptatis in ipsis est, sicut in vmbilico fœminis: vnde & ad Iob in exordio sermonis dictum est: Accinge sicut vir lumbos tuos: vt in ijs esset resistendi præparatio, in quibus libidinis est vsitata dominandi occasio.

Vmbilicus, est medius locus corporis, dictus, quòd sit vmbo iliorum: vnde & vmbo appellatur locus in medio clypei, à quo pendet. f Ex eo enim infans in vtero pendet, ex eo etiam & nutritur.

Ilium Græco sermone appellatum, quòd ibi nos obuoluamus. Græcè enim εἰλύειν obuoluere dicitur.

Clunes vocatæ, quòd sint iuxta colum, g quod est longao.

g Nates, quòd in ipsis innitimur dum sedemus: vnde & conglobata est in eis caro, ne prementis corporis mole ossa dolerent.

Genitalia corporis partes, (vt nomen ipsum docet) gignendę subolis acceperunt vocabulũ, quòd his procreatur & gignitur. Hæc & pudenda pro verecundia, siue à pube, vnde & indumento operiuntur. Dicuntur autem ista & inhonesta, quia non habẽt

Universidad de Deusto
Biblioteca

cam ſpeciem decoris, ſicut membra, quæ in promptu locata ſunt.

Idem & veretrum, quia viri eſt tantùm, ſiue quod ex eo virus emittitur: nam virus propriè dicitur humor fluens à natura viri.

Teſticuli, per diminutionem à teſtibus dicti, quorum numerus incipit à duobus. Hi ſemen calamo miniſtrãt, quod ab ſpinę medulla & renibus & lũbis ſuſcipiunt ad gratiam procreandi.

l Viſcus, eſt pellis, in qua teſticuli ſunt.

Poſteriora verò vocata, quòd retro ſunt & à vultu auerſa, ne, dũ aluum purgamus, inquinaremus aſpectum.

Meatus, inde appellatus, quia per eum meant, i. egeruntur ſtercora.

Femora dicta ſunt, quòd ea parte à fœmina ſexus viri diſcrepet: ſunt autem ab inguinibus vſque ad genua.

Femina autem per deriuationem, femorum partes ſunt, quibus in equitando tergis equorum adhæremus: vnde & prœliatores olim ſub feminibus equos admiſiſſe dicebantur.

Coxæ, quaſi coniunctæ axes: in ipſis enim femora mouentur, quorum concaua, vertebra vocantur, quia in eis capita femorum vertuntur.

Suffragines, quia ſubtus franguntur, i. flectuntur, non ſupra, ſicut in brachijs.

Genua, ſunt commiſsiones femorum, & crurũ, & dicta genua, eo quòd in vtero ſint genis oppoſita. Cohærent enim ibi ſibi, & cognata ſunt oculis lacrymarum indicibus & miſericordiæ: [m] nam à genis genua dicũtur. Deniq. complicatum gigni formariq. hominem (dicunt) ita vt genua ſurſum ſint, quibus oculi formantur, vt caui ac recõditi fiant: Ennius, Atque genua comprimit arta gena. Inde eſt quod homines, dum ad genua ſe proſternunt, ſtatim lacrymãtur. Voluit enim eos natura vterum maternum rememorari, vbi quaſi in tenebris cõſidebãt, antequàm venirent ad lucem.

Crura dicta, quia ijs currimus, & greſſum facimus. Sunt autem ſub genibus vſque ad ſuras.

Tibiæ vocatæ, quaſi tubæ: ſunt enim & lõgitudine & ſpecie ſimiles.

Talus dictus à tolo: nam tolus eſt eminẽs rotunditas, vnde & faſtigium templi rotũdi tolus vocatur. Talus autem ſub crure eſt, ſub talo calcanei.

Pedes, ex Græca etymologia nomen ſortiti ſunt: hos enim Græci πόδας dicũt, [n] quia alternis motibus ſolo fixi incedunt.

[o] Plantæ, à planitie nuncupatæ, quia non rotundæ, vt in quadrupedibus, ne ſtare non poſsit bipes homo, ſed planæ atque longiores formatæ ſunt, vt ſtabile corpus efficerẽt. Sunt autem plantæ anteriores partes, quæ etiam ex multis oſsibus conſtant.

[p] Calcis, prima pars plantæ, à callo illi nomen impoſitũ, quo terram calcamus, hinc & calcaneus.

[q] Solum, inferior pars pedis, dictum, quia eo terrę veſtigia imprimimus: ſed & ſolũ dicitur omne quod aliquid ſuſtinet, quaſi ſolidum: vnde & terra ſolum, quòd cuncta ſuſtineat, & ſolum pedis, quod totam corporis molem portat.

[r] Viſcera, non tantùm inteſtina dicimus, ſed quicquid ſub corio eſt, [s] à viſco quod eſt inter cutẽ & carnem. Item viſcera, vitalia, id eſt, circunfuſa cordis loca, quaſi viſcora, eo quòd ibi vita, id eſt, anima contineatur. Item viſcera, capita neruorum ex ſanguine & neruis copulata. Eadem lacerti, ſiue mures, quia ſic in ſingulis membris cordis loco ſunt, vt ſit in media parte totius corporis cor: appellantúrque à nomine ſimilium animalium ſub terra deliteſcentium. Nam inde muſculi à murium ſimilitudine. Ijdem etiã & tori, quod illic viſcera torta videãtur.

Cor, à Græca appellatione deriuatũ, quod illi καρδίαν dicunt, ſiue à cura. In eo enim omnis ſolicitudo, & ſcientiæ cauſſa manet. [t] Quod ideò pulmoni vicinum eſt, vt quũ ira accenditur, pulmonis humore temperetur. Huius duæ arteriæ ſunt, è quibus [v] ſiniſtra plus ſanguinem habet, dextra plus ſpiritum: vnde & in dextro brachio pulſum inſpicimus.

[x] Præcordia verò ſunt, loca cordi vicina [y] quibus ſenſus percipitur, & dicta præcordia, eo quòd ibi ſit principium cordis & cogitationis.

Pulſus vocatus, quod palpitet, cuius indicio aut infirmitatem intelligimus, aut ſalutem. Huius duplex eſt motus. Simplex eſt, qui ex vno ſaltu conſtat. Cõpoſitus eſt, qui ex pluribus motibus inordinatus & inæqualis exiſtit. Qui motus certa habent ſpatia, dactylicũ percuſſum, quãdiu ſine vitio ſunt. Si quando verò citatiores ſunt, vt δεξιὰ ἀλλήλαις τείνοντες, aut leniores, vt μυρμιζοντες, mortis ſigna ſunt.

Venæ dictæ, eo quòd viæ ſint natãtis ſanguinis, [z] atque riui per corpus omne diuiſi, quibus vniuerſa membra irrigantur.

[a] Sanguis, ex Græca etymologia nomen duxit, quòd vegetetur, & ſuſtententur, & viuat. Sanguis autem eſt, dum in corpore eſt, effuſus verò, cruor dicitur. Nam cruor vocatus, eo quòd effuſus decurrit, vel ab eo quod currendo corruat. Alij autem cruorem interpretãtur, ſanguinem corruptũ qui emittitur. Alij aiunt vocatum ſanguinem, quòd ſuauis ſit.

[b] Sanguis autem non eſt integer, niſi in iuuenibus. Nam dicunt Phyſici, minui ſanguinem per ætatẽ, vnde in ſenibus tremor eſt. Propriè autem ſanguis animæ poſſeſsio eſt: [c] inde genas lacerare in luctu mulieres ſolent, vnde & purpureæ veſtes, & flores purpurei mortuis præbentur

Pulmo, ex Græco trahit vocabulũ. Græci enim pulmonẽ [d] πλεύμονα vocant, eo quòd [e] cordis flabellum ſit, in quo πνεῦμα, id eſt, ſpiritus ineſt, per quod & agitantur & mouẽtur, vnde & pulmones vocati ſunt. Nam Græcè πνεῦμα ſpiritus dicitur, qui flando & agitando aërem admittit & reijcit, à quo mouentur pulmones, & palpitant, & aperiendo ſe, vt flatũ capiant, & ſtringendo, vt ejiciant. Eſt enim organum corporis.

[f] Iecur, nomen habet, eo quòd ignis ibi habeat ſedem, qui in cerebro ſubuolat. Inde ad oculos, cæteróſque ſenſus, & membra diffunditur, & calore ſuo ad ſe ſuccum ex cibo tractum vertit in ſanguinem, quem ad vſum paſcendi nutriendique ſingulis mẽbris præbet. In iecore autem conſiſtit voluptas & concupiſcentia, iuxta eos, qui de Phyſicis diſputant.

[g] Fibræ, iecoris ſunt extremitates: [h] ſicut extremæ partes foliorũ in intybis, ſiue quaſi linguæ eminentes. Dictæ autem fibræ, quod apud gentiles in ſacris ad Phœbi aras ferebantur ab ariolis, quibus oblatis atque ſuccenſis reſponſa acciperent.

Splen dictus à ſupplemento, ex contraria parte iecoris ne vacua exiſteret, quem quidam etiam riſus cauſſa factum exiſtimant: [h] nam ſplene ridemus, felle iraſcimur, corde ſapimus, iecore amamus. Quibus quattuor elementis conſtantibus, integrũ eſt animal.

Fel appellatum, quod ſit folliculus geſtans humorem, qui vocatur bilis.

Stomachus, Græcè os vocatur, eo quòd oſtium ventris ſit, & cibum excipiat, atque in inteſtina tranſmittat.

Inteſtina dicuntur, eo quòd corporis interiore parte cohibentur, quæ idcirco longis nexibus in circulorum ordinata ſunt modũ, vt ſuſceptas eſcas paulatim egerant, & ſuperadditis cibis non impediantur.

[i] Omentum, membranum quod continet inteſtinorum maiorem partem, quod ἐπίπλουν Græci vocant.

Diſſeptum, inteſtinũ quod diſcernit ventrem & cætera inteſtina à pulmonibus, & à corde.

Cæcum inteſtinum, quòd ſit ſine foramine & exitu, quod Græci, [k] τυφλὸν ἔντερον dicunt.

Ieiunum, tenue inteſtinum, vnde & ieiunium dicitur.

[l] Venter autem, & aluus, & vterus inter ſe differunt. Vẽter eſt, qui acceptos cibos digerit, & apparet extrinſecus, pertinetque à pectore ad inguina. Et dictus venter, quod per totum corpus vitæ aliměta tranſmittat.

Aluus eſt, quæ cibum recipit, & purgari ſolet. Salluſtius: Simulãs ſibi aluũ purgari. Et vocatur aluus quod abluatur, id eſt, purgetur. Ex ipſa enim ſordes ſtercorũ defluunt.

Vterum, ſolæ mulieres habent in quo cõcipiunt, ad ſimilitudinem calyculi. Tamen auctores vterum pro vtriuslibet ſexus ventre plerumque ponunt, nec Poëtæ tantummodò, ſed & cæteri. Vocatus autem vterus, quòd duplex ſit, & [m] ab vtraque in duas ſe diuidat partes, quæ in diuerſum diffuſæ ac replexæ circumplicantur in modum cornuum arietis, vel quòd interius impleatur fœtu. Hinc & vter, quod aliquid intrinſecus habuerit, vt membra & viſcera.

[n] Aqualiculus autem, propriè porci eſt, hinc ad ventrem tranſlatio.

Matrix dicitur, quòd fœtus in ea generetur, [o] ſemen enim receptum confouet, confortũ corporat, corporatum in membra diſtinguit.

Vulua vocata, quaſi valua, i. ianua ventris, vel quòd ſemen recipiat, vel quod ex ea fœtus procedat.

Veſica dicta, quia ſicut vas aqua, ita de renibus vrina collecta completur, & humore diſtenditur: cuius vſus in volucribus non habetur.

Vrina autem dicta, ſiue quòd vrat, ſiue quòd ex renibus egeritur: cuius indicio & ſalus & ægritudo futura monſtratur. Qui humor vulgò lotium dicitur, quòd eo lota, i. munda veſtimenta efficiantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Semen est, quod iactũ sumitur aut à terra, aut ab vtero ad gignendum vel fructus vel fœtus. Est enim liquor ex cibi & corporis decoctione factus, ac diffusus per venas atq. medullas, qui inde desudatus in modũ sentinæ concrescit in renibus, ciectúsque per coitum, & in vtero mulieris susceptus, calore quodammodo viscerum, & menstrualis sanguinis irrigatione formatur in corpus.

Menstrua, superuacuus mulierum sanguis. Dicta autem menstrua à circuitu lunaris luminis, quo solet hoc venire profluuiũ. Luna enim Græcè μήνη dicitur, hæc & muliebria nuncupantur: nam mulier solum animal menstruale est. Cuius cruoris contactu fruges non germinant, accescunt musta, moriuntur herbæ, amittunt arbores fœtus, [m] ferrum rubigo corripit, nigrescunt æra. Si qui canes inde ederint, in rabiem efferantur. Glutinum asphalti quod nec ferro, nec aquis dissoluitur cruore ipso pollutum sponte dispergitur. Post plurimos autẽ dies menstruos ideo semen non est [n] germinabile: quia iam non est menstrualis sanguis à quo perfusum irrigetur. Tenue semen locis muliebribus non adhæret: labitur enim nec habet vim adhærendi. Similiter & crassum vim non habet gignendi, quia muliebri sanguini miscere se non potest propter nimiam sui spissitudinem. Hinc & steriles mares & fœminas (dicunt) fieri, vel per nimiam seminis vel sanguinis crassitudinem, vel propter nimiam raritatem.

[o] Primùm autem, âiunt, cor hominis fingi, quod in eo sit & vita hominis & sapientia: deinde quadragesimo die totum opus expleri, quod ex abortionibus, vt fertur, collectum est. [p] Alij fœtus à capite sumere dicunt exordium: vnde & in auium fœtibus primum oculos fingi in ouis videmus.

Fœtus autem nominatus, quòd adhuc in vtero foueatur: Cuius secundæ dicuntur folliculus, qui simul cum infante nascitur, continétque eum: dictus ita, quia eum, cùm editur, sequitur.

[q] Nasci autem patribus similes, aiunt, si paternum semen validius sit: matribus, si matris, hac ratione similes exprimi vultus. Qui autẽ vtriusq. parentis figurã reddunt, æqualiter mixto paterno maternóq. semine cõcipiuntur: auorum proauorumq. similes fieri, quia sicut in terra multa semina occulta, sic & in nobis semina celantur, figuras parentum redditura. Ex paterno autem semine puellas nasci, & ex materno pueros: quia omnis partus constat duplici semine, cuius pars maior cùm inualuit, occupat similitudinem sexus.

In corpore nostro quædã tantùm vtilitatis caussa facta sunt, vt viscera: quædã & vtilitatis & decoris, vt sensus in facie, & in corpore manus ac pedes, quorum mẽbrorum & vtilitas magna est, & species decẽtissima.

[r] Quædam tantùm decoris, vt mamillæ in viris, & in vtroque sexu vmbilicus. Quædam discretionis, vt in viris genitalia, barba promissa, pectus amplum: in mulieribus leues genæ, & angustum pectus, ad concipiendos autem & portandos fœtus renes & latera dilatata. Quod ad hominem, & ad partes attinet corporis ex parte dictum est, nunc ætates eius subiungam.

[a] Natura dicta est, *Verba sunt Seruij Georg. 2. ad verba* quippe solo natura subest.
[b] Hanc quidem. *Ex Lact. lib. 2. c. 1.*
[c] Hominem de humo terræ. *Ita vetustissimi quique libri, secutusque est. (vt solet) LXX. interp.*
[d] Nam propriè homo ab hum. *Hieron Ioel, 2.*
[e] Græcè autem ἄνθρωπ. *Ex eod. Lactan. loco.*
[f] veluti pecora. *è Sallustio in Catilin.*
[g] Duplex est autem homo. *Ex Hieron. Ezech. 14.*
[h] Anima autem Gentilib. *Ita Gotth. cc. vid. Lact. de opif. c. 17.*
[i] Euangelista pronuntiat. *Iohann. c. 19.*
[k] Emisit sp. *Iohann. 17.* tradidit sp. *Matthæus* emisit. *Sed eod. modo auctor libri de sp. & anim.*
[l] Vel pro eo quod spiret. *Ead. in lib. de spiritu & anim. c. 34. quod opus non esse Hugonis de S. Vict. hac atque alia in codicib. nostris Hugone antiquiorib. satis ostendunt.*
[m] Animum idem esse quod animam. *Ex Lact. de opif. c. 18.*
[n] Sed anima vitæ, animus consilij. *è Seru. Æn. 10. ad v.* sanguisque animusque seq. *sunt q. in eod. lib. de sp. & an.*
[o] Dum ergo viuif--accep. *In eod. lib. de sp. c. 34.*
[p] Crementum. *è Placidi glossis vt sup. lib. 9. c. 5.*
[q] Caro autem ex quattuor elem. *Ita* CC. O. corpus *scribebat chacon ex Lact. & Hierony. non rectè, nisi* corpora nostra *ex Lact. vel* corpora humana *ex Hier. sonabas, siquidem carnis nomine statim dicturus est, vitam contineri, corporis non item. Neque obstat, quod carnem & totum & partem videtur facere, dum subdit,* nam terra in carne est; *id enim ita dicitur, vt quasi manifestum & euidens ponatur, quo cæteris elementis minus aliquanto notas sedes assignare pergat.*
[r] Nam terra in carn. *Lact. lib. 2. c. 12.*
[s] Caro autem & corp. *Ex Hieron. ep. ad Pammach. aduers. error. Iohann. Hierosolymitan.*
[t] Sensus dict. *Eod. lib. de Spirit.*
[v] Vnde & præsenti. *Sup. lib. 10. litt. P.*
[x] Visum autem fieri quid. *Prioris opinionis auctor Aristoteles; alterius Empedocles, & Plato, quos Galenus secutus est.*

v per

per tenues vias. *Al. Venas.*
[x] Visus dictus quòd viuacior. *Itaque Graci, cum aliorum sensuum verbis gignendi casum tribuant, videndi verbo, quod efficientiæ plus habeat, accusatiuum dedere, quo Platonis opinio adiuuari putatur.*
[x] Quod voces hauriat. *Ex Lact. c. 8. lib. de opif.*
[a] Nam tactu probamus. *Ambros. 6. Hexam. c. 9.* Plerumq. n. tactu probamus, quæ oculis probare non possumus.
[b] Prima pars corp. cap. datumq. illi hoc nom. *Lact. de opific. cap. 5.* In summo vero caput collocauit, datumque illi hoc nomen, vt quidem Varro ad Ciceronem scribit, quod hinc capiant initium sensus ac nerui.
[c] Atq. ex eo omnis vigendi caussa oriatur. *Ambros. ibid.* Viciniores oculi sunt cerebro, vnde omnis manat vsus vigendi.
[d] per defectionem. *Nempè à caluendo, vt calumnia, & cauillatio, teste Caio. cap. 233. de verb. signif. Gloss.* Caluor ἐξαπατῶ.
[e] Et neutraliter pronuntiatur. id *est, non tantum fœminino genere. Gloss.* Caluarium. κράνιον. *Item,* Caluaria κράνιον.
[f] Capilli q. capitis pili. *Aug. Dialect. c. 6.*
[g] Sicut & pilum d. a. pila. *Varro à pinsendo: Seruius à Pilumno ducit.*
[h] Cæsaries--virorum est. *Verba Seruij Æn. 8. ad v.* Namque ipsa decoram Cæsariem.
[i] Virum n. tonsum. *Ambros. de cæsarie:* Alium sexum crinita, alium tonsa decet.
[k] Comæ. *Verba sunt Seruij Æn. 5. ad v.* tonsa coma pressa corona.
[l] Nam comas Græci caimos. *Ita plerique omnes Gothici libri. Nam* culmos *Salmanticensis eodem referri potest ex characterum affinitate, Alior. libror. monstra, qualia ferè occurrunt quoties è sermone Græco aliquid petitur, non est operæpretium proferre.*
[m] Græci mallon. *Gloss.* μαλλὸς cirra, villus.
[n] Facies, &c. *Ambros. ibid.* Quid sine capite est homo? cùm totus in capite sit, cùm caput videris, hominem agnoscis.
[o] Frons. *Ex Lact. c. 8. & Ambros. loco cit.*
[p] Oculi voc. *Ex eod. Lact.*
[q] Physici dicunt. *Verba Seruij Æn. 4. ad v.* Dat somnos adimitq. &c.
[r] Voluos autem quidam. *Lib. 17. c. 10.* Volui appellati, quod sint volubiles, & rotundi, ab alijs ἕλικες & bulbi: *ab Isidoro perpetuò volui consentientib. omnib. libris. Al.* à similitudine valuar. *Addit Tarr. c.* Valuuli folliculi fabæ.
[s] Palpebræ. *è Seru. Æn. 4. ad v.* sinum lacrymis impl. obortis. *Et Lact. c. 10. de opif.*
[t] Munitæ sunt autem. *Ex Cic. 2. de natur. deor. vel ex Ambros. loco cit.*
[v] Supercilia. *Ambros.* Frontem geminæ rupes superciliorum sequuntur, quæ oculis munimenta prætendant.
[x] & sudorem c. d. depell. *Ciceronis sunt verba.*
[y] Vox n. repercussa. *Ambros. ibid.*
[z] Pinnula summa pars. *Gloss.* Summa auricula πτερύγιον.
[a] Pinnum n. *Sic lib. 17. c. 7. & lib. 19. c. 19.*
[b] Nares--nare non desinit. *Ita C. R. & Lact. cap. 11.*
[c] Quia nos ab odore admon. *Ex Don in Adelp.*
[d] Pirulã. *Hanc σφαίριον Graci, pinnulas πτερύγια, interfinium ἰσθμὸν appellant. Hoc idem interfinium, imbricem vocauit Arnobius. Septũ voluisse videtur Lactantius, cum dixit:* Velut pariete per medium ducto interseptit, atq. diuisit: *Theophil. li. 3.* περὶ τῆς κατασκ. παρὰ τοῖς ἑπτοῖς διάφραγμα, παρὰ ᾧ τοῖς ποιηταῖς νέφος καὶ ὑμὴν.
[e] Vel quia inde ingred. *Sic in Euang.* quia inde erat transiturus. *Sed illuc vel illac ex libris Tarr. legere etiam licet.*
[f] Alij viror. labra. *Quos reprehendit Seru. in Corydone.*
[g] A ligando cibo *Lact?* Itaque Varro à ligando cibo putat linguæ nomen impositum.
[h] Sicut. n. plectrum. *Ex Hieronymo in Epitaph. Paulæ.*
[i] Colomellos. *Et Varro. 2. de re rust. columellares appellari dicit*
[k] Dentium autem num. *Solimi verba c. 4.*
[l] Gingiuæ. *Lact. c. 10.*
[m] Palatum nostrum sicut cælum. *Cic. de Epicuro.* Sed dum palato quid sit optimum iudicat, cæli palatium, vt ait Ennius, non suspexit.
[n] Arteriæ. *Confundit asperam arteriam cum reliquis, quæ per corpus diffusæ vitalem spiritum continent, aptatque Græcæ voci Latinam notationem iure suo.*
[o] Toles Gallica ling. *Idem scribit Festus. Gloss.* Tolæ, Tolia. παρίδημα, & Tusillæ παρίδημα, Tosillas nõ *tonsillas legi in Corn. Celsi manuscriptis libris lib. 6. cap. 10. aiebat Chacon, & Tonsilla Festo palus dolatus est.*
[p] Gurgulio à gutture. *Vid. Lact. & seru. Georg. 1.*
[q] Rumen. *Ex Fest.*
[r] Sublinguium. *Gloss.* Sublingua ὑπόγλωσσον.
[s] rigidum & τερες *Lactantii verba.*
[t] Quasi capitolium. *f. capitulum, vel (vt Isidorus loquitur) capitellum. Idem namque collo caput, quod columna capitulum.*
[v] Primus Horten. *Ex Quinctil. lib. 8. c. 3. quamuis & Varro idem referat, lib. 7. & 9. quo alluſit Cic. act. V. in Verr.* Taménne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum?
[x] Nam pluraliter contum *Interpunctione sola factum est, ne sibi ipse aduersaretur hoc loco Isidorus.*
[y] Ola. *Al. aula.*
[z] In brachijs n. tori lacert. *Ex Lact. Ambrosius quoque:* Succedunt brachia, & validi lacertor. tori.
[a] Et dicti tori. *Quia torum Seruius à tortis herbis dictum scribit: Isidorus brachiorũ, toros à tortis viscerib. dictos, voluit.*
[b] Cubitus. *Horat.* Languidus in cubitum se se cõuiua reponat.
[c] Vlna. *è Seru. Georg. 3.*
[d] Alæ, subbrachia. *Nos quoque sobacos dicimus.*
[f] Oscilla--mouere. *è Seru. Geor. 2. Vid. Fest. Macrob. Hygin. Arati interp. Ouid. ia Fast.*
[g] Manus. *Ex Ambros. loco cit.*
[h] Vnde manupretium. *Al.* manuspretiũ *vt apud Vlp. c. 13. de verb. signif.*
[i] Fidei testis. *Seru. Æn. 3. ad v.* Dixerat, & genua amplexus: *Physici dicunt,* esse consecratas numinibus singulas partes corporis, aurem memoriæ, frontem Genio, dexteram Fidei.

k Siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

h Siue quod fieri ſinat. *è Seru. Æn. 2. vid. Feſt. in* ſiniſtræ aues, & ſiniſtrum.
i Digiti. *Ex Lact.*
k Secundus ſalutaris. *Ita vocatur à Sueton. in Aug. hodieque Romæ, cum ſe matrona ſalutant, indicem ori admouet. Idemq. faciunt in publicis precibus viri, cum Christum ſalutant.*
l Idem & medicinalis. *Macrob. & Agell. quod ab eo ſiniſtræ manus digito neruus quidam tenuiſſimus ad cor vſq. pertineat: ergò is erit potius medicinalis, quàm dexter.*
m De quo Nigidius caput collo vehitur, &c. *Non. in* coxendib. Coxendicas coxas, Lucil. caput collo ſuſtentatur, truncus ſuſtinetur à coxendicib. *Quare horum hoc* coxis, & genib. cruribusq. *ex vna voce coxẽdicibus non intellecta factum ſuſpicamur. Septenarius autem ſiue Lucilij, ſiue Nigidij ſic ſuſtentari poſſet:* Caput à collo ſuſtentatur, truncus à coxendicibus. *Si in coxendice penultimam produc as. Aut vt Senarius ex Iſidoro fiat;* caput collo vehitur, truncus coxendicis, vel coxendicib.
n Proinde mamilla eſt. *è Seru. Æn. XI. & Feſt. in voce* Papillæ.
o quia lacte vberta. *Ead. voce vſus Agell. lib. 8. c. 14.*
p Lac vim nom. à col. *Idem repetit lib. 20. c. 2.*
q κοπλὴ n. Græcè. *Ita A. Aug. Cum in omnib. libris, cutis enim Græcè, nullo ſenſu legeretur. At Feſto cutis eſt ἀπὸ τῆς σκύτους quomodo libenter hoc loco legeremus, niſi inciſionem interpretaretur Iſidorus.*
r Aruina. *Seru. Æn. 7.* Secundum Suetoniũ aruina eſt durum pingue, quod eſt inter cutem, & viſcus.
s Compago. *Ita plerique Gotth. Al.* compagia.
t Vertibula--Cartilagines. *Lact. c. 5. de oſſib.* Summas eor. partes craſsioribus nodis conglobauit, vt & ſubſtringi neruis facilius, & verti poſſent, vnde ſunt vertibula nominata; eos nodos firmiter ſolidatos leui quodam operculo texit, quod dicitur cartilago, ſcilicet vt ſine attritu & ſenſu doloris aliquo flecterentur.
v Eſt n. læua pars corp. *Hinc interior ſiniſtra à Seruio dicitur. Is. n. Æn. 5. ad v.* dum proram ad ſaxa ſuburget Interior. *Interior, id eſt ſiniſterior, interpretatur. Item Æn. 5. ad v.* Vrbem deſignat aratro: quem Cato in Originib. morem dicit fuiſſe. Condituri enim ciuitates taurum in dextra, vaccam intrinſecus iungebant. *Atque ita interpretatur etiam Aſconius iocum apud Ciceronẽ de Aſpendio cytariſta omnia intus canente. Vnde illuſtratur etiam Catulli locus:* Marrucine Aſini manu ſiniſtra Non bellè vteris in ioco, atque vino, Tollis lintea negligentiorũ. *Ergo & latus tegere ſiniſtrum ire ſignificat, eiuſque eſt qui lævum poſit latus fodere, quod de nomenclatore dixit Horatius. Scimus quid tota de re viro eruditiſſimo placeat: de quo illud dicam. seruio cur hac de re tantopere ſæuiret, non fuiſſe, cum catoni & Aſconio eadem opera ſuccenſere poſſet.*
x Dextro lateri habil--accommodatior. *Verba Solini extremo cap. 5.*
y Dorſum. *Nempè quaſi durũ ſurſum. At Feſt.* Dorſum dictum, quod ea pars corporis deuexa ſit deorſum.
z Terga. *Ex Lact. c. 10.*
a Interſcaplium. *Al.* interſcapulũ, *aut* interſcapiliũ. Interſcaplium *apud Cel. lib. 3. c. 2. atq. ita reponendum in gloſſ. vbi legitur,* interſcapulum *μεταφερον.*
b Sacra ſpina. *Hieron. in Eccleſiaſt. 12.* florem amygdaliquem nos pro canis poſuimus, quidã ſacram A ſpinam interpretantur: quod decreſcentibus natiũ carnibus, ſpina creſcat & floreat. *Col. 4. tard. c. 3.* Spina ſacra dicitur os ſacrum, quod Græci quoq. vocant ἱερὸν ὀστέον.
c Ideoq. ex hoſtia. *Menander ὁτὴν ὀσφὺν ἄκρατον θύουσιν.*
d Renes. *Ex Lact. c. 14.*
e Lumbi. *Ex Greg. verbis homil. 13. notationem qualemcumq. confecit.*
f Ex eo n. inf. *Ex Lact. c. 10.*
Quod eſt longao. *Gloſſ.* longao κολίοτερον. *Apud Celiũ tum longao, tum longano, apud Arnobij & Varr. manuſcriptos libros* longano *apud Veget. lib. 1. c. 42. de veterinaria* longanon inteſtinum.
g Nates. *Ex Lact. c. 13.*
l Viſcus eſt pellis. *Gotth. Fiſcus per Digammon.*
m Nam à genis genua. *Ead. repetit in libro differ. & in Cantic. expoſitione.*
B n Qui alternis motib. *Lactantij verba nonnihil detorta.*
o Plantæ. *Lact. ibid.*
p Calcis prima p. plantæ. *Calcis rectus, vt lancis lib. 20. c. 4. ſed vtrumq. librariorum putamus errorem.*
q Solum dicitur. *Seruij verba Æneid. 7. ad v.* & Ceream ſolum.
r Viſcera. *Ex eod. Æn. 1.*
s A viſco quod eſt inter cut. & carn. *Seru. Æn. 6. vbi* inter oſſa & carnem.
t Quod ideo pulm. *Ex Ambroſ. 6. c. 9.*
v Siniſtra plus ſanguinem. *Ita optimi quiq. libri, reſtituendum opinor. quamuis paullò inſolentior conſtructio videri poſſit.*
x Præcordia. *è Seru. Æn. 7. ad. V.* Huic Dea cæruleum v. d. c. anguem:
C y Quib. ſenſus percipitur. *Ex Ariſtotelis ſententia. Nam cerebro id tribuunt medici.*
z Atq. riui. *Ex Lact. c. 7.*
Sanguis. *Sup. lib. 4. c. 3.*
a Sanguis non eſt integer. *è Seru. Æn. 2. ad v.* Vos quib. integer æui ſanguis.
b Inde genas lacerare. *Pleniora hæc apud Seru. Æn. 12. ad v.* roſeas laniata genas, *& Æn. 6. ad v.* Purpureas ſup. veſt. *& ad v.* Purpureos ſpargam flores. *Cautum tũ lege.* XII. tab. Mulier faciem ne carpito.
c Græci enim pulmonẽ πλεύμονα vocant. πλεύμων eſt Atticis, alijs πνεύμων. *Alcæus apud Plutarch.* πνεύμονας ὄινω.
d Cordis flabellum. *Ventilabrum cordis dixit auctor lib. de ſpir. & anim. c. 33.*
D e Iecur eo quod ignis. *Vt ſit quaſi iacens vr. nam vt Iſidoro ignis non vno in loco.*
f Fibræ iecoris ſunt. *è Seru. Æn. 10. ad v.* Cui pecudum fibræ.
g Sicut extremæ partes folior. intyb. *Seru. Geor. 1. ad v.* amaris intyba fibris: fibris autẽ abuſiuè, quod radices intyborum hac atq. illac decurrunt, vt fibræ per iecur, id eſt venæ quædam, & nerui. *Vnde hæc malè affecta ſunt?* filorũ *legebat Chacon. Sed quid ſimile cum linguis eminentibus.*
h Nam ſplene ridemus. *Ex eod. Æn. 8. ad v.* Exarat atro felle dolor.
i Omentum membranum. *Gloſſ.* Omentum ἐπίπλοις. Membranum ὑμὴν.
k τυφλὸν ἕτερον. *Fundulum vocat Varro & ieiunũ bilioſum.*
l Venter. *è Seru. Æn. 2. ad v.* Vterumq. a. m. c.

m Ab vtraque in duas. *Ex Lact. 12.*
n Aqualiculus autem propriè porci eſt, h. a. v. transl. *Referuntur eadem hæc verba à veteri Perſij interprete.*
o Semen receptum, &c. *Verba ſunt Hieronymi in ep. ad Pammach. contr. errores Iohann. Hieroſolymit.*
p Ferrum rubigo. *è Solin. c. 4. Plin. lib. 7. c. 15.*
q Germinabile. *Generabile Gotth. & Rab.*
r Primum autem aiunt cor. *Ex Lact. c. 12.*
ſ Alij fœtus. *Ex eod. c. 11.*
t Naſci autem. *c. 12.*
v Quædam decoris. *c. 10.*

De Ætatibus hominis. Cap. II.

GRadus a ætatis ſex ſunt, infantia, pueritia, adoleſcentia, iuuentus, grauitas, atq. ſenectus.

Prima ætas, infantia eſt pueri naſcentis ad lucem, quæ porrigitur in ſeptem annis.

Secunda ætas, pueritia, i. pura & necdum ad generandum apta, tendens vſq. ad decimum quartum annum.

Tertia, adoleſcentia b ad gignendũ adulta, quæ porrigitur vſq. ad vigeſimum octauum annum.

Quarta, iuuentus firmiſsima ætatum omnium finiens in quinquageſimo anno.

Quinta ætas, ſenioris, i. grauitas, quæ eſt declinatio à iuuentute in ſenectutem, c nondum ſenectus, ſed iam non iuuentus, quia ſenioris ætas eſt, d quam Græci πρεσβύτην vocant. Nam ſenex apud Græcos non preſbyter, ſed γέρων dicitur. Quæ ætas quinquageſimo anno incipiens, ſeptuageſimo terminatur.

Sexta ætas, eſt ſenectus, quæ nullo annorum tempore finitur, ſed poſt quinque illas ætates quantumcunque vitæ eſt, ſenectuti deputatur.

Senium autem, pars eſt vltima ſenectutis, dicta, quòd ſit terminus ſextæ ætatis. In his igitur ſex ſpatijs philoſophi vitam deſcripſerunt humanam, in quibus mutatur & currit, & ad mortis terminum peruenit. Pergamus ergo breuiter per prædictos gradus ætatum, etymologias earũ in homine demonſtrantes.

Infans, dicitur homo primæ ætatis, dictus autem infans, quia adhuc fari neſcit, id eſt, loqui non poteſt: nondum enim benè ordinatis dentibus, minor eſt ſermonis expreſsio.

e Puer, à puritate vocatus, quia purus eſt, & necdum lanuginem florémque genarum A habẽs. f Hi ſunt ephœbi, id eſt, à Phœbo dicti, necdum viri, ſed adoleſcentuli læues.

Puer autem tribus modis dicitur, pro natiuitate, vt Eſaias, Puer natus eſt nobis. Pro ætate, vt octennis, decennis. Vnde eſt illud: Iam puerile iugum tenera ceruice gerebat. Pro obſequio & fidei puritate, vt Dominus ad Prophetam, Puer meus es tu, noli timere, dum iam Ieremias longè pueritiæ exceſsiſſet annos.

g Puella eſt, paruula, quaſi pulla: vnde & pupillos, non pro conditione, ſed pro ætate puerili vocamus. Pupilli autem dicti, quaſi ſine oculis, hoc eſt à parentibus orbi. h Hi autem verè pupilli dicuntur: quorum patres ante diſceſſerunt, quàm ab eis nomen acciperent. Cæteri orbi vocãtur orphani, ijdem, qui & pupilli: illud enim nomen Græcum eſt, hoc Latinum. Nam & in pſalmo vbi legitur, Pupillo tu eris adiutor: Græcus habet ὀρφανῷ.

Puberes à pube, i. à pudendis corporis nuncupati, quòd hæc loca tunc primùm lanuginem ducunt. Quidam autem ex annis pubertatem exiſtimant, i. eum puberẽ eſſe qui quattuordecim annos expleuerit, quãuis tardiſsimè pubeſcat. Certiſsimum autẽ, puberem eſſe, qui & ex habitu corporis pubertatem oſtendat, & generare iam poſsit.

i Puerperæ ſunt, quæ annis pueribus pariunt. Vnde & Horat. Laudantur ſimili prole puerperæ. k Et dictæ puerperæ, vel quòd primo partu grauantur, vel quòd primùm pueros pariunt.

Adoleſcens dictus, eo quòd ſit ad gignẽdum adultus, ſiue à creſcere & augeri.

Iuuenis vocatus, quòd iuuare poſſe incipiat, vt in bubus iuuenci, cùm à vitulis diſceſſerint. Eſt enim iuuenis in ipſo ætatis incremento poſitus, & ad auxilium præparatus. Nam iuuare hominis eſt opus aliquod conferentis. Sicut autem triginta perfectæ ætatis eſt annus in hominibus, ita in pecudibus ac iumentis tertius robuſtiſsimus.

l Vir nuncupatus, quòd maior in eo vis eſt, quàm in fœmina. Vnde & virtus nomen accepit, ſiue quod vi agat fœminam.

Mulier verò, à mollitie, tanquam mollier detracta littera, vel mutata, appellata eſt mulier.

Vtrique enim fortitudine & imbecillitate corporum ſeparantur. Sed ideò virtus maxima viri, mulieris minor, vt patiens viro eſſet, ſcilicet nę fœminis repugnãtibus libido

Universidad de Deusto
Biblioteca

libido cogeret viros aliud appetere, aut in alium sexum proruere. Dicitur igitur mulier secundùm fœmineũ sexum, non secundùm corruptionem integritatis, & hoc ex lingua sacræ scripturæ. Nam Eua statim facta de latere viri sui, nondum contacta à viro, mulier appellata est, dicente scriptura, Et formauit eam in mulierem.

m Virgo à viridiore ætate dicta est, sicut virga & vitula. Aliàs ab incorruptione, quasi virago, quòd ignoret fœmineã passionem.

n Virago vocata, quia virum agit, hoc est opera virilia facit, & masculini vigoris est, Antiqui enim fortes fœminas ita vocabant. Virgo autẽ non rectè virago dicitur, si non viri officio fungatur. Mulier verò, si virilia opera facit, rectè virago dicitur, vt Amazon. Quæ verò nunc fœmina, antiquitus vira vocabatur, sicut à seruo serua, sicut à famulo famula, ita à viro vira. Hinc & virginis nomen quidam putant.

Fœmina verò à partibus femorum dicta, vbi sexus species à viro distinguitur. Alij P Græca etymologia fœminam ab ignea vi dictam putant, quia vehementer concupiscit. Libidinosiores enim viris fœminæ sunt, tam in mulieribus, quàm in animalibus. Vnde nimius amor apud antiquos fœmineus vocabatur.

Senior est adhuc viridior. *Ouidius in. 6. lib. Senior, -- inter iuuenémque senémque. Ter. Quo iure sum vsus adolescentior.

Adolescentior non vtiq. magis adolescẽs, sed minus; q vt senior minus senex: vbi comparatiuus gradus minus significat à positiuo. Ergo senior non satis senex, sicut iunior intra iuuenẽ, sicut pauperior intra pauperem.

Senes autẽ dictos quidã putant à sensus diminutione, eo quòd iã præ vetustate desipiant. r Nã physici dicunt homines stultos esse frigidioris sanguinis, prudentes calidi. Vnde & senes in quibus iã friget, & pueri in quibus necdum calet, minus sapiunt: inde est quod conuenit sibi infantum ætas & senum. Senes enim per nimiam ætatem delirant, pueri per lasciuiam & infantiam ignorant quid agant. Senex autem tantùm masculini generis est, sicut anus fœminini: nam anus dicitur sola mulier. Anus autem appellata à multis annis quasi annosa. s Nam si cõmune esset nomen, cur diceret Terentius, senem mulierem? Hinc & vetula, quia vetusta. Sicut autem à sene senectus, ita ab anu anilitas nominata est.

Canities autem vocata à candore, quasi candities. Vnde est illud, Florida iuuentus, lactea canities, prout diceret, candida.

t Senectus autem multa secum & bona affert & mala. Bona, quia nos ab impotentissimis dominis liberat, voluptatibus imponit modum, libidinis frangit impetus, auget sapientiam, dat maturiora consilia. Mala autem, quia senium misertimum est, debilitate & odio. Subeunt enim morbi, tristisq. senectus. v Nã duo sunt, quibus minuuntur corporis vires: senectus & morbus.

Mors dicta, quod sit amara, vel à Marte, qui est effector mortium.

Tria sunt autem genera mortis, acerba, immatura, naturalis. Acerba infantium, immatura iuuenum, matura, id est, naturalis senum.

Mortuus autem ex qua parte orationis declinetur incertum est. Nam, sicut ait Cæsar, ab eo quod est morior in participio præteriti tẽporis in tus exire debuit, per vnum scilicet. u. nõ per duo. x Nã vbi geminata est littera nomen est, non participium, vt fatuus, arduus. Conuenienter itaque factum, vt quemadmodum id quod significat, non potest agẽdo: ita & ipsum nomen nõ possit loquẽdo declinari. Omnis autem mortuus aut funus est, aut cadauer.

y Funus est, si sepeliatur. Et dictum funus à funibus accensis, quos ante feretrum pyris cera circumdatis ferebant.

z Cadauer autẽ est, si insepultum iacet. Nã Cadauer nominatũ à cadendo, quia iã stare non potest. a Quod dũ portatur, exequias dicimus: crematũ, reliquias: conditum iam sepultum. Corpus autem consuetudine dicitur, vt illud, Tum corpora luce carentum.

Defunctus vocatus, quia compleuit vitæ officium. Nam dicimus defunctos officio, qui officia debita compleuerunt, vnde & honoribus functos: Hinc ergo defunctus, quod ab officio sit vitæ depositus: siue quod sit diem functus.

b Sepultus autẽ dictus, eo quod iam sine pulsu & palpitatione est, id est sine morte. Sepelire autẽ est, condere corpus. Nam humare obruere dicimus, hoc est humũ inijcere.

a Cap. II. Gradus ætat. *Vid. Seru. Æn. 5. Ambros. lib. de Philon. de mundi opific.*

b ad gignendũ adulta. *Non sunt hæc in quibus sit. Isidor.*

c Quincta senioris ætas -- nondum senectus. *Seruius Æn. 5.* Tum senior tales: Secundũ Varronẽ, iuuenis & senior comparatiui sunt per diminutionẽ, &c. *Isidor.*

Item Æn. 6. ad v. Iam senior: Aut pro positiuo posuit, aut senior est virens senex, vt iunior intra iuuenẽ est, quam rem à Varrone tractatã confirmat etiam Plinius. *Ita verò distinguit seniores à senib. Varro apud Censorinum de die natali, vt seniores vocari dicat à XLV. vsq. ad LX. annum, quod tum primum senescere incipiat corpus, post sexagesimum vero senio iam laboret.*

d Quem Græci πρεσβύτην. *Ex Aug. de Gen. contra Manich. lib. 1. c. 23.*

e Puer à puritate. *Varro apud Censorin. Pueri, quod sint puri, id est, impuberes.*

f Hi sunt ephebi, i. à, Phœbo. *Immo ab Hebe.*

g Adolescentuli læues. *Al. lenes.*

h Puella est paruula q. pulla. *Fest.* Pullus Iouis dicebatur Q. Fabius cui cognomẽ Eburno fuit, propter candorẽ, quod eius natis fulmine icta erat. Antiqui autẽ puerum, quem amabant, pullum eius dicebãt.

i Hi autem verè pupilli -- quàm ab eis nomen acciperent. *Prænomen (intellige) quod ante pubertatem non accipiebatur. Nam gentis vel familiæ nomen lustrico die accipiebant. auctorib. Fest. Macrob. & Plutarch. in problem. Et Iulius Paris (seu Probus) in epitom. lib. x. Val. Max.* Pueris, non prius quam togam virilem sumerent, puellis, non antequam nuberent, prænomina imponi, Q. Scæuola auctor est. *Et postea.* Publij, qui prius pupilli facti erant, quam prænomina haberent. Alij ominis caussa ex pube. *Vid. A. August. in not. 1. collect. decretal. c. 7. de despons. impub. & c. 3. eo. tit. Greg. IX.*

k Et dictæ puerperæ. *Hieronym in Ierem. c. 4.* Puerpera interpretatur, quæ primos parit fœtus. *At Donatus in And.* Omnis quæ peperit puerpera, quæ primùm πρωτότοκος. *Paulus c. 163. de Verb. sign.* Puerperas appellant recentes ex partu.

l Vir. *Ex Lact. c. 12.*

m Virgo à viridiore æt. *è Seru. Eclog. 3. ad v.* Bis venit ad mulctram.

n Virago. *Ex eod. Æn. 12. ad v.* Iuturna virago.

o Alij Græca etymologia. *An quasi φιλαιομάνη?*

p minus significat à positiuo. *Verba sunt Donati in prolog. Hecyr.*

q Nam Physici dicunt. *è Seru. Georg. 2. ad v.* Frigidus obstiterit circum præc. s.

r Nam si commune esset nomen, cur Terentius diceret senem mulierem? *Assentior Chaconi, qui hæc putabat aliena, eiúsque, cui Isidori sententia displiceret, itaque obijceret. Nisi commune esset nomen, &c. Sed frustra laborat Donatus (quem Isidorus sequitur) vt senem neget nomen esse commune. Papinius siue Pomponius apud Varronem libro. 6.* Ridiculum est, cum te cascam tua dicit amica.
Fili Potoni sesquisenex puerum.
Dic tu illam pusam: sic fiet, Mutua muli.
Nam verè pusus tu, tua amica senex. *Et Tibullus.*
Hanc animo gaudente vident iuuenesq. senésq.

s Commemorant merito tot mala ferre senem.

t Senectus autem. *Ex Hieron præf. ad lib. 2. in Amos.*

u Nam duo sunt. *è Seru. Georg. 2. ad v.* subeunt morbi tristisq. senectus.

v Funus. *Ex eod. Æn. 1. ad v.* noctem flammis funalia. *v. ead. lib. 20. c. 10.*

x Cadauer. *Ex eod. Æn. 6. ad v.* belloq. caduci.

y Quod dum portatur. *Ex eod. Æn. 2. ad v.* patrios fœdasti s. v.

a Sepultus. *Ex eod. Æn. 3. ad v.* parce sepulto.

De Portentis. Cap. III.

POrtenta a esse ait Varro, quæ contra naturam nata videntur: sed non sunt contra naturam, quia diuina voluntate fiunt, cùm voluntas creatoris cuiusque conditæ rei natura sit. Vnde & ipsi gentiles Deum modo Naturam, modo Deũ appellant. Portentum ergo fit non contra naturam, sed contra quàm est nota natura. Portenta autẽ & ostenta, monstra, atq. prodigia, ideo nuncupantur, quod portendere atq. ostendere, monstrare, atq. prædicere aliqua futura videntur. b Nam portenta dicta perhibentur à portendẽdo, id est, præostendendo. Ostẽta autem, quod ostendere quidquam futurum videantur. Prodigia, quòd porrò dicant, id est, futura prædicant. Monstra verò à monitu dicta, quod aliquid significandum demonstrent, siue quod statim mõstrent quid appareat, & hoc proprietatis est: abusione tamen scriptorum plerumq. corrumpitur. Quædam autem portentorum creationes in significationibus futuris cõstitutæ videntur. Vult enim Deus interdum ventura significare per aliqua nascentium noxia: sicut & per somnos, & per oracula, quibus præmoneat & significet quibusdam vel gentibus vel hominibus futurã cladẽ, quod plurimis etiã experimentis probatum est. c Xerxi quippè lepus ex equa creata, dissolui regnũ portendit. Alexãdro ex muliere mõstrũ creatũ est, quod superiores corporis partes hominis, sed mortuas habuerit, inferiores diuersarũ bestiarũ, sed viuentes: significasse repentinã regis interfectionẽ, superuixerant enim deteriora melioribus. Sed hæc mõstra quæ in significationibus dantur: non diu viuunt, sed continuo, vt nata fuerint, occidũt.

Inter portentum, & portentosum differt. Nam portenta sunt quæ transfigurantur, sicut fertur in Vmbria mulierem peperisse serpentem. Vnde Lucanus, Matremque suus conterruit infans. Portentosa verò leuem sumunt mutationem. Exempli caussa, cum sex digitis nati. Portenta igitur vel portentosa existunt, alia, magnitudine totius corporis vltra cõmunem hominum modum, d quantus fuit Tityon in nouem iugeribus iacens, e Homero testante: alia, paruitate totius corporis, vt Nani, vel quos Græci pygmæos vocant, eo quod sint statura cubitales: alij magnitudine partium, veluti capite informi, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

superfluis mẽbrorum partibus, vt bicipites & trimani [f] vel Cynodontes, quibus gemini procedunt dentes. Alij à defectu partium, in quibus altera pars plurimum deficit ab altera, vt manus à manu, vel pes à pede, Alij à diſciſione, vt ſine manu, aut capite generata: quos Græci ſtereſios vocant. [g] Alia priuimeria: quando ſolum caput, aut crus naſcitur. Alia, quæ in parte transfigurantur: ſicut qui leonis habent vultum, vel canis, vel taurinum caput, aut corpus, vt ex Paſiphae memorant genitũ Minotaurũ quod Græci ἑτερομορφίαν vocant. Alia, quę ex omni parte transfigurantur in alienę creationis portentum: vt ex muliere vitulum dicit hiſtoria generatum. Alia, quæ ſine transfiguratione mutationem habent locorum, vt oculos in pectore vel in fronte, aures ſupra tempora: vel ſicut Ariſtoteles tradidit, quendam in ſiniſtra parte iecur, in dextera ſplenẽ habuiſſe. Alia ſecundum connaturationem, vt in alia manu digiti plures connaturati & cohærentes reperiuntur, in alia minus, ſiue in pedibus. Alia ſecundùm immaturam & intemperatam creationem, ſicut ij qui dentati naſcuntur, ſiue barbati, vel cani. Alia complexu plurimarum differentiarum, ſicut illud, quod prædiximus, in Alexandro multiforme portentum. Alia commixtione generis, vt ἀνδρόγυνοι qui & ἑρμαφρόδιται vocantur. [h] Hermaphroditæ autem nuncupati, eo quòd eis vterq, ſexus appareat. Ἕρμης quippe apud Græcos Mercurius eſt: ἀφροδίτη Venus nuncupatur: [i] hi dextram mamillam virilem, ſiniſtram muliebrem habentes viciſſim coëundo, & gignunt, & pariunt.

Sicut autem in ſingulis gentibus quædam monſtra ſunt hominum, ita in vniuerſo genere humano quædã monſtra ſunt gentiũ, vt Gigantes, Cynocephali, Cyclopes, &c.

[k] Gigantes dicti iuxta Græci ſermonis etymologiam, qui eos γηγενεῖς exiſtimant, id eſt, terrigenas, eo quod eos fabulosè parens terra immenſa mole & ſimiles ſibi genuerit: γῆ enim terra appellatur: γένος genus, licet & terræ filios vulgus vocet, quorum genus incertum eſt. [l] Falsò autem opinantur quidam imperiti de ſcripturis ſanctis, præuaricatores Angelos cum filiabus hominũ ante diluuium concubuiſſe, & exinde natos Gigantes, id eſt, nimium grandes & fortes viros, de quibus terra completa eſt.

[m] Cynocephali appellantur, eo quòd canina capita habeant, quoſque ipſe latratus magis beſtias, quàm homines confitetur: hi in India naſcuntur.

Cyclopes, quoq. eadem India gignit, & dicti Cyclopes, eo quòd vnum oculum in fronte media habere perhibentur. [n] Hi & ἀγριοφαγῖται dicuntur, propter quod ſolas ferarum carnes edunt.

[o] Blẽmyas in Libya credũt truncos ſine capite naſci, & os & oculos habere in pectore.

[p] Alios ſine ceruicibus gigni, oculos habentes in humeris.

[q] In vltimo autẽ Orientis monſtroſæ gentiũ facies ſcribũtur. Alię ſine naribus, æquali totius oris planitie, informes habentes vultus. Aliæ labro ſubteriori adeò prominẽti, vt in ſolis ardoribus totã ex eo faciẽ contegant dormientes. Alijs concreta ora eſſe, modico tantùm foramine calamis auenarũ paſtus haurientes. Nonnulli ſine linguis eſſe dicũtur, in vicẽ ſermonis vtẽtes nutu ſiue motu.

Panotios apud Scythiam eſſe ferunt, tam diffuſa aurium magnitudine, vt omne corpus ex eis contegant: πᾶ enim Græco ſermone omne, ὦτα aures dicuntur.

[r] Artabatitæ in Æthiopia proni, vt pecora, ambulare dicuntur, quadrageſimum æui annum nullus ſupergreditur.

[s] Satyri, homũciones ſunt aduncis naribus, cornua in frontibus (habẽt) & caprarũ pedibus ſimiles, qualem in ſolitudine Antonius ſanctus vidit. Qui etiã interrogatus, Dei ſeruo reſpondiſſe fertur, dicens: Mortalis ego ſum vnus ex accolis eremi, quos vario delu- ſa errore gentilitas, Faunos Satyróſq. colit.

[t] Dicuntur quidam & ſylueſtres homines, quos nonnulli [v] Faunos ficarios vocant.

Sciopodum gens fertur eſſe in Æthiopia, ſingulis cruribus & celeritate mirabili: quos inde Σκιόποδας Græci vocant, eo quòd per æſtum in terra reſupini iacentes, pedum ſuorum magnitudine adumbrentur.

[y] Antipodes, in Libya plantas verſas habẽt poſt crura & octenos digitos in plantis.

Hippopodes in Scythia ſunt, humanam formam, & equinos pedes habentes.

In India ferunt eſſe gentem, [z] quæ μακροκῶλοι nuncupantur octo pedum ſtaturam habẽtes. Eſt & gens ibi ſtatura cubitalis, [a] quos Græci à cubito Pygmæos vocant, de quibus prà diximus. Hi montana Indiæ tenent, quibus eſt vicinus Oceanus.

Perhibent, & in eadem India eſſe genera fœminarum, quæ quinquennes concipiunt, & octauum vitæ annum non excedunt.

Dicuntur

Dicuntur autem & alia hominum fabuloſa portenta, quæ non ſunt, ſed ficta: & in cauſsis rerum interpretantur, vt Geryonem Hiſpaniæ regem [b] triplici forma proditum. Fuerunt enim tres fratres tantæ concordię vt in tribus corporibus, quaſi vna anima eſſet.

[c] Gorgones quoque, meretrices crinitas ſerpentibus, ferũt, quæ aſpicientes conuertebant in lapides, habentes vnũ oculũ quo inuicem vtebantur. Fuerunt autem tres ſorores vnius pulchritudinis, quaſi vnius oculi, quæ ita ſpectatores ſuos ſtupeſcere faciebant, vt vertere eos putarentur in lapides.

[d] Sirenas, tres fingunt fuiſſe ex parte virgines, ex parte volucres, habentes alas & vngulas: quarum vna voce, altera tibijs, tertia lyra canebat. Quæ illectos nauigantes ſuo cantu in naufragia trahebant. Secundum veritatem autem meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes, quoniam ad egeſtatem deducebant, ijs fictæ ſunt inferre naufragia. Alas autem habuiſſe & vngulas, quia amor & volat & vulnerat. Quæ inde in fluctibus commoraſſe dicuntur, quia fluctus Venerem creauerunt.

[e] Scyllam quoque ferunt fœminam capitibus ſuccinctam caninis, cum latratibus magnis propter fretum Siculi maris, in quo nauigantes verticibus in ſe concurrentium vndarum exterriti, latrare exiſtimant vndas, quas ſorbentis æſtus vorago collidit.

Fingunt, & monſtra quædam irrationalium animantium, vt Cerberum inferorum canem tria capita habentem, ſignificantes per eum tres ætates, per quas mors hominem deuorat, id eſt, infantiam, iuuentutem & ſenectutem. [f] Quem quidã ideò dictum Cerberum putant, quaſi ſit κρεόβορος, id eſt, carnem vorans.

Dicunt & Hydram ſerpẽtẽ cum nouem capitibus, [g] quę Latinè Excetra dicitur, quòd vno cæſo tria capita excreſcebant. Sed conſtat hydram locum fuiſſe euomentẽ aquas, vaſtantem vicinam ciuitatem, in quo, vno clauſo meatu, multi erũpebant. Quod Hercules videns, loca ipſa exuſsit, & ſic aquæ clauſit meatus. Nam hydra ab aqua dicta eſt. [h] huius mentionem facit Ambroſius in ſimilitudinem hæreſium, dicens: Hæreſis enim, velut quædam hydra fabularum, vulneribus ſuis creuit: & dum ſæpè recidi- tur, pullulat, igni debita, incendióque peritura.

[i] Fingunt, & Chimæram triformem beſtiam: ore leonem, poſtremis partibus draconem, media capream. Quam quidã Phyſiologi non animal, ſed Lyciæ montem eſſe aiunt, quibuſdam locis leones & capreas nutrientem, quibuſdam ardentem, quibuſdam plenum ſerpentibus. Hunc Bellerophontes habitabilem fecit, vnde Chimæram dicitur occidiſſe.

Centauris autem, id eſt, hominibus equo mixtis ſpecies vocabulum dedit, quos quidam fuiſſe equites Theſſalorum dicunt, ſed quòd diſcurrentes in bello velut vnum corpus equorum & hominum viderentur, inde Centauros fictos aſſeruerunt.

Porrò Minotaurum nomen ſumpſiſſe ex tauro & homine, qualẽ beſtiam dicunt fabulosè in Labyrintho incluſam fuiſſe. De qua Ouidius, Semibouémque virum, ſemiuirũmque bouem.

[k] Onocentaurus autem vocatur, eo quod media hominis ſpecies, media aſini eſſe dicatur, ſicut & Hypocentauri quòd equorũ hominumq. in eis natura coniuncta fuiſſe putatur.

[a] Cap. III. Portenta. *Ex Aug. 21. de ciu. c. 3.*

[b] Nam portenta. *Cic. 2. de diuin.* quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt; oſtenta, monſtra, prodigia dicuntur.

[c] Xerxi quippe lepus. *Lepus ſcripſimus ex Herodoto in Polyhymnia, & Valer. Max. de prodig. cum* vulpes *inuerſis litteris in omnib. CC. legeretur.*

[d] Quantus fuit Tityon. Cui tota nouem per iugera corpus Porrigitur. *Æn. 6.*

[e] Homero teſtante. *ὀδυσσ. λ.*

[f] Vel cynodontes. *è Solon. 4.*

[g] Alia priuimeria. *Ita Rabanus, neq. compoſitio Latinæ vocis ſuſpecta eſſe debet, quando neq. epitogium reſpuit Quintilianus. Hos μονομέρους vocat Agell. lib. 9. c. 4.*

[h] Hermaphroditæ. *Mirum Hermaphroditæ, nou Hermaphroditi in omnib. libris legi, cum dicat Aug. 16. de ciui. cap. 8. conſuetudinem loquendi præualuiſſe vt à meliore, hoc eſt à maſculino ſexu appellarentur.* Nam nemo (*inquit*) vnquam aut Androgynas, aut Hermaphroditas nuncupauit: *equas tamen hermaphroditas dixit Plin. 11. c. 49.*

[i] Hi dextram mamillam. *è Plin. 8. c. 2.*

[k] Falso autem opinantur. *Sumpta ſunt hæc ex. 3. de ciuit. cap. 4. fuit verò opinio quæ hic exploditur grauiſsimorum auctorum, Clementis Alexandrini, Iuſtini Martyris, Cypriani, Ambroſij, Lactantij. Auguſtinus quæſtionem propoſuit, quid ipſe ſentiret, non pronuntiauit.*

[l] Cynocephali. *Auguſtini verba ſunt. 16. de ciu. cap. 8. Vid. Ælian. & Plin.*

[m] Gigantes—qui eos gigenas. *Sic Callimach. in lauacro Pallad. & Gloſſ.* Terrigenæ, γηγενεῖς.

[n] Hi & agriophagitæ. *Plin. 6. c. 36. Solinus agriophagos vocat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

o Blemmyas. *Plin 5.c.8. Solin.c.34.*
p Alios sine ceruicib. *Ex Plin.7.c.2. Vid. Aug. 16. de ciu.c.8 & Agell.lib.9 c.4.*
q In vltim.autem orient. *Ex Solin.c. 32.*
r Artabatytæ. *Ita in Plinij emendatioꝛib.libris: apud Solinum* Arthabathitæ.
s Satyri. *Ex Hieronym.in vita Pauli eremitæ.*
t Dicuntur & quidam syluestres. *Vid.lib.8.c.vltim.*
v Faunos ficarios. Fatuos ficarios *C. Card. Sirleti, & Complut. Gotth. & Iere.50. Hieronymus* cũ fatuis ficarijs.
x Quos inde Sciopodas. *Plin.lib.7.cap.2. Aug.16.de ciu.c.8. Agell.9.c.4.*
y Antipodes in Lib. *Androphagi in Scythia legebat Chacon ex Plin.7.c.2.*
z Qui macrobij nuncupantur octo ped. *Optimè restituit hunc locum Chacon, cum n.XII. legatur in omnib. libris, deprehendit librarior. fuisse erratum qui XII. pro IIX. scripsissent. Nam horum corpora cubitor. quinũm, & binor. palmor. facit Plinius ex Onesicrito. Porrò quinos cubitos, qui singuli sesqui pedib. constent, & binos palmos, qui semipedem conficiant, octo esse pedes, non duodecim.*
a Quos pygmæos. *Ex.16.de ciu.c.8.*
b Triplici forma proditum. *Al. præditum. Sed proditũ retinuimus ex Iustino lib.44.* Porrò Geryoné ipsum non triplicis naturæ vt fabulis proditur fuisse.
c Gorgones quoq. *è Seru. Æn.6.*
d Sirenes. *Ex eod. Æn.5.*
e Scyllam quoq. *Locus adumbratus ex Iustini lib.4.*
f Quem quidem ideo dictum cerber. *è Seru. Æn. 6. ad v.* Custodem in v.p.
g Quæ Latinè excetra. *Ex eod. Æn. 6. ad v.* Bellua lernæ.
h Huius mentionem facit Ambrosius. *Libro.1.de fid.c.4.*
i Fingunt & chim. *Ex eod. Seruij loco.*
k Onocentaur. *Hiero.Is.c.14.* Porrò cẽtauri nomẽ ex asinis, centaurisq. compositum. *At Isidorus hominis pro Centauri videtur scripsisse.*

De transformatis. Cap.4.

SCribuntur autem & quædam monstrosæ hominum transformationes & commutationes in bestias, sicut de illa maga famosissima Circe, quæ socios quoque Vlyssis mutasse fertur in bestias, & de Arcadibus, qui sorte ducti, transnatabant quoddam stagnum, atque ibi conuertebantur in lupos. Nam & Diomedis socios in volucres fuisse conuersos, non fabuloso mendacio, sed historica affirmatione confirmant. Sed & quidam asserunt Strigas ex hominibus fieri. Ad multa enim latrocinia figuræ sceleratorum mutantur, [a] & siue magicis cantibus, siue herbarum veneficio, totis corporibus in feras transeunt. Siquidem & per naturam pleraque mutationem recipiunt, & corrupta in diuersas species transformantur: sicut de vitulorum carnibus putridis apes: sicut de equis scarabei: de mulis locustæ: de cancris scorpiones. Ouidius: Concaua littorei si demas brachia cancri: Scorpius exibit, caudáq; minabitur vnca.

[a] Cap. IIII. et siue magicis artib. *Omnia fere Aug.18.de ciuitate.c.16.& sequentib.*



DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. ETYMOLOGIARVM

LIBER DVODECIMVS.

De animalibus.

DE PECORIBVS, ET Iumentis. Cap. 1.

OMNIBVS [a] animãtibus Adam primum vocabula indidit, appellans vnicuique nomen ex præsenti institutione, iuxta conditionem naturæ cui seruiret. Gentes autem vnicuique animalium ex propria lingua dederunt vocabula. Non autem secundùm Latinam linguam atque Græcam, aut quarumlibet gentium barbarũm nomina illa imposuit Adam: [b] sed illa lingua, quæ ante diluuium omnium vna fuit, quæ Hebræa nuncupatur.

Latinè autem animalia siue animantia dicta, quòd animentur vita & moueantur spiritu.

[c] Quadrupedia vocata, quia quattuor pedibus gradiuntur, quæ dum sint similia pecoribus, tamen sub cura humana non sunt, vt cerui, damæ, onagri, &c. Sed neque bestiæ sunt, vt leones: neque iumenta, vt vsus hominum iuuare possint.

[d] Pecus dicimus omne, quod humana lingua & effigie caret. [e] Propriè autem pecorum nomen ijs animalibus accommodari solet, quæ sunt aut ad vescendũ apta, vt oues & sues: aut in vsu hominum commoda, vt equi & boues. Differt autem inter pecora & pecudes: nam veteres communiter in significatione omnium animaliũ pecora dixerunt: pecudes autem tãtùm illa animalia, quæ edũntur, quasi pecuedes. Generaliter autẽ omne animal pecus à pascendo vocatur.

Iumenta nomina inde traxerunt, quòd nostrum laborẽ vel onus suo adiutorio subuectando vel arando iuuent. [f] Nam bos carpenta trahit, & durissimas terræ glebas vomere vertit. Equus & asinus portant onera, & hominum in gradiendo laborem temperant. Vnde & iumenta appellantur ab eo, quòd iuuent homines, sunt enim magnarum virium animalia.

Eadem quoque armenta, vel [g] quòd sint apta armis, id est, bello: vel quòd his in armis vtimur. [h] Alij armenta tantùm boues intelligunt ab arando, quasi aramenta, vel quod sint cornibus armata. Discretio est autem inter armenta, & greges: nam armenta equorum & boum sunt, greges verò caprarum & ouium.

[i] Ouis, molle pecus lanis, corpore inerme, animo placidum, ab oblatione dictum, eo quod apud veteres in initio non tauri, sed oues in sacrificio mactarentur. [k] Ex ijs quasdam bidentes vocant, eo quod inter octo dentes duos altiores habent: quas maximè gentiles in sacrificium offerebant.

[l] Veruex vel à viribus dictus, quòd cæteris ouibus sit fortior, vel quod sit vir, i. masculus, vel quod vermem in capite habeant: quorum excitati pruritu, inuicem se concutiunt, & pugnantes cum magno impetu feriunt.

[m] Aries vel ἀπὸ τοῦ ἄρεος, id est, à Marte vocatus, vnde apud nos in gregibus masculi mares dicuntur: siue quod hoc pecus à gentilibus primùm aris est immolatũ. Aries quod aris imponeretur. Vnde est illud: Aries mactatur ad aram.

[n] Agnum, quanquam & Græci vocent ἀπὸ τοῦ ἁγνὸς, quasi pium. Latini tamen ideo hoc nomen habere putant, eo quod præ cæteris animantibus matrem agnoscat: adeò [o] vt etiam si in magno grege errauerit, statim balatu recognoscat vocem parentis.

[p] Hœdi ab edendo vocati, parui enim pinguissimi sunt, & saporis iucundi: vnde & edere, inde & edulium vocatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hircus,lasciuum animal & petulcũ & ferA uens semper ad coitum, cuius oculi ob libidinem in transuersum aspiciunt, vnde & nomen traxit.q Nam hirqui sunt oculorum anguli secundum Suetonium, cuius natura adeo calidissima est, vt adamantẽ lapidem, quem nec ignis,nec ferri domare valet materia, solus huius cruor dissoluat. r Maiores hirci Ciniphij dicuntur à fluuio Ciniphe in Libya,vbi grandes nascuntur.

Capros, & capras à carpendis virgultis quidam dixerunt. Alij quòd captent aspera. Nonnulli à crepitu crurum, t vnde eas crepas vocitatas,quæ sunt caprę agrestes,v quas Græci,pro eo quod acutissimè videant, ἀπὸ τῆ ὀξυ δερκέστερον dorcadas appellauerunt. Morantur enim in excelsis montibus, & quamuis de longinquo: vident tamen omnes qui veniunt. Eædẽ autem & capreæ: eędem Ibices,quasi auices,eo quod ad instar auium ardua & excelsa teneant, & in sublimi inhabitent: ita vt de sublimitate vix humanis obtutibus pateant. v Vnde & meridiana pars Ibices aues vocat,quæ Nili fluentis inhabitant.Hæc itaque animalia, vt diximus,in petris altissimis commorantur, & si quando ferarum vel hominum aduersitatem persenserint, de altissimis saxorum cacuminibus sese præcipitantes in suis se cornibus illæsa suscipiunt.

x Cerui dicti ἀπὸ τῶν κεράτων, i. à cornibus. κέρατα enim Græcè cornua dicuntur. y Hi serpentium inimici cùm se grauatos in infirmitate persenserint, spiritu narium eos extrahunt de cauernis, & superata pernicie veneni eorum pabulo reparantur.z Dictamnum herbam ipsi prodiderunt.Nam ea pasti excutiunt acceptas sagittas. Mirantur autẽ sibilum fistularum.Erectis auribus acutè audiunt,summissis nihil. a Si quando immensa flumina vel maria transnatant,capita clunibus præcedentium superponunt, sibíq. inuicem succedentes nullum laborem ponderis sentiunt.

b Tragelaphi à Græcis nominati,qui dum eadem specie sint, vt cerui : villosos tamen habent armos, vt hirci, & menta promissis hirta barbis, qui non alibi sunt,quàm circa Phasidem.

c Innuli,filij sunt ceruorum,ab innuere dicti:quia ad nutum matris absconduntur.

Damula vocata, quod de manu effugiat: timidum animal & imbelle:de quo Martialis : Dente timetur aper,defendunt cornua ceruũ. Imbelles damę;quid nisi prędasumus

d Lepus,quasi leuipes, quia velociter currit.e Vnde & Græcè pro cursu λαγὼς dicitur: velox est enim animal & satis timidum.

f Cuniculi,genus agrestium animalium,dicti, quasi caniculi, eo quod canum indagine capiantur,vel excludantur ab speluncis.

g Sus dicta,quod pascua subigat,id est, terra subacta escas inquirat.

Verres,quod grandes habeat vires.

h Porcus,quasi spurcus.Ingurgitat enim se cœno,luto immergit,limo illinit. Horatius: Et amica luto sus : hinc etiam spurcitia,vel spurcus nuncupatur.

Porcorum pilos setas vocamus, & setas à sue dictas:à quibus & sutores vocãtur, quod ex setis suant,id est, consuant pelles.

i Aper,à feritate vocatus, ablata f littera, & subrogata p. Vnde & apud Græcos σύαγρος id est,ferus dicitur.Omne enim quod ferum est & immite abusiuè agreste vocamus.

k Iuuencus dictus,eo quod iuuare incipiat hominum vsus in excolenda terra, l vel quia apud gentiles Ioui semper vbique iuuencus immolabatur, nunquam taurus. Nam in victimis etiam ætas considerabatur.

Taurus,Græcum nomen est,sicut & bos.

m Indicis tauris color fuluus est,volucris pernicitas,pilis in contrarium versis, caput circumflectunt flexibilitate, qua volunt, tergi duritia omne telũ respuunt immiti feritate.

Bouem Græci βοῦν dicunt. n Hunc Latini trionem vocant,eo quod terram terat,quasi terionem. Næuius. Trionum hic moderator rusticus. Cuius latitudo pellium à mẽco ad crura,palearia dicuntur,à pelle ipsa, quasi pellearia, quod est genęrositatis in boue signũ.o Boum in socijs eximia pietas. Nã alter alterũ inquirit cum quo ducere collo aratra consueuit, & frequenti mugitu pium testatur affectum si fortè defecerit.

p Vacca dicta, quasi boacca. Est enim ex qualitate mobiliũ nominũ : sicut leo leæna, draco dracæna.

q Vitulus & vitula,à viriditate vocata sunt, id est,ætate viridi, sicut virgo. Vitula ergo parua est nondũ enixa. Nam enixa,iuuenca est aut vacca.

r Bubali vocati per deriuationẽ, quod sint similes boum:adeo indomiti, vt præ feritate iugum ceruicibus non recipiant. Hos Africa procreat.

Vri

Vri,agrestes boues sunt in Germania,haA bentes cornua intantum protensa,vt regijs mẽsis insigni capacitate f ex eis gerulæ fiãt dicti vri ἀπὸ τῶν ὀρῶν.

Camelis caussa nomen dedit, siue quòd quando onerantur,vt breuiores & humiles fiant,accubant, quia t Græci χαμαὶ humile & breue dicunt:siue quia curuus est dorso. v Camur enim verbũ Græcũ curuum significat.Hos licet & aliæ regiones mittant, sed Arabia plurimos.Differunt autem sibi.x Nã Arabici bina tubera in dorso habent: reliquarum regionum singula.

y Dromeda,genus est camelorum, minoris quidem staturæ, sed velocioris. Vnde & nomẽ habet.Nam δρόμος Græcè cursus velocitas appellatur. z Centum enim & amplius millia vno die pergere solet.Quod animal,sicut bos & ouis & camelus,ruminat.

a Ruminatio autem dicta est à ruma eminente gutturis parte:per quam dimissus cibus à certis animalibus reuocatur.

Asinus & asellus à sedẽdo dictus,quasi assedus:sed hoc nomen, quod magis equis conueniebat, ideò hoc animal sumpsit, quia priusquã equos caperẽt homines, huic præsidere cœperunt.Animal quippe tardum & C nulla ratione renitens, statim vt voluit sibi homo substrauit.

Onager, interpretatur asinus ferus, ὄνος quippe Græci asinũ vocant, ἄγριον ferum. Hos Africa habet magnos,& indomitos,& b in deserto vagantes.Singuli autem fœminarũ gregibus præsunt.c Nascentibus masculis, celant, & testiculos eorum morsu detruncant,quod tamen cauentes matres eos in secretis locis occultant.

Asini Arcadici dicti,quòd ab Arcadia primùm vecti sint magni & alti. d Minor autẽ asellus agro plus necessarius est, quia & laborem tolerat & negligentiam propemodum non recusat.

Equi dicti,eo quòd quando quadrigis iũgebantur, æquabantur, paréque forma & similes cursu copulabantur.

e Caballus à cauãdo dictus,propter quod gradiens vngula impressa terram cõcauet, quòd reliqua animalia non habent:inde & sonipes quod pedibus sonat.

Viuacitas equorum multa,exultant enim in campis,odorantur bellum,excitantur sono tubæ ad prœlium,f voce accensi ad cursum pronocantur,dolent cùm victi fuerint, exultant cùm vicerint. Quidam hostes in bello sentiũt,adeò vt aduersarios morsu petant. g Aliqui etiam proprios dominos recognoscunt,obliti mansuetudinis, si mutẽtur : aliqui præter dominum nullum dorso recipiũt. h Interfectis vel moriẽtibus dominis multi lachrymas effundunt. Solius equi est propter hominem lacrymari, & doloris affectum sentire.Vnde & in cẽtauris equorum & hominum natura permixta est. i Solent etiam ex equorum mœstitia vel alacritate euentum futurum dimicaturi colligere. Ætas longæua equis Persicis, Hunnicis, B Epiroticis,ac Siculis in annis vltra quinquaginta:breuior autem Hispanis ac Numidis & Gallicis,frequens opinio est.

k In generosis equis,vt aiunt veteres,quatuor spectantur: forma, pulchritudo, meritum,atque color.Forma,vt sit validum corpus & solidum,robori conueniens altitudo, latitudo,latus longum,l venter substrictus, maximæ & rotundæ clunes,m pectus latè patens, corpus omne musculorum densitate nodosum, pes siccus,& cornu concauo solidatus.Pulchritudo,vt sit exiguum caput, & siccum,pelle prope ossibus adhærente, aures breues & argutæ, oculi magni, n nares patulæ,erecta ceruix,coma densa & cauda, o vngularum soliditate fixa rotunditas.Meritum, vt sit animo audax,pedibus alacer, trementibus membris, quod est fortitudinis indicium, quíque ex summa quiete faciè concitetur, vel ex citata festinatione non difficile teneatur.p Motus autẽ equi in auribus intelligitur,virtus in membris tremẽtibus.q Color hic præcipuè spectandus : badius, aureus, roseus, myrteus, ceruinus, giluus,glaucus,scutulatus,canus, candidus, albus,guttatus, niger. Sequenti autem ordine,varius ex nigro badióque distinctus; reliquus varius color, vel cinereus deterrimus.

Badium autem antiqui vadium dicebãt, D quòd inter cætera animalia fortius vadat. q Ipse est & spadix,quem phœnicatum vocant:& dictus spadix à colore palmæ, quam Siculi spadicam vocant.

r Glaucus verò est, veluti pictos oculos habens,& quodam splendore perfusos: s nam glaucum veteres dicebant album.

t Giluus autem,melinus color est subalbidus.

Guttatus,albus nigris interueniẽtibus pũctis.

Candidus autem,& albus inuicẽ sibi differunt. Nam albus cum quodã pallore est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

candidus verò, niueus & pura luce perfusus.
v Canus dictus, quia ex candido colore & nigro est.
Scutulatus vocatus propter orbes, quos habet candidos inter purpuras.
Varius, quòd vias habeat colorum imparium. Qui autem albos tantùm pedes habent, x Petili appellantur: qui frontem albã, Callidi.
Ceruinus est, quẽ vulgò y Gauranem dicunt.
Æranem idem vulgus vocat, quòd in modum ærei sit coloris.
z Myrteus autem est, pressus in purpura.
a Dosinus autẽ dictus, quod sit color eius de asino, idem & Cinereus. Sunt autẽ hi de agresti genere orti, quos equiferos dicimus, & proinde ad vrbanam dignitatem transire non possunt.
Mauros, niger est. Nigrum enim Græci μαῦρον vocant.
Mannus verò, equus breuior est, b quem vulgò Buricum vocant.
c Veredos antiqui dixerunt, quod vehereꝫ rhedas, id est, ducerent, vel quod vias publicas currant, per quas & rhedas ire solitum erat.
Equorum tria sunt genera, vnum generosum, d prœlijs & oneribus aptum: alterum vulgare, atque gregarium, ad vehendum, non ad equitandum aptum: tertiũ ex permixtione diuersi generis ortum, quod etiã bigenerũ dicitur, quia ex diuersis nascitur, vt mulus.
e Mulus autem à Græco tractum vocabulum habet. Quod iugo pistorum subactus, tardas molendo ducat in gyrum molas. f Iudæi asserunt quod Ana abnepos Esau equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, vt mulorum inde noua cõtra naturam animalia nascerentur. Onagros quoque admissos esse ob hoc ad asinas: & ipsum istiusmodi reperisse concubitum, vt velocissimi ex his asini nascerentur. Industria quippe humana diuersum animal in coitum coëgit: ficque adulterina commixtione genus aliud reperit: sicut & Iacob cõtra naturam colorum similitudines procurauit. g Nam tales fœtus oues illius concipiebant, quales vmbras arietum desuper ascendentium in aquarum speculo contemplabantur. Denique & hoc ipsum in equarum gregibus fieri fertur, vt generosos obijciant equos visibus concipientium, quo eorum similes concipere & creare possint. Nam & columbarũ dilectores depictas ponunt pulcherrimas columbas eisdem locis, quibus illæ versantur, quo, rapiente visu, similes generent. Inde est, quòd quidam grauidas mulieres iubent nullos intueri turpissimos animalium vultus, vt cynocephalos & simios, ne visibus occurrentes similes fœtus pariãt. h Hanc enim fœminarum esse naturam, vt quales prospexerint, siue mente conceperint in extremo voluptatis æstu, dum concipiunt, talẽ & subolẽ procreent. Etenim anima in vsu Venerio formas extrinsecus intus transmittit, eorumque satiata typis rapit species eorum in propriam qualitatem.
In animantibus bigenera dicuntur, quæ ex diuersis nascuntur, vt Mulus ex equa & asino: i Burdo ex equo & asina, k Hybridæ ex apris & porcis: l Tityrus ex oue & hirco, m Musmo ex capra & ariete, est autem dux gregis.

a Cap. I. Omnibus animantibus Adam. *Ex Tertul. lib. de virg. veland.*
b Sed illa lingua, quæ ante diluu. *Sup. lib. 9. c. 1.*
c Quadrupedia vocata. *Ex August. 3. de Gen. ad lit. cap. 11.*
d Pecus. *è Seru. ad v.* ignauum fucos pecus Æn. 1.
e Proprièque autem pecorum &c. *Ex August. 3. de Gen. ad lit.*
f Nam bos carpenta. *Ex Hieronym. in Isc. 1.*
g quod sint apta armis. *è Seru. ad v.* bellum hæc arm. min. Æn. 3. Itemq. Georg. 3. — Seu quis Olympiacæ.
h Alij armenta tantum. *è Seru. loco proximè cit.*
i Quis ab oblatione. *Cur non ab ὀίς? Sæpe gaudet ad verum vel naturas, vel vsus, magis quàm ad voces respicere, quod non semel monuimus.*
k Ex his quasdam bidentes. *Vid. Seru. ad v.* mactant lætis de more, bidẽtes Æn. 4. & *Agell. lib. 16. & Fest. in* bidental.
l Veruex vel à viribus. *A natura versa Varro.*
m Aries vel ἀπὸ τοῦ ἄρεος, id est, à Marte. *Varro.* Aries, quod eum dicebant ares, veteres, nostri aruiga.
n Agn.— ἀπὸ τοῦ ἅγνος quasi pium. *Purum fortasse ex Festo. Glossar.* agnus ἀρνεῖον, siue ἄρνα Θ, & ἀγνὸς nam παρὸ & castus. *Varro tamen, quod pecori ouili agnatus sit Latina origine agnum dictum vult.*
o Vt si in magno grege errauer. *Ex Ambros. Hexaem. 6. cap. 4.*
p Hœdi ab edendo. *Fedum pro hœdo dixisse antiquos, tradit Festus; atqui digammon pro V. & contra Gothos cõsuesse scribere ex Isidori codicibus satis constat. Nã & paullò post Cinyui, pro Cinyphij. & tragelaui pro tragelaphi scribitur in omnibus nostris. Erit ergo hœdus, vel fœdus quasi vedus, vel vescus. (licet enim nobis his de rebus cum grauissimis auctoribus interdum arguti) idque secutum fuisse ipsorum, ratio, quam subijcit, satis videtur ostendere, ea est: parui enim pinguissimi sunt, & saporis iucundi. Voces quoque*

quoq illes vnde & edere, quas alij expũgendas censuerãt, nos (cum in omnibus libris legantur) libenter retinemus, scribimusq. vnde & ederæ. Festus n. hederam, vel quòd hæreat, vel quòd edat, vel quòd edita petat, dictam existimat.
q Nam hirci sunt oculorum anguli. *è Seru. ad eclog. 3. hirquos autem, an hircos pro eodem scribas, nihil refert, vt rectè monet Pierius Valerianus.*
r maiores— à fluuio Cinyphe in Libya. *Vnde Theocrit. idil. 3. τὸν λιβυνὸν κάπρον φιλάστεο μὴ τυ νεμύλῃ.*
s Vnde eas crepas. *Festus.* Capræ dictæ, vel quòd omne virgultum carpant, siue à crepitu crurũ, vnde & crepas eas prisci dixerunt.
t quas Græci pro eo quòd acutissimè videant. *Origen. homil. 2. in Cant. interprete Hieronym.* Caprea (*inquit*) id est, dorcas acutissimè videt.
v Vnde & meridiana pars. *Ex Greg. 30. Moral. c. 9. al. 16.*
x Cerui dicti. *è Seru. ad v.* tres littore ceruos Æn. 1.
y Hi serpentum inimici. *Ex Orig. homil. 2. in Cant. & Seru. ad eclog. 8. & Plin lib. 8. c. 32.*
z Dictamnum. *Siue Dictamum (vtraq. enim scriptura suos auctores habet) è Solin. c. 12.*
a Si quando immensa flumina. *è Gregor. 30. Moral. c. 10. al. 9.*
b Tragelaphi. *Solin c. 22. & Plin lib 8. c. 33.*
c Innuli. *Ita scriptum in Gothicis, & in codicibus Horatianis lib. 1. od. 23.* Vitas inuleo me similis (hloe. *quos secuti sunt Canterus, Lambin. & Hartung. ergò aliter fortasse scribẽdus* Innulas νεβρὸς. *quam hinnulus ὁ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου.*
d Lepus quasi leuip. *Varr. 3. de re rust. c. 12.* Lucius Ælius putabat dictum leporẽ à celeritudine, quòd leuipes esset, ego arbitror. à Græco vocabulo antiquo, quod eum Æoles Bœothij λέπορα appellabant. *Vide Agell. & Quintil. lib. 1. c. 6.*
e Vnde & Græci pro cursu λαγὼς. *vt sit ἀπὸ τοῦ λᾶν ἄγειν, est enim λᾶν intensionis particula. Alij ἀπὸ τοῦ λᾶν id est, sternendo, quod patentibus oculis dormiat.*
f Cuniculi— quasi caniculi *Græcis id magis in promptu fuit ἀπὸ τῶν κυνῶν τὸν κυνικλὸν ducere, ita enim Polyb. lib. 12. & Aelian de hist. animal. lib. 13. c. 15. eos appellant, nisi quod vterque Hispanam vocem esse dicit. At Varro lib. 3 de re rust. c. 12.* Tertij (*inquit*) generis est, quod in Hispania nascitur, simile nostro lepori, sed humile, quem cuniculum appellãt. Cuniculi dicti ab eo quòd sub terra cuniculos ipsi facere soleãt, vbi lateant in agris. *Varronem sequitur Plin. lib. 8 c. 55. Videre licet in Hadriani numismate Hispaniam ramum ilicis manu tenentem, ad cuius pedes cuniculus.*
g Sus— quod pascua subig. *Non ineleganter, sirem spectes, sed Græca est vox ὗς.*
h Porcus q spurcus. *Nisi Græcum esse mauis cum Varrone.*
i Aper à feritate *Varro.* Apri à locis asperis, nisi à Græcis, quod his κάπρος.
k Iuuencus. *Ex Varr. lib. 4.*
l vel qua apud Gentiles. *è Seru. ad v.* Cælicolũm regi mactabam in littore taurum, Æn. 3. & Æn. 9. *ad v.* statuam ante aras aurata fronte iuuencum. *Vide Macrob. de Virgilij versu,* Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.
m Indicis tauris. *Plin. 8. c. 21. & Solin.*
n Hunc Latini trionem. *Varro l. b. 6. & Agell. lib. 2. cap. 21.*
o Boum in socijs eximia pietas. *Ambrosij verba sunt in orat. de morte Syri fratris,* bos bouẽ requirit, seque non totum putat, & frequenti mugitu pium testatur affectum, si forte defecerit, cũ quo ducere collo aratra consueuerat. *Basil. in orat. in Martyr. Iulit.* μὴ πότε εἶδον ἐγὼ ἕδν ἐπὶ φάτνης δακρύοντα τὸ συντόμως, μὴ ὁμοζύγα τελευτήσαντ᾽ *&. Virgil.* It tristis arator mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum.
p Vacca— ex qualitate mobil. nom. *Donatus in arte secund.* Sunt (*inquit*) genera nominum fixa, sunt mobilia: fixa sunt, quæ in alterum genus flecti nõ possunt, vt pater, mater, soror. Mobilia autem: aut propria sunt, & duo genera ex se faciunt, vt Caius Caia, Marcus, Marcia, aut appellatiua, & tria genera faciunt, vt bonus bona bonum, &c.
q Vitulus. *è Seru. eclog. 4.*
r Bubali adeò indomit. *Ex Hieron. ad Am. c. 6. & Solin. c. 23.*
s Ex eis gerulæ fiant. *è Solin. 23. vide Cæsar. 6. de bell. Gall. Plin. lib. 8. c. 15. & Seru. ad v.* Siluestres vri assid. *Georg. 2.*
t Græci χάμαι. *Etymologicum Græcũ.* Κάμηλος τὸ ζῶον, ὅτι χάμαι καθημένη αἴρει τὸ φορτίον, ὡσὶ χάμηλος. ἐτυμολογεῖται ἢ παρὰ τὸ κάμπτειν τὰς μηρὰς ἐν τῷ καθεσθαι κάμηλος τὶς ὄσα. *Sed melius Varro lib. 4.* Camelus cum suo nomine Syriaco in Latiũ venit. *Est n. Syris gemal Hebræis gamal.*
v camur enim. *è Seru. Georg. 3.* camuris, curuis, *at Fest.* Camera, & camuri boues à Græco κάμπη.
x Nam Arabici. *è Solin. c. 52. Sed Bactrianis hoc tribuit Plin lib. 8. c. 18.*
y Dromeda. *vel Dromedarij. Nam dromeda— præcisè, credo, scriptum in Gothicis pro dromedarij.*
z Centum enim & amplius mill. *Ex Hieronym. in Isaiã c. 21.*
a Ruminatio dicta est à ruma. *è Seru. ad eclog. 6. vel à rumine vt legunt editi. Festus* Rumen est pars colli, qua esca deuoratur. *Varroni, Nonio, & Glossar.* Ruma est mamma.
b In deserto vagantes. *Solin. & Plin lib 8 c. 3.*
c Nascentibus masculis zelant. *Eodem modo loquitur Orosius in hist præfat.* Non eos, quos infectãtur, oderunt, sed his, quos amant, zelant.
d Minor autem asellus agro. *Pessimè in editis quibusdã;* onagro. *Sunt enim Palladij verba lib 4. cap. 14. idem Columell lib. 8. c. 1.*
e Caballus. *Respexit ad Virgilium:* At duplex agitur per lumbos spina cauatq Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.
f Voce accensi ad cursum prouocantur. *Verior hæc lectio, quàm quæ apud Solinum est,* Nonnulli etiam accensis facibus ad cursum prouocantur.
g Aliqui etiã proprios. *Solin* Aliqui inuenti sunt, qui non nisi primos dominos recognoscerent, obliti mansuetudinis, si quando mutassent consueta seruitia.
h Interfectis vel morientibus domin. *Nota sunt Homeri, & Virgilij de Achillis, & Pallantis equis carmina.*
i Solent etiam euent. *Plin lib. 8. c. 42.*
k In generos e q. quattuor. *Pallad. lib. 4. c. 13.* in admissario quattuor spectantur: forma, color, meritũ, pulchritudo.
l Venter substrictus. *Vox* venter *nulla erat in libris, sed cum constanter* substrictus, *non* substrictum *in Gothicis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

thicis omnibus legeretur, non dubitauimus quin hæc esset vera scriptura, quam indicauit Chacon ex Columell. lib. 6. c. 29. Palladij verò locum mendosum cum eod. Chacone credimus, & ex Isidoro supplendum.

m Nares patulæ. *Quæ si angusta sint, discindi solent, ne longo cursu incalescentes suffocentur, vt ait Theophil. lib. 4. de homin. fabric.*

n Vngular. soliditate fixa rot. *Pallad.* vngularum solida & fixa rotunditas.

o Motus autem equi in auribus intellig. *Solin. c. 30.* Motus equi in auribus intelligitur, animos leonum frons, & cauda indicat.

p Color hic præcipuè spect. *Ex Pallad. lib. 4. Varro apud Non.* Equi colore dispares, ita nati; hic badius, iste giluus, ille murinus. *Vid. Agell. lib. 2. c. 26. & lib. 3. c. 9. & Alciat lib. 2. parerg c. 1.*

q Ipse est spadix. *è Seru. Georg. 3. quos bayos, & datilados Hispani dicimus.*

r Glaucus est veluti pictos ocul. *Seru.* Glauci felineis oculis, id est, splendore perfusis.

s Nam veteres glaucum alb. *Nam glaucum albo cæruleum diluit. Vnde & Virg.* Populus, & glauca canentia fronde salicta. *Sed idem de glauco paullò aliter lib. 19. c. 28. Est tamen in tribus Gotthicis lacuna:* nam glaucum.--- veteres dicunt.

t Giluus mellinus color. *è Seru.*

v Canus dictus qui ex candido, & nigro. *Tilesius in lib. de coloribus:* Nascitur equus nonnunquàm canus, atque albineus, non idem, qui & candidus, aut albus, sed huius non expers. *hos nostri tordillos dicunt.*

x Petili appellantur. *Festus.* Petilam suram vngulam equi albam dici, ait Scæuola. *In glossario quoque. vbi* Perfilis μακρόσκελης *legitur.* Petilis μικρόσκελης *puto legendũ, citat ex Plauto Non. hunc versum, in* Petilis, *& in* fronte. Nã coloratã frontem habet petilis. *Atq. ipse tenuem & exilem ex sua libidine, vt solet, interpretatur.*

qui frontem albam calidi. *Glossar.* Callidus λευκομετώπος. *Habent tamen plerique libri* calidi. *Sed callidus probabat A. Augustin.*

y Gauranem dicunt. *Retinent eandem vocem Itali, vna littera mutata, nam sauro dicunt.*

z Myrteus est pressus in purpura. *Prebsum quoque in coloribus equorum numerat Palladius, sed quid apud eũ pressus, apud Seru. professus murteum, hoc loco pressus in purpura valeat, nondũ satis constitui. Opinor tamen pressi voce significari dẽsiorẽ (vt ita dixerim) colorẽ, ducta similitudine ab vuis, quæ quo magis pedibus, vel prelo premũtur, minus liquida, & vel ex albis rutila, vel ex rubris subnigra vina reddant.*

a Dosinus. *An quia Varro dossuarios vocat asinos oneribus ferendis aptos? & Gloss.* Dorsuaria. Νωτόφορα. *Hunc colorem marinum dicunt Pallad. & Columella.*

b Quem vulgò buricum *Hieronym. in Eccles. 10.* Dignitate prælati vias publicas mannis terunt, quos vulgo buricos vocant. *& ad Pammachium.* Feruentes buricos mannos. *Paulin. ad Senec.* macro, & viliore asellis burico sedentem. *& Glossar.* Mannis, βαρίχοιτ. *At Porphyrio.* Manni, *ait,* equi dicuntur pusilli, quos vulgò burdos vocant, *& Acro.* Mannus burdo, *Vt minores equos, mannos, hodie exiguos asellos burricos dicimus.*

c Veredos. *Verba sunt Festi, in quo ex Isidoro restituẽda vox,* veredos. *Procop lib. 2. de bello Persic.* ὁ ὑπποις τοῖς δημοσίοις ὀχούμενος, ὃς δὴ βερίδας καλεῖν νενομίκασιν. *Iulian. Antecessor. in epitom. Nouell. Iustiniani, Nouell.* 130. *quod Græcè est,* τῶν δημοσίων ἵππων δρόμον. *veredorum cursum reddidit.*

d Prælijs & onerib. Honoribus *quidam libri.*

e Mulus. μῦλον *pistrinum, &* μύλη *mola. ergò editorũ scripturam retinuimus, nam mendosè Gotthici omnes. Mulus a. a. G. 1. v. h. Græcum enim hoc, vel quod iugo, &c. Nisi Isidorus mulum vocem esse Græcã putauit, molam tantum Latinam. Sed quærendus auctor non inelegantis senarij, quẽ nemo olfecit: Tardas molendo ducat in gyrum molas.*

f Iudæi asserunt quod Ana abnep. *Ex Hieron. q. in Genes. c. 36. id Paphlagonibus tribuit Homerus in. 6.*

g Nam talis fœtus. *Ex eod. lib in c. 30. Gen.*

h Hanc enim fœminarum dicunt esse naturam. *Verba Hieronymi ibid.*

i Burdo ex eq. & as. *Varro 2. de re rust. c. 9.* ex equa & asino fit mulus, contra ex equo, & asina hinnus. *Glossar.* ἡμίονος· ἐξ ἵππης θηλείας καὶ ὄνου. Mulus. Burdo ἡμίονος· ἐξ ἵππης καὶ ὄνου θηλείας.

k Hybridæ ex apris, & porcis. *Plin. lib. 8. c. 53.* Actũ tamen *ad Saty. 7. lib. 1.* tractum *(inquit)* ab aquila, quæ ex aquila, & vulture nascitur, siue à canibus, qui nascuntur ex venatico, & gregario.

l Tityrus. *Seru. eclog. 1.* Iaconum lingua Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire consueuit.

m Musmo. *Ex Gotthicis, & musmones dicuntur ab Strabone lib. 5.* musomones *à ser. Georg. 3. ad v.* vdisq. aries in gurgite vill. *Nonius.* Musimones asini, muli, aut equi breues.

De Bestijs. Cap. II.

BEstiarum [a] vocabulum propriè conuenit leonibus, pardis, tigribus, lupis, & vulpibus, canibúsq. & simijs, ac cæteris, quæ vel ore, vel vnguibus sæuiunt, exceptis serpẽtibus. Bestiæ autem dicti à vi, qua sæuiunt.

b Feræ appellatæ, eo quòd naturali vtãtur libertate, & pro desiderio suo ferantur. Sunt enim liberæ earum voluntates, & huc atq. illuc vagantur, & quo animus duxerit, eò feruntur.

Leonis vocabulum ex Græca origine inflexum est in Latinum. Græcè enim λέων vocatur, & est nomen nothum, quia ex parte corruptum. [c] Leæna verò totum Græcum est, sicut & dracæna. [d] Vt autem leæna leæ dicatur vsurpatum est à poëtis. [e] Leo autem Græcè, Latinè rex interpretatur, eo quòd princeps sit omnium bestiarum. Cuius genus trifarium dicitur. E quibus breues & iuba crispa, imbelles sunt: longi & coma simplici, acres. [f] Animos eorum frons & cauda indicat. Virtus eorum in pectore, firmitas in capite. Septi à venatoribus terram contuentur, quo minus conspectis venabulis terreãtur. Rotarũ timent strepitus, sed ignes magis. Cùm dormierint vigilant oculi: cùm ambulant cauda sua cooperiunt vestigia sua,

sua, ne eos venator inueniat. [g] Cùm genuerint catulum, tribus diebus, & tribus noctibus catulus dormire fertur: tunc deinde patris fremitu vel rugitu veluti tremefactus cubilis locus, susçitare dicitur catulum dormientem. [h] Circa hominem leonum natura est benigna, vt, nisi læsi, nequeant irasci. Patet enim eorum misericordia exemplis assiduis. Prostratis enim parcũt: [i] captiuos obuios repatriare permittunt: hominem non nisi in magna fame interimunt. De quibus Lucretius:- Scymníque leonum, &c.

k Tigris vocata propter volucrem fugam. Ita enim nominant Persæ & Medi sagittã. Est enim bestia varijs distincta maculis, virtute & velocitate mirabilis, ex cuius nomine flumen Tigris appellatur, quòd is rapidissimus sit omnium fluuiorum. Has magis Hyrcania gignit.

Panther dictus, [l] siue quod omnium animalium amicus sit, excepto dracone; siue quia & sui generis societate gaudet, & ad eandem similitudinẽ quicquid accipit reddit. [m] Πᾶν enim Græcè omne dicitur. Bestia [n] minutis orbiculis superpicta, ita vt oculatis exfluuo circulis, nigra vel alba distinguatur varietate. Hæc semel omnino parturit, cuius causſæ ratio manifesta est. Nam cùm in vtero matris coaluere catuli, maturíſque ad nascendum viribus pollent, odiunt temporum moras. Itaque oneratam fœtibus vuam tanquam obstantem partui vnguibus lacerant, effundit illa partum, seu potius dimittit, dolore cogente. Ita postea corruptis & cicatricosis sedibus genitale semen infusum nõ hæret acceptum, sed irritum resilit. [o] Nam Plinius dicit animalia cum acutis vnguibus frequenter parere non posse. Vitiantur enim intrinsecus se mouentibus catulis.

p Pardus, secundus post pantherem est, genus varium & velocissimum, & præceps ad sanguinem. Saltu enim ad mortem ruit.

Leopardus ex adulterio leænæ & pardi nascitur, & tertiam originem efficit, sicut & Plinius in naturali historia dicit, Leonem eũ parda, aut pardum cum leæna concumbere, & ex vtroq. coitu degeneres partus creari, vt mulus, & burdo.

Rhinoceros à Græcis vocatus, Latinè interpretatur in nare cornu. [r] Idem & Monoceros, id est, Vnicornis, eò quòd vnum cornu in media fronte habeat [s] pedum quattuor ita acutũ & validum, vt quicquid impetierit, aut ventilet, aut perforet. Nam & cum elephante sæpe certamen habet, & in ventre vulneratum prosternit. Tantæ autẽ est fortitudinis, vt nulla venantium virtute capiatur: sed, sicut asserunt qui naturas animalium scripserunt, virgo puella proponitur, quæ venienti sinum apperit: in quo ille omni ferocitate deposita caput ponit: sicq. soporatus, velut inermis, capitur.

Elephantem Græci à magnitudine corporis vocatum putant, quòd formam montis, præferat. [t] Græcè enim mons λόφος dicitur. Apud Indos autem à voce barrus vocatur. Vnde & vox eius, barritus dicitur, & dentes, ebur. [v] Rostrum autẽ promuscis dicitur, quo ille pabulum ori admouet, & est [x] angui similis, vallo munitus eburno. [y] Hos boues Lucas dictos ab antiquis Romanis: boues, quia nullum animal grandius videbant: Lucas, quia in Lucania illos primus Pyrrhus in prœlio obiecit Romanis. Nã hoc genus animantis in rebus bellicis aptum est. In eis enim Persæ & Indi, ligneis turribus collocatis, tanquam de muro iaculis dimicant. Intellectu autem, & memoria multa vigent.

z Gregatim incedunt: [a] motu quo valent salutant, murem fugiunt: auersi coëunt, quãdo autem parturiunt, in aquis vel insulis dimittũt fœtus propter dracones, quia inimici sunt, & ab eis implicati necantur. Biennio autẽ portant fœtus, nec amplius quàm semel gignunt, nec plures, sed tantùm vnum.

b Viuunt annos trecentos. Apud solam Africam & Indiã elephanti prius nascebantur: nunc sola eos India gignit.

c Gryphes vocãtur, quòd sit animal pennatum & quadrupes. Hoc genus ferarum in Hyperboreis mõtibus nascitur. Omni parte corporis leones sunt: alis & facie aquilis similes, & equis vehementer infesti. Nam & homines viſos discerpunt.

d Cameleon non habet vnũ colorem, sed diuersa varietate consperſus, vt pardus. Dictus autem ita, (eò quòd cameli similitudinẽ habet & leonis) huius cameleonis corpuscu lum ad colores quos videt facillima conuer sione variatur, quod aliorum animalium nõ est ita ad conuersionem facilis corpulentia. [e] Cameleopardus dictus, quod dum sit vt pardus albis maculis superaspersus, collo equo similis, pedibus bubulis, capite tamen camelo est similis: hunc Æthiopia gignit.

f Lynx dictus, quia in luporum genere numeratur: bestia maculis terga distincta, vt pardus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pardus, sed similis lupo. Vnde & ille λυ'κος, A iste lynx. Huius vrinam conuerti in duritiã pretiosi lapidis dicunt, qui g lyncurius appellatur, quod & ipsos lynces sentire, hoc documento probatur. Nam egestum liquorem arenis, inquantũ potuerint, contegunt inuidia quadam naturæ, ne talis egestio transeat in vsum humanum. h Lynces dicit Plinius secundus extra vnum non admittere.

i Castores, à castrando dicti sunt. Nam testiculi eorũ apti sunt medicaminibus, propter quod, cùm præsenserint venatorẽ, ipsi se castrant & morsibus vires suas amputant. De quibus Cicero in Scauriana, redimũt se ea parte corporis, propter quã maximè expetuntur. Iuuenalis:-- Qui se, Eunuchũ ipse facit, cupiens euadere damno Testiculi. Ipsi B sunt & Fibri, qui etiã Pontici canes vocãtur.

k Vrsus fertur dictus, quòd ore suo formet fœtus, quasi orsus. Nam aiunt eos informes generare partus, & carnem quandam nasci, quam mater lambendo in membra componit. l Vnde est illud: Sic format lingua fœtũ cùm protulit vrsa. Sed hoc immaturitas partus facit, deniq. tricesimo die generat. Vnde euenit, vt præcipitata fœcunditas informes procreet. Vrsorum caput inualidũ: vis maxima in brachijs & in lumbis, vnde interdum erecti insistunt.

Lupus Græca deriuatione in linguã nostram transfertur. Lupos enim illi λι'κους dicunt. m λύκος autem Græcè à morsibus appellatur, quòd rabie rapacitatis quæque inuenerit trucidet. Alij lupos vocatos aiunt, C quasi leopos, quòd quasi leoni, ita sit illi virtus in pedibus, vnde quidquid pede pressérit, non viuit. Rapax autem bestia & cruoris appetens, de n quo rustici aiunt, vocem hominem perdere, si eum prior lupus viderit. Vnde & subitò tacẽti dicitur: Lupus est in fabula. Certè si se præuisum senserit, deponit feritatis audaciã. o Lupi toto anno non amplius quàm dies duodecim coëunt, famem diu portant, & post longa iciunia multum deuorant. p Lupos Æthiopia mittit ceruice D iubatos, & tantum varios, vt nullum colorẽ illis dicant abesse.

Canis nomen Latinum Græcam etymologiam videtur habere. Græcè enim κυ'ων dicitur: licet eum q quidam à canore latratus appellatum æstiment, eò quòd insonet, vnde & canere. Nihil autem sagacius canibus, plus enim sensus cæteris animalibus habent. Namque r soli sua nomina recognoscunt, dominos suos diligunt: dominorum tecta defendunt: pro dominis suis se morti obijciunt: voluntariè cum domino suo ad prædam currunt: corpus domini sui etiam mortuum non relinquunt. Quorum postremò natura est, extra homines esse nõ posse. In canibus duo sunt (spectãda) aut fortitudo, aut velocitas.

f Catuli abusiuè dicuntur quarumlibet bestiarum filij: nam catuli propriè canum sunt, per diminutionem dicti.

t Lyciscí autem dicuntur, vt ait Plinius, canes nati ex lupis & canibus, cùm inter se fortè miscentur. v Solent & Indæ fœminæ canes noctu in syluis alligatæ admitti ad bestias tigres, à quibus insiliri & nasci ex eodẽ fœtu canes adeò acerrimos & fortes, vt in complexu leones prosternant.

x Vulpes dicta, quasi volupes. Est enim volubilis pedibus, & y nunquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currit, fraudulentum animal, insidiísque decipiens. Nam, dum non habuerit escam, fingit mortẽ, sicq. descendentes quasi ad cadauer aues rapit & deuorat.

z Simiæ Græcum est nomen, id est, pressis naribus. Vnde & Simias dicimus, quòd suppressis naribus sint, & facie fœda, a rugis turpiter follicantibus, licet & capellarũ sit pressum habere nasum. Alij simias Latino arbitrãtur sermone vocatas, b eò quòd multa in eis similitudo rationis humanæ sentitur, sed falsum est. Hæ elementorum sagaces c noua luna exultant, media & caua tristantur. Fœtus, quos amant, ante se gestant, neglecti circa matrem hærent. Harum genera quinque sunt, ex quibus cercopitheci caudas habẽt. Simia enim cum cauda est, d quam quidam σ῎ραν vocant.

e Sphinges, villosæ sunt comis, mãmis prominentibus, dociles ad feritatis obliuionẽ.

Cynocephali, & ipsi similes simijs, sed facie ad modum canis, vnde & nuncupati.

Satyri, facie admodum grata & gesticulatis motibus inquieti.

Callitriches, toto penè aspectu à cæteris distant: sunt enim in facie producta barba, & lata cauda.

Leontophonos, bestia modica, & ex eo ita vocata, quia capta exuritur: eiúsque cinere asperæ carnes, & positæ per compita semitarũ leones necant, si quantulunc ũque ex illis sumpserint.

f Histrix, animal in Africa crinacij simile, vocatum

vocatum à stridore spinarum, quas tergo laxatas emittit, vt canes vulneret insequẽtes. A

g Enhydros bestiola ex eo nũcupata, quòd in aquis versetur, & maximè in Nilo. Quæ si inuenerit dormientem crocodilum, volutat se in lutum primùm, & intrat per os eius in ventrem, & carpens omnia interanea eius, h exit viua de visceribus crocodili, ipso mortuo.

i Ichneumõ Græcè vocatus, eò quòd odore suo & salubria ciborum & venenosa prodantur. k De quo Dracontius ait: Prædicit Suillus vim cuiuscumque veneni. Suillus autem à setis est nuncupatus. Hic etiã serpentes insequitur, qui cùm l aduersus aspidem B pugnat, caudam erigit, quam aspis maximè incipit obseruare, quasi minantem, ad quam cùm vim suã transfert, decepta corripitur.

Musio appellatus, quòd muribus infestus sit. Hunc vulgus cattum à captura vocant.

m Alij dicunt quòd cattat, i. videt. Nã tanto acutè cernit, vt fulgore luminis noctis tenebras superet. n Vnde & à Græco venit catus. i. ingeniosus, ἀπὸ τῦ κάειν θαι.

o Furo à furuo dictus, vnde & fur. Tenebrosos enim & occultos cuniculos effodit, & eijcit prædam, quam inuenerit.

p Melo, quòd sit rotũn dissimo mẽbro, vel quòd fauos petat, & assiduè mella captet.

a Cap. II. Bestiar.-- serpentib. *Ex Aug. 3. de Gen. ad lit. c. 11.*

b feræ appellatæ *è Ser. ad v.* pinguisq. ferinæ *Æn. 1.*

c leæna. *Ex eod. ad v.* catulor. oblita leæna *Geor. 3.*

d vt autem leæna dicatur. *Ex eod. Æn. 12. Lucretius.* Irritata leæ iaciebant corpora saltu.

e Leo autem Græcè, Latinè rex. *De hoc loco An. Augustinus in veteri (inquit) libro Græco post Orionis etymologicon est:* Λέων, διὰ τὸ λειόψυχον, ἤγουν νωθῆ. animos eorum frons, & cauda. *Solin. c. 30.*

g Cũ genuerint. *Verba sunt Origenis homil. 17. in Gen.*

h Circa hominem leonum naturam. *Seru. ad v.* Tũ demum mouet arma leo. *Æn 12.* Hæc enim leonũ natura est, vt nisi lacessiti, irasci nequeant.

i Captiuos obuios repatriare. *Solin.* cum multi captiuor. aliquot leonibus obuijs, intacti repatriauerint.

k Tigris. *Ex Plin. lib. 8. cap. 18. & Solin. Etiam apud Armenios tigrim sagittam significare ait Varro.*

l Sine quod omnium animalium amicus. *Huic etymo fauent. quæ Plin. lib. 8. c. 17. & Ælian. 6. de hist. animal. referunt. Vulgò panthera, quod tota fera sit, dicta putatur.*

m πάνυ n. omne dicitur. *Aut aliquid deest (quod visum est A. Aug.) aut hoc potius superflaum inepti alicuius, qui id solum nosset, interpretis glossema.*

n Minutis orbiculis. *Solin. c. 21.* minutis orbiculis superpictæ, ita vt oculatis ex fuluo circulis, vel cẽrula, vel alba distinguatur tergi supellex.

o Nam Plin. dicit. *è Seru. Geor. 2. ad v.* Sæua leonum Semina. *Locus vero Plin. lib. 8. c. 16.*

p Pardus secundum post pantheram. *è Solin. ibid.*

q Vt mulus & burdo. *Extrib. codicib. A. Aug.*

r Idem & Monoceron. *Ex Greg. lib. 31. Moral. c. 10. al. 13. Plinius alium à Monocerote Rhinocerotem esse vult. lib. 8. c. 20. & 21. hunc Romæ sæpè visum, illum negat viuum posse capi. Idem refert Solinus.* viuus, *inquit*, non venit in hominũ potestatem, *& in Balearico codice. additur hoc loco* Fertur tantam habere ferocitatem, vt captus statim moriatur.

s pedum quattuor. *Sic etiam Solin. sed Plin.* cubitorum duor. *cubiti vnius Ctesias in Indicis apud Photium: sesquiunbitis Aelian. lib. 4. c. 52. de asinis Indicis. Est etiam in eius cornu coloris magna varietas apud eosdem. Videtur autem Plinius eundem monocerotem existimasse cum asino Indico. negat enim lib. 11. c. 46. aliud esse animal vnicorne præter asinum Indicum, & Orygem. Sumpsitq. id ex Arist lib. 2. c. 1. de hist. animal. De certamine Rhinocerotis cum elephante, Vid. Plin. Solin. Aelian. Diodor. Strab. Agatharchid. in lib. de mari rubro.*

t Græcis n. mons λόφος. *In Gothicis* elepho *nulla sententia, vt ferè in Græcis vocib. accidit. A. Aug. secuti summus coniecturam non admodum dubiam. Alias ex alijs originibus, aut notationes elephantis afferre nihil attinet.*

v Rostrum autẽ Promuscis. *Ex Ambros. 9. Hex. c. 5.*

x & est angui similis. *Lucretius-- anguimanos elefantos India quorum Millib. è multis vallo munitur eburno.*

y Hos boues Lucas. *Varr. lib. 6. & Plin. 8. c. 6. Lucret. lib. 5.* Inde boues Lucas turrito corpore tetros-- Anguimanos belli docuerũt volnera Pœni-- Sufferre, &c.

z Gregatim incedunt. *Ex Plin. 8. c. 5. Solin.* Oberrãt agminatim.

a Motu quo valent salutant. *Solin.* Solis exortus motib. quibus possunt salutant.

b Viuunt ann. ccc. *Est in Græco etymologic. ea de re hemistichium.*

c Gryphs vocatur quod sit. *Non etymon reddit, vt neque Seruius è quo sunt hæc in eclog. 8.*

d Cameleon-- dictus autem. *Post hæc verba lacuna est in Gothicis.*

e Camelopardus. *Camelopardalis dicitur à Plinio, & Solin. Vid. Varr. lib. 4.*

f Lynx dictus. *Gothl. lyncis, vt sup. lib. 11. calcis pro calx.*

g Αυσ῎ριον. *Dioscorid. Plin. Solin. Aelianus.*

h Lynces dicit Plin. *è Seru. ad v.* Degere more feræ, *Æn. 4.*

i Castores à castrand. *è Seru. ad v.* viro saque Ponti, Castorea. *Georg. 1.*

k Vrsus q orsus. *Varro,* Vrsi Lucana origo.

l Vnde est illud, sic format ling. *Carmen Dracontij de quo paullò post.*

m Lycos Græcè. *Est n.* λύσσα *rabies, &* λυσᾶν *rabie furere. Vetus Orionis liber:* λύκος διὰ τὸ κακῶς λιὰν λύειν τὴν ποίμνην.

n De quo rustici. *Idem sup. lib. 1. c. 36. Vid. Plin. 8. c. 22 Solin. in. c. de Ital. Ambros. 6. Hexaem c. 4.*

o Lupi- dieb. XII. coëunt. *è Solin. c. 8. aut Plin. lib. 8. c. 22. Arist. non coire, sed parere omnes dieb. anni duodecim refert, quod ipse fabulosum putat lib. 6. c. 35. de hist. animal. Duodecim dies parturire Aelianus ait lib. 4. cap. 4. de animalibus, his verbis* ᾗ ῥᾳδίως οἱ λύκοι τὴν ὠδῖνα ἀπολύουσιν, ἀλλὰ ἐν ἡμέραις δώδεκα, οὐ νυξὶ τοσαύταις ἐπὶ τοσούτῳ

Universidad de Deusto
Biblioteca

τοσάτῳ χρόνῳ τὴν λητῶ εἰς Δῆλον ἐξ Υπερβορέων ἐλθεῖν Δήλιοι φασιν. Theodori Gazæ interpretatio confirmatur verbis Antigoni mirabilium narrationum cap 61. φησὶν γὰρ αὐτὸς ἅπαντας ἐν ιϐ τῶ ἐνιαυτῶ τίκτειν. Sed est, qui putet XII dies tantùm in vtero ferre, cui opinioni occasionem præbuit vetus quædã Aristotelis κατὰ πόδα interpretatio. Lege Pier. Valerian. lib. 11. hieroglyph. in lupo, & properantia.

P lupos Æthiop. *Sol. c, de Æthiop.* - Æthiopia mittit Lycaonẽ, lupus est cervice iubatus, & tot modis varius, vt nullum illi colorem dicant abesse.

q quidam à canore latratus. *Varro lib. 4.* Catulus à sagaci sensu, & acuto. Hinc canis, nisi quod tuba, & cornu signum cùm dant, canel dicitur, quod hic item & nocticulus in custodia, & venandi signum voce dat, canis dictus. *Vbi pro* nocticulus, neicta-culus *quidam legunt.*

r Soli nomina sua recognosc. *Ex Plin. & Solin.*

s Catuli abusiuè. *è Seru. Georg. 3.*

t Lycisci. *è Seru. eclog. 3.*

v Solent & Indi. *Ex. Plin. 8. c. 4. & Solin.*

x Vulpes dicta. *Varro.* Volpes, vt Ælius dicebat, quod volat pedib.

y & nunquã rectis itinerib. *Ex Gregor. 19. Moral. c. 1.*

z Simiæ. *è Seru. eclog. 10.*

a rugis turpiter follicantib. *Vsus est eadẽ voce Apulei. lib. 9.* quales illi muli senis, vel cantherij debiles circa præsepium capita demersi, contruncabant moles palearum cervice cariosa vulnerum putredine follicantes nares languidulas. *& Hieron. in ep. ad Eustoch. de custod. virgin.* Si pes laxa pelle non folleat, *& paullò post*, laxæ manicæ, caligæ follicantes.

b quod multa in eis similitud. *Enn.* Simia quã similis turpissima bestia nobis.

c Noua luna *è Solin. vid. Arist. & Plin.*

d quam quidam g῀αν. *Chaconis coniectura, vt ad caudam non ad similam referatur. Ad lectiones Vulcanij addas licet ex nostris alias non minus ineptas Cluram, cram, diuram, cuuram.*

e Sphinges, Callitriches-- leontophonos. *Ex solin.*

f Histrix animal in Africa. *Ita Plin. 8. c. 35. at solin. in Æthiopia. c. 33.*

g Enhydros. *solin. Plin. Amm. Marcellin. lib. 22. hist. Diodor. sicul & Plutarch. in lib. Vtrum terrestria aquatilib. prudentiora.*

h exit viua de viscerib. crocodili, ipso mortuo. *Pro his verbis in veterib. libris sola hæc leguntur*, & sic moritur. *Vid. Plin. & solin.*

i Ichneumon, quod odore. ἰχνευτὴν, *hoc est, vestigatorem, siue indagatorem interpretantur Herodot. Nicander & Hesychius.*

k De quo Dracontius prædicit. *Al.* prædicit. *Dracõtius opus sex dierũ carmine, composuit. Athanagildo regnãte, quod poëma Eugenius III. Tolet. antistes sub Cindasuintho, & Reccensuintho, & emendauit, & septimi diei versibus auxit. hunc librũ Gotthicis characterib. scriptum bibliotheca Martini Roderici Azagræ nunc seruat.*

l aduersus aspidem pugnat. *Plin. 8. c. 24.*

m Alij dicunt quod catat, id est, acutè videt. *Varro lib 6.* cata, acuta hoc n. verbo Sabini dicunt. quare Catus Ælius Sextus non, vt aiunt, sapiens, sed acutus, simul cata dicta, accipienda, acutè dicta.

n Vnde & à Græcis venit catus. *è seru. ad v.* instãt ardentes Tyrij, Æni.

o Furo à furuo. *Hodie à nobis huron. idem cum Plinij (vt opinor) viuerra.*

p Melo. *Quem Georg. Agricola in l.b. de subterran. animalibus, & (nisi fallor Plin. lib. 8. c. 58.) melem appellant. Siue, vt scriptum est in Varrone edito à P. Victorio melem. Georg. Alexand. in prisc. vocum enarratione, quæ in libris veterum de re rustica sunt:* Meles (inquit) animal auib. inimicum, puto esse id, quod vulgus founum, & maturelum appellant, alij taxum dicunt.

De minutis animantibus. Cap. III.

MVS pusillum animal, Græcum illi nomẽ est,[a] quicquid verò ex eo trahitur Latinum fit. Alij dicunt mures, quòd ex humore terræ nascuntur.[b] Nam mus terra, vnde & humus.[c] His in plenilunio iecur crescit, sicut quædam maritima augentur, quæ rursus minuente luna deficiunt.

Sorex, Latinum est, eò quod rodat & in modum serræ præcidat.[d] Antiqui autem soricen sauricen dicebant, sicut & clodũ claudum.

e Mustella dicta, quasi mus longus: nam telum à longitudine dictum. Hæc ingenio subdola, in domibus, vbi nutrit catulos suos, transfert mutátque sedem. Serpentes etiã & mures persequitur: duo autem sunt genera mustellarum. Alterum enim sylvestre est distans magnitudine, quod Græci ἰκτῖδας vocant: [f] alterum in domibus oberrãs. Falso autem opinantur, qui dicunt mustelam g ore concipere, aure effundere partũ.

h Musaraneus --------

i Aranea -----

Est in Sardinia animal perexiguum, araneę forma, quæ Solifuga dicitur, quòd diem fugiat. In metallis argentarijs plurima est, occulto reptans, & per imprudentiam super sedentibus pestem facit.

k Talpa dicta, quòd sit damnata cæcitate perpetua & tenebris. Est etenim absq. oculis, semper terram fodit, & humum egerit, atq. radices subter frugibus comedit, quam Græci ἀσΦάλακα vocant.

l Glires dicti sunt, quia pingues eos efficit somnus. Nam gliscere dicimus crescere. Hyeme enim tota dormiunt & immobiles quasi mortui iacent, tempore æstiuo[m] reuiuiscunt.

n Heritius animal spinis coopertũ, quod exinde dicitur nominatum, eò quòd subtergit se quando spinis suis clauditur, quibus vndiq. protectus est contra insidias. Nã statim, vt aliquid presenserit, primũ se subrigit, atque

atque in globum conuersus, in sua se arma recolligit. Huius prudentia quædam est. Nam dum absciderit vuam de vite, supinus sese volutat super eã, & sic eam exhibet natis suis.

Grillus nomen à sono vocis habet. [o] Hic retrò ambulat, terram terebrat, stridet noctibus: venatur eum formica circumligata capillo in cauernam eius coniecta, afflato prius puluere, ne se abscondat, ita formicæ complexibus trahitur.

P Formica dicta, eò quòd ferat micas farris, cuius sollertia multa. Prouidet enim in futurum, & præparat æstate, quod hyeme comedat. In messe autem eligit triticum: hordeũ non tangit. [q] Dum pluit ei super frumentum, totum eijcit. [r] Dicuntur in Æthiopia esse formicæ ad canis formam, quæ arenas aureas pedibus eruũt, quas custodiunt ne quis auferat, captantésque ad necẽ persequuntur.

[s] Formicoleon, ob hoc vocatus, quia est vel formicarum leo, vel certè formica pariter & leo. Est enim animal paruum formicis satis infestum, quod se in puluere abscõdit, & formicas frumenta portantes interficit. Proinde autem leo & formica vocatur, quia alijs animalibus vt formica est, formicis autem vt leo est.

n Cap. III. quidquid vero ex eo trahitur. *Voces quæ à mure ducuntur.*

b Nam mus terra. *Idem repetit lib. 20. c. 3.*

c his in plenilunio. *Cic. in lib. de diuinat.* musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri. *Item Plin. lib. 11. c. 37.* Murium iecusculis fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur.

d Antiqui Soricem. *è Seru. Georg. 2. & 3.*

e Mustella dicta. *è Seru. in illud* -at non hoc telum *Æn. 9. Vide Fest. in* -Arma- *&* -Tela. *& Cat. c. 233. de verb. signifi.*

f alterum in domib. oberrans. *Quam Graci ἀπλῶς γαλὴν, illam ἀγρίαν γαλὴν dicunt.*

g Ore concipere, aure effund. *Contra duo CC. Tarrac.* aure concipere, ore effundere, *quod magis probabat A. August.*

h Musaraneus. *Duæ hîc lacunæ in Gotthicis, vno Ouetẽsi excepto, in quo: Musaraneus cuius m. a. p. in alijs vel interimitur, vel moritur: vt suspecta prorsus mihi sit interpretatio μυογάλη dicitur à Dioscoride. Glossar.* μυογάλη musaraneus. *Salm.* C Musaraneus, vel musaranea.

i Est in Sardin. *è Solin. 10.*

k Talpa-- quam Greci. *Ex Hier. in Is. c. 2. Glossar.* Talpa. ἀσφάλαξ. *Gotthici* ἀσφάλακα *(non* ἀσπάλακα, *vt Hieronymus) habent.*

l Glires crescere. *Verba Seru. Æn. 12. in princip.*

m reuiuiscunt. *Post hæc verba adscriptum est in Balearico de quo quidã. Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.*

n Heritius. *Ex Ambros. Hexaem. 6.*

o Hic retro ambulat. *Plin. verb. lib. 19. c. vlt.*

P formica dicta. *è Seru. Æn. 4* Sanè *(inquit)* formica dicta est ab eo, quòd ore ferat micas. *Vox* Farris, *nihil ad etymon sed hallucinatus est Isidorus, qui commentaria Seruij sine versib. Poëtæ habuerit. vide Seru.*

q Dum pluit ei. *Al.* dum pluit super eius frumentum- totum eijcit, *hoc est, exponit soli.*

r Dicuntur in Æthiopia. *ex sol. c. 43.*

s Formicoleon. *è Greg. 5. Moral. c. 16. nisi quod apud eum myrmicoleon.*

De Serpentibus. Cap. IV.

ANguis vocabulum omnium serpentiũ genus, quod plicari & contorqueri potest. Et inde anguis, quòd angulosus sit, & nunquam rectus. Angues autem apud gentiles [a] prò Genijs locorum erant habiti semper, vnde & Persius: Pinge duos angues, puer, sacer est locus.

Coluber, ab eo dictus, quòd colat vmbras, [b] vel quòd in lubricos tractus flexibus sinuosis labatur. Nam lubricum dicitur quidquid labitur dum tenetur, vt piscis & serpens.

Serpens autem nomen accepit, quia occultis accessibus serpit: nõ enim apertis passibus, sed squammarũ minutissimis nisibus repit. Illa autem quæ quattuor pedibus nituntur, sicut lacerti & stelliones, non serpẽtes, sed reptilia nominantur. Serpentes autem reptilia sunt, quia ventre & pectore reptant. Quorum tot [c] venena, quot genera: tot pernicies, quot species: tot dolores, quot colores habentur.

Draco maior cunctorum serpentium, siue omnium animantium super terrã. Hunc Græci δράκοντα vocant. Vnde & deriuatũ est in Latinum vt diceretur Draco, [d] quisæpe à speluncis abstractus fertur in aërem, concitatúrque propter eum aër. Est autem cristatus, ore paruo, & arctis fistulis per quas trahit spiritum [e] & linguam exerit. Vim autem non in dentibus, sed in cauda habet, & verbere potius quàm rictu nocet. Innoxius autem est à venenis: sed ideò huic ad mortem faciendã venena non esse necessaria, quia si quem ligauerit, occidit. [f] A quo nec elephas tutus est sui corporis magnitudine. Nam circa semitas delitescens, per quas elephanti solito gradiuntur, crura eorum nodis illigat, ac suffocatos perimit. Gignitur autem in Æthiopia & India in ipso incendio iugis æstus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

g Basiliscus Græcè, Latinè interpretatur Regulus, eò quòd rex serpẽtium sit, adeò vt eum videntes fugiant, quia olfactu suo eos necat, nam & hominem, vel si aspiciat, interimit. Siquidem ad eius aspectum nulla auis volans illæsa transit, sed quamuis procul sit, eius ore combusta deuoratur. A mustelis tamen vincitur, quas illic homines inferunt cauernis, in quibus delitescit. Itaque, ea visa, fugit, quem illa persequitur & occidit. Nihil enim parens ille rerum sine remedio constituit. Est autem longitudine semipedalis, albis maculis lineatus.

h Reguli autem, sicut scorpiones, arentia quæque sectantur, & postquam ad aquas venerint, ὑδροφόβους & lymphaticos faciunt.

i Sibilus idẽ est, qui & Regulus. Sibilo enim occidit, antequam mordeat vel exurat.

k Vipera dicta, quòd vipariat. Nam cùm venter eius ad partum [l] ingemuerit, catuli non expectantes naturæ maturam solutionem, corrosis eius lateribus vi erumpunt cũ matris interitu. Lucanus, Viperei coëunt abrupto corpore nodi. [m] Fertur autẽ quòd masculus ore inserto viperæ semen expuat. Illa autem ex voluptate libidinis in rabiem versa, caput maris ore receptum præcidat: ita fit vt parens vterque pereat, masculus dum coit, fœmina dum parturit. Ex vipera autem pastilli fiunt, qui Θηριακοὶ vocantur à Græcis.

Aspis vocata, quòd morsu venena immittat & spargat: ἰὸς enim Græci venenum dicunt & inde aspis, quòd morsu venenato interimat. Huius diuersa genera & species, & dispares effectus ad nocendum: [n] fertur autem aspis, cùm cœperit pati incantatorẽ, qui eam quibusdã carminibus proprijs euocat, vt eam de cauerna educat: illa cùm exire noluerit, vnam aurem ad terram premit, alteram cauda obturat & operit: atque ita voces illas magicas non audiens, non exit ad incantantem.

o Dipsas, genus aspidis, quæ Latinè Situla dicitur, quia, quem momorderit, siti perit.

p Hypnalis, genus aspidis, dicta, quòd somno necat: hanc sibi Cleopatra apposuit, & ita morte quasi somno soluta est.

q Hæmorrhois, aspis nuncupatur, quòd sanguinem sudet, qui ab eo morsus fuerit: ita vt dissolutis venis, quidquid vitæ est per sanguinẽ euocet. Græcè enim sanguis αἷμα dicitur.

Præster, aspis semper ore patenti & vaporante currit. Cuius Poëta sic meminit: Orãque distendens auidus fumantia præster. Hic quem percusserit, distenditur, enormíque corpulẽtia necatur, [r] extuberatũ enim putredo sequitur.

s Seps, tabificus aspis, qui dum momorderit hominem, statim eum consumit: ita vt liquefiat totus in ore serpentis.

t Ceraستes serpens dictus, eò quòd in capite cornua habeat similia arietum. κέρατα enim Græci cornua vocant: sunt autem illi quadrigemina cornicula, quorum ostentatione, veluti esca illice, sollicitata animalia perimit. Totum enim corpus arenis tegit, nec vllum indicium sui præbet, nisi ex ea parte qua inuitatas aues vel animalia capit. Est autem flexuosus plus quàm alij serpentes, ita vt spinan non habere videatur.

v Scytale serpens vocatus, eò quòd tanta præfulget tergi varietate, vt notarum gratia aspicientes retardet: & quia reptando pigrior est, quos assequi non valet, miraculo sui stupentes capit. Tanti autẽ feruoris est, vt etiam hyemis tempore exuuias corporis feruentis exponat. De quo Lucanus: Et Scytale sparsis etiam nunc sola pruinis Exuuias positura suas.

Amphisbæna dicta, eò quòd duo capita habeat: vnum in loco suo, alterum in cauda, currens ex vtroque capite, tractu corporis circulato. Hæc sola serpentium frigori se cõmittit, prima omnium procedens. De qua idem Lucanus, [x] Et grauis in geminum vergẽs caput Amphisbæna. Cuius oculi lucẽt, veluti lucernæ.

y Enhydris, coluber in aqua viuens. Græci enim ὕδωρ aquam vocant.

z Hydros, aquatilis serpens, à quo icti obturgescunt, cuius quidam morbum Boam dicunt, [a] eo quòd fimo bouis remedietur.

Hydra, draco multorum capitum, qualis fuit in [b] Lerna palude prouinciæ Arcadiæ, hæc Latinè Excetra dicitur, quòd vno cæso tria capita excrescebant, sed hoc fabulosum est. Nam constat Hydram locũ fuisse euomentem aquas vastantes vicinam ciuitatẽ, in quo, vno meatu clauso, multi erumpebãt. Quod Hercules videns, loca ipsa exusit, & sic aquæ clausit meatus. Nã Hydra ab aqua dicta est.

c Chelydros serpẽs, qui & cherydros dicitur, quia & in aquis & in terris moratur. Nã χέρσον dicunt Græci terram, ὕδωρ aquam: hic per quam labitur terram fumare facit, quem sic Macer describit: — Seu terga expirant spumantia virus: Seu terræ fumãt, qua teter labitur anguis. Et Lucanus: — Tractíq. via fumante chelydri.

e Natrix, serpens aquam veneno inficiẽs. In quocumque enim fonte fuerit, eum veneno immiscet, de quo Lucanus, Et Natrix violator aquæ.

d Cenchris, serpens inflexuosus, qui semper iter rectum efficit. De quo Lucanus: Et semper recto lapsurus limite Cenchris. Semper enim directus ambulat. Nam si se torserit, dum currit, statim crepat.

e Parias, serpens, qui semper in cauda ambulat, & sulcum facere videtur. De quo idẽ Lucanus: Et contentus iter cauda sulcare parias.

f Boas, anguis Italiæ immensa mole: persequitur greges armentorum & bubulos: & plurimo lacte irriguis vberibus se innectit, & sugens interimit, atque inde à boum depopulatione Boas nomen accepit.

g Iaculus serpens volans de quo Lucanus: Iaculíque volucres. Exiliunt enim in arboribus, & dum aliquod animal obuium fuerit, iactant se super illud & perimunt: vnde & Iaculi dicti sunt. In Arabia autem serpentes sunt cum alis, quæ [h] Sirenæ vocantur, quæ plus currunt ab equis, sed etiam & volare dicuntur, quorum tantum virus est, vt morsum ante mors insequatur, quàm dolor.

i Ammodytes dicta, quòd colorem arenæ habeat. De qua poëta: Quam paruis pictus maculis Thebanus Ophites Concolor exustis atque indiscretus arenis, Ammodytes.

k Seps, exigua serpens, quæ non solùm corpus, sed & ossa veneno consumit. Cuius Poëta sic meminit: Ossáq. dissoluens cum corpore tabificus Seps.

Dipsas, serpens tantæ exiguitatis fertur, vt cùm calcatur non videatur. Cuius venenum ante extinguit, quàm sentiatur, vt facies præuenta morte, nec tristitiam induat morituri. De quo Poëta: Signiferum iuuenẽ Tyrrheni sanguinis Aulũ Torta caput retrò Dipsas calcata momordit. Vix doloraut sensus dentis fuit.

l Solpunga, serpens est, quæ non videtur.

m Cæcula dicta, eò quòd parua sit, & non habeat oculos.

Centupeda, à multitudine pedum dicta.

Lacertus, reptilis genus est, vocatus ita, quòd brachia habeat. Genera lacertorum plura, vt botrax, salamandra, saura, stellio.

Botrax dicta, quòd ranæ habeat faciem: nam Græci ranam βότραχον vocant.

n Salamandra vocata, quòd contra incendia valeat, cuius inter omnia venenata vis maxima est. Cætera enim singulos feriunt: hæc plurimos pariter interimit: nam si arbori irrepserit, omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint, occidit, quinetiam, si vel in puteum cadat, vis veneni eius potantes interficit. Ista contra incẽdia repugnãs, ignes sola animaliũ extinguit. Viuit enim in medijs flammis sine dolore & consumptione, & non solùm quia non vritur, sed extinguit incendium.

Saura, lacertus, qui quando senescit, cæcantur oculi eius, & intrat in foramen parietis aspicientis contra Orientem, & orto sole intendit, & illuminatur.

Stellio, de colore inditum nomen habet. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modũ stellarũ. De quo Ouidius: — Aptúmque colori Nomẽ habet, varijs stellatus corpora guttis. Hic [o] autem scorpionibus adeò contrarius traditur, vt viso eo pauorem ijs afferat & torporem. [p] Sunt & alia serpentiũ genera, vt Ammodytæ, Elephãtiæ, Chamædracontes. Postremò quantus nominum, tantus mortium numerus. Omnes autem serpentes natura sua frigidæ sunt, nec percutiunt, nisi quando calescunt: nam quando sunt frigidæ, nullum tangunt. Vnde & venena eorum plus die, quàm nocte nocẽt. Torpent enim noctis algore, & meritò, quia frigidi sunt nocturno rore. In se enim adducunt vaporem gelidæ pestes & natura frigidæ. Vnde & hyeme in nodos torpẽt, æstate soluuntur. Inde est, quod dum quicumque serpentiũ veneno percutitur, primùm obstupescit: & posteà vbi in illo calefactum ipsum virus exarserit, statim & hominem extinguit. [q] Venenum autem dictum, eò quòd per venas vadit. Infusa enim pestis eius per venas vegetatione corporis aucta discurrit, & [r] animam exigit. Vnde non potest venenum nocere, nisi hominis tetigerit sanguinem. Lucanus: Noxia serpentum est admixto sanguine pestis. Omne autem venenum frigidum est, & ideò anima, quæ ignea est, fugit venenum frigidum. In naturalibus bonis, quæ nobis & irrationabilibus animantibus videmus esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

communia, viuacitate quadam sensus serpens excellit. Vnde & legitur in Genesi: Serpens autem erat sapientior omnibus pecoribus terræ. Dicit [f] autē Plinius(si creditur) quod serpentis caput etiam si cū duobus euaserit digitis,nihilominus viuit.[r] Vnde & totum corpus obijcit pro capite feriētibus.

[v] Anguibus vniuersis hebes visus est.Rarò in aduersum contuētur,nec frustra, cùm oculos non in fronte habeant, sed in temporibus,adeò vt citius audiant, quàm aspiciant.[x] Nullum autem animal in tanta celeritate linguam mouet,vt serpens:adeò vt triplicem linguam habere videatur, cùm vna sit. Serpentiū [y] vda sunt corpora, adeò vt, quacumque eunt, viam humore designent. Vestigia serpentium talia sunt, vt cum pedibus carere videantur, costis tamē & squammarum nisibus repant,quas à summo gutture vsque ad imam aluum parili modo dispositas habent. Squammis enim quasi vnguibus,costis quasi cruribus innitū tur. Vnde si in qualibet corporis parte ab aluo vsque ad caput ictu caput aliquo collidatur, debilis reddita cursum habere non possit: quia vbicumque ictus ille inciderit, spinam soluit,per quam costarum pedes & motus corporis agebantur. Serpentes autē diu viuere dicuntur,adeò vt depositā veterē tunica,senectutem deponere, atq. in iuuentam redire perhibeantur.

Tunicæ, serpentum exuuiæ nuncupantur,eo quòd ijs quādo senescunt sese exuūt, quibus exuti in iuuentam redeunt. Dicuntur autem exuuiæ & induuiæ, quia exuuntur & induuntur.[z] Pythagoras dicit de medulla hominis mortui, quæ in spina est, serpentem creari,quod etiam Ouidius in Metamorphos. libris cōmemorat,dicens:Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulcro, Mutari credant humanas angue medullas.Quod si creditur,merito euenit,vt si cut per serpentem mors hominis,ita per hominis mortem serpens. [a] Fertur autē quod serpens hominem nudum non sit ausus cōtingere.

a Cap.IV.pro Genijs locorum.*è Seru. Æn.5.*
b vel quod in lubricos t. *f.Ex Lact.c.8.de opif.*
* tot venena, quot genera. *Verba Tertull.in lib. aduersſ. Gnostic,nisi quod illic,*ingenia *hic* genera.
d qui sæpè ab speluncis.*Ex Aug.in Ps.148.*
e ore paru-- & linguam exerit.*Vide Solin c.33. de Æthiop.Dictus autem draco ἀπὸ τῦ δέρκεσθαι,id est,videndo.*

*Cernit n.acutissimè Macrob.1.Satu.& Fest.in*Dracones.
f nec elephas tutus est.*Lucan.lib.1x.*Nec tutus spatio est elephas *Sunt.n. dracones queq.ipsi ingentes. Diodor. lib.4.tradunt quidam in desertis,ac feris locis,*Serpētes, *qui cum Elephantis propter aquas pugnant,magnitudine,ma meroq. admirabiles esse,&c. & Plin 8.c.11.*
g Basiliscus.*Ex Hierony. in Isc.14.& ep.83.ad Ocean. quædam tamen ex Plin.8.& Solin.*
h Reguli--hydrophobos faciūt. *Verba sunt Hieronymi ep.cit.ad Ocean.*
i Sibilus idem qui & Regul.*Idem esse animal Sibilū, Regulum,& Basiliscum suspicor.De Regulo apertè in Glossario,* βασιλισκὸς ὁ ὄφις Regulus -- *& posteà* βασιλισκος Regulus. *De Sibilo Basiliſci Plinius, Solinus, & Lucanus.*
k Vipera.*è Serv.* -- aut mala tactu vipera delituit. *Georg.3.idem Greg.15.Moral c.9. Sed quàm commodè citetur à Seruio Lucani carmen,Isidorus non examinauit.Dicta est tamen vipera,quasi viuipara,quod non oua,sed animal viuum pariat.Vide Arist.lib.1.de hist.an.*
l ingemuerit.*Ita habent Gotthici,non intumuerit.*
m Fertur autem quod masculus. *Herodot. Nicand. Plin.*
n fertur autem aspis.*Ex Aug in Ps.57.*
o Dipsas quæ Latine Situla.*Siticula malim. Glossar.* Siticula *δίψας. de dipsade Solin. c.30.& Ælian. lib.6. cap.50.*
p Hypnalis.*Vide Solin.*
q Hæmorrhois.*Lucan. lib.9.*Impressit dentib. Hemorhois aspera Tullo Magnanimo inueni miratoriq.Catonis,Vtq.solet pariter totis se effundere signis Corycij pressura croci, sic omnia membra Emisere simul rutilum prosanguine virus.*Vide Solin.& Dioscor.*
r extuberatum.*è Solin.30.ex quo loco (quoniam nequeipse est integer)nihil hic mutamus.*
s Seps tabificus.*Respexit ad Lucani carmen lib.9.*Olsaque dissoluens cum corpore tabificus seps. *Vide Nicand.Schol.& Dioscorid.lib.2.c.70.*
t Cerastes.*è Solin.30. E quo sollicitata animalia,aues, intelligas oportet.*
v Scytale. *Ex eod. c. Videtur autem Isidorus ἀπὸ τῦ σκύλλειν ducere, cum alij ἀπὸ τῆς σκυτάλης, hoc est, teretis virga.Nota fuit Scytale Laconica, qua Spartæ vtebatur vesperne interceptæ litteræ intelligerentur.Dioscorid.lib.7.Amphisbænam Scytalem vocat,interpres Caciliam.*
x Et grauis in geminum vergens.*Etiam legitur surgens apud Lucan.quomodo legisse videtur Solinus,qui cōsurgere in geminum caput dixit.Vid.Nicand.in theriac.*
y Enhydris.*Ex Plin.31.c.7.*
z Hydros aquatil.*Verba Festi ex Boa.*
a eo quòd fimo bouis.*Plin.lib.28.c.18.Boas sanas fimum bibulum,vnde & nomen traxere.*
b In Lerna palude.*è Seruio ad v.* bellua Lernæ *Æn.6.*
c Chelydros.*Verba sunt Seruij ad v* Galbaneoq.agitare graues nidore chelydros *Georg.3. Quæ autem in omnib. libris sequebantur post hæc Lucani verba:* Sèper ni- directus, *&c. cenchri vt aptaremus, auctor nobis fuit Aug.Id, quin rectum sit, dubitaturum credo neminem.*
d Natrix.*Malè in ommib.libris* Rinatrix,*etiam in Lucani versu,hunc,quod anguillæ simillimus sit,edentibus exitio sæpe fuisse ferunt.*

Cen-

e Cenchris.*Ita dictus,quod eius maculæ millio,quod Græci κέγχρον dicunt,similes sint.*
f Parias. *παρὰ τὸ πεφυσιωμένας ἔχειν τὰς παρείας, (ait Græcus etymologist.) hoc est ab inflatis maxillis. Hunc Æsculapij anguem vult esse Ælian.lib.3.c.11.*
g Boas.*è Solin c.3.*
h Iaculus.*Ex eod.c.30.*
i Sirenis.*Plin.leb.10.c.49.*
k Ammodytes.*Ita proculdubio legendum,dictusq. Ammodytes ἀπὸ τοῦ δύειν τὸν ἄμμον. Vt autem hic Ophites pro Ammodyte subiret,carmen Lucani fecit.in quo vox vtraq. corrupta erat,sed Ammodytes magis,nam in* admotus *mutatus,serpentis speciem prorsus exuerat.Gloss.*Harenarius, Ammodytes.
l Seps exigua. *Hac cur repetenda fuerint,non video.*
m Cæcula.*Glossarium,*Cæca.*Columella lib.6.c.17.*Cæcilia.
n Solipunga. *Mira varietas in hac voce tam in codicib. Isidori,tum apud alios etiam auctores. Nam est Salpiga, Salpuga,Solipuga, Salpinga, Scalpiga, Scalpia, apud Solin. solifuga,in Gloss.* Solipaga *ἡλιοκεντρὶς μιᾶς εἴδος. Plin.libro 29.est & genus formicarum venenatum, non ferè in Italia, Solipugas Cicero appellat, Salpugas Batica.Vt non mirum sit salpygæ nomen retinuisse pleroſq;libros Gotthicos.Festus.* Solipunga genus bestiolæ maleficæ, quod acrius, concitatiusque fit feruore solis, vnde etiam nomen traxit. *Lucanus vero:* Quis calcare tuas metuat salpuga tenebras? *Al.*solpuga latebras.
* Salamandra vocata,quod contra incendia. *id (Plinius inquit) si verum esset iam esset experta Roma. Sed nunquam ego credam de etymologia cogitasse Isidorum in his verbis.*
p Hic autem scorpionib.*è Plin.29.c.4.*
q Sunt & alia genera.*Ex Solino. Sed Ammodytes prætermitti potuit,nam de eo iam dixerat. At hæc in aduersarijs ferri possunt.*
r Venenum autem. *è Seru. Æn.1. ad v.*fallasq. veneno.
s animam exiget.*Cc.4.Tarracon. & Raban.*
t Dicit autem Plin. *Ex eod.ad v.* tumidum caput abdidit altè.*Georg.3.*
v Vnde & totum corpus.*Ex Aug.in.ps.57.*
x Anguib.vniuersis *è Solin.30.*
y Nullum autē anim. *è Seru.ad v.* linguis vibrantib. *Æn.2.*
z Serpentum vda. *è seru. ad v.* vdo sublapsa veneno. *Æn.7.*
a Pythagoras dicit. *Ex eod. Æn.5.ad v.*Geniūe loci, famulūne p. *Æn.5.Vid.Plin.10.cap.66.Plutarch.in Clemen.& Ælian.lib.1.c.53.& Ouid.15.Met.am.*
b Fertur autem quos serpens homin. nud. *ex ep. ad Præsidium de cereo Paschali.apud Hieron.tom.9.*

De vermibus. Cap. V.

VErmis est animal quod plerumque de carne vel de ligno, vel de quacumq. re terrena sine vllo concubitu gignitur: licet nonnunquam & de ouis nascantur, vt scorpio.Sunt autem vermes aut terræ, aut aquæ, aut aëris,aut carnium, aut frondium, aut lignorum,aut vestimentorum.

Aranea,vermis aëris,ab aëris nutrimento cognominata, quæ exiguo corpore longa fila deducit: & telæ semper intenta nunquam desinit laborare,perpetuum sustinens [b] in sua arte suspendium.

Sanguisuga,vermis aquatilis, dicta quia sanguinem sugit. Potantibus enim insidiatur,cumque illabitur faucibus, vel ibi vspiā adhæresc it,sanguinem haurit:& cùm nimio cruore maduerit,id euomit quod hausit, vt recentiorem denuo sugat.

c Scorpio, vermis terrenus, qui potius vermibus adscribitur,non serpentibus: animal armatum aculeo: & ex eo Græcè vocatum, quòd cauda figat: & [d] arcuato vulnere venena diffundat. [e] Proprium autem est scorpioni,quòd manus palmam non feriat.

Cantharis,vermis terrenus, qui humano corpori statim vt fuerit applicatus sui adustione vesicas efficit plenas humore.

f Multipes, vermis terrenus, ex multitudine pedum vocatus, qui contactus in globulum complicatur. Nascitur sub petris ex humore & terra.

Limax,vermis limi dictus, quòd in limo vel de limo nascatur, vnde & sordidus semper & immundus habetur.

Bombyx,frondium vermis:ex cuius textura bombycinum conficitur. Appellatur autem hoc nomine ab eo quod euacuetur, dum fila generat, & aër solus in eo remaneat.

Eruca, frondium vermis,in oleribus vel pampino inuoluta:ab erodendo dicta, de qua meminit g Plautus, Imitatus nequam bestiam, & maleficam, inuolutam in pampino.Implicat se eadem,[h] nec aduolat vt locusta, vt huc illucque discurrens, semipasta dimittat:sed permanet perituris frugibus & tardo lapsu pigrisque morsibus vniuersa consumit.

Teredonas Græci vocant lignorum vermes,quòd terendo edant.[i] Hos nos Termites dicimus. Ita enim apud Latinos ligni vermes vocantur,quos tempore importuno cæsæ arbores gignunt.

Tinea,vestimentorum vermis,dicta,quòd teneat, & eousque insideat,quoad erodat. Inde pertinax eò quòd in eandem rē identidem vrgeat.

Vermes carnium, hemicraneus, lumbricus,ascaridæ, costi, pediculi, pulices, lendes

Universidad de Deusto
Biblioteca

tarmus,ricinus,vſia,cimex.

k Hemicraneus, vermis capitis vocatur.

Lumbricus,vermis inteſtinorum,dictus quaſi lubricus, quia labitur, vel quod in lumbis ſit.

l Aſcaridæ ----

m Coſti ----

Pediculi, vermes cutis,à pedibus dicti. Vnde & pediculoſi dicuntur, quibus pediculi in corpore efferueſcunt.

Pulices verò vocati ſunt, quòd ex puluere magis nutriantur.

Lendes ----

n Tarmus,vermis eſt lardi.

o Ricinus,vermis canis, vocatus eo quòd hæret in auribus canum. κύων enim Græcè canis eſt.

p Vſia, vermis eſt porci, appellata quia vrit. Nam vbi momorderit,adeò locus ardet, vt ſtatim ibi veſicæ fiant.

q Cimex, de ſimilitudine cuiuſdam herbæ vocatus,cuius fœtorem habet.

Propriè autem vermis in carne putri naſcitur,tinea in veſtimentis, eruca in olere, teredo in ligno,tarmus in lardo.

Vermis, non vt ſerpens apertis paſsibus vel ſquammarũ niſibus repit, quia non eſt illi ſpinæ rigor vt colubro, ſed in directum corpuſculi ſui partes gradatim porrigendo C contractas, contrahendo porrectas motum explicat:ſicque agitatus perlabitur.

a Cap.V.Vermis eſt anim. *Aug. in pſ.* 21. Vermis de carne ſine concubitu naſcitur.

b In ſua arte. *Ita Gotthici. al.* In ſuo labore.

c Scorpio--vermib.non ſerpentib. *è Solin.* 30.

d arcuato vulnere. *Hieron. aduerſ. Vigilant.* Scripſit Tertullianus ſcorpiacum rectiſsimo nomine, quia arcuato vulnere in Eccleſiæ corpus venena diffudit. Itemq. in prolog. Ioſue.

e Proprium autem *Plin.* 29. *c.* 4.

f Multipes *ὄνισκος vocatur à Græcis Vid. Galen. lib.* 11. *de ſimp. medicam. facult.*

g Plautus. *In Ciſtellar.* Imitatur nequam beſtiam, & damnificam. Phi. Quamnam amabo? La--Inuoluolum, quæ in pampini folio intorta implicat ſe. D

h Nec aduolat,vt locuſta. *è Hieron. ad Am. c.* 4.

i Hos nos termites dicimus. *ſeru. ad illud.* -- Aut tempeſtiuam ſyluis euertere pinum. Nam tempore importuno cæſæ arbores termites faciunt, ita enim ligni vermes vocantur.

k Hemicranius. *Chacon. cum Marcellus (inquit) lib* 2. *de medicam. ita ſcribat*, Hemicraniũ ſtatim curant vermes terreni, pari numero ſiniſtra lecti; *vereor ne Iſidorus hemicranium vermem inde eduxerit, quamuis eod. nomine morbum, & medicinam vocari nihil prohibet.*

l Aſcaridæ. *Tipulas reddit pro Aſcaridis Gaza. Heſychius* A Ασκαρίδες εἰδὸς σκωλήκων. *de his medicor. libri conſulendi.*

m Coſti. *Vid. Feſt. & Plin. de Coſtis.*

n Tarmus. *Feſt.* Tarmes genus vermiculi carnem exedens. *Sed pro termite quoque accipi oſtendunt exempla, quæ ad hunc Feſti locum affert Scalig.*

o Ricinus. *Gloſſar.* Riginus κρόκων, & poſtea κρόκων φθεὶρ ricinus. *vtitur hac voce Columella in morbis canum lib.* 7. *c.* 13.

p Vſia. *Quoniam ſ. ab r. vix diſtinguitur in Gotthicis characterib. vriam, quàm vſiam, magis probabat A. Aug.*

q Cimex de ſimilitudine cuiuſdam herbæ. *An Hyperici? quando nomen κόρις commune vtrique.*

De piſcibus. Cap VI.

B Pisces dicti, vnde & pecus, à paſcendo ſcilicet.

a Reptilia ideo dicuntur hæc, quæ natant, eo quòd reptandi habeant ſpeciem & naturam, quamuis ſe in profundum immergant, tamen in natando repunt. Vnde & ait Dauid: Hoc mare magnum & b ſpatioſum: illic reptilia, quorum non eſt numerus.

Amphibia ſunt quædam genera piſcium, dicta eo quòd ambulandi in terris vſum, & natandi in aquis officium habeant. Ἀμφὶ etiam Græcè vtrumque dicitur, id eſt, quia in aquis & in terris viuunt, vt Phocæ, Crocodili, Hippopotami, hoc eſt, equi fluuiales.

Pecoribus, autem & beſtijs, & volatilibus ante homines nomina impoſuerunt, quàm piſcibus, quia prius viſa ſunt & cognita. c Piſcium verò poſtea paulatim cognitis generibus nomina inſtituta ſunt, aut ex ſimilitudine terreſtrium animalium, aut ex ſpecie propria, ſiue moribus, ſeu colore, vel figura, aut ſexu. Ex ſimilitudine terreſtriũ, vt ranæ, leones, & vituli, & nigri merulæ, & paui diuerſo colore, d collo & dorſo picti, & e turdi albouarij, & cætera quæ ſibi iuxta ſpecies terreſtrium animaliũ nomina vindicarunt. Ex moribus terreſtrium, vt canes in mari, terrenis canibus nũcupati, quòd mordeant. Et lupi, quòd improba voracitate alios perſequantur. f A colore, vt Vmbræ, quia colore vmbræ ſunt: & g Auratæ, quia in capite aurei colorem habent: & Varij à varietate, quos vulgo Tructas vocat. h A figura, vt Orbis, quia rotundus eſt, totuſque in capite conſtat, vt Solea, quòd ſit inſtar calciamentorum ſolidus. A ſexu, vt i Muſculus, quòd ſit Balenæ maſculus: eius enim coitu concipere hæc belua perhibetur. k Hinc & Muſculi cochlearum, quorum lacte concipiunt Oſtreæ.

Balenæ,

Balenæ autem ſunt immenſæ magnitudinis beſtiæ, ab emittendo & fundendo aquas vocatæ. Cæteris enim beſtijs maris altius iaciunt vndas: βάλλειν enim Græcè emittere dicitur.

l Cete dicta, τὸ κῆτος, καὶ τὰ κήτη, hoc eſt ob immanitatem. Sunt enim ingentia genera belluarum & æqualia montium corpora, qualis cetus excepit Ionã: cuius aluus tantæ magnitudinis fuit, vt inſtar obtineret inferni: dicente Propheta: Exaudiuit me de ventre inferni.

Equi marini, quòd prima parte equi ſunt, poſtrema ſoluuntur in piſcem.

m Phocas, dicunt, eſſe boues marinos, quaſi B boacas.

Cærulei à colore appellati: nam cæruleũ eſt viride cum nigro, vt eſt mare.

n Delphines certum habent vocabulum, quod voces hominum ſequantur, vel quòd ad ſymphoniam gregatim conueniant: nihil in mari velocius iſtis, nam plerumq. ſalientes, naues tranſuolant. Quando autem præludunt in fluctibus, & vndarum ſe molibus ſaltu præcipiti feriunt, tempeſtates ſignificare videntur: hi propriè Simones nominantur. o Eſt & Delphinũ genus in Nilo dorſo ſerrato, qui crocodilos tenera ventriũ ſecantes interimunt.

p Porci marini, qui vulgo vocantur Suilli, C qui dum eſcam quærunt, more ſuis terram ſub aquis fodiunt. Circa guttur enim habent oris officiũ, & niſi roſtrum arenis immergant, paſtum non colligunt.

Corui, à cordis voce dicti, quia grunniũt pectore, ſuáque voce prodiți capiuntur.

q Thynni nomen Græcum habent. Hi ingrediuntur veris tempore: intrant dextro latere, læuo exeunt. Hoc inde creduntur facere, quòd r dextris oculis acutius videant, quàm ſiniſtris.

s Gladius dicitur, eo quòd roſtro mucronato ſit, & ob hoc naues perfoſſas mergit.

Serra nuncupata, quia ſerratam criſtam habet, & ſubternatans nauem ſecat. D

Scorpio dictus, quia lædit dum manu tollitur. t Tradunt decem cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi ſunt ſcorpiones ad eum locum congregari.

u Aranea, genus piſcis, dictus quòd aure feriat: habet enim ſtimulos, quibus percutit.

x Crocodilus à croceo colore dictus, gignitur in Nilo, y animal quadrupes in terra, A & in aquis valens, z longitudine plerumque viginti cubitorum, dentium & vnguium immanitate armatum, tantâque cutis duritia, vt a quamuis fortium ictus lapidũ tergo repercuſſus non ſentiat. Nocte in aquis, die humi quieſcit: oua in terra fouet: maſculus & fœmina vices ſeruant. Hunc piſces quidam ſerratam habentes criſtam tenera ventrium deſecantes interimunt. Solus ex animalibus ſuperiorem maxillam mouere dicitur.

b Hippopotamus vocatus, quòd ſit equo ſimilis dorſo, iuba, & hinnitu, roſtro reſupinato, aprinis dentibus, cauda tortuoſa (vngulis bifidis) die in aquis commoratur: nocte ſegetes depaſcitur, & hunc Nilus gignit.

c Pagrum, quem Græci φάγρον ideò nuncupant, quòd duros dentes habeant, ita vt oſtreis in mari alatur.

d Dentix, pro multitudine & granditate dentium dictus.

e Lepus, à ſimilitudine capitis nuncupatus.

Lupum, vt dictum eſt, auiditas appellauit, piſcem in captura ingenioſum: f denique reti circumdatus fertur arenas arare cauda, atque ita conditus tranſire rete.

g Mullus vocatus, quòd mollis ſit atque tenerrimus, cuius cibo tradunt h libidinem C inhiberi: i oculorum autem aciem hebetari: homines verò, à quibus ſæpè paſtus eſt, k piſcem olent. l Mullus in vino necatus, ijs qui inde biberint, tædium vini affert.

Mugilis nomen habet, quòd ſit multum agilis: nam vbi diſpoſitas ſenſerit piſcatorum inſidias, confeſtim retrorſum rediens ita tranſilit rete, vt volare piſcem videas.

Melanurus, eo quòd nigram caudam habeat, & nigras pennas, & in corpore lineas nigras: μέλαν enim Græci nigrum vocant.

Glaucus à colore dictus, eo quòd albus ſit: m Græci enim album λευκὸν dicunt. Hic æſtate rarò apparet, niſi tantùm in nubilo.

n Thymallus ex flore nomẽ accepit. Thymus quippe flos appellatur, nam dum ſit ſpecie gratus & ſapore iucundus, tamen ſicut flos fragrat, & corpore odores aſpirat.

o Scarus dictus, eo quòd ſolus eſcam ruminare perhibetur, denique alij piſces non ruminant: tradunt autẽ hunc ingenioſum eſſe. Namque incluſum naſsis, non fronte erumpere, nec infeſtis viminibus caput inſerere, ſed auerſum caudæ ictibus crebris laxare fores, atq. ita retrorſum redire: quem

luctatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

luctatum eius si fortè alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda, adiuuare nisus erumpentis.

Sparus à lancea missili traxit nomen, quòd eiusdem figuræ sit. Terrestria enim prius inuenta sunt, quàm marina: [q] nam sparus est telum rusticanũ missile, à spargendo dictum.

[r] Australis piscis, siue quia aquarum vndam suo ore suscipit: siue quia tunc hic piscis oritur, quo tempore tendere in occasum Pleiades cœperint.

[s] Hamio, saxatilis, dextra sinistraq. lateribus virgis puniceis perpetuis, aliisq. discoloribus designatur: dictus Hamio, quia non capitur nisi hamo.

[t] Echeneis, paruus & semipedalis piscículus: nomen sumpsit, quòd nauẽ adhærendo retineat. Ruant licet venti, & sæuiant procellæ, nauis tamen quasi radicata in mari stare videtur, nec moueri, non retinendo, sed tantummodò adhærendo. Hunc Latini Remorã appellauerũt, eo quod cogat stare nauigia.

[v] Vranoscopus vocatur ab oculo, quem in capite habet, à quo semper suprà intendit.

[x] Miluago nominatus, quia euolat super aquam: quoties autẽ cernitur extra aquam volitans, tempestates mutari (designat.)

[y] Squatus dictus, quòd sit squãmis acutis: vnde & eius cute lignum politur.

[z] Ciuitas Syriæ quæ nũc Tyrus dicitur, olim Sarra vocabatur à pisce quodã, qui illic abundat, quem lingua sua Sar appellant: ex quo deriuatum est, huius similitudinis pisciculos [a] Sardas Sardinásque vocari.

Halec, piscículus ad liquorem salsamentorum idoneus, vnde & nuncupatus.

[b] Aphorus, piscículus, qui propter exiguitatem hamo capi non potest.

Anguillæ similitudo anguis dedit nomẽ, origo eius ex limo. Vnde & quando capitur adeo lenis est, vt quantò fortius pressèris, tantò citius elabatur. [c] Ferunt autem Orientis fluuium Gangem anguillas tricenis pedibus gignere. [d] Anguilla vino necata, qui ex eo biberint, tædium vini habent.

[c] Draco marinus aculeos in branchijs habet ad caudam spectantes, qui dum percussérit, quaquâ ferit venenum fundit, vnde & vocatus.

[f] Muræna Græci μύραιναν vocant, eo quòd complicet se in circulos. [g] Hanc fœminini tantùm sexus esse tradunt & concipere à serpente, ob id à piscatoribus tanquam à serpente sibilo euocatur & capitur. Ictu autem fustis difficulter interimitur, ferula protinus: animam in cauda habere certum est. Nam capite percusso vix eã interimi, cauda statim exanimari.

Congrus ----

Polypus, id est multipes: plurimos enim nexus habet. Iste ingeniosus hamum appetens brachijs complectitur, non morsu: nec prius dimittit, quàm escam circumroserit.

Torpedo vocata, eo quòd corpus torpescere faciat, si eam quisquam viuentem tangat. [h] Narrat Plinius Secundus: Ex Indico mari torpedo etiam procul & è longinquo, vel si hasta virgâque attingatur, quamuis prævalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces pedes alligari. Tanta enim vis eius est, vt etiam aura corporis sui afficiat membra.

Sæpia dicitur, quia [i] sæpibus intercluſa facilius capitur. In coëundo obscenum genus ore enim concipit, sicut vipera. Cuius atramenti tanta vis est, vt lucernæ addito, [k] Æthiopas videri, ablato priori lumine, quidam tradant.

[l] Lulligo, tradunt in Oceano Mauritaniæ non procul à Lixo flumine tantam multitudinem Lulliginũ euolare ex aqua, vt etiam naues demergere possint.

[m] Conchæ, & cochleæ hac ex causſa vocatæ, quia deficiente luna cauantur, id est euacuantur. [n] Omnium enim clausorum maris animalium atque concharum incremento lunæ membra turgescunt, defectu euacuantur. Luna enim cùm in augmento fuerit, auget humorem: cùm verò in defectum venerit humores minuuntur: hoc enim Physici dicunt. Conchæ autem primo positionis nomen, cochleæ verò per diminutionem quasi conchulæ.

[o] Concharum multa genera sunt, [p] inter quas & margaritiferæ, [q] quæ Celoë dicúntur, [r] in quarum carne pretiosus calculus solidatur. De quibus tradunt ij, qui de animantũ scripsere naturis, quòd nocturno tempore littora appetunt, & ex cælesti rore margaritum concipiunt, vnde & Celoë nominantur.

[f] Murex, cochlea est maris, dicta ab acumine & asperitate, quæ alio nomine [t] Conchylium nominatur, propter quod circumcisa ferro lachrymas coloris purpurei emittat, ex quibus purpura tingitur, & inde ostrum appellatum, quòd hæc tinctura ex testæ humore elicitur.

Cancri vocantur, quia conchæ sunt crura habentes, [v] inimica Ostreis animalia: eorum enim carnibus viuunt, miro ingenio. Nam quia valida testa eius aperiri non potest, explorat quãdo Ostrea claustra testarum aperiat: tunc Cancer latenter lapillum injicit, atque impedita conclusione Ostreę carnes erodit. Tradũt quidam decem Cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sunt Scorpiones ad eum locum coituros. Duo autẽ sunt genera cancrorum, fluuiatiles & marini.

Ostrea, dicta est à testa, quibus mollities interior carnis munitur. Græci enim testam ὄστρακα vocant. [x] Ostrea autem neutro, carnes eius fœminino dicuntur genere.

Musculi sunt, vt prædiximus Cocleæ, à [y] quorũ lacte concipiunt Ostreæ, & dicti Musculi, quasi masculi.

Pelorides, à Peloro promontorio Siciliæ, vbi abundant cognominatæ sunt. (Vnde Virgilius dicit) Ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori.

[z] Vngues, à similitudine humanorum vnguium dicti.

[a] Testudo dictus, eo quod tegmine testæ sit adopertus in cameræ modum. Sunt autem quattuor genera, terrestres, matitimæ, lutariæ, id est, in cœno & paludibus viuentes. Quarum genus fluuiatiles, quæ in dulci aqua viuunt. Tradunt quidam, quod increbile est, tardius ire nauigia, Testudinis pedem dextrum vehentia.

[b] Echinus, à terrestri Echino nomẽ traxit, quem vulgus Heritium vocat. Huius testula duplex, spinis aculeata in modum castanearum: quando adhuc opertæ de arboribus cadũt. Caro eius mollis & minio similis. Et is tribus modis dicitur, vt Testudo, ac Peloris, & Cõclea: nam & quod edimus & vbi caro inest, vtrumque dicitur Peloris.

Ranæ, à garrulitate vocatæ, eo quod [c] circa genitales strepunt paludes, & sonos vocis importunis clamoribus reddunt. Ex ijs quædam aquaticæ dicuntur, quædam palustres, [d] quædam Rubetæ, ob id quia in vepribus viuunt grandiores cunctarum. [e] Aliæ Calamitæ vocantur, quoniam inter arundines fruticésque viuunt, minimæ omnium & viridissimæ, [f] mutæ & sine voce sunt.

[g] Agredulæ, ranæ paruæ inficco vel agris morantes, vnde & nuncupatæ. Negant quidam canes latrare, quibus in offa rana viua fuerit data.

[h] Sfungia, à fingere, id est, nitidare & extergere dicta. Afranius: Accedo ad te vt tibi ceruicem fingam linteo, id est, extergam. Cicero: effingebatur fungijs sanguis, id est extergebatur. [i] Animal autem esse docetur cruore inhærente petris. Vnde & dum abscinditur sanguinem remittit. Nam alia sunt viuentia in aquis & discurrunt, vt pisces, [k] alia stant fixa, vt Ostreæ, Echini, Sfungiæ. Ex his alias mares dici, eo quod tenui sunt fistula spisioréque: alias fœminas, quæ maioribus fistulis sunt ac Perpetuis: alias duriores, quas Græci appellãt τράγους, & nos hircosas dicere possumus ob asperitatẽ sui. [l] Mollissimum genus earum Penicilli vocantur, eo quod aptæ sint ad oculorum tumores, & ad extergendas lippitudines vtiles. Candidæ Sfungiæ cura fiunt: per æstatẽ enim ad solem sternuntur, &, sicut cera Punica, candorem bibunt.

[m] Animalium omnium in aquis viuentium nomina cxliiij, Plinius ait, diuisa in generibus belluarum, serpentium cõmunium terræ & aquæ: cancrorum, concharum, locustarum, peloridum, polyporum, solearum, lacertorum, & luliginum, & his similia, ex quibus multa quodam naturæ intellectu temporũ suorum ordinem agnoscunt, quædam verò in suis locis sine mutatione vagantur. In piscibus autem fœminis aliæ cõmixtione masculi concipiunt, & pariunt catulos: aliæ ponunt oua sine [n] masculi commixtione susceptа, [o] quæ idem insequens sui seminis iactu perfundit: & quæ hoc munere fuerint afflata, fiunt generabilia: quæ verò perfusa non fuerint, sterilia perseuerant, aut putrescunt.

[a] Cap. VI. Reptilia. *Ex Ambros. Hexaem. 5. c. 1.*

[b] Et spatiosum. *Vox manib. quæ est in editis abest à Gothicis, vt etiam à* LXX. *quos Isidorus sequitur, vt dubium non sit, quin ex Hieronymo manarit in editionem vulgatam. Nos vocem Hebræam exprimimus, cùm* braços de mar *dicimus.* LXX. *satis habuerunt* εὐρύχωρον *dicere.*

[c] Piscium vero postea. *Ambros. 5. Hexaem. c. 2.*

[d] Nigri meruli. *Negat Varro merulum dici, sed ter legitur in Glossar.*

[e] Et turdi albouarij. *Aluouarij quoque legitur in aliquib. Isidori, & Ambrosij libris. De turdorum colorib. Aristoteles, Athenæus & Massarius in ijs quæ de piscib. ad Plin.*

[f] A colore, vt Vmbræ. *Huius piscis Varro meminit lib.* IV. *& Græci* σκιαίναν *vocant. Plin. 32. c. 11. & Ouid. in Halieutico. Glossar.* σκιὸς ἰχθύς.

[g] Et aurata. *Chrysophrys Ouidio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

h A Figura vt Orbis. *Orchis apud Plin. 32.c.2.cuius hæc sunt. vtrum verius, alij iudicent.*
i Musculus, quod sit balenæ masculus. *Rei potius, quàm vocis etymon*, magnum n. amicitiæ exemplum balena, & musculus. *Ait Plin. lib 9.c.vltimo.*
k Hinc & musculi cochlearum. *Plin.9.c.35.*
l Cetæ dictæ τὸ κήτος, ἢ τὰ κήτη è *Seru. Æneid. 5 sed vsum Isidorum Seruij commentarijs sine Virgilij verbis hic quoq. locus indicat. Nã quod sequitur*, hoc est ob immanitatẽ, è *Seruio se putauit describere, quasi ille cete immania interpretatus esset, cum* immania cete *verba sint Virgilij. Neque in hac ceti etymologia defendenda laborandum censeo, quamuis alias quoque res, vt naues, propter magnitudinem cete dici, non ignoro. Reliqua sunt ex Ambros. 5. Hex. cap. 9.*
m Phocas. *Quod* Bocas *manuscripti quidam habent, è digammo fluxit.*
n Delphines. *Quod vocabulum sequuntur, non Delphin, sed Simon, vel, (vt in alijs solini libris scribitur) Simomon est cap. 18.*
o Est & Delphin. gen. in Nilo. *Solin. c. 35. de Ægypto.* Hi delphines crocodilos studio alliciunt ad natandum, demersisque astu fraudulento tenera ventrium subternatantes secant, & interimunt.
p Porci marini, qui vulgo vocantur Suilli. *Et nos Sollos vulgò dicimus. Libenterque assentimur ijs, qui Siluros eosdem esse existimant.*
q Thynni--hi ingrediuntur. *Pontum intellige è solin. c. 18. apud quẽ* ingrediũtur *legitur in manuscr. non* illabuntur. *Vid. Arist. 9. de hist. anim. c. 13. & Plin. 9. c. 15.*
r Quod dextris oculis acutius. *Ita Aristot. Plinius & Solinus. Contra Plutarch. in libro, Vtra prudentiora animal. terrest. an aquatil. acutius thynnos oculo sinistro cernere existimat.*
s Gladius. *è Plin. 32. c. 2.*
t Tradunt decem cancris. *Ex eod. c. 5.*
v Aranea. *Plin. lib. 9. cap. 48.* pestiferum *(inquit)* in aquis animal araneus, spinæ in dorso aculeo noxius; *etymologia è re vtcumque voci aptata, nam de ferendo (quod ad vocem attinet) ne cogitasse quidam Isidorum credimus.*
x Crocodilus à croceo colore. *Rectè, si verum est, quod P. Martyr in lib. 3. de legatione ad Sultanum narrat, comperisse se è nautis, flauos esse crocodilos. Sed Eustath. & etymologic. Græcum, quod crocum fugiat; vnde in apiarijs crocum spargitur. sed hoc de terrestri, de marino quod* τὰς κρόκας, *hoc est littora timeat.*
y Animal quadrupes. *è Solin. c. 35.*
z Longitudine plerunque xx. cubitor. XVIII. *Plin & Herodot.*
a Vt quamuis fortium ictus lap. *Solin.* Vt ictus quouis tormento adactos tergore repercutiat. *Vid. Arist. Herod. Plin.*
b Hippopotam. *è Solin. ibid.*
c Pagrum. *Strabo lib. 17. φαγρός, ὁν οἱ μὲ φάγρον καλοῦσι. Gloss. φάγρος ἰχθὺς* dentatus.
d Dentix *Siue Dentex* Dentices pisces *Columell. 8. cap. 18.*
e Lepus à similitudine cap. *Ælian. lib. 16. cap. 19. Magni maris leporem omni parte ad terreni similitudinem accedere præter pilos. ait. At Plin. 9. cap. 48.* Lepus in nostro mari offa informis, colore tantum lepori similis *Quare à similitudine coloris legebat Chacon.*
f Deniq. reti circundatus. *Ex Plin.*
g Mullus quod mollis. *An quod Plin. ait mullum si lepore vescatur teneriorem, & ingratiorem, viliorem que fieri? Non defendo, si quidem hæc Isidori sunt: de etymo. vid Plin. 9. c. 17. & inf. 19. c. vltim.*
h Libidinem inhibeat. *Quod* Exhineidis *tribuit Plin. lib. 32 c. 10.*
i Oculor. autem acie hebetari. *Sic Plin. eodem lib. c. 7.*
k Piscem olent. *Compl. Gotth.* horrẽt, *hoc si attentius inspicias, lepori, non mullo tribuit idem lib. 32. c. 1. sed aliter.* Homines *(inquit)* quib. impactus est, piscem olent.
l Mullus in vino--affert. *Ex eod lib. c. 10.*
m Græci n. albũ λευκὸν. *Secuti sumus Vulcan. & Aut. Aug. quãuis γλαῦκον pro γλάνκον, quod in Gothicis est, non reijciamus. Virg.* populus, & glauca canentia fronde salicta.
n Thymallus *Amb. 5. Hex. c. 2. elegantissimus locus.*
o Scarus. *Ex eodem neque necesse est escarum scripsisse Isidorum, vt etymon conueniat, illud multo durius, quod ait Plinius, adeo litteribus Italiæ ignotum, vt nec nomen Latinum habeat: raros certè satis indicat Horatij versus.* Non me Lucrina iuuerint Conchylia, Magisve Rhombus, aut Scari, Siquos Eois intonata fluctib. Hyems ad hoc vertat mare.
p Sed auersum caudæ ictib. *Plin. 32. c. 2.*
q Nam sparus telum. *è seru. ad. v.* Agrestis armat sparus. *Æn. 11.*
r Australis piscis. *Sæpè monuimus non contulisse Isidorum Seruij commẽtaria cum Virgilij verbis, ideoque declinasse interdum à Seruij mente. Hoc igitur loco cum pisces marinos captaret, cælestes inscius in idem rete conclusit. Ergo delegi hæc iubebat Chacon: locus Seruij ad carmen;* Aut eadẽ fidus fugiens vbi piscis aquosi. *Georg. 4.*
s Hamia. *Ita scribendum ex Plutarch. lib. vtra prudentior. animal. qui ab ἅμα dici vult, id est simul, quod gregatim hi pisces incedant.*
t Echneis. *Plin. 32. c. 1.*
v Vranoscopus. *Qui Anthias, Callyonymusq. à quibus putatur. Plin. 32. c. 7.*
x Miluago--tempestates mutari. *Plini. ibid. tempestates mutari c. 7. Trebius Niger auctor est. Est autẽ in libris veterib.* Milago, *non Miluago.*
y Squatus. *Plin. 32. c. 11. & c. vlt.* Rhina, quẽ Squatũ vocamus, *licet lib. 9. eund. squatinã vocet. Gloss. ar.* Squatus ῥινα ἰχθὺς. *Angli quoq. hodiè scate appellãt.*
z Ciuitas Syriæ quæ nunc Tyr. *è Seru. ad v.* Sarra no dormiat ostro. Georg. 2. Fest. Sarra Tyros Insula, quæ nunc Epiros i. continens.
a Sardas, Sardinas. *Veteres* CC. Sarras *fortasse nõ male. solet n. ex duplici r. alterum in d non raro mutari: sed Sardas hodie nomen etiam in vulgari lingua retinet.*
b Aphorus. *Ita scripsisse Isidorum etymologia indicat. sed Aphros rectum erat ex Arist. lib. 4. de hist cap. 15. Athenæus quoque lib. 7. τὸν θαλάττιον γόνον, ὃν ἡμεῖς μὲν ἀφρόν, οἱ δὲ λοὶ ἀφρὸν ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ ἄφρον.*
c Ferunt autem. *è Plin. 9. c. 3.*
d Anguilla vin. *ex eod. lib. 32. c. 10.*
e Draco marinus. *Eumdem hunc videtur cum scorpione facere. Vid Plin. lib. 2 c. vltim.*
f Muræna eo quòd complicat se in circulos. *Num ad muræenulas aureas, quæ sunt in Salamonis cantu respexit, quas priores pisce Muræna esse voluit, eadem ratione, qua sparum telum pisce quoque Sparo priorem enuncia-* *dixerat? Porrò μυγαίνα, siue σμυραίνα (nam vtroq. modo effertur) à verbo μύω. Id est fluo dicta est, vt Eustachius putat.*
g Hanc fœminino genere. *Ex Plin. 32. c. 2.*
h Narrat Plin. ex Indico mar. *Lib. 32. c. 1. sed Antico, sine Antiaco pro Indico legendum credo: nam de eo loquitur illic Plinius. Nisi deleri hæc mauis de Ant. Augustt. sententia.*
i Sepib. intercluſa--cõcipit. *Verba Plin. lib. 9. c. 51.*
k Æthiopes videri. *Ex Plin 33. c. 10.*
l Lulligo--euolare ex aqua. *Varro, Loligo quod subuolat, littera commutata, primo voligo.*
m Conchæ, & concleæ. *Al. cochleæ.*
n Omnium n. clausorum maris animal. *Verba Palladij lib. vlt. c. 6.*
o Inter quæ margaritiferæ. *Plin. 32. c. vlt.*
p Quæ celoe--& inf. vnde & celoe. Etiã eceloe, oeceloe, ocoele, & coclex legitur. *Ocelli, vel ocellati plebat A. Aug. (sed etymon cali non conuenit) Varro in Marcipor. apud Nonĩ:* altera exorat patrẽ libra Ocellatorũ, altera virũ semodium Margaritarũ. *Suet. in Aug.* ocellatis, nucibusq. ludit. *Etymon autem ocellatorum ex oculorum similitudine. Nam & Athenæus lib. 83. c. 8. margaritas bis oculis piscium magnis comparat.*
q In quar. carne pretiosus calculus solidatur. *Ambros. v. Hex. c. 11.* Vnde etiam ostreis pretiosissimam margaritam natura infixerit, quomodo eam maris aqua in tan molli carne solidauerit.
r Murex. *è Seru. ad v.* Concussæ cautes, & acuto in murice remi. *Æn. 5.*
s Conchyl. *è Vitruu. lib. 7. c. 13. Ead. repetuntur lib. 19. c. 28.*
t inimica ostreis. *Plutarch. dicto iam lib. & Ambros. V. Hex. c. 8. De polypo hæc eadem Plin. 9. c. 30.*
v Ostrea autem neutro. *Vide Seru. ad v.* ostriferi fauces tentantur Abydi. *Georg. 1. & Non. sed ex ijs locis quos citãt contra potius existimare liceat promiscuè vtroque genere vsurpasse Latinos.*
x quorum lacte concipiunt Ostreæ. *Ita Gotth.*
y Ostrea tamen, si sibi constare, aut Seruium sequi vellet, dixisse debuit. *Plin. 9. c. 51.* nuper cõpertum est in ostrea rijs humorem in ijs foetificũ modo lactis effluere.
z Vngues. *è Plin. (sunt autem quatuor genera) item è Plin.*
a Testudo. *Sunt autem quattuor gen. Item. è Plin.*
b Echinus. *Ambros. 6. Hex. c. 4.* Echinus iste terrenus, quẽ vulgò Heritiũ vocãt. *Gloss.* Ericius ἐχῖνος ἐχῖνος. Erinacius.
c Circa genitales. *Ex Ambros. V. Hex. c. 10.*
d Et sonos vocis importun. *Ex Origen. hom. 4. in Exod.*
e Quædam Rubetæ. *Plin. 32. c. 5.*
f Aliæ Calamitæ. *Idem. c. 10.*
g Mutæ, & sine voce. *Plin. 32. c. 6.*
h Agredulæ. *Ex Gotth. alij* Agridulæ.
i Sfungia à fingere. *Sphingiã pro spongia scripsisse aliquos indicat Charisius.* Spongia *(inquit)* sine h. dicenda est. Nam Græcè σπόγγος dicitur σπόσθαι. *Quin etiã Graci vel ἀπὸ τῆ σπᾶν τὰ ὑγρὰ, vel ἀπὸ τῆ σφίδειν κατὰ τὰς ἐχθύλεις, hoc est vel ab attrahendo, vel exprimendo humore deducunt. Notum illud Suet. in Vespas. procuratorib. illum suis pro spongijs vti, quod quasi siccos madefaceret, & exprimeret humentes. Vt autem ab effingendo traheret Isidorus, Seruius fecit, qui fingere tergere interpretatur Æn. 8. adducto ad id Ciceronis loco è Sextian. Quæ de generib. spongiar. referuntur, ex Arist. sumpta videntur lib. 5. de hist. cap. 16. &*

A *Plin. lib. 9. c. 45.*
i Animal autem esse docetur. *Plin. 31. cap. vlt.*
k Alia quæ stant fixa. *Arist. lib. 4. de hist. c. 6.*
l Mollissimum genus earum Pennicilli. *Verba sunt Plinij, sed in codice vetustissimo Plinij Eccl. Tolet. annon pennicilli, sed pennicillis legitur hoc modo:* Mollissimũ genus earũ pẽnicillis oculorũ tumores leuat. *Ita fortasse nullũ spongiarũ genus pennicillus à Plinio dictum fuerit: scio tamen Festũ ita scribere;* Penniculi spongiæ longæ, propter similitudinem caudarum appellatæ.
m Animalium omnium in aq. viu. nom. 144. *Idem numerus in codice Plin. Ecclesiæ Tolet. in vulgatis. 176. Hieronymus in Ezech. c. 47. ex Oppiano, & alijs, qui ἁλιευτικὰ scripsere, refert. 153. esse piscium genera, eaque omnia capta fuisse vult ab Apostolis Ioann. 21.*
n Masculi commixtione susceptа. *Al.* susceptione concepta.
o Quæ ijdem insequentes. *Arist. 6. de hist. anim. cap. 13. de ouis piscium. Gaza interprete.* Nec vero hæc omnia fœcunda sunt, sed ea quibus editis, mas semen asperserit genitale. Sub partu enim mas insequens semen ouis aspergit, & quæ eo afflantur, ijs pisciculi enascuntur.

De Auibus. Cap. VII.

VNum [a] nomen auium, sed genus diuersum. Nam sicut specie sibi differunt, ita & naturæ diuersitate: nam aliæ simplices sunt, vt columbæ: aliæ astutæ, vt perdix: aliæ ad manum se subijciunt, vt accipiter: aliæ reformidant, [b] vt garamãtes: aliæ hominũ cõuersatione delectantur, vt hirundo: aliæ in desertis secretã vitã diligunt, vt turtur: aliæ solo semine reperto pascuntur, vt anser: aliæ carnes edunt, & rapinis intẽdunt, vt miluus: [c] aliæ, enchorię quæ manent in locis semper, vt struthio: aliæ aduentitiæ, quæ proprijs tẽporibus reuertuntur, vt ciconiæ, & hirundines: aliæ congregæ, id est, gregatim volantes, vt sturni, & coturnices: aliæ soliuagæ, id est, solitariæ propter insidias deprædandi, vt aquila, accipiter, & quæcunq. ita sunt: aliæ vocibus strepunt, vt hirundo: aliæ cantus edunt dulcissimos, vt cygnus, & merulæ: aliæ verba & voces hominum imitantur, vt psittacus, & pica. Sed & alia, sicut genera, ita & moribus innumerabilia. Nam volucrum quot genera sint, inuenire quisquam non potest: [d] neq. enim omnis Indiæ, & Æthiopiæ, aut Scythiæ deserta quis penetrare potuit, qui earum genus vel differentias nosset.

Aues dictæ, eo quòd vias certas non habeant: sed per auia quæque discurrant.

Alites, quòd alis alta intendant, & ad sublimia remigio alarum conscendant.

Volucres à volando: [e] nam vnde volare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde & ambulare dicimus. Vola enim dicitur media pars pedis siue manus[l], & in auibus vola pars mediæ alarum, quarum motu pennæ agitantur, inde & volucres.

Pulli, dicuntur omnium auium nati, sed & animalium quadrupedum nati pulli dicuntur, & [f] homo paruus, pullus. Recentes igitur nati pulli dicuntur, eo quod polluti sunt: vnde & vestis nigra pulla dicta est.

Alæ sunt, in quibus pennæ per ordinem fixæ volandi exhibent vsum. Vocatæ autem alæ, quod ijs aues complexos alant & foueant pullos.

Penna à pendendo, id est, à volando, dicta, vnde & pendere: volucres enim pennarum auxilio mouentur, quando se aëri mandant.

Pluma, quasi piluma: nam sicut pili in quadrupedum corpore, ita pluma in auibus.

Auiũ nomina multa à sono vocis constat esse cõposita, vt grus, coruus, cygnus pauo, miluus, vlula, cuculus, graculus, &c. varietas enim vocis eorum docuit homines quid nominarentur.

Aquila, ab acumine oculorum vocata. [g] Tanti enim contuitus esse dicitur, vt cùm super maria immobili penna feratur, nec humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate pisciculos natare videat, ac tormenti instar descendens raptam prædam pennis ad littus pertrahat. [h] Nam & contra radium solis fertur obtutum non flectere, vnde & pullos suos vngue suspensos radijs solis obijcit, & quos viderit immobilẽ tenere aciem, vt dignos genere conseruat, si quos verò inflectere obtutũ, quasi degeneres abijcit.

Vultur, à volatu tardo nominata putatur. Magnitudine quippe corporis præpetes volatus non habet: [i] harum quasdam dicunt concubitu non misceri, & sine copula concipere & generare, natósque earum penè vsque ad centum annos procedere. [k] Vultures autem sicut & aquilæ etiam vltra maria cadauera sentiunt: altius quippe volantes multa quæ montium obscuritate cælantur, ex alto illæ conspiciunt.

[l] Bradypus apud Græcos vocatur, Auis apud nos Tarda, eo quòd graui volatu detenta, nequaquam, vt cæteræ volucres attollitur velocitate pennarum.

Grues verò nomen de propria voce sumpserunt, tali enim sono susurrant. Hæ autem dum properant, vnam sequuntur [m] ordine litterato. De quibus Lucanus, Et turbata petit dispersi, littera pennis. Excelsa autem petunt, quo facilius videant, quas petant, terras. Castigat autem voce, quæ cogit agmen. At vbi rauescit, succedit alia: nocte autem excubias diuidunt, & ordinem vigiliarum per vices faciunt, tenentes lapillos suspensis digitis, quibus somnos arguant, quod cauendum erit clamor indicat. Ætatem in illis color prodit, nam senectute nigrescunt.

Ciconiæ vocatæ à sono, quo crepitant, quasi cicaniæ, [n] quem sonum oris potius esse (constat) quàm vocis, quia eum quatiente rostro faciunt. Hæ veris nuntiæ, [o] focietatis comites, serpentium hostes, maria transuolant, in Asiam collecto agmine pergunt. Cornices duces eas præcedunt, & ipsæ quasi exercitus prosequuntur. Eximia illis circa filios pietas: nam adeò nidos impensius fouent, vt assiduo incubitu plumas exuant. Quantum autem tempus impenderint in fœtibus educandis, tantùm & ipsæ inuicem à pullis suis aluntur.

Olor, auis est quam Græci κύκνον appellant. [p] Olor autem dictus, quòd sit totus plumis albus: nullus enim meminit Cygnum nigrum: ὅλον enim Græcè totum dicitur. [q] Cygnus autem à canendo est appellatus eo quòd carminis dulcedinem modulatis vocibus fundit. Ideò autem suauiter etiam canere (dicunt) quia collum longum & in flexum habet, & necesse est eluctantem vocem per longum & flexuosum iter variè reddere modulationes. Feruntin Hyperboreis partibus, præcinẽtibus cytharœdis, Olores plurimos aduolare, aptéque admodum concinere. [r] Olores autem Latinum nomen est: nam Græcè Cygni dicuntur. [s] Nauta verò sibi hunc bonam prognosin facere dicunt, sicut ait [t] Æmilius: Cygnus in auspicijs semper lætissimus ales. Hunc optat nautæ, quia se non mergit in vndas.

[v] Struthio Græco nomine dicitur, quod animal in similitudine auis pennas habere videtur, tamen de terra altius non eleuatur. Oua sua fouere negligit, sed proiecta tantummodo fotu pulueris animantur.

Ardea vocata, quasi ardua, i. propter altos volatus. Lucanus, [x] Quodq. ausa volare Ardea. [y] Formidat enim imbres, & super nubes euolat, vt procellas nubiũ sentire non possit: cùm autem altius volauerit, significat tempestatem. Hanc multi [z] Tantalum nominant.

[a] Phœnix, Arabiæ auis, dicta quòd color rem phœniceum habeat, vel quòd sit tot orbe singularis & vnica. Nam Arabes singularem & vnicam Phœnicem vocant. Hæc quingentis & vltra annis viuens, dum se viderit senuisse: collectis aromatum virgulis, rogum sibi instruit, & conuersa ad radium solis alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit, sicq. iterum de cineribus suis resurgit.

[b] Cinnamolgus, & ipsa Arabiæ auis, proinde ita vocata, quod in excelsis nemoribus texit nidos ex fruticibus cinnami, & quoniam nõ possunt ibi homines conscendere propter ramorum altitudinem & fragilitatem, eosdem nidos plumbatis appetunt iaculis, ac sic cinnama illa deponunt, & pretijs amplioribus vendunt: eo quod cinnamũ illud magis, quàm alia, mercatores probent.

[c] Psittacus, in Indiæ littoribus gignitur, colore viridi, torque puniceo, grandi lingua & cæteris auibus latiore. Vnde & articulata verba exprimit, ita vt si eam non videris, hominem loqui putes. Ex natura autem salutat dicens, auc, vel χαῖρε: cætera nomina institutione discit. Hinc est illud: Psittacus à vobis aliorum nomina discam, Hoc didici per me dicere, Cæsar aue.

[d] Halcyon, pelagi volucris dicta, quasi ales cyanea, eò quòd hyeme in stagnis Oceani nidos facit, pullósq. educit. Qua excubante fertur extento æquore pelagus silentibus ventis continua septem dierum tranquillitate mitescere, & eius fœtibus educandis obsequium ipsam rerum Naturam præbere.

[e] Pellicanus, auis Ægyptia, habitans in solitudine Nili fluminis, vnde & nomen sumpsit: [f] nam Canopus Ægyptus dicitur. Fertur, si verum est, eam occidere natos suos, eósque per triduum lugere, deinde seipsam vulnerare, & aspersione sui sanguinis viuificare filios.

[g] Stymphalidæ, aues à Stymphadibus insulis appellatæ, vbi plurimum abundant, aduersus quas Hercules sagittis est vsus: sunt enim pelagi volucres in insulis habitantes.

[h] Diomedeas aues à socijs Diomedis appellatas, quos ferunt fabulæ in easdem volucres fuisse conuersos, forma fulicæ similes, magnitudine cygnorum, colore candido, duris & grandibus rostris. Sunt autem circa Apuliam in Insula Diomedea inter scopulos littorum & saxa volitantes, iudicant inter suos, & aduenas. Nam si Græcus est, propius accedunt & blandiuntur: si alienigena,

morsu impugnant & vulnerant, lacrymosis quasi vocibus dolentes vel suam mutationem, vel regis interitum. Nam Diomedes ab Illyrijs interemptus est. Hæ aues Latinè Diomedeæ vocantur, Græci eas Ἡρωδίους dicunt.

[i] Memnonides, aues Ægyptiæ, appellatæ à loco, vbi Memnon perijt. Nam cateruatim aduolare dicuntur ex Ægypto ad Iliũ iuxta Memnonis sepulchrum, & proinde eas Ilienses Memnonias vocant. Quinto autem anno ad Ilium veniunt, & cum biduo circumuolauerint, tertia die ineuntes pugnam vicissim se vnguibus rostrísque dilacerant.

[k] Hercyniæ aues dictæ ab Hercynio saltu Germaniæ vbi nascuntur, quarum pennæ adeò per obscurum emicant, vt [l] quamuis nox obtẽta densis tenebris sit, ad præsidium itineris dirigendi præiactæ interluceant, cursúsque viæ pateat indicio plumarum fulgentium.

[m] Onocrotalon Græci vocant rostro longo. Quorum duo genera sunt: aliud aquatile, aliud solitudinis.

[n] Ibis, auis Nili fluminis, quæ semetipsam purgat, rostro in anum aquã fundens. [o] Hæc serpentium ouis vescitur, ex eis escam gratissimam nidis suis deportans.

[p] Meropes, eosdem & Gaulos, qui parentes suos recondere atque alere dicuntur.

Coredulus, genus volatile, quasi cor edens.

Monedula, quasi monetula, quæ cùm aurũ inuenit, aufert & occultat. Cic. pro Valer. Flac. Non plus aurũ tibi, [q] quàm monedulæ, committendum.

[r] Vespertilio, pro tempore nomen accepit, eò quòd lucem fugiens, crepusculo vespertino circumuolat, præcipiti motu acta, & tenuissimis brachiorum membranis suspensa: [s] animal murium simile, non tam voce resonans, quàm stridore: specie quoq. volatilis, simul & quadrupes, quod in alijs auibus reperiri non solet.

[t] Luscinia auis inde nomen sumpsit, quod cantu suo significare solet diei surgentis exortum, quasi lucinia. Eadem & Acredula, de qua Cicer. in Prognosticis: [v] Et matutinos exercet Acredula cantus.

[x] Vlula auis, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, id est, à planctu & luctu nominata: [y] cùm enim clamat, aut fletum imitatur, aut gemitũ: vnde & apud augures, si lamentatur, tristitiam: tacens ostendere fertur prosperitatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bubo, à ſono vocis compoſitum nomen habet, auis feralis, onuſta quidem plumis, ſed graui ſemper detenta pigritie: in ſepulcris die noctûque verſatur, & ſemper commorans in cauernis: de qua Ouidius: Fœdaque fit volucris venturi nuntia luctus, ignauus bubo dirum mortalibus omen. Deniq. apud augures malum portendere fertur: nam cùm in vrbe viſa fuerit, ſolitudinem ſignificari dicunt.

Noctua dicitur, pro eo quòd nocte circumuolat, & per diem non poſsit videre. [z] Nam exorto ſplendore ſolis, viſus illius hebetatur. Hanc autem [a] Inſula Cretenſis non habet, & ſi veniat aliunde ſtatim moritur. [b] Noctua autem non eſt bubo, nam bubo maior eſt.

[c] Nycticorax, ipſa eſt noctua, [d] quia nocte amat: [e] eſt enim auis lucifuga, [f] & ſolem videre non patitur.

[g] Strix, nocturna auis habens nomen de ſono vocis: quando enim clamat, ſtridet: de qua Lucanus: quod trepidus bubo, quod Strix nocturna queruntur. Hæc auis vulgo Amma dicitur, ab amando paruulos, vnde & lac præbere fertur naſcentibus.

[h] Coruus, ſiue Corax nomen à ſono gutturis habet quòd voce coracinet. Fertur hæc auis, quòd editis pullis eſcam plenè non præbeat, priuſquàm in eis per pennarum inedinè ſimilitudinè proprij coloris agnoſcat. Poſtquam verò eos tetros plumis aſpexerit, in toto agnitos abundantius paſcit. Hic prior in cadaueribus [i] oculum petit.

Cornix, annoſa auis, apud Latinos Græco nomine appellatur, quam aiunt augures hominum curas [k] ſignificationibus augere, inſidiarum vias mõſtrare, futura prædicere. Magnum nefas hæc credere, vt Deus conſilia ſua Cornicibus mandet. Huic inter multa auſpicia tribuunt etiam pluuias portendere vocibus, vnde eſt illud, Tunc cornix plena pluuiam vocat improba voce.

Graculus, à garrulitate nuncupatus, non, vt quidam voluit, pro eo quod gregatim volent: cùm ſit manifeſtum ex voce eum nuncupari. Eſt enim loquaciſsimum genus, & vocibus importunum.

[l] Picæ, quaſi poëtricæ, quod verba in diſcrimine vocis exprimãt, vt homo. Per ramos enim arborum pendulæ importuna garrulitate ſonantes, etſi linguas in ſermone nequeunt explicare, ſonum tamen humanæ vocis imitantur, de qua congruè quidã ait, [m] Pica loquax certa dominum te voce ſaluto. Si me non videas, eſſe negabis auem.

Picus, à Pico Saturni filio nomen ſumpſit, eo quòd ea in auſpicijs vtebatur. Nã ferunt hanc auẽ quiddam habere diuinum, illo indicio, quod in [n] quacumq. arbore nidificauerit, clauus vel quicquid aliud fixum fuerit, diu hærere non poſsit, quin ſtatim excidat, vbi ea inſederit. [o] Iſte eſt Picus Martius, nam alia eſt Pica.

[p] Pauo, nomen de ſono vocis habet, cuius caro tam dura eſt, vt putredinẽ vix ſentiat, nec facilè coquatur, [q] de quo quidam ſic ait. Miraris quoties gemmantes explicat alas. Et potes hunc ſæuo tradere dure coco?

Phaſianus, à [r] Phaſide Inſula Græciæ, vnde primum aſportatus eſt, appellatur. Teſtatur id vetus diſtichon illud, Argiua primò ſum tranſportata carina. Ante mihi notum, nil niſi Phaſis erat.

Gallus à caſtratione vocatus. Inter cæteras enim aues huic ſoli teſticuli adimuntur. Veteres enim abſciſos Gallos vocabãt: ſicut autẽ à leone læna, & à dracone dracæna, ita à gallo gallina. Cuius membra, ferunt quidã, ſi auro liqueſcenti miſceantur, [s] conſumi.

Anas, ab aſsiduitate natandi aptum nomen accepit. Ex quo genere quædam Germanæ dicuntur, quòd plus cæteris nutriant.

Anſeri, nomen Anas dedit per deriuationem, vel à ſimilitudine, vel quòd & ipſe natandi frequentiam habeat. [t] Iſte vigilias noctis aſsiduitate clangoris teſtatur. [v] Nullum autem animal ita odorem hominis ſentit, vt Anſer, vnde & clangore eius Gallorũ aſcenſus in Capitolio deprehenſus eſt.

[x] Fulica dicta, quòd caro eius leporinam ſapiat. Lagos enim lepus dicitur, vnde & apud Græcos Lagois dicitur. [y] Eſt enim auis ſtagnenſis, habens nidum in medio aquæ vel in petris quas aquæ circundant, [z] marítimóque ſemper delectatur profundo. Quæ dum tempeſtatem perſenſerit, fugiens in vado ludit.

[a] Mergis ab aſsiduitate mergendi nomen hoc hæſit. Sæpè autem demiſſo in profundum capite aurarum ſigna ſub fluctibus colligunt, & præuidentes æquoris tempeſtatem cum clamore ad littora tendunt. Nam in pelago iam grauiſsimam eſſe tempeſtatem (conſtat) cùm ad littora Mergi confugerint.

Accipiter,

Accipiter, auis animo plus armata quàm vngulis, virtutem maiorem in minore corpore geſtans. Hic ab accipiendo, id eſt, à capiendo nomen ſumpſit. Eſt enim auis rapiendis alijs auibus auida, ideóque vocatur Accipiter, hoc eſt, raptor, vnde & Paulus Apoſtolus. Suſtinetis enim ſi quis [b] vos accipit, vt enim diceret, ſi quis rapit, dixit, ſi quis accipit. [c] Fertur autẽ Accipitres circa pullos ſuos impios eſſe. Nam dum viderint eos poſſe tentare volatus, nullas eis præbent eſcas, ſed verberant pennis & à nido præcipitant, atq. à tenero compellunt ad prædam, ne forte adulti pigreſcant.

[d] Capys Itala lingua dicitur à capiendo. Hunc noſtri Falconem vocant, eo quod incuruis digitis ſit.

Miluus, mollis viribus & volatu, quaſi mollis auis, vnde & nuncupatur, [e] rapaciſsimus tamen, & ſemper domeſticis auibus inſidiatur.

Oſsifragus, vulgo appellatur auis, quę oſſa ab alto dimittit, & frangit. Vnde & à frangendo oſſa nomen accepit.

[f] Turtur de voce vocatur, auis pudica, & ſemper in montium iugis, & in deſertis ſolitudinibus commorans. Tecta enim hominum & conuerſationem fugit, & commoratur in ſyluis. Quæ etiã hyeme deplumata in truncis arborum concauis habitare perhibetur. Cuius ècontrario columba hoſpitia humana diligit ſemper domorum blanda habitatrix.

Columbæ dictæ, quod earum colla ad ſingulas conuerſiones colores mutent, aues manſuetæ, & in hominũ multitudine conuerſantes [g] ac ſine felle, quas antiqui Venerias nuncupabant, eo quod nidos frequentent, & oſculo amorem concipiant.

Palumbes, eo quod ſint fartæ, à pabulo [h] quas vulgus Titos vocãt, auis caſta, ex moribus appellatur, quòd comes ſit caſtitatis. Nam dicitur quod amiſſo corporali conſortio ſolitaria incedat, nec carnalem copulam vltra requirat.

[i] Perdix, de voce nomen habet, auis doloſa atque immunda. Nam maſculus in maſculum inſurgit & obliuiſcitur ſexũ libido præceps. [k] Adeò autem fraudulẽta, vt alteri oua diripiens foueat, ſed fraus fructũ nõ habet, denique dum pulli propriæ vocem genitricis audierint naturali quodã inſtinctu, hanc, quæ fouit relinquunt, & ad eandem, quæ genuit, reuertuntur.

Coturnices, à ſono vocis dictæ, quas Græci ὀρτυγας vocant, eo quod primũ viſæ fuerint in Ortygia inſula. Hæ aduenientes habent tempora. Nam æſtate depulſa maria tranſmeant.

[l] Ortygometra dicitur, quæ gregem ducit, eam terræ propinquantem accipiter videns rapit, ac propterea cura eſt vniuerſis ducem ſolicitare externi generis, per quam caueant prima diſcrimina. Cibos gratiſsimos habent ſemina venenorum, quam ob cauſſam ijs veteres veſci interdixerunt. Solum enim hoc animal, ſicut & homo, caducum patitur morbum.

[m] Vpupã Græci appellant, eo quod ſterco ra humana conſideret, & fœtenti paſcatur ſimo, auis ſpurciſsima, criſtis extantibus galeata, ſemper in ſepulcris & humano ſtercore commorans. Cuius ſanguine quiſquis ſe inunxerit, dormitum pergens dæmones ſuffocantes ſe videbit.

[n] Tucos, quos Hiſpani Cuculos vocant, à propria voce cõſtat nominatos. Hi veniendi tempus habent miluorum ſcapulis ſuſcepti, propter breues & paruos volatus ne per longa aëris ſpatia fatigati deficiant. Horum ſaliuæ cicadas gignunt, oua paſſeris nido reperta comedit & ſua objicit, quæ ille ſuſcepta & fouet & nutrit.

Paſſeres verò ſunt, minuta volatilia, à paruitate vocata, vnde & puſilli & parui.

[o] Merula antiquitus medula vocabatur, eo quod moduletur. Alij Merulam vocatã aiunt, quia ſola volat, quaſi mera volans.

[p] Hæc cùm in omnibus locis nigra ſit, in Achaia candida eſt.

Hirundo dicta, quod cibos non ſumat reſidens, ſed in aëre capiat eſcas & edat, garrula auis, & per tortuoſos orbes & flexuoſos circuitus peruolans, & in nidis conſtruendis educandiſque fœtibus ſollertiſsima, habens etiam quiddã præſcium, quod lapſura deſerat, nec appetat culmina, [q] à diris quoq. auibus non impetitur, nec vnquam præda eſt, maria tranſuolat, ibíq. hyeme commoratur.

Turdi à tarditate dicti, [r] hyemis enim cõfinio ſe referunt.

Turdela, quaſi maior turdus, cuius ſtercore viſcum generari putatur. Vnde & prouerbium apud antiquos erat, Malum ſibi auem cacare.

[s] Furfurio vocatus, quòd prius farre in farinam redacto paſceretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ficedulæ, dictæ quod ficos magis edant. A Quod panditur versiculo veteri illo, Cùm me ficus alat, cùm pascar dulcibus vuis, Cur potius nomen non dedit vua mihi?

[r] Carduelis, quod spinis & carduis pascitur, vnde etiam apud Græcos ἀκανθὶς dicta est ab ἄκανθος, id est, spinis quibus alitur.

Augures autem dicunt & in gestu, & in motu, & in volatu, & in voce auium signa esse constituta.

[s] Oscines, aues vocant, quæ ore cantúque auspicium faciunt, vt coruus, cornix, picus.

Alites, quæ, volatu ostendere futura videntur:[x] quæ si aduersæ sunt, Inebræ dicuntur, quod inhibeant, id est retent: si prosperę,
[y] Præpetes: & ideo Præpetes, quia omnes aues priora petunt volantes.

Tertiam faciunt speciem auguriorum in auibus, quam communem vocant, ex vtroque permixtam, id est, cùm aues ex ore & volatu[z] auguriantur,[a] sed fidem non habet.
[b] Omnium autem genera volucrum bis nascuntur. Primùm enim oua gignuntur, inde calore materni corporis formantur, & animantur.

[c] Oua autem dicta, ab eo, quod sint vuida. Vnde & vua eo quod intrinsecus humore sit plena. Nam humidum est, quod exterius humorem habet, vuidum quod interius. Quidam autem putant ouum Græcam habere originem nominis. Isti autem dicunt ὤϊα. v. littera ablata. Oua autē quædam inani vento concipiuntur, sed non sunt generabilia, nisi quæ fuerint concubitu masculino concepta, & seminali spiritu penetrata. [d] Ouorum vim tantam dicunt, vt lignum perfusum ouo non ardeat, ac ne vestis quidem contacta aduratur. Admixta quoque calce glutinare fertur vitri fragmenta.

[a] Cap. VII. Vnum nomen auium--psitacus. *Omnia ex Ambros. 5. Hex. c. 14. præter exempla, quæ ab Isidoro quoque omissa putabat Chacon.*
[b] Vt Garamantes. *De quib. Nicephorus lib. 9.*
[c] Aliæ Enchoriæ *Ex voce* encuriæ, *aut* encoriæ, incolæ *librarij non omninò absurdè fecerant. Basilius à quo Ambrosius,* ἐγχώριαι.
[d] Neq. n. omnis Indiæ. *è Plin. 33. c. 11.*
[e] Nam vnde volare, inde & ambulare. *è Seru. ad* Pascentes illæ tantum prodire volando, *Æn. 6.*
[f] Et homo paruus, pullo. *Vt supra ex Festo ostendimus.*
[g] Tanti enim contuitus. *Ex Hier. in Abd. c. 1.*
[h] Nam & contra radios. *Ex Ambros. 5. Hex. c. 18. & in ps. 118.*
[k] Harum quasi dicunt *Ambros. c. 20.*
[l] Vultures autem. *Idem in oratione de obit. Theodos.* Bradypus apud Græcos. *Facilis fuit lapsus ex hac voce in* Gradipes, *quæ in plerisq. CC. legitur Plin. 10. c. 22.* Proximæ sunt quas Hispania aues tardas appellat, Græcia otidas.
[m] Ordine litterato. *è Seru. Æn. 1. ad v.* Cœtu cinxere polum. *Reliqua è Solin. c. de Thracia.*
[n] Quem sonum oris potuis. *è Solin. 35. & Ambros. V. Hex. c. 16.*
[o] societatis comites. *Sic paullò post columbam castitatis comitem dicet.*
[p] Olor autem dictus. *Olorem Latinam vocem statim faciet, sed è Græca duci, nihil vetat. nisi aliena hæc esse cum Chaonenauis.*
[q] Cygnus. *Aliquanto durior notatio.*
[r] Olores autem Latinè. *è Seruio ad v.* Strymoniamq. gruem, aut album detecit olorem. *Æn. 11.*
[t] Nautæ bonam prognosin. *è Seru. Æneid. 1. ad v.* Aspice bis senos læt.
[s] Sicut Æmilius ait. *Æmilius Macer in ornithogonia. & ita legendum censebat Chacon apud Nonium in* Profecta, *non* Licinius. *Nam quamuis vtriusq. Plinius meminerit; tamen cum de auibus agit Æmilium citat. qui citatur etiam à Non. in* luculentus, *ità Seru. Æn. 1. ad v.* Ignauum fucos pecus à præsepib. arcent.
[v] Struthio. *Ex Greg. 31. Moral. ad Iob. c. 39.*
[x] Quodq. ausa volare Ardea. *è Lucan. 5. locus verò è Seru. Georg. 1. & Æn. 7.*
[y] Formidat. *Ex Ambros. Hex. 5. c. 13.*
[z] Tantalum vocant. *Videndum, num potius* Taurum. *Nam ardeam stellarem ita appellat Aristoteles. Quod bouis mugitū voce imitetur. cuius meminit etiā. Plin. lib. 10. c. 42.*
[a] Phœnix auis dicta. *Plin. lib. 13. c. 4. à phœnice, id est, palma.*
[b] Cinnamulgus *Plin. 10. cap. 33. & Sol. c. 46. idem est cum cinnamomo. Sed cinnamomum vnico n. scribunt Græci atq. ita scribi præcipit apud Latinos Nestor antiquus Gramm.*
[c] Psitacus è Solin. *c. 55.*
[d] Halcyon quasi auis Oceana. *Gotthici Cyanea.*
[e] Pellicanus -fluminis. *Verba Augustin. in ps. 101.*
[f] Nam Canopus Ægyptus dicitur. *Nam Pellæus canopus mallem, vt magis etymon responderet? Virgil. Georg.* Ná qua Pellæi gens fortunata Canopi. 4., *Et tamen lib. 19. c. 5. Nam Canopæa Ægyptus est.*
[g] Stymphalides aues ab Stymphadib. insulis. *CC. Goth.* Stromphalidæ aues ab Strophadib. insulis. *Vitiosum vtrumq. Nam neq. Stymphades insulæ vllæ (vt opinor) dicuntur; neq. Strophalidæ aues. Est autem Stymphalus Arcadiæ palus, itemq. in Epiro Strophades insulæ, & vtrobique aues, quarum illas confixisse sagittis Hercules, has abegisse Zethus. & Calais Boreæ filij memorantur: de illis Lucret. 5.* vncisq. timendæ, Vnguib. Arcadiæ volucres Stymphala colentes--*de his Virg. 3. Æn.* Strophades Graio stant nomine dictæ Insulæ Ionio in magno, quas dira Celeno, Harpyæq. &c.
[h] Diomedeas aues. *Locus plurib. ex auctorib. concinnatus è Seru. ad v.* Nunc etiam horribili visu p. seq. *Æn. 11. Aug. 18. de ciu. c. 16. Solin. c. 9. Plin. & Ouidio.*
[i] Memnonides, *Plin. 10. c. 26. Solin. c. 43. Albert. Magn. 23. de animal. Ouid. 13. metam.* Terq. rogum lustrant, & consonus exit in auras Ter plangor.
[k] Hercmiæ aues. *è Sol. 32.*
[l] Quamuis nox obtēta densis tenebris. *Virg. Georg. 1.* Semper & obtenta densantur nocte tenebræ.
[m] Onocrotalon--quorum duo genera. *Ex Hier. in Soph.*

Soph. 2. Est auis hæc voraciss.ma, propterea Martial. turpe Rauennatis guttur Onocrotali. *Vid. Nebriss. in lib. de L. locis.*
[n] Ibis auis Nili. *Plin. 8. c. 27. Ælian. 2. c. 35.*
[o] Hæc serpentum ouis. *è Solin. c. 45.*
[p] Meropis--eos. & gaulos. *Sic vocant Itali, nos auejarucos.*
[p] Quam monedulæ committend. *committebant legitur apud Cicer. Vid. Plin. lib. 10. c. 29.*
[r] Vespertilio. *Ex Ambros. Hexaem. 5. c. 24.*
[s] Animal murium simile. *Verba Hierony. in Is. 2. cap.*
[t] Luscinia. *Ex Ambros. Hexaem. 5. c. 11. Diuersa tamen origo placuit Varroni.* luscio la, aut luscinia (*inquit*) quod luctuosè canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in luctu facta auis.
[v] &mat. e. a. c. & matutinis Acredula vocibus instat, vocib. instat & assiduas iacit ore querelas. *i. de diuinatione ex ijsd. prognost. Quinctus frater.*
[x] Vlula auis. *è Seru. eclog. 8.*
[y] Cum enim clamat. *Seruius hæc de bubone, non de vlula Æn. 4.*
[z] Hanc autem insula Cretens. *è Solin. c. 16.*
[a] Nam exorto splendore. *Ambr. 5. hex. c. 24.*
[b] Noctua autem non est bub. *è Seru. Æn. 12.*
[c] Nyctcorax ipsa est noctua. *Hieronym. epist. 135. ad Sunniam.*
[d] quia noctem amat. *Aug. in Ps. 101.*
[e] est n. auis lucifuga. *è Ser. Georg. 1. ad v.* Nequicquam seros e. noct.
[g] & solem videre non pat. *De Vespertilione dixit Hieronym. Is. 2.*
[g] Strix. *Vid. Fest. sed quod vulgò Ammas dici refert. hinc quidā nutrices amas à nostris vocari putāt. alij verò nō Latinam vocē, sed è Germania à Gotthis aduectā existimāt. Sed, qui Hebræam dixerit, minus, credo, fallet.*
[h] Coruus -- fertur hæc auis. *è Greg. 30. Moral. c. 9. Al. 15.*
[i] Oculum petit. *Catull. de Cominio --* Non equidē dubito, quin primum inimica bonorum-Lingua execta auido sit data vulturio, - Effossos oculos voret atro gutture coruus, -- Intestina canes, cætera membra lupi.
[k] significationibus augere. *Ita solus Vulcan. reliqui agere.*
[l] Picæ. q. poetricæ. *Vel ad Persium respexit--* Coruos poetas, & poetridas picas--*aut ad fabulam de Pieridibus in picas mutatis.*
[m] Pica loquax. *Carmen Martialis.*
[n] In quacumque arbore nidificauer. *Ex Plin. 10. cap. 18.*
[o] iste est picus Martius. *è Seru. ad v.* Aurea percus. virga *Æn. 7.*
[p] Pauo -- vt putredinem vix sentiat. *Ex Augu. 21. de ciuit. c. 4.*
[q] de quo quidam. *Martialis.*
[r] à Phasi de insula Græciæ. *Fluuio potius, aut vrbe.*
[s] consumi. *Aurum scilicet. Plin. 29. c. 4.* Si auro liquescenti gallinar. membra misceantur, consumūt id in se, ita hoc venenum auri est.
[t] Iste vigilias noctis. *Ex Ambros. Hex. 5. c. 13.*
[v] Nullum animal. *è Ser. AEn. 8.*
[x] Fulica dicta, eo quòd caro eius leporē. sapiat. *Fuliginem, credo, aut vliginem sapit. sed quorsum illud: lagos n. lepus dicitur - mirum ni glossema est.*
[y] Est enim auis stagnens. *Ex August in ps. 103.*
[z] maritimo q. s. d. p. *Ex Ambros c. 13.*
[a] mergis ab assid. *Ita est in Gotth. & apud Ambros. reliqua ex Virg. Georg. 1.*
[b] si quis vos accipit. *Ex Greg. 33. Moral. c. 11. Al. 16.*
[c] Fertur autem accipiter. *Ex Ambros c. 18.*
[d] Capys. *Seru. ad Carmen --* Et capys hinc nomen Campanæ ducitur vrbi. constat (*inquit*) Capuam à Thuscis conditā viso falconis augurio, qui Thusca lingua Capys dicitur. *& Fest. in* Capuam.
[e] rapacissimus, &c. *Verba Hieronymi ad Zachar. c. 5.*
[f] Turtur auis pudica. *Hieron. 1. contra Iouinian.* Turtur auis pudicissima. *& Orig hom. 2. in Cant. Hiero. interprete,* turtur semper in montium iugis, & arborū verticib. commoratur.
[g] ac fine felle. *Quod minimum fellis habeat vt diximus supra. vid. Arist. 2. de hist. anim. c. 15.*
[h] quas vulgò Titos. *Seru. eclog. 1.* Columbæ quas vulgus tetas vocat.
[i] Perdix de voce nomen habet. *Est enim πέρδεσθαι flagitium (vt ait Plautus) crepando facere. honeste Statius-* quiq. refert iūgens iterata vocabula perdix. *Hieronymen (oratoriè credo, vt causæ seruiret) à perdendo perdicem nominatam dixit ep. 48.*
[k] adeò autem fraudulenta. *Ex Ambros. 6. c. 3. & Hieronym. ad Ierem. 17. & ep. 48.*
[l] Ortygometra. *è Solino.*
[m] Vpupa. *Ex Hier. in Zacha. c. 25. vsq. ad* cōmorans.
[n] Tucos quos Hispanicuculos. *Inuerso ordine in libris omnib. legerim cum Chacone, Cuculos quos Hispani cucos.*
[o] Merula - q. mera volans. *sic Varro, & Festus. sed improbat Quinctilian. lib. 1. c. 5.*
[p] hæc cum in omnibus locis nig. *è Solin.*
[q] à diris quoq. auibus. *Ita est in Gotthicis rectè. Solin.* minime certè à ditis auibus impetuntur, neq. vnquam prædæ sunt, vt sacræ.
[r] hyemis enim confin. *Ambros. 5. Hex. c. 14.*
[s] Furfurio. *Siue Farfario, vtramque enim lectionem admittunt & Gotthici characteres, & ipsa notatio. Varro. 3. de re rust.* Diebus xx antequàm quis tollere vult turdos, largius dat cibum, quod plus ponit, & farre subtiliore incipit alere.
[t] Carduelis. *è Seru. Geor. 3. ad v.* littoráq. Halcyonem resonant, achalantida dumi.
[v] Oscines. *Ex Festo,*
[x] Quæ si aduersæ sunt Inebræ. *Fest.* Inebræ aues, quæ in augurijs aliquid fieri prohibent, & prorsus omnia inebra appellantur, quæ tardant, vel morātur agentem. *Gloss.* Enibra Εναντία. Inebra ἔργον μαντευτικὸν. Ember picus ὄρνις πονηρὰ. Enibrum πράγματος ἐπιβλαβὲς.
[y] Præpetes. *Vid. Seru. ad v.* Præpetis omina pennæ *AEn. 3. Agell. lib. 6. c. 6. & Fest.*
[z] auguriantur, *Ita V. c. 1. auguria faciunt.*
[a] Sed fidem non habet. *Hoc est, ea auguria certa, & rata non sunt, mendosè omnes libri,* sed fides hoc *vel* hæc non habet: *Rabanus,* sed fides Christi hoc nō habet, *quasi minus superiora fides Christi damnet.*
[b] Omnium autem genera volucr. *Ex Lactan. de opif. c. 3.*
[c] Vnde & vua. *è Seru. eclog. 10.*
[d] Ouorum vim. *Ex Plin. 29. c. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De minutis volatilibus. Cap. VIII.

APes [a] dictæ, vel quòd se pedibus inuicẽ alligent, vel pro eoquòd sine pedibus nascantur. [b] Nam postea & pedes, & pennas accipiunt. Hę sollertes in [c] generandi mellis officio, assignatas incolunt sedes, domicilia inenarrabili arte componunt, ex varijs floribus fauum condunt, textísq. ceris innumera prole castra replent, exercitum & reges habent, prœlia mouent, fumum fugiunt, tumultu exasperantur. Has plerique experti sunt nasci de boum cadaueribus. [d] Nã pro B his creandis, vitulorum occisorum carnes verberantur, vt ex putrefacto cruore vermes creentur, qui postea efficiuntur apes. [e] Propriè autem Apes vocantur ortæ de bobus, sicut Crabrones de equis, Fuci de mulis, Vespæ de asinis.

[f] Costros Græci appellãt, qui in extremis partibus fauorum maiores creantur, quos aliqui reges putãt (dicti quod castra ducãt.) [g] Fucus est maior ape, crabrone minor. Dictus autẽ fucus quod alienos labores edat, quasi fagus. Depascitur enim quod non laborauit: De quo virgil. Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Vespæ. ----

Crabrones vocati à cabo, i. caballo, quòd ex his creentur: sicut autẽ Crabrones nascuntur de equorum carnibus putridis, ita ex eis iterum sæpè nascuntur Scarabæi, vnde & cognominati sunt.

[h] Tauri vocantur Scarabæi terrestres Ricino similes.

[i] Bupresti s, animal est in Italia paruum, simillimum scarabæo, longipedi. Fallit inter herbas bouẽ maximè, vnde & nomẽ habet, deuoratũq. tacto felle ita inflãmat, vt rũpat.

Cicendela, scarabæorũ genus est, eo quòd gradiens vel volans lucet.

Blattæ, à colore nuncupatæ, siquidem & comprehensæ manũ tingunt, vnde & blatteum colorem dicunt. Hoc autem animal lucem videre non patitur, contrarium muscæ: nam musca lucipeta, & blatta lucifuga est, per noctem enim tantum ambulat.

Papiliones, auiculæ sunt, quæ maximè abũdant florentibus maluis, quique vermiculos stercore suo faciunt nasci.

Locusta, quòd pedibus sit longis, veluti hasta, vnde & eam Græci, tam maritimam, quàm terrestrem astacon appellant.

Cicadæ, ex cuculorum nascuntur sputo, [k] hæ in Italia apud Rheginos multæ sunt, nec vsquam alibi.

Musca ex Græco venit, sicut & mus: hæ, sicut & apes, necatæ in aqua, aliquoties post vnius horæ spatium reuiuiscunt.

Cynomyia Græcè vocatur, i. musca canina. Nam κυνῶν Græcè canis vocatur.

[l] Culex ab aculeo dictus, quòd sanguinẽ sugat: habet enim in ore fistulã in modũ stimuli, qua carnẽ terebrat, vt sanguinẽ bibat.

[m] Cyniphes, muscæ minutissimæ sunt, sed aculeis permolestæ, qua tertia plaga superbus populus Ægyptiorum cæsus est.

[n] Oestrus, animal armentis aculeis permolestum. Oestrum autem Græcum est, quod Latinè Asilus, vulgò Tabanus vocatur.

[o] Bibiones sunt qui in vino nascuntur, quos vulgò mustiones à Musto appellãt, vnde & Afranius, Ad me cũ spectas, fabulariq. incipis. Ex ore in oculos tuos bibiones inuolãt.

[p] Gurgulio dicitur, quia penè nihil aliud est, nisi guttur.

a Cap. VIII. Apes dictæ. *è Seru. Geor. 4. ad carmen,* Aut illæ pedib. connexæ.

b Nam postea & ped. *Ex eod. ad v.* Trunca pedum primo.

c generandi mellis officium. *Ex Lact. lib. 3. c. 10.*

d Nam pro his creãdis, *Seru. ad v.* cæsisq. iuuẽcis.

e propiè tamen apes. *Ex eod. ad v.* Ignauum fucos, *Æn. 1.*

f Costros Græci appellant. *Castros impressi libri, Chacon Oestros legebat, cũ costros in libris omnibus sit, alienum esse illas voces* (dicti quòd castra ducant) *Cur enim Græcæ voci Latinum etymon aptaret, quod peruersissimum ipse Seruius, & Charisius dicunt. Sumpta enim esse hæc è Palladio lib. 6. c. 10.* Hoc mense incipiunt augeri examina, & in extremis fauorum partibus maiores creãtur apiculæ, quas aliqui reges putant, sed Græci οἰστρους appellant, & necari iubent. *Eadem propè Columella lib. 6. cap. 10. Sed cum rursus paullò post de œstris sermo sit, Costros hoc loco mouere religio fuit.*

g Fucus ape mai. crabr. min. *Verba Æmilij Macri apud Seru. loco cit.*

h Tauri vocantur scarab. *Ex Plin. 30. c. 5.*

i Bupresti s. *Ex eod. lib. c. 4.*

k Hę in Italia apud Rhegin. *è Solin. c. 8.*

l Culex ab aculeo. *Non dubito, quin ex Aug. in psal. 148.* quis dedit aculeum culici, vt sanguinem sugat? quid tenuis fistula est, qua sorbet?

m Cyniphes. *Aug. 3. de Trinit. c. 7.* Cyniphes muscullæ sunt breuissimæ, qua tertia plaga superbus populus Ægyptiorum cædebatur. *à Græcis σκνῖφες, κωνῶπες, & κώνωπες ab Aetio dicuntur.*

n Oestrum autem Græcum. *Verba Seruij Georg. 3. ad v.* Oestrom Graij vertere vocantes.

o Bibiones. *Al. bibones. Afranij senarijs nihil elegantius.*

p Gurgul. *è Seru. Geor. 1.*

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER DECIMVSTERTIVS.

De mundo, & partibus.

PRÆFATIO.

IN hoc libello, quasi in quadam breui tabella, quasdam cæli causſas, situsque terrarum, & maris spatia annotauimus, vt in modico lector ea percurrat, & compendiosa breuitate etymologias eorum causſasque cognoscat.

DE MVNDO. Cap. I.

MVNDVS [a] est cælum, terra, mare, & quę in eis, opera Dei, de quo dicitur: & mundus per eum factus est. Mundus Latinè à philosophis dicitur, [b] quod in sempiterno motu sit, vt cęlum, sol, luna, aër, maria. Nulla enim requies eius elementis concessa est, ideóque semper in motu est. Vnde & animalia Varroni videntur elementa, quoniam per semetipsa, inquit, mouentur. Gręci verò nomen Mundo de ornamento accommodauerunt, propter diuersitatem elementorum & pulchritudinem siderum. Appellatur enim apud eos κόσμος quod significat ornamentũ. [c] Nihil enim Mundo pulchrius oculis carnis aspicimus.

[d] Quattuor autem esse (constat) climata mundi, id est, plagas: Orientem, Occidentẽ, Septentrionem, & Meridiem.

Oriens, ab exortu solis est nuncupatus.

Occidens, quod diem faciat occidere, atque interire. Abscondit enim lumen mũdo & tenebras superinducit.

Septentrio autem à septem stellis axis vocatur, quæ in ipso reuolutæ rotãtur. Hic propriè, & vertex dicitur, eò quòd vertitur, sicut poëta ait, Vertitur interea cælum.

[e] Meridies, vel quia ibi sol faciat medium diem, quasi medidies, vel quia tunc purius micat æther. Merum enim purum dicitur.

Ianuæ cæli, duæ sunt, Oriens & Occasus: nam vna porta sol procedit, alia se recipit.

[f] Cardines autẽ mundi duo, Septentrio & Meridies, in ipsis enim voluitur cælum.

a Cap. I. Mundus est cælum, & terra. *Ex August. tract. 2. in Ioann.*

b quod in sempiterno motu. *Idem etymon secutus videtur Festus cùm dixit,* Mundus appellatur cælum, & terra, mare & aer. Mundus etiam dicitur ornatus muliebris, quia non est alius, quàm quod moueri potest. *Varroverò, & Plinius ab absoluta perfectáq. elegãtia mundum ex Græcor. imitatione dictum volunt, & Cicer. de Vniu.* vt hunc varietate distinctum benè Græci κόσμον, nos lucentem Mundum nominaremus.

c Nihil enim Mundo pulchrius o. c. a. *Verba Hier. in Ion. c. 1.*

d Quattuor autem esse constat clim. *eod. modo loquitur Hieronymus in nom. Heb. ex Exod. & in quæst. in Genes. c. 13.* quattuor (*inquit*) climata mundi posuit, Orientem, & Occidentem, Septentrionem, & Meridiem. *Vid. Seru. Georg. 1. ad v.* Mundus vt ad Scythiam, Riphæasque arduus arces.

e Meridies. *Eodem modo supra lib. 3. cap. 41. & lib. 5. cap. 31.*

f Cardines mundi. *Supra lib. 3. c. 37.*

De Atomis. Cap. II.

ATomos philosophi vocant quasdam in mundo corporum partes tam minutissimas, vt nec visui pateant, nec τομήν, id est, sectionẽ recipiant, vnde & ἄτομοι dicti sunt. Hi per inane totius mundi irrequietis motibus volitare, & huc atque illuc ferri dicũtur, sicut tenuissimi pulueres, qui infusis per

Universidad de Deusto
Biblioteca

feneſtras radijs ſolis videntur,ex ijs arbores & herbas & fruges omnes oriri, & ex ijs ignem & aquam,& vniuerſa gigni,atq. cõſtare quidam philoſophi gentium putauerunt.

Sunt autem atomi, aut in corpore,aut in tempore, aut in numero (aut in littera). In corpore vt lapis: Diuidis eum in partes,& partes ipſas diuidis in grana, veluti ſunt arenæ,rurſúmque ipſa arenæ grana diuide in minutiſsimum puluerem, donec ſi poſsis peruenias ad aliquam minutiam, quæ iam non ſit,quæ diuidi vel ſecari poſsit.Hæc eſt atomus in corporibus.In tempore vero, ſic intelligitur atomus: Annum verbi gratia diuidis in menſes:menſes, in dies : dies,in horas:adhuc partes horarum admittunt diuiſionem,quouſque venias ad tantum temporis punctum,& quandam momenti ſtillam, vt per nullam morulam produci poſsit, & ideò iam diuidi nõ poteſt. Hæc eſt atomus temporis:In numeris,vt puta octo diuiduntur in quattuor, rurſum quattuor in duo, deinde duo in vnum. Vnus autem atomus eſt,quia inſecabilis eſt.[b] Sic & in littera,nam orationem diuidis in verba,verba autem in ſyllabas, ſyllabam autem in litteras.Littera pars minima atomus eſt, nec diuidi poteſt. Atomus ergò eſt, quod diuidi non poteſt, vt punctus in Geometria.Nam τομὴ Græcè ſectio dicitur,ἄτομος indiuiſio.

[a] Cap.II.Atomos philoſophi. *Vid. Plutarch.* 1. *de placit.philoſ.c.*3. *& Stob.eclog.* 1. *phyſ. cap.*17. *& Seru. in Sileno.*
[b] Sic & in littera. *è Serg. in art.Donati.*

De Elementis. Cap. III.

HYlen [a] Græci rerum quandam primam materiam dicunt, nullo prorſus modo formatam,ſed omnium corporalium formarum capacem,ex qua viſibilia hæc elementa formata ſunt:vnde & [b] ex eius deriuatione vocabulũ acceperunt.[c] Hanc Hylen Latini materiam appellauerunt ,ideò quia omne informe,vnde aliquid faciendum eſt,ſemper materia nuncupatur. Proinde & eam poëtæ ſyluam nominauerunt. Nec incongruè, quia materiæ ſyluarum ſunt. [d] Græci autem elementa στοιχεῖα nuncupãt(eo quòd ſibi ſocietatis concordia & communione quadam conueniant, nam ſic ea inter ſe naturali quadam ratione iuncta dicuntur)modo originem ab igne repetentes vſque ad terram:modo à terra vſq. ad ignem:vt ignis quidem in aëra deſinat, aër in aquã denſetur,aqua in terram craſſeſcat,rurſuſque terra diluatur in aquam, aqua rareſcat in aërẽ, aër in ignem extenuetur. Qua propter omnia elementa omnibus ineſſe : ſed vnum quodque eorum ex eo quòd amplius habet accepiſſe vocabulum. Sunt autem diuina prouidentia proprijs animantibus diſtributa:nã cælum angelis,aërem volucribus,mare piſcibus,terram hominibus, cæteríſq. animantibus Creator ipſe impleuit.

[a] Cap.III. Hylen. *Ex Augu.*20. *contra Fauſt.c.*14.
[b] ex eius deriuatione vocabulum accep. *Nempe vt elementa ſint,quaſi hylementa.*
[c] Hanc hylen Græci. *Seru. Æn.*8. *ad v.* Atuor. pecoriſque Deo.
[d] Græci autem elem. στοιχεῖα. *Ambroſ. Hex.*3. *cap.*4. Vnde & Græcè στοιχεῖα dicuntur, quod ſibi conueniant,& concinant.

De Cælo. Cap. IV.

CÆlum [a] vocatum , eò quòd tanquam cælatum vas impreſſa lumina habeat ſtellarum veluti ſigna. Nam cælatum,dicitur vas quod ſignis eminentioribus refulget.Diſtinxit enim cælum Deus claris luminibus,& impleuit:ſolis ſcilicet & lunæ orbe fulgenti,& aſtrorum micantium ſplendentibus ſignis adornauit. [b] Alias autẽ à ſuperiora celando. [c] Hic autem Græcè οὐρανὸς ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι, id eſt, à videndo, eo quòd aër perſpicuus ſit, & ad ſpeculandũ purior. Cælum autem in ſcripturis ſanctis ideò Firmamentum vocatur, quod ſit curſu ſiderũ, & ratis legibus fixíſque firmatum: interdũ & cælũ pro aëre accipitur , vbi venti & nubes,procellæ,& turbines fiunt. [d] Lucretius: cælo,qui dicitur aër.Et Pſalmus,Volucres cęli appellat:cùm manifeſtum ſit aues in aëre volare: [e]& nos in conſuetudine hũc aërem cælum appellamus:nam cùm de ſereno vel nubilo quærimus,aliquando dicimus:qualis eſt aër?aliquando,quale eſt cælum?

[a] Cap.IV.Cælum vocatum.*Ex Ambroſ.*2.*Hex.c.*4. *alijs cælum quaſi κοῖλον, id eſt,cauum.*
[b] Alias autẽ à ſuperiora celando. *Abſunt hæc à CC. Rom.*
[c] Hoc autem Græcè οὐρανὸς. *Ex Ambroſ.*5.*Hex. cap.*22. *Auctor verò libri de mundo ad Alexand. quod ſuper τὰ ὄρεα,id eſt ,montes ſit.*
[d] Lucretius. *lib.*4. Sunt etiam quæ ſponte ſua gignuntur, & ipſa Conſtituuntur in hoc cælo , qui dicitur aër.

c &

[e] & nos in conſuetudinem. *Ex Aug. de agone Chriſt. cap.*3.

De partibus Cæli. Cap. V.

AEther locus eſt, in quo ſidera ſunt,& ſignificat eum ignem,qui à toto mundo in altũ ſeparatus eſt.[a] Sanè Æther eſt ipſum elementum: Æthra verò ſplẽdor ætheris,& eſt ſermo Græcus.

Sphæra cæli dicta,eò quod ſpecies eius in rotundum formata eſt , ſed & quicquid tale eſt,à volubilitate ſphæra à Græcis dicitur, ſicut & pilæ,quibus ludunt infantes. Nam philoſophi dicunt cælum in Sphæræ figurã vndique eſſe conuexum,omnibus partibus æquale,concludens terram in media mundi mole libratam.Hoc moueri dicunt,& cũ mora eius ſidera in eo fixa ab Oriente vſq. ad Occidentem circuire, Septentrionibus breuiores gyros iuxta cardinem peragentibus.

Axis,eſt Septentrionis linea recta, quæ per mediam pilam ſphæræ tendit, & dictus axis,quòd in ea ſphæra vt rota voluitur, vel quia ibi plauſtrum eſt.

Cardines,extremæ partes ſunt axis,& dicti cardines , eò quòd per eos vertitur cælũ.

Poli,ſunt circuli, qui currunt per axem. Horum alter eſt Septentrionalis, qui nunquam occidit,appellatúrq.Boreus:alter Auſtralis qui nunquã videtur,& Auſtronotius dicitur.Et dicti Poli, quòd ſint axiũ cycli ex vſu plauſtrorũ, à poliendo ſcilicet nominati,ſed polus Boreus ſemper videtur,Auſtro notius nunquã,quia dextra cęli altiora ſunt, preſſa Auſtri.

Conuexa,extrema cæli ſunt, à curuitate dicta:nam conuexum curuum eſt & inclinatum,& in modum circuli flexum.

Lacteus circulus,via eſt,quæ in ſphæra videtur,à candore dicta,quia alba eſt:quã aliqui dicunt viam eſſe, qua circuit ſol, & ex ſplendoris ipſius tranſitu ita lucere.

[a] Cap.V. Æther. *Repetitur hoc caput ex lib.*3. *cap.*32. 36. 38. *&* 45.
[b] Sanè æther eſt. *Verba Seruij ad v.* lucidus æthra, Æn.2.
[c] Horum alter eſt Septentrional. *Ex commentarijs Arati in fine.*

De Circulis cæli. Cap. VI.

HAbitatio iſta cæli circulorum diſtincta zonis,quaſdam partes temperie ſua incolere permiſit,quaſdam negauit, enormitate frigoris aut caloris. Zonæ autem ipſæ quinque ſunt:quæ ideò zonæ vel circuli appellantur,quòd in circumductione ſphæræ exiſtunt.Quorum primus circulus ideò Arcticus appellatur, [a] eò quòd intra eũ Arctorum ſigna incluſa perſpiciuntur, quæ à noſtris in vrſarum ſpeciem ficta, Septẽtriones appellantur.Secundus circulus ex eo τροπικὸς θερινὸς dicitur , quia in eo circulo ſol Aquilonis finibus æſtatem faciens,vltra eũ circulum non tranſit:ſed ſtatim reuertitur, & inde Tropicus appellatur. Tertius circulus ἰσημερινὸς , qui à Latinis ideò Æquinoctialis appellatur , eò quòd ſol cùm ad eum orbem peruenerit , æquinoctium facit. ἰσημερινὸς enim Latinè dies dicitur æquinox, quo circulo dimidia ſphæræ pars conſtituta perſpicitur. Quartus circulus. Antarcticus vocatur,eo quòd contrarius ſit circulo,quẽ Arcticũ nominamus. Quintus circulus χειμερινὸς τροπικὸς:qui à Latinis Hyemalis ſiue Brumalis appellatur,ideò quia ſol,cùm ad eũ circulum peruenit, hyemẽ ijs,qui ad Aquilonem ſunt, facit, æſtatem autem ijs,qui in Auſtri partibus commorantur.Zodiacus autem circulus eſt , (qui duodecim continet ſigna,ἀπὸ τῶν ζώων,id eſt,animalibus, ita dictus.)

[a] Cap. VI. Eo quod intra ipſum Arctorum ſigna. *Hæc quoq. ex lib.*3.*c.*43. Arcturi,*quod eſt in editis non diſplicet(quamuis Arctorũ ſit in Gotthicis) ſunt n. verba Hyginilib.* 1. *aſtronom, vt illic notauimus.*
[b] Zodiacus circulus eſt. *Lacuna eſt in Gotthicis quibuſd. poſt hæc verba & hic,& in lib.*3. *quam impleri nolim, cum vtrobique diſſideant inter ſe codices,qui eam explent.*

De aëre et nube. Cap. VII.

AER, eſt inanitas plurimum habens admixtum raritatis [a],quàm cætera elemẽta. De quo Virgilius , [b] Longum per inane ſecutus.Aër dictus ἀπὸ τοῦ ἀείρειν, ab eo quòd ferat terrã, vel ab eo quod feratur.Hic autẽ partim ad cæleſtẽ,partim ad terrenã materiam pertinet:nam ille ſubtilis, vbi ventoſi ac procelloſi motus non poſſunt exiſtere, ad cæleſtem pertinent partem,iſte verò turbulentior,qui exhalationibus humidis corporeſcit,terræ deputatur, quíque ex ſe multas ſpecies reddit:[c] nam commotus ventos facit:vehementius concitatus,ignes & tonitrua:contractus,nubila:conſpiſſatus,pluuiã: congelantibus nubilis, niuem: turbulentius

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius congelantibus densioribus nubilis,grã- A dinem: distentus,serenum efficit: nam aërẽ densum nubem esse constat: nubem rarefactam & solutam,aërem.

[d] Nubes dictæ ab obnubendo,id est,operiẽdo cælum,vnde & nuptæ,quod vultus suos velent, [e] vnde & Neptunus quod nubat,id est, mare terrã tegat.[f] Nubes autẽ aëris dẽsitas facit. Venti enim aërem conglobant, nubémque faciunt,vnde est illud: atque in nubem cogitur aër.

[a] Cap. VII. quàm cætera elementa. *Assentior Chaconi,cui adulterinæ videntur hæ voces.*

[b] longum per inane secutus. *Non sunt hæc apud Maronẽ. Ergò legas licebit,vel ex Sileno-* magnum per inane B coacta. *vel ex* XII. *AEn.* vacuum per inane volutus.

[c] nam commotus ventos,&c. *Verba sunt Aug. 3. de Genes. ad lit. c. 10.*

[d] nubes dictæ. *è Seru. ad v.* arsurasq. comas obnubit amictu.

[e] Vnde & Neptunus. *Arnob. 3. aduers. Gent. quod aquã nubat terram. putabat Chacon Isidorum scripsisse: vnde & Neptunus, quod nubat terram: &* mare *Neptuni,* tegat, *tã* nubat *glossas fuisse alienas.*

[f] nubes autem aëris densitas. *Ex eod. AEn. 5.* atque in nubem cogitur aër.

De tonitruo. Cap. VIII.

TOnitruum dictum quòd sonus eius terreat,[a] nam tonus,sonus. Qui ideò interdum tam grauiter concutit omnia, ita [b] vt cælum discidisse videatur,quia cum procella vehementissimi venti nubibus se repente immiserit,turbine inualescẽte, exitũque quærente,nubem, quam excauauit,impetu magno perscindit,ac sic cum horrendo fragore defertur ad aures. [c] Quod mirari quis nõ debet,cùm vesicula,quamuis parua, magnum tamen sonitũ disploſa emittat. Cum tonitruo autem simul & fulgura exprimit, sed illud celerius videtur,quia clarũ est,hoc autem ad aures tardius peruenit. Lux autẽ, quæ apparet ante tonitruum,[d] Fulgetra vocatur. Quæ,vt diximus, ideò ante videtur, quia clarum est lumen, tonitruũ autem ad aures tardius peruenit.

[a] Cap. VIII. nam tonus,sonus. *Tonitruum à Cæcina tonum dictum refert Seneca lib. 2. natural. quæst. & à priscis quidem tonitruum, ætate sua non nisi tonitrua pluraliter efferri.*

[b] Ita vt cælũ discidisse. Discessisse *quoq. &* decidisse *legitur, quar. ego scripturarum vt nullã prorsus reũcio, ita* discidisse *libentius amplector, vt se discidisse intelligas. vt sæpe alias. na &* discindi *legis Romanus codex, &* discisse *alij mendosè, &* prescindit, *vel* perscindit *potius, quod sequitur, ter vsurpauit eadẽ in re Lucretius, quem imitatur hoc loco Isidorus, & exemplum de vesicula disploſa magis discidisse videtur postulare. Quod verò ad* discessisse *attinet, non semel in libris de diuinatione discessus cæli legitur.*

[c] Quod mirari quis non debeat cum, vesicula. *Lucret. lib. 6.* Nec mirum cum plena animæ vesicula parua, Sæpe ita dat pariter sonitum disploſa repente.

[d] Fulgetra vocatur. *Al. fulgetrum. Sed fulgetra omnino legendũ ex Seru. AEn. 8. ad-* fulgores nunc terrificos ignemq. metumque. *Vulcanius* fulgor *edidit.*

De fulminibus. Cap. IX.

FVlgur & fulmen,ictus cælestis iaculi,à feriendo dicti:[a] fulgere enim ferire est ac percutere.[b] Fulmina autem colliſa nubila faciunt:[c] nam omnium rerum colliſio ignem creat, vt in lapidibus cernimus, vel attritu rotarum, vel in syluis arborum: simili modo in nubibus ignis, vnde & prius nubila sunt, deinde ignes. Ex vento autem & igne fulmina (certum est) in nubibus fieri, & impulsu ventorum emitti: ideò autem fulminis ignem vim habere maiorem ad penetrandum,[d] quia subtilioribus elementis factus est, quàm noster, id est, qui nobis in vsu est. Tria sunt autem eius nomina, fulgur, fulgor, & fulmen. Fulgur, quia tangit: fulgor, C quia incendit & vrit: fulmen quia finditur ideo & cum ternis radijs finguntur.

[a] Cap. IX. Fulgere enim ferire. *Fest.* fulgere prisci pro ferire dicebant, vnde fulgur dictum est.

[b] Fulmina autem. *è Seru. ad v.* iaculata è nubibus ignem. *Æn. 1.*

[c] Nam omnium rerum coll. -- arborum. *Verba Seruij Æn. 1. ad illud,* vnde imber, & ignes.

[d] quia subtilioribus elementis. *Respexit ad Lucretij carmina lib. 2.* Quare fulmineus multo penetralior ignis, Quam noster fluat è tedis terrestribus ortus. Dicere enim posis cælestis fulminis ignem, Subtilem magis è paruis constare figuris.

De Arcu, & nubium effectibus. Cap. X.

ARcus cælestis dictus à similitudine curuati arcus. Iris huic proprium nomen est. Et dicitur Iris quasi aëris, id est, quod per aerem ad terras descendit. Hic autem à sole resplendet, dum cauæ nubes [b] ex aduerso radium solis accipiunt, & arcus speciem fingũt, cui varios colores illa dat res, quia aqua tenuis, aër lucidus, & nubes caligans irradiata, ista varios creant colores.

Pluuiæ

Pluuiæ dictæ, quòd fluant, quasi fluuiæ. A [c] Nascuntur enim de terræ & maris anhelitu, quæ, cùm altius eleuatæ fuerint, aut solis calore resolutæ, aut vi ventorum cõpressæ, stillantur in terris.

Nimbus, est densitas nubis intempesta, & obscura, & inde nimbus à nube. [d] Sunt autem nimbi repentinæ & præcipites pluuiæ: nam pluuias vocamus lentas & iuges, quasi fluuias, vel quasi fluentes.

Imbres autem & ad nubes & ad pluuias pertinent, dicti à Græco vocabulo, quòd terram inebrient ad germinandũ. Ex his enim cuncta creãtur, [e] vnde & Lucretius, Ex igni, B terra, atque anima nascuntur, & imbri. Est autem nomen Græcum.

Grando appellata, quòd forma eius granorum similitudinem habeat. Hæc autem ventorum rigore durantur in nube, ac solidantur in niuem, ruptóque aëre soluuntur.

Nix, à nube, vnde venit.

Glacies, à gelu & aqua, quasi gelaquies, id est, gelata aqua.

Gelu autem, quòd eo stringatur tellus, γῆ quippe terra dicitur. Tunc autem maiori gelu stringitur terra, cùm fuerit nox serena.

Pruina, est matutini tẽporis frigus: quod inde pruinę nomen accepit, quia sicut ignis vrit. πῦρ enim ignis: [f] vrere verò & ad solem, C & ad frigus pertinet. Nã vno sermone duo diuersa significantur, pro eo quòd vnum effectum habent. Similis enim vis est caloris & frigoris, vnde & vtraq. saxa rumpunt. Nã calor vrit, vt est. Vritur infœlix Dido. Item frigus vrit, vt est, aut Boreæ penetrãbile frigus adurat.

Ros, Græcum est, quod illi δρόσος dicunt. Alij ros putant dictum, quia rarus est, non spissus, vt pluuia.

Nebula inde dicta, vnde & nubila, ab obnubendo scilicet, hoc est, operiẽdo terram, siue quòd nubes volãs faciat. Exhalãt enim D valles humidæ nebulas, & fiunt nubes, inde nubilum, inde niues. Nebulæ autem ima petunt, cùm serenitas est, summa, cùm nubilum.

Caligo, vmbra est de spissitudine aëris effecta. Et dicta caligo, quod maximè aëris calore gignatur.

Tenebræ dicuntur, quòd teneant vmbras. [g] Nihil autẽ sunt tenebræ, sed ipsa lucis abſentia tenebræ dicuntur: sicut silentium non aliqua res est, sed vbi sonus non est, silentiũ dicitur: sic tenebræ non aliquid sunt, sed vbi lux non est, tenebræ dicuntur.

Vmbra, est aër carens sole, dicta autem, quod fiat cùm solis objicimur radijs. Est autem mobilis & incerta, & ex solis circuitu, & [h] ex motu ventorum. Námque quoties mouetur in sole, nobiscum moueri videtur: quia [i] vbi quoquo loco à radijs solis obstitimus, perinde illi lumen auferimus: sicq. ingredi nobiscum vmbra, & gestus nostros videtur imitari.

Lux, ipsa substantia: lumen quod à luce manat, id est, candor lucis. Sed hoc confundunt auctores.

[a] Cap. X. Dictus Iris q. aëris. *Græci ab ἔ ρω. id est, dicere, quod sit deor. nuntia. Seruius Irin quasi ἔριν interpretatur, quod vt Mercurius ad concordiam, ita Iris ad discordiã plerumq. mittatur.*

[b] Ex aduerso radium solis accip. *è Seru. ad v.* Mille trah. v. a. s. c. *Æn. 4.*

[c] Nascuntur enim de terræ & maris anhel. *Verba sunt Seruij Æn. 1. ad v.* Vnde imber, & ignes. *Lucretij verò locus, qui à Seruio citatur, ex lib. 6.* Consimili ratione ex omnibus amnibus humor, &c.

[d] Sunt autem nimbi. *è seru. ad v.* Nimbor. in patriam. *Æn. 1.*

dicti à Græco vocabulo. ὄμβρος.

[e] Vnde & Lucretius. *Eod. modo legitur Lucretij versus apud Seruium, è quo sunt hæc. paullò aliter in Lucretianis libris:* Et qui quattuor ex rebus posse omnia rentur-- Ex igni, terra atque anima procrescere, & C imbri.

[f] Vrere verò & ad frigus. *Vide Seru.* ad penetrabile frigus adurat. *Georg. 1. Rectè aduertit Chacon Seruiũ ab Isidoro sine Virgilij carminibus lectum hoc loco, vt sæpe alias, illi fraudi fuisse. Nã vno sermone duo (inquit Seruius) diuersa conclusit, quia verbum adurat & ad potentiam solis, & ad frigus Maro retulit.*

[g] Nihil autem sunt tenebræ -- dicuntur. *Verba Augustini in 1. de Genes. contr. Manich. c. 4.*

[h] & ex motu ventorum. *Seru. eclog. v. ad vers.* Siue sub incertas Zephyris motantibus vmbras.

[i] Vbi quoquo loco. *Ita Salm. vetustissimus:* vbiq. quo loco. *Complut.*

De Ventis. Cap. XI.

VEntus est aër commotus & agitatus, & pro diuersis partibus cæli, nomina diuersa sortitur, dicitur autem ventus, quòd sit vehemens & violentus. Vis enim eius tanta est, vt non solùm saxa & arbores euellat, sed etiam cælum terrámque conturbet, maria commoueat.

Ventorum quattuor principales spiritus sunt. Quorum primus ab Oriente. Subsolanus, à Meridie Auster, ab Occidente Fauonius, à Septẽtrione eiusdẽ nominis ventus aspirat, habẽtes geminos hinc inde ventorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritus. Subsolanus à latere dextro Vulturnum habet, à læuo Eurum: Auster à dextris Euroaustrum, à sinistris Austroafricum: Fauonius à parte dextra Africum, à læua Corũ. Porrò Septentrio à dextris Circium, à sinistris Aquilonem. Hi duodecim venti mundi globum flatibus circumagunt. Quorum nomina proprijs ex causis signata sunt. Nã Subsolanus vocatus, eo quòd sub ortu solis nascatur. Eurus, eo quòd ab Eoo flat, id est, ab Oriente. Est enim cõiunctus Subsolano.

Vulturnus, quòd altè tonat: de quo Lucretius: Altitonans Vulturnus, & Auster fulmine pollens.

Auster, ab hauriendo aquas vocatus, vnde & crassum aërem facit & nubila nutrit. Hic Græcè νότος appellatur, propter quod [a] interdũ corrumpat aërem. Nam pestilentiam, quæ ex corrupto aëre nascitur, Auster flans in reliquas regiones transmittit: sed sicut Auster pestilentiã gignit, sic Aquilo repellit. Euroauster dictus, quod ex vna parte habeat Eurum, ex altera Austrum.

Austroafricus, quod iunctus sit hinc inde Austro & Africo. Ipse & [b] Libonotus, quod sit ei Libs hinc, & inde Notus.

Zephyrus, Græco nomine appellatus: eò quòd flores & germina eius flatu viuificentur. Hic Latinè Fauonius dicitur, propter quod foueat, quæ nascuntur. Austro autem flores soluuntur, zephyro fiunt.

Africus, à propria regione vocatus. In Africa enim initium flandi sumit.

Corus est, qui ab Occidente æstiuo flat, & vocatus Corus, quod ipse ventorum circulum claudat, & quasi chorum faciat. Hic antea [c] Caurus dictus, quẽ plerique Argestẽ dicunt, non vt imprudens vulgus Agrestẽ.

Septentrio dictus, eo quòd à circulo septem stellarum consurgit: quæ vertente se mundo resupinato capite ferri videntur.

[d] Circius dictus, eo quòd Coro sit iunctus. Hunc Hispani Gallecum vocant, propter quod eis à parte Galleciæ flat.

Aquilo dictus, eò quòd aquas stringat, & nubes dissipet. Est enim gelidus ventus, & siccus. Idem & Boreas, quia ab Hyperboreis montibus flat. Inde enim origo eiusdẽ venti est, vnde & frigidus est. Natura. n. omniũ Septentrionalium ventorum frigida & sicca est, Australium humida & calida.

Ex omnibus autem ventis duo cardinales sunt: Septentrio, & Auster.

[e] Etesiæ autem, flabra Aquilonis sunt, quibus nomen inditum est, quod certò anni tempore flatus agere incipiunt. [f] ἐνιαυτὸς enim Græcè, annus Latinè dicitur. Hæ autem cursum rectum à Borea in Ægyptum ferunt: quibus Auster contrarius est.

Duo sunt autem extra hos vbique spiritus magis, quàm venti, Aura & Altanus.

Aura ab aëre dicta, quasi aërea, quòd lenis sit motus aëris. Agitatus enim aër auram facit, vnde & [g] Lucretius, Aëreas auras.

[h] Altanus, qui in pelago est per deriuationem, ab alto, id est, mari vocatus. Nam alter est flatus in ripis quem diximus auram. Nã aura terræ est.

Turbo, est volubilitas ventorum, & turbo dictus à terra quoties ventus consurgit, & terram in circuitum mittit.

Tempestas autem pro tempore dicitur, sicut vbique historiographi solent, dum dicunt, ea tempestate: aut ab statu cæli, [i] quia magnitudine sui multis diebus oritur. [k] Verno autem & autũnali tempore quàm maximæ fiunt tempestates: quando nec plena est æstas, nec plena hyems, vnde medium & confine vtriusq. temporis ex coniunctione aërum contrariorum efficiunt tempestates.

[i] Fragor, à fractarum rerum nominatus est sonitu: quem ficca quæq. & arida cùm franguntur faciunt.

[m] Procella, ab eo quòd percellat, id est, percutiat & euellat. Est enim vis ventorum cũ pluuia. [n] Procellæ enim aut de fulminibus, aut de ventis fiunt. Nihil autem velocius vẽtis. vnde & propter celeritatem tam vẽtos quàm fulmina alata fingunt poëtæ, [o] vt alitis Austri.

[a] Cap. XI. Ventus. *De ventorum nominib. Agell. lib. 2. cap. 22.*

[b] Notus quod interdum corrumpat. *Est enim νότος corrumpere. vnde Horatius de illegitimis filijs.* fœcunda culpæ secula nuptias primum inquinauere, & genus, & domos.

[c] Ipse est Libonotus. *Seneca.* A Meridiano axe Etonotus est, deinde Notus, Latinè Auster, deinde Libonotus, qui apud nos sine nomine est.

[d] Caurus quem pleriq. Argesten. *Idem 3. natur. quæst.* Asolstitiali Occidente Corus venit, qui apud quosd. Argestes dicitur. Mihi nõ videtur, quia Cori violenta vis, & in vnam partem rapax, Argestes verò mollis est, & tam euntibus communis, quàm redeuntibus.

[e] Circius--hunc Hispani Gallecum. *Al. Gallicum. & à parte Gallia, sed mendose. nam Galleci nomen nos hodie retinemus.*

[f] Etesiæ autem flabra Aquilonis. *Lucret. lib. 6.* Etesia flabra Aquilonum--Nubila conijciunt.

[g] ἐνιαυτὸς. *Proprius aberat ἔτος, & ἐτήσιος. sed Hyginus*

nunc secutus est, in cuius veterib. libris ἐνιαυτὸς legebatur, vt apparet ex Ioan. Baptista Pio ad Lucretij verba lib. 5. Inde loci sequitur calor aridus. *nunc melius ἔτος.*

[h] Vnde & Lucret. aerias auras. *lib. 1.*-- & aerias auras roremq. liquorum, *& lib. 4.* Aerijs quoniam vicinum tangitur auris.

[i] Altanus. *Seruius ad*-- cum venti posuere, omnisque repente resedit-- Flatus omnis *(inquit)* & qui ripæ est, & qui pelagi, qui Altanus vocatur. *& Plin. lib. 2. c. 43.* Namq. è fluminibus, ac niuibus, & è mari videmus, & quidem tranquillo, & alios quos vocant Altanos è terra consurgere, qui quidem cùm è mari redeũt Tropæi vocãtur, si pergunt, Apogæi.

[k] quia magnitudine sua multis oritur dieb. *Quomodo hæc verba, quæ sunt è Serv. ad v.* Nimbosus Oriõ, *Æn. 1. huic loco aptentur: amplius quærendum.*

[l] Verno autẽ, & autumno. *Ex eod. ad. 1. Georg.* Quid tempestates autumni, & sidera dicam?

[m] Fragor à fractar. *Ex eod ad*-- aridus fragor.

[n] procella. *Ex eod. Æn. 1. ad illud,* crebêrq. procellis.

[o] Procellæ aut de fluminib. *Ex eod. Æn. 5. ad verba,* Tres Erici vitul.

[p] alitis Austri. *Virg. Æn. 8.*-- rutuli tres ignes, & alitis Austri.

De Aquis. Cap. XII.

AQua dicta, quòd superficies eius æqualis sit. Hinc & æquor appellatum, quia æqualiter sursum est.

Duo autẽ (sunt) validissima vitæ humanæ elementa, ignis & aqua, vnde grauiter damnantur quibus ignis & aqua interdicitur.

[a] Aquarum elemẽtũ cæteris omnibus imperat. Aquæ enim cælum temperant, terram fœcundant, aërem exhalationibus suis incorporant, scandunt in sublime, & cęlũ sibi vendicant: quid enim mirabilius aquis in cælo stantibus? Parum sit in tantam peruenisse altitudinem: rapiunt eo secum piscium examina: effusæ, omnium in terra nascentium caussa fiunt. Fruges gignunt, arbores frutices herbásque producunt, sordes detergunt, [b] peccata abluunt, potum cunctis animantibus tribuunt.

[a] Cap. XII. Aquarum elementum. *Ex Plin. 31. c. 1 ex quo legendum videtur,* & ceu parum sit i. t. p. a. rapiunt eos.

[b] Peccata abluunt. *Ambros. 3. Hexaem. c. 5. Reliqua è Plin. lib. 14. c. 22.*

De diuersitate aquarum. Cap. XIII.

AQuarum naturæ multa est diuersitas: aliæ enim salis, aliæ nitri, aliæ aluminis, aliæ sulphuris, aliæ bituminis, aliæ curã morborum adhibentes: nam iuxta Romam [a] Albulæ aquæ vulneribus medentur.

[b] In Italia fons Ciceronis oculorum vulnera curat.

In Æthiopia lacus est, quo perfusa corpora [c] velut oleo, nitescunt.

[d] Zamę fons in Africa, canoras voces facit.

Ex Clitorio lacu Italiæ qui biberint, vini tædium habent.

In Chio insula fontem esse (dicunt) quo hebetes fiunt.

In Bœotia duo fontes alter memoriam: alter obliuionem affert.

Cyzici fons, amorem Veneris tollit.

Bœotię lacus furialis est, de quo qui biberit, ardore libidinis exardescit.

In Campania sunt aquæ, quæ sterilitatem fœminarum, & virorum insaniam abolere dicuntur.

In Æthiopiæ fonte rubro qui biberit, lymphaticus fit.

[e] Linus, fons Arcadiæ abortus fieri non patitur.

[f] In Sicilia fontes sunt duo, quorũ vnus sterilẽ fœcundat: alter fœcundam sterilẽ facit.

[g] In Thessalia duo sunt flumina: ex vno bibentes oues nigras fieri ferunt: ex altero albas, ex vtroque varias.

[h] Clitumnus, lacus in vmbria, maximos boues gignit.

[i] Reatinis paludibus iumentorum vngulas indurari dicunt.

[k] In Asphaltide lacu Iudææ nihil mergi potest, quicquid animam habet.

[l] In Indijs Siden vocatur stagnum, in quo nihil innatat, sed omnia merguntur.

At contra [m] in Africæ lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur.

Marsidę fons in Phrygia saxa egerit.

In Achaia aqua profluit è saxis, Styx appellata, quod illico potata interficit.

Gelonium stagnum Siciliæ tetro odore abigit proximantes.

[n] Fons est in Africa circa templum Ammonis, qui humoris nexibus humum stringit. Fauillas etiam in cespitem solidat.

Fons Iob in Idumæa, quater in anno colorem mutare dicitur, i. puluerulentum, sanguineum, viridem, & limpidum, ternis mẽsibus in anno tenens ex his vnum colorem.

[o] In Troglodytis lacus est, ter in die fit amarus, & deinde toties dulcis.

Fons Siloa ad radicẽ montis Sion, nõ iugibus aquis, sed in certis horis diebúsq. ebullit.

In Iudæa quondam riuus sabbatis omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus siccabatur.

In Sardinia fontes calidi [p] oculis medentur, fures arguunt, nam cæcitate detegitur eorum facinus.

[q] In Epiro esse (ferunt) fontem, in quo faces extinguuntur accensæ, & accẽduntur extinctæ.

[r] Apud Garamantas fontem esse (aiunt) ita algentem die, vt non bibatur: ita ardentem nocte, vt non tangatur.

Iam verò in multis locis aquæ manant perpetim feruentes, tanta vi, vt balnea calefaciant. Quædã enim terræ sunt, quæ multũ sulphuris & aluminis habent: itaq. [s] cùm per venas calentes aqua frigida venit, vicino sulphuris calore contacta excandescit: nec talis ab origine effluit, sed permutatur dum venit. Sulphur enim, aluménque secũ ferunt aquæ, vtramque materiam igne plenam, minimísque motibus incalescentem.

[a] Cap. XIII. Albulæ aquæ. *Plin. 31. c. 2.*
[b] In Italia fons Cicer. *ibid.*
[c] velut oleo nitescunt *è Solin. c. 43.*
[d] Zamæ. *Vid. Vitruu. lib. 8. c. 3. Item de Clitorio, ex quo* Arcadiæ *pro* Italiæ *fortasse legendum.*
in Chio. *Ex Plin. ibid.*
[e] Linus fons Arcad. Linus *scripsimus ex Plin. nam eo dices nũ vno modo, sed lechnus, lecinus, lethinus, lethmus. Etiã Plinij vetustus liber Ecclesiæ Tolet.* Leuius *habet.*
[f] In Sicilia fontes duæ *è Solin. c. 11.*
[g] In Thessalia. *In Boeotia Solin. c. 12. ex Varrone. Plin. in Hestiaeotide, quæ pars est Thessaliæ.*
[h] Clitumnus--qui maximos boues. *Virg. Georg. 2.* Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima-- *Silius lib. 8.* & lauat ingentem perfundens flumine sacro-- Clitumnus taurum. *Ergò & albos, & maximos Clitumnas tauros generat.*
[i] Reatinis palũdib. *Verba Plinij lib. 31. c. 2.*
[k] in Asphaltite. *Iosephus. 5. de bello Iudaic. c. 5. Hegesipp. lib. 4. c. 18. Plin. 5. cap. 16. Solin. c. 48. nihil in eo mergi posse, quod & Plin. dixerat lib. 2. c. 103.*
[l] in Indijs Siden. Siderin *Codex Tolet. De Silia id prodidit. Strab. lib. 15. ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ σιδίαν πόταμόν εἶναι, ἐν ᾧ μηδὲν ἐπιπλεῖ. Nunnesius* Σιδὰν *legit ex Antigoni historia, & epitome Strabonis. nos* Siden *ex Gotthicis libris, & Plin. 31. c. 2.*
[m] Apuscedamo-- Marsyæ fons-- in Achaia. *ex eodem Plin.*
Gelonium Stagnum. *è Solin. c. 11.*
[n] fons est in Africa. *è Solin. 40.*
[o] in Troglod. *Ex Plin.*
[p] Oculis medetur. *Ex Solin. 10.*
[q] in Epiro. *Plin. 2. c. 103. & Sol. c. 12.*
[r] apud Garamant. *Plin. ibid. & Solin. c. 42.*
[s] cum per venas calentes. *Vid. Vitruu. lib. 8. c. 3.*

De mari. Cap. XIV.

MAre, est aquarum generalis collectio. [a] Omnis enim congregatio aquarũ siue salsæ sint, siue dulces, abusiuè maria nũcupantur, iuxta illud: Et congregationes aquarum vocauit maria. Propriè autem mare appellatum, eo quòd aquæ eius amaræ sint.

Æquor autem vocatum, quia æqualiter sursum est, & quamuis aquæ fluctuantes velut montes erigantur, sedatis rursus tempestatibus adæquantur. Altitudo enim maris diuersa est, indiscreta tamẽ dorsi eius æqualitas. [b] Ideò autem mare incrementum non capere, cùm omnia flumina & omnes fontes recipiat, hæc causa est: partim, quòd influentes vndas ipsa magnitudo eius nõ sentiat, deinde quòd amara aqua dulce fluentum consumat, vel quod ipsæ nubes multũ aquarum ad se attrahant, siue quòd illã partim venti auferant, partim sol exsiccet, postremum quòd per occulta quædam terræ foramina percolatur, & ad caput amnium fontésque reuolutum recurrat. [c] Maris autẽ certum non esse colorem, sed pro qualitate ventorum mutari: nam modò flauum est, modò luculentum, modò atrum.

[a] Cap XIV. Omnis enim congregatio. *Ex Aug. 1. de Genes. contra Manich. c. 12.*
[b] Ideò autem mare incrementum non capere. *Totus locus expressus è Lucret. 6.* Nunc ratio reddenda, augmen cur nesciat æquor. &c.
[c] Maris autem certum non esse colorem. *è Seruio ad v.* fluctusq. atros Aquilone secabat, *Æn. 5.* luculentũ *vero ex Seruio, & vno Rom. codice, quàm* Inculentũ *è nostris Gotthicis maluimus, vt luculentum à luce fit. Vid. Agell. lib. 2. c. vltim.*

De Oceano. Cap. XV.

OCeanũ & Græci, & Latini ideò nominant, quòd in circuli modo ambiat orbem: [a] siue à celeritate, eò quòd ocyus currat: item quia, vt cælũ, purpureo colore nitet. Oceanus, quasi ὠκύαεις: iste est qui oras terrarum amplectitur, alternísque æstibus accedit atque recedit. Respirantibus enim in profundum ventis, aut remouet maria, aut resorbet. Quique à proximis regionibus diuersa vocabula sumpsit: vt Gallicus, Germanicus, Scythicus, Caspius, Hyrcanus, Atlanticus, Gaditanus. Nam Gaditanũ fretũ à Gadibus dictũ, vbi primò ab Oceano Maris magni limen aperitur. Vnde & Hercules cùm Gadibus peruenisset, columnas ibi posuit, sperans illic esse orbis terrarum finem.

[a] Cap. XV. Siue à celeritate. *è Solin. cap. 26. de Hispan.*

De

De Mediterraneo mari. Cap. XVI.

MAre [a] magnum est, quod ab occasu ex Oceano fluit, & in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem tendit. Quod inde magnum appellatur, quia cætera maria in comparatione eius minora sunt. Istud est & Mediterraneum, quia per mediam terram vsque ad Orientem perfunditur, Europam, & Africam, Asiámque disterminans. Cuius primæ partis sinus, [b] qui in Hispanijs perfunditur, Ibericus, & Balearicus appellatur. Deinde Gallicus, qui Narbonensem prouinciam alluit. Mox Ligusticus, qui iuxta Genuã vrbem est proximus. Post hęc Tyrrhenus, qui Italiam attingit, quem Græci Ionium, Itali Inferum vocant. Inde Siculus, qui à Sicilia, vsque ad Cretam vadit. Deinde Creticus, qui in Pamphyliã & Ægyptũ pertendit. Inde Hellespontus, qui in Septentrionem retorquens, anfractibus magnis iuxta Græcias, & Illyricum in angustias septem stadiorum stringitur, quò Xerxes, põte nauibus facto, in Græciam commeauit, ibi est Abydos. Inde diffusus æquore patente, rursus stringitur & facit Propontidem, qui mox in quingentos passus coarctatur, fitque Bosphorus Thracius, quò Darius copias transportauit. Inde Ponticus sinus amplissimus à tergo Mæotidis paludis, [c] quod mare ex multitudine fluminũ dulcius, quã cætera, [d] nebulosúmque & breuius est, [e] vnde & Ponticum vocatur, quòd sit breuius, atque, præter phocas, & thynnos, atque delphinos, [f] alias belluas maiores non patitur. [g] Sicut autem terra dum vna sit, pro diuersis locis varijs appellatur vocabulis, ita & pro regionibus hoc mare magnum diuersis nominibus nuncupatur: [h] nam Ibericum & Asiaticum à prouincijs dictum: ab insulis, Balearicum, Siculum, Creticum, Cyprium, Ægeum, Carpathium: [i] nam inter Tenedũ, & Chium, saxum est in mari potius, quàm insula, quod visentibus procul capræ simile creditur, quam αἶγα nuncupant, vnde & AEgeum mare est dictum, [k] sic & Carpathium mare inter AEgyptum, & Rhodum ab insula Carpatho illic posita. A gentibus, Gallicum, Ausonium, Dalmaticum, Ligustricum. Ab oppidis Argolicum, Corinthiũ, Tyrium, Adriaticum. Nam Adria quædam ciuitas Illyrico mari proxima fuit, quæ Adriatico mari nomen dedit. A positione cæli, vt Superum, & Inferum, quòd sit Oriens superior, Occidens inferior, est autẽ Thuscum, & Adriaticum. A memoria regis, vt Ionium. [l] Ion quippe rex fuit Græciæ, vnde Iones Athenienses. Hoc mare & Tyrrhenum dictum: siue quòd Thusciam alluit, i. Tyrrheniã, siue à Tyrrhenis nautis, qui se in hoc marẽ præcipitauerunt. [m] Et sciendum Ionium sinum esse immensum, ab Ionia vsque ad Siciliam, & huius partes esse Adriaticũ, Achaicum, & Epiroticum. [n] A moribus accolarũ, Euxinus, Axenos antea appellatus. A casibus hominum, qui ceciderunt in mare, vt Hellesponticum, Icarium, Myrtoum: [o] nã Myrtoum mare dictum à Myrtili lapsu, quòd illic ab Oenomao præcipitatus sit. Icarus verò Cretensis, vt fabulæ ferunt, altiora petens, pennis solis calore solutis mari, in quo cecidit, nomen imposuit. Phrixus quoq. cũ Helle sorore sua fugiens insidias nouercales, conscendit nauem signum arietis habẽtem, qua liberatus est. Helles autem soror eius perpessa naufragium decidit in mari, & mortua Hellespontо mari dedit nomen. Ab ordine fluenti Propontis: nam dicta Propontis, quia pontum præuenit: Item & à trãsitu, vel angustis meatibus boum Bosphorus. [p] AEgyptium autem pelagus Asiæ datur, Gallicum Europæ, Africum Libyæ: his vt quæque proxima sunt, [q] venerunt in partes partium.

Pelagus autem, est latitudo, mare sine litore & portu. Græco nomine ἀπὸ τῆ πλαγίου, hoc est à latitudine dictum, [r] vnde & plagia, eo quòd sint importuosa.

[a] Cap. XVI. Mare magnum. *Non Oceanus. Sed mare Mediterraneum, vt sæpè in sacris libris, vt in Num. à c. 34. & in lib. Iosue.*
[b] qui in Hispanijs perfunditur. Hispanias perfundit *Solinus.*
[c] quod mare ex multitudine flumin. *Refert hoc è Sallustio Seru. Æn. 11. atq. ita esse facile credet, qui apud Plinium leget Danubium* LXX. *amnibus, quorum diuidia pars sit nauigabilis, receptis Illyricum alluere, deinde in Pontum influere ~~adiunctis~~ sex ~~aliis~~ vastis fluminibus, quamuis idem Plin. lib. 6. c. 17. Caspio mari id tribuat.*
[d] nebulosumq. & breuius. *è Mela lib. 1. c. 19.*
[e] Vnde & Ponticum. *Vel à Pontone breui nauigio, vel ἀπὸ τοῦ πόντος, id est, angusto æstu.*
[f] alias belluas maiores non pat. *è Solino.*
[g] Sicut autem terra dum vna sit. *Ex Ambros. 3. Hex. cap. 3.*
[h] Nam Ibericum, & Asiat. *Solinus;* causas nominum non vniformis dedit ratio, nam Ibericum, & Asiaticum, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

i Nam inter Tenedum, & Chium. *Ex sol c.f.* 17. *vel legendum ex Plinij emendatioribus libris Tenem, & Cũ lib.4.c.11.nã hæ in Cycladibus numerantur ab ipso.& Strabone.*

k Sic & Carpath-- posita. *è Seru. ad v.* Carpathiũ Libycúmque Ser. *Æn.5.*

l Ion quippe dux fuit. *Euseb. in Chron.* Ion vir fortis ex suo nomine Athenienses Iones vocauit.

m & sciendum Ionicum sinum. *è Seru. ad--* Insulæ Ionio in magno. *Æn.3.*

n à moribus accolarum. *è Solin.*

o nam Myrtoum mare. *è Seru. Georg.3. in princip.*

p AEgyptium autem pelagus Asiæ datur. *Ita Solinus,& Mella. at Ptolemæus de Asia;* ea *(inquit)* AEgypti pars, quæ vltra Nilum est, ad Asiã pertinere omnes affirmant.

q Venerunt in partes. *Solinus,* venerunt in partes partium.

r Vnde & plagia quod sit importuosa. *Seruius ad-* Statio male- fida carinis. Statio *(inquit)* est quã plagiam dicunt. *& nos playa vocamus.*

De sinibus maris. Cap. XVII.

SInus dicuntur maiores recessus maris, vt in mari magno Ionius: in Oceano, Caspius, Indicus, Persicus, Arabicus, qui & mare rubrum,[a] qui Oceano adscribitur.

b Rubrum autem mare vocatũ, eo quòd sit roseis vndis infectum: non tamen talem naturam habet, qualem videtur ostendere, sed vicinis littoribus vitiatur gurges atque inficitur, quia omnis terra, quæ[b] circumstat pelago, rubra est, & sanguineo colori proxima: ideóque inde[c] minium acutissimũ excernitur, & alij colores quibus pictura variatur. Ergò cùm terra hanc habeat naturam, fluctibus subinde diluitur, & quicquid[d] adesum est, in colorem cadit: ob hoc etiã in ijs littoribus gemmæ rubræ inueniuntur. Lapillus enim huiusmodi humo inuolutus cum inter arenas attritus est, & terræ colorem habet & maris. Hoc mare in duos scinditur sinus: Ex ijs, qui ab Oriente est Persicus appellatur, quia oram illius Persæ inhabitant. Alter verò Arabicus dicitur, quod sit circa Arabiam.

a Cap XVII. qui Oceano. *Qui ad simum refertur, nõ ad mare.*

b rubrum autem mare vocatur. *Vid Solin.*

c circunstat pelago. *s.o. l.*

d minium acutissimum. *f. acceptissimum.*

e adesum est. *Ita Gotth. al.* adhesum est.

De æstibus, et fretis. Cap. XVIII.

AEstus ad Oceanum pertinet, Fretum ad vtrumq. mare: nã Æstus est maris accessus vel recessus, id est, inquietudo, vnde & æstuaria, per quæ mare vicissim tã accedit, quàm recedit.

Fretum autem appellatum, quòd ibi semper mare ferueat: nam fretum est angustũ, & quasi feruens mare, ab vndarum feruore nominatum, vt Gaditanum vel Siculum: nã freta dicta Varro ait, quasi feruida, i. feruentia & motũ feruoris habentia.[a] Fretũ Siciliæ, quod Rhegiũ dicitur, Sallustius ex tali caussa vocari scribit dicens: Italię olim Siciliã coniunctã fuisse, & dũ esset vna tellus, medium spatium aut per humilitatẽ abruptum est aquis, aut per angustiã scissum. Et inde ῥήγιον nominatum, quia Græcè abruptũ hoc nomine nuncupatur. Est autem arctissimũ, triũ millium spatio Siciliam ab Italia diuidens, fabulosis infame monstris, quibus hinc inde Scylla, & Charybdis ostenditur.

b Scyllam, accolæ saxum mari imminens appellant simile celebratæ formę procul visentibus. Vnde & monstrosam speciem fabulæ illi dederunt, quasi formã hominis, capitibus succinctam caninis, quia collisi ibi fluctus latratus videntur exprimere.

Charybdis dicta, quòd gurgitibus occultis naues absorbeat. Est enim mare verticosũ,[c] & inde ibi laniata naufragia, profundo emergunt. Ter autem in die[d] erigit fluctus, & ter absorbet: nã accipit aquas, vt vomat: vomit, vt rursus accipiat.

e Syrtes autem, sunt arenosa in mari loca. Syrtes autẽ[f] Sallustius à tractu vocari dicit, quòd omnia ad se trahant,[g] & appropinquanti vadoso mari hæreant. Hæ autem ad mare AEgyptium vicinæ sunt, & pariter admiscentur.[h] Vada verò sunt, per quæ in mari vel in fluminibus homines vel animalia pedibus vadunt: Quæ Virgilius Breuia appellat, Græci βραχέα.

a Cap. XVIII. Fretum Siciliæ. *è Seru. Aen.3* Hæc loca vi quondam vast. &c.

b Scyllam accolę. *Citat hæc è Sallustio Seruius ad--* v. dextrum Scylla latus. *Aen.3.*

c Vbi laniata naufragia f.e. *affert hæc eadem verba Fronto antiquus grammaticus probans emergere se dixisse Sallustium.*

d erigit fluctus. *Respexit ad Virgilij verba Aen. 3.* sorbet in abruptum fluctus, rursusq. sub auras. Erigit alternos.

e Syrtes autem sunt arenosa. *è Seru. ad v.* sęuisq. vadis immittite Syrtis. *Aen.10.*

f Syrtes autem Sallust.. *In Iugurth.*

g & appropinquanti vadoso mari hęreant, *Omnia scilicet, Gotthicos secuti sumus, nam editi* appropinquantes *habent,* appropinquantia, *fortasse rectum erat.*

h Vada verò. *è Seru. Aen.1.* in breuia, & Syrtes. *De*

De lacis, & stagnis. Cap. XIX.

SVnt & quædam maria quæ non miscentur Oceani fluctibus aut mari magno, & dicuntur lacus, & stagna.

Lacus est, receptaculum in quo aqua retinetur, nec miscetur fluctibus: vt lacus Asphalti, lacus Benacus, & Larius, & cæteri quos Græci λιμένας, id est, stagna vocant. Nam fontes labuntur in fluuijs, flumina in freta discurrunt. Lacus stat in loco, nec profluit: & dictus lacus quasi aquæ locus.

a Lacus Asphalti, idem & Mare mortuum vocatum, propter quod nihil gignit viuum, nihil recipit ex genere viuentium. Nam neque pisces habet, neque assuetas aquis & lætas mergendi vsu patitur aues: sed & quæcunque viuentia mergenda tentaueris, quacunq. arte demersa statim resiliunt: & quãuis vehementer illisa confestim excutiuntur: sed neque ventis mouetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur: neque nauigationis patiens est, quia omnia vita carentia in profundũ mergunt: nec materiam vllam sustinet, nisi quæ bitumine illustratur.[b] Lucernam accensam ferunt supernatare, extincto lumine demergi.[c] Hoc & mare Salinarum dicitur, siue lacus Asphalti, id est, bituminis: & est in Iudæa inter Hierico, & Zoaran. [d] Longitudo eius vsque ad Zoaras Arabiæ, dirigitur stadijs quingentis octoginta: latitudo stadijs centum quinquaginta vsque ad vicina Sodomorum.

Lacus Tiberiadis, ab oppido Tiberiade vocatus, quod quondam Herodes in honorem Tiberij Cæsaris condidit. Est autem in Iudæa omnibus lacis salubrior, & ad sanitatem corporum quodammodo efficacior. Circuit stadia----

e Genesar, lacus amplissimus in Iudæa longitudine centum quadraginta extenditur stadijs: latitudine quadraginta diffunditur, crispantibus aquis:[f] auram non ventis, sed de seipso sibi excreans. Vnde & Genesar dicitur Græco vocabulo, quasi generans sibi auram: denique per diffusiora spatia lacus frequentibus auris spirantibus agitatur: vnde & purior hausrus eius, & ad potandũ dulcis & habilis.

g Benacus, lacus Italiæ in Venetia, de quo fluuius nascitur Mincius, qui lacus magnitudine sui tempestates imitatur marinas. Lucrinus, & Auernus, lacus Campaniæ A sunt. Lucrinus autem dictus, quia olim propter copiam piscium vectigalia magna præstabat.[h] Auernus autem lacus vocatus, quia aues ibi superuolare non possent. Nam antea syluarum densitate sic ambiebatur, vt exhalantis inde per angustias aquæ sulphureæ fœtor grauissimus superuolantes aues halitu suo necaret. Quam rem Augustus Cęsar intelligens, deiectis syluis, ex pestilentibus amœna reddidit loca.

Lacus autem idem & stagnum, vbi immensa aqua conuenit: nam dictum est stagnum ab eo quod illic aqua stet, nec decurrat.

a Cap. XIX. Lacus Asphalti. *Hegesipp. lib.4.c. 18. & Iosep.4. de bell. Iud.*

Nisi quæ bitumine illustratur. *Iustin. lib. 36.* Neque materia vllam sustinet, nisi quæ alumine illinitur. *Euseb. in Chron. bitumine illita-- sed cum* illustratur *sit in Gotthicis omnibus; suspicor Isidorũ* incrustatur *scripsisse.*

b Iucernam accensam. *Verba Hieronymi in ep. ad Dardan.*

c Hoc & marè salinarum. *Verè lib. de locis Heb.*

d Longitudo--stadijs quingentis octoginta. *Hegesippum potius è quo sunt hæc, & Iosephum secuti sumus, vnde hausit Hegesippus, quàm Isidorianos libros, in quibus* septingentis octoginta *constanter legitur.*

e Genesar. *Ex Hegesipp. lib.3.c.26. Sed, vti tres lacus in Iudæa constituerat, Solinus fecit. Nam reliqui eund. Genasar, vel Genesareth, cùm Tiberiade faciunt. Hieron. ad Dardan.*

C lacum Genesareth, quæ nunc Tiberias appellatur. *Beda ad lac. c. 5.* stagnum Genesareth idem dicunt esse, quod mare Galileæ, Vel mare Tiberiadis. *Neq. Iosephus, nisi lacuum duorum, meminit.*

f Auram non vent. s. d. s. i. excreans. *Non putaui* τὸ excreans *reijciendum, quamuis* excitans *apud Hegesippum, & Bed. legatur.*

g Benacus--tempestates imitatur marinas. *Virg. Georg.2.* teq. Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino. *Quo loco vid. Seru.*

h Auernus autem lacus. *è seru. ad--* Diuinosq. lacus, & Auerna sonantia syluis *Æn.3.*

De Abysso. Cap. XX.

D AByssus, profunditas aquarum impenetrabilis: siue spelunc æ aquarum latentiũ, è quibus fontes & flumina procedunt: vel quæ occultè subter eũt, vnde & Abyssus dictus.[b] Nam omnes aquæ, siue torrentes per occultas venas ad matricem abyssum reuertuntur.

Fluctus dicti, quòd flatibus fiant. Ventorum enim impulsu agitatæ aquæ fluctuant.

Aqua, est statiua & sine motu æqualis.

Vnda verò, eminens liquor, qui semper in motu est, Lucretius,[c] Aërias vndas, id est

Universidad de Deusto
Biblioteca

motus, & corpus illud quod refluctuat. Nã A nec vnda per se aqua est: sed aqua in motu quodam & agitatione, quasi ab eundo & redeundo vnda vocata.

d Latex, propriè liquor fontis est. Et dictus latex, quòd in venis terræ lateat.

e Gutta est, quæ stat, stilla, quæ cadit. f Hinc & stillicidiũ, quasi stilla cadens. Stiria enim Græcum est, id est gutta: inde fit diminutiuum, vt dicamus stilla, dum autem stat aut pendet de tectis vel arboribus, quasi glutinosa, gutta est: dum ceciderit, stilla est.

Spuma, dicta eo quòd spuatur, sordes enim sunt vndarum: vnde & mustum, & ea quæ coquuntur spuma purgantur. Hinc & spu- B tum.

a Cap. XX. Abyssus profund. *ex Aug. in ps. 12.*

b Nam omnes aquæ--ad matricem abyssum. *Ex Hierony. in Eccles. 1. hanc matricem abyssum, Tartarum vocat Plato in Phædone.*

c aerias vndas, id est, motus. *Ne minimum quidem dubitandum de hac lectione, elegantissimè vndæ rationem explicat Isidorus. Virg.* qua plurimus vndam fumus agit *Æn 8. & alio loco.* Et iuuat vndantem buxo spectare Cythorum.

d Latex, propriè liquor. *è Serv. ad v.*-laticémque Lyæum *Æn. 1. sed vox* fontis *apud illum non est.*

e Gutta est, quæ stat. *Hieron. in Chronic. ann. Domini 50.* Palæmon (*inquit*) insignis grammaticus quondã interrogatus, quid inter guttã, & stillam interesset: gutta (*inquit*) stat, stilla cadit.

f Hinc & stillicidium. *è Serv. ad*--Stiria q. impexis ind. horr. b. *sed Stiriam Græcam esse vocem Servius non dicit. Quare τὸ Græcum est, expungi iubebat Chacon. Glossarium* Στιρία ὁ τὸ ὕδατος κρεμώμενον καὶ γάλα.

De fluminibus. Cap. XXI.

FLuuius est perennis aquarum decursus, à fluendo perpetim dictus. Propriè autem flumen ipsa aqua, fluuius cursus aquæ. Prius autem flumen, quàm fluuius, id est, prior, aqua quàm decursus. Duo sunt fluminum genera: vnum torrens, alterum viuum: de quo Virgilius, -donec me flumine viuo, Abluero.

a Torrens, est aqua veniens cum impetu. Dictus autem torrens, quia pluuia crescit, siccitate torrescit, id est, arescit. b De quo Pacuuius: Flãmeo vapore torrens terræ fœtum exusserit. Cui Græci ab hyeme nomen dederunt, nos ab æstate: illi à tempore, quo succrescit, nos à tempore, quo siccatur.

Amnis, fluuius est nemore ac frondibus redimitus, & ex ipsa amœnitate amnis vocatur.

Decursus, propriè finis cursus, siue aquarum sit, seu quarumlibet rerum.

Riui dicti, quòd deriuentur ad irrigandũ, id est, inducendum aquas in agros. Nam irrigare inducere est.

Gurges, propriè locus altus in flumine.

Puteus, est locus defossus ex quo hauritur aqua, à portatione dictus.

Fons, caput aquæ est nascentis, quasi fundens aquas.

Quidam autem fluuiorum proprijs ex causis nomina acceperunt, ex quibus nonnulli notandi sunt qui in historijs celebres memorantur.

Geon, fluuius de paradiso exiens atque vniuersam Æthiopiam cingens, vocatus hoc nomine quòd incremento suæ inundationis terrã Ægypti irriget: γῆ enim Græcè, Latinè terram significat. Hic apud Ægyptios Nilus vocatur, propter limũ quem trahit, qui efficit fœcunditatem. c Vnde & Nilus dictus est quasi νέον ὕλην trahens. Nam antea Nilus Latinè Melo dicebatur. Appa- D ret autem in Nilide lacu, c de quo in meridiem versus excipitur Ægypto, vbi Aquilonis flatibus repercussus aquis retroluctantibus intumescit, & inundationem Ægypti facit.

Ganges fluuius, quem Phison scriptura C sacra cognominat, exiens de paradiso pergit ad Indiæ regiones. Dictus autem f Phison, id est, caterua, g quia quindecim fluminibus magnis sibi adiunctis impletur, & efficitur vnus. Ganges autẽ vocatus à Gange h rege Indiæ. Fertur autem Nili modo i exaltari, & super Orientis terras erumpere.

Tigris fluuius Mesopotamiæ, de paradiso exurgens, & pergens contra Assyrios, & post multos circuitus in mare mortuũ influens. Vocatur autẽ hoc nomine propter velocitatem, instar bestiæ nimia pernicitate currentis.

Euphrates fluuius Mesopotamiæ, de pa- D radiso exoriens, copiosissimus gemmis, qui per mediam Babyloniam influit, hic à frugibus, vel ab vbertate nomẽ accepit. k Nam Hebraicè Ephrata fertilitas interpretatur. Mesopotamiam enim in quibusdam locis ita irrigat, sicut Nilus Alexandriam. l Sallustius autem auctor certissimus asserit, Tigrim, & Euphratẽ vno fonte manare in Armenia, qui per diuersa euntes longius diuiduntur, spatio medio relicto multorũ millium, quæ tamen terra, quæ ab ipsis ambi-

tur, Mesopotamia dicitur. Ex quo Hieronymus animaduertit, aliter de paradisi fluminibus intelligendum.

Indus, fluuius Oriẽtis, qui Rubro mari accipitur.

Hydaspes, fuit Medorum rex antiquissimus, ex quo amnis orientis nomen accepit, qui nũc Hydaspes dicitur, de quo Lucanus: (Vastis Indus aquis mixtum non sentit Hydaspen,) Et, quâ Medus Hydaspes, Accedit pelago, Phœbi surgentis ab igne, m Qui dum sit fluuius Persarum, dicitur tamen contra orientem decurrere.

n Araris, fluuius Germaniæ. De quo Virgilius, Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Bactrus, fluuius orientis, à rege o Bactro vocatus fertur, à quo & Bactriani, & vrbs eorũ. B

Choaspis, Persarum fluuius, vocatus eorũ lingua, quòd miram aquæ dulcedinem habeat: p adeo vt Persici reges, quamdiu inter ripas Persidis fluit, sibi ex eo pocula vendicarint. Ex hoc amne quidam Cydnum Ciliciæ fluuium deriuari existimant.

Araxis, amnis Armeniæ, qui ab vno mõte cum Euphrate diuersa specie oritur, dictus quod rapacitate cuncta prosternat. q Vnde C & cùm Alexander eum transgredi vellet, ponte fabricato, tanta vi inundauit, vt pontem dirueret. r Hic breuibus interuallis ab Euphratis ortu caput tollit, ac deinde Caspium fertur in mare.

Fluuius Syriæ, qui vocatur Orontes, iuxta Antiochiæ muros decurrens, qui à solis ortu oriens non longe ab vrbe mari conditur, quem de originis suæ tractu Orontem veteres Latinè appellauerunt, cuius fluentis ex ipso impetu frigidioribus, & zephyris assiduè ibi spirantibus, tota ciuitas momentis propè omnibus refrigeratur.

f Iordanis, Iudeæ fluuius, à duobus fontibus nominatus: quorum alter vocatur Ior, alter Dan. His igitur procul à se distantibus, in vnum alueum fœderatis, Iordanis deinceps appellatur. Nascitur autem sub Libano monte, & diuidit Iudæam, & Arabiam, qui per multos circuitus iuxta Iericho in Mare, mortuum influit.

t Phasis, Caucasceis montibus fusus cum pluribus alijs in Euxinũ se præcipitat mare.

v Vnde & nuncupatur.

x Cydnus, amnis Ciliciæ, à Tauro monte progrediens, miram aquarum habens suauitatem & quicquid candidum est, Cydnum A gentili lingua Syri dicunt. Vnde amni huic nomen datum, quia tumet æstate quando niues soluuntur: reliquis anni temporibus tenuis est & quietus.

y Hylas, fluuius Asiæ.

Pactolus, fluuius Asiæ, arenas aureas trahens, de quo Virgilius: --Pactolúsque irrigat auro. quem pro aurato fluore alij Chrysorhoam vocant.

z Hermus, fluuius Asiæ, qui Smyrneos secat cãpos, & ipse fluctibus aureis & arenis plenus, a à quo Smyrna vocata est.

Mæander, amnis Asiæ flexuosus, qui, recurrentibus ripis inter Cariam & Ioniam præcipitatur in sinum, qui Miletum diuidit B & Prienen. Mæander autem vocatus, quòd sit flexuosus, & nunquam currat rectus. De quo Ouidius: Quíq. recuruatus ludit Mæander in vndis.

Tanus, fuit rex Scytharum primus, à quo Tanais fertur fluuius nuncupatus, qui ex Riphæis syluis veniens, dirimit Europam ab Asia, inter duas mundi partes medius currens, atque in Pontum fluens.

b Inachus, Achaiæ amnis, Argolicos irrigans campos, quem rex Inachus à se nomi- C nauit, qui exordium Argiuæ genti primus dedit. Ibi est & Erimanthus ab Erimantho monte dẽmissus.

Padus, Italiæ fluuius, à iugis Alpium fusus, ex tribus fontibus oritur, ex quibus vni vocabulum est Padus, qui diffusus in modum stagni amnem sinu dirigit, à quo & Padus est nuncupatus. Hic à Græcis Eridanus cognominatur, ab Eridano Solis filio, quem Phaëtontem dicunt, qui fulmine percussus in eodem fluuio deiectus est, & extinctus. d Augetur autem exortu Canis liquescentibus niuibus, & cum accessione triginta fluminum circa Rauennam in Adriaticum D mare defertur.

Tyberis, Italiæ fluuius, à Tyberino rege Albanorum dicitur appellatus, qui in hunc fluuium cecidit, & de exitu suo nomen dedit. Nam anteà Albula antiquum nomen à colore habuit, e quod niuibus albus sit. f Ipse est autem Tybris, qui & Tyberis, sed Tyberis in cotidiano sermone, Tybris in versu dicitur.

g Danubius, Germaniæ fluuius, vocari fertur à niuium copia, quibus magis augetur. Iste est, qui in Europa plus omnibus habet famam. Idem & Ister, quia dum per innumeras vadit gentes, mutat & nomen, & maio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

maiores sibi ambiendo colligit vires. Oritur A à Germanicis iugis,& [b] occidentalibus partibus Barbarorum, pergens cõtra orientem, sexaginta in se fluuios recipit, septem ostijs in Pontum influit.

Rhodanus, Galliæ fluuius ab oppido Rhodo cognominatus, quem coloni Rhodiorum locauerunt,[i] qui rapido concitus cursu, Tyrrheni æquoris freta scindens, non modicum sæpè nauigantium facit periculum, dum inter se maris fluctus,& amnis fluenta decertant.

Rhenus, à Rhodani societate fertur vocatus: quoniam cum eodem ex vna prouincia oritur. Est autẽ Germaniæ fluuius, inter tres Europæ maximos fluuios cõputatus,[k] qui à iugo Alpiũ vsque in Oceani profunda cursus suos dirigit. B

Iberus amnis, qui quondam toti Hispaniæ nomen dedit.

Minius, fluuius Galliciæ nomen à colore pigmenti sumpsit, qui in eo plurimus inuenitur.

l Durius à Græcis, quasi Doricus.

m Tagum fluuiũ Carthago Hispaniæ nuncupauit, ex qua ortus procedit, fluuius arenis auriferis copiosus, & ob hoc cæteris fluuijs Hispaniarum prælatus. C

Bætis fluuius, qui & Bæticæ prouinciæ nomen dedit, de quo Martialis: Bætis oliuifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellere tingis aquis: [n] eò quòd ibi lanæ pulchro colore tinguntur. Bætis autem dictus, eò quòd humili solo decurrat. βαθὺ enim Græci humile, vel mersum vocant. Quædam autem flumina in diluuio soluta, mole terratum præclusa sunt: quædam verò quæ non erant, abysi tunc ruptis meatibus eruperunt.

a Cap. XXI. Torrens. *è Seru. ad*-montano flumine torrens. *Æn. 2.*

b De quo Pacuuius. *Rectè Chacon delet voces*, de quo *non enim de torrente Pacuuius sed de sole; cuius versus ideo adducitur, vt ostendatur torrere esse idem, quod arescere. Integer Pacuuij versus legitur apud Festum in voce* torrẽs: flammeo vapore torrens terræ fœtum exusserit, *quod de sole dictum esse constat ex Varrone. 1. de re rust. sed siue Varro Pacuuij verba referre voluit, siue sensum tantum; placet nobis Chacon, cui adiecta videntur in Varrone voces illæ* aut nox, aut frigore. D

c Vnde & Nilus dictus. *è Seru. ad v.* pingui flumine Nilus, *Æn. 9.*

d Nam ante Nilus Melo. *Ex eod. Æn. 4. ad v.* Nubila, iamq. volans apicem, & latera ardua cernit.

e De quo in meridiem versus. *è Solin. c. de Ægypto: ex quo pro* Ægypto, Ægyptio mari; *& pro* retro luctãtibus in arcto luctãtibus, *videri posit in Isidoro reponẽdũ.*

f Phison, id est, caterna. *Ex Hiero. de locis Heb.*

g Quia quindecim fluminib. *Totidem numerantur ab Arrian. lib. 5. de Alexand. vndeviginti verò à Plinio lib. 6. c. 18. Libri. o.* quia decem, *sed plane repetitæ syllabæ similitudo librarios decepit.*

h A rege Gange. *Gangem quoq. regẽ appellant Suidas, Et Plutarch. in lib. de fluminib. male libri o.* rege Gangaro.

i Exaltari. *Etiam in manuscripto Solino* exaltari, *non exundare, vt in excuso, legitur.*

k Nam Hebraicè Ephratà fertilitas. *Ita scribo ex Hier. non Euphrata, quæ vox apud Hebræos nulla est. Sed* פְּרָת *perath. id est, Euphrates.* פְּרִי *peri, hoc est, fructu.*

l Sallustius autem certissimus. *Hieronym. in lib. de locis Heb.* Porrò Sallustius auctor certissimus asserit, tam Tigris, quàm Euphratis in Armenia fontes demonstrari. *Ergò aliter legit Isidorus eum Hieronymi locum. Vid. Vibij Sequest. librum de flum. & quidem diuersa vtriusque fontes prodidit Strabo.*

m Qui dum sit fluuius Persarum, dicitur tamen contra Or. *Hoc de Gange, non de Hydaspe cecinit Lucanus lib. 3.* Mouet & Eoos bellorum fama receſſus. Qua colitur Ganges, qui toto solus in orbe, Ostia nascenti contraria soluere Phœbo- Audet & aduersum fluctus impellit in Eurum. *Quæ leguntur in impressis libris Lucani carmina, in Gotthicis nulla sunt.*

n Araris fluuius German. *è Seru. Eclog 1. quod autem in editis, & quibusd. manusc. est:* Currit n. per Parthiam, & Assyriam, expungi maluimus (deerant enim in plerisque manuscriptis) quam Tigri aptare, quod fecit Vulcanius.

o A rege Bactro *Iosephus non Bactrum, sed Cetrum filium Aram Bactrianorum primum auctorem facit.*

p Adeo vt reges. *è Solin. c. de Cilicia.*

q Vnde & cum Alexander. *Meminit pontis Curtius lib. 5. inundationis non meminit. Idem tentatum à Xerxe refert Seruius ad*--pontem indignatus Araxis. *Æn. 8.*

r Hic breuib. interuallis -mare *è solin. c. 25.* qui vocatur Orientis. *Sic est in Gotthicis Hegesippi lib. 3. c. 5.*

s Iordanis Iudeæ fluu. *Hier. in lib. de locis Heb.*

t Phasis. *Verba sunt Ambrosij 2. Hexaem. c. 3. erat autẽ in omnib. libris Eusis, ni restituisset Chacon, indicato Ambrosij loco.*

v Vnde & nuncupatur. *Delemus hæc cum Chacone.*

x Cydnus. *è Solin.*

y Hylas fluuius Asiæ. *Vid. Solin. c. de Bithynia. & Plin. lib. 5. c. 32.*

z Hermus *Plin. lib. 5. c. 29.* à Smyrna Hermus amnis campos facit, & nomini suo adoptat. *Sed hæc è solino potius.*

a A quo Smyrna vocata est. *An quia Plinius & nomini (inquit) suo adoptat? At idem Plinius ex Herodoto ab Smyrna Amazone Smyrnam vrbem appellatam dicit.*

b Inachus--dedit. *Verba sunt Solini c. de Græcia.*

c Amnem sinu dirigit. Digerit *VV. CC.* vnus Rom. Arinem sinum.

d Augetur autem--defertur. *è solin. C. de Italia.*

e Quod niuib. albus sit. *Aliena videntur Chaconi.*

f Ipse autem est Tybris. *è seru. ad v.* Tuque ô Tybri, tu ô genitor cum flumine sancto. *Æn. 8.*

g Danubius à nubium copia. *De Danubij etymo vide Steph.*

Steph. qui prius μακάρας, hoc est, ἄσιτον & felicem, deinde ἄρκτον aut ἄρκτον ab aduersa fortuna appellatum à Scythis refert.

h Et occidentalib. partib. Barbar. *Paullò aliter Ambros. 2. hex. c. 3.* Danubius de Occidentalibus partib. Barbarorum, atque Romanos intersecans populos, donec Ponto ipse condatur.

i Qui rapido concit. curs. *Ex Ambros. nisi quod apud illum* non mediocre fertur nauigantium periculum.

k Qui à iugo Alpium. *Ex eod.*

l Durius. *Dorius quidam libri.*

m Tagum--Carthago Hisp. nuncup. *Quod à Tago rege, ex ficto Beroso, dictus fertur, nihilo certius duco.*

n Eo quod ibi lanæ. *Plin. lib. 8. c. 48.*

o Græci n. βαθὺ. *Vel βόθον Gotthici* bytin.

De Diluuijs. Cap. XXII.

Dlluuium dictum, quòd aquarum clade omnia, quæ inundauerit, deleat.

Primum diluuium extitit sub Noë, quando hominum sceleribus offensus Omnipotens, [a] toto orbe contecto, deletis cunctis, vnum spatium cæli fuit ac pelagi, cuius hactenus indicium videmus in lapidibus, quos in remotis montibus conchis & ostreis [b] concretos, sæpè etiam cauatos aquis visere solemus. C

c Secundum diluuium fuit in Achaia, Iacob Patriarchæ, & Ogygi temporibus, qui Eleusinæ conditor, & rex fuit, nomẽq. loco A & tempori dedit.

d Tertium diluuium in Thessalia Moysi vel Amphictyonis temporibus, qui tertius [e] post Cecropem regnauit. Cuius temporibus aquarum inluuies maiorem partem populorum Thessaliæ absumpsit, paucis per refugia montium liberatis: maximè in monte Parnaso, in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur: qui tunc ad se ratibus cõfugiẽtes susceptos, per gemina Parnasi iuga fouit & aluit. A quo propterea genus humanum Græcorum fabulæ ex lapidibus reparatum ferunt, propter hominum insitam cordis duritiam. B

Sed & flumina cum insolitis aucta imbribus vltra consuetudinem, vel diuturnitatem, vel magnitudinem redundant, multáque prosternunt, & ipsa diluuium dicuntur. Sciendum autem flumina, cùm supra modum crescunt, non tantùm ad præsens inferre damna, sed etiam & aliqua significare futura.

a Cap. XXII. Toto orbe contecto. *Pleraque huius capitis ex Orosij lib. 1. Hæc ex c. 3.*

b Concretos sæpè & cau. *Oros.* scabros sæpè, & cauatos.

c Secundum diluu. *Oros. c. 7.*

d Tertium. *Idem c. 9. qui ex Iustin. lib. 2. desumpsit.*

e Qui post Cecropẽ regnauit. Athenis *addit Oros.*

DIVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. ETYMOLOGIARVM LIBER DECIMVS QVARTVS.

De terra, & partibus.

DE TERRA. Cap. I.

TERRA[a] est in media mundi regione posita omnibus partibus cæli in modum centri æquali interuallo consistens:[b] quæ singulari numero totum orbem significat, plurali verò singulas partes: cuius nomina diuersa dat ratio: nam terra dicta à superiori parte, qua teritur: humus ab inferiore, velut humida, vt sub mari: tellus autem, quia fructus eius tollimus: hæc & Ops dicta, eò quod opem fert frugibus. [c] Eadem & arua, ab arando & colendo vocata. [d] Propriè autem terra ad distinctionem aquæ, arida nuncupatur: sicut Scriptura ait. Quod vocauerit Deus terram, aridam. Naturalis enim proprietas, siccitas est terræ: nam vt humida sit, hoc aquarũ afinitate sortitur. [e] Cuius motum alij dicunt ventum esse in concauis eius, qui motus eam mouet. Sallustius, Venti per caua terræ præcipitati, rupti aliquot montes tumulíque sedere. Alij aquam dicunt genitalem in terris moueri, & [f] eas simul concutere, sicut vas, vt dicit Lucretius. Alij σφιγγοειδῆ terram volunt, cuius plerumq. latentes ruinæ superpositæ cuncta cõcutiunt. [g] Terræ quoque hiatus aut motu aquæ inferioris fit, aut crebris tonitruis, aut de concauis terræ erumpentibus ventis.

[a] Cap. I. Terra est in medio. *Hyginus lib. 1. de astron. c. vltim.* Terra media mundi regione collocata, omnib. partib. æquali disidens interuallo, centrum obtinet sphæræ.

[b] Quæ singulari numero totum orb. *è Seru. Æn. 6. ad v.* medio q. ex hoste recepi— *Itemq. ad v.* tot maria intrauí.

[c] Eadem & arua. *Varr. lib. 4.* aruum, & arationes ab arando.

[d] Propriè autem terra. *Ex Ambros. lib. 3. Hexaem. cap. 4. apud quem vox* aquæ *non legitur.*

[e] Cuius motum alij dicunt, &c. Vsq. ad concutiunt. *è Seru. Georg. 2. ad v.* qua vi maria alta tumescant. *Sed quod Sallustius hic à seruio etiam citatur; nisi non sit verisimile hemistichium cum integro hexametro à Sallustio scriptum.* Venti per caua terræ. Præcipitati, rupti aliquot montes tumuliq. sedere. *Itaque auctor alius quærendus eorum verborum, pro* genitalem *verò* generalem *habebant Isidoriani omnes libri.*

[f] Et eas concutere sicut vas, vt dicit Lucretius. *Lib. 6.* Vt vas in terra non quit constare, nisi humor Destitit in dubio fluctu iactarier intus.

[g] Terræ quoq. hiatus. Vsq. ad fin. *è Seru. Æn. 8. ad v.* Non secus, ac si quà penitus vi terra dehiscens.

De Orbe. Cap. II.

ORbis à rotunditate circuli dictus, quia sicut rota est: vnde breuis etiam rotella orbiculus appellatur. Vndique enim Oceanus circumfluens eius in circulo ambit fines. Diuisus est autẽ trifariè: ex quibus vna pars Asia, altera Europa, tertia Africa nuncupatur. Quas tres partes orbis veteres non æqualiter diuiserunt: nam Asia à Meridie per Orientem vsque ad Septentrionem peruenit. Europa verò à Septentrione vsque ad Occidentẽ, atq. inde Africa ab Occidente vsq. ad Meridiem. Vnde euidenter orbem dimidiũ duæ tenent Europa & Africa, alium verò dimidium sola Asia. Sed ideò istæ duæ partes factæ sunt, [a] quia inter vtramque ab Oceano Mare magnum ingreditur, quod eas interfecat. Qua propter si in duas partes Orientis & Occidentis orbem diuidas, Asia erit in vna, in altera verò Europa & Africa.

[a] Cap. II. Quia inter vtramq. ab Oceano Mare magnum ingreditur. *Aperte hic Mare magnum Mediterraneam dicitur.*

De Asia. Cap. III.

ASia, ex nomine cuiusdã mulieris est appellata, quæ apud antiquos imperiũ re-

nuit Orientis. Hæc in tertia orbis parte disposita, ab Oriente ortu Solis; à Meridie Oceano; ab occiduo nostro mari finitur: à Septentrione Mæotide lacu & Tanai fluuio terminatur. Habet autẽ prouincias multas & regiones, quarum breuiter nomina & situs expediam, sumpto initio à Paradiso.

Paradisus, est locus in Orientis partibus constitutus, cuius vocabulum ex Græco in Latinum vertitur hortus: porrò Hebraicè Eden dicitur, quod in nostra lingua deliciæ interpretatur. Quod vtrumque iunctũ facit hortum deliciarum: est enim omni genere ligni & pomiferarum arborum consitus, habens etiam lignũ vitæ: non ibi frigus non æstus, sed perpetua veris temperies. E cuius medio fons prorumpens totum nemus irrigat, diuiditúrque in quattuor nascẽtia flumina, cuius loci post peccatum hominis aditus intercluſus est. Sæptus est enim vndiq. romphea flamma, id est, muro igneo accinctus, ita vt eius cum cælo [a] penè iungatur incendium. Cherubin quoque id est, Angelorum præsidium arcendis spiritibus malis super romphæa flagrantiam ordinatũ est, vt homines flãmæ, Angelos verò malos Angeli (boni) submoueãt, ne cui carni vel spiritui trãsgressionis aditus Paradisi pateat.

India, vocata ab Indo flumine, quo ex parte Occidentali clauditur: [b] hæc à Meridiano mari porrecta vsq. ad ortum Solis, & à Septentrione vsque ad montem Caucasum peruenit, habens gentes multas & oppida, insulam quoque Taprobanam elephantis refertam. Chrysen & Argyrẽ auro argentoque fœcundas, [c] Tylen quoque arborum foliis nunquam carentem. [d] Habet & fluuios Gangen, & Indum, & Hypasin illustrantes Indos. Terra Indiæ Fauonij spiritu saluberrima, in anno bis metit fruges: vice hyemis Etesijs potitur. Gignit autem tincti coloris homines, elephãtes ingentes, monoceron bestiam, psittacum auem, ebenum quoque lignum, & cinnamum, & piper, & calamũ aromaticum. Mittit & ebur, lapides quoque pretiosos, berillos, chrysoprasos & adamantem, carbunculos, lychnites, margaritas & vniones, quibus nobilium fœminarum ardet ambitio. Ibi sunt & montes aurei, quos adire propter dracones & gryphas, & immensorum hominum monstra impossibile est.

Parthia, ab Indiæ finibus vsque ad Mesopotamiam generaliter nominatur. Propter inuictã enim virtutem Parthorum, & Assyria & reliquæ proximæ regiones in eius nomen transierunt.[e] Sunt enim ea Arachosia, Parthia, Assyria, Media & Persia: quæ regiones inuicem sibi cõiunctæ initium ab Indo flumine sumunt, Tigri clauduntur: locis montuosis & asperioribus sitæ, habentes fluuios Hydaspen & Arbem: sunt enim inter se finibus suis discretæ, nomina à proprijs auctoribus ita trahentes.

Arachosia, ab oppido suo nuncupata.

Parthiã, Parthi à Scythia venientes occupauerunt, eámq. ex suo nomine vocauerunt.[f] Huius à Meridie Rubrũ mare est, à Septentrione Hyrcanũ salũ, ab Occidua solis plaga, Media. Regna in ea octodecim sunt, porrecta à Caspio littore vsq. ad terras Scytharũ.

Assyria vocata ab Assur filio Sẽ, qui eam regionem post diluuium primus incoluit: hæc ab Ortu Indiam, à Meridie Mediã tangit: ab Occiduo, Tigrim: à Septentrione montem Caucasum, vbi portæ Caspiæ sunt. In hac regione primus inuentus est vsus purpuræ, inde primum crinium & corporũ vnguenta venerunt, ac odores quibus Romanorum atq. Græcorum effluxit luxuria.

Media, & Persis, à regibus Medo, & Perso cognominatæ, qui easdem prouincias bellando aggressi sunt.[g] Ex quibus Media ab Occasu transuersa Parthia regna amplectitur: à Septentrione Armenia circumdatur, ab Ortu Caspios videt, à Meridie Persiam: huius terra Medicã arborem gignit, quam alia regio minimè parturit. Sunt autem Mediæ duæ, Maior & Minor.

Persis, tendens ab ortu vsque ad Indos: ab occasu Rubrũ mare habet, ab Aquilone verò Mediam tangit, ab Austro Carmaniã, quæ Persidi annectitur, quibus est Susa oppidum nobilissimum. In Persia primùm orta est ars magica, ad quam Nemroth gigas post confusionem linguarum abijt, ibiq. Persas ignẽ colere docuit: nam omnes in illis partibus Solẽ colunt,[h] qui ipsorum lingua El dicitur.

Mesopotamia, Græcam etymologiã possidet, quòd duobus fluuijs ambiatur. Nam ab Oriente Tigrim habet, ab Occiduo Euphratem, [i] incipit autem à Septentrione inter montem Taurum & Caucasum, cuius à Meridie sequitur Babylonia, deinde Chaldæa, nouissimè Arabia *τὸ δ' ἀπ' ἐσχατον*.

Babyloniæ regionis caput Babylõ vrbs est, à qua nuncupata, tam nobilis, vt Chaldæa & Assyria & Mesopotamia in eius nomen

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquando transierint.

Arabia appellata,id est,sacra.[k] Hoc enim significare interpretatur, eo quòd sit regio thurifera, odores creans. Hinc eam Græci εὐδαίμονα,nostri beatam nominauerunt: in cuius saltibus & myrrha & cinnamum prouenit: ibi nascitur auis Phœnix, Sardonix gemma, Iris, Malochites, & Pæderotes ibi inueniuntur.[l] Ipsa est & Saba appellata, à filio Chus,qui nuncupatus est Saba. [m] Hæc autem angusto terræ tractu ad Orientem versus Persicum sinum extenditur, cuius Septentrionalia Chaldæa claudit, Occasum sinus Arabicus.

Syriam Syrus quidam perhibetur in digena à suo vocabulo nuncupasse. [n] Hæc ab Oriente, fluuio Euphrate: ab Occasu, mari nostro & Ægypto terminatur: tangens à Septentrione Armeniam & Cappadociam: à Meridie sinum Arabicum. Situs eius porrectus in immensam longitudinem: in lato angustior. Habet autem in se prouincias Cõmagenam, Phœniciam, & Palestinam: cuius pars est Iudæa absque Sarracenis, & Nabathæis. Commagena prima prouincia Syriæ à vocabulo [o] Commagenæ vrbis nũcupata,quæ quondam ibi metropolis habebatur. Huius est à Septentrione [p] Armenia: ab Ortu Mesopotamia, à Meridie Syria: ab Occasu Mare magnũ. [q] Phœnix Cadmi frater de Thebis Ægyptiorũ in Syriam profectus, apud Sidonẽ regnauit, eamq. prouinciã ex nomine suo Phœniciã appellauit. Ipsa est vbi Tyrus est,ad quã Isaias loquitur. Habet autẽ ab Oriente Arabiã, à Meridie mare Rubrũ.

Palestina prouincia Philistin vrbem metropolim habuit,quæ nunc dicitur Ascalon, ex qua ciuitate omnis circa eam regio Palestina est nuncupata. Huius ab Oriente mare Rubrum occurrit: à Meridiano latere Iudęa excipitur: à Septentrionali plagà Tyriorum finibus clauditur: ab Occasu Ægyptio limite terminatur.

Iudæa regio Palestinæ ex nomine Iudæ appellata, ex cuius tribu reges habuit. Hæc prius Chanaan dicta,à filio Cham,siue à decem Chananæorũ gentibus, quibus expulsis eandem terrã Iudæi possederunt. [r] Initiũ longitudinis eius à vico Arfa,vsq. ad vicum Iuliadẽ porrigitur,in quo Iudæorũ pariter & Tyriorũ communis habitatio est. Latitudo autẽ eius à monte Libani vsq. ad Tiberiadis lacũ extẽditur. In medio autẽ Iudææ ciuitas Hierosolyma est,quasi vmbilicus regionis totius. Terra variarũ opum diues, frugibus fertilis,aquis illustris, opima balsamis. [s] Vnde secundũ elementorũ gratiã existimauerũt Iudæi eam promissam patribus,terrã fluentem lacte & melle,cùm hinc illis Deus resurrectionis prærogatiuam polliceretur.

[t] Samaria, regio Palestinæ ab oppido quodam nomen accepit,quod vocabatur Samaria, ciuitas quondam regalis in Israël, quæ nunc ab Augusti nomine Sebastia nuncupatur. Hæc regio inter Iudęam & Galilæam media iacet, incipiens [v] à vico, cui nomen est Eleas,deficiẽs in terra Agrabat. Situs eius natura consimili,nec vllo differens à Iudæa.

[x] Galilæa regio Palestinæ vocata, quod gignat candidiores homines,quàm Palestina. [y] Hæc autẽ duplex est, Superior & Inferior, sibi tamen connexæ Syriæ,& Phœniciæ adhærentes. Terra earum opima,& ferax,& fructibus satis fœcunda.

Pentapolis, regio in confinio Arabiæ & Palestinæ sita. Dicta à quinque ciuitatibus impiorũ,quæ cælesti igne consumptæ sunt: terra amplius olim à Hierosolymis [z] vberrima,nunc autem deserta atq.exusta. Nam pro scelere incolarum de cælo descendit ignis,qui regionem illam in cineres æternos dissoluit. Cuius vmbra quædam & species in fauillis & arboribus ipsis etiam adhuc videtur. Nascuntur enim ibi poma virentia sub tanta specie maturitatis,vt edendi desiderium gignant. Si carpas,fatiscunt,ac resoluuntur in cinerem,fumumque exhalant quasi adhuc ardeant.

[a] Nabathæa, regio,à Nabath filio Ismael nuncupata. Iacet autem inter Iudæam & Arabiã,& surgens ab Euphrate in mare Rubrum porrigitur,& est pars Arabiæ.

[b] Ægyptus, quæ prius Æria dicebatur,ab Ægypto Danai fratre,postea ibi regnãte,nomen accepit. [c] Hæc ab Oriente Syriæ ac Rubro mari coniuncta, ab Occasu Libyam habet, à Septentrione Mare magnũ, [d] à Meridie verò introrsus recedit, pertendẽs vsq. ad Æthiopes, regio cæli imbribus insueta & pluuiarũ ignara. Nilus solus eam circumfluens irrigat,& inundatione sua fœcundat. [e] vnde & ferax frugibus multã partem terrarum frumento alit,cæterorum quoq. negotiorum adeo copiosa,vt impleat necessarijs mercibus etiam orbem terrarum. Finis Ægypti Canopæa à Canope Menelai gubernatore sepulto in ea insula, quæ Libyæ principium & ostium Nili facit.

Seres

Seres, oppidum Orientis, à quo & genus Sericũ & regio nũcupata est. [f] Hæc à Scythico Oceano, & mari Caspio ad Oceanum orientalem inflectitur, nobilibus fertilis frondibus, à quibus vellera decerpuntur, quæ cæterarum gentiũ cõmercia abnuentes Seres ad vsum vestium vendunt.

Bactriæ regioni proprius amnis Bactrus vocabulum dedit. [g] Partes eius,quæ ponè sunt, Paropanisi iugis ambiuntur: quæ aduersæ sunt, Indi fluuij fontibus terminantur. Reliqua includit Ochus fluuius. Mittit Bactria fortissimos Camelos nunquã atterentes pedes.

Scythia sicut & Gothia à Magog filio Iapheth fertur cognominata: cuius terra olim ingẽs fuit,nam ab Oriente India, à Septentrione per paludes Mæotides inter Danubium & Oceanum vsq. ad Germaniæ fines porrigebatur. Postea verò minor effecta, [h] à dextra Orientis parte qua Oceanus Sericus tenditur vsque ad mare Caspium, quod est ad Occasum: de hinc à Meridie vsq. ad Caucasi iugum deducta est: cui subiacet Hyrcania, ab Occasu habens pariter gẽtes multas propter terrarum infœcunditatem latè vagantes. Ex quibus quædam agros incolunt, quædam portentosæ ac truces carnibus humanis & eorum sanguine viuunt. [i] Scythiæ plures terræ sunt locupletes: inhabitabiles tamen plures, nam dum in plerisque locis auro & gemmis affluant, Gryphorũ immanitate accessus hominum rarus est. Smaragdis autem optimis hæc patria est. Cyaneus quoque lapis,& Crystallus purissimus Scythiæ est. Habet & flumina magna Moschorum, [k] Phasiden, atq. Araxen.

[l] Hyrcania, dicta à sylua Hyrcana, quæ Scythiæ subiacet: habens ab Oriente mare Caspium: à Meridie Armeniam: à Septentrione Albaniam, ab Occasu Iberiam. [m] Est autem syluis aspera, copiosa immanibus feris, Tigribus, Pantherisq. ac Pardis: de qua Virgil. Hyrcanæq. admorunt vbera Tigres.

[n] Albania à colore populi nuncupata, eo quod albo crine nascantur: [o] hæc ab Oriẽte sub mare Caspium surgens, per orã Oceani Septentrionalis [p] vsq. ad Mæotides paludes per deserta & inculta extenditur. Huic terræ canes ingentes sunt, tantæq. feritatis, [q] vt tauros premant, leones perimant.

[r] Armenia nuncupata ab Armeno Iasonis Thessali comite, qui amisso rege Iasone, collecta multitudine eius, quæ passim vagabatur, Armeniã condidit, & ex suo nomine [s] nuncupauit. Sita est inter Taurum, & Caucasum, à Cappadocia vsque ad Caspiũ mare protensa, habens à Septẽtrione Ceraunios montes, ex cuius collibus Tigris fluuius nascitur: & in cuius montibus arca post diluuium sedisse perhibetur. Duplex est autem Armenia, Superior & Inferior, sicut duæ Pannoniæ.

Hiberia, regio Asiæ est, prope Pontũ Armeniæ iuncta: in hac herbæ tinctuæ vtiles nascuntur.

Cappadociam vrbs propriã nominauit: [t] hæc in capite Syriæ sita,ab Oriente Armeniam tangit: ab Occasu Asiam minorem: ab Aquilone, mare Cimmericum,& Themiscirios campos, quos habuẽre Amazones: à Meridie verò, Taurum montem, cui subiacet Cilicia & Isauria vsque ad Cilicum sinũ, qui spectat contra insulam Cyprum. [u] Terra eius ante alias nutrix equorum. Halys amnis per eam fluit, qui quondã Lydiæ regna disiunxit à Persis.

[v] Asia minor ab Oriente Cappadocia attingitur: ab alijs partibus vndique mari circumdatur. Nam à Septentrione Pontum Euxinum habet,ab Occasu Propontidem,à Meridie Ægyptiũ mare. Habet prouincias Bithyniam, Phrygiam, Galatiam, Lydiam, Cariã, Pamphyliã, Isauriã, Lyciã, atq. Ciliciã.

Prima Asiæ minoris Bithynia in Ponti exordio ad solis orientis partem, aduersa Thraciæ iacet, multis antea nominibus appellata. [x] Nam prius Bebrycia dicta, deinde Mygdonia, mox à Bithyno rege Bithynia nuncupata, ipsa est & maior Phrygia. Nico media vrbs in ea est, vbi [z] Hannibal fugiens veneni hausto animam expirauit.

[a] Galatia dicta à prisci Gallorũ gentibus à quibus extitit occupata. [b] Nã Galli in auxilium à rege Bithyniæ euocati, regnum cum eo pacta victoria diuiserunt: sicque deinde Græcis admixti, primùm Gallogræci, nũc ex antiquo Gallorum nomine Galatæ dicũtur, & eorum regio Galatia nuncupatur.

[c] Phrygia dicta à Phrygia Iasopi filia. [d] Hæc Dardania à Dardano Iouis filio dicta: de [e] quo Homerus ait: Quẽ primùm genuit cælesti Iupiter arce. [f] Hic enim profectus de Corito ciuitate primus venit in Phrygiam. Est autẽ regio [g] Troadi superiecta ab Aquilonis parte Galatiæ: à Meridiana, vicina est Lycaonię: ab Oriẽte Lydię adhæret: ab Occidẽte Helleſpõto mari terminatur. [h] Huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

regio Troia est, quam ex suo nomine appellauit Tros, Troianorum rex, Ganymedis pater. Duæ sunt autem Phrygiæ. Maior & Minor. Maior Phrygia Smyrnã habet: [i] Minor verò Ilium.

Lycaonia ----

[k] Cariã Hermus fluuius discernit à Phrygia.

Lydia, sedes antiqua regũ, quam Pactoli vnda extulit in diuitias, torrentibus aureis: hæc antea Mæonia dicebatur, quæ dum pro breuitate duos fratres reges Lydum & Tyrrhenũ ferre nõ posset: ex sorte Tyrrhenus cum ingenti multitudine profectus loca[l] Italiæ occupauit, & Thyrrheniã nuncupauit. Lydia autem à Lydo[m] regis fratre, qui in prouincia remanserat, cognominata est. Coniungitur ab occidente minori Phrygiæ: ab ortu Smyrnam vrbem habet, quam [n] Meles fluuius cingit, cuius campos Pactolus, & Hermus circumfluunt, arenis aureis ditissimi.

Pamphylia ----

Isauria, ex situ loci perhibetur cognominata, quòd vndiq. aurarum aperta flatibus pateat. Metropolim vrbẽ Seleuciam habet.

[o] Cilicia, à Cilice quodam nomen traxit, quem ortum Phœnice dicunt, & antiquiorem Ioue fuisse asserunt. Plurima iacet cãpis, recipiẽs ab Occiduo Lyciam, à Meridie mare Isicum, à tergo montis Tauri iuga. Hanc Cydnus amnis intersecat, [p] matrem vrbium habet Tarsum. In ea & Corycus oppidum est, vnde crocum plurimum & optimum venit, spiramine fragrantius, & colore plus aureo.

Lycia nuncupata, quod ab Oriente adiuncta Ciliciæ sit. Nam habet ab Ortu Ciliciam, ab Occasu & Meridie mare, à Septentrione Cariam. [q] Ibi est mons Chimæra, qui nocturnis æstibus ignem exhalat: sicut in Sicilia Ætna, & Vesuuius in Campania.

[x] Cap. III. Penè iungatur. Iungat *Gotthici.*
[b] Hæc à meridiano mari porrecta. *Ex Solin. c. 55.*
[c] Tylõ quoq. *De qua inf. c. 6. Vid. Teophrast. Plin. Solin.*
[d] Habet & fluuios. *Ex eod. Sol. è quo Indum pro Nidam, & Hypasin pro Hypanim posuimus.*
Etesijs potitur. *Solini verba.*
[e] Sunt in ea Arachos--Arbin. *Ex Orosij lib. 1. c. 2.*
[f] A Septentrione Hircan. salum. *Ex Solin. cap. 59. de Parthia. ita n. legit Camertes: & ita est in manuscriptis Eccl. Toletan. nisi nircanij saltus mauis, cuius non semel meminit solinus, & virc. &c. Hircaniæ sylua meminit Isid. sup. lib. 9. cap. 2.*
[g] Ex quib Media. *Ex Solin. ibid.*
[h] Qui ipsorum lingua El dic. *è Serv. Æn. 1. ad vers.* Per tot ducta viros, &c.
[i] Incipit à Septent. *Ex Oros. lib. 1. c. 2.*
[k] Hoc n. significare interp. *Ex Solin. c. 36.*
[l] Ipsa est & Sabb. *Ioseph. lib. 1. antiq.*
[m] Hæc autẽ angusto--Arabicus. *Ex Oros. lib. 1. c. 2.*
[n] Hæc ab Oront Nabathæis. *Ex eod. cap.*
[o] A vocabuli Comagenæ vrbis. *Vetus cod. Roman.* à vocabulo, quo vrbs nuncupata quæ quondã, &c. *Ergo Comagena ea vrbs, non Comage vocabatur. In Ethicis quoq. cosmographia inter famosa (sic n. appellat ipse) Orientalis Oceani oppida, Comagena numeratur.*
[p] A Septentrione Armenia. *Sic veteres libb. nõ Cappadocia. idq. & Ptolemæus tabul. 6. Asiæ confirmat, & Iuuenal. Satyr. 6. Armenios, & Comagenos haruspices coniungens.*
[q] Phœnix Cadmi frater. *Sup. lib. 9. c. 2. ex Euseb. Chro.*
[r] Initiũ lõgitudinis--regiones totius. *Ex Hegesipp. lib. 3. c. 6.* Aquis illustris. *Ex Solin. c. 33.*
[s] Vnde secundum elem--polliceretur. *Hæc Hegesipp. d. c. 6. de Samaria.*
[t] Samaria. *Ex Hieron. in Os. c. 14.*
[v] A vico cui nomen est Eleas. *Hegesipp. ibid.*
[x] Galilea--quod gignat candidiores. *Etymõ Græcũ, cùm vox sit Hebræa.*
[y] Hæc autem dup-fœcunda, *ibid. Hegesipp.*
[z] Vbertima nunc autem des. *Ex Hegesipp. lib. 4. cap. 18. Solin. c. 35. & August. lib. 21. de ciu. c. 5.*
[a] Nabathæa. *Sup. lib. 9. c. 2. & Hieron. in quæst. Heb. ad Genes. c. 25.*
[b] Ægyptus--accepit. *Sup. lib. 9. c. 2. & Euseb. in Chron.*
[c] Hæc ab Oriente. *Ex Oros. lib. 1. c. 2.*
[d] A meridie. *Solin. c. 33.*
[e] Vnde & ferax--terrarum. *Ex Hegesipp. lib. 4. c. 27.*
[f] Hæc à Scythico Oc. *Totus locus ex Solin. c. 33. Ego duas voces* cõmercia abnuentes *supplenimus, cũ cæteras gentium legatur in VV. CC. non* cæteris gentib. *vt quidam edidere.*
[g] Partes eius, quæ ponè. *Al.* pronæ. *Al.* planæ *vid. Solin. & Plin. lib. 6. c. 16.*
[h] A dextra Orient--vagantes. *Ex Oros. lib. 1. c. 2.*
[i] Scythiæ plures--rarus est. *Ex solin. c. 20.*
[k] Moschorũ, Phasidẽ. Arax *Solin.* Heniochorũ mõtes Araxẽ, Moschorũ, Phasidẽ fũdũt. *Isid. li. o.* Oscoita
[l] Hircania dicta à sylu. Hir. *Idem sup. lib. 9. cap. 2. ex Serv. Æn. 7.*
[m] Est autem Sylu. asp. *Solin. c. 21.*
[n] Albania à colõre populi. *F. capilli.*
[o] Hæc ab orient. *Ex Oros. lib. 1. c. 2.*
[p] Vsq. ad Mæotides paludes. *Vsque ad Tanaim fluuium & Mæotides. Oros.*
[q] Vt tauros premant, leones peri. *Solin. c. 25.* Apud Albanos nati canes feris omnib. anteponuntur, frangunt tauros, leones perimũt, *ex quo* frangant *malebat Chacon.*
[r] Armenia nũcupata. *supra lib. 9. c. 2. & Iustinus lib. 42.*
[s] Hæc in c. Syr--Cyprum. *Ex Oros. lib. 1. c. 2. Oros. ex Sallustio, quẽ citat Serv. Æn. XI. ad v.* Quales Thraciæ cum fulmina Thermodo.
[t] Terra eius a. a. n. equor. *Ex Solin. c. 57.*
[v] Asia minor--mare. *Ex Oros. lib. 1. cap. 2. apud quem* Capadocia attingitur *nõ* cingitur *vt in Isidorianis lib.*
[x] Nam prius Bebrycia. *Solin c. 44.*
[y] Ipsa est & maior Phrygia. *Ex Serv. Æn. 5. ad v.* Bebrycia ven. A. d. g. f. *apud quẽ Sallust.* Igitur introrsus prima Asiæ Bithynia est, multis antea nominibus appellata

appellata, ipsa est & maior Phrygia.
[z] Hannibal--animã expiranit. Expulit *Sol. c. 44.* exhalauit *Margarin. Virg. lib. XI.* cõfixi expirant animas.
[a] Galatia. *è Solin. c. 43. aut ex Hiero. in loc. Heb. ex Actib.*
[b] Nam Galli. *Ex Iustin. libro. 25. & lib. de locis Heb ex Act. Apost. inter Hieron. opera.*
[c] Phrygia-- Æsopi f. *sic veteres lib. & Messalla Coruin. in lib. de progenie Augusti.*
[d] Hæc & Dardaniæ. *è Serv. Æn. 2.*
[e] De quo Homerus ait, &c. *Verba Eusebij in Chronic.*
[f] Hic n. profectus de Corito. *è Serv. Æn. 3. ad versum. 170.* Coritum terrasq. req. *& Virg. Æn. 7. de Dardano.* Hinc illũ Coriti Tyrrhena ab sede profectũ.
[g] Troadi superiecta, *è solin. c. 43. de Asia minore.*
[h] Huius regio Troia. *è serv. Georg. 3. ad--*Troſque parens, & Troiæ Cy. a.
[i] Minor vero Iliũ. *Ex d. lib. de locis Heb. Act.*
[k] Cariam. *è solin. c. 43.*
[l] Loca Italiæ occup. *è ser. & impres. veteres lib. 6.* Gallię.
[m] A Lydo Regis fratre. *Vocem* Regis *delebat Chacon. videntur autem hæc è seruio sumpta Æn. VIII. ad* Vrbis Ægyllinæ sedes, vbi Lydia quondam.
[n] Meles fluu. *sic vet. libb. de quo superiori lib. vid. Plin. lib. 5. c. 29.*
[o] Ciliciam à Cilic. *è solin. c. de Cilic.*
[p] Matrem vrb. h. Tarson, hãc Cydn. &c. *Ex solino. Nam inuerso ordine hæc leguntur in codicib. Isid. & in d. lib. de locis Heb. ex Act. Apost.*
[q] Ibi est mons Chimæra. *Ex solin. cap. 42. de Lycia. ex quo* Vesuuius *hic legendum fuit, non* Vesulus *vt est in manuscriptis, vid. serv. Æn. XI. ad* Multos Vesulus quẽ p. a. *& Georg. 2. ad v.* Talem diues arat Capua, & vicina Vesuo.

De Europa. Cap. IIII.

POst Asiam ad Europã stilũ vertimus. Europa quippe Agenoris regis Libyæ filia fuit, [a] quam Iouis ab Africa raptam Creta aduexit, & tertiã partẽ orbis ex eius nomine appellauit. [b] Iste autẽ est Agenor Libyæ filius, ex qua & Libya, i. Africa fertur cognominata. Vnde apparet prius Libyã accepisse vocabulum, postea Europã. Europa autem in tertiam partẽ orbis diuisa, incipit à flumine Tanai, descendens ad Occasum per Septẽtrionalem Oceanum vsq. ad fines Hispaniæ, cuius pars Oriẽtalis, & Meridiana à Põto consurgens, tota [c] Mari magno coniungitur, & in insula Gadibus finitur. [d] Prima Europæ regio Scythia Inferior, quę à Mæotidis paludibus incipiẽs, inter Danubiũ & Oceanum Septentrionalem vsq. ad Germaniam porrigitur: quæ terra generaliter propter barbaras gentes, quibus inhabitatur, Barbaria dicitur. Huius pars prima Alania est, quæ ad Mæotidas paludes pertingit. Post hanc Dacia, vbi & Gothia: deinde Germania, vbi plurimam partem Sueui incoluerunt.

Germania, post Scythiam Inferiorẽ à Danubio inter Rhenum fluuium Oceanúmq. concluſa, cingitur à Septentrione & Occasu Oceano: ab Ortu verò Danubio: à Meridie Rheno flumine dirimitur: [e] terra diues virorum, ac populis numerosis [f] & immanibus frequens. Vnde & propter fœcunditatem gignendorum populorum, Germania dicta est: [g] gignit aues Hercynia sylua, quarum pennæ noctu perlucent. [h] Bisontes quoque feras & Vros atq. Alces parturit. Mittit & gemmas, Crystallũ, & Succinum, Callaicum quoq. viridẽ, & Cerauniũ candidũ. Duę sunt autẽ Germaniæ, Superior iuxta Septentrionalem Oceanum, Inferior circa Rhenum.

[k] Prouinciarum autem quas Danubius à Barbarico ad Mediterraneũ mare seclusit: [l] prima est Mœsia, à messium prouentu vocata. Vnde eam veteres Cereris horreũ nũcupabant. [m] Hæc autem ab Oriente ostijs Danubij iungitur: ab Euro verò, Thraciæ: à Meridie, Macedoniæ: ab occasu, Histriæ copulatur. Post Mœsiam autem Pannonia est. Inde Noricus ager frigidus, & parcius fructuosus. Post quæ Rheticus ferax frugibus, qui excipit Galliam Belgicam.

Thraciæ Thiras Iaphet filius veniens nomen dedisse perhibetur. Alij à sæuitia incolarum Thraciã appellatam dixerunt. [n] Huius ab Oriente Propontis, & vrbs Constantinopolis opposita est: à Septentrione verò Ister obtenditur: à Meridie verò Ægæo mari adhæret: ab Occasu Macedonia illi subiacet. Cuius regionem olim Bessorum populus, Massagetę, Sarmatę, Scythæ, & aliæ plurimę nationes incoluerũt. Ampla est enim, ideoque plurimas continuit gentes, Hebrum fluuium Thracia fundit, qui etiam gentes barbarorum plurimas tangit.

Græcia à Græco rege vocata, qui cunctã eam regionem regno incoluit. Sunt autem prouinciæ Græciæ septem: quarum prima ab Occidente Dalmatia, inde Epirus, inde Hellas, inde Thessalia, inde Macedonia, inde Achaia, & duę in mari Creta, & Cyclades. Illyricũ autẽ generaliter omnis Græcia est.

Dalmatiam à Delmi maxima eiusdem prouinciæ ciuitate traxisse nomen existimatur. Adhæret [o] ab Oriente Macedoniæ: à Septentrione Mœsiæ: ab Occasu Istria terminatur: à Meridie verò Adriatico sinu clauditur.

[p] Epirus à Pyrrho Achillis filio cognominata, cuius pars Chaonia, quæ ante Molossia

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicta est, à Molosso filio Pyrrhi, quem de Andromacha habuit. Sed postquam occisus est Pyrrhus Orestis insidijs, Andromachã Helenus susceptit, tenuitque regnum priuigni, qui successerat patri, à quo Molossia dicta pars Epiri, quam Helenus postea à fratre Chaone, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidisse, Chaoniam nominauit, quasi ad solatium fratris extincti.

q Hellas dicta à rege Hellene Deucalionis & Pyrrhæ filio, à quo & prius Græci Hellenes nuncupati sunt. Ipsa est & Attica terra Acte prius dicta. r Nam Cranaus quidam Græciæ indigena fuit, ex cuius filia Attis nomine Attica terra vocata est. Hæc inter Macedoniam & Achaiam media iacet, Arcadię à septentrionali parte coniuncta. s Ipsa est & vera Græcia, vbi fuit Athenæ ciuitas t mater liberalium litterarum, & philosophorum nutrix, qua nihil habuit Græcia clarius atque nobilius. In ea est & Marathonius campus opinione quondam prælij cruentissimus.

Helladis autẽ duæ sunt prouinciæ, Bœotia, & Peloponesus.

Bœotia autem dicta hac ex caussa. Dum Cadmus Agenoris filius Europam sororem à Ioue raptam ex præcepto genitoris quæreret, nec reperiret, patris iram formidans confirmato animo, elegit exilium. Nam bouis fortè conspectæ secutus vestigia, amplexus est sedem, vbi illa recubuerat: sicque locum de nomine bouis Bœotiam nominauit: vbi & Thebas vrbem construxit, in qua olim ciuilia bella detonuerunt: & u vbi nati sunt Apollo, & Herculesmaior ille Thebanus. Eadem est x Aonia vocata, à fonte quodam Apollini & Musis consecrato, qui in eadem Bœotia est.

Peloponesus, secunda pars Helladis, à Pelope regnata atque vocata.

Thessalia, à Thessalo rege cognominata, quæ à meridiana plaga Macedoniæ cõiũcta est, y cuius à tergo Pieria est. Multa in Thessalia flumina, & oppida, inter quæ præcipuè Thessalonica, & Thebæ. Ibi est mons Parnassus quondã Apollini consecratus. Thessalia patria Achillis, & origo Lapitharũ fuit, de quibus z fertur, quòd hi primo equos frænis domuerint: vnde & Centauri dicti sunt. In Thessalia primùm solidi aurei facti sunt, domandorum quoq. equorum vsus primũ repertus est.

Macedoniæ in exordio ab Emathio rege A Emathiæ nomen erat, sed a Macedo Deucalionis maternus nepos, postquam ibi accepit principatum, mutauit vocabulũ, Macedoniãmq. à suo nomine dixit. b Est autem confinis ab Oriente Ægæo mari, à Meridie Achaiæ, ab Occasu Dalmatiæ, à Septentrione Mœsiæ: patria Alexandri Magni, & c regio aureis venis argenteisq. opima. Lapidẽ, quẽ Pæantidem vocant, ista gignit. Mons Olympus in ea est, d qui excellenti vertice tantus attollitur, vt in cacumine eius nec nubes, nec venti sentiantur.

c Achaia ab Achæo rege & vrbs & prouincia appellata: hæc penè insula est. Nam absq. Septentrionali parte, qua Macedoniæ iungitur, vndiq. septa est mari. Ab Oriente enim habet Myrteum mare: ab Euro Creticum: à Meridie Ionium: ab Africo & occasu e Cephaloniam, & Cassiopam insulas: à sola Septentrionali parte Macedonię, vel Atticæ terræ adiungitur, huius caput est vrbs Corinthus Græciæ decus. Inachus est Achaiæ fluuius.

g Arcadia sinus Achaiæ est, vt platani folium, inter Ionium & Ægeum mare exposita, h quam Arcas Iouis & Calistæ filius, Pelasgis in ditionem redactis, ex suo nomine Arcadiam nuncupauit. Ipsa est & Sicyonia à Sicyone rege, à quo & regnum Sicyoniorũ est dictum. Habet autem Arcadia fluuium magnum Erimanthum: Asbeston quoq. lapidem, qui semel accensus nunquam extinguitur. Candidissimæ etiam merulæ ibi nascuntur.

Lacedemonia - - - -

i Pannonia ab Alpibus Pæninis est nuncupata, quibus ab Italia secernitur: k regio viro fortis, & solo læta, duobus satis acribus fluuijs Drabo, Sabóque vallata. Coniungitur autẽ cum Norico & Rhetia, habens ab Oriẽte Mœsiã: l ab Euro Istriam: ab Africo verò Alpes Appenninas: ab occasu Galliam Belgicã: à Septentrione Danubij fontẽ, vel limitem, qui Germaniam, Galliámque secernit.

Istriam Ister amnis vocauit, qui eius terrã influit: ipse est Danubius. Habet autẽ Istria à Septentrione Pannoniam.

m Italia olim à Græcis populis occupata, magna Græcia appellata est: deinde à regis nomine Saturnia, mox & Latium dicta, eo quòd idẽ Saturnus, à Ioue sedibus suis pulsus, ibi latuerit: postremò ab Italo Siculorum rege ibi regnante, Italia nuncupata est. n Cuius situs longitudine amplius, quàm latitudine o à Circio in Eurum extenditur: à Meridie Tyrrheno mari: ab Aquilone Adriatico clauditur: ab Occiduo Alpium iugis finitur: terra in rebus omnibus pulcherrima: soli fertilitate, pabuli vbertate gratissima. Habet lacus Benacum, Auernum, atque Lucrinum: fluuios, Eridanum, & Tyberim, & tepentes fontibus Baias. Gignit gẽmas Syrtitem, Lyncurium, & Coralliũ: Boam quoque serpentem, Lyncem feram, & Diomedeas aues. Italia autem, & Hispania idcircò Hesperiæ dictæ, quòd Græci Hespero stella nauigent, & in Italia & in Hispania, p quæ hac ratione discernuntur: aut enim Hesperiam solam dicis, & significas Italiam: aut addis vltimã, & significas Hispaniam, quia in Occidentis est fine.

Thuscia pars Italiæ, q Vmbria verò pars Thusciæ. Thuscia autem à frequentia sacrorum & thuris vocata, ἀπὸ τῆς θύας.

Vmbriam verò historiæ narrant, eo quòd tempore aquosæ cladis imbribus superfuerit, ob hoc Vmbriam Græcè cognominatã. Est enim in iugis Appennini montis sita, in parte Italiæ iuxta Meridiem.

r Hetruria pars Italiæ dicta, quod eius fines tendebantur, vsque ad ripam Tyberis, quasi ἕτερος ὅρος. Nam ἕτερος alter, ὅρος finis vocatur. Romæ enim fines antea vnam tãtùm Tyberis ripam tenebant: alij Hetrutiã ab Hetrusco principe putant. Item & Tyrrhenia à Tyrrheno Lydij fratre, qui ex sorte cum populi parte de Mæonia venit ad Italiam. Hæc est & Thuscia, sed Thusciam dicere non debemus, quia nusquam legimus. Thuscia autẽ, à frequentia sacrificij & thuris, dicta est ἀπὸ τῆς θύας: illic & aruspicinã dicunt esse repertam.

f Apulia, vbi Brundisium situm est, quam Ætoli secuti Diomedem ducem condiderunt.

Cãpania habet terras hyeme atq. æstate vernantes. Sol ibi mitis, grata temperies, aër purus & blandus.

Gallia à candore populi nuncupata est. γάλα enim Græcè lac dicitur. Mõtes enim & rigor cæli ab ea parte Solis ardorem excludunt, quo fit, vt candor corporum non coloretur. Hanc ab Oriente Alpium iuga tuẽtur, ab Occasu Oceanus includit, à Meridie prærupta Pyrenæi, à Septentrione Rheni fluenta atque Germania, cuius initium Belgica, finis Aquitania est, regio gleba vberi ac pabulosa ad vsum animantium apta, fluminibus quoq. & fontibus irrigua, perfusa duobus magnis Rheno & Rhodano fluuijs.

t Belgis autem ciuitas est Galliæ à qua Belgica prouincia dicta est.

Cisalpina, quia citra Alpes.

Transalpina, id est, trans Alpes, contra Septentrionem.

Rhetia verò, quòd sit iuxta Rhenum.

v Aquitania autẽ ab obliquis aquis Ligeri fluminis appellata, quia explurima parte teter minus eius est, eámq. pene in orbem cingit.

x Hispania prius ab Ibero amne Iberia nũcupata. Postea ab Hispalo Hispania cognominata est. y Ipsa est & verè Hesperia, ab Hespero stella Occidentali dicta. Sita est autem inter Africam & Galliã, à Septentrione Pyrenæis mõtibus clausa, à reliquis partibus vndique mari concluſa, salubritate æqualis, omnium frugum generibus fœcunda, gemmarum, metallorumque copijs ditissima. Interfluunt eam flumina magna, Bætis, Minius, Iberus, & Tagus aurum trahens, vt Pactolus. Habet prouincias sex, Tarraconensem, Carthaginensem, Lusitaniam, Galleciam, Bæticam, & transfreta in regione Africæ Tingitaniam. z Duæ sunt autem Hispaniæ, Citerior, quæ in Septentrionis plaga à Pyrenæo vsque ad Carthaginem porrigitur: Vlterior, quæ in Meridiem à Celtiberis, vsque ad Gaditanum fretum extẽditur. Citerior autem & Vlterior dicta, quasi citra & vltra: sed citra, quasi circa terras: & vltra, vel quod vltima, vel quod non sit post hanc vlla, hoc est, alia terra.

a Cap. IV. Iouis. *Ita o. G. vt ante quoque adnotauimus.*

b Iltæ autem est Agenor Libyæ fil. *Apollodorus de Agenore, Λιβύης δὲ ποσειδῶνος γίγνονται παῖδες δίδυμοι ἄγηνωρ, καὶ βῆλος.*

c mari magno coniungitur. Contingitur *Chac.*

d Prima Europæ reg. *Ex Oros. lib. 1. c. 2.*

e terra dines viror. *Al.* viriũ. Virorũ *Solin. c. 23.*

f & immanibus frequens. Frequens *ex Solin. reposuimus.*

g Gignit aues. *Ex Solin. ibid.*

h Bisontas quoq. feras, & Vros, atque Alces. *Solin. ibid. Plin. lib. 8. cap. 15. Cæsar lib. 6. de bell. Gall. Seru. Georg. 2.*

i Callaicum quoq. *Callaim Plin. lib. 37. c. 8.*

k Prouinciarum autem. *Ex Oros. ibid.*

l Prima est Mœsia. *Mœsia, an Mysia verior scriptura sit, nondum satis constitui. Nam Isidori; & Solini, cuius hæc sunt, Codices variant, apud Orosium Mœsia perpetuò. Seru. Georg. 1. ad-* nullo tantum se Mœsia cultu, Mœsia, *inquit,* ciuitas Phrygiæ. Mysia prouincia est. *Verum, rẽ ipsam si spectes, Mysiam minore periculo scripseris. Constat*

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim Mysiam à Geographis,& in Asia,& in Europa collocari. Quin etiam apud Virgilium(si Pierio credimus) vt Mœsia legatur, inuitis manuscriptis libris, Seruij auctoritas fecit. Sed origb à mesibus tracta Mœsiam,siue Mesiam potius ab Isidoro dictam arguit, quod Chaconi quoq. magis placebat. Nam quod μύσος aut μύσην apud Lydos auctoribus Eustachio ad Dionys. Afrum,& Hesychio,significat,nihil ad Isidorum.

m Hæc autem ab Oriente ostijs Danub. *Ex Oros. lib.1.c.2.*

n Huic ab Oriente Propontis. *Ex Oros.ibid.*

o Adhæret autem ab Oriente-- clauditur. *Ex eod. Post hæc verba legantur in quibusdam Gothicis ista,* Illyrica regio iuxta Adriaticum mare,in qua Dardani sedes habent, ipsa est & Dardania à Dardano rege cognominata,homines ex Troiana prosapia in mores barbaros efferati *quæ fortasse reijciẽda nõ sunt.Vid.* B *Plinium lib 4.c.1.& Solin.c.8.*

P Epirus à Pyrrho-- extincti. *è Seru. pleráq. Æn.3. ad v.* patrio Andromachen iterum cessisse marito, *apud quem in lib.impressis à Rob. Steph.* positam à fratre Chaone. *legitur.De qua lectione alij iudicabunt.*

q Hellas dicta à rege. *Ex Eusebij Chron.& Seru.eclog. 2. ad--* Acteo Aracyntho.

r Nam Cranaus indigena,&c. *Verba sunt Eusebij.*

s Ipsa est & vera Græcia. *Hæc omnia carptim sumpta è Solin.c.de Græcia.*

t mater liberal--nobilius. *Ex Aug.18.de ciuit.c.9.*

v Vbi nati sunt Apol.& Herc. *At Solin.c.13.de Thebis.* Vrbs ista numinibus apud se ortis gloriatur, vt perhibent,qui sacris carminibus Herculem , & Liberum celebrant , *è quo pro* Apolline Liberũ *substituebat Chaconinuitis omnibus lib.*

x eadem est &Aonia. *è Seru.eclog.10.ad v.* Aonia Aganippe.

y cuius à tergo Pieria est. *Ita Solin.c.de Thessalia.sed paullò aliter Plinius lib.4.c.8.*

z De quibus fertur quod hi prim. *Virg. Georg.2.* Frena Peletronij Lapythæ gyrosq. dedere. *& Seru.*

a Macedo Deucal. *è Sol.c.de Macedonia.*

b est autem confin.Mysiæ. *Ex Oros.lib.1.c.2.*

c & regio *è Solin.*

d qui excellenti vertice tantus. *Ex eod.c.de Thessalia.*

e Achaia ab Ach. *Ex Chron.Eusebij.*

f Cassiopas Insulas. *Oros.lib.1.c.2.* ab Africo,& Occasu Cephaleniam,& Cassiopam insulas, à Septẽtrione sinum Corinthium , ad Aquilone angustum terræ dorsum,quo Macedoniæ coniungitur, vel potius Atticæ,qui locus Isthmos vocatur , vbi est Corinthus.

g Arcadia verò sinus-- vt platani folium. *Confusa sunt hæc- Arcadia in sinu est Peloponesi , id est , in medio* D *ipsius.Peloponesus verò, vt platani folium,extenditur.*

h quam Arcas Iou &c. *Ex Chron.Euse.*

i Pannonia. *Ex Oros. ibid.*

k Viro fortis. *Ita veter.lib & Solin.c.de Gallia:*

l ab Euro Istriam. *A meridie mallemus.*

m Italia-- magna Græcia. *Seru.Æn.1.ad.v.* Seuvos Hesperiam magnam , &c. *μεγάλη ἑλλας* appellata est , quia à Tarento vsq. ad Cumas omnes ciuitates Græci condiderunt. *vid.Iust.lib.20.*

n cuius situs longitudine ampl. *è Solin.c. de Italia.* proceritate amplior,quàm latitudine.

o à Circio in Eurum- finitur. *Ex Oros.*

A P quæ hac ratione discernuntur,&c. *è Seru. Æn. 1.ad v.* est locus Hesperiam. *& lib.3.*ab Hespero(*inquit*) Hispaniæ rege , vel à stella , quam intuentur petentes Italiam.

q Vmbria verò pars Thusciæ. *Ex eod.Æn.12.* Vmbria verò dicitur vt hist. *è Solin.c.8.*

r Hetruria pars Italiæ. *è Seru.Æn.11.* Hetruscíq. duces,& 2.ad terram Hesp. venies.

s Apulia vbi Brundus. quam Ætoli. *verba sunt Iustini lib 12.*

t Belgis. *Belgium dicitur à Cæsare.*

v Aquitania. *Ex Oros.*

x Hispania. *Ex Iustin.lib.44.*

y ipsa est & vera Hesperia. *è Seru.Æn.1.ad vers.* Est locus Hesp.

z Duę sunt Hispan. *Ex Oros.*

De Libya. Cap.V.

LIbya dicta,[a] quòd inde Libs flat,hoc est, Africus. [b] Alij aiunt Epaphum Iouis filium qui Memphim in Ægypto cõdidit ex Cassiopa vxore procreasse filiam Libyam, quæ postea in Africa regnum possedit , cuius ex nomine terra Libya est appellata.

Africam autem nominatam quidam inde existimant,quasi apricam,quòd sit aperta cælo vel Soli,& sine horrore frigoris.[c] Alij dicunt Africam appellari ab vno ex posteris Abrahæ de Cethura , qui vocatus est Afer,[d] de quo supra meminimus. Incipit au- C tem à finibus AEgypti pergens iuxta Meridiem per AEthiopiam vsque ad Atlantẽ montem. A Septentrionali verò parte,Mediterraneo mari coniuncta clauditur, & in Gaditano freto finitur,habens prouincias Libyam Cyrenensem, Pentapolim , Tripolim,[e] Bizacium, Carthaginem, Numidiam, [f] Mauritaniam Sitifensem, Mauritaniã Tingitanã, &circa Solis ardorem AEthiopiam. [g] Libya Cirenensis in parte Africæ prima est,à Cyrene vrbe Metropoli,quę est in eius finibus,nuncupata.Huic ab Oriente AEgyptus est,ab ocasu Syrtes maiores & Troglo- D dytæ,à Septentrione mare Libycum: à Meridie AEthiopia,& barbarorum varię nationes,& solitudines inaccessibiles,quæ etiam Basiliscos serpentes creant.

Pentapolis,Græca lingua à quinque vrbibus nũcupata,id est,Cyrene,Berenice,Teuchira,Apollonia,Ptolemaide,Ex quibus Ptolemais,&Berenice à regibus nominatę sunt. Est autem Pentapolis Libyæ Cirenensi adiuncta,& in eius finibus deputata.

Tripolitanam quoque prouinciam Græci lingua sua signant de numero trium maguarum

gnarum vrbium:[i] Oëa, Sabratę, Leptis magnæ:hæc habet ab Oriente Syrtes maiores, & Troglodytas,à Septentrione mare Adriaticum:ab Occasu Bizantium:à Meridie Getulos,& Garamantes vsque ad Oceanum Æthiopicum pertendentes.

Byzacena regio ex duobus nobilissimis oppidis nomen sortita est, ex quibus vnum Adrumetus vocatur(alterũ Byzatium.)Hęc sub Tripoli est , [k] patens passuum ducenta, vel amplius millia, fœcunda oleis, & glebis ita præpinguis vt iacta ibi semina,incremẽto penè cente simo frugis renascantur.

l Zeugis,vbi Carthago magna, ipsa est & vera Africa inter Byzatium, & Numidiam sita, à Septentrione mari Siculo iuncta,& à B Meridie vsque ad Getulorum regionẽ porrecta,cuius proxima quæque frugifera sunt, vlteriora autem bestijs & serpẽtibus plena, atque onagris magnis in deserto vagantibus.

Getulia autem,Africæ pars mediterranea est.

m Numidia ab incolis passim vagantibus sic vocata , quod nullam certam haberent sedem.Nam lingua eorum incertæ sedes & vagæ Numidia dicuntur. Incipit autem à C flumine Ampsaga , in Zeugitanum limitẽ desinit,[n] habẽs ab Ortu Syrtes minores:à Septentrione mare quod intendit Sardiniam: ab Occasu Mauritaniam Sitifensem: à Meridie Æthiopum gentes,regio campis præpinguis.Vbi autem sylvestris est, feras educat:vbi iugis ardua , equos & onagros procreat:eximio etiam marmore prædicatur, quod Numidicum dicitur. Habet autẽ vrbes præcipuas [o] Hipponem,Rhegiũ,& Rusicadam.

Mauritania,vocata à colore populorum. Græci enim nigrum , *μαῦρον* vocant. Sicut D enim Gallia à candore populi, ità Mauritania à nigredine nomen sortita est.Cuius prima prouincia,Mauritania Sitifensis est,quę Sitifi habet oppidum,à quo & vocabulum traxisse regio perhibetur.

Mauritanię verò Cæsarienſis colonia,Cęsaria ciuitas fuit,& nomen prouinciæ ex ea datum.[p] Vtræque igitur sibi coniunctæ ab Oriente Numidiam habent, à Septentrione Mare magnum, ab occasu flumen Maluam:à Meridie montem Astrixim,[q] qui discernit inter fœcundam terram & arenas iacentes vsque ad Oceanum.

Mauritania Tingitana à Tingi Metropoli tanâ huius prouincię ciuitate vocata.[r] Hęc A vltima Africæ exurgit à montibus septem habens ab Oriente flumen Maluam:[s] à Septẽtrione fretum Gaditanum:ab Occiduo Oceanum Atlanticum : à [t] Meridie Gaulalum gentes vsque ad Oceanum Hesperium pererrantes. Regio gignens feras, simias dracones & struthiones , olim etiã & elephantis plena fuit, quos sola nunc India parturit.

v Garamantis regionis caput,Garama oppidum fuit.Est autem inter Cyrenensem & Æthiopiam , vbi est fons [x] qui riget calore diei,& calet frigore noctis.

Æthiopia,dicta à colore populorum,quos solis vicinitas torret.[y] Denique vim sideris prodit hominum color, est,enim ibi iugis æstus.Nam quicquid eius est sub Meridiano cardine est.Circa Occiduum autẽ montuosa est,arenosa in medio, ad Orientalem verò plagã deserta: cuius situs ab Occiduo Atlantis montis ad Orientẽ vsque in Ægypti fines porrigitur:à Meridie Oceano:à Septẽtrione Nilo flumine clauditur, plurimas habens gentes , diuerso vultu & monstrosa specie horribiles.Ferarum quoque & serpentium referta est multitudine. Illic quippe Rhinoceros bestia,& Camelopardalis,Basiliscus,Dracones ingẽtes, ex quorum cerebro gemmæ extrahũtur,Hiacynthus quoque,& Chrysoprassus ibi reperiũtur.Cinnamomum ibi colligitur.

Duæ sunt autem Æthiopiæ,vna circa Solis ortum: altera circa occasum in Mauritania.

Extra tres autem partes orbis,quarta pars trans Oceanũ interior est in Meridie,quæ Solis ardore nobis incognita est,in cuius finibus [z] Antipodes fabulosè inhabitare produntur.Proxima autem Hispaniæ Mauritania est , deinde Numidia , inde regio Carthaginensis,post quæ,Getuliam accepimus, postea Æthiopiam , inde loca exusta Solis ardoribus.

Sciendum sanè,quòd quædã prouinciæ primũ de nomine auctoris appellatæ sunt: postea à prouincia gentis nomen est factũ. nam ab Italo Italia,& rursus ab Italia Italus, & sic vtimur ipso nomine gentis,quomodo fuit ipsum nomen auctoris : vnde deriuatũ est nomẽ prouinciæ.Ex quo accidit ex vno homine nominari,& ciuitatem,& regionẽ, & gentem.Prouinciæ autem ex caussa vocabulum acceperunt.Principatus namque gentium,

gentiũ,qui ad reges alios pertinebant, cùm A in ius suum Romani vincendo redigerent, procul positas tegiones prouincias appellauerunt.Patria autem vocata,quod communis sit omnium,qui in ea nati sunt.[a] Terram autem significare,prædiximus, elemẽtum: terras verò singulas partes, vt Africa, Italia, Eadem & loca. Nam loca & terræ spatia in orbe terrarum,multas in se continent prouincias : sicut in corpore locus est,pars vna multa in se continens membra : sicut & domus multa in se habens cubicula:sic terræ, & loca dicuntur terrarum spatia, quorum partes sunt prouinciæ : sicut in Asia, Phrygia:in Gallia[g], Rhetia:in Hispania,Bæ- B tica. Nam Asia locus est , prouincia Asiæ Phrygia, Troia regio Phrygiæ,Ilium ciuitas Troiæ. Item regiones partes sunt prouinciarum , quas vulgus conuentus vocat: sicut in Phrygia Troia , sicut in Gallicia Cantabria , Asturia. A rectoribus autem regio nuncupata est,cuius partes territoria sunt.

[b] Territorium autem vocatum,quasi tauritorium , tritum bobus & aratro. Antiqui enim sulco ducto & possessionum & territoriorum limites designabant.

C

[a] Cap.V.Libya,quod inde Libs flat.*è Seru. Æn. 1. ad--* Venturum excid. Libyæ.

[b] Alij aiunt Epaphum. *Hyginus in fabulis c. 149. & Placidus ad Thebaid. 4.*

[c] Alij dicunt Africam. *Hieronym. in quæst. in Gene. ad cap. 25.*

[d] De quo supra. *Lib. 9. c. 2.*

[e] Byzaciũ. Byzanciũ *legitur in antiquissimis libris, & marmoribus,& apud Stephanum. Veram tamen scripturam* Byzacium *existimabat Chacon ex vetustis Varronis codicib. lib. 1. de re rust. c. 44. & Plin. lib. 5. c. 4. & lib. 17. c. 5. & lib. 18. c. 10. & Aug. in ps. 36. concione. 2 quam etiam vulgati Isidori libri, & plerique ex Gothicis retinent.*

[f] Mauritaniam Sitifensem Mauritan. Ting. *Quod Cæsariensem addunt quidam libri, tresq. Mauritanias videntur ex Oroso facere: mihi est, quod moremur; quando ex eod. & Isidoro paullò post Cæsariensem , & Sitifensem, vel etiam Sitifensem, & Tingitanam ex concil. Carthag. VII. constat esse coniunctas, vt Cæsariensis alterutrius quasi appendix sit. Ita tamen vt pro Tingitana in Concilijs sæpe ponatur.*

[g] Libya Cyren--pertendentes. *Ex Oros. lib. 1. c. 2.*

[h] Theuchira. *Mendosè o. l. Ceutria. Vid. Ptolemæi tabul. 4.*

[i] Oea, Sabrate, Leptis magn. *Solin. c. 30.* Achæi Tripolim lingua sua signant de trium vrbium numero Taphræ, Abrotani, Leptis magnæ. *Nostri codices partim* Oetabrate *partim* Oea Tabrace *partim* Oea Sabrete *Sil. lib. 3.*--Sabrata,tũ Tyriũ vulgus, Sarran q. Leptis Æaq. Trinacrios Afris permistaColonos. *Vbi Oeaq. ex Isidoro lubentius legerim.*

[k] patens,passuum duc. *è Solin. c. 30.*

[l] Zeugis vbi Carthago magna. *Verba sunt Oros.*

[m] Numidia ab incolis passim vag. *Sallust. in Iugurth.* & quia sæpe tentantes agros,alia,deinde alia loca petiuerant , semetipsi Numidas appellauere. *Idem Plin. lib. 5. c. 3. paullò tamen aliter Festus.*

[n] Habens ab ortu syrt. min. *Oros. ibid.*

[o] Hipponem,Reg. & Rusicẽ, *Idem Oros.*

[p] vtræq. igitur. *Oros.*

[q] qui discernit inter fœcund. terram. *Oros.* qui diuidit inter viuam terram,& iacentes arenas vsque ad Oceanum.

[r] Hæc vltima Africæ-- pererrantes. *Ex Oroso. illa tamen,* exurgit à montibus septem. *Solimi sunt cap. de Mauritania.*

[s] à Septentrione fretum Gaditanum. *Orosius,* à Septentrione mare nostrum,& fretum Gaditanum.

[t] à meridie Gaulalum gentes. *Orosius* , à Meridie Autololum gentes,quas nunc Gaulales vocant.

[v] Garam reg. *è Solin.*

[x] qui riget cal. *Ita Gothici,* friget *Solinus.*

[y] denique vim s. p. h. c. *Verba sunt Solini , cap. de India.*

nam quidquid eius est sub Merid. card. *è Solin. c. de Æthiop..*

[z] Antipodes fabul. *Sequitur Lactantium, & Augustinum.*

[a] Terram autem significare prædixim. *Sup. c. 1. ex Seru. Æn. 6.*

[b] Territorium vocatum. *Seru. Æn. 5. ad--* Vrbem designat aratro. Vnde & territorium dictum quasi terribouium, tritum bobus , & aratro. *Sed tauritorium retinuimus ex Gotth. lib. nisi territeriũ mauis ex Vulcanij editione,* aut territaurium.

De Insulis. Cap. VI.

INsulæ dictæ, quòd in salo sint , id est, in mari.Ex ijs quoq. notissimæ & maximæ, quas plurimi veterum sollerti studio indagauerunt,notandæ sunt.

[a] Britannia,Oceani insula,interfuso mari, toto orbe diuisa, à vocabulo suæ gentis cognominata.[b] Hæc in auersa Galliarum parte ad prospectum Hispaniæ sita est:[c] circuitus ei[p] quadragies octies septuaginta quinque millia: multa & magna flumina in ea, fontes calidi,metallorum larga & varia co- D pia.Gagates lapis ibi plurimus,& Margaritę.

Thanatos,insula Oceani freto Gallico [d] à Britannia æstuario tenui separata, frumentarijs campis & gleba vberi.Dicta autẽ [e] Thanatos,à morte serpentum, quos dũ ipsa nesciat, asportata inde terra quoquo gentium vecta sit,angues ilico perimit.

[f] Thyle,vltima insula Oceani inter Septentrionalem,& Occidentalem plagam vltra Britanniam,à sole nomen habens , quia in ea æstiuum solstitiũ Sol facit, & nullus vltra eam dies est:vnde & pigrum & concretum A est eius mare.

Orchades,insulæ Oceani, vltra Britanniã positæ numero trigintatres , g quarum viginti desertæ sunt,tredecim coluntur.

[h] Scotia,eadem & Hiberniã proxima Britanniæ insula,spatio terrarum angustior,sed situ fœcundior : hæc ab Africo in Boream porrigitur, cuius partes priores Iberiam: & Cantabricum Oceanum intendunt. Vnde & Hibernia dicta.Scotia autẽ quòd ab Scotorum gentibus colitur appellata.[i] Illic nullus anguis,auis rara,apis nulla:adeò vt aduectos inde puluere seu lapillos si quis alibi sparserit inter aluearia,examina fauos deserant. B

Gades, insula in fine Bæticæ prouinciæ sita,quæ dirimit Europã ab Africa,[k] in qua Herculis columnæ visuntur , & vnde Tyrrheni maris faucibus Oceani æstus immittitur.Est autem [l] à continenti terra centum viginti passibus diuisa. Quam Tyrij à Rubro profecti mare occupantes [m] lingua sua Gadir,id est, sæpem nominauerunt, pro eo quòd circumsæpta sit mari.Nascitur in ea arbor similis palmæ,cuius gummi infectum vitrum Ceraunium gemmam reddit.

[n] Fortunatæ insulæ vocabulo suo significant omnia ferre bona,quasi felices,& beatæ fructuum vbertate. Suapte enim natura pretiosarum poma syluarum parturiunt.For tuitis vitibus iuga colliũ vestiuntur: ad herbarum vicem messis & olus vulgo est: vnde gentilium error , & secularių carmina Poëtarum propter soli fœcunditatem eadem esse Paradisum putauerunt. [o] Sitæ sunt autem in Oceano contra læuam Mauritaniæ Occiduo proximæ & inter se interiecto mari discretæ. C

[p] Gorgades,insulæ Oceani,obuersæ promõtorio, quod vocatur Hesperuceras, quas incoluerunt Gorgones fœminæ aliti pernicitate, hirsuto & aspero corpore, ex ijs insulæ cognominatæ:distant autẽ à continenti terra bidui nauigatione. D

Hesperidũ insulæ,vocatæ à ciuitate Hesperide , quæ fuit in fine Mauritaniæ : sunt enim vltra Gorgadas sitæ sub Atlanteum littus in intimis maris sinibus,in quarum hortis fingunt fabulæ Draconẽ peruigilem aurea mala seruantẽ. Fertur ibi esse maris æstua rium adeò sinuosis lateribus tortuosum, vt visentibus procul lapsus angueos imitetur.

[q] Chryse,& Argyre insulæ in Indico Oceano sitæ,adeò fœcundæ copia metallorum, vt plerique eas auream superficiem & argẽteam habere prodiderint, vnde & vocabula sortitæ sunt.

Taprobana,insula Indiæ subiacens ad Eurum,ex qua Oceanus Indicus incipit, patẽs in longitudine octingẽtis septuaginta quinque millibus passuum,in latitudine [r] sexcentis viginti quinque millibus.Scinditur amne interfluo,tota margaritis repleta & gemmis. Pars eius bestijs & elephantis repleta est,partem verò homines tenent:in hac insula dicunt in vno anno duas esse æstates,& duas hyemes , & bis locum vernare floribus.

[s] Tilos insula est Indiæ, ferens omni tempore folia: hucusque insulæ Oceani.

Item insulæ, quæ ab Hellesponto vsq. ad Gades in mari Magno sunt constitutæ.

Cyprus insula à ciuitate Cypro, quæ in ea est, nomẽ accepit:ipsa [t] est & Paphos Veneri consecrata in Carpathio mari , vicina Austro , famosa quondam diuitijs , & maximè æris:[v] ibi enim prima huius metalli inuentio & vtilitas fuit.

Creta,Græciæ pars est ingens contra Pelo ponesum:hæc primùm à temperie cæli Macaronesum appellata est , deinde Creta dicta à Crete quodam indigena , quem aiunt vnum Curetum fuisse,à quibus Iupiter ibi absconditus est & enutritus. Est autem insula Græciæ inter Ortũ & Occasum longissimo tractu porrecta à Septentrione Græcię æstibus , ab Austro Ægyptijs vndis perfusa. Fuit autem quondam centum vrbibus nobilis, vnde & Hecatompolis dicta est. [x] Prima etiam remis & sagittis claruit: prima litteris [z] iura, fixit, equestres turmas prima docuit. Studiũ musicũ ab Idæis dactylis in ea cœptũ:capris copiosa,[a] ceruis eget,lupos & vulpes aliáque ferarum noxia nusquam gignit,serpens ibi nullus,noctua nulla, & si inuehatur statim moritur.Larga est autem vitibus & arboribus. Dictamnus herba in Creta nascitur,& Alimus , quæ admorsa diurnã famem prohibet:[b] Phalangos autem venenatos gignit,& lapidem,qui Idæus dactylus dicitur.

[c] Abydos,insula in Europa super Hellespõtum posita , angusto & periculoso mari separata & ἄβυδος Græcè dicta,quòd sit introitus Hellesponti maris, in quo Xerxes pontem ex nauibus fecit, & in Græciam transijt.

[d] Coos

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Coos insula adiacens prouinciæ Atticæ, in qua Hippocrates medicus natus est, quę vt Varro testis est, arte lanificij prima in ornamentum fœminarum inclaruit.

e Cycladès insulæ antiquitus Græciæ fuerunt, quas inde Cycladas autumant dictas, quòd licet spatijs longioribus à Delo proiectæ, in orbem tamen circa Delum sitę sint. nam orbem κύκλον Graij loquuntur. Quidā verò non quòd in orbem digestæ, sed propter scopulos, qui circa eandem sunt, dictas putant Cyclades. Hæ in Hellespontо inter Ægæum & Maleum mare constitutæ circumdantur etiam pelago Myrtoo. Sunt autem omnes numero quinquaginta tres, f tenentes à Septentrione in Meridiem millia quingenta: ab Oriente in occasum millia ducenta: Metropolis earum Rhodus.

Delos insula, in medio Cycladum sita. Et dicta Delos fertur, quòd post diluuium quod Ogygij temporibus notatur, cùm orbem multis mensibus continua nox inumbrasset, ante omnes terras radijs Solis illumi nata est, sortitáque ex eo nomen, quod prima manifestata fuisset visibus. g Nam δῆλον Græci manifestum dicunt. h Ipsa est & Ortygia, eo quòd primùm ibi visæ sunt coturnices aues, quas Græci, ὀρτυγας vocant. i In hac insula Latona enixa est Apollinem & Dianam. Delos autem & ciuitas dicitur & insula.

k Rhodos, Cycladum prima ab Oriente, in qua rosæ capitulum dicitur esse inuentum, dum ibi ciuitas conderetur: ex quo & vrbs & insula Rhodos est appellata. In hac vrbe Solis Colossus fuit æreus septuaginta cubitorum altitudine. Fuerunt & alij centū numero in eadem insula Colossi minores.

l Tenedos, vna ex Cycladibus ad Septentrionē sita, in qua olim ciuitas à Tene quodam condita est. Vnde nomen vrbis illius, vel potius insulæ fuit. m Nam Tenes iste infamatus, quòd cum nouerca sua concubuisset, fugiens hanc insulam vacuam cultoribus obtinuit, Vnde & Tenedos insula dicta est: n sic Cicero, Tenen ipsum, cuius ex nomine Tenedos nominatur.

o Carpathos, vna ex Cycladibus à Meridie posita p contra Ægyptum, à qua Carpathiū mare appellatum est vocata propter celerē fructuum maturitatē. Est enim inter Ægyptum & Rhodum. Ex hac insula dicuntur & Carpasię naues magnæ & spatiosæ.

r Cythera insula, vna ex Cycladibus à parte occidua sita: cuius Porphyris antea nomen fuit. Cithera autem vocata, quòd ibi Venus sit orta.

s Icaria insula, vna de Cycladibus, quæ Icario mari nomen dedit. Hęc inter Samum & Myconum procurrentibus saxis in hospitalis est, & nullis finibus portuosa. Dicitur autem Icarum Cretensem ibi naufragio interijsse, & de exitu hominis impositum nomen loco.

t Naxos insula, ante Dionysias dicta, quasi Dionaxos, quòd fertilitate vitiū vincat cæteras: est autem à Delo xviii. millia passuum separata, ex qua olim Iouis fertur aduersus Titanas fuisse profectus.

v Melos, ex numero Cycladū, vna omniū insularum rotundissima, vnde & nuncupata. Historia dicit, ex Iasone natum fuisse Philomelum & Plutum: ex Philomelo Pareantum genitum: qui de suo nomine Paron insulam & oppidum appellauit, prius autem Minoia, deinde Paros dicta. x De qua Virgilius: - niueamque Paron. Gignit enim marmor candidissimum, quod Parium dicunt. Mittit & Sardan lapidem, marmoribus quidem præstantiorem, sed inter gemmas vilissimum.

Chios insula Syra lingua appellatur, eo quòd ibi mastix gignitur. y Syri enim mastichem Chio vocant.

Samos, insula est mari Ægæo vbi nata est Iuno: ex qua fuit Sibylla Samia z, & Pythagoras Samius, à quo philosophiæ nomen inuentum est. In hac insula reperta prius fictilia vasa traduntur. Vnde & vasa Samia appellata sunt.

Sicilia, à Sicano rege Sicania cognominata est: deinde à Siculo Itali fratre Sicilia. Prius autē Trinacria dicta propter tria ἄκρα, id est, promontoria, Pelorum, Pachynum, & Lilybæum. z Trinacria enim Græcum est, quod Latinè, Triquetra dicitur, quasi in tres quadras diuisa. a Hæc ab Italia exiguo freto discreta, Africū mare prospectans, terris frugifera, auro abundans: cauernis tamen & fistulis penetrabilis, ventisque & sulphure plena. Vnde & ibi Ætnę montis extant incendia: in cuius freto Scylla est & Charybdis, quibus nauigia aut absorbentur, aut collidū tur. Fuit autē b quondam patria Cyclopū, & postea nutrix tyrannorum, frugum fertilis, ac primùm terris omnibus commissis seminibus aratro proscissa. Principem vrbium Syracusas habet: fontem Arethusam, &

& Alphæum fluuium magnorū generatorē equorum. In ea insula c primùm est inuēta comœdia. Achaten lapidē ipsa primùm ex Achate flumine dedit. Parturit & mare eius coralium: d gignit & sales. Agrigentinos in igne solubiles, crepitantes in aquis. Omnis ambitus eius clauditur stadiorū tribus millibus. Sallustius autē dicit, Italiæ coniunctā fuisse Siciliam: sed mediū spatium impetu maris diuisum, & e per angustiam scissum.

Tapsus insula, stadijs decem à Sicilia remota iacens & planior, vnde & nuncupata. de qua Virgilius, f Tapsumque iacentem.

Æoliæ insulæ Siciliæ, appellatę ab g Æolo Hippotæ filio: quem poëtæ finxerunt regem fuisse ventorum, sed vt Varro dicit, rector fuit istarum insularum, & quia ex earū nebulis & fumo futuros prædicebat flatus ventorum, ab imperitis visus est ventos sua potestate retinuisse. Eædem insulæ & Vulcaniæ vocantur, quòd & ipsæ, sicut Ætna, ardeant. Sunt autem nouē habentes propria nomina, quarum primam Lyparus quidam Liparen vocauit, qui eam ante Æolum rexit. Altera h Hiera vocatur, quòd sit collibus eminentissimis, reliquæ verò, id est, Strongyle, Didyme, Ericusa, i Hephæstias, Phænicusa, Euonymos, Ericodes, Phænicodes: quæ quoniam nocte ardent, Æoliæ, siue Vulcaniæ dicuntur, ex ijs quædam ab initio non fuerunt, postea mari editæ vsq. nūc permanent.

Stœchades, insulæ Massilienſiū sexaginta milliū spatio a continenti in fronte k Narbonensis prouinciæ, quà Rhodanus fluuius in mare exit. Dictæ autem Græcè Stœchades, quasi opere in ordinem sint positæ.

Sardus Hercule procreatus, cum magna multitudine à Libya profectus Sardiniam occupauit, & ex suo vocabulo insulæ nomē dedit. Hæc in Africo mari facie vestigij humani, l in Orientem, quàm in Occidentem latior prominet: fermè paribus lateribus, quæ in Meridiē & Septentrionē vertunt, ex quo ante commercium à nauigantibus Græcorum ἴχνος appellata est. Terra patet in longitudine millia CXL. latitudine XL. In ea neq. serpens gignitur, neq. lupus, sed m Solifuga tantùm, animal exiguum hominibus perniciosum. Venenum quoq. ibi non nasci tur, n nisi herba per scriptores plurimos & poëtas memorata, apiastro similis, quæ hominibus rictus contrahit, & quasi ridentes interimit. o Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbentes, furibus cæcitatem, si sacramento dato oculos aquis tetigerint.

Corsicæ insulæ exordium incolæ Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine ducis. Nam quædā Corsa nomine p Ligur mulier, cùm taurum ex grege, quem prope littora regebat transnatare solitum, atque per interualla corpore aucto remeare videret: cupiens scire incognita sibi pabula, taurum à cæteris digredientem vsq. ad insulam nauigio prosecuta est. Cuius regressu insulæ fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus ibi profecti sunt, eámque nomine mulieris auctoris & ducis appellauerunt. Hęc autem insula Græcè κύρνη dicitur, à Cyrno Herculis filio habitata, de qua Virgilius-- Cyrnæas taxos. q Diuiditur autem à Sardinia xx. millium freto, cincta Ligustici æquoris sinu ad prospectum Italiæ. Est autem multis promontorijs angulosa, gignens lætissima pabula, & lapidem, quē Catochiten Græci vocant.

r Eboſus, insula Hispaniæ dicta: quòd à Zanio non procul sit, quasi ebozos. Nam LXX. stadijs ab ea distat. cuius terram serpentes fugiunt. Huic contraria est Colubraria, quæ referta est anguibus.

f Baleares insulæ Hispaniæ, duæ sunt, Aphrosiade, & Gymnasie, & Maior & Minor. Vnde & eas vulgus Maioricam & Minoricā nuncupant. In ijs primùm insulis inuenta est funda, qua lapides emittuntur, vnde & Baleares dictæ: s βάλλειν enim Græcè mittere dicitur: t vnde & ballista quasi missa, & fundibalum. Virgilius: Balearis verbere fundæ.

a Cap. VI. Britannia Oceani insula, &c. *Hegesipp. lib. 5. c. 15.* quid attexam Britannias interfuso mari, toto orbe diuisas? *& Oros. lib. 1. c. 2.* Britannia Oceani insula.

b Hæc in auersa Gall. *Oros. ibid.* & quoniam Oceanus habet insulas, quas Britanniam, & Hiberniam vocant, quæ in auersa Galliarum parte ad prospectum Hispaniæ sitæ sunt.

c Circuitus eius-- plurimus. *Ex Solin. cap. de Britannia.*

d Thanatos. *Solin. Athanatis.*

e à Britania æstuario tenui sep. è *Solin. ibid. è quo restitutus est hic locus, mendosus in omnibus libris.*

f Thyle vltima insula Oceani. *Locus è Seru. Georg. 1. ad v.* tibi seruiat vlt. Thule, *& è Soli. c. de Britannia sumptus. Horū verba apponemus, ex his qui volet, medicinā faciet.* Thule (*ait Seru.*) insula est Oceani inter Sptētrionalē & Occidētalē plagā vltra Britanniā, & Hiberniā & Orchadas. Est autem insula in Oceano vltima, in qua, cū sol in Cācro est, perpetui dies sine noctib. esse dicūtur. *Solinus* Multę & alię circū Britanniā insulæ, è quibus Thule vltima, in qua æstiuo solstitio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sole de Cãcri sydere faciẽte transitũ, nox penè nul A
la; brumali solstitio, perinde nullus dies, vt ortus iũctus sit occasui. Vltra Thulẽ accepimus pigrũ esse & concretum mare. *Chacon ita legebat, inter Sept. & Occ. plagam, in qua cum brumale solstitium sol facit nullus dies est, vnde pigrum, & concretum est vltra mare. Sed à sole Thulen nomen habere dicit, non vt Thule (opinor) sed vt vltima, propter causam à Seruio & Solino relatam, ducatur.*

g quorum vig. def. *Ex Oros. ibid.*

h Scotia, eadem & Hibern. *Ex eod. quãuis non prorsus eadem.*

i illic nullus anguis. *Ex Solin. vid. Bed. in Angl. hist.*

k in qua Herculis column-- immittitur. *Ex Oros.*

l à continenti terra CXX passus. CXL *emendarat Chacon ex Solini manuscriptis libris, vbi septingentis pedibus legitur, non passib. vt in vulgatis. Sed vetant codices, resq. ipsa Isid. Gadeb. ipsis vicino, vt par fuit, satis explorata.*

m in lingua sua Gadir. *Est quoq.* גדר *ghadar Hebræis sepire, ex Solin. c. de Hispania.*

n Fortunatæ- easd. esse Paradisum. *Seru. Æn. 5. ad--* Elysiumq. colo secundum Philosophos, Elysium est, insulæ fortunatæ,

o Sitæ sunt autem *è Solin. c. vlt.*

p Gorgades. *Ita v. libri, & Plinij, & Solini manuscripti.*

q Chryse, & Argyr. *Solin. Plin. & Mela.*

r Sexcentis viginti quinq. millibus. *vocem, stadiorum ex Solino, Plinio, & Chacone auctorib. expunximus.*

s Tylos-- ferens omni tempore fol. *Al virẽs o. t. f.*

t Ipsa est & Paphos. *Hoc non referri ad Cyprum insulam, sed ad vrbem in ea, quæ olim Cypros dicebatur, & Paphos, aiebat Chacon.*

v ibi enim prima huius metall. inu. *Plin. lib. 8. c. 56. & lib. 34. c. 2.*

x Hæc primùm à temperie cæli. *è Solin. c. 17.*

y Prima etiam rem. *Ex eod.*

z iura fixit. *Solinus,* iura iunxit. *Vid. Plato. in Minoe.*

a Ceruis eget. *Ex Solin. Plin. lib. 8. c. 58.* mirabilius in ead. insula (Creta) ceruos præterquam in Cydoniatarum regione non esse.

b Phalãgos autem. *Sic v. l. Solinus,* Phalangiũ aranei genus est, si nisum quæras nulla vis est, si potestatem, ictum hominem veneno interficit.

c Abydos insula *Abydos neq. insula, neq. in Europa est, sed, vt ait Solinus de Hellesponto loquens* : Abydos Asiæ est, & Sestos Europæ. *Seru. ad v.* fauces tentãtur Abydi. *Georg. 1.* Sestos, & Abydos ciuitates sunt Hellesponti, quæ angusto, & periculoso mari segregantur. *Nos hæc alijs concinnanda relinquimus.*

d Coos *Solinus,* Multę quidem insulæ obiacent Atticæ continenti, sed suburbanæ fermè sunt Salamis, Sunium, Cos, Ceos, etcætera. *Quæ, vt Varro testis est, subtilioris vestis amicula arte lanificæ scientiæ prima in ornatum fœminarum dedit. In Solin. manusc. ecclesiæ Tolet. libro,* Ceos, Cos, *legitur: & quidem iampridem quæstus est Hermolaus Barb. harum vocum affinitate sæpe peccatum à librarijs in bonis auctorib. Ita vt iam propè vsucaptæ sint à Coo, quæ Ceos erant fortasse propria, sed lanificium fuerit Plinio auctore vtriq. commune, Hippocrates tamen communis esse non potuit, quem fuisse constat Coũ. Sed Coos Hippocratis patria non obiacet Atticæ in mari Ægeo, sed Rhodo in Icario pelago.*

e Cyclades-- quas inde Cycl. aut. *è Solin.* quidam verò non quod in orb. *Vid. Seru. Ænei. 3. ad--* Cycladas, & creb. l. f. c. t. sunt autem omnes num. *Ex Oros.*

f tenẽtes. *Ita Gotth. o.* tẽdentes *non displicet, ex Vulc.*

g Nam *Αἴγλον* Græci. *Verba sunt Seru. Æn. 3.*

h ipsa est & Ortygia. *è Solin. c. 17.*

i In hac insula Latona. *Verba Seru. Æn. 3. ad v.* Sacra mari colitur med.

k Rhodos Cycladum prim. *Ex Oros.*

l rosę capitulum. *Al. capitolium, al capulũ, al. cupulum. f. cobinum, vel coinum Gloss. coinum κάλυξ ῥόδ8 μεμυκὸς.*

m Tenedos. *Ex Oros.*

n Nam Tenes iste-- dicta est. *è Seru. Æn. 2. ad v.* Tenedos notissima fama.

o Sic Cicero. *Verr. 3.*

p Carpathos. *Ex Oros.*

q Contra Ægyp. a. q. C. m. *Acro in Hor.*

r est n. inter Ægyptum, & Rhod. *è Seru. Æn. 3.*

s Cytherea. *Ex Oros. & Solin. licebit etiam Cytheream appellare. Stephanus,* λέγεται καὶ ἡ νῆσος, καὶ ἡ γόνη κυθέρεια. *Seru. Æn. 1. ad illud.* At Cytherea nouas artes Cytherea ab insula *(inquit)* quæ plurali tantũ numero dicitur, vt sunt alta Cythera. *Æn. 10.*

t Icaria vna de Cycladib. *Solinus,* de Sporadibus est Icaros. Sed *Cycladas quoque Sporadas fecisse videtur Virgilius, cùm dixit,* Sparsasq. per æquor Cycladas.

v Naxos insula ante Dionysias dicta. *Solinus.* Naxos Dionysias prius quàm Naxos dicta; vel quòd hospita Libero patri, vel quòd fertilitate vitiũ vincat cæteras. *Quare autẽ Naxos dicta sit Diod. Sicul. lib. 5. illud verò,* quasi Dionaxon, *adulterinum duco.*

x Melos, *è Solin.*

y De qua Virg. niueamq. Paron. *Æn. 3.*

z Syri n. mastichen. *Ead. legũtur in libell. de locis Hebr. ex Act. Apost. inter Hieronymi opera.*

a Trinacria-- quod Latinè Triquetra. *Plinius, & Solin. triquetra; sed* triquadram, *scripsisse Isidorum verisimile est ex etymologia, & ex Quinctiliano qui lib. 1. c. 5.* Etymologia *(inquit)* nonnunquam barbara ab eme datis conatur discernere, vt cùm triquetram dicit Siciliam, an triquadram oporteat, &c.

b Hæc ab Italiæ exig. fret. *Ex Iustin. lib. 4. in princip.*

c Fuit autem quondam patria. *Ex Oros. lib. 2. c. 4.*

d primum est inuenta Comœdia. *è Solin.*

e Gignit & sales Agreg. *Ex eod. idem inf. lib. 16. c. 2.*

f & per angustiam scissum. *Idem sup. lib. 13. c. 18.*

g Virg. Tapsumq. iacentem. *vbi Seru.* insula non longè à Syracusis fluctib. penè par.

h Æolia Hippotæ fil. *è Ser. Æn. 1. ad v.* Æoliã venit.

i Hiera quod sit collib. emin. *Siue quòd ἱερὸν, hoc est, sacrum pro magno vsurpant, ita vti nos, Græci, siue vt ait Solinus, quod sit Vulcano præcipuè sacra.*

k Hephæstias. *Hæc in editione Margarini non est, & quidem sine ea numerus constat. Solinus & Plinius septem tantum esse dicunt.*

l In fronte Narbon. prou. *Oros. lib. 1. c. 2.*

m in Orientem, quã in Occidentẽ latior. *locus est ex lib. 2. histor. Sallustij citatus ab Agell. lib. 13. c. 28. cui ex Isidoro addi hæc possunt,* Ferme paribus lateribus, quæ in Meridiẽ, & Septentrionẽ vertũt. *Corrigẽdus idẽ apud Non. in* Facies. *Voces autẽ,* ante commercium. *Chacono suspectæ erant.*

m Sed solifug. *sup. lib. 12. c. 3.*

o nisi herba. *Ex Isidoro emendãdus Seruij locus eclog. 8. vnde sunt hæc.*

p Fontes habet. *Ex Solin.*

q Ligur

q Ligur mulier. *Citat hæc Priscian lib. 6. ex Sallustij lib. 2. histor.* Sed ipsi ferunt, taurum ex grege, quẽ propè littora regebat Corsa nomine Ligur mulier, *ex quo intelligitur totum hunc locum esse Sallustij.*

r Diuiditur autem à Sardin. *Oros. ibi.*

s Ebosus. *Oros. ibid. Cæterum de etymo.* quod nõ procul à Zanio, *amplius quærendum, Siue* Zanio, *siue* Dianio *legas.*

t Baleares insulæ duæ s. Aprosiades, & Gymnasides. *s. Aphrodisiadæ. sic dicta quod (vt ait Arist. lib. περὶ θαυμασ. ἀκουσμάτων) apud hos maiori in pretio fœminæ sint, quàm viri. De Gymnasijs Plin. lib. 3. c. 5.* Baleares funda bellicosas Græci Gymnasias dixere. *Diodor. Siculus lib. 6. c. 1. Gymnasias dictas ait, quod æstate nudi, quasi palæstrita incedant.*

v βάλλειν n. Græc. *eod. mod. inf. lib. 18. c. 10.*

x vnde ballista, quasi missi. & fundibalum. *Ita veteres lib. hic, & lib. 18. c. 10. & apud Aug. in ps. 54. & Veget. lib. 1. c. 16.* Teretes lapides de funda, vel de fustibalo. *& lib. 2. c. 15.* funditores, qui ad fundas, vel fustibalos- *& lib. 3. c. 4.* fustibalus fustis est longus. *quare* fundibalum *omnino legendum, non* fundibulum.

De Promontorijs. Cap. VII.

COmmune est insulis, vt promineant: Inde, & loca earum Promontoria dicuntur. Sic a Sallustius de Sardinia: In Orientẽ latior prominet, quàm in Occidẽtẽ.

b Sigæum, promontorium Asiæ, vbi Helle spontus apertius dilatatur. Dictum autem Sigæum propter Herculis taciturnitatem, quia prohibitus hospitio à Laomedõte Troianorum rege, simulauit absessum, & inde contra Troiam cum silentio venit, quod dicitur. σιγὴ.

Maleum, promontorium Græciæ, quod intrat mare, & per millia quinquaginta protenditur, vbi vnda ita sæua est, c vt persequi nauigantes videatur. Hoc autem promontorium à Maleo rege Argiuorum nomen accepit.

d Pelorum, promontorium Siciliæ respiciens ad Aquilonem, secundum Sallustium dictum à gubernatore Hannibalis illic sepulto.

e Pachynum, promontorium Siciliæ, Austrum spectans ab aëris crassitudine dictũ. Nam παχὺς est pinguis & crassus, Austro enim perflatur.

f Lilybæum, promontorium Siciliæ, Solis occasum intendens, vocatum ab eiusdem nominis ciuitate, quæ ibi est sita.

g Borio, promontorium Numidiæ vocatũ, eo quòd Aquilonem intendat. Hoc Hipponem Rhegiũ postea dictum, pro eo quòd sit æquore interruptum.

Calpe, Hispaniæ promontorium.

a Cap. VII. Sic Sallustius de Sardin. *Qui citatur (vt superiori capite diximus) ab Agellio, & Non. ex lib. 2. hist.*

b Sigeũ prom-- *σιγὴ. è Seru. Æn. 2. ad illud-* Sigea igni freta lata reluc. *vbi codex Seruij Vaticanus.* q. d. σιγὴ.

c vt persequi nauig. *Seruius Æn. 5. ad illud--* Maleæq. sequacibus vndis, sequaces, *inquit,* id est, persecutrices.

d Pelorum prom. *Ex eod. Ænei. 3. ad illud.* rarescent clausira Pelori- *illud tamen* respiciens Aquilonem, *Oros. est lib. 1. c. 2.*

e Pachynum. *Item è Seru. Æn. 3. ad v.* proiectaque saxa Pachyni, *& voces,* pinguis &c, *aliena videbantur Chaconi, neq. immeritò.*

f Lilybæum. *Ex Oros. ibid.*

g Borion prom. *Solin. c. 30.* Borion promontorium quod Aquilone cæditur, Græci aduenæ sic vocauerunt. *Quæ verò sequuntur de Hippone, Rhegio postea dicto, sunt quidem ex eod. Solino, sed non erant huius loci, tantum abest, vt superioribus fuerint annectenda.*

De montibus, cæterisq. terræ vocabulis. Cap. VIII.

MOntes, sunt tumores terrarum altissimi dicti, quòd sint eminentes. Quidã autẽ proprijs ex causis vocati sunt, ex quibus notandi sunt, qui opinione maximi celebrantur.

Mons Caucasus ab India vsque ad Taurũ porrectus, pro gentium ac linguarum varietate quoquo versum vadit, diuersis nomini bus nuncupatur. Vbi autem ad Orientem in excelsiorem consurgit sublimitatẽ: propter niuium candorem Caucasus nuncupatur. Nam Orientali lingua Caucasum significat candidum, id est, niuibus densissimis candicantẽ. Vnde a & eum Scythæ, qui eidẽ mõti iunguntur, Croacasin vocauerũt. Casim enim apud eos candor, siue nix dicitur.

Mons Taurus à plerisque idem vocatur, qui & Caucasus.

Libanus, mons Phœnicum altissimus, cuius meminerunt prophetæ: b dictus à thure, quia ibi colligitur, cuius ea pars quæ est super eum ad Orientalẽ plagam respiciens, Antilibanus appellatur, id est, cõtra Libanũ.

c Ararath, mons Armeniæ, in quo arcam historiæ post diluuium resedisse testãtur. Vnde & vsque hodie ibidem lignorum eius videntur vestigia.

d Acroceraunij mõtes propter altitudinẽ, & fulminum iactus vocati sunt. Græcè enim fulmen κεραυνὸς dicitur. Sunt autem inter Armeniam & Iberiam, incipientes à portis Caspijs vsque ad fontem Tigridis fluuij.

Hyperborei montes Scythiæ dicti, quòd supra, id est, vltra eos flat Boreas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[e] Riphæi montes in capite Germaniæ sunt à perpetuo ventorum flatu nominati. Nam ῥιφὴ Græcè impetus & ὁρμὴ dicitur, ἀπὸ τῆς ἐπιπτώσεως.

Olympus, mons Macedoniæ nimiũ præcelsus, ita vt sub illo nubes esse dicantur. ([f] De quo Virgilius,-- Nubes excesit Olympus.) Dictus autem Olympus, [g] quasi Ololãpus (id est, quasi cælum,) Hic mons Macedoniam diuidit à Thracia.

[h] Athos, mons Macedoniæ, & ipse altior nubibus, tantóq. sublimis, vt in Lemnum vmbra eius pertẽdat, quæ ab eo LXXVI. millibus separatur.

[i] Parnasus, mons est Thessaliæ, iuxta Bœotiam, qui gemino vertice est erectus in cælũ. Hic in duo finditur iuga, Cyrrhã, & Nyssam. vnde & nuncupatus, eo quòd in singulis iugis colebantur Apollo, & Liber. Hæc iuga à duobus fratribus Citheron & Helicon appellantur. Nã Helicon dictus ab Helicone fratre Citheronis.

Item Ceraunij sunt montes Epiri, à crebris dicti fulminibus. Græcè enim fulmen κέραυνος dicitur.

Apenninus mons appellatus, quasi Alpes Pæninæ: quia Hannibal veniens ad Italiam easdem Alpes aperuit, vnde & Virgilius, Alpes immitter apertas. Has enim Hannibal [k] post bella Hispaniæ aceto rupit. Iuuenalis. Et montem rupit aceto. Et inde loca ipsa quæ rupit Pæninæ Alpes vocantur.

Mons Ætna ex igne & sulphure dictus: vnde & Gehenna. Constat autem hunc ab ea parte, qua Eurus & Africus flat, habere speluncas plenas sulphuris, & vsq. ad mare deductas: quæ speluncæ recipiẽtes in se fluctus ventum creant, qui agitatus ignem gignit ex sulphure, vnde fit, quod videtur incendium.

Pyrenæus, & ipse à crebris fulminũ ignibus nuncupatus. Græcè enim ignis πῦρ vocatur. Iste est, qui inter Galliam atque Hispaniam, quasi de industria, munimentum interiacet.

[l] Solorius, à singularitate dicitur, quòd omnibus Hispaniæ montibus solus altior videatur, siue quod, Oriente sole, antè radius eius in eo, quàm ipse cernatur.

Calpe, mons in vltimis finibus Oceani, qui dirimit Europam ab Africa, quem Atlãtis finẽ esse dicunt,[m] de quo Lucanus, Hesperiam Calpen, summúmq. impleuit Atlantem. Atlas Promethei frater fuit & rex Africæ, à quo Astrologiæ artem prius dicũt excogitatam, idcóque dictus est sustinuisse cælum. Ob eruditionem igitur eius disciplinæ, & scientiam cæli, nomen eius in monte Africę deriuatum est: qui nunc Atlas cognominatur, qui propter altitudinẽ suam quasi cæli machinam atque astra sustentare videtur.

Alpes autẽ, propriè montes Galliæ sunt, de quibus Virgilius, Aĕrias Alpes. Et dicendo aĕrias, verbum expressit à verbo. Nam [n] Gallorũ lingua Alpes montes alti vocantur. Hæ sunt enim, quæ Italiæ murorum exhibent vicem.

Colles, sunt præminentiora iuga montiũ, quasi colla.

Iuga autem montiũ ex eo appellata sunt, quòd propinquitate sui iungantur.

Tumulus, est mons breuis, quasi tumens tellus. Item [o] tumulus terra congesta, vbi nulla memoria est.

Valles, sunt humilia loca, quasi vulsa. Hinc & conualles, depressa loca terrarum inter montes.

Campus est, terrarum planities. Dictus autem campus, quòd breuis sit pedibus, nec erectus, vt montes: sed patens & spatio suo porrectus & iacens: vnde & Græcè πεδίον dicitur. Sumpsit autẽ nomen ex Græca etymologia: [p] χαμαὶ enim Græci breue dicunt.

[q] Solum est, omne quod sustinet, à soliditate dictum scilicet, vnde & de mari Virgilius ait, Subtrahiturque solum.

Saltus, sunt vasta & siluestria loca, vbi arbores exiliunt in altum.

[r] Fauces, sunt angustorum locorum aditus inter duos montes, loca angusta & peruia, dicta à faucium similitudine, quasi fauces.

[f] Confrages, loca in quę vndiq. venti currunt, ac sese frangunt, vt Næuius ait, In mõtes, vbi venti frangebant locum.

[t] Scabra, sunt loca situ aspera, vnde & scabies dicitur, à corporis asperitate.

[v] Lustra, obscura latibula ferarũ & luporũ cubilia sunt, vnde & lupanaria lustra dicuntur, per contrarium videlicet, quia parum illustrantur.

[x] Lucus, est locus densis arboribus sæptus, solo lucem detrahens. Potest & à colluendo crebris luminibus dici, quæ ibi propter religionem gentilium, cultúmq. fiebant.

Deserta vocata, quia nõ seruntur, & ideò quasi deseruntur: vt sunt loca syluarum & montium,

mõtium, contraria vberrimarum terrarum quæ sunt vberrimæ glebæ.

Deuia, sunt loca secreta & abdita, quasi extra viã: ipsa sunt & Inuia. Inde & [y] Auiaria secreta loca, & à via remota, aut tantùm adibilia auibus: vnde est illud: Inculta rubẽt auiaria baccis.

[z] Amœna loca Verrius Flaccus dicta ait, eo quòd solum amorem præstent, & ad se amanda alliciant. Varro, quòd sine munere sunt, nec quicquam in his officij, quasi amunia, hoc est, sine fructu, vnde nullus fructus exoluitur. Inde etiam nihil præstantes, immunes vocantur.

[a] Aprica loca, quæ sole gaudent, quasi ἄνευ φρίκης, id est, sine frigore, siue quod sint aperto cælo.

Opaca verò loca, quasi operta cælo, aprico contraria.

[b] Lubricum dici (constat) locũ, ab eo quòd ibi quis labitur: & lubricũ dicitur, non quod labitur, sed in quo labitur.

[c] Æstiua, sunt loca vmbrosa, in quibus per æstatem vitant pecora solis ardorẽ. Statius: Et vmbrosi patuêre æstiua Lycæi.

[d] Naualia, sunt loca vbi naues fabricantur. Hoc & [e] Textrinum vocatur.

[g] Statio est, vbi ad tempus stant naues.

Portus, vbi hyemant: [h] Importunum autẽ, vbi nullum refugium, quasi nullus portus.

[i] Portus autem, locus est ab accessu ventorum remotus, vbi hyberna opponere solent. Et portus dictus à deportandis cõmercijs: hunc veteres à [k] baiulandis mercibus Baias vocabant, illa declinatione à baia baias, vt à familia familias.

[l] Littus est, terra aquæ & mari vicina. Et dictum littus, [m] quia fluctu eliditur, [n] vel quod aqua alluitur. [o] Cic. in Top. Littus est qua fluctus eludit.

Circumluuium, locus, quem aqua circũluit. Alluuium. consumptio riparũ ex aquis.

Margo, est pars cuiuslibet loci, vt puta maris, vnde & nomen accepit.

Maritima, quasi maris intima.

Ostia, ab ingressu & exitu fluminis dicta in mari.

Continens, perpetua terra, nec vllo mari discreta: quem Græci ἤπειρον vocant.

[a] Cap. VIII. Croacasin. *Al. Graucasum. Vid. Plin. lib. 6. c. 18. & Solin. c. 52.*
[b] Libanus-- dictus à thure. *Est n. Hebraeis* לְבוֹנָה *lebona, thus.*
[c] Ararath. *Ex Hieron. de locis Hebraic. Gen. c. 8.*
[d] Acroceraunij. *è Seru. Æn. 2. ad v.* vicina Ceraunia iuxta. *& Georg. 1. ad v.* alta Ceraunia telo Deijcit.
[e] Riphæi montes. *è Seru. Georg. 3. ad illud--* Gens ef fræna virũm Riphæo t. euro.
[f] De quo Virgilius, nubes excesit Olympus. *Apud Maronem hæc nusquam sunt.*
[g] Olympus quasi ololamp. *Ex eod. Æn. 4. ad illud.* Ipse Deum tibi m c.d. Olympo.
[h] quasi cælum. *Hoc Isidori profecto non est.*
[i] Athos-- qui ab eo LXXVI mill. *Ita Solin. c. 21.*
[k] Parnasus. *Seru. Æn. 10.* Parnasus mons est Thessaliæ iuxta Bœotiam, qui in duo finditur iuga, Citheronem Liberi, & Heliconem Apollinis, & Musarum, *itémque lib. 7.* Cyrrha autem, & Nysa vrbes sunt sub eisdem iugis sitæ.
[l] post bella Hispaniæ. *E Seru. Æn. 10. ad v.* exitium magn. a. Alpes imm. ap.
Vnde & Gehenna. *Hoc quamvim habeat nescio.*
[m] Solorius. *Vid. Plin. lib. 3. c. 1.*
[n] De quo Lucanus. *Lib. 1.*
[o] Nam Gallorum lingua Alpes m. a. *è Seru. Æn. 4. ad illud,* Alpini Boreæ n. h. n. f. i. *At Festus.* Albũ quod nos dicimus, à Græco quod est ἄλφον est appellatum-- Sabini tamen Alpum dixerunt. Vnde credi potest nomen Alpium à candore niuiũ vocitatum.
[p] Item tumulus terra congesta. *Deesse videtur aliquid. Seru. Æn. 3. ad v.* Forte fuit iuxta tumulus, &c. Hoc sermone *(inquit)* & collem, & sepulcrum fuisse significat.
[q] χάμαι n. *Vid. sup. lib. 12. in voce* Camel. *& inf. lib. 20. c. 11. in* Cama.
[r] Solum est, quod sustinet. *è Seru. Æn. 7. ad v.* Cereale solum. *Locus verò ab Isid. citatus Æn. 5.*
[f] Fauces sunt. *è Seru.* vt binas armato obsidam milite fauces, *Æn. 11.*
[t] Confrages *Festus.* Conflages loca dicuntur, in quæ vndiq. confluunt venti. *Nonius.* Confluges loca, in quæ diuersi confluunt riui.
[v] Scabra sunt loca s. a. *è Seru. ad v.* Scabra rubigine, *Georg. 1. sed vox,* loca, *apud eum non legitur.*
[x] Lustra. *Idem Æn. 1. ad v.* Lustrabunt, conuexa pol. d. s. p. Lustra & ferarum cubilia, & lupanaria per contrariũ dicimus, quia parũ illustrantur.
[y] Lucus. *Idem ad v. Lucus in vrbe fuit summ. Æn. 1.* Lucus autem dicitur, quod non luceat, non quod sint ibi lumina caussa religionis.
[z] Auiaria. *Idem Georg 2.* Auiaria secreta nemora, quæ aues frequentant.
[a] Amœna loca Varro. *Hic Verrius, & Varro, alter alterius sedẽ occupauerat, vt constat ex Festo, & Seru. Æn. 6. ad v.* amœna vireta. *& Æn. 5. ad* Tartara habẽt-- sed amœna piorum.
[b] Aprica loca. *è Seru. Æn. 6.* Trans põtum fugat, & terris immitt apricis.
[c] & lubricum dicitur non quod labitur, *Quod quidem ad locum attinet: alioqui lubricum dicitur, & quod labitur, & in quo labimur. Seru. Æn. 2.* lubricũ dicitur, quod labitur, dum tenetur, vt pisces: & in quo labimur, vt sese opposuit Salio per lubrica surgens. *& Isidorus ipse lib. x.* lubricus, ab eo quod labitur: *Quare nihil hic opus vlla correctione: consentientib. præsertim libris omnib. tantum qua de re sit sermo, attendisse oportuit.*
[d] Æstiua. *è Seru. Geor. 3.*
[e] Naualia. *Ex eod. Æn. 11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

f Hoc & Textrinum. *Seru. Æn. 2. ad v.*— Ædificant, sectáque in tex. abiete costas. Translatio (inquit) à nauibus. vt Cicero, nauem tibi ædificatã esse Messanæ, Ité intexũt vt--Bisdenas Italo texamus robore naues. *ad hãc videtur textrini notionem respexisse Cicero lib. 4. act. 2. in Verrẽ dicens.* Insula, iudices, Melita est satis lato à Sicilia mari periculosoq. disiuncta, in qua est eod. nomine oppidum, quo iste nunquam accesit, quod tamen isti textrinum per triẽnium ad muliebrem vestem conficiendam fuit. *Ludens scilicet in voce ambigua.*

g Satio est. *è Seru Æn. 2.*

h Importunum est. *Seru. Æn. 11.* Importunum autem est, quod caret portu, id est, quiete, vbi nullus est portus.

i Portus autem locus ab acc. v. r. *Hac ex margine assumpta credo. Sunt autem Virgilij verb. Æn. 3.* Portus ab accessu ventorum immotus--*Nec minus illa quæ sequuntur, quæ sunt ex 3. Geor.* Et stabula à ventis hyberno opponere soli.

k à baiulandis mercibus Baias. *Baiarũ verò, quæ prope Cumas alia est ratio, dictæ n. à Baio Vlyssis socio illic sepulto. vt ait Seru. Æn. 3. ad v.* Huc vbi delatus Cumæã accesseris vrbem. Silius.- docet ille tepentes--Vnde ferant nomen Baiæ, comitémque dedisse Dulichiæ puppis stagno sua nomina monstrat.

l Littus est terr. a. e. m. v. *Et quidem Seruius modo littus definit terram aquæ vicinam, modo terram mari vicinam, quod vtrumque inclusit Isidorus.*

m quia fluctu eliditur. *Al, eluditur.*

n vel quod aqua alluitur. *Al. adliditur.*

o Cic. qua fluctus eludit. *Al. elidit de quo lib. 2. c. 30. Non est autem Ciceronis definitio, sed Aquilij.*

De inferioribus terræ. Cap. IX.

SPecus, est fossa sub terra,[a] quę perspici potest: [b] σπηλαία Græcè, spelunca Latinè.

Spiracula appellata omnia loca pestiferi spiritus,[c] quæ Græci χαρωνεῖα appellant, vel Acherontea. Etiam Varro spiraculum dicit huiuscemodi locum, & spiracula ex eo dicũtur loca, quâ terra spiritum edit.

Hiatus præruptio terræ profunda, quasi itus: propriè autẽ hiatus est omnis oris apertio, translata à feris, quarũ auiditas oris adapertione monstratur.

d Profundum propriè, quasi cuius porro sit fundus: abusiuè autem profundum vel sursum, vel deorsum dicitur: vt, [e] Maria ac terras cælumque profundum.

f Barathrum, nimiæ altitudinis nomen est, & dictum barathrum, quasi vorago atra, scilicet à profunditate.

Erebus inferorũ profunditas atq. recessus.

g Styx ἀπὸ τοῦ στυγεῖν, id est, à tristitia dicta, eo quòd tristes faciat, vel quòd tristitiã gignat.

h Cocytus locus inferi. Cocytus autem nomen accepit Græca interpretatione, à luctu & gemitu.

i Tartarus, vel quia omnia illic turbata sunt, ἀπὸ τῆς ταραχῆς, vel quod est verius ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id est, à tremore frigoris, quod est algere, & rigere, scilicet quia luce soléque caret. Nã neq. illic vapores sunt, qui ex solis luce gignũtur, neq. flatus, qui eiusdẽ motibus incitantur, sed perpetuus stupor: ταρταρίζειν enim horrere & tremere apud Græcos legitur. Illic enim fletus & stridor dentium.

k Gehenna, est locus ignis & sulphuris, quẽ appellari putant à valle idolis consecrata, quæ est iuxta murum Hierusalem, repleta olim cadaueribus mortuorum. Ibi enim Hebræi filios suos immolabant dæmonibus, & appellabatur locus ipse Gehennon. Futuri ergò supplicij locus, vbi peccatores cruciãdi sunt, huius loci vocabulo designatur. Duplicem autem esse gehennã, & ignis, & frigoris (in Iob legimus.)

l Inferus appellatur, eo quòd infra sit. Sicut autem secundum corpus, si ponderis sui ordinem teneant, inferiora sunt omnia grauiora: ita secundũ spiritũ inferiora sunt omnia tristiora. [m] Vnde & in Græca lingua origo nominis, quo appellatur Inferus, ex eo quòd nihil suaue habeat, resonare perhibetur. [n] Sicut autem cor animalis in medio est, [o] ita & Infernus in medio terrę esse perhibetur. Vnde & in Euangelio legimus, In corde terræ. Philosophi autẽ dicunt, quòd Inferi pro eo dicantur, quòd animæ hinc ibi ferantur.

a Cap. IX. Specus-- qua perspici p. *Nempe ab aspiciendo dicitur. De genere, & declinatione huius nominis vide Seru. ad verba Virg. Æn. 6.* Hic specus horrendũ, *& Prisc. lib. 6.*

b Spelæa Græc. spelunc. Lat. *è Seru. eclog. 10.*

c quæ Græci χαρωνεῖα. *Galenus.* πολλάκις δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος μόνον κατὰ τὸν εἰσπνοὴν ἡ ὀλκὴν γίνεσθαι, καθάπερ ἐν τοῖς χαρωνείοις ὀνομαζομένοις χωρίοις.

d Profundum propriè. *è Seru. Æn. 2.*

e maria ac terras cælũq. profun. verba Virg. *Æn. 1.*

f Barathrum imm. a. n. *è Seru. Æn. 3.* obsidet, atque imo Barathri, &c.
Ereb. *Ex eod. Æn. 4.*

g Styx ἀπὸ τοῦ στυγεῖν. *Ex Seru. Æn. 6.*

h Cocytus. *Seru. Æn. 6.* Cocytus fluuius inferorũ dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, id est, lugere.

i Tartarus. *Ex eod. Æneid. 6. ad illud.* Tum Tartarus ipse. Bis patet, &c.

k Gehenna. *Ex Hieron. in Matth. c. 10.*

l infernus--perhibetur. *Ex Aug. lib. 12. de Genes. ad litt. c. 34.*

m vnde & in Græca ling. orig. n.-- quod nihil suaue. *Nempe ἄδης quasi ἀΐδης.*

n Sicut autem cor animal. *Ex Hieron. in Ion. c. 2. qui locus restituendus ex hoc loco.*

o Ita Infernus in medio terræ. *Seru. ad v.* telluris pertas ubire. *Æn. 6.*

DIVI

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. ETYMOLOGIARVM LIBER DECIMVS QVINTVS.

De ædificijs, & agris.

DE CIVITATIBVS Cap. I.

DE [a] auctoribus conditarum vrbium plerumque dissensio inuenitur: adeò vt ne vrbis quidẽ Romæ origo posit diligenter agnosci. Nam Sallustius dicit. Vrbem Romam sicuti ego accepi condidere atque habuere initio Troiani, & cum ijs Aborigines. Alij dicunt ab Euandro, secundum quod Virgilius. Tunc rex Euandrus Romanæ conditor arcis. Alij à Romulo, vt, En huius, nate, auspicijs illa inclyta Roma. Si igitur tantæ ciuitatis certa ratio non apparet, non mirum si in aliarum opinione dubitatur. Vnde nec historicos nec commentatores varia dicentes imperitiæ condemnare debemus, quia antiquitas ipsa creauit errorem. Sanè quasdã, de quibus aut sanctæ scripturæ, aut historiæ gentium certam originem referunt, paucis admodum verbis retexere oportet.

Primus, ante diluuium Cain ciuitatem Enoch ex nomine filij sui in [b] Naid condidit: quam vrbem sola multitudine suæ posteritatis impleuit.

[c] Primus, post diluuium Nemrod gigas Babylonem vrbem Mesopotamiæ fundauit. Hanc Semiramis regina Assyriorum ampliauit, murúmque vrbis bitumine & cocto latere fecit. Vocabulum autem sumpsit à confusione: eo quòd ibi confusæ sint atque permixtæ linguæ ædificantium turrim.

[d] Iudæi asserunt Sem filium Noe, quem dicunt Melchisedech, primum post diluuiũ in Syria condidisse vrbem Salem: in qua A regnum fuit eiusdem Melchisedech. Hanc postea tenuerunt Iebusæi: ex quibus & fortita est vocabulum Iebus: sicq. duobus nominibus copulatis, Iebus & Salem, vocata est Hierusalem, [e] quæ postea à Salomone Hierosolyma, quasi Hierosolomonia, dicta est. Hæc & corruptè à poëtis Solyma nũcupata est, & postmodum ab AElio Adriano AElia vocitata est. Ipsa est Sion, quæ Hebraicè [f] speculatio interpretatur, eo quòd in sublimi constructa sit, & de longè venientia contempletur. Hierusalem autem pacifica in nostro sermone transfertur.

[Oppida nobilia qui, vel quæ cõstituerunt.]

[g] Dionysius, qui & Liber pater, cùm Indiam victor perambulasset, Nysam vrbem ex suo nomine iuxta Indum fluuium condidit, & quinquaginta millibus hominũ ad impleuit.

[h] Medus autem AEgæi filius Mediã construxit: vnde & regio eius Mediæ nomen fortita est.

Persepolim vrbem, caput Persici regni [i] Perseus Danáës filius condidit famosissimã confertissimámque opibus, [k] à quo & Persida dicta est.

[l] Ctesiphontem quoq. Parthi apud Parthiam condiderunt, in æmulationem Babylonyæ vrbis.

[m] Susis, oppidum Persidæ aiunt Memnonis patrem constituisse. Dictum autem Susis quòd immineat Susæ fluuio. Ibi est regia Cyri, lapide candido & vario cum columnis aureis, & lacunatibus gemmísque distincta, continens etiam simulacrum cæli, stellis micantibus præsignatum, & cætera humanis mentibus incredibilia.

Bactrum, oppidũ Bactriani condiderunt ex proprio amne eum cognominantes, qui Bactrus vocatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

n Carra, ciuitas Mesopotamiæ trans Edes- A sam condita à Parthis, vbi quondam Romanus est cæsus exercitus, & Crassus dux captus.

Edessam vrbem Mesopotamiæ condidit Nembroth filius Chus, postquam de Babylone migrauit, in qua & regnauit, quæ antè Arach cognominata est. o Ipse construxit & Chalannen, quæ postea verso nomine à Seleuco rege dicta est Seleucia. p Philadelphiã vrbem Arabiæ condidit Raphaim, gens antiquissima, quam interfecerunt filij Loth.

Seleucus, vnus ex pueris Alexandri post mortem eiusdem Alexandri occupato re- B gno Orientis, vrbé in Syria condidit, eamq. ex Antiochi patris sui nomine Antiochiam nuncupauit, & Syriæ caput instituit. q Ipse quoque Laodiciam & Seleuciam, ipse Apamiam & Edessam vrbes construxit.

r Damascus Syriæ, cõdita & nũcupata à Damasco dispensatoris Abrahæ filio. Hæc antea in omni Syria tenuit principatũ: Necdũ enim florebant ibi Antiochia, Laodicia, & Apamia: quas vrbes post Alexandrum constructas esse cognoscimus. Hic est Damascus, quem Abraham futurum sibi heredem dixerat, antequam esset illi promissus Isaac.

s Gazam, oppidũ Palæstinæ condiderunt Heuæi, in qua habitauerũt Cappadoces pri- C stinis cultoribus interfectis. Vocata autem Gaza, eo quòd ibi Cambyses rex Persarum thesauros suos posuit, cùm bellum Ægyptijs intulisset. Persarum enim lingua thesaurus Gaza nominatur.

Philistim, vrbem condiderunt Allophyli: ipsa est Ascalon, de qua superius memorauimus: nuncupata ex nomine Cesloim, qui fuit nepos Cham, & filius Mesraim.

t Dor, vrbs fuit quondam potentissima, & versa vice Stratonis turris: postea ab Herode rege Iudææ in honorem Cæsaris Augusti Cæsarea nuncupata. In qua Cornelij do- D mum Christi vidit Ecclesia, & Philippi ædiculas, & cubiculum quattuor virginũ prophetarum.

Ioppe, oppidum Palestinæ maritimum, ijdem Palæstini ædificauerunt, v vbi saxum ostenditur quod vinculorum Andromedę adhuc vestigia retinet: cuius belluæ forma eminentior elephantis fuit.

x Iericho, à Iebusæis condita traditur: à quibus & nomen traxisse perhibetur, hanc subuertit Iesus. Pro qua extruxit aliã Ozam de Bethel ex tribu Ephraim. Sed & hæc eo tempore quo Hierusalem oppugnabatur à Romanis, propter perfidiam ciuium capta atque destructa est, pro qua tertia ædificata est vrbs, quæ hodie vsque permanet.

Sichem Samariæ vrbem, quæ Latinè & Græcè Sichima vocatur, ædificauit Emor, appellauitque eam nomine Sichem filij sui. y Ipsa est nunc Neapolis, ciuitas Samaritanorum.

z Bethel, vrbem Samariæ condiderunt Iebusæi: quæ prius vocabatur Luza, sed postquam dormiens ibi Iacob vidit scalam innitentem cælo, & dixit: Verè hic domus Dei est & porta cæli: hac ex caussa nomen locus accepit Bethel, id est domus Dei. Quando autem ibi ab Ieroboam vituli aurei fabricati sunt, vocata est Bethauen, id est domus idoli, quæ antea vocabatur domus Dei.

a Bethlehem Iuda, ciuitas Dauid, quæ mũdi genuit Saluatorem, à Iebusæis condita fertur, & vocata primùm Ephrata. Quando autem Iacob ibi pecora sua pauit, eidem loco Bethlehem nomen quodã vaticinio futuri imposuit, quod domus panis interpretatur, propter eum panem, qui ibi de cælo descendit.

b Chebron, ciuitas Iudææ, quæ quondam vocabatur Arbe, condita est à gigantibus ante septem annos, quàm ab eis Tanis vrbs Ægypti cõderetur. Ipsa est Arbe à numero ita vocata, quòd ibi tres Patriarchæ sepulti sunt, & quartus Adam. Ipsa est c & Mambre, vocata ex vno amico Abrahæ.

d Samariam, à qua omnis regio quæ circa eam fuit nomen accepit, Sennacherib rex Assyriorum construxit, vocauitque Samariam, id est, custodiam, quia quando Israël transtulit, Medos ibi custodes constituit. Hanc obsidione captã Antiochus solo cœquauit. Quam postea Herodes à fundamentis instaurans, in honorem Augusti, Augustam, id est, Sebastiam Græco sermone vocauit. Ibi siti sunt Elisæus & Abdias Prophetæ, &, quo maior inter natos mulierum non fuit, Baptista Iohannes.

Tiberiadem verò Herodes alius in Iudæa in nomine Tiberij Cæsatis condidit.

e Tyrus, vrbs Phœnicum condita à Phœnicibus fuit. Hæc est ciuitas, ex qua aurum regi Salomoni deferebatur, in qua optima purpura tingitur. Vnde & Tyria dicitur nobilis purpura.

f Phœnices à Rubro profecti mari, Sidonem vrbem opulentissimam condiderunt: g quam

g quam à piscium copia Sidon appellauerunt. Nam piscem Phœnices Sidon vocant. Ipsi etiam Tyrum in Syria: ipsi Vticam in Africa, Hipponem, Leptim, aliásque vrbes in ora maritima condiderunt. Ipsi Thebas in Bœotia duce Cadmo: ipsi postremò in vltima orbis tendentes vrbem in Oceano construxerunt, cámque lingua sua Gades nominauerunt. Nam mos erat antiquus Phœnicum gentis, multos simul mercandi caussa à domo proficisci, & cum incolarum animos commercio rerum ijs antè incognitarum sibi conciliassent: loca quæ condendis vrbibus idonea videbantur, capere. Ex ijs profecta & Dido in littus Africæ vrbem B condidit, & h Carthadam nominauit, quod Phœnicia lingua exprimit ciuitatem nouã: mox sermone verso Carthago est dicta: hãc Scipio deleuit. Quæ autem nunc est, postea à Romanis condita est. i Carthago autem antea Byrsa, post Tyrus dicta est, deinde Carthago.

k Memphim, ciuitatem Ægypti ædificauit Epaphus Iouis filius, cùm in secunda Ægypto regnaret. Hæc est vrbs vbi charta nascitur, vbi etiam optimi Mathematici fuerunt. l Nam hanc vrbem magicis artibus deditam, pristini vsque ad præsens tempus vestigia erroris ostendunt.

m Tanis, Metropolis Ægypti, vbi Pharao fuit & Moyses cuncta signa fecit, quæ in Exodo scribuntur. Hanc construxisse perhibentur Titanes, id est gigantes, & ex suo nomine nuncupauerunt.

n Heliopolis, vrbs Ægypti, quæ Latinè interpretatur Solis ciuitas, o sicut lxx. Interpretes arbitrantur. Ædificata est autem à filijs Israël, in qua p Petephres sacerdos fuit, cuius meminit Ezechiel.

q Vrbem, Alexandriam condidit Alexander magnus, cuius & nomen detinet. Hanc enim idem in terminis Africæ & Ægypti constituit, & caput esse regionis Ægypti iussit. Interiacet autem inter Ægyptum & D mare, quasi claustrum, importuosa. r Hæc est vrbs Ægypti Noo, postea versa in Alexãdriam.

Thebas Ægyptias condidit Cadmus, s quæ inter Ægyptias vrbes numero portarum nobiliores habentur, ad quas commercia Arabes vndique subuehunt. Hinc regio Ægypti Thebais dicta est. Thebæ autem & Bœotiæ sunt, & Ægyptiæ, vno tamen auctore conditæ.

Prolemais, & Berenice à regibus Ægyptijs nominatæ, à quibus & ædificatæ fuerunt.

t Cæsaream Cappadociæ ----

Tarsum Ciliciæ Danaes proles Perseus ædificauit: de qua ciuitate fuit Paulus Apostolus, Natus, inquit, Tarso Cilicię. v Quidam etiam locus Indiæ Tharsis vocatur.

Seleuciam Isauriæ condidit Seleucus: qui & Antiochiam.

Ilus autem Apollinis filius in Phrygia Iliũ condidit.

x Amazones Ephesum in Asia construxerunt.

Theseus verò Smyrnam construxit, quæ Homero poëtæ patria extitit, & y Smyrna vocata, quòd eius campos Hermus fluuius secat.

Dioscoriam, Colchorũ vrbem z Amphytus & Tilchius aurigæ Castoris & Pollucis fabricauerunt, ex eorum nomine eam cognominantes. Nam Castor & Pollux Græcè διόσκουροι appellantur.

a Nicomedia, à Nicomede rege Bithyniæ ædificata est.

b Bithynia condita à Phœnice, quæ primum Mariandyna vocabatur.

c Constantinopolim, vrbem Thraciæ Cõ- C stantinus ex nomine suo instituit, solam Romæ meritis & potentia adæquatam. Hęc d condita primùm à Pausania rege Spartanorũ, & vocata Bizantium, e vel quod tantum pateat inter Adriaticum mare & Propontidem, vel f quod sit receptaculũ terræ mariq. copijs. Vnde & eam Constantinus aptissimam condere iudicauit, vt receptaculum sibi terra mariq. fieret. Vnde & nunc Romani imperij sedes & totius caput est Orientis, sicut Roma Occidentis.

Epirus Thraciæ condita est à Pyrrho & cognominata.

Athenas in Hellade Cecrops condidit, & ex suo nomine Cecropiam nominauit, g hãc Amphictyon, qui in Græcia tertius post Cecropem regnauit, Mineruæ sacrauit, & nomen ciuitati Athenas dedit. Nam Minerua Græcè Ἀθήνη dicitur: vnde & Mineruam Græci inuentricem multarum artium asserũt, h quia & litteræ, & artes diuersorum studiorum, & ipsa Philosophia veluti templum Athenas habuerunt.

Corinthum in Achaia i condidit Corinthus Orestis filius. Hanc Græci Corintheam vocant, hoc est, administrationẽ reipublicæ.

Thebas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thebas Bœotiæ Cadmus veniens à Phœnicibus condidit, Thebis Ægyptijs prius ab eo constructis.

Mycenas----

Lacedæmonia, condita à Lacedæmone Semeles filio.

Sparta, à Sparto filio Phoronei vocata: qui fuit filius Inachi.[k] Ipsam autem esse Spartã, quam & Lacedæmoniam ciuitatem, atque inde Lacedæmonios Spartanos dici.

[l] Achaia, ab Achæo constructa.

[m] Pelops, qui apud Argos regnauit, Peloponensem vrbem condidit.

[n] Cecrops in insula Rhodo Rhodum ædificauit.

[o] Carpathus Coum.

Æos Typhonis filius Paphum.

Angæus Lycurgi filius Samum.

[p] Dardanus autem condidit Dardaniam.

[q] Thessalonicam Thessalus Græci filius ædificauit, in qua etiam regnauit.

[r] Brundisiũ construxerunt Græci. Brundisium autem dictũ est Græcè: quod brunda caput cerui dicatur: sic est enim, vt & cornua videantur, & caput & lingua in positione ipsius ciuitatis.

[s] In Italia autem, à Iano Ianiculum, à Saturno Saturnia, atque Latium conditum, & quod ibi fugiens latuisset, cognominatum.

[t] Ab Hercule in Campania Pompeia, qui victor ex Hispania pompam boum duxerat.

Æneas autem post excidium Troiæ in eandem Italiam veniens, ab vxoris nomine Lauinium condidit.

Ascanius verò, relicto Lauiniæ nouercæ suæ regno, Albam Longam ædificauit. Alba autem vocata propter colorem suis: Longa, quia longum oppidum est, iuxta prolixitatem collis, in quo sita est. Ex hac etiam vrbe reges Albanorum appellari cœperunt.

[v] Capuam Capys Syluius rex Albanorum construxit, appellatam nomine conditoris: licet & sint, qui dicant à capacitate eã Capuam dictam, quòd eius terra omnem vitæ fructum capiat: alij à locis campestribus in quibus sita est. Est autem caput vrbiũ Campaniæ, inter tres maximas Romam, Carthaginémque numerata: ex qua & prouincia Italiæ Campania dicta est.

Romulus, cùm interfecto apud Albam Amulio, auum Numitorem in regnum restituisset, in eum locum, vbi nunc Roma est, deuenit: ibiq. sedes posuit, mœnia constru-

A xit, vrbémque ex nomine suo Romam vocauit. Hanc autem antè Euander dicitur condidisse, vnde est illud: Tunc pater Euandrus Romanæ conditor arcis.

Ancus Martius ex filia Numæ Pompilij natus hic vrbem in exitu Tyberis condidit, quæ & peregrinas merces exciperet, & hostem moraretur, quam ab ipso situ Ostiam appellauit.

[x] Galli quidam intestina discordia & assiduis dissensionibus suorum permoti, sedes nouas quærentes Italiam profecti sunt, sedibusque proprijs Thuscis expulsis, Mediolanum atque alias vrbes condiderunt. [y] Vocatum autem Mediolanum, ab eo quòd ibi

B sus medio lanea perhibetur inuenta.

Historijs placet à Messappo Græco Messappiæ datam originem, versa postmodũ in nomen Calabriæ, quam in exordio Oenotri frater Peucetius Peucetiam nominauerat.

[z] Manto, Tiresiæ filia, post interitum Thebanorũ dicitur delata in Italiam Mantuam condidisse. Est autem in Venetia, quæ Gallia Cisalpina dicitur. [a] Et Mantua dicta, quòd inanes tuetur.

Parthenopia, à Parthenope virgine quadam illic sepulta, Parthenopea appellata: quòd oppidum postea Augustus Neapolim

C esse maluit.

Ad promontoriũ Leucaten, in quo Actij Apollinis templum fuit, bellum Augustus contra Antonium gessit. Quo victo, vrbem in Actiaco sinu condidit, quam à victoria Nicopolim appellauit.

[b] Phalantus, Partheniorum dux Parthenios constituit.

Taras, Neptuni filius fuit, à quo Tarentum ciuitas & condita, & appellata est.

[c] Cùm Cyrus maritimas vrbes Græciæ occuparet, & Phocenses ab eo expugnati omnibus angustijs premerẽtur, iurauerunt, vt profugerent quàm longissimè ab imperio Persarum, vbi ne nomen quidẽ eorum audirent: [d] atque ita in vltimos Galliæ sinus

D nauibus profecti, armisq. se aduersus Gallicam feritatem tuentes, Massyliam condiderunt, & ex nomine ducis nuncupauerunt. Hos [e] Varro trilingues esse ait: quòd & Græcè loquantur, & Latinè, & Gallicè.

Narbonam, & Arelatum, & Pictauium coloni proprij condiderunt.

Burdegalim appellatam ferunt, quòd Burgos Gallos primùm colonos habuerit: quibus

quibus antea cultoribus adimpleta est.

Tarraconam, in Hispania Scipiones construxerũt: ideò caput est Tarraconensis prouinciæ.

[f] Cæsaraugusta, Tarraconensis Hispaniæ oppidum à Cæsare Augusto & situm & nominatum, loci amœnitate & delicijs præstãtius ciuitatibus Hispaniæ cunctis, atque illustrius, florens sanctorum martyrum sepulturis.

Afri sub Hannibale maritima Hispaniæ occupantes, Carthaginem Spartariam construxerunt quæ mox à Romanis capta & colonia facta, nomen etiam prouinciæ de- B dit. Nunc autem à Gotthis subuersa atque in desolationem redacta est.

[g] Sanguntum Græci ex insula Zacyntho profecti in Hispaniam condiderunt: quam Afri postea bello impetitam deleuerunt.

[h] Emeritam Cæsar Augustus ædificauit, postquam Lusitaniam & quasdam Oceani insulas cepit: dans ei nomen ab eo quòd ibi milites veteranos constituisset. Nam emeriti dicunt veterani, solutíque militia.

Olysipona, ab Vlysse est condita & nuncupata: [i] quo loco, sicut historiographi dicunt, cælum à terra, & maria distingu untur à terris.

Hispalim Cæsar Iulius condidit: quam ex suo nomine, & Romæ vrbis vocabulo C Iuliam Romulam nuncupauit. [k] Hispalis autem à situ cognominata est, eo quòd in solo palustri suffixis in profundo palis locata sit, ne lubrico atque instabili fundamento cederet.

Gades oppidum à Pœnis conditum: qui etiam Carthaginem Spartariam condiderunt.

[l] Septa oppidum, à montibus septem: qui à similitudine Fratres vocati Gaditano imminent freto.

Tingis ciuitatis, [m] & Lixis Anteus auctor est, quem Hercules fertur luctæ certamine D superatum interfecisse. Lix autem à Lixo flumine Mauritaniæ nuncupata, vbi Anthæi regia fuit, & Sala quod immineat Salæ flumini.

Cæsaream, Mauritaniæ oppidum Iuba rex Maurorum in honorem Cæsaris Augusti condidit: quam ex eius nomine Cæsaream appellauit: sicut Herodes aliam Cæsaream in Palæstina, quæ nunc vrbs est clarissima.

[n] Icosium, Cæsarienfis Mauritaniæ oppi-

A dum, Hercule illic transeunte, viginti à comitatu eius discedentes construxerunt, ac ne quis imposito à se nomine priuatim gloriaretur, de condentium numero vrbi Icosio nomen est datum.

[o] Cyrene, regina fuit Libyæ quæ ex suo nomine ciuitatem Cyrenem condidit: à qua & Libyam Cyrenensem vocauit.

[a] Cap. I. De auctorib--errorem. *è Seru. Æn. 7. ad illud.* Nec Prænestinę fundator defuit vrbis.

[b] In Naid cõdidit-*In o. l. permutatis litteris ex* Naid India *euaserat.* LXX. ἐξῆλθε ὁ Καὶν ἀπὸ τοῦ προσώπου τοῦ θεοῦ, καὶ ᾤκησεν ἐν γῇ Ναὶδ κατέναντι τοῦ Ἐδεμ. *Et Ioseph lib. 1. Antiq. cap. 4.* πολλὴν ὁδεύσαι μετὰ τῆς γυναικὸς καὶν γαῖαν τόπον ὅτω καλούμενον. *Quod autem eo loco Hieronymus Nod aliter interpretetur, nihil ad Isidorum, qui* LXX. *vt solet, secutus est. Adde quod idem Hieronymus in lib. de locis Heb.* Naid, terra (*inquit*) in qua habitauit Cain. *Nisi* Edem *pro* India *cum Chacone mauis.*

[c] Primus post dil. *Ex Oros. lib. 2. c. 6.*

[d] Iudęi Asser. *Ex Hieron. lib. de locis Heb.*

[e] Quæ postea à Salomone Hierosolym. *Idẽ dixit Euseb. lib. 9. de Præp. euang.*

[f] Quæ Heb. speculatio. *s. o. l.* speculã *Hieronymus.*

[g] Dionys--condidit. *Ex Eusebij Chron.*

[h] Medus autem Egei filius. *Et Medea, vt ait Diodor. lib. 5.*

[i] Perseus Danaes. *Cum libri.* Athei, Athe, Audiæ & Andiæ, *haberent, cur ipse sibi Isidorus non auxiliaretur, qui paullò post Tarsum Ciliciæ à Perseo Danaes prole ædificatam dicit? Vid. Hygin. fabul. 275.*

[k] A quo & Persida. *Ruffinus in transl. aione Iosephi Susan Persidæ metropolim vocat.*

[l] Ctesiphontem. *Plin. lib. 6. c. 26.*

[m] Susis oppidum. *Hæc vrbs & Susis, & susa, & Suse à Hieronymo dicitur, Daniel. c. 8. & 9. de qua* Plin. *lib. 6. c. 27.* Menonis patrem *habent Gotthici quos vidimus, non fratrem vt impressi.*

[n] Carra. *Ex Hier. de locis Heb.*

[o] Ipse construxit & Chalanne. *Quam eandem esse cum Ctesiphonte ait Hieronym. in quæst. in Genes. & in Am. c. 6. videnda. idem in locis Hebraicis.*

[p] Philadelph. *Ex eod. lib.*

[q] Ipse quoque Laodiciam. *Euseb. in Chron.* Seleucus Antiochiam, Seleuciam, Laodiciam, Apamiã, Edissam, Berceam, & Pellam vrbes condidit.

[r] Damascus. *Ex Hieron. in quæst. in Genes.*

[s] Gaza. *Ex eod. in locis Heb. & in Ezech. c. 40.*

[t] Dor. *Ex Hieron. in epitaph. Paulæ. Sed locum Hieron. in palimpsesto relictum ab Isid. Braulio non expoliuit.*

[v] Vbi saxum ostenditur. *Ex Solin. c. 47. ex quo restitutus est hic locus.*

[x] Iericho. *Ex Hier. de locis Heb.*

[y] Sichem, ipsa est nunc Neap. *Hier. ibid. & in epitaph. Paulæ.*

[z] Bethel. *Ex lib. de locis Heb.*

[a] Bethlehem, &c. *Hier. in prol. in Am.* Sex millib. ab est à sancta Bethlehem, quæ mundi genuit Saluatorẽ--*Et in epitaph. Paul.* Salue Bethlehẽ domus panis, in qua natus est ille panis, qui de cælo descendit.

[b] Hebron

Universidad de Deusto
Biblioteca

b Chebron. *quomodo etiam scribit* Hieronym. Al. Hebron.
c Ipsa est & Mambre. *Ex q. in Gen. c. 35.*
d Samariam, &c. *Vid.* Hieronym. *in Isai. c. 36.*
e Tyrus. *Vid. idem in. c. 33.*
f Phœnices. *Ex Iustin. lib. 18.*
g Quam à piscium copia. *Vidi ego nummos Gadib. quæ Phœnicum Colonia fuit, repertos, quorum vna in parte Herculis Sidoniorum deus, in altera duo pisces inerant.*
h Carthadam nominauit. *è Solin. c. 40. & Carthaginem à cartha dictam ait etiam Seru. Æn. 4. ad illud.* Carthago, aut antiqua Tyros.
i Carthago autem antea Byrsa. *è Seru. ibid. Virgilius Æn. 1.* Mercatique solum f. d. n. Byrsam.
k Memphin--regnaret. *Verba sunt Eusebij in Chronico.*
l Nam hanc vrbem. *Ex Hieron. in Isac. c. 19.*
m Tanis. *Ex eod. in Is. c. 3.*
n Heliopolis. *Ex eod. in lib. de locis heb. in On.*
o Sicut LXX interpretes. *sic n. illi Exod. 1.* ὡς ᾠκοδόμησαν (filij Israel) πόλεις ἐχυρὰς τῷ φαραὼ, τήν τε πειθὼ, καὶ ῥαμεσσῆ, καὶ ὼν, ἥτις ἐστὶν ἡλιοῦ πόλις. *Sed verba hæc* καὶ ὼν, ἥ ἐστιν ἡλιοῦ πόλις. *Neque in Hebrais, neque in Latinis libris leguntur.*
p Petephres. *sic etiam Hieronymus. Vulgat.* Putiphares. *Quam varietatem Hebraica scriptura vocalibus destituta sæpè creat.*
q Vrbem Alexan. *Ex Hegesipp. lib. 4. c. 27. Vid. Strab. lib. 17.*
r Hæc est vrbs Ægypti, &c. *Hieronym. in Epitaph. Paulæ.* & vrbem No, quæ postea versa est in Alexãdriam.
s Quæ inter Ægyptias vrbes num. port. *Ex Solin. c. de Ægypt. 45.*
t Cæsaream Cappadociæ. *Post hæc verba lacuna est in meliorib. lib. ineptissimè à recentiorib. expleta.*
v Quidam locus Indiæ Tharsis vocatur. *Ita proculdubio legendum, non* Tarsus. *Hieron. Is. 66.* Tharsis lingua Hebræa mare appellatur, &, vt aiunt, Indiæ regio est, licet Iosephus littera commutata Tarsum putet nuncupari pro Tharsis, vrbem Ciliciæ, ad quam Ionas de Ioppe fugiens ire cupiebat. *Rursusq. ep. 133. reprehendit Iosephum, quod Tarsum, & Tharsin eand. esse putet.*
x Amazones Ephesum. *è Solin.*
y Smyrna vocata. *Idem sup. lib. 13. c. 21.*
z Amphitus, & Tilchius. *Plin. lib. 6. c. 5. Ammian. lib. 22. & Solin.* Circius *vero qui in plerisque libris est, ex* Tilcius, *quod etiam in codice Plinij Ecclesiæ Toletanæ legitur, fluxit.*
a Nicomedia à Nicomede. *Euseb. in Chron.* Nicomedes rex Bithyniæ Astacum vrbem amplians Nicomediam nuncupauit.
b Bithynia cond. *Idem Euseb.* Bithynia condita à Phœnice, quæ prius Mariandyna vocabatur.
c Constantinopolim. *Ex Oros. libro. 7. c. 28. totidem ferè verbis.*
d Condita primùm à Pausania. *Ex Iustin. lib. 9.*
e Vel quod tantum pateat. *Vid. Plin. lib. 4. c. 11. Solin. & Capell. Neq. tamen adhuc de etymologia liquebit.*
f Vel quod sit receptaculum, &c. *Ex Iustin. lib. 9.*
g Hanc Amphyction--dedit. *Ex eod. lib. 2.*
h Quia & litteræ--habuerunt. *Ex eod.*
i condidit Corinthus Orestis filius. *Strabo conditam ait à Sysipho, & Corcyram primo vocatam, deinde Ephyren. ab Ephyre Oceani filia, postremo euersam, & instauratam à Corintho Orestis filio.*
k Ipsam autē esse Spartā, &c. *Ex Oros. lib. 1. c. vltim.*
l Achaia ab Achæo. *Ex Euseb. Chronic.*
m Pelopsq. a. A. r. Peloponēsem. *Euseb.* Pelops apud Argos regnauit annos LIII. à quo Peloponesus vocata.
n Cecrops. *Sic o. l. Sed* Cercapus *malim, cuius filij Lindum, Talysson, & Camiron condidere.* Λίνδος, *autem (ait Stephan)* πόλις ἐν ῥόδῳ περιφερὴς τοῦ ἡλίου, ἣ καὶ δόπτουσι τῆς ὀρχίμης θυγατρός. *Vid. Strab. lib. 14. & Diodor. lib. 11.*
o Carpathus Coum. *Hæc integra non sunt, supplevi autem ex Diodoro, & Stephano possent ita,* Carpathum Iocl us, Merops Coum.
p Dardanus c. Dardaniam. *Ex Euseb. Chron.*
q Thessalonicam Thessalus. *Thessaliam vetus, Macedoniam à Cassandro conditam, ait Stephanus.*
r Brundisium. βρένδον ἔλαφον, *hoc est, cervum significare auctor Hesychius. Et* βρένδιον *vt ait Stephanus, fuit* βρεντήσιον *vt est apud Strabonem caput cerui à Messapijs dicebatur.*
s In Italia autem à Iano Ianicul. *è solin. c. de Italia.*
t Ab Herc. i. C. Pompeia. Pōpeij *apud Solin. ibid.* Pompeia *apud Strabon. lib. 5.*
v Capuam Capys. *Seruius Æn. x. ad illud.* Et Capys hinc nomen Campanæ ducitur vrbi--Iste quidem dicit à Capy dictam esse Campaniam, sed Liuius vult à locis campestribus dictam, in quibus sita est.
x Galli quidam intestina discordia. *Ex Liuij lib. 5.*
y Vocatum autem Mediol. ab eo quòd ibi sus, *Claudianus de nuptijs Honorij;* Iam Ligurum terris spumanti pectore Triton Appulerat, lassosque fretis extenderat orbes, Continuò sublime volans ad mœnia Gallis Condita lanigeræ suis ostentantia pellem Peruenit. *Visitur etiam nunc sus marmorea in Mediolanensi curia. Al* media lanea.
z Manto Tiresiæ filia. *è seru. Æn. x. ad illud.* Fatidicæ Mantus, & T. f. amnis.
a Et Mantua dicta quod inanes tuetur. *Sic veteres lib. & rectè fortasse. Nam lib. 4. maniam morbum ab inanitate dictam dixit,* quam Græci μανίαν *vocant, & manes quasi* μανὸν, *id est rarum & vacuum. Id autem pulchrè conuenit cum historia de Mantone fatidica eo confugiente. manes siquis malit, molesti non erimus.*
b Phalantus Taras. *Vid. seru. Æneid. 3.* Hic genus Herculei si vera est fama Tarenti.
c Cum Cyrus. *Eadem Ammian. Marcell. lib. xv.*
d Atq. in vltimos condiderunt. *Ex Iustin. lib. 43.*
e Hos Varro triling. *e. a Ex hier. prolog. lib. 2. in epist. ad Galat.*
f Cæsaraugusta--sepulturis. *Abest totum hoc à libro Card. Sirleti, & vno ex Toletanis.*
g Saguntum. *Ex Hieronym. lib. 2. in ep. ad Galat.*
h Emeritam Cæsar August. *Dion. lib. 53.*
i Quo loco sicut historiog. *Plin. lib. 4. c. 21.* Excurrit deinde in altum vasto cornu promontorium, quod alij Artabrum appellauere, alij Magnum, multi Olysiponense ab oppido terras, maria, cælum disterminans. *Eadem propè Solinus, & Capella, quæ nimis arctè auit Isidorus.*

k Hispalis

k Hispalis--eo quod in solo palust. *Nihilo certiora proferunt alij.*
l Septā oppid-- *Septem montium fratrum meminere Plin. lib. 5. c. 2. & Capella--* Ptolemæus quoq. ἑπταδέλφους *eos vocat.*
m Et Lixis. *Hæc à Solino quoq.* Lix, *à Plinio* Lixos, *ab alijs,* Lixa *dicitur.*
n Icosium. *è Solin. cap. de Mauritania.*
o Cyrene regina f. lib. *Seruius Æneid. 4.* Cyrene, & Barce reginæ fuerunt, quæ singulis dederunt ciuitatib. nomina.

De ædificijs publicis. Cap. II.

CIuitas, [a] est hominum multitudo societatis vinculo adunata, dicta à ciuibus, id est, ab ipsis incolis vrbis, pro eo quòd pluri-
morum conscisca & contineat vitas. Nam B
vrbs ipsa mœnia sunt: ciuitas autē non saxa, sed habitatores vocantur.

Tres autem sunt societates: familiarum, vrbium, gentium.

Vrbs vocata ab orbe, quod antiquitus ciuitates in orbem fiebant: [b] vel ab vrbo parte aratri, quo muri designabātur, vnde est illud.
[c] Optauíque locum regno, & concludere sulco. Locus enim futuræ ciuitatis sulco designabatur, id est aratro. [d] Cato. Qui vrbem, inquit, nouam condet, tauro & vacca aret, C
vbi arauerit, murum faciat: vbi portam vult esse, aratrum sustollat & portet, & portam vocet. Ideò autem vrbs aratro circundabatur, dispari sexu iuuencorum, propter commixtionem familiarum, & imaginem serentis, fructumq. reddentis. [e] Vrbs autē aratro conditur, aratro euertitur. Vnde Horatius,
Imprimeréque muris hostile aratrum.

Oppidū, quidā ab oppositione murorum dixerūt: alij ab opibus recondēdis, eo quòd sit munitū, alij quod sibi in eo cōuentus habitantiū opem det mutuā contra hostem. Nam primùm homines tanquam nudi & inermes, nec contra belluas præsidia habebant, nec receptacula frigoris & caloris, nec ipsi inter se homines ab hominibus satis erāt tuti. Tandē naturali sollertia speluncis sylD
uestribusq. tegumentis tuguria sibi & casas virgultis arundinibusq. contexuerunt, quo esset vita tutior, ne ijs, qui nocere possent, aditus esset. Hæc est origo oppidorum, quæ, quòd opē darent, idcircò oppida nominata dixerūt. Oppidū autē magnitudine & mœnibus discrepat à vico, & castello, & pago.

Ciuitates autē: aut colonię, aut municipia, aut vici, aut castella, aut pagi appellantur.

Ciuitas propriè dicitur, quam nō aduenæ, A sed eodem innati solo condiderunt. Ideóq; vrbes à proprijs ciuibus conditæ, ciuitates, non coloniæ nuncupantur.

Colonia verò est, quæ defectu indigenarum nouis cultoribus adimpletur. Vnde & Colonia à cultu agri est dicta.

Municipiū, est quod manente statu ciuitatis ius aliquod minoris aut maioris officij à principe impetrat. Dictū autē municipium à munijs, id est officijs, quòd tantū munia, id est, tributa debita, vel munera reddant. Nam liberales, & famosissimę causę, & quę ex principe proficiscuntur, ibi non aguntur. Hæc enim ad dignitatem ciuitatum pertinent.

Vici, & Castella, & Pagi ij sunt, quæ nulla B
dignitate ciuitatis ornantur, sed vulgari hominū conuentu incolūtur, & propter paruitatem sui maioribus ciuitatibus atribuuntur.

[f] Vicus, autem dictus à vicinis tantum habitatoribus, vel quod vias habeat tantum sine muris. Est autem sine munitione murorū. Licet & vici dicantur ipsæ habitationes vrbis. Dictus autem vicus: eo quòd sit vice ciuitatis, vel quòd vias habeat tantùm sine muris.

Castrum antiqui dicebant oppidum loco C
altissimo sitū, quasi casam altam: cuius pluralis numerus castra, diminutiuū castellum est: siue quòd castrabatur licentia inibi habitantium, ne passim vaga hosti pateret.

Pagi, sunt apta ædificijs loca, inter agros habitantibus. Hæc & Cōciliabula dicta, à conuentu & societate multorum in vnum.

Cōpita sunt, vbi vsus est conuentus fieri rusticorum, & dicta Compita, quia multa loca in agris eodem competunt, & quo conuenitur à rusticis.

Suburbana, sunt circumiecta ciuitatis ædificia, quasi sub vrbe.

Mœnia, sunt muri ciuitatis, dicta ab eo quòd muniant ciuitatē, quasi munimenta ciuitatis, id est, tutamenta.

Muniū autē dictū, quasi manu factū: sic & D
muri à munitione dicti, quasi muniti, quòd muniant & tueantur interiora vrbis. Mœnia autem duplicem habent significationem. Nam interdum mœnia abusiuè dici (solent) omnia ædificia publica ciuitatis, vt, Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis. Propriè autem Mœnia sunt tantùm muri.

Murus autem turribus, propugnaculisq. ornatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Turres vocatæ,quod teretes sint & lõgæ. A Teres enim est aliquid g rotundũ cũ proceritate,vt columna.h Nã quãuis quadratę, aut latæ construantur,procul tamen videntibus rotundæ existimãtur: ideò quia omne cuiusq. anguli simulacrum per longũ æris spatium euanescit atq. consumitur, & rotundum videtur.

Propugnacula,pinnæ murorum sunt, dicta,quia ex his propugnatur.

Promurale verò, eo quòd sit pro munitione muri.Est enim muro proximũ, id est, ante murum.

i Porta dicitur, qua potest vel importari vel exportari aliquid. Propriè autem porta aut vrbis aut castrorũ vocatur,sicut superius dictũ est.Vicus,vt prædictũ est, ipsæ habitationes vrbis sunt, vnde & vicini dicti. Viæ, ipsa spatia angusta, quæ inter vicos sunt.

k Plateæ,perpetuæ ac latiores ciuitatũ viæ sunt: iuxta proprietatem linguæ Græcæ à Latitudine nuncupatæ: πλάτος enim Græci latum dicunt.

Quintana,pars plateæ quinta est,qua carpentum progredi potest. C

Cloacæ dictæ,quòd ijs percolantur aquæ. Has primùm Romæ fecisse dicunt Tarquinium Priscum, vt quotiens pluuiarum inundatio existeret,per eas aquæ extra ciuitatem emitterentur,ne maximis perpetuisq. tempestatibus planitiem vel fundamenta vrbiũ strages aquarum subuerteret.

l Imboli, vel quia subuolamina sunt, vel quia sub ijs ambulant: sunt enim porticus hinc inde platearum.

m Forus,est exercendarum litium locus,à fando dictus,siue à Phoroneo rege,qui primus Græcis leges dedit. Hæc loca & n Prorostris vocantur,ideo quod ex bello Punico captis nauibus Carthaginensium, rostra ablata sunt, & in foro Romano præfixa, vt esset huius insigne victoriæ. D

Curia dicitur,eo quòd ibi cura per Senatum de cunctis administretur.

Prætorium, eo quòd ibi Prætor o sedeat ad discutiendum.

Gymnasium, generalis est exercitiorum locus: tamen apud Athenas locus erat,vbi discebatur philosophia,& sapientiæ exercebatur studium. Nam γυμνάσιον Græcè vocatur, quod Latinè exercitium dicitur,hoc est meditatio. Sed & balnea,& loca cursorum & athletarum gymnasia sunt, eo quod illic omnes in suæ artis studio exercitentur.

Capitoliũ Romæ vocatum,eo quod fuerit Romanæ vrbis & religionis caput summum. Alij aiunt: cùm Tarquinius Priscus Capitolij fundamenta Romæ aperiret, in loco fundaméti caput hominis litteris Thuscis notatũ inuenit, & proinde Capitolium appellauit.

Arces,sunt partes vrbis excelsæ atq. munitæ: p nam quæcunque tutissima vrbium sunt, ab arcendo hostem arces vocantur: vnde & arcus,& arca.

Circum Romani dictum putant à circuitu equorum, eo quod ibi circum metas B equi currant.

r Theatrum autem à spectaculo nominatum, ἀπὸ τῆς θεωρίας, quod in eo populus stans desuper atque spectans,ludos scenicos contemplaretur.

Amphitheatrum verò vocatum,quod ex duobus sit theatris compositum: nam amphitheatrum rotundum est, theatrum verò ex medio amphitheatri est,semicirculi figuram habens.

s Labyrinthus,est perplexis parietibus ædificium,qualis est apud Cretam à Dædalo factus,vbi fuit Minotaurus inclusus, in quo si quis introierit sine glomere lini, exitum inuenire non valet:cuius ædificij talis est fitus, vt aperientibus fores tonitruum intus terribile audiatur. Descenditur centenis vltra gradibus, intus simulacra & monstrificæ effigies, in partes diuersas transitus innumeri per tenebras,& cætera ad errorem ingredientium facta,ita vt de tenebris eius ad lucẽ venire impossibile videatur. Quarum sunt autem Labyrinthi: primus Ægyptius, secundus Creticus,tertius in Lemno, quartus in Italia, omnes ita constructi, vt discernere eos nec secula quidem possint.

t Pharus,turris est maxima, quam Græci & Latini in commune ex ipsius rei vsu Pharum appellauerunt ,eo quòd flãmarum indicio longè videatur à nauigãtibus, qualem Ptolemæus iuxta Alexandriam construxit octingentis talentis traditur. Vsus eius est nocturno nauium cursui ignes ostendere, ad prænuntianda vada portúsque introitus, ne decepti tenebris nauigantes in scopulos incidant: v nam Alexãdria fallacibus vadis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in portibus machinas ad prælucendi ministerium fabricatas, Pharos dicunt:nam φῶς lux est, ὄρασις visio dicitur: vnde & Lucifer Græcè φωσφόρος appellatur.

Cochleæ

Cochleæ,sunt altæ & rotundæ turres, & A dictæ cochleæ,quasi cycleæ,quòd in eis tanquam per circulum orbémque conscendatur, qualis est Romæ CLxxv. ped.

Thermæ appellatæ,quòd caleant: Græci enim θερμὸν calorem vocant.

y Balneis vero nomen inditum à leuatione mœroris: nam Græci βαλανεῖον dixerunt,quod anxietatem animi tollat.Hæc & gymnasia dicuntur, quia ibi athletæ vncto corpore & perfricato manibus exercitantur: nam γυμνάσιον Græcè, Latinè exercitiũ dicitur,γυμνὸς enim nudus.

Apodyterium,vbi lauantium vestimenta B ponuntur, ab exuendo dictum : ἀποδύειν enim Græcè exuere dicitur.

Popina Græcus sermo est, qui apud nos corruptè propina dicitur. Est autem locus iuxta balnea publica, vbi post lauacrum à fame & siti reficiuntur, vnde & propina & propinare dicitur : πεῖνα enim Græcè famẽ significat,eo quòd hic locus famẽ tollat.

Tabernæ olim vocabantur, ędiculæ plebeiorum paruæ & simplices in vicis, asseribus & tabulis clausæ, vnde & tabernariæ, quòd ibi solebãt considere: dictæ autem tabernæ quòd ex tabulis ligniſq. erant constructæ:quæ nũc,& si non speciem, nomen tamen pristinum retinent.

Macellum dictum, quòd ibi macten- tur pecora, quæ mercantibus venũdantur.

Mercatum autem à commercio nominatum: ibi enim res vendere vel emere solitum est,sicut & Telonium dicitur, z vbi merces nauium & nautarum emolumenta redduntur. Ibi enim vectigalis exactor sedet, pretium rebus impositurus, & voce à mercatoribus flagitans.

b Carcer, est à quo prohibemur exire, & dictus carcer à coërcendo. Hinc Fronto: Vt pergræcari potius amœnis locis,quàm coërceri carcere viderentur.

a Cap.II.Ciuitas est. *Aug. 15.de ciu.c.8.* Ciuitas nihil aliud est, quam hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata.

b Vel ab vrbo.*Varr.lib.4.*

c Optauitq. locũ.*Virg.Æn.1.*Pars soptare locum tecto,& concludere sulco.*Idem lib.3.*Optauitq. locum regno,nondũ Iliũ,& arces:hæc coniunxit *Ifid. lib.5.Æn.ad illud* vrbem designat aratro.*Videnda Varr. lib.4.de ling.lat.*

d Cato, qui vrbẽ.*Hunc locum innuere videtur Seruius* Vrbs autem aratro cond. aratro euert. *Acron ad locum Hor.*Condendis,atq. euertendis ciuitatib.hęc consuetudo fuit,vt aratro fierent,& *Caius tit. de vsufruct.* Carthagini euersæ aratrum impressum ait.

e Vicus à vicinis t.h.Ita imp. ab ipsis tantum habitationib.*Gotth. Placuit editor.scripturam,quia paullò post ipsas habitationes vicos dici affirmat.*

f Teres est aliquid rotund.*Seru.Æn. 6.* Teres est rotundum aliquid cum proceritate.*Et Eclog.8.* Teres est oblongum,& rotundum,vt columna.

g Nam quamuis quadratæ.*Locus ex Lucret. libro. 4.* Quadratasque procul turres cum cernimus vrbis, Propterea fit vti videantur sæpè rotundæ Angulus obtusus,&c.

h Porta dicitur,qua potest,&c. *Seru. Æn.1.* Omnis exitus porta dicitur, quasi qua potest vel importari,vel exportari aliquid.

i Plateæ.*Aug.in ps. 218.Serm.10.*

k Imboli.*Sic Vet.libri.puto legẽdũ* emboli,*&* subuolamina*-significari quæ Asconius in Diuinat.* prouolãtia tabulata *dixit.Notum quid ἔμβολον sit apud Græcos.*

l Forus est exercendarum litiũ locus. *Qui Isidorũ de genere huius nominis audacter accusarunt,ipsi se deridendos præbuerunt.Charisius lib.1.* Forũ neutro genere dicimus locũ reb.agendis destinatum,aut cum commercium significamus: Lucil.quum illa foraitant. Masculinè autem tabulata nauium,& semper pluraliter, quamuis Gellius fora nauium neutraliter dixerit, & Lucilius negotiorum forum masculinè extulerit,lib.3. Forus olim ornatus lucernis. *Et Victorin.in lib.de orthogr.*Forus status tam in foro,quãm in naui,& torculari. *Quod vero ad etymol. attinet,quoniã semel toto hoc de genere diximus,tantùm monebo,ne has quidem contemnendas videri : Nam cur non forum à fando, siue ἀπὸ τῆς φωνῆς cum ἀγορᾶς ἀπὸ τοῦ ἀγορεύειν. In Phoronei verò mentione diligens quædam negligentia est communis Isidoro cum alijs grauissimis auctoribus.*

m Rostra vocantur.*Ita etiam lib.18.c.15.*

n Sedeat ad discutiendum. *Al.*ad disputandum.*f.* ad disceptandum.*vt lib.9.c.4.& lib.18.c.15.*Iudex dictus,quod iure disceptet.

o Nam quæcunq. tutissima. *Varro libro.4.* Arx ab arcendo, quod is locus munitissimus vrbis, à quo facillimè posset hostis prohiberi.

p Circum Roman.*Repetuntur hæc lib.18.c.28.*

q Theatrum *ἀπὸ τῆς θεωρίας. è Seru.Æn.5.ad illud:* mediaq. in valle theatri.

r Labyrinthus.*è Seru.Æn.5.ad illud-Vt quondã* Creta fertur labyrinthus in alta. *Vid.Plin.lib.36.c.13.*

s Pharus.*Ex Hegesipp.lib.4.c.27.& Plin.lib.36.c.12.& Solin.c.45.*

t Nam Alexandria fall.&c.*è Solin c.35.Al.35.*

u Romę 175.*Apparet hãc esse columnam Antonini, quam* CLXXVI.*pedes altã affirmat Philãder ad Vitruu.lib.9.c.2.*

v Balneis--tollat. *Ex August.lib.9.confess.c.12.*

w Asseribus,& tab. *Al.axibus.*

x Vbi merces nauium. *Respexisse ad Ambrosij verba in Luc.c.5.ostendunt illa verba* nautarum emolumenta.

y Carcer,à quo prohibemur exire. *Seruius Æn.1.* Carcer est vndecunque prohibemur exire, dictus quasi arcer ab arcendo. *Sed libro.3. Georg. ad illud.* ruuntque effusi carcere currus, *vbi in vulgatis legitur,*qui ab arcendo dicti sunt. *Vaticanus codex habet,*qui à coercendo d. s. *vt emendandus videatur seru. ex Isid. Varro quoque libro.4.*Carcer à coercendo quod exire prohibentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Habitaculis. Cap. III.

HAbitatio [a] ab habendo vocata, vt, habitare casas.

Domus ex Græca appellatione vocata, [b] nam δόματα Græci tecta dicunt. Est autẽ domus vnius familiæ habitatio, sicut vrbs vnius populi, sicut orbis domicilium totius generis humani.

Omne, ædificium antiqui ædem appellauerunt. A lij ædem ab edendo quidem sumpsisse nomen existimant, dantes exemplum de Plauto: Si vocassem vos in ædẽ ad prandium. Hinc & ædificiũ, eo quòd fuerit prius ad edendum factum.

[c] Aula, domus est regia, siue spatiosum habitaculum, porticibus quattuor conclusum.

[d] Atrium, magna ædes est, siue amplior & spatiosa domus. Et dictum est atrium, [e] eo quòd addantur ei tres porticus extrinsecus.

[f] Alij atrium, quasi ab igne & lychno atrum dixerunt, atrum enim fit ex fumo.

Palatium, à Pallante Principe Arcadũ dictũ, in cuius honore Arcades Pallanteũ oppidũ construxerunt, & regiam in ipsius nomine conditam palatium vocauerunt.

Thalamũ hac ex caussa vocatũ ferunt. [g] Cũ enim raptę fuissent à Romanis Sabinę, ex quibus cùm vna ante alias specie nobilis cum magna omniũ admiratione raperetur, Talasio duci eam oraculo responsum est dari, & quoniã hæ nuptiæ feliciter cesserãt, institutum est, vt in omnibus nuptijs thalasio nomẽ iteretur. Ægyptij quoq. lingua sua loca in quibus nubentes succedunt & incubant, thalamum nominant.

Cœnaculum dictum à communione vescendi, vnde & cœnobiũ, congregatio. Antiqui enim publicè & in cõmune vescebantur, nec vllius conuiuium singulare erat, ne in occulto deliciæ luxuriam gignerent.

[h] Triclinium, est cœnaculum, à tribus lectulis discumbentium dictum: apud veteres enim in loco vbi conuiuij apparatus exponebatur, tres lectuli strati erant, in quibus discũbentes epulabantur: κλίνη enim Græcè lectus vel accubitus dicitur, ex quo confectum est, vt triclinium diceretur.

[i] Cella dicta, quòd nos occultet & celet.

Cubiculum verò, quòd eo cubemus, ibíque dormientes requiescamus.

Cubile autem, cubandi locus est.

Secessus, quòd sit locus secretus, id est, sine accessu.

A Diuersorium dictum, eo quòd ex diuersis vijs ibi conueniatur.

[k] Hospitium, sermo Græcus est, vbi quis ad tempus hospitali iure inhabitat, & iterum inde transiens migrat: [l] inde & metatum, quia mutatur. Vnde & legitur, & castra metati sunt, pro mutauerunt. Non enim illic permanet exercitus, sed pertransit.

[m] Mænius, collega Crassi in foro proiecit materies, vt essent loca, in quibus spectantes insisterẽt, quæ ex nomine eius Męniana appellata. Hæc & Solaria, quia patent soli: post hæc alij lapide, alij materia ædificauere porticibus Mæniana, & foribus & domibus adiecerunt.

B Tabulata, olim ligneæ domus fiebãt: inde nomen permanet tabulatorum.

Hypogæũ, est constructũ sub terris ædificiũ, quod nos antrũ vel spelucã dicimus.

Solarium, quod soli & auris pateat, qualis fuit locus, in quo Dauid Bethsabee lauantem aspexit, & adamauit.

[n] Cùm Hierosolymam Antiochus obsideret, Hyrcanus princeps Iudæorum reserato Dauid sepulchro, tria millia auri talẽta inde abstraxit, ex quibus CCC. Antio-
C cho dedit, vt obsidionem relinqueret, atq. vt facti inuidiam demeret, fertur ex reliqua pecunia instituisse primus Xenodochia, quibus aduentum susciperet pauperum peregrinorum, vnde & vocabulum sumpsit. Nam ex Græco in Latinum ξενοδόχειον peregrinorum susceptio nuncupatur. [o] Vbi autem ægrotantes de plateis colliguntur, νοσοκομεῖον Græcè dicitur: in quo consumpta languoribus atque inedia miserorum membra fouentur.

[a] Cap. III. Habitatio ab hab. *è Seru. eclog. 2. nisi quod more suo aliquid mutauit.*

[b] Nam δώματα Græci tecta d. *Verba sunt Hieronymi in c. 6. Daniel. Vid. & ep. ad Sun. & Fret.*

[c] Aula domus regia. *Aug. in quæst. sup. Exod. prope fin.* Quam Græci vocant αὐλήν, nostri aulã vocauerũt.
D Sed iam non atrium isto nomine, sed domus regia significatur in lingua Latina. *Et in Græca, vt ait Athenæus lib. 5. Menandrum, & Diphilum citans,*

[d] Atrium magna æd. siue amplior, & spatiosa dom. *Aug. in ps. 133.* Atria, ampliora spatia domus intelliguntur.

[e] Atrium eo quod addantur ei tres porticus. *Aug. in q. in Exod.* Ibi erat illa tanquã triporticus, quæ cõcludebat spatium atrij. *Et in ps. 133.* Habebat atrium decem colũnas, non tamen recto ordine dispositas, sed sicut ostendimus, tanquam triporticum.

[f] Alijs atrum q. ab igne, &c. *è Seru. Æn. 1. ad illud* Vocemq. per ampla volutant Atria. *Lychno autem scripsimus ex cod. Rom. Al.* ligno, *al.* lignis.

[g] Cum

[g] Cum n. raptę fuissent à Rom Sab. *Vid. Liu. libro 1. & Fest. in* Talasio. *sed cum* Talamoni *in nostris lib. legeretur* Talasioni *è seruio reposuimus, nam & Talasium, & Talasionem illum vocat.*

[h] Triclinium est Cœnaculũ. *Rectè Isidorus. Non rectè Æn. 1. ad illud* Aurea composuit sponda *Seruius, qui errare eos dicat, qui triclinium vocant ipsum basilicam, aut cœnationem. Cicero. 2. de Orat.* Seru. Galba cum iudicis L. Scribonio Liboni Tribuno pleb. ferret familiares suos, & dixisset Libo: Quando tandem, Galba, de triclinio tuo exibis? cum tu *(inquit)* de cubiculo alieno. *Et ad Att. lib. 13. ep. 50.* Cùm secundis Saturnalib. ad Philippum vesperi venisset, villa ita completa militib. est, vt vix triclinium, vbi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacaret. *& Vitruuius lib. 6. c. 5.* Triclinior. quanta latitudo fuerit, bis tanta longitudo fieri debet. *Et Sueton. in Tiberio.* Ac Miseni cinis è fauilla, & carbonib. ad calefaciendũ tricliniũ illatus.

[i] Celladicta q. n. o. *Seru. Æn. 1. ad illud*—Distendunt
B nectare cellas, vel à celando *(inquit)* vnde cellas appellauerunt.

[k] Hospitium sermo Græcus est. *An quia* σπίδι *pro domo vsurpant? Vnde illud* καλὴν ἡμέρα εἰς καλοῦ κομπάρα σπίδι.

[l] Inde & metatum. *Vegetius lib. 2. c. 7. metatores ait dictos, qui diuersoriorum, & hospitiorum designant loca.*

[m] Menius colleg. Crassi. *Festus* Menianæ ædificia à Menio sunt appellata. Is n. primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliaretur superiora: *& Asconius in Diuinat. de columna Menia.* Menius cùm domũ suam venderet Catoni, & Flacco Censorib. vt ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi vnius columnæ, super quam tectum projceret ex proiectantibus tabulatis. *Ergo vocẽ* tabulata *hoc loco superiorib. annectendam censebat Chacon.*

[n] Cum Hierosolymam—peregrinorum *Ex Hegesipp. lib. 2. c. 6. Vid. Ioseph. 1. de bell. Iud. c. 2. & lib. 13. Antiq. c. 15.*

[o] Vbi autem ægrotantes, &c. *Hieron. in ep. ad Oceanum, de Fabiola.* Prima *(inquit)* omnium νοσοκομεῖον instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languorib. & media misericor, membra foueret.

De ædificijs sacris. Cap. IV.

SAcra sunt loca, diuinis cultibus instituta, vt pote ea in quibus altaria litantibus de more pontificibus consecrantur.

Sancta, iuxta veteres exteriora templi sunt.

Sancta autem sanctorum, locus templi secretior, ad quem nulli erat accessus, nisi tan-
D tùm sacerdõti. Dicta autem Sancta sanctorum, quia exteriori oraculo sanctiora sunt, vel [a] quia sanctorũ comparatione sanctiora sunt, sicut Cantica canticorum, quia cantica vniuersa præcellunt. Sanctum autem à sanguine hostiæ nuncupatum: nihil enim sanctum apud veteres dicebatur, nisi quod hostiæ sanguine esset consecratũ, aut con-
A spersum. Item sanctum quod extat esse sancitum. Sancire autem est confirmare, & irrogatione pœnæ ab iniuria defendere, [b] sic & leges sanctæ, & muri sancti esse dicuntur.

Propitiatoriũ, quasi propitiationis oratorium: propitiatio enim placatio est.

Oracula, dicta eò quòd inde responsa reddantur, & oracula ab ore.

[c] Penetralia, secreta sunt oraculorum, & penetralia dicta ab eo quod est penitus, hoc est penè intus.

[d] Oratoriũ orationi, tantùm est consecratum, in quo nemo aliquid agere debet, nisi ad quod est factum, vnde nomen accepit.

B Monasterium, vnius monachi habitatio. Monos n. apud Græcos solus, sterĩũ statio. i. solitarij habitatio.

Cœnobium, ex Græco & Latino videtur esse compositum. Est enim habitaculũ plurimorum in cõmune viuentium: κοινὸν enim Græcè commune dicitur.

Templi nomen generale, pro locis enim quibuscunque magnis antiqui templa dicebant. Et templa dicta, quasi tecta ampla. [e] Sed & locus designatus ad Orientem à cõtemplatione templũ dicebatur. Cuius partes quattuor erant, antica ad Ortũ, postica ad Occasum, sinistra ad Septẽtrionẽ, dextra ad Meridiem spectans. [f] Vnde & quando templum construebant, Orientem spectabant æquinoctialem, ita vt lineæ ab Ortu ad
C Occidentẽ missæ fierent partes cæli dextra atq. sinistra æquales, vt qui consuleret ac deprecaretur rectum aspiceret Orientem.

Fana, dicta à Faunis, quibus templa error gentilium construebat, vnde consulentes dæmonum responsa audirent.

[g] Delubra, veteres dicebant templa fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur, & appellantur delubra à diluendo. Ipsa nunc sunt ædes cum sacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur, & benè quodam præsagio delubra sunt appellata: sunt enim in ablutionem peccatorum.

[b] Fons autem in delubris locus regeneratorũ est, in quo septẽ gradus in Spiritus sancti mysterio formantur, tres in descensu, & tres in ascẽsu. Septimus verò is est qui, & [i] quartus, similis filio hominis: extinguens fornacem ignis, stabilimentum pedum, fundamentum aquæ, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter.

Basilicæ, prius vocabantur regum habi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tacula, vnde & nomen habent: nam βασιλεὺς rex, & basilicæ regiæ habitationes. Nunc autem ideo diuina templa basilicæ nominantur, quia ibi regi omniũ Deo cultus & sacrificia offeruntur.

Martyrium, locus martyrum Græca deriuatione, eo quòd in memoriam martyris sit constructum, vel quòd sepulchra sanctorum ibi sint martyrum.

Aram quidam vocatam dixerunt, quod ibi incẽsæ victimæ ardeãt. [k] Alij aras dicunt à precationibus, id est, quas Græci ἀρὰς vocant, vnde cõtra imprecatio κατάρα dicitur. Alij volunt ab altitudine aras, sed malè.

Altare autem ab altitudine constat esse nominatum, quasi alta ara.

Pulpitũ, quòd in eo Lector vel Psalmista positus in publico conspici à populo possit, quo liberius audiatur.

Tribunal, eo quòd inde à Sacerdote tribuãtur præcepta viuendi. Est enim locus in sublimi constitutus, vnde vniuersi exaudire possint. Aliàs tribunal à tribubus denominatum, quòd ad illum tribus conuocentur.

[l] Analogium dictũ, quod sermo inde prædicetur: nã λόγος Græcè sermo dicitur, quod & ipsum altius situm est.

[a] Cap. IV. Quia sanctor compar-- procellam. *Ex Hier. in ep. ad Galat. c. 1.*

[b] Sic leges sanctæ, & muri. *sic Gotthici libri, rectè: c. 1. D. de rer. diuisione:* Sanctę quoq. res veluti muri, & portę. *& in c.* sanctũ. *eod. tit.* in municipijs quoq. muros esse sanctos, Sabinum rectè respondisse Cassius refert. *Et Zonar. to. 2. σακτα γὰρ παρὰ ῥωμαίοις τὰ τείχη.*

[c] Penetralia. *seru. Æn. 6.* Penetralia secreta tẽplorũ.

[d] Oratorium--accepit. *Ex Aug. ep. 109. ad monachas.*

[e] Sed & locus designatus ad Orientẽ. *sic. o. l.* Designatus augurio, *vel* ad augurium *legebat Chacon. Festus.* Tesca loca augurio designata. *Varro libro 6.* In terris dictum templum locus augurij, aut auspicij causſa quibusd. verbis finitus, &c. *Vid. seru. eclog. 8. & Liu. lib. 1. de Numæ inauguratione.*

[f] Vnde & quando templũ construeb. *Ex Vitruu. lib. 4. c. 5.*

[g] Delubra veteres dic. *seru. Æn 2.* Alij dicunt delubrum esse locum ante templum, vbi aqua currit à diluendo. *& lib. 4.* Delubrũ dictum, propter lacum, in quo manus abluuntur.

[h] Fons autem in delub--corporaliter. *Omnia repetuntur lib. Offic. 2. c. 24.*

[i] Quartus similis filio hominis. *Tertull. lib. 4. contra Marcionem*; Hic erit visus Babylonio Regi in fornace cum martyrib. suis quartus, tanquam filius hominis. *Et rursus.* Prospice igitur & tu cum rege Babylonio fornacem eius ardentem, & inuenies illic tanquam filium hominis. *Vt suspicari liceat, tarum locum è Tertull. libro aliquo, qui non extet, desumptum.*

[k] Alij aras dicunt à precat. *seruius Æn. 2. ad illud.* nequicquam altaria circum.

[l] Analogium. *In regula s. Benedicti c. 9.* Super analogium legantur tres lectiones.

De Repositorijs. Cap. V.

SAcrarium [a] propriè est locus templi, in quo sacra reponuntur, sicut donariũ est, in quo collocantur oblata, sicut lectistermia dicũtur, vbi homines sedere cõsueuerunt: ab inferendis igitur & deportãdis sacris Sacrarium nuncupatur.

[b] Donaria verò, eo quòd ibi dona reponãtur, quæ in templis offerri consueuerunt.

Ærarium vocatũ, quia prius æs signatum ibi recõdebatur. Hoc enim olim in vsu erat auro argentóq. nondũ signato, ex quorum metallis quamuis postea facta fuisset pecunia, nomen tamen ærarij permansit ab eo metallo, vnde pecunia initium sumpsit.

Armarium, locus est, vbi quarumcunq. artium instrumenta ponuntur. Armamentarium verò, vbi tantùm tela armorũ. Vnde Iuuenalis, Quicquid habent telorum armamentaria cæli. Dicta autem vtraq. ab armis, id est, brachijs, quibus exercentur.

Bibliotheca, est locus vbi reponuntur libri, βίβλος enim Græcè liber, θήκη repositorium dicitur.

C Promptuarium dictum, eo quòd inde necessaria victui promuntur, id est, proferũtur.

Cellarium, quòd in eo colligantur ministeria mensarum, vel quæ necessaria victui supersunt. [c] Inter Prõptuariũ autẽ & Cellariũ hoc interest, quòd Cellariũ est paucorũ dierum, Promptuariũ verò temporis longi.

Apotheca autẽ vel horrea à Græco, verbum ex verbo, repositoria vel reconditoria dici possunt, eo quòd in ijs homines elaboratas fruges reponunt. [d] Vnde & Enthecã Græco sermone repositã rei copiosam substantiam appellamus.

[a] Cap. V. Sacrariũ--consueuerunt. *Verba Seruij Æn. 12. ad illud.* Et diri sacraria Ditis.

D [b] Donaria. *Ex eod. Georg. 3. ad illud*--alta ad donaria currus.

[c] Inter Promptuar--longe. *Ex eod. Æn. 1. ad*--cura penum struere.

[d] Vnde Enthecam. *Vtuntur hac voce sæpè scriptores Ecclesiastici. Cassian. lib de instit. monach. c. 4.* Cumq. totã enthecam cœnobij suam esse credat substantiam. *Gelas. 12. q. 2. c.* vobis enim siquis forte sub annua remanebit expensa, electo idoneo ab vtraq. parte custode credatur enthecis.

De operarijs. Cap. VI.

ERgasterium, [a] locus est, vbi opus aliquod fit. Græco enim sermone erga opera, sterion statio, id est, operaria statio.

Ergastula quoq. & ipsa Græco vocabulo nuncupantur, vbi deputantur noxij ad aliquod opus faecidum, vt solent gladiatores, & exules, qui marmora secant, & tamẽ vinculorum custodijs alligati sunt.

Gynæceum Græcè dictum, eo quòd ibi conuentus fœminarũ ad opus lanificij exercendum conueniat. Mulier enim Græcè γύνη nuncupatur.

Pistrinum, quasi pilistrinum, quia pilo antea tundebant granum. [b] Vnde & apud veteres non molitores, sed pistores dicti sunt, quasi pinsores, [c] à pinsendis granis frumenti, molę enim nondum vsus erat, sed granũ pilo pinsebant, vnde Virgilius, Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.

Clibanus, à cliuo dictus, ab eo quòd in erectione sit collectus. [d] Cliuum enim ascensum dicimus, siue flexuosum.

[e] Furnus per deriuationem à farre dictus, quoniam panis ex eo factus ibi coquitur.

Torcular dictum, eo quòd ibi vuæ calcentur, atque extortæ exprimantur.

[f] Forus, est locus vbi vua calcatur, dictus, quod ibi feratur vua, vel propter quod ibi pedibus feriatur. Vnde & Calcatorium dicitur: sed hoc nomen multa significat. Prima species Fori, locus est in ciuitate ad exercendas nundinas relictus. Secunda, vbi magistratus iudicare solet. Tertia, quam supradiximus, quam calcatoriũ nominamus. Quarta, spatia plana in nauibus, de quibus Virgilius, laxátque foros. Lacus dictus, quia ibi decurrit frugum liquor.

[a] Cap. VI. Ergastula- vbi deputantur noxij. *Vide Lypsi elect. 2. c. 15.*

[b] Vnde & apud veteres-- saxo. *è Seru. Æn. 1. ad illud*- Et torrere p. f. e. f. s.

[c] à pinsendis granis. A findendis granis. *Gotth. o & mox*, findebant, *pro pinsebam: sed Seruium & editionem veterem sumus secuti.*

[d] Cliuum n. ascensum dicim. *Festus.* Cliuia auspicia dicebant, quæ aliquid fieri prohibebant, omnia n. difficilia cliuia vocabãt, vnde & cliui loca ardua.

[e] Furnus à farre. *à furuo Porphyrion.*

[f] Forus est locus vbi vua. *Victorinus in fine lib. de orthograph.* Forus autem status tam in foro, quàm in naui, & torculari. *Collumell. lib. 12. c. 18.* Tum lacus vinarij & torcularia, & fora, omniaq. vasa, si vinum est mare, aqua marina, sin minus, dulci eluẽda sunt. *de reliquis fori significationibus. Vid. Fest.*

De Aditibus. Cap. VII.

ADitus [a] ab adeundo dictus, per quẽ ingredimur & admittimur.

[b] Vestibulum est, vel aditus domus priuatę, vel spatiũ adiacẽs ædibus publicis. Et vestibulum dictũ, eo quòd vestiuntur fores, aut quòd aditum tecto vestiat, aut à stando.

Porticus, quòd transitus sit magis quàm vbi standum sit, quasi porta, & porticus eo quòd sit aperta.

[c] Ianua à Iano quodã appellatur, cui gẽtiles omnẽ introitũ vel exitũ sacrauerunt. Vnde [d] Lucanus, Ferrea Belligeri cõpescat limina Iani. Est autem primus domus ingressus: [e] cætera intra ianuam ostia vocantur generaliter. [f] Ostium est, per quod ab aliquo arcemur ingressu, ab obstando dictum, siue ostium, quia ostendit aliquid intus. Alij aiũt ostium appellari, quia hostem moratur. Ibi enim nos aduersarijs obijcimus, hinc & Ostia Tyberina, quia hostib[g] sunt opposita. Fores, & Valuæ, claustra sunt. [g] Sed Fores dicuntur quæ foras: Valuæ, quę intus reuoluũtur, & duplices cõplicabilesq. sunt. Sed generaliter vsus vocabula ista corrupit.

Claustra ab eo quòd claudantur dicta.

[h] Fenestræ sunt, quibus pars exterior angusta & interior diffusa est, quales in horreis videmus: dictæ, eo quòd lucẽ fœnerẽt. Lux enim Græcè φῶς dicitur, vel quia per eas intus positus homo foras videt. Alij fenestram putant dictã, eo quòd domui lucem ministrat, compositum nomen ex Græco Latinóque sermone. φῶς enim Græcè lux est.

[i] Cardo est locus, in quo ostium vertitur, & semper mouetur, dictus ἀπὸ τῆς καρδίας, quod quasi cor hominem totum, ita ille cuneus ianuam regat ac moueat. Vnde & prouerbiale est, In cardine rem esse.

Limina ostiorum dicta, eo qnòd transuersa sint, vt limes, & per ea sicut in agro aut introcatur, aut foras eatur.

[k] Postes & Antę quasi post, & ante. Et Antæ quia ante stãt, vel quia antea ad eas accedimus, priusquam domum ingrediamur. Postes eo quòd post ostium stent.

[a] Cap. VII. Aditus ab adeund. *Seru. Æn. 6. ad illud*- Quo lati dicunt aditus. Cum ab aliquo arcemur ingressu, id ostiũ dicitur ab ostando, cùm ingredimur, aditus ab adeundo.

[b] Vestibulum. *Ser. Æn. 6. ad* - vestibulũ ante ipsum. Vestibulũ *(inquit)* vt Varro dicit, etymologiæ non habet proprietatẽ, sed fit pro captu ingenij. Nam vestibulũ, vt supra dixim[a], dictũ ab eo, quod ianuã vestiat. Alij dicunt à Vesta dictũ per imminutionẽ. Nã Vestæ limen est consecratum. Alij dicũt ab eo, quod nullus illic stet. In limine enim solus est trãsitus, quomodo vesanus dicitur non sanus, sic vestibulum, quasi non stabulum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] à Iano, cui Gentiles omnem introit. *Ipse apud Ouid. lib. 1. Fast.* Præsideo foribus cæli cum mitib. horis. Et redit officio Iuppiter ipse meo.
[d] Vnde Lucanus. *Lib. 1.*
[e] Cætera intra ianuam. *Seru. Æn. 1. ad illud.* foribus cardo stridebat ahenis, Ianua est primus domus ingressus, dicta, quia Iano consecratum est omne principium. Cætera intra ianuam ostia vocãtur generaliter, siue valuæ sint, siue fores, quamuis vsus ista corruperit.
[f] Ostium - ab obstando. *è Seru. Æn. 6. ad illud.* quo lati ducunt adit.
[g] sed fores dicuntur. *Seru. Æn. 1. loco citato.* Fores *(inquit)* propriè dicuntur, quæ foras aperiuntur, sicut apud veteres fuit. Valuæ autem sunt, vt dicit Varro, quæ reuoluuntur, & se velant.
[h] Fenestræ. *è Ser. Georg. 4. ad illud.* Quattuor à ventis obliqua luce fenestras. *Sed Seruius non fenestras tantum,* sed obliqua luce fenestras, *interpretatus est, quod non aduertit Isidorus, qui commentaria Seruij sine Virgilij versibus, vt sæpè diximus, legebat.*
[i] Card. *Seru. Æn. 1. loco cit.* Cardo dictus, quasi cor ianuæ, quo mouetur -- *& eod. lib. ad illud-* haud tãto cessabit cardine rer. vt sit, *inquit,* de prouerbio tractum, res in cardine est.
[k] Postes, & Antes. *Festus.* Antes, sunt extremi ordinis vinearum, vnde etiam nomen trahũt antæ, quę sunt latera ostiorum. *Vid. Seru. Geor. 2. ad illud-* Iam canit extremos effœtus vinitor antes.

De partibus ædificiorum. Cap. VIII.

FVndamentum dictum, quod fundus sit domui. Idem & [a] cementum à cædẽdo dictum, quod crasso lapide surgat.

Paries nũcupatus, quia semper duo sunt pares, vel à fronte, vel à latere. Siue enim tetragonum, siue hexagonum sit, qui se cõspiciunt, ex pari erunt. Aliter enim structura facta deformis est.

Parietinas dicimus, quasi parietum ruinas. Sunt enim parietes stantes sine tecto, sine habitantibus.

Angulus, quòd duos parietes in vnum coniungat.

[b] Culmina dicta sunt, quia apud antiquos tecta culmo tegebantur, vt nunc rustica. Hinc tecti summitas culmen dicitur.

Cameræ, sunt volumina introrsum respicientia, appellatæ à curuo. κάμαρ enim Græcè curuum est.

[c] Laquearia sunt, quæ camerã subtegũt & ornãt, quæ & lacunaria dicũtur. [d] Principaliter autẽ lacus dicitur, vt Lucilius, Resultant ædẽsq. lacúsque. Cuius diminutio lacunar facit, vt Horatius, Neque aureum mea reni- A det in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunarium, & per ἀντιστιχον laquearium.

Absida Græco sermone, Latinè interpretatur lucida, eo quòd lumine accepto per arcum resplendeat. Sed vtrum absidã an absidem dicere debeamus, hoc verbi genus ambiguum quidam doctorum existimant.

[e] Testudo, est camera templi obliqua. nã in modum testudinis veteres templorũ tecta faciebant, quæ ideò sic fiebant, vt cæli imaginem redderet, quod constat esse cõuexum. Alij testitudinem volunt esse locũ in partem atrij aduersum venientibus.

Arcus dicti, quòd sint arcta conclusione curuati, [f] ipsi & fornices.

[g] Pauimenta originem apud Græcos habent elaborata arte pincturæ. (Lithostrota paruulis crustis ac tessellis tinctis in varios colores) [h] Vocata autẽ pauimenta, eo quòd pauiantur, id est cedantur. Vnde & pauor, quia cædit cor.

Ostracus, est pauimentum testaceum, eo quòd fractis testis calce admixta feriatur. Testam enim Græci ὄστρακα dicunt.

Compluuium dictum, quia aquæ partes, quæ circa sunt eò conueniant.

Tessellæ sunt, è quibus domicilia sternũtur, à tesseris nominata, id est, quadratis lapillis, per diminutionem.

Bases, fulturæ sunt columnarum, quæ à fundamento consurgunt, & superpositæ fabricæ sustinent pondus. [i] Bases autem nomen petræ est fortissimæ Syro sermone.

[k] Columnæ, pro longitudine & rotunditate vocatæ: in quibus totius fabricæ pondus erigitur. Antiqua ratio columnarũ erat altitudinis, [l] tertia pars latitudinis (delubri.) Genera rotundarum quattuor Doricæ, Ionicæ, Thuscanicæ, Corintheæ, mẽsura crassitudinis & altitudinis inter se distantes. Quintum genus est earum quæ vocantur Atticæ, quaternis angulis, [m] aut amplius, paribus laterum interuallis.

[n] Capitella dicta, quòd sint columnarum capita: sicut super collum, caput.

Epistylia sunt, quæ super capitella colũnarum ponuntur, & est Græcũ, id est, super missa.

Tegulæ, quòd tegant ædes. & Imbrices, quòd accipiant imbres.

Lateres, & Laterculi, quòd lati formẽtur, circumactis vndique quattuor tabulis.

Canalis, ab eo quòd caua sit in modũ cannæ. [o] Sanè canalem melius genere fœminino quam masculino proferimus.

Fistulæ aquarum sunt dictæ, quod aquas fundant, & mittant. Nam στέλλειν Græcè mittere est. Formæ earum pro magnitudine aquæ & capacitatis modo fiunt.

[a] Cap. VIII. Cæmentum -- quod crasso lap. *Sic o. l.* quod cæso lap. *malim.*
[b] Culmina. *è Seru. eclog. 1.*
[c] Laquearia sunt. *Repetitur totus hic locus auctior etiã aliquanto, quàm hîc in optimis libris legitur, infra lib. 19. cap. 12.*
[d] Principaliter autem -- laquearium. *Verba sunt Seruij ad v.* pendent lychni laquearib. aureis, *Æn. 1.*
[e] Testudo est camera -- conuexum. *è Seru. Æn. 1. ad v.* mediaque testudine templi.
[f] Ipsi & fornices. *Idem Æn. 6. ad illud* -- atque aduerso fornice portas, Fornice *(inquit)* arcu. Cicero vidit ad ipsum fornicem Fabianum.
[g] Pauimenta originem -- colores. *Plin. lib. 36. c. 25.* Pauimenta originem apud Græcos habent elaborata arte picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami strauit, quam vocant Asarotonæcon, quoniam purgamenta cœnæ in pauimento quæq. euerri solent, veluti relicta fecerat paruis è testulis tinctis in varios colores.
[h] Vocata autem pauim- -quod pauiantur, id est, cæd. *Videtur respicere ad Virgilij verba,* corda pauor pulsans. *Æn. 5. vid. sup. lib. 10. m voce,* Patiens. *Repetitur totus hic locus inf. lib. 19. c. 10.*
[i] Bases autẽ nomen petræ est f. f. Basaltes, *aut* Basanites, *Nam Plin lib. 36. c. 7.* inuenit eadẽ Ægyptus in Æthiopia, quem vocant Basaltẽ ferrei coloris, atq. duritiæ, *quem locum sumens Isidorus lib. 16. c. 5.* Basanitem, *scribit non* Basaltem. *Plinius quoq. eod. lib. cap. 22.* Medici *(inquit)* ad mortaria prætulere Basanitẽ, hic enim lapis nihil ex sese remittit.
[k] Columnæ. *Eid. inf. lib. 19. c. 10.*
[l] tertia pars altitudinis. *Adde templi, vel delubri ex Vitruu. lib. 4. c. 7 & Plin. lib. 36. c. 23.*
[m] aut amplius. *Haud quidem Plinio auctore. Propterea deleri has voces volebat Chacon.*
[n] Capitella. *Vtitur hac voce D. Auguſt. & alij.*
[o] Sanè canalem melius genere fœmin. *Verba sunt Seruij Georg. 3. quæ etiam repetuntur inf. lib. 19. c. 10. Vid. Non. Marcell.*

De munitionibus. Cap. IX.

MVnitum, vel munimentum dictũ, quia manu est factum.

Cors vocata, vel quòd coarctet cuncta, quæ interius sunt, id est, cõcludat: vel quòd coerceat obiectu suo extraneos, & adire prohibeat.

Vallum est, quòd mole terræ erigitur, vt custodia prætendatur: dictum autem vallũ à vallis. [a] Nam valli fustes sunt, quibus vallũ munitur. Et valli dicti, quòd figantur & vellantur. Interualla, spatia sunt inter capita vallorum, id est, stipitum, quibus vallum fit, vnde & cætera quoque spatia dicuntur, à stipitibus scilicet.

[b] Agger est, cuiuslibet rei aceruatio, vnde fossæ aut valles possunt repleri ab aggregãdo. [c] Agger propriè dicitur terra aggesta, quę vallo facto proprius ponitur. Sed abusiuè & muros & munimenta omnia aggerem dicimus.

Maceriæ, sunt parietes longi, [d] quibus vineæ aliaque clauduntur. Longũ enim Græci μακρὸν dicunt.

[e] Formatum, siue formatium in Africa vel Hispania parietes de terra appellant, quoniam in forma circum datis duabus vtrimque tabulis in ferciuntur verius, quã struuntur. Æuis durant incorrupti, ventis ignibus, omni cæmento fortiores.

Sæpes, munimenta satorum sunt, vnde & appellatæ.

[f] Caulæ, munimenta ouium, vel sæpimenta ouiliũ. Est autem Græcum nomen. c. detracta. Nam Græci αὐλὰς vocant animaliũ receptacula.

[a] Cap. IX. Nam valli f. s. q. v. m. *Verba Seruij sunt ad v.* ferro quis scindere vallum. *Æn. 9.*
[b] Agger est. *eiusdem ad v.* fossas aggere complent, *Æn. 9.*
[c] Agger prop. -- dicimus. *Eiusd. Æn. 10. ad v.* Aggeribus murorum.
[d] quibus vineæ aliquæ clauduntur *Idem Georg. 2. ad v.* Iam canit extremos effœtus vinitor antes. Antes *(inquit)* alij extremos vinearũ ordines accipiunt, alij macerias, quibus vineta clauduntur.
[e] Formatum, siue formatium. *è lib. 35. c. 14. Plinij, qui emendandus est ex hoc loco Isidori. Retinemus nos hodie idem nomen, nam formatium Hispani hormigon dicimus.*
[f] Caulæ &c. *è Seruio Æn. 9. ad illud v.* cum fremit ad caulas.

De tentoriis. Cap. X.

TAbernacula, tẽtoria sunt militum, quibus in itinere solis ardores tempestatésque imbrium frigorísque iniurias vitant. Dicta autem tabernacula, quod cortinæ distentæ funibus, tabulis interstãtibus appenderentur, quæ tentoria sustinerent.

Tentorium vocatum, quòd tendatur funibus atq. palis. vnde & hodie prætendere dicitur.

Papiliones vocantur à similitudine paruuli animalis volantis, quod maximè abundat florentibus maluis. Hæ sunt auiculæ quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ lumine accenſo cõueniunt,& circa vo A
litantes ab igne proximo interire cogũtur.

De ſepulcris. Cap. XI.

SEpulcrum à ſepulto dictum. [a] Prius autẽ quiſq. in domo ſua ſepeliebatur. [b] Poſt ea vetitum eſt legibus, ne fœtore ipſo corpora viuentiũ contacta inficerentur. Monumentum ideò nuncupatur,eo quòd mẽtem moneat ad defuncti memoriam. Cùm enim non videris monumentum: illud eſt quod ſcriptum eſt, Excidit,tamquam mortuus à corde. Cùm autem videris, monet B
mentem,& ad memoriã te reducit,vt mortuum recorderis.Monumenta itaq. & memoriæ,pro mentis admonitione dictæ.

Tumulus dictus,quaſi tumens tellus.

Sarcophagus,Græcũ nomen eſt,eo quòd ibi corpora abſumantur, σὰρξ enim Græcè, caro,φάγειν comedere dicitur.

Mauſolæa, ſunt ſepulchra ſeu monumenta regum,à Mauſolæo rege Cariæ dicta.Nã eo defuncto [d] vxor eius miræ magnitudinis & pulchritudinis ſepulcrum extruxit, in tantum,vt vſque hodie omnia monumenta pretioſa ex nomine eius Mauſolęa nuncupentur.

[e] Pyramis, genus ſepulcrorum quadratũ, C
& faſtigiatum vltra omnem excelſitatem, quæ fieri manu poſsit: vnde & menſuram vmbrarum egreſſæ nullam habere vmbram dicuntur.[f] Tali autem ædificio ſurgunt,vt à lato incipiant,& in anguſtum finiantur, ſicut ignis. Πῦρ enim dicitur ignis.Has Ægyptus habet.[g] Apud maiores enim, potentes aut ſub montibus, aut in domibus ſepeliebantur.Inde tractum eſt,vt ſuper cadauera aut Pyramides fierent,aut ingentes columnæ collocarentur.

[a] Cap.XI. Prius quiſque in dom ſ. ſ. *Verba ſunt Seru. ad v.* ſedibus hunc refer ante ſuis, *Æn.6.*
[b] Poſtea vetitum eſt legibus. *Idem Æn.11.ad illud.* D
Vrbiq. remittunt. Ante, *inquit*, homines in ciuitate ſepeliebantur,quod poſtea,Duillio Conſule,Senatus prohibuit,& lege cauit nequis in vrbe ſepeliretur.
[c] Monumentum. *Ex eod. in extremo lib.XII.*
[d] Vxor eius, &c. *Locus expreſſus ex Hieronym. lib. 1.aduerſ.Ioum.*
[e] Pyramis *è Solin.c.35.al.45.Nõ ergò Iſidoro obeße debent,quæ de vmbris dicuntur.*
[f] Tali autem edif. *Vid. Amm. Marcellin.lib.22.*
[g] Apud maiores enim potent. *Seruius Æn.11.ad illud,* fuit ingens mõte ſub alto. Apud maiores, Nobiles aut ſub montibus, aut in domibus ſepeliebatur. Vnde natum eſt, vt ſuper cadauera aut pyramides fierent,aut in gentes ſocarentur columnæ.

De adificijs ruſticis. Cap.XII.

CAſa,eſt agreſte habitaculum palis,atque virgultis, arundinibuſque contextum, [a] quibus poſsint homines tueri à vi frigoris, vel caloris iniuria.

Tugurium, caſula eſt, quam faciunt ſibi cuſtodes vinearum ad tegimen ſui,quaſi tegurium,ſiue propter ardorem ſolis & radios declinandos,ſiue vt inde vel homines, vel beſtiolas, quæ inſidiari ſolẽt natis frugibus, abigant. [b] Hanc ruſtici Capannam vocant: quod vnum tantum mcapiat.

[c] Teſqua,quidã putant eſſe tuguria,[d] quidam loca prærupta & aſpera.

[e] Magalia, ædificia Numidarum agreſtiũ oblonga, incuruis lateribus tecta, quaſi nauium carinæ ſint:ſiue rotunda in modũ furnorũ.Et [f] magalia dicta, quaſi magaria, quia magar Punici nouam villam dicũt, vna littera commutata.l.pro. r. magaria,Tuguria.

[a] Cap.XII. quibus poſsint homines tueri. *Tueri dixit paſsiue,vt Vitruuius.& alij.*
[b] Hanc ruſtici capannam. *Ita hodie Itali, & noſtri cabaña.*
[c] Teſqua, quidam putant eſſe tuguria. *Sic o. libri Sabinum verbum ait eſſe Acron.*
[d] quidam loca prærupta,&c. *Gloſſar.*Teſqua, ſiue Teſqua κατάκρημνοι, ἢ ῥαχὸς ἢ ἔρημοι τόποι.
[e] Magalia ædif.Num.&c. *Verba ſunt Salluſtij in Iugurth. de mapalib. quæ idem ſunt,quod magalia,vt ait Seruius.*
[f] & magalia dicta q. magaria,&c. *è Seru. Æn.1. ad illud.*Miratur m.Æ.m.q.Nouam. *addidit Iſidorus, fortaſſe linguæ Punicæ magis ſciens.*

De agris. Cap. XIII.

AGer Latinè appellari dicitur,eo quòd in eo agatur aliquid.Alij agrum ex Greco nominari manifeſtius credunt. Vnde & villa Græcè Choragros dicitur.

Villa à vallo,id eſt,aggere terræ nuncupata,quòd pro limite conſtitui ſolet.

[b] Poſſeſsiones, ſunt agri latè patentes publici priuatique: quos initio non mancipatione,ſed quiſque,vt potuit,occupauit,acq. poſſedit,vnde & nuncupati.

[c] Fundus dictus, quòd eo fundatur, vel ſtabiliatur patrimoniũ.Fundus autẽ & vrbanum ædificiũ,& ruſticum intelligẽdum eſt.

Prædium,

Prædium, quòd ex omnibus patrifamilias maximè prẽiuderur,id eſt apparet,quaſi præuidiũ,vel quod antiqui agros, quos bello ceperant,vt prædæ nomine habebant. A

[d] Omnis autem ager, vt Varro docet,quadrifariã diuiditur. Aut enim aruus eſt ager, id eſt,ſationalis:aut conſitus,id eſt,aptus arboribus:aut paſcuus,qui herbis tantum, & animalibus vacat: aut floreus, in quo ſunt horti apibus congruentes & floribus.Quod etiam Virg. in quattuor lib. Georg. ſecutus eſt.

Rura veteres incultos agros dicebant, id eſt ſyluas & paſcua,agrum verò qui colebatur.Nam rus eſt,quo mel,quo lac,quo pecus haberi poteſt.Vnde & ruſticus nominatur. B
hæc agreſtium prima & otioſa felicitas.

[e] Seges,ager eſt in quo ſeritur,vnde & Virg. Illa ſeges demũ votis reſpondet auari Agricolæ.

Compaſcuus ager dictus, qui à diuiſoribus agrorum relictus eſt ad paſcendum cõmuniter vicinis.

Alluuius ager eſt,quem paullatim fluuius in agrum reddit.

[f] Arcifinius ager dictus eſt, quia certis linearum menſuris non cõtinetur: ſed arcẽtur fines eius obiectu fluminum,montium, arborũ,vnde & in ijs agris nihil ſubſeciuorum interuenit. C

[g] Noualis ager eſt,primum proſciſſus,ſiue qui alternis annis vacat, nouandarum ſibi vitiũ cauſſa. Noualia enim ſemel cum fructu erant,& ſemel vacua.

Squalidus ager,quaſi excolidus,eo quòd iam à cultura exierit,ſicut Excõſul, quod à conſulatu diſceſſerit.

[h] Vliginoſus ager eſt, ſemper vuidus.Nam humidus dicitur,qui aliquando ſiccatur.Vligo enim humor terræ naturalis eſt, ab ea nunquam recedens.

Subſeciua ſunt propriè, quæ de materia præcidens ſutor quaſi ſuperuacua abijcit. D
[i] Inde & ſubſeciui agri, quos in pertica diuiſos recuſant,quaſi ſteriles, vel paluſtres. Itẽ ſubſeciua,quæ in diuiſura agri non efficiunt centuriam,id eſt,iugera cc.

Area dicitur, tabularum æqualitas. dicta autem area à planitie atque æqualitate, vnde & ara. Alij aream vocatam dicunt, quòd pro triturandis frugibus eradatur, vel quòd non triturentur in ea,niſi arida.

[k] Pratum eſt,cuius fœni copia armenta tuentur, cui veteres Romani nomen indiderunt ab eo quòd protinus ſit paratum: nec magnum laborem culturæ deſideret. Prata autem ſunt,quæ ſecari poſſunt.

[l] Paludes dictæ à Pale paſtorali dea, quòd paleam,id eſt, pabula nutriat iumentorum.

[a] Cap.XIII. Ager Latinè,&c. *Ita Varro lib. 4. ſed reprehenditur à Quinctiliano.*
[b] Poſſeſsiones, &c. *Omnia è Feſto in--* Poſſeſsiones.
[c] Fundus dictus. *Seru.Georg.2.* Fũdus dictus ab eo quod ſit rer. omnium fundamentum.
[d] Omnis ager, *Seru.in princip.Georg.ex Varron.*
[e] Seges eſt. *Seruius ibidem.*
[f] Arcifinius ager, &c. *Frontinus de agror. qualitate.* Ager eſt arcifinius,qui nulla menſura continetur: finitur ſecundum antiquam obſeruationem fluminibus, foſsis,mõtibus,vijs,arboribus,antemiſsis aquarũ diuortijs,&c. *ergò pro voce* vnde,viarum *fortaſſe legendum hoc loco.*
[g] Noualis ager. *Verba ſunt Seruij Georg.1.*
[h] Vliginoſus. *Eiuſdem ad--illud.* dulciq́ue vligine læta. *Georg.1.*
[i] Inde & ſubſeciui--& item ſubſeciua. *Vidend. Siculus Flacc.& Frontinus.c. de qualitate agrorum. quod verò attinet ad centuriæ nomen, melius omnino Varro qui à centum iugeribus dictam ait, quam Flaccus qui à centum hominib. vtriuſque verba apponemus, ſed Varronis ita vti emẽdata ſunt à Chacone* Syluis igitur cum Romani *(inquit)* agrum ex hoſte captum victori populo per bina iugera partiti ſunt, centenis hominib. du centa iugera dederunt,& ex hoc facto centuria iuſtè appellata. *Varro 1. de re ruſt. c.10.* Iugeri pars minima dicitur ſcrupulum,id eſt, decem pedes in longitudinem;& latitudinem quadratũ. Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt,in ſubſeciuũ eſſe vnciam agri,aut ſextantẽ,aut quid aliud, eũ ad iugerũ peruenerũt, id habet ſcrupula. CCLXXVIII. quantum as antiquus noſter ante bellum Punicum pendebat.Bina iugera, quæ à Romulo primum diuiſa dicebantur viritim, quod hæredem ſequerentur,hæredium appellarunt.hæc poſtea à centũ centuria dicta. *Ac,ne quid in ratione vocis requiras, Idem lib. 5. de lingua Latin.* Centuria primò à centum iugeribus dicta, poſt duplicata retinuit nomen, vt tribus multiplicatæ idem tenent nomen. *Feſtus quoque:* Centuria in agris ducena iugera ſignificat. *Vid. not. ad Varr. à Fulu. Vrſin. editas.*
[k] Pratum--ab eo quod ſit protinus parat. *Ita Varro.* Prata dicta ab eo, quod ſine opere parata.
[l] Paludes dictæ à Pale. *Varr.* Palus, paullulũ aquæ in altitudinem,& palam latius diffuſæ.

De finibus agrorum. Cap.XIV.

FInes [a] dicti, eo quòd agri funiculis ſunt diuiſi.Menſurarum enim lineæ in terrarum partitione tenduntur, vt dimenſionis æquitas teneatur.

[b] Limites appellati antiquo verbo trãſuerſi.

Nam

Nam transuersa omnia antiqui lima dicebant, à quo & limina ostiorum per quæ foras, & intro itur: & Limites, quod per eos foras in agros eatur. Hinc & Limus vocabulũ accepit, cingulum, quo serui publici cingebantur obliqua purpura.

Termini dicti, quòd terræ mensuras distinguunt, atque declarant. His enim testimonia finium intelliguntur, & [c]agrorũ intentio, & certamen aufertur.

Limites maximi in agris sunt duo: Cardo & Decumanus. Cardo [d] quia Septentrio directus à cardine cæli est: nam sine dubio cælum vertitur in Septentrionali orbe. Decumanus est, qui ab Oriente in Occidentẽ per transuersum dirigitur, qui pro eo quòd formã X faciat, Decumanus est appellatus. Ager enim bis diuisus figuram denarij numeri efficit.

[d] Arca ab arcẽdo vocata. Fines enim agri custodit, eosque adire prohibet.

Trifinium dictum, eo quòd trium possessionum fines astringit. Hinc & Quadrifiniũ, quod quattuor. Reliqui limites angustiores & inter se distant imparibus interuallis, & nominibus designatis.

[a] Cap. XIV. Fines dicti eo q. a. funiculis. *Diximus sæpe de hoc genere notationum.*

[b] Limites appellati a. v. transuersi. *Hygenus de limitibus constituend.* Limites appellati à limo, id est, antiquo verbo transuersi. Nam & limum dictum eo, quod purpuram transuersam habet. *Item limina ostiorum, Seru. Æn. 12. ad illud.* Velati limo (sic etiam legit eo loco Seruius,) & verbena tempora vincti, Limus vestis est qua ab vmbilico vsq. ad pedes teguntur pudenda poparũ. Hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est, flexuosam. Vnde & nomen accepit. Nam limum, obliquum dicimus.

[c] & agr. intentio. *Sic v.* cc. intentio, *productio.*

[d] quia Septentrio. *Ita Salmant. vetustissimus.*

[e] Arca--Trifinium. *Vid. Hygen. de limitib. agror. & Sicul. Flacc. de condit. agr.* Gloßar. Arce, ἄκρα κτισμάτων.

De mensuris agrorum. Cap. XV.

MEnsura [a] est quicquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, animóq. finitur. Maiores itaq. [b] orbem in partes, partes in prouincias, prouincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias, centurias in iugera, iugera in clim ata, deinde climata in actus, perticas, passus, gradus, cubitos, pedes, palmos, vncias, & digitos diuiserunt: Tanta enim fuit eorum sollertia.

[c] Digitus est, pars minima agrestium mẽsurarum. Inde [d] vncia habens digitum, & trientem. [e] Palmus autem quattuor habet digitos: pes sedecim: passus pedes quinque: pertica passus duos, id est decem pedes.

Pertica autẽ à portando dicta, quasi portica. Omnes enim præcedentes mensuræ in corpore sunt, vt palmus, pes, passus, & reliqua: sola pertica portatur. Est enim decem pedum, ad instar calami in Ezechiele templum mensurantis.

[f] Actus minimus est, latitudine pedum quattuor, longitudine centum viginti.

Climata quoque vndique versum habẽt pedes sexaginta.

Actus quadratus vndiq. finitur pedibus centum viginti. [g] Hunc Bætici Arapennem dicunt, ab arando scilicet.

Actus duplicatus iugerũ facit, ab eo quòd est iunctum, iugeri nomen accepit.

Iugerum autem constat longitudine pedum ducentorum quadraginta, latitudine centum viginti.

Actum prouincię Bęticæ rustici [h] Agnam vocant.

Portam ijdem Bætici triginta pedum latitudine, centum octoginta lõgitudine desiniunt. Sed Porca est, quod in arando extat. Quod defossum est Lira. Galli Candetũ appellant in areis vrbanis spatium centum pedum, quasi Centetum. [i] In agrestibus autem pedum CL. quadratorum Candetum vocãt. Porrò Stadialis ager habet passus CXXV. id est, pedes DCXXV. cuius mensura octies computata milliarium facit, quod constat quinque millibus pedum.

Centuria autem, ager est ducentorum iugerum, qui apud antiquos à centum iugeribus vocabatur: sed postea duplicata est, noménque pristinũ retinuit. In numero enim centuriæ multiplicatæ sunt, nomen mutare non potuerunt.

[a] Cap. XV. Mensura-- finitur. *Verba sunt Boethij in Geometricis cap. 1.*

[b] Orbem in partes. *Gotth. cc.* in partib. *vt apud Boethium.*

[c] Digitus est pars minim. agrest. mens. *ex Frontino.*

[d] Inde vncia habens digitum, & trientem. *Ita emendauit Chacon optimè, cùm in omnibus libris esset*, vncia habens digitos tres. *Frontinus lib. 1. de aquæ ductibus.* Est, *inquit*, digitus, vt cõuenit, sexta decima pars pedis, vncia duodecima, *& paullo post*: vnciæ ergo modulus habet diametri digitũ vnũ, & trientẽ digiti.

[e] Palmus

[e] Palmus autem quattuor dig. *Non videtur hic locus integer, nam proposuit omnes, quæ in hominis corpore reperiuntur, mensuras: palmos, pedes, cubitos, gradus, passus, neq. tamen omnes explicat. Expleri hæc ita possent:* Palmus autem quattuor digitos habet, pes sexdecim, cubitus sesquipedem, gradus duos pedes & semipedem, passus pedes quinq.

[f] Actus minimus, &c. *Quæ restant omnia vsq. ad finem capitis è Columellæ sunt lib. 5. c. 1.*

[g] Hunc Bętici Arapennẽ. *Sic fortasse legit Isidorus, qui ab arando nomẽ deduxit: sed apud Columellam etiam in manuscriptis libris* Arepennem: *in legibus Gotthicis lib. 8. c. 4. l. 25. & lib. 3. l.* si inter, Aripennem. *Glossarium vero,* Arpędia πλέθρα. Aruipendium σχοῖνος & γεωμετρικὸς.

[h] Agnam vocant. *Actuam se reperisse in veterib. Columellæ, & Varronis libris testatur Victorius ad Varr. lib. 1. de re rust. c. 10. & Colum. lib. 5. cap. 1.* Acnam *vtrobique etiã in vet. cod. legit Chacon. g. in c.* ἀχναιῶς *mutato. quare* agnam *exc. Gotth. retinere visum est.*

[i] In agrestib. a. p. CL. quadratum iustum Candetum vocant. *Columella:* In agrestibus autem pedum CL. quod aratores Cadetum nominant. *Sed* Candetum *habent Isidori omnes codices.*

De Itineribus. Cap. XVI.

MEnsuras viarum [a] nos milliaria dicimus, Græci stadia, Galli leucas, Ægyptij schœnos, Persæ parasangas. Sunt autem proprio quæq. spatio.

Milliarium mille passibus terminatur, & dictum milliarium, quasi mille adium, habẽs pedum quinq. millia.

Leuca finitur passibus mille quingentis.

Stadium octaua pars milliarij est, constãs passibus CXXV. Hoc primum Herculem statuisse dicunt, eumq. eo spatio detetminasse, quod ipse sub vno spiritu confecisset: ac proinde stadiũ appellasse, quod in fine respirasset, simulque stetisset.

Via est, qua potest ire vehiculũ, & via dicta à [b] vehiculorũ incursu. [c] Nã duos actus capit, propter euntium & venientium vehiculorum occursum.

[d] Omnis autem via aut publica est, aut priuata. Publica est, quę in solo publico est, qua iter, actus populo patet. Hæc aut ad mare, aut ad oppida pertinet. Priuata est, quæ vicino municipio data est.

Strata dicta, quasi vulgi pedibus trita. Lucretius: Stratáque iam vulgi pedibus detrita viarũ. Ipsa est & Delapidata, id est, lapidibus strata. Primi autẽ Pœni dicuntur lapidibus vias strauisse, postea Romani eas per omnem penè orbem disposuerunt, propter rectitudinem itinerum, & ne plebs esset otiosa.

[e] Agger, est media stratæ eminentia coaggeratis lapidibus strata, ab aggere, id est, coaceruatione dicta, [f] quam historici viam militarem dicunt. vt, Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens.

[g] Iter, vel itus est via, qua iri ab homine quaqua versum potest.

Iter, autem, & itiner diuersam significationem habent. Iter enim locus est transitu facilis: vnde appellamus & itum. Itiner autem est itus longæ viæ, & ipse labor ambulandi, vt, quo velis, peruenias.

[h] Semita, itineris dimidium est, à semi itu dicta. Semita autem hominum est: callis, ferarum & pecudum.

[i] Callis, est iter pecudũ inter montes angustum & tritum, à callo pedum vocatum, siue callo pecudum præduratum.

Tramites, sunt transuersa in agris itinera, siue recta via, dicti quod transmittant.

Diuortia, sunt flexus viarum, hoc est, viæ in diuersa tendentes: eadem diuerticula sunt, hoc est, diuersæ ac diuisæ viæ siue semitæ transuersæ, quæ sunt à latere viæ.

Biuium, quia duplex est via.

[k] Compita, quia plures in ea cõpetunt vię, quasi triuiæ, quatriuiæ.

[l] Ambitus, inter vicinorum ædificia locus, duorum pedũ & semipedis ad circumeundi facultatẽ relictus, & abambulãdo dictus.

Orbita, vestigiũ carri, ab orbe rotæ dicta.

Porrò actus, quo pecus agi solet.

Cliuosum, iter flexuosum.

[m] Vestigia, sunt pedum signa primis plantis expressa: vocata, quòd ijs viæ præcurrentium inuestigentur, id est, cognoscantur

[a] Cap. XVI. Nos milliaria, Galli leuc, &c. *Hieron. in Ioel. c. 3.* Nec mirum, si vnaquæq. gens certa viarum spatia suis appellet nominibus: cum & Latini mille passus vocent, & Galli leucas, & Persæ parasangas, & reliqua vniuersa Germania, atque in singulis nominibus diuersa mensura sit. *& paullo post:* Ægyptij σχοίνους.

[b] à vehiculor. incursu. impulsu. *Complut. Gotth.*

[c] Nam duo actus capit. duo. *ad vehicula referendum. Seruius Æn. 4. ad illud.* Conuectant calle angusto; via est actus dimidium; qua potest ire vehiculum. Nã actus duo carpenta capit propter euntium, & venientium vehiculorum occursum.

[d] Omnis autem via aut pub. *Ex Vlp. c.* Prætor. § via. D. nequid in loco publico.

[e] Agger est media, *è Seru. Æn. 5. ad illud.* Qualis sæp. viæ d i. aggere 15.

[f] Quã historici viã militarẽ dicũt. *Ex eod. Æn 12. ad illud.* Vidit ab aduerso venientes aggere Turnus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

g Iter est via. *Vid c.1. D. de seruit, rustic. præd.*

h Semita itineris dimid. *Seruius Æn. 4. ad illud.* Cõuectant calle angusto, semita est semis via, vnde & semita dicta. *& Varro lib. 4.* qua ibant, ab itu iter appellarunt; quà angustè semita, vt semi iter dictum.

i Callis, *Seru. ibid.* Callis semita est tenuior callo pecudum prædurata.

eadem diuerticula-- à latere viæ. *Seru. Æn. 9. ad illud:* Obijciunt alij sese ad diuortia nota. diuerticula sunt semitæ transuersæ, quæ sunt à latere vię militaris *Malè ergò libri omnes*, alteræ viæ.

k Compita. *Idem Georg. 2. ad--* pagos, & compita circum, id est, per quadriuia, quæ compita appellantur ab eo, quod multæ viæ in vnam confluant.

l Ambitus i. v. æ. l. *Festi sunt verba. Varro lib. 4.* Ambitus circumitus ab eoque XII. tabular. interpretes ambitum parietis circumitum esse deserunt. *Puto autem legem his verbis fuisse conceptam. Ambitus parietis sestertius pes esto. Volusius Metianus lib. de ponderibus.* Lex etiam (*inquit*) XII. tabul. argumento est, in qua duo pedes, & semis sestertius pes vocatur.

m Vestigia. *Seru. Æn. 11. ad illud--* Vestigia plantis Institerat: Signa pedum primis plantis expresserat, nam hæc sunt vestigia, imagines pedum. *Illud autem, primis non aduertit Isidorus Virgilij esse, non Seruij. Deleuisset planè. nihil enim ad verbi interpretationem.*

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER DECIMVS SEXTVS.

De lapidibus, & metallis.

DE PVLVERIBVS, ET Glebis terræ. Cap. I.

A



Pvluis [a] dictus, quòd vi venti pellatur. Tollitur enim eius flatu, nec resistit: nec stare nouit: sicut ait Propheta: Tanquam puluis, quem proijcit ventus a facie terræ.

b Limus vocatus, quòd lenis sit.

Cœnum, est voragoluti.

Cinis ex incẽdio dicitur, ab eo enim fit.

Fauilla, quod per ignem effecta sit. Nam φῶς ignis est.

B

Gleba, quòd globus fit. Pulueris enim collectione compingitur, & in vno glomere adunatur. Terra autem ligata, gleba est, soluta, puluis.

Labina, eò quòd ambulantibus lapsum inferat, dicta per deriuationem à labe.

Lutum vocatũ quidam per antiphrasin putant, quòd non sit mundum: nam omne lotum mundum est.

Volutabra appellata, quòd ibi apri voltentur.

c Vligo, sordes limi, vel aquæ sunt.

Sabulum, leuissimum terræ genus.

d Argilla ab Argis vocata, apud quos primùm ex ea vasa confecta sunt.

Creta, ab insula Creta, vbi melior est.

e Creta, Cimolia candida est: a Cimæa Italiæ insula dicta, quarum altera vestimentorum pretiosos colores emollit: & contristatos sulphure quodam nitore exhilarat: altera gemmis nitorem præstat.

Creta argentaria, & ipsa Cãdida appellata, eò quòd nitorem argento reddat.

f Terra Samia à Samo insula dicta, candida, & leuis, & linguæ glutinosa, medicamẽtis & vasculis necessaria.

g Puluis Puteolanus in Puteolanis Italiæ colligitur collibus, opponiturq. ad sustinenda, maria, fluctusque frangendos. Nã mersus aquis protinus lapis fit, vndisq. cotidie fortior effectus in saxum mutatur, [h] sicut argilla igne in lapidem vertitur.

Sulphur vocatum, quia igne accenditur. [i] Vr

[i] Vr enim ignis est. Nã vis eius in aquis ferA uentibus sentitur, nec alia res facilius accenditur. Nascitur in insulis Æolijs inter Siciliam, & Italiam, quas ardere dicunt. Inuenitur & in alijs locis effossum. [k] Huius genera quattuor. Viuum quod foditur translucerq́ue, & viret: quo solo ex omnibus generibus medici vtuntur. Alterum quod appellant glebam, vsibus tantùm fullonum familiare. Tertium liquor est, vsus eius ad lanas suffiendas, quia candorem mollitiémque præstat. Quartum ad elychnia conficienda maximè aptum. Sulphuris tanta vis est, vt morbos comitiales deprehẽdat nidore suo impositus ignibus. Anaxilaus calicẽ vini pru B nâque subdita circumferens exardescentis repercussu pallorem dirũ velut defunctorum, conuiuis offudit.

a Cap. I. Puluis--quod v. v. pellatur. *Al.* pulsetur. *Sed videndum, quid voluerit Plinius, cum lib. 35. cap. 13. dixit,* Quis n. satis meretur pessimam (terræ) partẽ ideõque puluerem appellatum.

b limus vocatus, quod leuis sit. *Mirum fugisse Isidorum verba Tertulliani in lib. de anima.* Quid aliud limus, quàm liquor opimus? *Illud vero magis mirum, cum tam multa huiusmodi apud grauissimos auctores legãtur; quosdam, qui sibi videntur cati, in solum Isidorum sæuire.*

c Vligo. *Vid. præced. lib. c. 13.*

d Argilla ab Argis. *Hesych. & Suid.* ἀργίλλου· ἀργὴν λευκὴν, ἢ καθαρὰν interpretantur.

e Creta Cimolia. *Ex Plin. lib. 35. c. 17. & id Strab. li. 10.* C

f Terra Samia. *Ex eod. lib. c. 16. & c. 12.*

g Puluis Puteolan *ex eod. c. 13.*

h sicut argilla igne in lap. vert. *Respexit ad historiam de Diuitade Sicyonio apud Plin.*

i Vr enim ignis est. *Ita Hieronym. in. q. in Genes. c. 11.* vt Chasdem, id est, in igne Chaldæorum.

k Huius genera quattuor. *è Plin. lib 35. c. 15. ex quo quadam sunt à nobis restituta.*

De glebis ex aqua. Cap. II.

Bitumen [a] in Iudææ lacu Asphaltite emergit, cuius glebas supernatãtes nautæ scaphis appropinquantes colligunt. [b] In Syria autem limus est passim à terra exæstuans. Spissantur autem vtraque & densitate coëunt, & vtraque [c] Græci πισσάσφαλτον appellant. [d] Natura eius ardens & igni cognata, & [e] nequaquam ferro rumpitur, nisi solis muliebribus inquinamentis: vtilis ad cõpages nauium. D

Alumen vocatum à lumine, quòd lumẽ coloribus præstat tinguẽdis. Est autem [f] sallimo, & æstiuis solibus maturatur. Huius spe

[o] de quo quidã ait. Rusticus es, nescis quid Græco nomine dicar. Spuma vocor nitri Græcus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcus es Aphronitrum. Colligitur autem A in Asia, in speluncis distillans, de hinc siccatur sole. Optimum putatur, si minimè fuerit ponderosum, & maximè friabile, colore penè purpureo.

Chalcantum dictum, quia Chalcitidis est thymũ, id est, flos: vnde & apud Latinos æris flos appellatur. Fit autem nunc multis in regionibus: [p] olim in Hispaniæ puteis vel stagnis id genus aquæ habentibus, quam decoquebant, & in piscinas ligneas fundebant, appendentes super eas restes, lapillis extentas, quibus limus in similitudinẽ [q] vitrei acini adhærebat: sicque eiectum siccabatur diebus xxx. Fit autẽ nunc alibi in speB luncis, quod liquidè collectum de hinc diffusum in quosdam botros solidatur: fit & in scrobibus cauatis, quarum de lateribus decidentes guttæ coalescunt: fit & salis modo, ex flagrantissimo sole. Adeò autem constrictæ virtutis est, vt in leonum & vrsorum ora sparsum, [r] tantam vim habeat ad stringendum, vt non valeant mordere.

a Cap. II. Bitumen in Iudæa. *Locus ex Hegesipp. lib. 4. cap. 18.*

b In Syria autem limus est. *Plinius:* & bituminis vicina natura est, alibi limus, alibi terra; limus è Iudęę lacu, vt diximus emergens, terra in Syria circa Sidonem oppidum maritimum. Spissantur vtraq. & C in densitatem coëunt.

c Græci Pissasphalton. *vel* Asphaltopissam; *vt quidẽ legitur apud* LXX *Exod. 2. in manusc. Vatic.* ὡς κατέχρισεν αὐτὸν ἀσφαλτοπίσσῃ.

d Natura eius ardens, e. i. c. *Hæc non de bitumine, sed de naphtha Plinius: & fortasse aliena sunt.*

e & nequaquam ferro rumpi. *Hegesipp.* Hærere sibi fertur bitumẽ, vt ferro haud quaquam, vel aliqua præacuta metalli specie recidatur, &c.

f est autem salsugo terr. *Plin. 35. c. 15.*

g fugit n. ignem. *Ex eod. lib. 31. c. 9.*

h Nam ex aq. mar. *Ex cap. 7.*

i sunt & montes natiui. *Ex eod. c. Sustulimus hinc vocem* maius, *quæ sola ex integra Plinij sententia de vectigalibus, vel remanserat, vel irrepserat.*

k Purpureus. *Solin. c. de Sicil.* purpureum salem Ætna mittit.

l Nihil n. virilius, &c. *Ex c. 9.*

m Multo larg. l. multoq. grat. *Ex cap. 7. Virg. Georg. 3.* Hinc & amant fluuios magis, & magis vbera tendunt, Et salis occultum referunt in lacte saporem.

n Nitrũ. *è c. 10. Sozomen. lib. 6. eccl. hist. c. 30. de Scithi regione Ægypti:* istum locum appellant Nitriã, propterea quod est pagus finitimus, in quo nitrum colligunt. *Meminit quoq. Nitriæ Cassian. collat. 6. c. 1. & Hieronym. Prou. c. 25.*

o de quo quidam. *Martial. apud quẽ:* dicor & Aphr.

p Olim in Hispania è put. *Ex Plin. lib. 34. c. 12.*

q in similitudinem vitrei acin. *Ex eod.*

r Tantam autem vim. *Verba sunt Plinij ibid.*

De lapidibus vulgaribus. Cap. III.

LApis à terra, tanquam densior, etiã vulgò discernitur. Lapis autẽ dictus, quòd lædat pedem. [a] Lapis mobilis est, & sparsus.

Saxa hærent, & à montibus exciduntur.

Petra, Græcum est.

Silex, est durus lapis, eo quòd exiliat ignis ab eo dictus.

[b] Scopulus à saxo eminenti, quasi à speculando, dictus: siue à tegumento nauium, ἀπὸ τοῦ σκέπειν.

Spelæa Græcè, [c] spelunca Latinè. Est autẽ rupis cauata.

[d] Crepido, extremitas saxi abrupti: vnde & crepido vocata, quòd sit abrupti saxi altitudo:.

Cautes, aspera saxa in mari, dictæ à cauẽdo quasi cautæ.

Murices, petræ in littore, [e] similes Muricibus viuis, acutissimæ, & nauibus pernicioD sæ.

[f] Echo saxum est, quod humanæ vocis sonum captans, etiam verba loquentium imitatur. Echo [g] autem Græcè, Latinè imago vocatur, eo quòd ad vocem respondens alienæ efficitur imago sermonis: licet hoc quidem C & locorum naturâ eueniat, ac plerumque conuallium.

[h] Calculus, est lapillus terræ admixtus, rotundus, atque durissimus, & [i] omni puritate lenissimus. Dictus autem calculus, quòd sine molestia breuitate sui calcetur: [k] cui contrarius est scrupus, lapillus minutus & asper: qui si inciderit in calciamentũ nocet, & molestia est animo: vnde & animi molestiam dicimus scrupulum: hinc & scrupea saxa, id est, aspera.

[l] Cos nomen accepit, quòd ferrum adincidendum acuat: Cotis enim Græco sermone incisio nominatur. Ex [m] his aliæ aquarum sunt: aliæ oleo indigent in acuendo, sed oleD lenem, aquæ aciem acerrimam reddunt.

[n] Pumex vocatur, eo quòd spumæ densitate concretus fiat, & est aridus, candore paruus: tantámq. naturam refrigerandi habens, vt in vase missus, musta feruere deliberant.

[o] Rudos artifices appellant, lapides contusos, & calci admixtos, quos in pauimentis faciendis superfundunt: vnde & rudera dicuntur.

Gypsum cognatum calci est, & est Græcum nomen,

nomen, plura eius genera. [p] Omnium autẽ A optimum lapis specularis. Est enim signis ædificiorum, & coronis gratissimus.

[q] Calx viua dicta, quia dum sit tactu frigida, intus occultum continet ignem. Vnde & perfusa aqua statim latens ignis erumpit. Natura eius mirum aliquid facit. Postquam enim arserit, aquis incenditur, quibus solet ignis extingui: oleo extinguitur, quo solet ignis accẽdi. Vsus eius structuris fabricæ necessarius. [r] Nam lapis lapidi nõ potest adhærere fortius, nisi calce coniunctus. [s] Calx è lapide albo & duro melior structuræ: ex molli, vtilis tectorijs.

[t] Arena ab ariditate dicta, non ab adhærẽdo in fabricis, vt volunt quidã. [v] Huius proB batio, si manu impressa stridat: aut si in vestem candidam sparsa nihil sordis relinquat.

a Cap. III. Lapis mobilis est. *Ita proculdubio legendum repugnantib. omnib. libris, non* mollis, *sequitur enim,* Saxa hærent.

b Scopulus à saxo enim. &c. *verba sunt Seruij Æn. 1. ad illud.* scopuloq. infixit ac.

c Spelunca Latinè, est autem rupis cau. *Idem ad il Iud.* sub rupe cauata, periphrasis est *(inquit)* spelũcæ.

d Crepido— quod sit abrupti saxi altitudo. *verba sunt Seruij Æn. 10. ad illud.* Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi- *quæ præterea sequuntur in editis, non Isidori sunt, sed eius qui plura, quam oporteret, è Seruio descripsit.*

e similis muricib. viuis. *Seru. Æn. 5. ad v.* acuto murice remi, Murex saxi acumen eminens per tranquillitatem. *& Nonius.*

f Echo saxum est. *Fit quidem in saxis sæpius echo, sed saxum ipsam dictam nollem.*

g Echo autem Græcè, Latinè imago. *Non quod ἠχὼ Græca vox, Latinè sit imago, si verbum verbo reddas. Sed quia Latini imaginem vocis appellant, quam Græci vocant ἠχὼ. Virg. Georg. 3.* atit vbi concaua pulsu Saxa sonant, vocisq. offensa resultat imago. *Horatius:* redderet laudes tibi Vaticani Montis imago. *& alibi:* cuius recinit iocosa nomen imago: *ergò non rectè quidã ἠχὼν edidere.*

h Calculus est. *Seru. ad v.* dumosis calculus aruis *Geor. 2.* Calculus est lapis breuis terræ admixtus. Dictus calculus, quod sine molestia sui breuitate D calcetur.

i & omni puritate lenissimus. *f.* & omni parte læuissimus. *Idem inf. lib. 18. c. 62.* Calculi vocati, quod leues sint, & rotundi.

k cui cõtrarius scrupul. *Vid. Seru. ad*--Scrupea tuta lacu, *Æn. 6.*

l Cos. *Vid. sup.*

m ex his aliæ aq. &c. *Ex plin. lib. 36. c. 22.*

n Pumex. *Ex eod. c. 21.*

o Rudos. *Ead. lib. 19. c. 10. Vid. vitruu. lib. 7. c. 1. & Pallad. lib. 1. c. 6.*

p Omnium autem opt. è lap. specul. *è Plin. lib. 39. cap. 24.*

q Calx viua. *Hæc, & quæ restant omnia repetuntur lib 19. cap. 10.*

r Nam lapis lapidi non potest adhærere coniunctus. *Ex Aug. lib. 5. de ciuit. c. 27.*

s Calx è lapide albo. *Plin. lib. 36. c. 23. Pallad. lib. 1. c. 10. Vitruu. lib. 2. c. 5.*

t Arena ab arid. *Seru. Æn. 1. ad v.* potiũtur Troes arena: Quæritur, *inquit,* habeat ne hoc nomen aspirationem, & Varro sic definit, si ab ariditate dicitur, non habet; si ab hærendo, vt in fabricis videmus, habet: melior tamen est superior etymologia. *Contra Charisius:* Harena dicitur, quod hæreat; & arena quod areat, gratius tamen cum aspiratione sonat.

v Huius probatio, si manu comp; *è Pallad. lib. 1. cap. 10.*

De lapidibus insignioribus. Cap. IIII.

MAgnes lapis Indicus ab inuentore vocatus. Fuit autem in India ita primum repertus: clauis crepidarum, baculique cuspidi hærens, cùm armenta idem Magnes pasceret: postea & passim inuentus. Est autem colore ferrugineus, sed probatur cum ferro adiunctus eius fecerit raptum. [b] Nam adeò apprehendit ferrum, vt catenam faciat annulorũ. Vnde & eum vulgus ferrum viuum appellat. Liquorem quoque vitri, vt ferrum, trahere creditur, cuius tanta vis est C (ę vt refert beatissimus Augustinus) quod quidam eundem Magnetem lapidem tenuerit sub vase argenteo, ferrúmque super argentum posuerit: deinde subtermouente manu cum lapide ferrum cursim desuper mouebatur. [d] Vnde factum est, vt in quodã templo simulacrum ex ferro pendere in aëre videretur. [e] Est quippe alius in AEthiopia Magnes, qui ferrum omne abigit respuitque.

f Omnis autem Magnes tanto melior est, quanto magis cæruleus.

g Gagates lapis primùm inuentus est in D Cilicia, Gagatis fluminis fluore reiectus. Vnde & nominatus, licet in Britannia sit plurimus. Est autem [h] niger, planus, lenis & ardens igni admotus. [i] Fictilia ex eo scripta non delentur, incensus serpentes fugat, dæmoniacos prodit, virginitatem deprehendis: mirum, quia accenditur aqua, oleo restinguitur.

k Asbestos Arcadiæ lapis, ferrei coloris, ab igne nomen sortitus, eo quod accensus semel nũquã extinguitur. De quo lapide mechanicum aliquid ars humana molita est:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod Gentiles capti sacrilegio mirarentur. A Denique in templo quodam fuisse Veneris fanum(dicunt) ibique candelabrum, & in eo lucernam sub diuo sic ardentem, vt eam nulla tempestas,nullus imber extingueret.

l Pyrites,Persicus lapis,fuluus, aëris simulans qualitatem,cuius plurimus ignis: siquidem facile scintillas emittit:hic tenētis manum,si vehementius prematur,adurit: propter quod ab igne nomē accepit.[m] Est alius Pyrites vulgaris,quem viuum lapidem appellāt,qui ferro vel lapide percussus scintillas emittit,quæ excipiuntur sulphure,vel aridis fungis,vel foliis,& dicto celerius prębet ignem.Hunc vulgus focarem petram vocat. B

[n] Selenites,Latinè Lunaris interpretatur,eo quòd interiorem eius candorem cum luna crescere atque deficere aiunt. Gignitur in Perside.

[o] Dionysias,lapis fuscus,& rubentibus notis sparsus. Vocatur autem ita, quia si aquæ mixtus conteratur,vinum flagrat: &, quod in illo ardore mirum est,ebrietati resistit.

[p] Thracius,niger & sonorus,nascitur in flumine,cuius nomen est Pontus in Equitia.

[q] Phrygius lapis,ex loco traxit vocabulum. Nascitur enim in Phrygia, colore pallidus, C mediocriter grauis. Est autem gleba pumicosa.Vritur antea vino perfusus,flatuq́.follibus donec rubescat: ac rursus dulci vino extinguitur, trinis vicibus, tingendis tantū vestibus vtilis.

[r] Syrius lapis,à Syria,vbi reperitur, appellatur:hic integer fluctuari traditur, cōminutus mergi.

[s] Arabicus,similis est ebori sine vlla macula.Hic defricatus ad cotem, succum dimittit croco similem.

[t] Iudaicus lapis,albus est, atq. in schemate glandis scripturis sub inuicem modulatus,quas Græci γραμμὰς appellant.

[v] Samius à Samo insula, vbi reperitur, vocatus, & est grauis & candidus, poliendo D vtilis.

[x] Memphitis vocatus à loco Ægypti, & est gemmantis naturæ.Hic tritus, atque in ijs,quæ vrenda & secanda sunt ex aceto illitus,ita obstupescere facit corpus, vt nō sentiat cruciatum.

[y] Sarcophagus lapis dictus,eo quòd corpora defunctorum conditain eo infra quadraginta dies absumuntur. σάρξ enim Græcè caro dicitur, φάγειν comedere. [z] Nascitur autem in Troade,fissilique vena scinditur. Sunt & eiusdem generis in Oriente saxa, quæ etiam viuentibus alligata erodunt corpora.

[a] Hęmathites appellatus,eo quod cotem resolutus,in colorem veniat sanguinis.Est autem admodum liuidus. Est & ferrugineus. Nascitur in vltima Ægypto, Babylonia, & Hispania.

[b] Androdamas,colore niger, pondere & duritia insignis,vnde & nomen traxit: præcipuus reperitur in Africa. Trahere autem in se argentum,vel æs dicitur, quique attritus,vt Hæmathites in colorem redigitur sanguinis.

[c] Schistos inuenitur in vltima Hispania,croco similis,cum leui fulgore,facilè friabilis.

[d] Amiātos appellatus à veteribus,eo quòd [e] si ex ipso vestis fuerit contexta contra ignē resistat,& igni imposita non ardeat,sed splēdore accepto nitescat, & est sciśi aluminis similis,veneficijs resistens omnibus,speciaLiter Magorum.

[f] Ostracites,similis est testæ laminosus sciśibilis.

[g] Gallactites,colore cinereus,gustu suauis, sed ideò sic vocatus, quòd quidam de selacteum attritus dimittat.

[h] Obsidius, lapis niger, translucidus, & vitri habens similitudinem.Ponitur in speculis parietum propter imaginum vmbras reddendas. Gemmas multi ex eo faciunt: nascitur in India,& in Samnio Italiæ.

[i] Mitridax,lapis Euphratis, Sole repercussus coloribus micat varijs:

[k] Æthitæ lapides reperiuntur in nidis aquilarum:aiunt binos inueniri, marem & fœminam:nec sine ijs parere aquilas. Horum masculus,durus, similis gallæ, subrutilus:fœmineus verò pusillus, ac mollis. [l] Alligati,partus celeritatem faciunt,etiam aliquid vuluæ excidunt, nisi citò parturientibus auferantur.

[m] Phengites, Cappadociæ lapis, duritia D marmoris candidus atque translucens, ex quo quondam templum constructum est à quodam rege foribus aureis, quibus clausis claritas intus diurna erat.

[n] Chernites,eboris similis, in quo Darium conditum ferunt,Parioque similis candore & duritia, minus tamen ponderosus,qui Porus vocatur.

[o] Ostracites vocatus, quòd similitudinem testæ habeat,vsus eius est pro pumice.

[p] Melitites

[p] Melitites lapis dictus,eò quòd melleum A & dulcem succum emittat.

[q] Smyris,lapis asper,& indomitus, & omnia atterens:ex quo gemmæ teruntur.

[r] Chrysites, colore similis ochræ: inuenitur in Ægyptò.

[s] Hāmites,similis nitro, sed durior gignitur in Ægypto,& Arabia.

[t] Thyites nascitur in Æthiopia velut viridis, sed lacteus,cum resoluitur remordens vehementer.

[v] Coranus,albus est,duriorque Pario.

[x] Molotitus veluti viridis & grandis inuenitur in Ægypto.

[y] Tusculanus,à loco Italiæ dictus, dissilire igne traditur. B

[z] Sabinus,fuscus,addito oleo,etiam lucere fertur. [a] Est & quidam viridis lapis vehementer igni resistens,

Siphinius mollis & candidus, excalefactus oleo nigrescit,atque durescit.

[b] Lapides, quoque medicinalium mortariorum & pigmentorum vsibus apti: Ephesius præcipuus,& inde Chalazius.

Thebaicus,quoque,& Basanites lapides nihil ex sese remittentes.

Specularis lapis vocatus est, quod vitri more transluceat: repertus primùm in Hispania citeriore,& circa Segobricam vrbem. Inuenitur enim sub terra,& effossus exciditur atque finditur in quamlibet tenues crustas.

[a] Cap.IV.Magnes lapis Indicus. *Plin.libro.36.c.16.* Magnes appellatus est ab inuentore, vt auctor est Nicander,in Ida repertus,&c. *Quæ lectio si vera est,& vox Indicus expungenda erit, & Ida. non India, deinde scribere oportebit. Sed quoniam illa de Magnete Nicandri carmina non extant,& varietas etiam in Plinij codicib.est,vt Hermolaus aduertit,nihil mutandū duximus: non quin Ida magis probemus (nam & fabulæ pastoralis aptior est Ida) Sed quia India legisse Isidorum apud Plinium credimus. Quod verò Serapion Arabs, & Marbodæus poeta Gallus Indicum lapidem Magnetem vocent, haud magni refert. Lucretio etiā, quam Nicandro de etymologia magis assentior ita scribenti;* Magneta vocant patrio de nomine Graij, Magnetum quia sic patrijs in finib.ortus.

[b] Nam adeo apprehendit ferrum, vt anul.cat. *Ex Aug.21.de ciuit.c.4.& Plin.lib.34.c.14.*

[c] Vt refert beatiss. Augustin. *Ibid.*

[d] Vnde factum est vt in templo q. *Idem cap. 6.& Ruffin. Eccles.hist. libro.11.& Plin.ibid.& Suid.in--μαγνῆτ.*

[e] Est quippe alius in Æthiop. *Ex Plin.36.c.16.*

[f] Omnis autem magnes. *Ex Dioscord.lib.5.c.148.*

[g] In Gagates--in Cilicia. *Dioscor.lib.5.c.146.γεννᾶται ὁ ἐν χιλιάσι κατὰ τίνα ποταμὸν εἰσρυσιν εἰς θάλασσαν ἐκχεόμενος. ἔστι δὲ πλησίον τῆς λεγομένης πλαγίδ πόλεως. Καλεῖται δὲ ὁτόπ. ἡ ὁ ποταμὸς γάγας. Plinius tamen lib.36.cap.19.* Gagates lapis nomen habet loci, & amnis Gagis Lyciæ.

[h] Niger planus. *πλανώδης videtur legisse Plinius apud Dioscoridem.nunc πλατώδης legitur:id est crustaceus.*

[i] Fictilia,&c. *Ex Plin.ibid.*

[k] Asbestos. *Ex Aug.lib.21.c.5.& 6.*

[l] Pyrites. *Ex eod.c.5.*

[m] Est & alius Pyrites vulgar. *Ex Plin.36.c.16.*

[n] Selenites. *Ex August.ibid.*

[o] Dionysias. *Ead.inf.c.11. ex Solin.c.50.& Plin.37. cap.10.*

[p] Thracius--in Equitia. *sic. o. l. sed* Scythia *credo legendum:itan,de eo Dioscorides lib.5.* γεννᾶται μὲν ἐν σκυθίᾳ ἐν ποταμῷ λεγομένῳ πόντῳ. *Nam quod Equitia in Ponto sit,de qua strabo lib.11,non satis placet.*

[q] Phrygius lapis. *Ex Plin.36.c.19.*

[r] Syrius lapis. *è Plin.36.c.17.sed quod apud eū è* Scyro insula *vulgo legitur,aduertendū,* Syro *quoq.in manuscrip. Plinianis codicib.reperiri.*

[s] Arabicus similis est ebori sine vll. mac. *è Dioscorid.lib.5.149.sed verba sumpta sunt è Plin.qui lib.36.c.21.* Arabus *(inquit)* lapis ebori similis. *Et c.20.de Hæmatite* tertium genus Arabici facit, simili duritie, vix reddentis succum ad cotem aquariā aliquando croco similem. *Et posterior hæc pars addita ex margine videbatur Chaconi tam hoc loco,quam sequenti capite.*

[t] Iudaicus lapis. *Dioscorides lib.5.c.155.ὁδὲ ἰουδαϊκὸς λίθος γεννᾶται μὲν ἐν τῇ ἰουδαίᾳ τῷ σχήματι βαλανοειδὴς λευκὸς, ἐυρυθμ. ἰκανῶς ἔσχων ἐν γραμμὰς παραλλήλους ὡς ἀπὸ τόρυ. Verba autem Isidori è veteri illius interprete sunt,apud quem pro scripturis, scriptulis legebat Chacon, sic enim γράμμας interpretabantur antiqui, quod vero modulatis idem vertit ὡς ἀπὸ τόρυ legisse videtur.*

[v] Samius. *Ex Plin.36.c.21 & Dioscor.5.c.173.*

[x] Memphites. *Ex Plin.lib.36.c.7.& Dioscor.c. 158.*

[y] Sarcophagus. *Plin.36.c.17.*

[z] Nascitur autem in Troad. *Ex Plin.ibid. Quæ autem post vocem* corpora *in plerisque omnib. libris sequuntur,mitiores autem seruandis corporib. nec ab sumendis;recte expunxit Vulcanius,sunt n. Plinij verba nō iam de Sarcophago, sed de Chernite loquentis.*

[a] Hæmatites. *Ex eod.c.20.& Dioscorid.Vidend. etiam Georg. Agricol.lib.5.de natura fossilium.*

[b] Androdamas. *Ex Plin.36.c.20.*

[c] Schistos. *è Dioscor.lib.5.c.145.*

[d] Amiantos. *Ex eod.c.156.*

[e] Si vestis ex eo fuerit contexta. *Al.* cōtacta: *sed* cōtexta *legendum ex Dioscorid.lib.5.c.93.*

[f] Ostracites *f.e.t.l.f. Verba sunt Dioscoridis lib.5.cap. 156.* ὀστρακίτης ὁμοίως ὀστράκῳ πλακώδης, μὴ ἔνυδρίσης *Quod autē paullò post de Ostracite agit ex Plinio;mirum ni mendoso Dioscoridis codice vsus* Batrachites *hoc loco legit. qui autem* Bostrychitem *hic legi volunt,nugas agunt.*

[g] Galactites. *è Dioscor.c.50.*

[h] Obsidius. *è Plin.36.c.26.*

[i] Mitridax. *è Solin. c. 50.idem à Plinio* mitrax *dicitur lib.37.cap.10. collocatur autem ab Isidoro inf. cap.10.inter gemmas.*

[k] Ætites. *Ex Plin.36.c.21.*

[l] Alligati partus celeritatem. Plinij verba referemus, si quis hæc forte ex illo sarciat ea sunt. Ætitæ oēs grauidis

Universidad de Deusto
Biblioteca

[p] dalligati mulierib. vel quadrupedib. in pelliculis sacrificatorum animalium, continent partus; non nisi parturiant, remouendi, alioqui vulturæ excidunt. Sed nisi parturientib, auferantur, omnino non pariunt. *Nos Gotth. codicum scripturam repræsentauimus.*

[m] Phengites. *Ex eod c. 22.*

[n] Chernites. *Ex eod. c. 17. Vid. Theoph. lib. de lapidib.*

[o] Ostracites. *Ex eod. c. 19.*

[p] Melitites. *Ex eod. c. 19. & Dioſc. c. 151.*

[q] Smyris--gemmæ teruntur. *Tunduntur Gotth.*

[r] Chryſites colore ſimilis Ochræ. *Ita legendum etiam apud Plin. 37. c. 10. Porrò Ochræ Atticæ meminit Dioſcorides lib. 5. c. 62.*

[s] Hammites. *Ex eod. Plin. lib. 27. c. 10.*

[t] Thyites gignitur in Æthiop. *Præclarè hunc locum reſtituit Chacon ex Dioſc. lib. 5. c. 154. cuius verba appoſuiſſe ſufficiet:* λίθος ὁ καλούμενος θύϊτης γενναται μὲν ἐν τῇ ἀιθιοπίᾳ, ἔστι δὲ ἀπόχλοης, ἰασπίζων, ἐν ᾧ τῶ ἀνίσθαι γραμμὰς φαινόμενος, ἀναδιδόναι σφοδρῶς. *Gotthicorum autem librorum ſcriptura hæc eſt.* Vi gignitur in Æth.

[v] Coranus albus eſt, durioreq. Pario. *Plin. libro. 36. c. 18.* ediuerſo albos Coranos, durioreſq. Pario. *Ita n. legendum Plinij locum, & meliores codices oſtendunt, & hæc Iſidori verba ſatis confirmant.*

[x] Molotius. *Ita VV. CC. Sed* Morochthius *puto ſcribendum ex Dioſc.*

[y] Tuſculanus. *è Plin. 36. c. 18.*

[z] Sabinus. *Ex Plin. ibid. Neq. eſt cur corrector quiſquam Gabinum hic pro Sabino è Tacito ſubſtituat, propter ſequentia verba, quæ ſumpta quoque ſunt è Plinio, neq. de Gabino, aut etiam Sabino lapide dicta.*

[a] Eſt & quidam virid. lap. *Ex eod. c. 22.*

[b] Lapides quoque medicinal. mortarior. Epheſ. Chalazius -- Thebaicus -- Baſanites -- Specularis. *Omnia ex eod. cap. carptim ſumpta.*

De marmoribus. Cap. V.

POſt lapidum genera veniamus ad marmora. Nã inter lapides & marmora differentia eſt. Nam marmora dicuntur eximij lapides, qui maculis & coloribus commendantur. Marmor ſermo Græcus eſt à viriditate vocatus, & quamuis poſtea & alij colores inueniantur: nomen tamen priſtinum à viriditate retinuerunt.

[h] Marmorum colores, & genera innumerabilia ſunt. Non tamen omnia è rupibus exciduntur, ſed multa ſub terra ſparſa ſunt & pretioſiſsimi generis: ſicut Lacedæmonium viride, cunctis hilarius, repertum prius apud Lacedæmones, vnde & vocabulum traxit.

Ophites, ſerpentium maculis ſimile eſt, vnde & vocabulum ſumpſit, duo eius genera, molle candidum, nigrum durum.

Auguſtæum, & Tiberium in AEgypto Auguſti, & Tiberij primùm principatu reperta ſunt. Differentia eorum eſt ab Ophite, cùm illud, vt prædiximus, ſerpentium maculis ſit ſimile. Hæc maculas diuerſo modo colligunt: nam Auguſtæum vndatim eſt criſpum in vertices, Tiberium ſparſa, non conuoluta canitie.

Porphyrites ex Ægypto eſt, rubens, candidis interuenientibus punctis. Nominis cauſſa, quòd rubeat vt purpura.

[c] Baſaltes, ferrei coloris, ſiue duritiæ. Vnde & nomen ei datũ eſt, inuentus in AEgypto, & AEthiopia.

[a] Alabaſtrites, lapis candidus, interſtinctus varijs coloribus, ex quo Euangelici illius vnguenti vaſculum fuit. Cauant enim hunc ad vaſa vnguentaria: quoniam optimè ſeruare incorrupta dicitur. Naſcitur circa Thebas AEgyptias, & Damaſcum Syriæ, cæteris candidior: probatiſsimus verò in India.

[e] Parius, candoris eximij, Lychnites cognomento: hic apud Paron inſulam naſcitur, vnde & Parius nũcupatus. [f] Lygdinus magnitudine, quæ lances craterâſq. non excedat, vnguentis & ipſe aptus.

[g] Coraliticus, in Aſia repertus, menſura non vltra cubitos binos: candore proximo ebori quadã ſimilitudine. E diuerſo niger. Alabandicus terræ ſuæ nomine nucupatus, purpuræ aſpectu ſimilis. Iſte in Oriente ignis liquatur, atque ad vſum vitri funditur.

[h] Thebaicus, interſtinctus aureis guttis inuenitur in parte Africæ AEgypto adſcripta, coticulis ad terenda collyria quædam vtilitate naturali conueniens.

Syenites, circa Syenem, vel Thebas naſcitur: trabes ex eo fecêre reges.

Marmora autem, quæ in officinis ſunt, rupibus gignuntur, [i] ex quibus Thaſius diuerſi coloris maculis diſtinctus eſt, cuius primum vſum inſulæ Cyclades dederunt.

[k] Lesbius liuidior eſt paullo hoc, ſed & ipſe diuerſi coloris maculas habens.

Corinthæus, Ammoniacæ guttæ ſimilis cum varietate diuerſorum colorum, Corintho primùm repertus: ex eo columnæ ingentes, liminâque fiunt, ac trabes,

Caryſtium viride, optimum nomen ab aſpectu habens, eo quod gratum ſit ijs, qui gemmas ſculpunt: eius enim viriditas reficit oculos.

[l] Numidicum marmor Numidia mittit ad cotem ſuccum dimittit, croco ſimilem: vnde & nomen accepit, [m] non cruſtis, ſed in maſſa & liminum vſu aptum.

[n] Lucullæum marmor naſcitur in Chio inſula, cui Lucullus Cõſul nomen dedit, qui delectatus illo primùm Romam inuexit, ſolumque penè hoc marmor ab amatore nomen accepit.

[o] Eſt & Lunenſis ----

Tephria appellatur à colore cineris, cuius lapidis alligatio contra ſerpentes laudatur.

[p] Ebur à barro, id eſt, elephante dictũ. Horatius: Quid tibi vis mulier nigris dignioſſima abarris?

[a] Cap. V. Poſt lapidum col. *Ex Plinij lib. 36. à cap. 5. vſque ad. 8.*

[b] Marmorum colores & gen. *Ex cap. 7.*

[c] Baſaltis. Baſantes *libri. o. ſed* Baſaltes *apud Plin. cuius ſunt hæc verba. De Baſanite ſuperiori capite egit.*

[d] Alabaſtrites. *è. c. 8.*

[e] Parius c e. Lychnites cognom. *è. c. 5.*

[f] Lygdinus. *è. c. 8. Nec malè hunc locum à nobis reſtitutum putamus, ſimilitudo vocũ* lychnit. *& lygdin. ſuſpectã vtramque reddiderat. Ita alterutra tantum in Iſidorianis libris remanſerat, cum ambæ ſint neceſſariæ.*

[g] Coraliticus, *Ex eod. c.*

[h] Thebaic. *Ex eod. vocem* Africæ *addidimus prorſus neceſſariam.*

[i] Ex quib. Thaſius. *Hanc lectionem veteres quoq. libri confirmant, namin pleriſque* Italius, *in alijs apertè legitur* Thaſius. *Vid. Plin. c. b. qui locus medicina quoque eget.*

[k] Lesbius liuid. paul. *Philoſtratus in lib. de vitis Sophiſt. de Lesbio lapide* κατηφὴς *(inquit)* ὁ λίθος, καὶ μέλας.

[l] Numidium--ad cotem ſucc. dimitt. croc. *Ex pungebat hæc Chacon, item vt capite ſuperiori.*

[m] Non cruſtis (tantum) ſed in maſſam & lim. vſum apt. *Vox tantum quæ deſiderabatur ex Plinio, ineptã ſententiam reddebat*, aptatum *etiam, quàm* aptum *malim.*

[n] Lucull--naſcitur in Chio inſula. In Nili inſula *Plinius.*

[o] Eſt & Lunenſis--. *Lacuna eſt in meliorib. libb. deinde* Thephria *diuerſum genus marmoris.*

[p] Ebur à barro. *è Seru. Æn. 1. v.* Quale manus addunt ebori decus.

De Gemmis. Cap. VI.

POſt marmorum genera Gẽmæ ſequuntur, quæ multum auro decorem tribuunt venuſtate colorum. [a] Primordia earũ à rupe Caucaſi. Fabulæ ferunt, Prometheum primum fragmẽtum ſaxi eius incluſiſſe ferro, ac digito circumdediſſe: ijſq. initijs cœpiſſe anulum atque gemmas.

Genera gemmarum inumerabilia eſſe tradũtur, è quibus nos ea tantùm, quæ principalia ſunt, ſiue notiſsima, annotabimus.

Gemmæ vocatæ, quòd inſtar gumi tranſluceant.

Pretioſi lapides ideo dicti ſunt, quia carè valent: ſiue vt à vilibus diſcerni poſsint, ſeu quòd rari ſint. [b] Omne enim quòd rarũ eſt, magnum & pretioſum vocatur, ſicut & in Samuelis volumine legitur: Et ſermo domini pretioſus erat in Iſrael, hoc eſt, rarus.

[a] Cap. VI. Ptimord. ear. à rup. Caucas. *Ex præfatione Plinij in lib. 37.*

[b] Omne enim quod rar. &c. *Ex Hieronym. in Iſ. cap. 13.*

De viridioribus gemmis. Cap. VII.

OMnium [a] gemmarum virentium Smaragdus principatum habet, [b] cui veteres tertiã poſt Margaritas & Vniones tribuunt dignitatem. Smaragdus à nimia viriditate vocatur. Omne enim [c] ſatis viride amarum dicitur. [d] Nullis enim gemmis vel herbis maior, quàm huic auſteritas eſt. Nã herbas virentes frondéſque exuperat, inficiens circa ſe viriditate repercuſſum aërẽ. Scalpentibus quoque gemmas nulla gratior oculorum refectio eſt. Cuius corpus ſi extentum fuerit, ſicut ſpeculum, ita imagines reddit. Quippe Nero Cæſar gladiatorũ pugnas in Smaragdo ſpectabat. Genera eius duodecim, ſed nobiliores Scythici, qui in Scythica gente reperiuntur. Secundum locum tenent Bactriani. [e] Colliguntur enim in commiſſuris ſaxorum flante Aquilone. tunc enim tellure deoperta intermicant, quia ijs ventis arenæ maximè mouentur. Tertium Ægyptij habent. Reliqui in metallis ærarijs inueniuntur, ſed vitioſi. Nam aut ære, aut plumbo, aut cappillamentis, vel ſalis ſimiles notas habent.

Smaragdi autẽ mero, & viridi proficiunt oleo, [f] quamuis natura imbuantur.

Chalcho ſmaragdus dicta, quòd viridis ſit: & turbida, æris venis. Hæc in Ægypto vel Cypro inſula naſcitur.

Praſius pro viridanti colore dictus, ſed vilis. Cuius alterum genus [g] ſanguineis punctis obhorret. Tertium diſtinctum virgulis tribus candidis.

Berillus in india gignitur, gentis ſuæ lingua nomen habens, viriditate ſimilis Smaragdo, ſed cum pallore. Politur autem ab Indis in ſexangulas formas, vt hebetudo coloris repercuſſu angulorum excitetur. Aliter politus nõ habet fulgorẽ. Genera eius nouẽ.

Chry-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chrysoberyllus dictus, eò quòd pallida eius viriditas in aureum colorem resplendeat,& hunc India mittit.

h Chrysoprasus, Indicus est, colore porri succum referens, aureis interuenientibus guttis,vnde & nomen accepit,[i] quem quidam Beryllorum generi dicauerunt.

Iaspis de Græco in Latinum viridis gemma interpretatur.[k] Ias quippe viride, pina gemma dicitur. Est autem Smaragdo subsimilis sed crassi coloris. Species eius XVII.

l Volunt autem quidã Iaspidem gemmam & gratiæ,& tutelæ esse gestantibus, quod credere non fidei,sed superstitionis est.

Topazion,ex virenti genere est omníque colore resplendens: inuenta primùm in Arabiæ insula, in qua Troglodytæ prædones fame & tempestate fessi,cùm herbarum radices effoderent,eruerunt.Quæ insula post ea quæsita,nebulis cooperta, tandem à nauigantibus inuenta est. Sed ob hoc locus & gemma nomen ex caussa accepit. Nam τοπάζειν Troglodytarum lingua significationem habet quærendi.Est autem amplissima gemmarum, eadem sola nobilium limam sentit.Genera eius duo.

m Callaica colore viridis,sed pallens & nimis crassa,[n] nihil iucundius aurum decet,[o] vnde & appellata. Nascitur in India,vel [p] Germania in rupibus gelidis, oculi modo extuberans.

q Molochites, spissius virens & crassius, quàm Smaragdus,à colore maluæ nomen accepit,in reddendis laudata signis. Nascitur in Arabia.

r Heliotropium, viridi colore & nubilo, stellis puniceis superspersa cum sanguineis venis.Caussa nominis de effectu lapidis est. Nã deiecta in labris æneis radios Solis mutat sanguineo repercussu. Extra aquam autem speculi modo Solem accipit,deprehenditque defectus eius, subeuntẽ lunã ostendens. Magorum impudentiæ manifestissimum in hoc quoque exemplum est, quòd admixta herba Heliotropio quibusdam additis precationibus, gerentem conspici negent.Gignitur in Cypro & Africa, sed melior in Æthiopia.

f Sagda,gemma prasini coloris apud Chaldæos. Cuius tanta vis est, vt permeantes naues è profundo petat,& carinis ita tenaciter adhæreat, vt,nisi abrasa parte ligni,vix separetur.

t Myrrhites dicta est,quòd in eo myrrhæ color est.Compressus autem vsque ad calorem, nardi spirat suauitatem. [v] Aromatites reperitur in Arabia vel AEgypto myrrhæ coloris & odoris,vnde & nomen habet.

x Melichloros, bicolor ex vna parte viridis:ex altera melli similis.

y Choaspites à flumine Persarũ dicta est, ex viridi fulgoris aurei.

a Cap. VII. Omnium gemmar. *Pleraque ex Plin. lib.37.*

b Cui veteres tertiam tribuunt dignitatem. *Quid verba illa, quæ in omnib. libris leguntur* post margaritas, & vniones *aliena sint; nemo dubitabit, qui quartum, & quinctum caput Plinij inspexerit, vnde hæc sunt; Quid antè illum quisquis fuit,in errorem impulerit; haud obscurum est, Legerat videlicet capite. 35. libro. 9. apud Plinium hæc verba.* Principium,culmenq. omnium rerum pretij margaritæ tenent. *In quibus vniones numerantur, locum vnde hæc Isidorus hausit,ille non considerarat; ita enim Plinius c. 4.* Maximum in reb. humanis,non solum inter gemmas pretiũ habet. Adamas,*& infine,* Proximũ apud nos Indicis, Arabicisq. Margaritis pretium est,*& initio cap. 5.* Tertia auctoritas Smaragnis perhibetur.

c Satis viride amarum. *Ita Gotthici libri al.* Smaragdum.

d Nullis n.gẽmis,vel herbis maior quã huic auctoritas. Gemmis, vel herbis,*ab est ab omnib. Romanis libris. Porrò sumi à colorib. & saporib. mutuo nomina satis constat,& Plin. lib. 33. c. 6. in floridos,& austeros colores distinguit,nos quoque nostrum amarillo ab amaro,non alia ratione duximus.*

e Colliguntur.n in commissuris saxorum. *In commissuras legas oportet,si Plinii defensum vis,qui ex Theophrasti lib. de lapidib. hæc vertit, εἰς ἢ εἰς τὰ λιθοκολλήματα χεῶνται. Quid autem λιθοκόλλα sint, non est obscurum. Sed* commissuris *legit plane Solinus,qui,* Alij *(inquit)* vitrinus nobiles in commissuris saxorum, vel in metallis ærarijs apparent.

f Quamuis natura imbuantur. *Verba sunt Solin. cap. 25. eadem apertius Plin.* Qui non omnino virides nascuntur,vino & oleo meliores fiunt. *Est itaq. imbuit infici. apud Hor.* Quo semel est imbuta recens seruabit odorẽ Testa diu *Et Virg.* illius aram Sæpe tenet nostris ab ouilib. imbuet agnus.

g Sanguineis punctis obhorret. *Ex Plin. c. 8.*

h Chrysoprasius. *Ex eod. c.*

i Quem quidam Beryllor. g. d. *Ex c. 5.*

k Ias quippe viride, pina gemma dicitur. *Hoc Vulcanius non habuit nobis retinuisse satis est. Scio nimirum Græcis esse gemmam. De* Ias *quærendum.*

l Volunt autem quidam. *Vid. Plin. c. 9.*

m Callaica. Callais *Plin. & Solin.*

n Nihil iucundius aurum decet. *è Solin. 33.*

o Vnde & appellata. *Quia καλὸν pulchrum.*

p Germania. *Ita Solin.* Carmania *Plinius.*

q Molochites. *Ex Plin. c. 8. & Solin. c. 35.*

r Heliotrop. *Ex c. 10.*

f Sagda. *Ex eod. c. & Solin. 50.*

t Myrrhites, *Ex Solin. c. 40. & Plin ibid.*

v Aromatites rep. *Ex eod. Plin. c.*

x Melichloros. *Ex c. 11.*

y Choaspites. *Ex c. 10.*

De rubris Gemmis. Cap. VIII.

Corallium [a] gignitur in mari, forma ramosum, colore viride, & maximè rubens: [b] venæ eius candidæ sub aqua & molles: detractæ confestim durantur, & rubescunt, tactúque protinus lapidescunt. Itaque occupari,euellíque retibus solet,aut acri ferramento præcidi: qua de caussa corallium vocitatur.Quantũ autem apud nos Margaritũ Indicum pretiosum est, tantum apud Indos Corallium.[c] Hunc Magi fulminibus resistere affirmant,si creditur.

d Sardius dicta, eò quòd primùm reperta sit à Sardibus: hæc rubrũ habet colorẽ marmoribus præstans: sed inter gemmas vilissima.Genera eius quinque.

e Onyx appellata, quod habet in se permixtum cãdorem in similitudinem vnguis humani.Græci enim vnguem ὄνυχα dicunt. Hanc India vel Arabia gignit, distãt autem inuicem.Nam Indica igniculos habet albis cingentibus zonis: Arabica autem nigra est cum candidis zonis:genera eius quinque.

Sardonyx ex duorum nominũ societate vocata est.Est enim ex Onychis candore & Sardo.Constat autem tribus coloribus:superius nigro, medio candida, superius mineo. Hæc sola in signando nihil ceræ euellit. Reperitur autem apud Indos & Arabes detecta torrentibus.Genera eius quinque.

f Hæmatites, rubore sanguineus;ac propterea Hæmatites vocatur. αἷμα quippe sanguis est. Gignitur in AEthiopia quidem principalis,sed & in Arabia,& in Africa inuenitur.De qua promittunt Magi quiddam ad coarguendas barbarorum insidias.

g Succinus,quem appellant Græci Electrũ fului cereique coloris, fertur arboris succus esse, & obid Succinum appellari.Electrum autem vocari fabulosa argumentatio dedit. Namq. Phaetõte fulminis ictu interempto, sorores eius luctu mutatas in arbores populos,lacrymis Electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, & Electrum appellatum [h] quoniam sol vocitatus sit Electror,vt plurimi poëtæ dixerunt.Constat autem eum non esse succum populi,sed pineæ arboris. Nam accensus,tedæ nidore fragrat. Nascitur autem in insulis Oceani Septentrionalis sicut gummi, densatúrque vt crystallum [i] rigore,vel tepore. Ex ea fiunt decoris gratia agrestium fœminarum monilia. vocari autẽ à quibusdam harpaga, eò quòd attritu digitorum,accepta caloris anima,folia paleásq.& vestium fimbrias rapiat, sicut Magnes ferrum. Quocunque autem modo libeat tinguitur. Nam Anchusæ radice Cõchylióque inficitur.

k Lyncurius vocatus, quòd fiat ex vrina lyncis bestiæ tempore indurata. Est autem, sicut & Succinum, fulua, attrahens spiritu folia propinquantia.

a Cap. VIII. Corallium.-vocitatur. *Curalium perpetuo apud Plinium vt etiam apud Theophr. sunt autem hæc ex lib. 32. c. 2.*

b Venæ eius candidæ. *Sic veteres libri, al.* Baccæ *vt Plin.*

c Hunc Magi fulminib. *Repetuntur hæc c. 14. Plin. 37. c. 10.* Gorgonia nihil aliud est, quàm curalium, nominis caussa quòd in duritiam lapidis mutatur, emollit maria,fulminib.& Typhoni resistere affirmant.

d Sardius dict. *Ex 37. c. 7.*

e Onyx. *Ex. c. 6.*

f Hæmatites. *Ex. c. 10.*

g Succinus. *Ex. c. 2.*

h Quoniam Sol vocatus sit Electror. *Homerus ὡς ὅτε πρώμας πάρις κατὰ περγάμου ἄντης Παμφαίνων ὥρτο ἠλέκτωρ εὐεδήκει.*

i Rigore, vel tepore. *Plinius* tepore auctumnali. *Eodem modo legendum apud Solinum non* tẽpore auctumnali *contendit Hermolaus Barbarus.*

Quocunque autem modo libeat,tinguitur, &c. *Ex. c. 3.*

k Lyncurius. *Ex c. 2. & Solin. c. 8.*

De purpureis. Cap. IX.

Inter purpureas gẽmas principatũ Amethystus Indicus tenet.[a] Amethystus purpureus est permixto violaceo colore, & quasi rosæ nitore, leniter quasdam flammulas fundens. Alterum eius genus descendit ad Hyacinthos.Caussam nominis eius asserunt,quia sit quiddã in purpura illius non ex toto igneum, sed vini colorem habens. Est autem scalpturis facilis: genera eius quinque.

Saphirus cæruleus est cum purpura, habens pulueres aureos sparsos, apud Medos optimus,nusquam tamen perlucidus.

b Hyacinthus, ex nominis suj flore vocatur.Hic in AEthiopia inuenitur, cæruleum colo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

colorem habens. Optimus qui nec rarus A est, nec densitate obtusus, sed ex vtroque temperamento luce purpuráque refulgens. Hic aurē non rutilat æqualiter, sereno enim perspicuus est atque gratus, nubilo coram oculis euanescit, atque marcescit, in os missus frigidus est, in scalpturis durissimus, nec tamen inuictus, nam adamante scribitur & signatur.

Hyacinthizon Indicus est Hyacinthum propè referens. [c] Quidam autem eorum crystallis similes, capillamentis intercurrentibus obscurantur, ex quo etiam vitio nomen illorum est.

Amethystizon appellatur, quia eius extremus igniculus in Amethysti violā exit. B

[d] Chelidonia ex hirundinum colore vocata, & duorum est generum, quarum vna ex altera parte purpurea pura, & altera purpurea nigris interuenientibus maculis.

[e] Cyanea, Scythiæ gemma, cæruleo coruscans nitore, pura interdum, & punctulis intermicantibus auratis puluisculis varians.

Rhodites rosea est, & ex eo nomen accepit.

[a] Cap. IX. Amethystus. *Ex Plin. 37. c. 4.*
[b] Hyacinthus. *Solin. c. 33.*
[c] Quidam autem eorū. *Ex c. 53.*
[d] Chelidonia. *Ex Plin. c. 10.*
[e] Cyanea. *Ex Solin. c. 20. & Plin. c. 9.*

De candidis. Cap. X.

MArgarita,[a] prima candidarum gemmarum, quam inde margaritam aiunt vocatam, quòd in conchulis maris hoc genus lapidum inueniatur. Inest enim in carne Cochleæ, calculus natus, sicut in cerebro piscis lapillus. Gignitur autem de cælesti rore, quem certo anni tēpore Cochleæ hauriunt. Ex quibus margaritis quædam Vniones vocantur: aptum nomen habentes, quod tantum vnus, nunquam duo, vel plures simul reperiantur. Meliores autem candidæ margaritæ, quàm quæ flauescunt. Illas enim aut iuuentus, aut matutini roris conceptio reddit candidas: has senectus, vel vespertinus aër gignit obscuras. D

Pæderos, secunda post margaritā candidarum gemmarum, de qua quæritur in quo colore numerari debeat, toties iactati per alienas pulchritudines nominis, adeò vt decoris prærogatiua vocabulo facta sit.

Asterites, candida est, inclusam lucē continens, veluti stellam intus ambulantē, redditque Solis candicantis radios, vnde & nomen inuenit.

Galactites lactea est, quæ attrita reddit succum album ad lactis saporem, fœminis nutrientibus illigata fœcūdat vbera. Infantium quoque collo suspensa, saliuam facere fertur, in ore autem liquescere, & memoriam adimere. Mittunt eam Nilus, & Achelous amnes. Sunt, qui Smaragdum albis venis circumligatum Galactiten vocant.

Chalazias, grandinis & candorem præfert, & figuram, duritie quoque inuicta vt Adamas: etiam in igne posita manet suum frigus.

Solis gemma, candida est, traxitque nomen quòd ad speciem Solis in orbem fulgentes spargit radios.

Selenites, transluce candido melleóque fulgore, continens Lunæ imaginem, quam iuxta cursum astri ipsius perhibent in dies singulos minui, atque augeri. [b] Nascitur in Perside.

Cynædia, inuenitur in cerebro piscis eiusdem nominis, candida & oblonga. Præsagi reijs ferunt Magi signa tranquillitatis, vel tempestatis.

Belioculus albicans pupillam cingit nigrā medio aureo fulgore lucentē. Hæc propter speciem, Assyriorum regi Belo dicata, C vnde & appellata.

Epimelas dicitur, cùm in candida gemma supernè nigricat color, vnde & nomen habet.

Exhebenus speciosa & candida, qua aurifices aurum poliunt.

[a] Cap. X. Margarita. *Ex Plinio lib. 9. c. 35. & libro 37. c. 9. 10. & 11. & Solin. c. 50.*
[b] Nascitur in Perside. *Plin. verò, c. 10.* nasciq. putatur in Arabia.

De nigris. Cap. XI.

AChates reperta primùm in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis, posteà [a] plurimis in terris. [b] Est autē nigra habens in medio circulos nigros & albos iunctos & variatos, similis Hæmatiti. Magi suffitu earum, si creditur, tempestates auertunt, flumina sistunt.

Apsyctos, nigra, & ponderosa, distincta venis

venis rubentibus. Hæc excalefacta igni A septem diebus calorem tenet.

[c] Ægyptilla, nigra est radice, cærulea facie, ex Ægypto, vbi inuenitur vocata.

Medea, nigra est à Medea illa fabulosa inuenta. [c] Habet venas aërij coloris, sudorē reddit croci, saporem vini.

Veientana, Italica gemma est, à Veijs reperta, nigra facie, albis intermicātibus notis.

Baroptis, nigra est cum sanguineis & albis notis.

Mesomelas nigra, vena quemlibet colorem secante per medium.

Veneris crinis, nigerrimi nitoris, continens in se speciem rufi crinis. B

Trichrus, ex Africa, nigra est, sed tres succos reddit, ab radice nigrum, medio sanguineum, è summo ochræ.

[f] Dionysia, nigra, mixtis rubentibus notis, ex aqua trita vinum flagrat, & odore suo ebrietati resistere putatur.

Pyrites nigra quidem, sed attritu digitos adurit.

[a] Cap. XI. Achates. *Ex Plin. 37. c. 10. & 11. & Solin. c. 50.*
[b] Plurimis in locis. *Quam multa Isidoro accesserint ex posteris, vel præposteris potius auctorib. hic locus satis ostendit. Cum enim ea, quæ in omnibus libris, post hæc verba sequuntur,* Est autem nigra, habens in medio circulos nigros, & albos, iunctos, & variatos similis Hæmatiti: *neque apud Plinium, neque apud Solinum reperiremus, neque Achati planè conuenirent; incidit tandem Chacon in veteres quasdam glossas non admodum sanè bellas, in quib ita erat:* Achates dicit Isidorus etymolog. 16. gemma est reperta primùm in Silicia iuxta flumen eiusdem nominis, postea plurimis in terris. Et Pappias addit, quod habet in medio circulos nigros, & albos iunctos, & variatos. Et Hugutio dicit, quod reddit homines gratiosos. C
[c] Ægyptill. nig. rad. cerul. fac. *Plin.* Ægyptillam Iachuis intelligit per albam Sarda, nigraque vena transeunte, vulgus autem in nigra radice cæruleam facit. *Considerandum vter ex altero restituendus.*
[d] Habet venas aërij color. ærei *Gotth. o.* aurei *legitur apud Plin.*
[e] ē summo ochræ. *Al.* summo cereum *Al.* summo croceum.
[f] Dionysias. *Ex Solin. 50.*

De varijs. Cap. XII.

PAnchrus varius ex omnibus penè coloribus constans, vnde & nominatur.

[a] Orca, barbari nominis ex fuluo, & nigro, viridíque, & candido est.

Mitrydax Sole percussa, coloribus micat varijs. Gignitur in Perside.

Droselytus varius, nominis caussa, quia si ad ignem applicetur, velut sudorem mittit.

Opalus, distinctus diuersarum colore gē-marum. Est enim in eo Carbunculi tenuior ignis, Amethysti fulgens purpura, Smaragdi nitens viriditas, & cuncta pariter sub quadam varietate lucentia. [b] Nomen habet ex patria. Sola enim eum parturit India.

Ponticæ à Ponto dicuntur, genere diuerso nunc sanguineis, [c] nunc auratis guttis micantes, aliæ habentes stellas, aliæ longis colorum ductibus lineatæ.

Hexecontalithus, in parua magnitudine multicolor, vnde & hoc nomen sibi adoptauit. Tam diuersis enim notis sparsus est, vt sexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo deprehendantur. Nascitur autem in Libya apud Troglodytas.

Murrhina apud Parthos gignitur, sed præcipua in [d] Germania, humorem sub terra putant calore dēsatum, [e] vnde & nomen sumpsit. Varietas eius in purpuram, candoremque, & ignem cum quodam colorum repercussu, qualis in cælesti arcu spectantur. Cuius contraria caussa crystallum facit, gelu vehementiore concreto.

[a] Cap. XII. Orca. Orca *vel* Olea *Gotthici libri.*
[b] Nomen habet ex patria. *Adiecta hæc putamus.*
[c] Nunc auratis. Atris *Plin.*
[d] In Germania. Carmania Plin.
[e] vnde & nomē sumpsit. *Hæc quoq. aliena putabat Chacō.*

De Crystallis. Cap. XIII.

CRystallus resplendens, & aquosus colore traditur,[a] quod nix sit glacie durata per annos. Vnde & nomen ei Græci dederunt. Gignitur autē in Asia & Cypro: maximè in Septētrionū Alpibus, vbi nec æstate sol feruentissimus inuenitur. Ideo ipsa diuturna & annosa duritia reddit hanc speciē, quæ crystallus dicitur. Hic oppositus radijs Solis adeo rapit flammam, vt aridis fungis vel folijs ignem præbeat. Vsus eius etiam ad pocula destinatur. Nihil autem aliud, quàm frigidum, pati potest D

Adamas, Indicus lapis paruus & indecorus, ferrugineum habens colorem, & splendorem crystalli. Nunquam autem vltra magnitudinem nuclei auellani repertus. Hic nulli cedit materiæ, ne ferro quidem, nec igni, nec vnquam incalescit. vnde & nomen interpretatione Græca indomita vis accepit. Sed dum sit inuictus ferri, igníque contemptor, hircino rumpitur sanguine recenti & calido maceratus, sicque multis ictibus ferri perfringitur. Cuius fragmentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

scalptores pro gemmis insigniendis perforandisque vtuntur. [b] Hic autem disidet cum Magnete lapide intantum, vt iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi; Magneti autem, si admotus Magnes comprehenderit, rapiat atque auferat. Fertur quoque in Electri similitudine venena deprehendere: metus vanos expellere: maleficis resistere artibus. Genera eius sex.

Chalazias, grandinum & candorem & figuram adamantinæ duritiæ habet. Etiam in igne positæ manet suum frigus.

Cerauniorum duo genera sunt. [c] Vnum quod Germania mittit crystalli, similem, splendet tamen cæruleo, & si sub diuo positus fuerit, fulgorem rapit siderum. [d] Ceraunium alterum Hispania in Lusitanis littoribus gignit, cui colore Pyropo rubēti, & qualitas, vt ignis. Hæc aduersus vim fulgurum opitulari fertur, si credimus. Dicta autē Ceraunia, quoniam alibi nō inueniūtur, quàm in loco fulminis ictui proximo. Græcè enim fulmen. κεραυνος dicitur.

[e] Iris, apud Arabiam in mari Rubro nascitur coloris crystallini, sexangulata, dicta ex argumento Iris. Nā sub tecto percussa Sole, species & colores arcus cælestis [f] in proximos parietes emittit.

Astrios ex India est, crystallo propinqua, in cuius centro stella lucet fulgore Lunæ plenæ Sumpsit autem nomen, quòd astris oppositа, fulgorem rapit, ac regerit.

[g] Alectria quasi alectoria. In ventriculis enim gallinaceis inuenit, crystallina specie, magnitudine fabæ. Hac in certaminibus inuictos fieri Magi volunt, si credimus.

Enhydros ab aqua vocata. Exudat enim aquam, ita vt clausam in ea putes fontaneam scaturiginem.

[a] Cap. XIII. Quod sit nix glacie durat. *Ita Plin. c. 2. & August. in ps. 147. Solinus vero cap. 25.* Putant *(inquit)* glaciem coire, & in crystallum corporari, sed frustra: nam si ita foret, neque Alabanda Asiæ, neque Cyprus insula hanc materiam procrearet, quibus regionib. incitatissimus calor est. *Sed nostrum non est has lites componere.*

[b] Hic autem disidet cum magn. *è Solin. c. de India.*

[c] Vnū, quod Germania mittit. *Al.* Carmania. *Vid. Plin. lib. 36. c. 9 & Solin. c. 33. de Scandinauia. Vtrum horum secutus sit Isidorus, non liquet.*

[d] Ceraunium alterum Hisp. *Solin. c. de Hisp.* Lusitanum littus pollet gemma Ceraunio plurimum, quod etiam Indicis præferunt, huius color est è Pyropo, qualitas igni probatur, quem si sine detrimento sui perferat, aduersus vim fulgurū creditur opitulari. ex *quo loco quidā legebat*, qualitas videt igni, *vt videri sit, quod Solinus dixit, probari.*

[e] Iris. *Hæc partim è Solino, partim è Plin.* quod in Arabia, & sexangulato, *è Solino; reliqua ex Plinio.*

[f] In proximos parietes immittit. *Mendosè libri omnes* imitatur. *Plinius*, eiaculatur.

[g] Alectoria. *Ex Plin. 37. c. 10.*

De ignitis. Cap. XIIII.

OMnium [a] ardentium gemmarum principatum Carbūculus habet. Carbunculus autem dictus, quòd sit ignitus, vt carbo, cuius fulgor nec nocte vincitur. Lucet enim in tenebris, adeò vt flammas ad oculos vibret. Genera eius XII. sed præstantiores, qui videntur fulgere, & velut ignem effundere. Carbunculus autem Græcè ἀνθραξ dicitur. Gignitur in Libya apud Troglodytas.

Anthracites vocatus, quòd sit & ipse coloris ignei, vt carbunculus, sed candida vena præcinctus, cuius proprium est quòd iactatus in ignem velut intermortuus extinguitur: at contrà aquis perfusus exardescit.

Sandasirus, nascitur in India loco eiusdē nominis. Species eius, quòd, veluti in trāslucido igne, intus fulgent aureæ guttæ. Constat autem inter omnes, [b] quantum numero stellarum accedit, tantum & pretio accedere.

[c] Lychnites, ex eodem genere ardentium est, appellata à lucernarū flagrantia. Gignitur in multis locis, sed probatissima apud Indos. Quidam eam remissiorem Carbunculum esse dixerunt. Huius duplex facies: vna quæ purpura radiat: altera, quæ cocci rubore. A Sole excalefacta, aut digitorum attritu paleas, & chartarum fila ad se rapere dicitur. Scalpturis resistit, ac si quando scalpta fuerit, dum signa imprimit, quasi quodā animali morsu partem ceræ retentat. Genera eius quattuor.

Carchedonia, hoc quòd & Lychnites facere dicitur, quanquā multo vilior prędictis. Nascitur apud Nasamonas imbre, vt ferunt, diuino. Inuenitur ad repercussum Lunę plenæ. Omnia autē genera scalpturæ resistunt.

Alabādina dicta ab Alabāda Asiæ regione, cuius color ad Carchedoniā vadit, sed rarus.

Dracontites, ex cerebro draconis eruitur, quæ nisi viuenti abscisa fuerit, non [d] ingemmescit: vnde & eam Magi dormientibus draconibus amputant. Audaces enim viri explorant draconum specus, & spargunt ibi gramina medicata ad incitandum draconum soporem, atque ita somno sopitis capita

[a] Cap. XIIII. Omnium. *Ex Plinio 37. & solin.*

[b] Quantum numero stillarum. stellarū *apud Plin.*

[c] Lychnites. *Ex Solin. c. 65.*

[d] Non ingemmescit. *Sic V. CC. Plinius* gemmescit.

[e] Chrysoprasus. *In Solini manuscr. exemplari. cap. de Æthiop. sic legitur.* Vbi hyacinthus, ibi & Chrysoprasus apparet, quem lapidem lux celat, produnt tenebræ; hæc enim in eo diuersitas, vt nocte igneus sit, die pallidus. *Quæ omnia Chrysolampi tribuunt Plin. & Isidorus c. seq. & Solini edita exemplaria. Ergo deleri hæc iussit poterant.*

[f] Phlogites. *Ita dicitur à Solino, à Plinio* Phlegontis.

[g] Syrtites. *Ex Plin. c. 10. aut potius ex Solin. c. 8.*

De Aureis. Cap. XV.

SVnt quædam gemmarum genera ex specie metallorum, vel lapidum cognominata.

[a] Chrysopis, aurum tantum videtur esse.

[b] Chrysolytus, auro similis est cum marini coloris similitudine, hunc Æthiopia gignit.

Chryselectrus, similis auro, sed in colorem electri vergens, matutino tantum aspectu iucundus, rapacissimus ignium, & si iuxta fuerit celerrimè ardescens.

[c] Chrysolampis, ex auro & igne vocata. Aurea est enim die, & noctu ignea: hanc Æthiopia gignit.

[d] Ammochrysus, arenis auro intermixtis, nunc bracteārum, nunc pulueris habet quadrulas. Gignitur in Persida.

Leucochrysus, colore aureo interueniēte candida vena.

[e] Melichrysus dicta, quòd veluti per aurum syncerum mel: sic hæc gemma transluceat.

Chrysocolla gignitur in India, vbi formicę

capita desecant, & gēmas detrahunt. Sunt autē candore translucido. Vsu earum Orientis reges præcipuè gloriantur.

[f] Chrysophrasius Æthiopicus est, quem lapidem lux celat, prodit obscuritas. Nocte enim igneus est, die aureus.

[f] Phlogites, ex Persida est, ostentans intra se quasi flammas æstuantes, quæ non exeant.

[g] Syrtites, vocata quoniam in littore Syrtium inuenta primùm est in parte Lucaniæ. Color eius croceus: intus stellas continens elanguidas, sub nubilo renitentes.

Hormesion inter gratissimas aspicitur, & igneo colore radians auro portante secum in extremitatibus candidam lucem.

[a] Cap. XIIII. Omnium. *Ex Plinio 37. & solin.*

[b] Quantum numero stillarum. stellarū *apud Plin.*

[c] Lychnites. *Ex Solin. c. 65.*

[d] Non ingemmescit. *Sic V. CC. Plinius* gemmescit.

[e] Chrysoprasus. *In Solini manuscr. exemplari. cap. de Æthiop. sic legitur.* Vbi hyacinthus, ibi & Chrysoprasus apparet, quem lapidem lux celat, produnt tenebræ; hæc enim in eo diuersitas, vt nocte igneus sit, die pallidus. *Quæ omnia Chrysolampi tribuunt Plin. & Isidorus c. seq. & Solini edita exemplaria. Ergo deleri hæc iussit poterant.*

[f] Phlogites. *Ita dicitur à Solino, à Plinio* Phlegontis.

[g] Syrtites. *Ex Plin. c. 10. aut potius ex Solin. c. 8.*

De Aureis. Cap. XV.

SVnt quædam gemmarum genera ex specie metallorum, vel lapidum cognominata.

[a] Chrysopis, aurum tantum videtur esse.

[b] Chrysolytus, auro similis est cum marini coloris similitudine, hunc Æthiopia gignit.

Chryselectrus, similis auro, sed in colorem electri vergens, matutino tantum aspectu iucundus, rapacissimus ignium, & si iuxta fuerit celerrimè ardescens.

[c] Chrysolampis, ex auro & igne vocata. Aurea est enim die, & noctu ignea: hanc Æthiopia gignit.

[d] Ammochrysus, arenis auro intermixtis, nunc bracteārum, nunc pulueris habet quadrulas. Gignitur in Persida.

Leucochrysus, colore aureo interueniēte candida vena.

[e] Melichrysus dicta, quòd veluti per aurum syncerum mel: sic hæc gemma transluceat.

Chrysocolla gignitur in India, vbi formicę eruunt aurum. Est autem auro similis, & habet naturam Magnetis, [f] nisi quod augere aurum traditur, vnde & nuncupatur.

[g] Argyrites similis argento, habens stigmata aurea.

Androdamas argenti nitorem habet, & penè adamas, quadrata semper tesseris. Magi putant nomen impositum ab eo quod animorum impetus, vel iracundias domare & refrænare dicatur, si credimus. Gignitur in mari Rubro.

Chalcites, ærei coloris est.

Chalcophonos, nigra est, sed lapidi illisa æris tinnitum reddit.

Balanitæ, duo sunt genera, subuirides & Corinthij æris similitudine, mediā secante flammea vena.

[i] Sideritis, à contēplatione ferri nihil dissonat: verum maleficus, quoquò, inferatur discordias excitat.

Idæus dactylus, ex insula Creta est ferrei coloris, caussa nominis eius, quia pollicem humanum exprimit.

Æthiopicus ferrei coloris est, qui dum teritur nigrum succum emittit.

[k] Zmilaces, in Euphratis alueo legitur Proconesio marmori similis, medio colore glauco, veluti oculi pupilla internitens.

Arabica, ex patria dicta, aspectu eburnea est.

Hephæstites speculi naturā habet in reddendis imaginibus, quanquam rutilet: experimentum eius, si feruenti aquæ addita statim refrigeret: aut si Soli oppositа aridam materiam accendat. Nascitur in Coryco.

Ostracites, lapidosus, colore testaceo, durior. Altera Achati similis, nisi quòd Achates politura pingueſcit. Duriori tanta ineſt vis, vt aliæ gemmæ scalpantur fragmentis eius.

[l] Glossopetra, similis est linguæ humanæ, vnde & nomen sumpsit. Fertur autem, deficiente luna, è cælo cadere, cui non modicā Magi tribuunt potestatem. Nam ex eo lunares motus excitari putant.

Sunt & quædam gēmarum genera cognominata ab animalibus.

Echites, vipereas maculas exprimit.

Carcinias marini cancri coloris est.

Scorpitis, scorpionem & colore, & effigie refert.

Myrmicites, formicæ reptantis effigiem imitatur.

Taos, pauoni est similis.

Hieracites, accipitris coloris.

[m] Ætites, aquilæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ægopthalmos, caprino oculo similis.

[n] Lycopthalmos, quattuor colorum, ex rutilo sanguinea, in medio nigrum candido cingit, vt luporum oculus.

Meconites papauer exprimit.

Sunt & quædam gemmæ, quibus gentiles in superstitionibus quibusdam vtuntur.

Liparia suffita, omnes bestias euocari tradunt.

[o] Ananchitide in hydromantia dæmonũ imagines euocari dicunt.

Synocitide vmbras inferorum euocatas teneri, aiunt.

[p] Chelonites, oculus est Indicæ testudinis, varius & purpureus. Per hunc Magi impositum linguæ futura prænuntiari fingunt.

[q] Brontia à capite testudinum, cum tonitruis cadere putatur, & restinguere fulminis ictus.

Hyænia, lapis in oculis Hyænæ bestiæ inuenitur: qui si sub lingua hominis subditus fuerit, futura eum præcinere dicunt.

Sed & Corallium tempestati & grandini resistere fertur.

[r] Pontica, est gemma quædam liuore perlucida: habens stellas rubeas, interdum & aureas. [f] Dicunt per eam interrogari dæmones, & fugari.

[t] In quibusdam gemmarum generibus veras à falsis discernere magna difficultas est: quippe cùm inuentum sit ex vero genere alterius in alia falsa transducere, vt Sardonices, [v] quæ ternis glutinantur gemmis, ita vt deprehendi non possint. Fingunt enim eas ex diuerso genere, nigro, candido, minióque colore. Nam & pro lapide pretiosissimo Smaragdo quidam vitrum arte inficiunt, & fallit oculos subdolè quædam falsa viriditas, quoadusque non est, qui probet simulatum, & arguat: sic & alia alio, atque alio modo. Neque est sine fraude vlla vita mortalium.

Omnes autem non transluciclas gẽmas, Cæcas appellant, eò quòd densitate sua obscurentur.

[a] Capit. XV. Chrysopis. *sic etiam dicitur ab alijs.* Chrysophis *à Plinio.*

[b] Chrysolithus cum marini coloris similitudine. *Non dubito, quin ad Hieronym. Isidorus respexerit; ille enim Daniel. 10.* Pro Chrysolitho *(inquit)* qui vnus est ex XII. lapidib. qui ponitur in Logio Pontificis, LXX. interpretes mare appellauerunt.

[c] Chrysolampis. *Al.* Chrysolampsis.

[d] Ammochrysus. *Ex Solin.*

[e] Melichrysis. *Plin. c. 9.* Sunt & Melichrysi, velut per aurum syncero melle translucente.

[f] Nisi quod augere aurum traditur. Agere aurum *legebat A. Couarruuias, vt agere sit, quod Plinius dixit,* trahere, *vel* iungere.

[g] Argyrites habens stigmata. *Stemmata, Gotthici.*

[h] Quadrata semper tesseris. *Plin.* quadrata semper tesselis similis.

[i] Sideritis. *è Solin. Plinius quoq. c. 10.* Sideritis ferro similis, litigio illata discordias facit.

[k] Zmilaces. *Ex Plinio, & Solin.*

[l] Glossopet. *Diuersa ab his tradit Plinius. Verum hæc à Solino sunt.*

[m] Ætites aquilæ. *Plinius,* Ætites à colore aquilæ candicante cauda.

[n] Lycophthalmus. *Ex Plin. c. 11.*

[o] Ananchitide. *Plin.* Ananchitide in hydromantia dicunt euocari imagines deorum.

[p] Chelonites. *De Chelonia hæc prodit Plinius.*

[q] Brontia. *Plinius c. 10.* Brontia capitib. testudinũ similis, & cum tonitruis cadens, vt putant, fulmine icta restinguit. *Idem voluit Isidorus.*

[r] Pontica--stillas aureas. Stellas aureas *Solinus--* Stellas atras *Plin.*

[f] Dicunt per eas interrogari d. e. effug. *Hæc vnde sint, non constat.*

[t] In quibusd. gemma. gener. veras à falsis disc. *Ex Plin. c. 12.*

[v] Quæ ternis glutinantur gemmis. *Ex Plin. idid.*

De vitro. Cap. XVI.

VItrum dictum, quod visui perspicuitate transluceat. In alijs enim metallis quidquid intrinsecus continetur, absconditur: in vitro verò quilibet liquor vel species qualis est interius, talis exterius declaratur, & quodammodo clausus patet. Cuius origo hæc fuit. In parte Syriæ, quæ Phœnice vocatur, finitima Iudææ, circa radicem montis Carmeli palus est, ex qua nascitur Belus amnis, quinque millium passuum spatio in mare fluens iuxta Ptolemaidem: [b] cuius arenæ de torrente fluctu sordibus eluuntur. Hic fama est, appulsa naue mercatorũ nitri, cùm sparsim per littus epulas pararent, nec essent pro attollendis vasis lapides: glebas nitri ex naue subdidisse, quibus accensis, permixta arena littoris, transluc entes [c] noui liquoris fluxisse riuos, & hanc fuisse originem vitri. Mox, vt est ingeniosa sollertia, non fuit contenta solo nitro, [d] sed & alijs mixturis hanc artem studuit. Leuibus enim aridisq. lignis coquitur, adiecto cyprio, ac nitro, continuisque fornacibus, vt æs liquatur, massæq. fiunt. Postea ex massis rursus funditur in officinis, & aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo cælatur. Tinguitur etiã multis modis, ita vt hyacinthos saphirósq. & virides

virides imitetur, & Onyches vel aliarũ gemmarum colores: neque est alia [e] speculis aptior materia, vel picturæ accommodatior. Maximus tamen honor in candido vitro, proximoq. in crystalli similitudine. Vnde & ad potandũ argenti metalla, & auri pepulit vitrum. Olim fiebat & in Italia: & per Gallias, & Hispaniam arena alba mollissima pila, molàq. terebatur. De hinc miscebatur tribus partibus nitri põdere, vel mensura: ac liquata in alias fornaces trãsfundebatur, quæ massa vocabatur Ammonitrũ, atq. hæc recocta fiebat vitrũ purũ, & candidũ. In genere vitri & Obsidianus lapis annumeratur. Est autẽ vrens interdũ, & niger aliquando, & trãslucidus crassiore visu, & speculis parietũ pro imagine vmbras reddente: gemmas ex eo multi faciunt. Hunc lapidẽ & in India, & in Italia, & ad Oceanum in Hispania nasci tradunt. [f] Ferunt autẽ sub Tiberio Cæsare quendam artificẽ excogitasse vitri tẽperamentũ, vt flexibile esset, & ductile. Qui dũ admissus fuisset ad Cæsarẽ, porrexit phialã Cæsari, quã ille indignatus in pauimentum proiecit. Artifex autem sustulit phialam de pauimento, quæ complicauerat se tanquam vas æneum: [g] deinde marculum de sinu protulit, & phialam correxit. Hoc facto Cæsar dixit artifici, Nunquid alius scit hanc condituram vitrorum? Postquam ille iurans negauit alterum hoc scire, iussit illum Cæsar decollari, ne, dum hoc cognitum fieret, aurum pro luto haberetur, & omniũ metallorum pretia abstraherẽtur. Et re vera, quia si vasa vitrea nõ frangerẽtur, meliora essent, quàm aurum & argentum.

[a] Cap. XVI. Vitrum *Vid. Plin. lib. 36. c. 26.*

[b] Cuius arenæ de torrẽte fluctu sordib. eluuntur. *Aperta sententia. Hoc est cuius arenæ torrens fluctus sordib. eluit. Nec est cur in ea, ingenioſi videamur, quamuis paullò aliter eadem enuntiauerit Plinius.*

[c] Noui liquoris. *Al.* Nobilis liquoris.

[d] Sed & alijs mixturis hanc art. stud. *Assentior Chaconi, qui adulterina ista censebat.*

[e] Speculis aptior. *Plinius* sequacior.

[f] Fertur autẽ sub Tib. *Vid. Plin. & Dio. lib. 57.*

[g] Deinde marculum. *Al.* Martulum.

De Metallis. Cap. XVII.

METallum dictũ Græcè ἀπὸ τῦ μεταλλᾶν quòd natura eius ea sit, vt vbi vna vena apparuerit, ibi spes sit alterius inquirendi. Septem autem sunt genera metallorũ: aurum, argentum, æs, electrum, stagnũ, plumbum, &, quod domat omnia, ferrum.

De auro. Cap. XVIII.

AVrum [a] ab aura dictum, id est, à splendore, quòd repercusso aëre plus fulgeat. Vnde & Virgilius: Discolor inde auri per ramos aura refulsit, hoc est, splendor auri. Naturale enim est, vt metallorũ splendor plus fulgeat luce alia repercussus. [b] Hinc & aurarij dicti, quorum fulgor splendidos reddit.

[c] Obryzum aurum dictũ, quod obradiet splendore: est enim coloris optimi, quod Hebræi Ophaz, [d] Græci κίβδηλον vocant.

[e] Bractea dicitur tenuissima lamina, ἀπὸ τῦ βραχεῖν, quod est ἠχαῦν, id est, à crepitando.

Pecunia prius de pecudibus, & proprietatem habebat, & nomen. [f] De corio enim pecudum nummi incidebantur, & signabantur. Postea à Saturno æreus nummus inuentus. Ipse enim signari nummos & inscribi constituit: propterea & ærarium Saturno à Gentilibus consecratum est. Alij, vt superius, pecuniam à pecudibus appellauerunt: sicut à iuuando iumenta dicta sunt. [g] Omne enim patrimonium apud antiquos peculium dicebatur à pecudibus, in quibus eorum constabat vniuersa substantia, vnde & pecuarius vocabatur, qui erat diues, [h] modo verò pecuniosus. Antiquissimi, nondum auro, argentóque inuento, ære vtebantur. Nam prius ærea pecunia in vsu fuit, post argentea, deinde aurea subsecuta, sed ab ea, qua cœpit, nomẽ retinuit. Vnde & ærarium dictum, quia prius æs tantum in vsu fuit, & ipsum solum recondebatur, auro argentóq. nondum signato, ex quorũ metallis, quamuis postea fuisset facta pecunia, nomen tamen ærarij permansit ab eo metallo, vnde initium sumpsit.

Thesaurus iuxta Græcam proprietatem ἀπὸ τῆς θέσεως à positione, hoc est, à repositio nominatur. Nam θέσις positio dicitur, & est nomen ex Græco Latinóque sermone compositum. Nam θες Græci repositum dicunt, Latini aurum, quod iunctum sonat repositum aurum.

Auraria, nomen habet ab auro.

[i] Tributa verò, eo quod antea per tribus singulas exigebantur: sicut nunc per singula territotia. [k] Sic autem in tres partes diuisum fuisse Romanum populum constat, vt qui præerant in singulis partibus Tribuni dicerentur. Vnde etiam sumptus, quos dabant populi, tributa nominauerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vectigalia, sunt tributa, à vehendo dicta.

Stipendium à stipe pendenda nominatum. Antiqui enim appendere pecuniam soliti erant magis, quàm annumerare.

Moneta appellata est, quia monet, nequa fraus in metallo vel pondere fiat.

Nomisma, est solidus aureus vel argenteus siue æreus, qui ideo nomisma dicitur [l] quia nominibus principum effigijsque signabatur. Primus nũmus ἄργυρος nuncupabatur, quia quamplurimum ex argento percutiebatur.

[m] Nũmi, autẽ à Numa Romanorum rege vocati sunt, qui eos primum apnd Latinos imaginibus notauit, & titulo nominis sui præscripsit.

Folles dicuntur à sacculo, quo conduntur: à continente id, quod continetur, appellatum,

In nomismate tria quæruntur, metallum, figura, & pondus. Si ex ijs aliquid defuerit, nomisma non erit.

Tria autem sunt genera argenti, & auri, & æris: signatum, factum, infectum. Signatum est, quod in nummis est: factum est, quod in vasis & signis: infectum, quod in massis,[n] quod & graue dicitur, id est, massa. In notitiam autem formarum metalla ita venerunt. [o] Dum enim quacunq. ex caussa ardentes syluæ excoquerent terram, excalefactis, venis fudit riuos [p] cuiuscunque strictura. Siue igitur æs illud fuerat, siue aurum, cùm in loca terræ depressiora decurreret, sumpsit figurã, in quam illud vel profluens riuus, vel excipiẽs lacuna formauerat. Quarum rerum splendore capti homines, cùm ligatas attollerent massas, viderunt in eis terræ vestigia figurata, hincque excogitauerũt liquefactas ad omnem formam posse deduci.

[a] Cap. XVIII. Aurum ab aura. *é Seru. Æn. 6. ad illud* Discolor vnde auri per aura refulsit inde *tamen habent constanter Gotth. in versu Maronis.*

[b] Hinc & aurarij dicti. q. f. sp. v. *Verba sunt seruij ibidem, nisi quod apud illum* aurati, & fauor *legitur. sed idem Seruius eod. lib. ad illud.* gaudens popularib. auris, Auris *(inquit)* fauorib. vnde & aurarij dicuntur fautores.

[c] Obryzum autem dictum quod obrad. *De hoc notationum genere semel monuisse fuit satis. Sed occasionẽ fortasse sumpsit ex verbis Hieron. ad Ierem. c. 10.* Septem *(inquit)* nominib. apud Hebræos appellatur aurũ. Quorum vnũ Ophaz dicitur, quod nos dicere possumus Obryzũ, *vt splendeat in superficie idolorum.* Et *in epist. ad Principiam;* Ophir genus auri à loco Indiæ, vel à colore, nomine indito.

[d] Greci χρῦσον. *Vt de hac scriptura minus dubitari possit:* Ciaron *Latinis litteris scriptum est in Gotth. Ouet. colleg. & in Silien. Est autem χρῦσον fuluum.*

[e] Bractea-- ἀπὸ τῆς βρέμεσθαι quæ est ὀνοματοποιία crepitandi: ἢ ἀπὸ τῆς βράσσειν quod est ἠχεῖν. *Ne de hac quidem lectione, quantumuis in codicib. deformata, dubitare licet.*

[f] De corio. n. pecud. n. i. *Cassiod. lib. 7. variar.* Pecunia enim à pecudis tergo nominata. Gallis auctoribus, sine aliquo adhuc signo, ad metalla translata est. *Vid. Suid. in* ἀσσάρια.

[g] Omne. n. patrimon. ap antiq. *è Seru. Eclog. 1. ad illud.* Nec cura peculi.

[h] Modo vero pecuniosus. *Hieron. Ecclesiast.* Porrò Tullius pecuniosos primitus dictos refert, qui plura habuisse peculia, id est pecora, designantur, ita n. antiquitus appellabãt; paullatim autem per abusionem nomen ad aliud deuolutum est.

[i] Tributa. *Ita Varro lib. 4.*

[k] Sic autem-- nominarunt. *Verba seruij Æn. 5. ad illud:* tres equitum numero turmæ, &c.

[l] Quia nominib. princip. *Repetuntur hæc inf. c. 24.*

[m] Nummi autem à Numa. *Ex Epiphan. lib. de ponderib. idem refert Suid. in voce* ἀσσάρια *ex Tranquillo.*

[n] Quod & graue dicitur. i. massa. *Seru. Æneid. 6. ad illud.* Egreginm forma iuuenem, &c.

[o] Dũ enim quacunq. ex caussa ardent syluæ, &c. Vsq. ad finem cap. *Totus locus adumbratus ex Lucretij lib. 5.* Quidquid id est, quacunq. ex caussa flãmeus ardor Horribili son, &c.

[p] Cuiuscunq. strictura. *Sic Virg. Æn. 7.* strictura Chalybum *dixit. Est autem strictura, vt ait eo loco Seruius.* Terra ferri in massam coacta.

De Argento. Cap. XIX.

ARgentum non longe à Græca [a] appellatione distat. Hoc enim illi ἄργυρον vocant. Cui mirum in modum illud inest, vt dum cãdidum sit, impressum corpori lineas nigras reddat.

Argentum viuum dictum, quod excidat materias, in quibus inijcitur: hoc & liquidum, quia percurrit. Inuenitur specialiter in metallis, siue in argentarijs fornacibus gutarum concretione tectis inhærens: sæpe etiã & in stercore vetustissimo cloacarum, vel puteorum limo. Fit etiam & ex minio impositio conchulæ ferreæ, patina testea superposita, tum circumlito vasculo circumdantur carbones, sicque argentum viuum ex minio destillat: sine hoc neque argentum, neque æs inaurari potest. Tantæ autem virtutis est, vt si super sextarium argenti viui centenarium saxum superponas, oneri statim resistat. Sin verò auri scriptulum, leuitatem eius raptim sinu recipit: ex quo

quo intelligitur, non pondus, sed naturam esse, cui cedit. Seruatur autem melius in vitreis vasculis, nam cæteras materias perforat. [c] Potui autem datum interficit, ponderis caussa.

Argenti purgamenta λιθάργυρος, quam nos spummam argẽti appellamus. Fit enim ex argento & plumbo.

[a] Cap. XIX. Cui mirum in modum illud inest, *Huius rei memmere Plinius, & Augustinus lib. 21. de ciuit. cap. 7.*

[b] Sine hoc neque argentum, neq. *Vitruuius lib. 7. cap. 8.*

[c] Potui autem datum interf. p. c. *è Dioscorid.*

De Ære. Cap. XX.

AEs à splendore aëris vocatum, sicut aurum & argentum.[a] Apud antiquos autem prius æris, quàm ferri cognitus vsus. Ære quippe prius proscindebant terrã: ære certamina belli gerebant, eratque in pretio magis æs: aurum verò & argentum propter inutilitatem reijciebantur. Nunc versa vice iacet æs, aurum in summum cessit honorẽ: sic voluenda ætas commutat tempora rerum. Et quod fuit in pretio, fit nullo denique honore.[b] Vsus æris posteà transijt in simulacris, in vasis, in ædificiorum structuris, maximè & ad perpetuitatem monimentorum etiam publicæ in eis constitutiones scriptæ sunt.

[c] Cyprium æs, in Cypro insula prius repertum, vnde & vocatũ: factum ex lapide croso, quam Cadmiã vocant, & est ductile, huic si addatur plumbum, colore purpureo fit.

[d] Aurichalcum dictum, quod & splendorem auri, & duritiam æris possideat. Est autem nomen compositum ex lingua Latina & Græca. Æs enim sermone Græcorũ χαλκὸς vocatur. Fit autem ex ære & igne multo, ac medicaminibus perducitur ad aureũ colorem.

Corinthium, est commixtio omniũ metallorum, quod casus primum miscuit, Corintho, cùm caperetur, incensa.[e] Nam dum hanc ciuitatem Hannibal cepisset: omnes statuas æreas, & aureas, & argenteas in vnũ rogum congesit, & eas incendit. Ita ex hac commixtione fabri substulerunt, & feceręt paropsides. Sic Corinthia nata sunt ex omnibus in vnum, nec hoc, nec illud. Vnde & vsque in hodiernum diem: siue exipso, siue ex imitatione eius æs Corinthium, vel Corinthia vasa dicuntur. Huius tria genera: vnum candidum, ad argenti nitorem accedens: alterum, in quo ipsius auri fulua natura est: tertium, in quo æqualis cunctorum temperies.

[f] Coronarium, ex ductili ære tenuatur in laminas, taurorumque felle tinctum speciẽ auri in coronis histrionum præbet, vnde & appellatum.

Pyropum igneus color vocauit. Námque in singulas vncias æris, additis auri scripulis senis, prætenui bracteæ ignescit, flammasq. imitatur, vnde & Pyropum dicitur.

Regulare æs dicitur, quod ab alijs ductile appellatur: quale omne Cyprium est.

Ductile autem dicitur, eo quòd malleo producatur, sicut contrà fusile, quod tãtùm funditur. Hoc & Caldarium, quod tantùm funditur. Nam malleis fragile est. Siquidem omne æs diligentius purgatis igne vitijs excoctisque regulare efficitur.

Campanum quoq. inter genera æris vocatur à Campania prouincia, quæ est in Italiæ partibus, vtensilibus & vasis omnibus probatissimum.

[g] Æs omne frigore magno melius fundi tur.[h] Æs rubiginem celerius trahit, nisi oleo perungatur: seruari autem id optimè in liquida pice tradunt.

Inter omnia metalla æs vocalissimũ est, & maximæ potestatis, ideò & ænea limina, vnde & Virgilius, foribus cardo stridebat ahenis. Purgamenta æris Cadmia, & Chalcitis. Cadmia, ęrugo æris: Chalcitis, æris flos.

Cadmia gignitur in metallorum æris atq. argenti fornacibus, insidente nidore. Namque vt ipse lapis, ex quo fit æs, Cadmia vocatur: sic rursus in fornacibus existit, & nominis sui originem recipit.

Æris flos fit, seu gignitur conflationibus, resoluto, atque reliquato ære, superfusa frigida. Repentina enim densatione, tanquam desputo, reparatur flos.

[i] Æruginem æs quoque creat. Nam laminæ æreæ super vas aceti asperrimi sarmentis superpositæ,[k] atque ita distillantibus, quod ex eo cecidit in ipsum acetum, teritur & cribratur.

[a] Cap. XX. Apud antiquos autem prior æris. *Lucretius lib. 5.* & prior æris erat, quàm ferri cognitus vsus. *ex quo sunt omnia vsque ad,* nullo denique honore *Reliqua huius capitis è Plinij lib. 3.*

[b] vsus æris. *è Plin. c. 3. & seqq. vsq. ad 9. è quo extremo*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt pleraq. huius loci verba.

c Cyprium æs. *ex c. 2. 4 & 10.*

d Aurichalcum, quod & splendorem aur. & dur. æt. poss. *Verba sunt Seruij Æn. 11. ad illud.* Ipse de hinc auro squallentem, albóque orichalco- *de etymolog. vid Fest.*

Fit autem ex ære, &c. *Quærendus huius medicaminis auctor, neq. n. hæc ex Plin.*

e Nam dum hanc ciuitatem Hannibal. *μηχανήσεται ἀμάχητον. Non enim Corinthum Hannibal, sed C. Mummius Consul cepit ann. ab Vrb. cond.* 150 111.

f Coronarium Regulare-- Pyropum-- Campanum. *è c. 8.*

g Æs omni frigore mel. *è c. 9.*

h Æs rubiginem celerius trahit. *Plinius:* æra extersa rubiginem celerius trahunt, quàm neglecta, nisi oleo perungãtur, &c. *ergò deesse hic videtur aliquid.*

i Æruginem quoq. creat. Nam laminę æreæ. *Hoc de cerussa Plin. c. 13.*

k atq. ita distillantibus. *Al.* distillantes.

De ferro. Cap. XXI.

FErrum dictum, quòd farra, id est, semina frugum terræ cõdat. Idem & Chalybs à Chalybe flumine, vbi ferrũ optima acie tẽperatur. [a] Vnde & abusiuè dicitur chalybs ipsa materies, vt, Vulnificusque chalybs.

[b] Ferri vsus post alia metalla repertus est. Cuius postea versa in opprobrium species. Nam vnde prius tellus tractabatur, inde modo cruor effunditur. Nullum autem corpus tam densis inter se cohęrentibus, & implicitis elementis, quàm ferrum: vnde inest illi duritia cum frigore. [c] Ferri autem metallũ penè vbiq. reperitur: sed ex omnibus generibus palma Serico ferro datur. Seres enim hoc cum vestibus suis, pellibusque mittunt. Secunda Parthico, neque alia genera ferri ex mera acie tẽperantur. Cæteris enim admiscetur mollior complexus.

Differentia ferri plurima iuxta terræ genus. Nam aliud molle, plumboq. vicinum, rotarum & clauorum vsibus aptum: aliud fragile, & ęrosum, [c] culturæ terrę conueniẽs: aliud breuitate sola placet, clauisque caligarijs: aliud rubiginem celerius sentit. Strictureę vocantur hæ omnes, quod non in alijs metallis: à [f] stringendo aptè vocabulo imposito. Aquarum verò summa differentia est, quibus ferrũ candens immergitur, quo vtilius fiat: [g] sicut Bilbili in Hispania, & Tirasone, Comi in Italia.

In acuendo ferro, [h] oleo delectatior fit acies, vnde & tenuiora ferramenta oleo restingui mos est: ne aqua infragilitatem durẽtur. [i] A ferro sanguis humanus sese vlcisci tur. Contactum namq. celerius rubiginem trahit. Cum ferro Magnes lapis concordiam habet. Sola enim hæc materia vim ab hoc lapide accipit, retinętque longo tempore. Ex eodem lapide architectus quidam Alexandriæ templum cõcamerauit: vt in eo simulacrũ ferro in aëre pendere videretur. [k] Ferrum accẽsum igni, nisi duretur ictibus, corrumpitur. Rubens non est habile ad tundendum, neque antequam albescere incipiat. Aceto, vel alumine illitum ferrum, fit æris simile.

Purgamenta ferri, rubigo, & scoria.

Rubigo, est vitiũ rodens ferrum ipsum, vel segetes, quasi rodigo mutata vna litterа: hæc & ęrugo ab erodendo. Nam ęrugo vitium est ferri, ab erodendo dicta, non ab æramento.

[l] Scoria verò purgamenta, & sordes sunt, quæ igne excoquuntur. Et dicta scoria, quia de ferro excutitur.

[m] Rubigine autem caret ferrum, si cerussa, & gypso, & liquida pice perungitur. Item rubigo ferramenta nõ vitiat, si eadem medulla ceruina, vel cerussa mixta rosaceo vngatur.

[a] Cap. XXI. Vnde & abusiuè, &c. *è Seru. Georg. 1. ad illud.* At Chalybes nudi ferrum.

[b] Ferri vsus post alia metall. rep. *Lucretius.* Inde minutatim processit ferreus ensis, Versaq. in opprobrium species est falcis ahenæ.

[c] Ferri autem metall. p. vbique rep. *è Plin. 34. c. 14 à quo sunt ferè, quæ restant.*

[d] Cæteris enim admiscetur mollior complexus. *Sic etiam interpungendus locus Plinij.*

[e] culturæ terræ conueniens. *Hæc vtrum Plinio Isidorus, an Isidoro alius adiecerit, non dixerim.*

[f] à stringẽdo aptè vocabulo imposito. *Sic o. l.* ab stringenda acie v. imp. *Plinius, vter ex altero restituendus, alij viderint. Mihi Isidori nonn. cc. lectio non displicet. Seru. Æn. 8.* stricturа est terra ferri in massam coacta. *nihil de acie.*

[g] Sicut Bilb. *aliquid deesse videtur. Vid. Plin.*

[h] Oleo delectatior *S. o. libri.* delicatior *apud Plin.*

[i] à ferro sanguis hum. f. v. *Verba sunt Plinij.*

[k] ferrum accensum. *Ex c. 15.*

[l] Scoria. *Ex Hieron. in Ezech. 22.*

[m] Rubigine autem car. f. *Ex Plin. ibid.*

De plumbo. Cap. XXII.

PLumbum dictum, quod ex eo primũ pilis factis maris altitudo tentata est. [a] Huius verò genera duo sunt, nigrum & candidum: sed melius candidũ, quod prius in insulis Atlantici maris inuentum est. Siquidem & in Lusitania, & in Gallecia gignitur, summa terra arenosa, & coloris nigri, & ponderis

ponderis grauis: interueniunt & minuti calculi, maximè torrentibus siccatis, lauant eas arenas, & quod subsidit, coquunt in fornacibus. Inueniũtur & in aurarijs metallis aqua missa calculi nigri, & graues, & dum aurũ colligitur cum eo remanent, postea separati conflantur, & in plumbum album resoluuntur. Inde & eadem grauitas plumbi, quę auri.

Nigrum plumbum circa Cantabriam abundat, cuius origo duplex est. Aut enim solum ex sua vena prodit, aut cum argento nascitur, mixtisque venis conflatur. Huius primus in fornacibus liquor, stannum est: secundus, argentum: quod remanet, superaddita vena, rursusque conflata, fit nigrum plumbum.

[b] India neque plumbum, neque æs habet: gemmis tantum & margaritis hæc permutat, Nigro plumbo ad fistulas, laminasq. vtimur. Laboriosius in Hispania & Gallia eruitur plumbũ. Nam in Britannia summo terræ corio.

[a] Cap. XXII. Huius genera sunt nig. *è Plinio. 34. cap. 16.*

[b] India neq. plumbum. *è c. 17.*

De stanno. Cap. XXIII.

STanni [a] etymologia, *ἀποχωρίζων*, id est, separans & secernens. Mixta enim & adulterata inter se per ignẽ metalla dissociat, & ab auro & argento æs plumbumque secernit, alia quoque metalla ab igne defendit, & cum sit natura æris ferrique durissima, si absq. stanno fuerit, vritur & crematur. [b] Stãnum illitum æreis vasis saporem facit gratiorem, & compescit virus æruginis. Specula etiam ex eo temperantur. Cerussa quoque ex eo, sicut & ex plumbo, conficitur.

[a] Cap. XXIII. Stanni etymologia-- crematur. *Totus locus concinnatus ex verbis Hieronymi in Zachar. cap. 4 ex quibus, quæ ad etymologiam attinẽt retulisse sufficiet.* lapis (inquit) id est, massa, qui apud Hebræos הַבְּרִיל scribitur, id est, stanneus, *ἐτυμολογεῖται ἀποχωρίζων*, id est separans, & secernens, vt quomodo stannũ mixta, & adulterata, &c.

[b] Stannum illitum-- conficitur. *Ex Plin. 34. c. 17.*

De Electro. Cap. XXIV.

ELectrum vocatum, quod ad radium solis clarius auro argentóq. reluceat. [a] Sol enim à poëtis Elector vocatur. [b] Defęcatius est enim hoc metallum omnibus metallis. [c] Huius tria genera. Vnum, quod ex pini arboribus fluit, quod Succinũ dicitur. Alterũ metallum, quod naturaliter inuenitur, & in pretio habetur: Tertium, quod fit de tribus partibus auri, & argenti vna. Quas partes, etiam si naturale soluas, inuenies. Vnde nihil interest, natum sit, an factum: vtrumq. enim eiusdem naturæ est. [d] Electrum, quod est naturale, eiusmodi naturę est, vt in conuiuio, & ad lumina clarius cunctis metallis fulgeat, & venenum prodat. Nam si eo infundas venenum, stridorem edit, & colores varios in modum arcus cælestis emittit.

[a] Cap. XXIV. Sol enim à poëtis Elector. *è Plinio 37. c. 2.*

[b] Defęcatius est enim hoc metall. *è Seru. Georg. 3. ad illud.* Puriore electro.

[c] Huius tria genera. *Ex eod. Æn. 8. ad carmen.* Quod fieri f. l. v. p. electro. *& Seruij verba examinanda alijs relinquimus.*

[d] electrum, quod est naturale, &c. *Ex Plin. 33. cap. 4.*

De ponderibus. Cap. XXV.

POnderum [a] ac mensurarũ iuuat cognoscere modũ. Nam omnia corporalia, [b] sicut scriptum est, à summis vsque ad ima in mensura, & numero, & pondere dispositа sunt, atque formata. [c] Cunctis enim corporeis rebus pondus natura dedit. Suum quoque regit omnia pondus.

[d] Primus Moyses, qui omnes antecedit Gentilium philosophos tempore, nobis & mensuras, & numeros, & pondus diuersis in scripturæ suæ locis narrauit. Primus Phidon Argiuus ponderum rationem in Græcia cõstituit, & licet alij antiquiores extiterint, sed iste hac arte experientior fuit.

Pondus dictum, eo quod in statera libratum pendeat, hinc & pensum. Abusiue autem pondus libra vna est. Vnde etiam dipõdium dictum, quasi duo pondera, quod nomen adhuc in vsu retinetur.

Trutina, est gemina ponderum lances æquali examine pendens, facta propter talenta [e] & centenaria appendenda, sicut Momentana pro parua modicáque pecunia. Hæc & Moneta vocata. Eadem & Statera, nomen ex numero habens, quod duabus lancibus, & vno in medio stilo librata ęqualiter stet.

[f] Examen, est filum medium, quo trutinæ statera regitur, & lances æquantur. Vnde

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in lanceis amentum dicitur.

g Campana à regione Italiæ nomen accepit, vbi primum eius vsus repertus est. Hæc duas lances non habet: sed virga est signata libris & vncijs, & vago pondere mensurata.

Vnicuique autem ponderi certus est modus, nominibus proprijs designatus.

h Chalcus, minima pars ponderis, quarta pars oboli est, constans lentis geminis granis. Appellatur autem Chalcus quòd sit paruulus, sicut & lapis calculus, qui adeò minimus est, vt sine molestia sui calcetur.

Siliqua, vigesima quarta pars solidi est, ab arboris semine vocabulum tenens.

Ceratum, oboli pars media est, siliquam habens vnam & semis. Hûc latinitas semiobolum vocat. Ceratum autem Græcè: Latinè, cornuum interpretatur.

Obolas, siliquis tribus appenditur, habẽs ceratia duo, chalcos quattuor. Fiebat enim olim ex ære ad instar sagittæ. Vnde & nomen à Græcis accepit, hoc est sagitta.

i Scripulus, sex siliquarum pondere constat. Hic apud Græcos grãma vocatur. Scripulus autem dictus per diminutionem à lapillo breui, qui scrupus vocatur.

k Drachma, octaua pars vnciæ est, & denarij, pondus argenti tribus constans scripulis, id est, xviij. siliquis. Denarius autem à dando dictus, quia pro decẽ nũmis imputatur.

Solidus nuncupatur, quia nihil illi deesse videtur. Solidum enim veteres integrum dicebant, & totum. Ipse quoq. Nomisma vocatur, pro eo quod nominibus principum effigijsque signetur. l Ab initio verò vnum nomisma, vnus argenteus erat. Hoc enim ab Assyrijs cœpit. Dicunt enim Iudæi, quod Abraham in terram Chanaan primus hanc aduexit formam. Solidus apud Latinos alio nomine m Sextula dicitur, quod ijs sex vncia compleatur. Hunc, vt diximus, n vulgus aureum solidum vocat, cuius tertiam partẽ ideò dixerunt tremissem: eo quòd solidum faciat ter missus.

o Sextula bis assumpta Duellam facit, ter posita Staterem reddit.

Stater autem, medietas vnciæ est, appendẽs aureos tres, vnde & vocatur stater, quòd tribus solidis stet. Hic & Semiuncia, quia semis habet de vncia. Hic & semissis, quia põderis semis est, quasi semis assis.

Quadrantem Hebræi p similiter Codrantẽ vocant, & q vocatur Quadrans, quod vnciæ quartam partem appendat.

r Sicel, qui Latino sermone Siclus corruptè appellatur, Hebreũ nomen est, habens apud eos vnciæ pondus. s Apud Latinos autem, & Græcos quarta pars vnciæ est, & stateris medietas, drachmas appendens duas. Vnde cùm in litteris diuinis legitur Siclus, vncia est: cum verò in Gentilium, quarta pars vnciæ est.

Vncia dicta, quod vniuersitatem minorũ ponderum sua vnitate vinciat, id est, complectatur, t Constat autem drachmis viij. id est, scripulis xxiiij. Quod proinde legitimũ pondus habetur, quia numerus scripulorum eius horas diei noctisque metitur, vel quia libram efficit duodecies computatus.

Libra xii. vncijs perficitur, & inde habetur perfecti põderis genus: quia tot constat vncijs, quot mẽsibus annus. Dicta autem libra, quod sit libera, & cuncta intra se pondera prædicta concludat.

Mna in ponderibus centum drachmis appenditur, & est nomen Græcum, u quæ sunt siliquę ∞ ıɔccc. tremisses ccxxv. solidi lxxv. stateres xxv.

x Talentum autem summum esse pondus perhibetur in Græcis: nam nihil est Chalco minus, nihil Talento maius. y Cuius varium apud diuersas gentes põdus habetur. Apud Romanos enim Talẽtum est lxxii. librarũ, sicut Plautus ostendit, qui ait, duo taléta esse cxliiii. libras. Est autem triplex, id est, minus, medium, summum. Minus quinquaginta: z medium, lxxii. libris: summum cxx. constat.

Centenariũ, numeri nomen est, eo quòd centum librarum ponderis sit. Quod pondus propter perfectionem centenarij numeri Romani instituerunt.

a Cap. XXV. Ponderum, ac mensurarum iuuat. *Rhemn. Palæmon.* Pondera Pæonijs veterum memorata libellis. Nosse iuuat.

b sicut scriptum est. *Sapien. 11.*

c Cunctis corporeis rebus pond. n. *Palemon.* Pondus rebus natura locauit Corporeis, elementa suũ regit omnia pondus.

d Primus Phidon. *Ex Euseb. Chron. Strabo quoque à Phidone signari cœptum argentum ex Ephoro refert.*

e & centenaria pondera. *Vtuntur hac voce Vitruu. lib. 7. c. 8.* Si super id lapidis centenarij pondus imponatur. *& Plin. lib. 7. c. 20.* Fusius Saluius duo centenaria pondera pedib. totidem manibus, & ducenaria duo humeris cõtra scalas ferebat. *Exstant Romæ centenarij huiusmodi lapides multi è durissima silice, nonulli etiam antiquissimis litteris inscripti. Id centum pondium vocat Cato de re rust. c. 13. his verbis:* Centum pondium incertum vnum, & pondera certa, *mi* incretum; & creta *cum Chacone mauis legere, vt incretum sit ex Festo* indiuisum.

f examen est filũ. *è Seru. Æn. 12.* Iupiter ipse duas æquato examine lances.

g Campana. *Eadem apud nos Romana dicitur.*

h Chalcus minima pars ponderis. *Octaua pars oboli* Pollucis *lib. 9. & Cleopatræ in fragmento quod extat: decima, Plinio lib. 21. c. vltim. Diodoro apud Suidã sexta: Dioscoridis tertia: vt fuisse appareat diuersi ponderis Chalcos.*

i Scripulus. *Sic meliores libri, scripulũ, scriptulũ, & scribulũ legitur in aliorum auctorũ vetustissimis cc. vt ab scribendo ducta vox videatur ad similitudinẽ Græci nominis γράμμα.*

k Drachma -- tribus constans scripulis. *Fannius:* In scripulis tribus drachmam quo pondere doctis Argenti facilis signatur nummus Athenis.

l Ab initio verò -- formam. *Ex Epiphan. lib. de pond. & mens.*

m Sextula -- quod his sex v. c. *Fannius.* Sextula quæ fertur, nam sex his vncia constat.

n vulgus aureum solidum. *Non solum vulgus, sed Apuleius etiam lib. 10.* centumq. solidos aureos offerens pretium.

o Sextula bis assumpta duellam. *Fannius.* Sextula cum dupla est, veteres dixere duellam.

p Quadrantem similiter Hebræi Codratem. *Ita quidem velle videtur Hieronymus in nominibus Hebraic. ex Matth. sed Hieronymus sæpè, quod scit, nescit, in eo libro, vt etiam Isidorus in hoc. Nam Græcas, & Latinas voces, quasi Hebræa essent, interpretatus est.*

q & vocata Quadrans, quod vnciæ quart. p. *Epipha. lib. de pond. & mens.* Siclus, qui & quadrans dicitur, quarta pars est vnciæ, dimidium stateris, habens drachmas duas. *Sed deceptus est in Latina voce Græcus homo, Isidorúsque ibidem labi fecit. Non enim quadrans vnciæ, sed assis est quarta pars. Neque eo confugere potest Isidorus, vt dicat, asses vnciales factos. Nam Plinio teste, semunciales facti, deinceps in eo statu manserunt, vt etiam in ijs, qui nunc infinito numero extant, videmus.*

r Sicel -- vnciæ pondus. *Verba quidem sunt Hieronymi in quæst. in Genes. c. 23 Verum præter Iosephum (qui lib. 3 antiq. c. 9 tradit, siclum pendere quattuor drachmas Atticas, hoc est semuncian) ipse Hieronymus sui oblitus in Ezechi. c. 4.* Siclus (*inquit*) id est, stater, quattuor drachmas habet, drachmæ autem octo Latinam vnciam faciunt. *Hoc Isidorum non vidisse, mirum est.*

s Apud Latinos autem, & Græcos. *Ex Epiphanio.*

t Constat autem drachmis viii -- mensib. annus. *Fannius:* Vncia fit drachmis bis quattuor, vnde putandum, Grammata dicta, quod hæc viginti quattuor in se Vncia habet, tot enim formis vox nostra notatur. Horis quot mundus peragit noctemque diemque. Vnciaq. in libra pars est, quæ mensis in anno.

u quod sunt siliq. &c. *Itaplerique Gotth. vt tamen à quibusdam abest hæc summa.*

x Talentũ summum esse pond. perh. *Idem in Talento:* Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis. Nam nihil his obolõue minus, maiusue talento.

y Cuius variũ apud diuersas gentes. *Seruius Æn. 5. ad illud:* Argenti, auriq. talenta. Talentum (*inquit*) secundum varias gentes, varium pondus est, sed apud Romanos talentum est lxx libræ, sicut Plautus ostendit in Mostellaria, qui ait, duo talenta esse cxl libras. *Sed rectè meo iudicio Chacon. Si talentum, ait sex millia drachmarum continet, vt Fannius affirmat, libra verò drachmas xcvi. efficitur profectò, vt talentum libras Romanas lxii. tantum appendat, non lxx. vt apud Seruium legitur. neque Plauti locus aliud suadet. Quare cum Isidori codices lxii. librar. & cxliiii. libras constanter habeant, non dubito quin lxii. & cxxiiii. de doctissimi viri sententia hoc loco legendum sit. atq. ita Seruiũ scripsisse cum eodem existimamus, vt pro lx. & xx. librationum vitio lxx. & xl. irrepserint.*

z Medium lxxii. *Scribo lxii.*

a Summum cxx. *De quo Vitruuius loquitur lib. 10. c. 21. cum ait:* Habentem pondus talentum quattuor millium, quod fit quadringenta octoginta millia pondo.

De mensuris. Cap. XXVI.

Mensura est res aliqua modo suo, vel tẽpore circumscripta. Hæc aut corporis est, aut temporis. Corporis est, vt hominum, lignorum, & columnarum longitudo, & breuitas. Sed, & solem istum propriam sui orbis habere mensuram, quod Geometrici perscrutari audent. Temporis, vt horarum dierum, & annorum. a Vnde & metiri pedes horarum dicimus, hoc est, mensurare.

Propriè autem mensura vocata quod ea fruges metiuntur, atque frumentum, id est, humida, & sicca, vt modius, artabo, vrna, & amphora.

Mensurarũ pars minima Cochlear, quod est dimidia pars drachmæ, appendens siliquas nouem. Quod triplicatũ Chonculam facit.

Choncula drachma vna, & dimidia adimpletur.

Cyathi pondus decem drachmis appenditur: b qui etiam à quibusdã Cuatus dicitur.

Oxybaphus fit, si quinque drachmæ adduntur ad x.

c Acetabulum, quarta pars Heminæ est, xij drachmas appendens.

d Cotula, Hemina est habens Cyathos sex, quæ idcircò Cotula vocat, quia Græco sermone Cote incisio dicitur, & e Hemina Sextarij in duo æqua incidi tur, & Cotulã facit.

Hemina autem appendit libram vnam, quæ geminata Sextarium facit.

Sextarius duarũ librarũ est, qui bis assumptus nominatur Bilibris: assumptus quater, fit Græco nomine Chœnix: f quinquies cõplicatus Quinarẽ, siue Gomor facit. Adijce sextũ, Congium reddit. g Nam Congius sex metitur sextarijs: à h quo & Sextario nomen dederunt.

Congium

Universidad de Deusto
Biblioteca

Congius autem à congiendo, id est, per augmentum crescendo vocatur. Vnde postea pecunia beneficij gratia dari cœpta, Cõgiarium appellatũ est. Vnusquisq. enim sui temporis imperator fauorem populi captans adijciebat, vt largior videretur in donis.

i Congiarium autem specialiter, mensura est liquidorum, cuius & rem simul, & nomẽ à Romanis impositum inuenimus.

Metreta, est mensura liquidorum. Hæc à mensura accepit nomen. μέτρον enim mensuram dicunt Græci: & inde appellata Metreta, licet & vrna, & amphora, & reliqua huiusmodi nomina mensurarũ sint: tamen ista hoc nomen à denarij numeri perfectione accepit.

Metrum ad omnem mensuram pertinet. μέτρον enim Græcè: Latinè mensura dicitur. Nam & cyathus mensura est, & amphora mensura est, & quicquid plus, minúsue capit, mensura est. Sed ideò hoc nomen specialiter sibi assumpsit, quòd sit mensura perfecti numeri, id est, denarij.

k Modius dictus ab eo, quòd sit suo modo perfectus. Est autem mensura librarum XLIIII. id est, sextariorum XXIJ. Cuius numeri caussa inde tracta est, eo quod in principio Deus XXII. opera fecerit. Nam prima die septẽ opera fecit, id est, materiã informẽ, Angelos, lucem, cælos superiores, terram, aquã, atque aërem. Secunda die firmamentum solum. Tertia die quattuor: maria, semina, sationes, atque plantaria. Quarta die tria: Solẽ, & Lunã, & stellas. Quinta die tria: pisces & reptilia aquarũ, & volatilia. Sexta die quattuor: bestias, pecudes, reptilia terræ, & hominem. Et facta sut omnia XXIJ. genera in diebus sex. Et XXIJ. generationes sunt ab Adã vsque ad Iacob, ex cuius semine nascitur omnis gẽs Israel. Et XXIJ. libri Veteris Testamenti vsque ad Hester. Et XXIJ. litterarum sunt elementa, quibus constat diuinæ legis doctrina. His igitur exemplis modius XXIJ. sextariorum a Moyse, secundum sacræ legis mensuram, effectus est. Et quamuis diuersæ gentes huic mensuræ pondus vel adijciant ignoranter, vel detrahant: apud Hebræos constitutione diuina tali ratione seruatur. Modius enim à modo dictus. Hinc & modica, id est, moderata. Modicis enim modius nomẽ imposuit. Nam modica pro paruis abusiuè, non propriè dicimus.

l Satum, genus est mensuræ iuxta morem prouinciæ Palæstinæ, vnum & dimidiũ modium capiens. m Cuius nomen ex Hebræo sermone tractum est. Satum enim apud eos nominatur sumptio, siue leuatio: eo quòd qui metitur, eandem mensuram sumat, ac leuet. Est & aliud Satum mensura sextariorũ XXIJ. capax, quasi modius.

Batus vocatur Hebraica lingua ab olearia mola, quæ bath apud eos, vel batha nominatur capiẽs quinquaginta sextarios, quæ mensura, vna molæ vice proteritur.

Amphora vocata, quòd hinc & inde leuetur. Hæc Græcè à figura sui dicta, dicitur: quòd eius ansæ geminatæ videantur aures imitari. Recipit autem vini vel aquæ pedẽ quadratum, frumenti verò modios Italicos tres.

Cadus, Græca amphora est, continens vrnas tres.

Vrna mensura est: quam quidam Quartarium dicunt. Propriè autẽ vrna vas est, quod procondendis defunctorum cineribus adhiberi solet, de quo poëta: Cælo tegitur qui nõ habet vrnam.

Medimna, est mensura quinque modiorum. Medimna autem Latina lingua vocatur, id est, dimidia, eo quòd quinque modijs metiatur, qui est dimidius numerus à perfecto denario.

Artaba, mensura est apud Ægyptios sextariorum lxxij. compositus numerus, propter lxxij. gentes vel linguas, quę orbem impleuerunt.

Gomor, xv. modiorum onus appendit.

Corus xxx. modijs impletur. Hic ex Hebraico sermone descẽdit: qui vocatur Cora à similitudine collis. Cora enim Hebraicè colles appellãtur. Coaceruati enim modij XXX. instar collis videtur, & onus cameli efficiũt.

a Cap XXVI. Vnde & metiri pedes horat. *Vide Pallad. in fine singulor. mensium.*

b qui etiam quibusdam Cuatus. *Al casatus. al. caulacus. al. causatus. Cuatum quidem Arabes hanc mensuram vocant. Sed placet Chacon, qui Cuatum probat; sed ex margine hæc adscita existimat, Rabanum nihil moror.*

c Acetabulum-- xv. drachmas append. *Ita Plinius. Isidoriani libri* XIJ. drach. app. *Error ex similitudine notarum* y. *&* n. *Rhemn. de cyatho: Bis quinq. hunc faciũt drachmæ, si appendere tentes, Oxybaphus siet, si quinque addantur ad illas.*

d Cotyla-- habens cyathos sex. *Rhemn.* At cotyle cyathos bis ternos vna receptat.

e & hemina sextarij. *Idem:* At Cotylas, quas, si placet, dixisse licebit Heminas, recipit geminus Sextarius vnus. Qui quater assumptus fit Graio nomine Chœnix. *& Epiphanius:* Cotyla dimidiũ Sextarij est Appellata est Cotyla ab eo quod Sextarius in duas partes secetur.

f quinquier complicatus Quinaré, siue Gomor facit. *Cum paullo post Gomor dicatur esse modiorum* XV. *modius verò sextarios* XVI. *aut secundum Isidorum hoc capite* XXII. *contineat, quomodo sibi Isidorus constet, non video. Sed absuisse his libris summam manum scimus, & aliena illis inmixta propè accessisse, tertio quoq. verbo cernimus.*

g Nam Congius sex metitur Sextarijs. *Sic infr. eo quod quinq. modijs metiatur, paßiuè dixit. & Turisconsult. c.* 35. *§. penult. D. de contrah. empt. & c.* 36. *D. locati.*

h à quo & Sextatij nomẽ ded. *Rhemn.* A quo Sextatij nomen feciſſe priores; Crediderim.

i Congiarium autem spec. *Ex Epiph. apud quem mendosè legitur apud Hebræos.*

k Modius-- seruatur. *Omnia ex Epiphan.*

l Satum genus est mens-- capiens. *Ex Hieronym. in Matth.* 13.

m Cuius nomen ex Heb. &. *Hæc, & quæ restant vsque ad finem cap. ex Epiphanio sunt, in quibus si quid vitij est, id nos non præstamus, sed Isidorum satis tectũ tanto auctore ducimus.*

De signis. Cap. XXVII.

POnderis a signa plerísque ignota sunt, & inde errorem legentibus faciunt. Quapropter formas eorum & characteres, vt à veteribus signata sunt, subijciamus.

Z. Zeta littera significat dimidium Obolum.

⊢ Virgula æqualiter iacens, & porrecta simpliciter, significat Obolum.

⊟. Geminata virgula, duo Oboli sunt.

T. Latinum significat Obolos tres.

F. Latinum significat obolos quattuor.

E. Latinum demonstrat obolos quinq.

Oboli verò sex propterea characterẽ non habent, quod in vna drachma sex veniant, quod est pondus Denarij argentei.

H. Heta littera Significat siliquas viij. id est, Tremissem.

N. Latinum significat nomisma Græcũ, id est, Solidum.

IB. Iota adiuncta beta, significat dimidiũ Solidum.

≺. Virgulæ duæ ex vno angulo à læua in dextrâ se diuidentes, significant Drachmã, quam etiam Holcen appellant.

NΓ. N, Latinũ adiuncto gamma Græco significat Semiunciam.

Γº, ⅁ Gamma autem Græcę litteræ o Latinum in fine adiunctum, significat Vnciam.

Λ. Lambda Græcum per medium sui, i. Latino adiecto, significat Libram.

Kυ Kappa Græcum circa finem cornuũ adiuncto. υ. Græco significat Cyathum.

Kº Si. o. Latinum habuerit adiunctũ Heminam demonstrat, quam Græci Cotylen vocant.

ƷE XI Græcũ si acceperit iunctum. E. Latinum significat Sextarium.

cƷº Si. o. Latinum adiunctum, indicat Acetabulum, quòd Græci Oxybaphon vocant.

M̃ Græcum superpositio. N. Latino significat Mnam.

dT T Latinum in fine habens Lambda Græcum significat Talentum.

eXº Chi Græcum in dextro brachio superiori. o. littera coniuncta, Chœnix est.

a Cap. XXVII. Põderis signa-- vt à veterib. *Ennius.* Hęc de mensuris, quarum si signa requiris, Ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis. *Vid. Galen. Dioscorid. Paul.*

b Gammæ autem. *Non displicet nota Neapolitani codicis.* ⅁

c Si o Latinum. *Paulus, non. o. sed .v. adiungit.*

d T Latinũ in fine lambd. hab. *Huius notæ figura, & definitio facit, vt vnciæ notam, quæ est in Neapol. C. magis probemus.*

e Chi Græc. *seu potius* Xv. *Græcum. Sic enim Chœnix notari solet.*

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER DECIMVS SEPTIMVS.
De rebus rusticis.

DE AVCTORIBVS rerum rusticarum. Cap. I.

RErum [a] rusticarum scribẽdi sollertiã apud Græcos primus Hesiodus Bœotius humanis studijs cõtulit, Deinde Democritus,[b] Mago quoque Carthaginensis in XXVIII. voluminibus studium agricolationis conscripsit. Apud Romanos autẽ de agricultura primus Cato instituit, quã deinde Marcus Terentius expoliuit, mox Virgilius laude carminum extulit.[c] Nec minus studiũ habuerunt postmodum Cornelius Celsus, & [d] Iulius Atticus,[e] Æmilianus, siue [f] Columella insignis orator, qui totũ corpus eiusdem disciplinę complexus est.

g Primum ad aratrum boues iunxisse ferunt quendam priuatum hominem, & fulminatum nomine Homogirum.[h] Quidam autem Osirim dicunt esse artis huius inuentorem. quidam Triptolemum.[i] Et hic quæstio est quomodo prima Ceres ferro in Græcia vertere terram instituit: sed ferro qualicunque, non specialiter vomere, aut aratro. Stercorandi agri rationem ptimus induxit [k] quidam nomine Stercutius in Italia. [l] Cuius ara à Pico dedicata est. Hic plura instrumẽta agriculturæ reperit, primusq́ agros fimauit. Eundem quidam Saturnũ putauerunt: vt maiorem illi nobilitatem facerent hoc nomine, quo sp̃lẽdidè sonaret, & dignitatem tituli compararet.

a Cap. I. Rerum rusticarum-- complexus est. *Hæc ferè ex Columell. lib. 1. c. 1.*

b Magò quoq. Carthaginens. in XXVIII. *Ita Varr. lib. 1. de re rust. c. 1.*

c Nec minus studium habuer. *Columell.* Nec minorem laudem meruerunt.

d Iulius Atticus. *Qui de vitibus tantũ scripsit. De quo Plin. in India lib. 15. & 17.*

e Æmilianus. *Palladius Rutilius Taurus Æmilianus, Vir Illustris.*

f siue Columella. *Disiunctionem prò coniunctione more suo posuit.*

g Primum ad aratr. b. iusisse fer. *ex August. 18. de ciuit. c. 6.*

h Quidam autem Osirim. q. Tript. *è Seru. Georg. 1.* Vnciq. puer monstrator aratri.

i & hic quæstio est. *Ex eodem ad illud.* Prima Ceres ferr.

k quidam nomine Sterculius. *Ex Lact. lib. 1. cap. 20. idem* Sterces, *&* Stercutus *vocatur apud Aug. 18. de ciuit. c. 15.* Sterculius *apud Macrob. lib. 1. Saturn.*

l Cuius ara à Pico. *Macrobius, à Iano Pici patre.*

De cultura agrorum. Cap. II.

CVltura [a] est qua frumenta, vel vinã magno labore quæruntur, ab incolendo vocata. Diuitiæ enim antiquorũ in ijs duobus erãt, bene pascere, & bene arare. Cultura agri: cinis, aratio, intermissio, incensio stipularum, stercoratio, occatio, runcatio.

Cinis, est incendium,[b] per quod ager inutilem humorem exudat.

Aratio dicta, quia de ære prius terræ culturam exercebant, antequam ferri fuisset vsus repertus.[c] Duplex est autem aratio, vernalis, & autumnalis.

Intermissio est, qua alternis annis vacuus ager vires recipit.

Stercoratio est, lætaminis aspersio. Stercus autem vocatum, vel quia sternitur in agris, vel ꝙ extergi oporteat quidquid sordium in ciuitate redũdat, siue quod verius est à Sterce, qui & Stercutus dictus. Idẽ & fimus est, qui per agros iacitur.[d] Et dictus fimus quòd fiat mus, id est, Stercus, quod vulgo lætamen vocatur, eo quòd suo nutrimẽto læta faciat germina, reddatq́ue pinguia arua & fœcunda.

Occatio

Occatio est, cum rustici satione facta, bubus dimissis, [e] grandes glebas cædunt, ac ligonibus frangũt: & dicta occatio quasi obcæcatio, quòd operiat. Occare igitur est operire terra semina, vites vel arbores.

Runcatio, est à terra herbas euellere. Nã rus terra est.

Sulcus à sole vocatus, quòd proscissus solem capiat.

Veruactum dicitur, quasi verè actum, id est verno aratum.

Proscisio, est aratio prima, cùm adhuc durus est ager.

Satio dicta, quasi seminis actio, vel quasi satorum actio. Serere autem vocatum, quia hoc cælo sereno faciendum est: non per imbres. Hinc est, & illud Virgilianum, Nudus ara, sere nudus. Messis à metendo, id est, recidendo dicta.

Seges autem de semine dicta, quod iacimus, siue à sectione.

a Cap. II. Cultura agri cin. ar. interm. *Seru. ad Geor. initium.* Pingues autem efficit terras cinis, intermissio arandi, incensio stipularum, stercoratio, vnde etiam lætas ait. Nam fimus, qui per agros iacitur, vulgo lætamen vocatur.

b per quod ager inutilem hum. exud. *Virg.* atque exudat inutilis humor.

c Duplex autem est aratio. *è Seruio ad. v.* Vere nouo *Geor. 1.*

d & dictus fimus quod f. mus id est, stercus. *Mus terram interpretatus est supra lib. 2. c. 3. sed hæc aliena putabat Chacon. & rectè: nam & verba Seruij, quæ retulimus, ab Isidoro fideliter descripta credo. & simi etymologia Rabanus non meminit. dicitur etiam hodie ab Italis stercus latame.*

e Grandes glebas. *Festus* Occare, & occatorẽ Verrius putat dictum ab occædendo, quod cædat grãdes globos terræ, cum Cicero venustissimè dicat ab occæcando fruges satas. *Vbi glebas, non globos, ex hoc loco legendum, sed prior etymologia vsus est Varro. lib. 1. de re. rust. c. 31.* vineas nouellas fodere, aut arare; & postea occare, id est, comminuere, ne sit gleba. *Gloss.* Occat. βωλονοῖ τῦ

De frumentis. Cap. III.

PRima [a] Ceres cœpit vti frugibus in Græcia, & habere segetes translatis aliunde seminibus. Huius meminit Ouidius dicẽs, Prima Ceres vnco glebam dimouit aratro, Prima dedit fruges, alimentaq́ue mitia terris.

b Frumenta sunt propriè, quæ aristas habent:[c] Fruges autẽ reliqua: Frumenta autem, vel fruges à frumendo, hoc est à vescendo dictæ.[d] Nam frumen dicitur summa pars gulæ.

Primitiæ propriè sunt, quæ de frugibus præcerpuntur.

Triticum, vel à tritura dictum quod purissimum horreo condatur, vel quia granũ eius commolitur, & teritur.

Far dicitur, eo quòd initio frangeretur.

e Apud antiquos enim molarum vsus nõdum erat: sed fumentum in pila missum frãgebant, & hoc erat genus molendi.

f Adoreum tritici genus, ꝙ quod idem vulgo semen dicitur. Ador quondam appellatum ab edendo, quia primo eo vsi sunt homines, siue quia in sacrificio ipsius generis panis ad aras offerebatur. Vnde adorea sacrificia dicuntur.

Siligo, genus tritici à selecto dictum. Nam in pane species eius præcipua est.

Trimestre triticum ideò nuncupatum, quia satum post tres menses colligitur.[h] Nã vbi propter aquam aliámue causam matura satio omissa est, præsidium ab hoc petitur.

i Alica, Græcum nomen est.

k Alicastrum simile est alicæ, pondere, & bonitate præcipuum.

Hordeum dictum, quòd præcæteris generibus frumẽti aridum antè fiat, vel quod spica eius ordines habeat.[l] Horum tria genera. Primum Hexaticum vocatur, eo quod spica eius sex ordines habeat, quod quidam Cantherinum appellant, quoniam animalia melius, quàm triticum pascit, & homines salubrius, quàm malũ triticum. Alterum Distichon, eo quòd duos ordines habeat, hoc pleriq. Galaticum vocãt. Tertium Trimestre, quia dum cogit necessitas, verno seminatur, & celeriter colligitur.

m Scãdula, à diuisione vocata. Duplex enim est, scanditurq́. id est, diuiditur.

Centenum appellatum, eo quòd in plerisq. locis iactus seminis eius in incrementum frugis centesimum renascatur.

Hinc & Milium à multitudine fructus vocatum.

Panicium dictum, quòd multis in regionibus ex eo panis vice homines sustententur, quasi panificium.

Pistum, à pasto.

Sesamum, Græcum nomen est.

Farrago dicta à farre. Est enim herba hordeacea adhuc viridis: nec dũ granis ad maturitatem turgentibus.

[a] Spicam de maturis frugibus abusiuè dici mus. Nam proprie spica est, cum per culmi folliculum, id est extremum tumorem aristæ adhuc tenues in modum spiculi eminent.

[o] Arista appellata, quòd prius ipsa aresçat.

[p] Culmus, est i pse calamus spicæ, qui à radicibus nascitur. Et dictus culmus, quasi calamus.

Folliculus, est theca frumenti, in qua granum seruatur interius. [q] Hæc super spicam vallo instructa munimen prætendit, ne auiũ minorũ morsibus spica suis fructibus exuatur, aut vestigijs proteratur.

[r] Stipulæ, sunt folia seu vaginæ, quibus culmus ambitur, atque fulcitur, ne pondere frugis curuetur, quæ ambiunt culmum. Et dicta stipula quasi vsta, & quasi vstipula. Stipula dicta ab vsto: collecta enim messe vritur propter culturam agri. Item stipula, vel quia pars eius vritur, pars interdum pro palea præciditur.

Palea à quibusdam vocari dicitur, quòd pala ventiletur, ut frumenta purgentur. Gẽtiles autem paleam à quadam Pale frugum inuentrice nominauerunt: quam Cererem esse volunt. De qua Virgilius, Te quoque magna Pales, & te memorande canemus. Item alij à pabulo nuncupatam dicunt paleam, quòd ea primùm sola in pascẽdis animalibus præbebatur. [f] Cuius natura ex contrario tantùm est frigida, vt obrutas niues fluere non sinat: adeò calida, vt matureſcere poma compellat.

[a] Cap. III. Prima Ceres cœpit vti frugib. in Græcia. *Aug. 18. de ciuit. c. 6.* Regnante autem Argo suis vti cœpit frugib. Græcia, & habere segetes in agricultura delatis aliunde seminib.

[b] Frumenta sunt prop. q. arist. hab. *è Seru. Georg. 1. ad v.* siliqua quasi legumen.

[c] Fruges autem reliqua. *At Seru. Æn. 1. ad v.* Frugésque recept. Errant *(inquit)* qui discernunt frumenta à frugibus.

[d] Nam frumen dicitur summa pars gulæ. *Seruius vtrobique.*

[e] Apud antiq.-- molendi. *è seru. Æn. 2. ad illud.* & torrere p. f. & frang. saxo.

[f] Adoreum tritici genus. *Festus.* Ador farris genus, edor quandam appellatũ, ab edendo; vel quod aduratur, vt fiat tostum, vnde in sacrificio mola salsa efficitur.

[g] quod idem vulgo semen dicitur. *Plinius de Zea lib. 18. c. 8.* Est & hæc Italiæ in Campania, maximéque semen appellatur.

[h] Nam vbi propter aq. aliámue caus. *è Columell. lib 2. c. 6.*

[i] Alica Græcum nomen est. *Latinum putat Festus:* Alica *(inquit)* dicitur, quod alit corpus. *Charisius verò lib. 1.* Alicam sine adspiratione dictam, Verrius tradit, & sic multi dixerunt, Lucilius xv. Nemo est halicarius postertor te, cum adspiratione dixit. *ergò sub iudice lis est.*

[k] Alicastrum simile est alicæ. *Columell. ibid.* Semẽ trimestre, quod dicitur alicastrum, idq. pondere, & bonitate est præcipuum.

[l] Horum tria gener. *Ex eod. c. 9. nisi quod ad duo genera species omnes ordei retulit.*

[m] scandula. *Al.* scandalia. *f.* scandia. *sic enim apud nos appellatur.*

Centenum. *Quod à Plinio* Secale *dicitur lib. 18. c. 16.*

[n] spicam de mat.-- eminent. *è Seru. Georg. 2. ad il. Ind:* Spicea iam campis, &c.

[o] Arista appell. *Ex eod. Æn. 7. ad illud:* cursu læsisset aristas.

[p] Culmus. *Idem Geor. 1. ad v.* culmũq. leu. stipulaſque: Culmus dicitur ipse calamus, stipulę verò folia, quæ ambiunt culmum.

[q] Hæc super spicam, &c. *Ambros. lib. Hexaem. 3. c. 1.* Tum super ipsam spicam vallum struitur, vt quasi quadam in arce prætendat, ne auium minorũ morsibus spica suis exuatur fructibus, aut vestigijs proteratur. *Expressit autem Ambros. locum Cicer. ex lib. de senect.*

[r] Stipulæ sunt folia. *è Seru. & Ambros. ibid.*

[s] Cuius natura ex contrar. tantum est frigid. &c. *Aug. lib. 21. de ciuit. c. 7.* De palea sic frigente, vt fluescere niuem non sinat, sic calente, vt matureſcere poma compellat.

De leguminibus Cap. IV.

LEgumina [a] à legendo dicta, quasi electa. Veteres enim meliora quæque legebãt: [b] siue quòd manu legantur, neque sectionẽ requirant.

Leguminum plurima genera, ex quibus Faba, Lenticula, Pisum, Faselus, Cicer, Lupinus gratiora in vsum hominum videntur.

Faba, Græca etymologia, à vescendo vocabulũ sumpsit, quasi faga. Φάγειν enim Græcè comedere dicitur. [c] Primum enim homines hoc legumine vsi sunt. Huius species duæ, quarum altera communis, altera Ægyptia.

Faba Fresa dicta, eo quòd eã homines frendant, id est, frangant, & molendo communant.

Lens vocata, quòd humida & lenta est, [d] vel quòd adhæret humi.

[e] Faselus autem, & Cicer Græca nomina sunt, [f] sed Faselus vile genus leguminis, quia omne quod abundat vile est, hoc autem semen abunderter iuuenitur.

[g] Lupinus, Græcum & ipsum nomen est, de quo Virgilius, -- Triſtisque lupini, vultum gustantis amaritudine contristat, vnde eos præ amaritudine, nec vermis nec vllum animal comedit.

Medica, Vicia, Eruũ, pabulorum optima sunt.

Medica dicta, quia à Medis translata est in Græciam, tempore [h] quo eam Xerxes rex Persarum inuasit. [i] Hæc semel seritur, & decem annis permanet, ita vt quater, vel sexies posſit per annum recidi.

[k] Vicia dicta, quòd vix ad triplicem perueniat fructum: cùm alia legumina prouentũ habeant fertilem, vnde & Virg. Aut tenues fœtus viciæ.

Pisa, quòd ea pensabatur aliquid auri minutum. [l] Nam pis aurum dicitur.

Eruum, à Græco trahit vocabulum. Hoc enim illi ὄροβον dicunt, quod dum sit quibusdam pecoribus infestum, [m] tauros tamẽ pingues efficit.

[a] Cap. IV. Legumina à legendo-- veteres enim meliora quæq. leg. *Seru. Georg. 1. ad illud.* Maxima quæq. manu legeret: Hinc, *inquit*, quidam volunt dictum legumen.

[b] siue quod m. leg. n. f. r. *Ex eod. ad v.* Siliqua quassante legumen. *Varro lib. 1. de re rust. c. 23. dicit e:* hoc enim quoque legumen, vt cætera, quę velluntur è terra, non subsecantur, quæ quod ita leguntur, legumina dicta.

[c] Primum n. homin. hoc leg. vsi sunt. *Plin. lib. 8. c. 12.* Sequitur natura leguminum, inter quæ maximus honor fabæ, quippe ex qua tentatus sit etiam panis.

[d] vel quod adhæret humi. *Al.* humida-- *Alij lentem, quasi lenem dictam volunt ex verbis Plinij:* Inuento apud antiquores æquanimitatem fieri vescentibus ea.

[e] sed faselus, & cicer Græc. *Car cicer Græcum nomen dixerit, quærendum.*

[f] sed faselus, vile genus. Vilemque faselum, *dixit Virg. reliqua Seru. ibidem.*

[g] Lupinus, Græcum & ipsum. *ἀπὸ τῆς λύπης dictus lupinus, eóque etiam videtur respexisse Virgilius.*

[h] quo eam Xerxes rex Pers. *Seru. Georg. 1. ad illud.* Tunc te quoq. Medica putres Accipiũt sulci: Hæc autem herba à Medis translata est in Græciam, quo tempore eam inuaserunt. *Plin. lib. 18. c. 16.* A Medis aduecta per bella Persarum, quæ Darius intulit. *Sed cur Xerxem pro Dario substituerit Isidorus, id anxiè perquirendum non putauimus.*

[i] Hæc semel seritur-- recidi. *Ex Columel. lib. 2. cap. 11.*

[k] vicia dicta. *Seruius ad verba Virgilij ab Isidoro citata:* Mirè tenues ait. Nam vicia vix ad triplicem pernenit fructum, cum alii leg. p. h. felicissimum, & fertilem. *ex his verbis Isidorus notationem qualemcumq. confecit. Sed placet Varronis nobis etymologia lib. 1. cap. 31.* vicia dicta à vinciendo, quod item capreolos habet, vt vitis, quibuscum sursum vorsum serpit ad scapum lupini, aliúmue quem, vt hæreat, id solet vincire.

[l] Nam pis aurum dicitur. *f. nam inde Pisaurum dicitur. Serv. Æn. 6. ad illud.* Aspice Torq. & referentem signa Camill. Nam Pisaurum *(inquit)* dicitur quod illic aurum pensatum est. *Sed reijciebat hæc Chacon, vt adulterina.*

[m] Tauros tamen pingues eff. *Virgil. eclog. 3.* Eheu quam pingui macer est mihi taurus in eruo.

De vitibus. Cap. V.

VItis [a] plantationem Noë primus instituit, rudi adhuc seculo. Apud Græcos autem inuentorem vitis Liberum appellant. Vnde & eũ gentiles posſt mortem Deũ esse voluerunt.

Vitis dicta, quòd vim habeat citius radicandi. Alij putant vites dictas, quòd inuicẽ se vittis innectant, vicinisque arboribus reptando religentur. [b] Est enim earum natura flexibilis, quia quasi brachijs quibusdam, quicquid comprehenderint, stringunt.

[c] Labrusca, est vitis agrestis, quæ in terræ marginibus nascitur. Vnde & Labrusca dicta à labris, & extremitatibus terræ.

[d] Codex dictus, quasi Caudex. Sic enim & veteres clodum pro claudo dicebant.

Sarmentum à serendo, quasi serimentũ.

[e] Malleolus, est nouellus palmes innatæ prioris annĩ flagello, cognominatusque ob similitudinem rei: quòd in ea parte, quæ decidit ex veteri sarmento prominens, vtrimq. mallei speciem præbet.

[f] Spadones, sunt furculi fruge carentes, ex ipsa appellatione, quod sint inhabiles fructui, & sterilitate affecti.

[g] Sagittam rustici vocant, nouissimam partem furculi: siue quia longius recesſit à matre, & quasi prosilit: seu quia acuminis tenuitate teli speciem præfert.

[h] Summitates vitium & fruticum Flagella nuncupantur, eo quòd flatu agitentur.

[i] Palmes, vitis materia mollis, qui per nouella brachia emissus fructum affert. Nam ideò rustici partem vitis palmitem dicunt. Palmes enim deriuatiuum nomẽ est, quod nomen paragogum dicitur, quod à palma deriuetur. Palma enim habet nomen prototypum, [k] quod dicitur principale, ab eo quòd ex se deriuatum faciat.

[l] Pampinus, est folium, cuius subsidio vitis à frigore, vel ardore defenditur, atque aduersus omnẽ iniuriam munitur. Qui ideò aliquibi intercisus est, vt & folem ad maturitatem fructus admittat, & vmbram faciat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et dictus pampinus, quòd de palmite pendeat.

m Capreoli dicti, quòd capiant arbores, sunt enim cincinni siue vncinoli: quibus se innectere vites,& suspendere solent arboribus,quo adminiculo freti palmites [n] vẽtos, ac turbines contemnere queant, & [o] sine lapsu periculorum fructus suos sustineant, ac sese vaga proceritate diffundant.

p Corymbi, sunt annuli,qui proxima quęque ligant & comprehendunt: ne longius laxati palmites ventorũ flatibus disipẽtur.

Vuæ dictæ,quòd intrinsecus humore sunt plenæ,q succiq. & pinguedinis.[r] Nam humidum est,quod exterius humorẽ habet, vuidum quod interius.

Acina----

Botrus----

[f] Racemus est botrionis pars,& botrio Gręcum est.

[t] Suburbanæ vuæ quædam dicuntur, quia fructus earũ ad escam velut pomum in vrbibus venditur. Cõmendat enim eas,& species,& saporis iucũditas,ex quibus sunt Pręcoquæ, Duracinæ, Purpureæ, Dactyli, Rhodiæ,Lybicæ, Cerauniæ,Stephanitæ, Tripedanię,Vnciariæ,Cidonitę. Durabiles autem per totam hyemẽ Venuculæ,& Numisianę.

[v] Præcoquæ vocatæ,quòd citò matureścãt, & ante omnes sole coquantur. Has [x] Lageos dicunt,quod currant ad maturitatem velociter, vt lepus.

Purpureæ,à colore dicuntur.

[y] Dactyli,à longitudine.

Rhodiæ,& Lybicæ,à regionibus nuncupatæ sunt.

Cerauniæ verò,quod rubeant,velut ignis.

[z] Stephanitæ,à rotunditate.

Vnciariæ,à magnitudine.

Genera autem vuarum, quæ vino deseruiũt plurima. Ex quibus [a] Aminea dicta,quasi sine minio,id est,siẽe rubore. Album enim vinũ reddit, quæ,cum sit vnius nominis,nõ vnam speciem reddit. Amineæ duæ geminæ ab eo dictæ, quod duplices vuas mittant.

[b] Aminea lanata,quia plus omnibus lanescit lanugine.

Rubeliana dicta,quia eius materia rubet.

Fæcinia, minuti acini,& duræ cutis vuas habet,[c] nobilitate Amineam sequitur, fœcunditate præcedit. Quam proinde Fæciniam vocat, quod plus quàm cæteræ fæcis afferat.

[d] Apianæ vinum dulce faciunt: quas nisi cito legas,pluuijs & ventis, & maximè apibus infestantur, quarum deprædatione Apianę cognominatę sunt.

Balanitæ, à magnitudine nomen sumpserunt. βάλανον enim Græci glandem vocant.

Biturica,à regione nomen sortita est,turbines,& pluuias, & calores fortissimè sustinẽs, nec in macra terra deficiens,huius meriti,& Basilisca est.

[e] Argitis,Græcula vitis,generis albi, fertilis.

Visula,materiam,& breuem,& latum folium mittens: cuius fructum nisi primo tempore colligas,aut ad terram decidet,aut humore putrescet.

[f] Inerticula,nigra est, quam Græci Amethysto vocant, boni vini,& lenis, à quo etiam nomen traxit, quòd iners in tentandis neruis habeatur, quamuis gustui non sit hebes.

[g] Mareoticæ à regione Ægypti Mareotis dictæ,vnde prius venerũt, sunt enim,& albæ,& nigræ.

[h] Heluolæ,quas quidam varias appellant, neque purpureæ,neque nigræ: ab heluo colore ita dictę,subalbi tamen musti. Heluum enim est nigrum,candidumque colore. Ni heluum nec album,nec nigrum est.

[i] Tertius locus vitium,quæ sola fœcunditate commendantur, abundantia copiosa,multumque vini fluens.

[k] Vitiscionia,vuas grandes magis, quàm multas habet: nomen autem inde hoc sumens quod multum vini fluat.

[l] Syriaca,vel quia de Syria allata, vel quia nigra est.

Multa autem genera vitium sunt,quæ ratione mutatione loci,& qualitatem, & nomen amittunt.

Vitibus inter cætera magis ista conueniũt, oblaqueatio,putatio,propaginatio,fossio.

[m] Oblaqueare,est circa codicẽ terram aperire,& velut lacus efficere. Hoc aliqui excodicare appellant.

Putare,est virgam ex vite superuacuam resecare,cui [p] flagellis luxuriat. Putare enim dicitur purgare,id est,amputare.

Traducere,transducere. Propaginare verò,flagellum vitis terræ submersum sternere,& quasi porrò pangere. Hic [n] propagines à propagare,id est,protendere dicuntur.

Fodere verò,est foueã facere,quasi fouere.

[a] Cap.

[a] Cap. V. Vitis d. q. vim habeat citius radicandi. A
[à vita scilicet, vel vi.]
[b] Est enim earum natura flex--string. *Ambros. libro 3 Hexaem. c. 12. de vite.* Deinde quia natura flexibilis (siue, vt est in veteri libro, fluxilis) & caduca est, quasi brachijs quibusdã ita clauiculis, quidquid cõprehenderit, stringit.
[c] Labrusca--terræ. *è Seru. Eclog. 5.*
[d] Codex d. q. caudex. *Seru. Georg. 2.* Quin & caudicib. sectis: Caudicib. posuit pro codicib. sicut caulem pro colem, sauricem pro sorice dicimus.
[e] Malleolus--præbeat. *è Columell. lib. 3. c. 6.*
[f] Spadonis. *Ex eod. lib. c. 10.*
[g] Sagitam--præfert. *è c. 17.*
[h] Summitates vitium. *Ita Seru. Georg. 2. ad*--neue flagella Summa pete. *Et Varro. lib. 1. c. 31.* B
[i] Palmes,&c. quod nomen παράγωγον dicitur. *Charisius lib. 3.* Sunt quædam verba quæ παράγωγα appellantur, quæ à primitiui verbi declinatione, & mutationem, & adiectionem capiunt.
[k] πρωτότυπον, quod dicitur principale. *Idem lib. 1. cap. de Analogia;* Nomina quædam sunt principalia, quæ Plinius secundus eodem libro, faciendi appellat, vt aqua; ex quib. possessiua nascuntur, quæ patiẽdi vocat, vt aqualis.
[l] Pampinus, est folium, &c. *Ex Ambros. lib. 3. Hexaem. cap. 12.*
[m] Capreoli quod capiant arbores. *Varr. lib. 1. c. 51.* Ex altera parte caprea dicta, quod parit capreolũ. Is est coliculus viteus, intortus, vt cincinnus, is enim vites vt teneat, serpit ad locum capiundum. Ex quo à capiendo capreolus dictus. *Verius tamen, capreolum à nobis propter teneritudinem dictum, ita vti à Græcis* βραχίων, *id est vituli, dicuntur rami nouelli.* C
[n] Ventos, ac turbines contemnere. *Ita omnino legendum ex veterib. libb. resp. exitq. ad Virgilij verba Georg. 2. eiusmodi de re* Viribus eniti quarum, & contemnere ventos Assuescant.
[o] Et sine lapsus periculor. *Lapsu periculorum libb. omnes. pediculorum quidam reponunt, quod pediculi & fructuum, & foliorum dicantur. Quib.* Plinius repugnat *lib.* xv. c. 28. Dependent *(inquit)* alia pediculis vt pyra, alia racemis vt vuæ,& palma, alia & pediculis,& racemis vt ederæ, sambuci. *Quid si lapsus periculor. dixit,* Isidorus, (vt Catullus casus alios periculor: *sine lapsus periculo volebat Chacon.*
[p] Corymbi, sunt annuli. *Item inf. cap. 9.* Corymbis, quos annulos vocamus, *nisi forte* Corynni *legendum. Hesych:* κορύμνια κόσμου τὶς γυναικῖου περιτραχήλιου. *Nam quod masculino genere enuntiauit Isidorus, haud magni referre arbitror.*
[q] Succi q. & pinguidinis. *Al. succiq. pinguedine.*
[r] Nam humidum est, quod extrinsecus. *è Seru. Eclog. 10.*
[f] Racemus est Botrionis pars. *Ex eod. Georg. 2. ad illud.* Et turpes auibus prædam fert vua racemos.
[t] Suburbanæ vuæ, *è Columell. libro 3. cap. 2. Vid. etiam Plin. lib. 14. c. 3.*
[v] Præcoquæ. *Seru.* Præcię, quasi præcoquæ, quod ante alias sole coquantur.
[x] Lageos. *Seru. ad*--tenuisq. lageos: Lageos est, quæ Latinè Leporaria dicitur.
[y] Dactyli. *Plin. Dactylides.*

[z] Stephanitæ. *Idem:* & coronario naturæ lusu Stephanites acinos folijs intercursantibus.
[a] Aminea q. sine minio. *è seruio ad illud.* Sunt & Amineæ vit. *Georg. 2. vbi multa Pierius de voce, & de vini genere.*
[b] Aminea lanata. *Ita dicitur à Columella, & Plinio.*
[c] Nobilitate Amineam sequitur. *Hæc de Nomentanis Columella, quas tamen cum Rubellianis, & Fæcenijs ipse & Plinius coniungunt.*
[d] Apianæ, &c. *è Columell.*
[e] Argitis--Visula matetiam breuem. *è Columella. è quo Visulam suum in locum restituimus, quæ hic nulla erat. Nisi siquis vulgatam lectionem secutus Vastam pro visula malit legere; vt hæc omnia de Argite dicantur. sed accidisse hic credo quod in Inerticula, quæ statim sequitur, Quod cum siue in Isidoro, siue apud Columellam, vox materijs in Argite, præcederet, in Visula materiam breuem sequeretur; librarij sequentia verba describerent; quæ de Argite interponenda fuerant, cum nomine ipso Visulæ omitterent. Itaque sic fortasse locus integer legendus.* Argitis Græcula vitis generis albi, fertilis vastis materijs, & vuis exuberat. Visulæ breuem materiam & latum folium. *&c.*
[f] Inerticula--hebes. *Ex Columell. ibid. è quo Amethysto reposuimus inuitis omnib. libris. Nã vox* amaraciõ *quæ hic vulgo legitur, ex Heluinaceis vuis, de quibus agit statim Columella, huc compulsam, aiebat Chacon.*
[g] Mareoticæ. *è Seru ad v.* sunt & Mareotides albæ Georg.
[h] Heluolæ. Heluenacas *vocat Plinius, nos vulgo* hebenes.
[i] Tertius locus--fluens. *Huic tertio loco locus hîc nullus est. Itaq. expungendum censeo.*
[k] Vitiscionia, &c. *Vitiscionię nomen ignotum. De Spionia columella:* At Spionia dapsilis musto, & amplitudine magis vuarum, quam numero fertilis. C
[l] Syriaca. *Plin.* est & nigra Aminea, cui Syriacæ nomen imponunt.
[m] Oblaqueare--appellant. *Ex Pallad. lib. 2. c. 1. Video oblaqueare apud auctores de re rust. passim scribi. Sed cur Goth. libror. scriptura displiceat, in quib. omnib. oblaqueare. Si Oblaqueare est lacus circum facere.*
[n] Propagines à propagari. i. protend. *seru. Æn. 4. ad illud:* Genus alto à sanguine Teueri Proderet modo *(inquit)* protenderet i. propagaret.

De Arboribus. Cap. VI.

D ARborũ nomen, siue herbarum, ab aruis inflexum creditur, eo quòd terris, fixis radicibus adhærent. Vtraque autem ideo sibi penè similia sunt, quia ex vno alterum gignitur. Nam dum sementem in terram ieceris: herba prius oritur, dehinc confota surgit in arborem, & infra paruum tempus, quàm herbam videras, arbustum suspicis.

Arbustum, arbor nouella & tenera in qua insertio fieri potest, & dicta arbusta, quasi arboris hasta. Alij [a] arbustum locum, in quo arbores sunt, volunt accipere, si cut salictum. Sic & virectũ, vbi virgulæ, & virentes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arbor autem & fructifera & sterilis: arbos autē non nisi fructifera. Genere autē fœminino arbores dicimus, poma vero neutro.

Frutex breuis est appellatus, quod terram fronde tegat: cuius plurale nomen fruteta, arbor alta est.

Sylua vero, spissum nemus & breue. [b] Sylua dicta quasi xilua, quod ibi ligna cædantur. Nam Græci ξύλον lignum dicunt. Multa enim Latina nomina Græcam plerumque etymologiam recipiunt.

Nemus à numinibus nuncupatum, quia pagani ibi idola constituebant. Sunt enim nemora arbores maiores, vmbrosæ frondibus.

Lucus, est densitas arborum solo lucē detrahens, tropo antiphrasi, eo quod non luceat, siue à luce quod in eo lucebāt funalia, vel cerei propter nemorum tenebras.

Saltus, est densitas arborum alta, vocata hoc nomine, eo quod exiliat in altum, & in sublime consurgat.

[c] Auiaria secreta nemora dicta, quod ea aues frequentant.

[d] Recidiua, arborū sunt, quæ, alijs sectis, repullulant. Alij recidiua à cadendo dicunt, quia post casum nascūtur. Alij à recidendo & repullulando dixerunt: ergo recidiuum, vbi mors, aut casus.

[e] Insitio dicitur, cum fisso trunco surculus fœcundæ arboris sterili inseritur: aut oculorum impositio, cum inciso cortice, libro alienæ arboris germen immittitur.

[f] Plantæ sunt de arboribus: Plantaria verò quæ ex seminibus nata sunt cum radicibus, & à terra propria transferuntur.

Cespites, frutices sunt, quasi cuspites, vel quasi circa pedes.

Frondes, quod ferant virgulta, vel vmbras, sunt autem caussa vmbrarum.

Oculi, nodi sunt, ex quibus frondes exeunt.

Radix appellatur, quod quasi radijs quibusdam fixa terris, in profunda dimergitur.

[g] Nam Physici, dicunt parem esse altitudinem radicum & arborum. Alij radicem à similitudine radiorum dictam putant, vel quia si eradatur, non repullulat.

Truncus est, statura arboris insistens radici.

[h] Corticē, veteres corucem vocabant. Dictus autē Cortex, quod corio lignum tegat.

[i] Liber, est corticis pars interior, dictus à liberato cortice, id est, ablato. Est enim medium quoddam inter lignum & corticem.

Rami sunt, qui de trunco manant, sicut à ramusculis cætera.

Surculi, à præcisione serræ nuncupati.

[k] Virgultū est, quod de radice pullulat, Ramus, qui de ipso robore arboris: Virga, quæ de ramis. Propriè autem Virgultum appellatur, quod ad radicem arboris nascitur, & quasi inutile ab agricolis amputatur. Et hinc dictum Virgultum, quia ex virga tollitur. Virga vel à virtute dicitur, quòd vim in se multam habeat, vel à viriditate, vel quia pacis indicium est, quòd vim regat. Vnde hac vtuntur Magi ad placandos inter se serpentes, [l] & idcirco in ea hos sustinent illigatos. Hac etiam Philosophi, & [m] reges, ac magistri, & nuncij, & legati vtuntur.

[n] Flagella dicuntur, vt prædiximus, summæ arborū partes, ab eo quod crebros ventorum sustinent flatus.

[o] Cymas vocatas (dicunt) quasi comas.

Folia Græcè φύλλα dicuntur, inde est ad nos hoc nomen per deriuationē translatum.

Flores nominati, quòd cito defluāt de arboribus, quasi fluores, quòd cito soluantur. In his duplex gratia, coloris & odoris. Austro enim flores soluuntur, Zephyro fiunt:

Germen dicimus, surculū prægnantem, à gerendo: vnde & germinatio.

Fructus nomen accepit [p] à frumine, id est eminente gutturis parte, qua vescimur. Inde & fruges. Fructus autem propriè dicuntur agrorum, & arborum, quibus vtique vtimur. In animalibus verò abusiuè, & translatiuè vocamus fructum.

Poma dicta ab opimo, id est, à copiæ vbertate. Matura dicuntur, quia apta sunt ad mandendum: sic & immatura, quia priusquam matura fiant, dura sunt ad mandendum.

Ligna dicta, quia incensa conuertuntur in lumen. [q] Vnde & lychnum dicitur, quòd lumen det.

Hastula à tollendo nuncupata, quasi abstula: [r] Fomes est hastula, quæ ab arboribus excutitur recisione. aut hastulæ ambustæ, aut ligna cauata, à fungis nomine accepto, quòd ita capiat ignem. De quo Virgilius, rapuitq. in fomite flammam.

[f] Torris, lignum adustum: quem vulgus Titionem appellat, extractū ex foco, semiustum, & extinctum.

[t] Quisquiliæ, stipulę immixtę surculis, & folijs aridis. Sunt autem purgamenta terrarū.

Caries, putredo lignorum, dicta hoc nomine, quòd eueniat lignis virtute carentibus.

De

[p] Cap. VI. Arbustum locum--salictum, *Verba sunt Seruij Eclog. 3.*

[b] Sylua dicta q. xylua. *F. xyla, dicta autem Sylua ἀπὸ τῆς ὕλης. s pro aspiratione succedente.*

[c] Auiaria. *è Seru. Georg. 2. ad illud*--rubent auiaria baccis.

[d] Recidiua. *è duob. Seruij locis Æn. 4. ad.*-- recidiua manu p. P. v. *& Æn. 10. ad illud.* Dum Latium Teucri, recidiuaq. Pergama quærunt.

[e] Insitio d. cum fisso trunco--immittitur. *Ex eod. Georg. 2. ad illud*--arbutus horrida. *Vbi fisso, non infixo ex hoc loco, & manuscrip. Seruij lib. legendum est.*

[f] Plantæ--Plantaria--transfer. *Ex eod ibid.*

[g] Nam Physici dicunt, &c. *Ex eod. Æn. 4.*

[h] Corticem veteres corucem. *Corium lubenter legerim. ex vestigijs quantumuis lubricis, Tarraconen. codicis.* Truncus est statura arboris insistens radice, veteres quorum voce vocabatur.

[i] Liber. *è Seru. Ecleg. 10.*

[k] Virgultum, quia ex virga. *Al.* quia hæc virga.

[l] Et idcirco in ea hos sustinent illigatos. *Vt in Mercurij caduceo videmus.*

[m] Reges, ac magistri. *Magistri vel puerorum: vel magistratus: sic. n. alibi Isidorus vsurpat.*

[n] Flagella dicuntur. *è Seru. vbi sup. c. 5.*

[o] Cymas--q. comas. *Item inf. cap. 10.* cyma quasi coma.

[p] A frumine i. eminent. g p. *è Seru. Æneid. 1.--ad v.* frugesq. receptas.

[q] Vnde & lucinium. *F. Lychnus, vel ellychnium.*

[r] Fomes est astula. *Dicitur à nobis hodie vulgo astilla. Sed Festus:* Fomites sunt assulæ ex arboribus dum cæduntur excussæ. Opilius adustas iam vites vocari existimat fomites.

[f] Torris lignum adustum. *Hieronym in Zachar. c. 3.* Cur quasi torrem, quem vulgo titionem vocant, Iesum conaris obruere, qui de Babylonica captiuitate, quasi semiustus euasit?

[t] Quisquiliæ. *Festus.* Quisquilię, putant dici, quidquid ex arboribus minutis surculorum cadit, velut quidquid cadit.

De Proprijs nominibus arborum. *Cap. VII.*

[a] Palma dicta, quia manus victricis ornatus est, vel quòd oppansis est ramis, in modum palmæ hominis. Est enim arbor insigne victoriæ, proceróque ac decoro virgulto, diuturnísque frondibus vestita, & folia sua sine vlla successione conseruans. Hāc Græci Phœnicem dicunt: quòd diu duret, [b] ex nomine auis illius Arabiæ, quæ multis annis viuere perhibetur. Quæ dum in multis locis nascatur: non in omnibus fructus perficit maturitatem. Frequenter autem in Ægypto, & Syria. Fructus autē eius dactyli, à digitorū similitudine nuncupati sunt: quorum etiam & nomina variantur. Nam alij appellantur palmulæ, similes Myrobalani. Alij Thebaici: [c] qui & Nicolai. Alij [d] nucales quos Græci Caryoras vocant.

Laurus, à verbo laudis dicta. Hac enim cum laudibus victorum capita coronabantur. Apud antiquos autem Laudea nominabatur, postea d littera sublata & subrogata r. dicta est laurus, vt in auriculis, quæ initio audiculæ dictæ sunt, & medidies, qui nunc meridies dicitur. [e] Hanc arborē Græci δάφνην vocant, quòd nunquam deponat viriditatē, inde illa potius victores coronantur. [f] Sola quoque hæc arbor vulgo fulminari minimè creditur.

[g] Malum à Græcis dictum, quòd sit fructus eius pomorū omnium rotundissimus. Vnde & hæc sunt vera mala, quæ vehementer rotunda sunt. [h] Malum Matianū à loco vocatum, vnde prius aduectum est. Nam multæ arbores nomina ex prouincijs & ciuitatibus, de quibus allatæ sunt, acceperunt. Virgilius, Amantibus, quid ex malo quæri soleat, ostendit.

Mala Cydonia nomen sumpserunt ex oppido, quod est in insula Creta, de qua dicere solent Græci, vrbium Cretensium matrem Cydoniam: ex cuius pomo [i] cydonitū conficitur. [k] Fit quoque ex ea & vinum quo languentiū desideria falluntur. Nam specie, & gustu, & odore cuiuslibet vini veteris imaginem repræsentat.

[l] Melimelum, à dulcedine appellatum, quòd fructus eius mellis saporem habeat, vel quòd in melle seruetur, [m] vnde & quidā. Si tibi Cecropio saturata Cydonia melle Ponentur, dicas: hæc melimela placent.

Malum Punicum dicitur, eo quòd ex Punica regione sit genus eius translatū. [n] Idem & Malogranatum, eo quòd inter corticis rotunditatem granorum contineat multitudinem. Arbor autem Malogranata est generis fœminini, pomum verò generis neutri. [o] Flores malorū à Græcis appellati sunt κύτινοι. [p] Latini Caducum vocāt. [q] Agrestiū autem malorum flores Græci βαλάυστια appellauerunt, quorum alij albi, alij purpurei, alij rosei reperiuntur, similes floribus Mali Punici. [r] Negant medici, Mali Punici cibo corpora nostra nutriri: sed eo sic opinantur vtendum, vt medicari potius, non alere, videatur,

Malum Persicum, cui breuis admodum vita concessa est: [s] trium generū esse fertur, Duracinum, Armenicum, & Persicum. Duracinum

Universidad de Deusto
Biblioteca

racinum nuncupatur, eo quod pomum eius in gustu acorem referat. Armeniacum dicitur, quòd primum genus ab Armenia sit aduectum. Persicum vocatum, [t] quòd eam arborem primus in Ægypto seuerit Perseus, à quo se oriundos Ptolemæi ferebant. Hæc in Perside fructum generat interfectorium, apud nos autem iucundum ac suauem. [y] Horum aliud præcox, aliud vocatur æstiuum.

[x] Medica, arbor cuius nomen etiam in carminibus Mantuanis inclaruit, asportata primum à Medis, vnde & vocabulum sumpsit. [y] Hanc Græci κεδρόμηλον Latini Citriã vocant, quod pomũ eius ac folia cedri odorem referant. Malum eius inimicum venenis, & hoc est quod idem poëta intelligi voluit, cùm tradat ex illa foueri animam. [z] Hæc arbor omni penè tempore plena est pomis, quæ in ea, partim acerba, partim matura, partim adhuc in flore sunt posita, quòd in cæteris arboribus rarum est.

Mella, quam Græci Lotõ appellant, [a] quæ vulgo propter formam & colorem Faba Syriaca dicitur. Arbor est enim magna, fructũ ferens commestibilem, [b] maiorem pipere, gustu suauem, vnde & Mella vocata est.

Coccimela, quam Latini ob colorẽ Prunũ vocãt, alij [c] à multitudine enixi fructũ Nixã appellant. Cuius generis Damascena melior, à Damasco oppido, vnde prius asportata est, dicta: cuius solum pomũ stomacho mederi probatur: nam cætera noxia perhibentur. [d] Hæc sola arbor gummi glutinosum, & compactiuum distillat, quo & medici, & scriptores vtuntur.

[e] Elæomeli, nascitur in Palmyra Syriæ ciuitate, ex eo ita appellata, quòd ex trunco oleum defluat in crassitudine mellis, saporis suauis.

[f] Epimelis Sorbo similis, mediocris arbor & flore candidulo, dicta quòd dulcedine sit eius fructus & acuto sapore cõmixtus. Hæc arbor ætate durat exigua.

[g] Melopos, arbor in Africa Punica lingua vocata, ex qua profluit lentus succus, qui à loco Ammoniacus nominatur.

[h] Mespilus, arbor spinosa, fructu similis malorum: sed paullò breuiore, vnde & appellata, quòd pilulæ formam habeant eius poma.

[i] Pyrus vocata videtur, quod in ignis speciem deformata est: nam hoc genus pomi ab amplo incipit, & in angustum finit, sicut ignis. Pyrus autem arbor, fructus eius pyrum est. Cuius multæ species, ex quibus. [k] Crustumia sunt pyra ex parte rubentia, ab oppido Crustumio nominata. [l] Poma pyri iumẽtis imposita, vel si pauca, vehementer onerosa dicuntur esse.

[m] Cerasus, à Cerasso vrbe Ponti vocata. Nam Lucullus, cum Cerasum ciuitatẽ Ponti delesset, hoc genus pomi inde auexit, & à ciuitate Cerasum appellauit. Arbor autem Cerasus, pomum cerasum dicitur. Hoc etiã & ante Lucullum erat in Italia, sed durum, vnde & Cornum appellatum est. Est autem arbor apta hastilibus. Vnde & Virgilius, bona bello Cornus.

Ficus Latinè à fœcunditate vocatur. Feracior enim est arboribus cæteris. Nam ter quatérque per singulos annos generat fructum, atque altero matureſcente, alter oboritur. [n] Hinc & Caricæ à copia nominatæ. Ficus Ægyptia fœcundior fertur, cuius ſignũ in aqua missum illico mergitur, & cum in limo aliquandiu iacuerit, deinde in superficiẽ sustollitur, versa vice naturæ, quãdo madefactum debuit humoris pondere residere. Antea athletæ ficis alebantur: [o] priusquam eos Pythagoras exercitator ad carnis vsum, qui fortior cibus est, transtulisset. A ficubus in cibo sæpius sumptæ ficus, rugas earum feruntur distendere. [p] Tauros quoque ferociſsimos ad fici arborem colligatos repente mansuescere dicunt.

Caprificus appellata, eo quod parietes quibus innascitur carpit. Rumpit enim, & prodit ex latebris quibus concepta est. Alij putant Caprificum dictã, quod ficus arbor eius remedio fœcundetur.

Morus à Græcis vocata, quam Latini Rubum appellant, eo quod [q] fructus eius velut virgulti rubent. [r] Est enim Morus syluestris fructus afferens, quibus in deserto pastorum fames ac penuria confouetur. [s] Huius folia superiacta serpenti feruntur interimere eum.

Sycomorus, sicut & Morus Græca nomina sunt. Dicta autem Sycomorus, quod sit folijs similis Moro. Hanc Latini Celsam appellant ab altitudine, quia non est breuis vt Morus.

Nux appellata: quod vmbra, vel stillicidium foliorum eius proximis arboribus noceat. Hanc alio nomine Latini [t] Iuglandem vocant, quasi Iouis glandem. Fuit enim hæc arbor consecrata Ioui, cuius pomum tantam vim habet, vt missa inter suspectos herbarum vel fungorum cibos, quicquid in eis virulentum est, exsudet, rapiat, atque extinguat.

[v] Nuces autem generaliter dicuntur omnia tecta corio duriori, vt Pineæ, Auellanæ, Iuglandes, Castaneæ, Amygdalæ. Hinc & nuclei dicti, quod sint duro corio tecti. At contrà poma, omnia mollia, mala dicta: sed cum adiectione terrarum in quibus antea nata sunt, vt Persica, Punica, Matiana, Cydonia, &c.

Amygdala, nomen Græcum est, [x] quæ Latinè nux longa vocatur. [y] Hanc alij Nuciclam vocant, quasi minorem nucem. De qua Virgilius. Cùm se nux plurima syluis Induet in florem. Cunctis enim arboribus prior se flore vestit, & ad ferenda poma, arbusta sequentia præuenit.

[z] Auellanæ, ab Auellano Campaniæ oppido, vbi abundãt, cognominatæ sunt. [a] Hæ à Græcis Ponticæ appellãtur, eo quod circa Ponticum mare abundent.

Castaneam, Latini à Græco appellant vocabulo. Hanc enim Græci κάστανον vocant, propter [b] quod fructus eius gemini in modum testiculorum intra folliculum reconditi sunt, qui, dum eijciuntur, quasi castrantur. Hæc arbor, [c] simul vt excisa fuerit, tanquam syluã ex sese expellulare consueuit.

Ilex ab electo vocata. Huius enim arboris fructum homines primum ad victũ sibi elegerunt, vnde poëta, Mortales primi ructabant gutture glandem. Prius enim, quàm frumenti vsus esset, antiqui homines glande vixerunt.

[d] Suberies, arbor, ex qua validiſsimus cortex natatorius extrahitur. Et ideo appellata Suberies, eo quod fructus eius sues edunt: porcorum enim sunt alimenta non hominum, & dicta Suberies, [e] quasi subedies.

Fagus, & Esculus arbores glandiferæ ideo vocatæ creduntur, quòd harum fructibus olim homines vixerint: cibumque sumpserint, escámque habuerint. Nam [f] Esculus ab esca dicta, [g] Fagus verò à Græco vocabulum traxit. φάγειν enim Græcè comedere dicitur.

[h] Xyliglycon, quam Latini corruptè Siliquam vocant, ideo à Græcis tale nomen accepit, eo quòd ligni eius fructus dulcis. ξύλον quippe dicũt lignũ γλυκὺ dulce. [i] Huius arboris pomo succus expressus, Acatia à Græcis dicitur.

[k] Pistacia, quod cortex pomi eius Nardi pistici odorem referat.

Pinus, arbor picea, ab acumine foliorum vocata. [l] Pinum enim antiqui acutum nominabant. Pinum autem aliam Pitin, aliam [m] Græci πίτυην vocant, quam nos Piceam dicimus, eo quod desudet picem. Nam & specie sibi differũt. In Germanię autẽ insulis huius arboris lacryma electrũ gignit. Gutta enim defluens rigore, vel tepore in soliditatem durescit, & gemmam facit de qualitate sua nomen accipiens, id est succinum: eo quod succus sit arboris. [n] Pinus creditur prodesse cunctis, quæ sub ea seruntur: sicut nux nocere omnibus.

Abies dicta, quòd præ cæteris arboribus longe eat, & in excelsum promineat. [o] Cuius natura expers est terreni humoris, ac proinde habilis, atque leuis habetur. De qua Virgilius. Et casus abies visura marinos: quia ex ea naues fiunt. Hanc quidam Gallicam vocant propter candorem. Est autem sine nodo.

Cedrus, quam Græci κέδρον vocant: quasi [p] καιομένης δρυὸς ὀγρὸν, id est arboris humor ardentis, cuius folia ad Cypresi similitudinem respondent. Lignũ verò iucundi odoris est, & diu durans: nec à tinea vnquam exterminatur. De qua Persius. Et Cedro digna locutus. Scilicet propter durabilẽ perpetuitatẽ. [q] Vnde & in tẽplis propter diuturnitatẽ ex hoc ligno lacunaria fiunt. [r] Huius ligni resina Cedria dicitur, quæ in conseruandis libris adeo est vtilis, vt perliti ex ea nec tineas patiantur, nec tempore consenescant. Nascitur in Creta, Africa, atque Syria.

[s] Cypariſſus, Græcè dicitur quod caput eius à rotunditate in acumẽ erigitur. Vnde & κωνοειδὴς vocatur, id est alta rotunditas. Hinc & fructus eius Conus, quia rotunditas eius talis est, vt conum imitetur. Vnde & coniferæ Cypariſsi dicuntur. Huius lignũ Cedro penè proximã habet virtutẽ. Templorum quoque trabibus aptum, impenetrabili soliditate nunquam oneri cedit: sed ea, qua in principio fuerit, firmitate perseuerat. [t] Antiqui cypresi ramos prope rogum constituere solebant, vt odorem cadauerũ, dum vrerentur, opprimerent iucunditate odoris sui.

[v] Iuniperus Græcè dicta, siue quod ab amplo in angustum finiat, vt ignis: siue quod conceptum diu teneat ignem: [x] adeo vt si

prunæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

prunæ ex eius cinere fuerint opertæ, vsque ad annum perueniant. πῦρ enim apud Græcos ignis dicitur. [y] Iuniperus autem alia parua, alia magna est.

[z] Ebenus, in India & Æthiopia nascitur, quæ cæsa duresc it in lapidem. Cuius lignum nigrum est, & cortex leuis vt lauri, sed [a] Indicũ maculosum est in paruulis distinctionibus albis, ac fuluis. Æthiopicũ verò, quod præstantius accipitur, in nullo est maculatum, sed est nigrum, leue, & corneum. [b] Est autem Mareotica palus in India, vnde Ebenus venit. [c] Lucanus. Ebenus Mareotica, inquit, Ebenus autem crepũdijs illigatur, vt infantem visu nigra non terreant.

Platanus, à latitudine foliorum dicta, vel quòd ipsa arbor patula sit, & ampla. Nam πλάτος Græci latum vocant. Expressit huius arboris Scriptura & nomen & formam dicens, Quasi platanus dilatata sum iuxta aquam in plateis. Est autem tenerrimis foliis, ac mollibus, & vitium similis.

Quercus, siue Quernus dicta, quod ea soliti erant dij gentium quærentibus præcinere, arbor multum annosa: [d] sicut legitur de quercu Mãbre, sub qua habitauit Abraham: quæ fertur vsque ad Constantis regis imperium per multa secula perdurasse. [e] Huius fructus Galla appellatur. E quibus vna agrestis ὀμφακίτης dicta, parua forma, sed firmo corpore atque nodoso, quæ medicaminibus, & in caustis adhibetur. Altera, βάλανος leuis, ac lenis, ac nimium perforata, flucernarum tantùm vsibus necessaria.

Fraxinus vocari fertur, quòd magis in asperis locis, montanísque fragis nascatur. Hinc per deriuationem fraxinus, sicut à monte montanus. De quo Ouidius, & fraxinus vtilis hastis.

[g] Taxus venenata arbor vnde & toxica venena exprimũtur. Ex hac arcus Parthi, & aliæ gẽtes faciũt. Vnde & poëta: Ityreos taxi torquentur in arcus. [h] Ityreos autẽ dicit, Parthicos.

Acer, coloribus impar.

[i] Robur autẽ generaliter dicitur ex omni materia, quicquid est firmissimum.

Alnus vocatur, quòd alatur amne. Proxima enim aquæ nascitur, nec facilè extra vndas viuit. Hinc & tenera, & mollis, quia in humecto loco nutritur.

Vlmus nomen accepit, quod vliginosis locis, & humidis melius proficit. Nam in montanis & asperis minus læta est.

[k] Larex, cui hoc nomen à castello Laricino inditum est: [l] ex qua tabulæ tegulis affixæ flammam repellunt, neque ex se carbonem ambustæ efficiunt.

Populus dicta, quod ex eius calce multitudo nascatur. Cuius genus duplex est. Nam altera est alba, altera nigra. Alba autem populus dicta, quia folia eius vna parte sunt alba, altera viridia. Hæc igitur bicolor, habens quasi noctis & diei notas: quæ tempora ortu solis occasúque constant. [m] Generat etiam resinam circa Eridanum fluuiũ, vel, vt alij memorant, in finibus Syriæ.

Tiliam dicunt vocatam, eò quod vtilis sit ad vsum telorũ nitore & leuitate iaculandi. Est enim genus materiæ leuissimæ,

[n] Salix dicta quòd celeriter saliat, hoc est velociter crescat, [o] arbor lenta, vitibus habilis vinciẽdis. Cuius seminis hãc dicunt esse naturã, [p] vt si quis illud in poculo hauserit, liberis careat: [q] sed & fœminas infœcũdas efficit.

[r] Populus autem, & salix, & tilia mollis materię sunt, & ad sculpturam aptæ.

[s] Vimen vocatur, eo quod vim habeat multam viroris. [t] Natura enim eius talis est, vt etiam si arefacta adluatur, virescat: deinde excisa atque in humo fixa, radicibus sese ipsa dimergat.

Myricæ, quam Latini Tamaricem vocãt, ex amaritudine nominata. Gustus enim eius nimis amarus est. [v] Hæc arbor in solitudine, & saxosa humo nascitur: ex qua etiam arbore maleficis artibus μαγικὰ θεα, id est, odia concitari dicuntur.

Myrtus à mari dicta, eo quod magis littorea arbor sit. Vnde & Virgilius, Littora myrtetis lætissima, & amantes littora myrtos. Hinc est, quòd à Græcis μυρίνη dicitur. [x] Medicorum autẽ libri hanc arborem apẽ scribunt mulierum necessitatibus plurimis.

Lentiscus, quod cuspis ipsius lenta sit & mollis. Nam lẽtum dicimus quicquid flexibile est: vnde & lentum vimen, & vites, Virgilius, Et lentæ vites: pro flexibiles. [y] Huius fructus oleum desudat, cortex resinam, quæ mastix appellatur, cuius plurima, & melior in Chio insula gignitur.

[z] Terebinthus arbor, Græcũ nomẽ, generãs resinã omnium resinarum præstantiorem.

Buxus, Græcum est nomen à Latinis ex parte corruptũ, πύξος enim appellatur apud eos, arbor semper virens, & lætitate materiæ elementorum apicibus apta. Vnde & Scriptura, Scribe in buxo.

[b] Rho-

[b] Rhododendron, quod corruptè vulgo Lorandrũ vocatur, quòd sit folijs lauri similibus, flore vt rosa. Arbor venenata, interficit enim animalia, & medetur serpentiũ vexationes.

Herbitum, vocauerunt pastores, eò quòd vice herbæ præbeatur pecoribus, vbi desunt pascua.

[c] Turbiscus, quod de vno cespite eius multa virgulta surgant, quasi turba.

Stipa vocata propter quod ex eo stipentur tecta. Hinc & stipula per diminutionem.

Arundo dicta, quod cito arescat. Hãc veteres cannam vocauerunt, arundinẽ verò postea Varro dixit. Sanè sciendũ, quod Latinum canna de lingua Hebræa sumptum est. Apud eos enim calamus canna dicitur.

[d] Cicuta autem est, quod est inter cannarum nodos: [e] dicta, quod lateat. In Indicis stagnis nasci arũdines calamique dicuntur, ex quorum radicibus expressum suauissimũ siccum bibunt: vnde & Varro ait: Indica non magnũ in arbore crescit arundo. Illius & lentis premitur radicibus humor, Dulcia cui nequeant succo concedere mella.

[f] Sambucus, mollis, & peruia arbor.

Rhamnus, genus est rubi quã vulgò Sentiçem vrsinam appellant, asperum nimis & spinosum.

[g] Sentix, dicta à situ, quod est terra inculta: in qua sentices spinæque nascuntur. Maiores autem nostri omnem arborem spinosam veprem dicebant, quod vi prendat.

Oleaster dictus, quod sit folijs oliuæ similibus, sed latioribus: arbor inculta atq. syluestris: amara atq. infructuosa: cui insertus oliuæ ramus vim mutat radicis, & vertit eam in propriã qualitatẽ. [h] Lacryma oleastri arboris duplex est. Alia enim gũmi simulat sine vllo qualitatis morsu, alia ammoniaci guttam ex stillatione collectam, ac remordentem.

Oliua Græcè ἔλαιος dicitur, ex quo in Latinum tractum est, vt oliua dicatur. [i] Olea autem ipsa arbor est, fructus oliua, succus oleum. Est autem arbor pacis insigne, cuius fructus diuersis nominibus appellatur.

[k] Orchades, oliuæ. Græca etymologia à similitudine testiculorũ vocatæ, quos Græci ὄρχεις vocant.

[l] Radiolæ, pro eo quod oblongæ sunt in modum radiorum.

Paphiæ, à Papho insula dictæ, vnde prius allatæ sunt.

[m] Lyciniæ, eo quod optimum dent lumen. Nam λύχνος lumẽ est. Vnde & lychnũ nomẽ accepit, quia aptum est flãmis & luminibus.

Pausia, quam corruptè rustici Pusiam vocant, viridi oleo & suaui apta. [n] Et dicta Pausia quòd pauiatur, id est tundatur, vnde & pauimentum.

Syria dicta, pro eo quòd de Syria est allata, siue quia nigra est.

[o] Crustumia, eadẽ & volemis dicta: eo quòd volam compleat magnitudine, hoc est mediam manũ: vnde & inuolare dicimus. Quidam autem volemum Gallica lingua bonũ & magnum intelligunt.

[p] Colymbades appellatæ ----

Oleum autem ab olea nominatur. Nam vt diximus [q] olea est arbor, vnde deriuatum fit oleum. [r] Sed quod ex albis fuerit oliuis expressum vocatur Hispanum, à Græcis ὀμφάκινον appellatum. Quod autem ex fuluis, & nondum mitibus fuerit expressum, Viride appellatur. Quod verò ex nimium maturis, Commune dicitur. Ex ijs ad vsum vitę primum est Hispanum, secundum Viride, tertium Commune.

[s] Amurca, olei pars aquosa ab emergendo dicta, id est, quòd ab oleo se emergat & fæx eius sit. Hanc Græci amorgen vocant ex Latina lingua trahentes vocabulum.

Gumen Græcum nomen est, hoc enim illi κόμμι dicunt.

Resinam Græci ῥητίνην vocant, ῥέον enim Græcè dicitur quidquid manat. Est enim lacryma sudore exhalata lignorũ, vt cerasi, lẽtisci, balsami, vel reliquarum arborum siue virgultorum quæ sudare produntur, sicut & odorata Orientis ligna: sicut gutta balsami, ac ferularũ vel succinorũ, cuius lacryma duresc it in gẽmam. [t] Prima est resina terebinthina, omnium præstantior. Affertur autẽ ex Arabia Petræa atq. Iudæa & Syria, Cypro & Africa, ex insulis quoq. Cycladibus. Secũda est lẽtisc ina: quæ mastix vocat: hæc ex Chio insula deportatur. Tertia pinalis: quarũ alia πητύνη alia πευκίνη alia liquida alia arida: & afferuntur ex Tyrrhena Colophonia. Vnde etiam nomen Colophonia resina sumpsit.

Pix Græcũ nomẽ est: quã illi πίσσαν vocãt. Alij volũt ex pino picẽ vocari, [v] hęc à Gręcis appellatur Clonia: nos ramalẽ dicere possumus cui[o] [x] probabilis splẽdẽs, læuis, & mũda.

[y] Creandarum arborum naturaliter tria sunt genera: aut enim sua sponte nascuntur, aut ex seminibus fortuitu iacentibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

surgunt, aut ex radicibus pullulant. Nam A cætera vsus inuenit, fauente natura.

z Omnia poma Latinè neutri generis esse dicuntur: arbores autẽ fœminini sunt generis: exceptis paucis. vt hic oleaster, hoc siler, vt Virgilius, Molle siler. Item hoc buxum, licet & hæc buxus dicatur. Nam superfluam quidam volunt facere discretionem, vt hæc buxus de arbore dicamus, buxum verò de ligno composito.

a Cap. VII. Palma dicta quia man. vict. *Ambros. 3. Hexaem. c. 13.* Laurus, & palma ad insigne victoriæ: lauro victorum capita coronantur, palma manus victricis ornatus est.

b Ex nomine auis illius. *Contra Plinius lib. 13. cap. 3. ex arbore nomen aui inditum putari ait.* B

c Qui & Nicolai. *à Nicolao Peripatetico, cuius consuetudine delectabatur Augustus: sed causam non vno modo referunt Plinius, Plutarchus, Athenæus, & Suidas.*

d Alij Nucales quos Græci Caryotas. *Sic Plin. καρυώτιδας vocat Dioscor. lib. 1. c. 149.*

e Hanc arborem δάφνην G. v. q. n, d. viriditatem. *Respexisse quidã putabat ad Hegesippum, qui lib. 3. c. 5. propè Antiochiam lucũ esse ait, qui, quod semper vireat, Daphne sit appellatus.*

f Sola quoq. hæc arbor fulm. *Plin. libro. 14. c. vltim.* Fulmine sola non icitur.

g Malum à Græcis dictum. *sic sup. lib. 12. c. 1.* Melo, quod sit rotundissimo membro.

h Malum Matianum à loco. *Aliter Plin. lib. 15. c. 14. sed idem vlinius Matij quoq. oppidi meminit. lib. 6. c. 4.*

i Cydonitum conficitur. *Vid. Pallad. in Octob.*

k Fit quoq. ex ea vinum. *De quo Dioscor. lib. 5. c. 28.*

l Melimelum. *Plin. lib. 15. c. 14.* Mustea à celeritate mitescendi. quæ nunc melimela dicuntur à sapore melleo.

m Vnde & quidam. *Martial. lib. 13. epig. 24.*

n Idem & malogranatum. *Plin 13. c. 19.* aliqui granatum appellant.

Quod intra corticis rotunditatẽ gran. contin. mult. *Ex Hieronym. Agg. vlt.*

o Flores malor. à Græc. app. ἄνθινοι. *è Dioscorid. libro 1. c. 153.*

p Latini Caducum. *Aurelian. lib. 5. tard. c. 2.* Mali Punici caduco, quod Latini ampullacium vocant. *Sic n. legendum existimo apud Aurelianum à forma ampullæ, Nam idem lib. 4. c. 3. Ampullagium vocari scribit. Ego vtrobiq. ampullacium cum Chacone malo. Mallem quoque dixisset Isidorus mal. Punici caducum ampullaciũ à Latinis vocari.*

q Agrestium autem malor. flores Græci Balaustiũ, &c. *è Dioscorid. cap. 155. περὶ βαλαυστίων. Balaustij meminit Plin. 26. c. 3. & Arnob. lib. 6. aduers. gent.*

r Negant Medici. *Id vno verbo complexus est Dioscorides ἄτροφον dicens.*

s Trium generum. *Pallad. lib. vlt. c. 6.* Genera eorum hæc; Duracina, Præcoqua, Persica, Armeniaca.

t Quod eam arborem primus in Ægypto, &c. *Vid. vlin. lib. 15. c. 12.*

v Horum aliud præcox. *Quod à nobis albercoq. voce non prorsus immutata, dicitur.*

x Medica, &c. *Verba sunt Solini. c. de Media.*

y Hanc Græci κεδρόμηλον. *Ita dicitur à Dioscl. libro. 1. c. 167. quamuis scio suspectam quibusdam hanc vocem, qui* κιτρόμηλον *malunt. Illud verò sciendum à Nicandri interprete* νεράντιον *dici, quod à nobis naranja.*

z Hæc arbor omni fer--posita. *è Seru. Georg. 2.*

a Quæ vulgo--faba Syriaca. *è Seru. sed lotos à vlinio faba Græca, ab Athenæo faba Ægyptiaca vocatur. De Mella nihil comperi.*

b Maiorem pipere. *Ita Dioscorides.*

c Alij à multitudine enixi fruct. nixam. *In margine codic. Rom. S. Petri hæc addita reperisse se, sed eadem manu aiebat Chacon.* Hanc arborem Romani vocant prunũ, Hispani nixũ, Vandali, & Gotthi, & Sueui, & Celtiberi cerule ã. *Retinent hodie vestigia huius vocis Lusitani & Galleci, qui pruna omnia, amexas, siue ameixas dicunt: & apud Aurelian. lib. 4. Tard. c. 8.* Pro, decoctione noxarum, aut glycirrhizæ. *nixarum ego legerim: quod autem myxa pro nixa legendũ quidam contendunt, ex Paulo Ægin. lib. 7. μυξα δ' ἐνδίφ καρπὸς ἐστι μικρότερος μύττου κοκκυμήλων, διὸ καὶ παραπλήσιος, confirmat, quod de Gallecis diximus. Nam. m. in locũ n. aut etiam contra in multis vocib. successisse, passim videmus.*

d Hæc arbor sola gummi. *Ex Dioscl. lib. 1. c. 175.* Quo & medici, & scriptores. *vlin. lib. 13. c. 11.* Vtilissimum pictorib. & medicis *sed nihil muto.*

e Elæomeli suauis. *Verba sunt Dioscl. lib. 1. c. 37. sed de oleo, non de arbore. Plinius lib. 16. c. 7.* Sponte nascitur in Syriæ maritimis, quod elæomeli vocant, manat ex arborib. pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci. *Et lib. 23. c. 4.* elæomeli, quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus: *& arbor fortasse eodem nomine appellata est.*

f Epimelis. *Genus mespili, vt ait Dioscl. lib. 1. c. 171. Vid. Macrob. lib. 3. c. 19.*

g Melosos. *Solin. c. 40.* & arbor est melops *(al. mespilos)* Ex qua profluit lentus humor, quem ammoniacum nominamus. *à Plinio metopium dicitur, à Dioscl. lib. 5. c. 98. agasyllis.*

h Mespila--quod pilulæ. *Al. pirulæ.*

i Pyrus q. in ign. sp. deformata. *Sic Gotth. cc. alij* formata.

k Crustumia sunt pyr.--nominata. *è Seru. Georg. 2.*

l Poma pyriument. *Ex vlin. lib. 23. c. 7.*

m Cerasus--appellatum est. *è Seru. Georg. 2.*

n Hinc & caricæ à copia nomen. *Est Caria fecundissima fertilissima auctore Strabone, sed hæc adiecta credo ab aliquo.* cu: caricæ sarcinã *significaret, quod* Hispani ex ea voce carg. *Itali* carico *fecissent.*

o Priusquam eos Pythagoras exercit. *Ex vlin. libro 23. cap. 7. Sed hoc Dromio cuidam tribuit Pausanias in* D *Heliac. posteriorib. cui* Pythagoras Rheginus *fictor statuã fecit, & quidem id à Laertio omissum, qui Pythagoræ pugilis meminit, valde miror: vt vlin. de ceptus videri possit.*

p Tauros quoq. ferocissimos. *Ita Plutarch. libro. de* συμποσίαις. *Id non nisi de caprifico refert vlinius.*

q Fructus eius velut virgulti. *Ex c. Rom. sed arbuti, quàm virgulti mallemus.*

r Est n. morus syluestris fructus afferens. *Hieronym. Am. c. 7. ad illud: vellicans sycomoros,* &c. Nobis autem, quia solitudo in qua morabatur Amos, nullam huiusmodi gignit arborem, magis videtur rubos dicere, qui afferunt mota, ac pastorum famem, & penuriam consolantur.

Huius folia superiacta scrip. *Verba sunt Ambros. lib. 5. Hexaem. c. 8.*

t Iuglandem vocant q. Iouis gland. *è Seru. Eclog. 8.*

v Nuces autẽ generaliter dicuntur. *è Seru. Eclog. 2.*

x Quæ Latine nux long. *Seru. ad illud; cum se nux plurima:* plurima *(inquit)* id est, longa.

y Hanc alij nuciclam. *Al. nucellam, nucedam, nucellam.*

z Auellanæ ab Auellano Camp. opp. --cognom. *è Seru. Georg. 2. ad illud.* Plantis & duræ coryli, &c.

a Hæc à Græcis Pontic. *sic Macrob. lib. 3. cap. 18. sed Athenæus libro. 2.* Castaneam nucem Ponticam vocat.

b Quod fructus eius gemin. &c. *Cum Græcam vocem dixisset, tutum putauit in etymologia ludere. Nisi hæc aliena esse mauis. Nam castoris. i. fibri meminisse (quod quidam credidit) ego minimè puto.*

c Simul vt excisa fuer. t. s. exp. c. *Verba sunt Ambrosij hex. lib. 3. c. 13.*

d Suberies. *Legitur hæc vox apud Fest. in* Stura.

e Quasi subedies. *F. suedies.*

f Æsculus ab esca. *Seru. ad--Æsculus imprimis. Georg. 2.* Æsculus arbor est glandifera, quę licet ab esu dicta sit; tamen per. æ. scribitur. Sicut cælatum, licet à celocelas habeat deriuationem.

g Phagus. *Ex eod. Eclog. 1.*

h Xyliglycon. *Eandem alij vel* ξυλόκεγρος, *vel* κεράτιον *vocant.*

i Huius arboris pomo succ. exp. acatia. *De Acatia Dioscl. lib. 1. c. 134. sed apud illum arbor est, siue spina potius instar arboris, è cuius siliquis succus exprimitur. Et apud Plinium nihil commune siliquis cum acatia. Ergo deesse hic credo aliquid.*

k Pistacia. *Vid. Dioscorid. lib. 1. c. 178. & Plin. 25. cap. 22.*

l Pinum n. antiqui acutũ nom. *Idem. sup. lib. 11. c. 1. & lib. 19. c. 19.*

m Græci θύωνν. *Ex Ambros. Hex. 3. c. 3.*

n Pinus creditur prodesse cunct. &c. *Ex Pallad. in Nouemb. vid. Theoph. lib. 3. de caus. plant. cap. 15. cum vlinius contra existimasse videatur lib. 17. c. 12.*

o Cuius natura expers est terreni humoris. *Vitruu. lib. 2. c. 9.* Abies plurimum habens aeris, & ignis, minimumq. humoris, & terrenis leuiorib. naturæ partib. comparata, non est ponderosa.

p Quasi κατομένης ἀγρὸς ὑγρὸν, &c. *è Seru. ad v.* Pro- cumbũt piceæ *Æn. 6. ex quo hæc Cedriæ melius aptarentur. de qua statim.*

q Vnde in templis propter diut. *Ex Ambros. 3. Hex. c. 13. & in fin. ps. 118.*

r Huius ligni resina Cedrea. *Vid. Vitruu. libro. 2. c. 9.* Cyparissus Græc. dicitur, quod caput eius. *Seru. Æn. 3. ad v.* Aeriæ quercus, aut coniferæ Cyparissi: Conus dicitur fructus cupressi, & ipsa κωνοειδὴς est. Nam à rotunditate in acumen leuatur.

s Antiqui cypressi ramos. *Ex eod. Æn. 6. ad v.* feralles ante cupressus.

v Iuniperus Græcè. *Iuniperus Latina est vox. Nam Græcè* ἀρκεύθους *dicitur.*

x Adeo vt si prunæ eius, &c. *Ex Hier. epist. ad Fabiolam. 126. mansione. 16.*

y Iuniperus autem alia paru. &c. *Ita Dioscorid. libro 1. c. 104.*

z Ebenus in Ind. & Æthiop. *è Seru. ad v.* Sola India nigrum fert ebenum, *Georg. 2.*

a Sed Indicum maculos--fuluis. *è Dioscorid. libro. 1. c. 130.*

b Est autem Mareotica palus in India. *Seruius ad v. Mareotid. alb. Georg. 2.* Ægyptiæ *(inquit)* Mareotis enim Ægypti pars est. *& ad--*sola India nigrũ fert ebenum: Atqui in Ægypto nascitur, sed Indiam omnem plagam Æthiopiæ accepimus.

c Lucanus. *Lib. 10.*

d Sicut legitur de querc. Mambr. &c. *Hieron. in loc. Hebraic.* Quercus Abrahã, quæ est Mambre vsq. ad Constantij. *(Al. Constantis.)* Regis imperiũ monstrabatur, & mausoleum eius in præsentiarum cernitur.

e Huius fructus galla. *è Dioscorid. lib. 1. c. 127.*

f Lucernarum tantum vsib. necessaria. *Ex Plin. lib. 16. c. 7.* B

g Taxus venenata arb. *è Seru. Eclog. 9.*

h Ityreos autem dicit Parthicos. *Verba sunt Seruij eo loco.*

i Robur autem general. *Seruius Æn. 12. ad v.* In medioq. focos, & D. c. a. Gramineas: Robur, omne lignum, cùm sit & species.

k Larix cui hoc cognom. *Ex Vitruu. lib. 2. c. 9.*

l Ex qua tabulæ tegulis affix. *Ex Pallad. in Nouemb. tit. 15.*

m Generat etiam resinam. *Electrum vocat Dioscorid. lib. 1. c. 114.*

n Salix dicta. *è Seru. Eclog. 1.*

o Arbor lent. vit. hab. v. *Ex Ambros. lib. Hex. 3. c. 13.*

p Vt siquis illud in poculo hauserit lib. careat. *Ex Hieron. Isai. c. 5. vid. Plin. 16. c. 26.*

q Sed & fœmin. infœc. facit. *Ex Dioscl. lib. 1. c. 137. At Plinius sterilitatis me dicamen. fœminis esse ait.* C

r Populus autem, salix, & til. *Ex Vitruu. lib. 2. c. 9. & Pallad. in Nouembri. tit. 15.*

s Vimen--quod vim habeat. *Immo quasi vinclamen.*

t Natura enim eius talis est, demergat. *Ex Hilario in ps. 136.*

v Hæc arbor--concitari, *Ex Hieronym. Is. 17. dicuntur autem hæc de syluestri myrica, non de satiua. Nam duo sunt genera. Vid. Plin. Theoph. Ambros.*

x Medicorum autem libri, &c. *è Seru. Georg. 2. ad v.* solido Paph. de robore myrtus.

y Huius fructus--gignitur. *Ex Dioscorid. libro. 1. cap. 90. & 91.*

z Terebinthus. *Ex eod. c. sequenti.*

a Et leuitate materiæ--scribe in buxo. *Ex Ambros. lib. Hex. 3. c. 3. locus autem scripturæ Isai. c. 30.* D

b Rhododendrum. *Dioscl. lib. 4. c. 8.* Nerium aliqui Rhodod. phnem, alij Rhododendron vocant. *Vid. vlin. lib. 16. c. 2. A nobis adelfa dicitur.*

c Turbiscus. *Græci Thymelea.*

d Cicuta autem est--nodos. *è seru. Eclog. 2.*

e Dicta quod lateat. *Inf. c. 9.* Cicuta propter quod in Thyrso geniculato nodos habeat occultos, vt canna, sicut dicitur fossa cæca, quæ occulta est.

f Sambucus. *Gotthic. libri*, Sabucus.

g Sentix dicta à situ. *Lusit verbis Virgilij*: Per loca senta situ. *Æn. 6.*

h Lacryma oleastro. *Ex Dioscl.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

i Olea autem ipsa arb fruct. oliu. &c è *Seru.* Sed truncis oleæ melius *Georg.* 2.

k Orchades *Orchades etiam legi in vetustis Virgilij libris, non vt vulgo, Orchites, admonuit Pierius.*

l Radiolæ. *Virg.* Orchites, & radij, & amara pausia bacca: *Radiolum vocat Columel. libro.* 12. *cap.* 47. *vt distingu.at (credo) à Radio maiore. De quo Cato. cap.* 6. In agro Crasso, & caldo oleam condituam, Radium maiorem, Salentinam, Orchitem.

m Liciniæ. *Licinia memini Plin. lib.* 15. *c.* 2.

n Et dicta Pausia. *è Seru.*

o Crustumia item, *& Volema. Pyrorum genera hæc sunt, propterea inter oleas posita, quod Isidorus (vt diximus) Seruij commentarijs sine Virgilij carminib. est vsus, id illi fraudi sæpe fuit. Qui Seruij locum inspexerit, id ita esse facile comperiet.*

p Colymbades appellatæ. *è vlm. Columell. Athen. lacunam facilè expleas.*

q Olea est arbor. vnde deriuatio est oleum. *Verba sunt Seruij.*

r Sed quod ex alb. f. o. e. v. Hispanū à Græcis ὀμφάκιον. &c. *plin. lib.* 12. *c.* 7. Omphaciō ex olea adhuc alba expressa; deterius ex drupa, ita vocatur priusquam cibo matura sit, iam tum colorem mutans; differentia, quod hoc viride est, illud candidum. *Porrò de Hispano Galenus lib.* 6. *de simpl. medicam.* Si oleū (*inquit*) gustatum stricti quidpiam præferat, frigidum censetur, quale est quod ab Iberia aduehitur, quod Spanum, hoc est, Hispanicum nominant. *Meminit quoque Hispani olei Aurelianus sæpè, vt lib.* 3. *tard. c.* 2.

s Amurca--ab emergendo. *Seru.* Amurca per. c. scribitur, & per g pronuntiatur.

t Prima est resina terebinth, &c. *è Dioscorid. lib.* 1. *c.* 91. 92. *&* 95.

v Hæc à Græcis appellatur Clonia. *Mendosè ergo apud Dioscoridem c.* 95. πίσσα ἡ μὲν ὑγρὰ ἡ ἐνιοικῶνον καλουσι. *Cum legendum sit* κλωνον.

x Probabilis splendens, lenis, & munda. *Dioscorid.* ἔστι δὲ καλὴ ἡ φιλύδρα, καὶ λεῖα, καὶ καθαρά.

y Creandarum arborum--natura. *è Seru. Georg.* 2. *ad v.* Princip. arborib.

z Omnia poma--ligno composito. *Ex eod. Æn.* 2. *ad v.* folijs oleaster amaris: *in eo quædam emendanda ex Isid.*

De arboribus aromaticis.
Cap. VIII.

AROmata[a] sunt, quæq. fragrātis odoris, quæ India, vel Arabia mittit, siue aliæ regiones. Nomen autem aromata traxisse videntur: siue quòd aris imposita diuinis inuocationibus apta videantur, seu quòd sese aëri inserere, ac miscere probantur. Nam quid est odor, nisi aer contactus?

Thus, arbor Arabiæ, immensa atque ramosa, leniſsimi corticis, [b] ramis ad aceris qualitatem, Amigdalæ modo succum aromaticum fundens, album, & masticatione velut in puluerem resolutum: & [c] cùm frangitur, intus pingue est, & igni appositum facile ardescens. [d] Et appellatur apud nos masculum, eo quòd sit natura rotundum in modum testiculorum. Reliquum planum & penè scabrosum: minus optimū. [e] Adulteratur autem admixta resina siue gummi, sed dinoscitur sua proprietate. Nam thus igni impositum ardescit, resina fumescit: gummi verò liquescit calefactū. [f] Thus autem à tundendo dicitur, quia dum gummi guttæ ex arbore cadunt in glebis miscentur: dum verò glebæ in puluerem rediguntur, thus carpitur & virgulis tunditur, & sic inde manibus tollitur. Hoc & Libanū vocatum à mōte Arabiæ, vbi Sabæi sunt. Nam mons eorum Libanus dicitur, vbi thura colliguntur.

g Myrrha, Arabiæ arbor altitudinis quinque cubitorum, similis spinæ, quam ἄκανθον dicunt: cuius gutta viridis atq. amara, [i] vnde & nomen accepit myrrha. [k] Gutta eius sponte manans pretiosior est, elicita corticis vulnere vilior iudicatur. Sarmenta eius Arabes ignibus fouent: quorum fumo satis noxio, nisi ad odorem storacis occurrant, plerumq. insanabiles morbos contrahunt. [l] Myrrha autem Troglodytica ab insula Arabiæ dicta, vbi melior colligitur, & purior.

[m] Storax, arbor Arabiæ, [n] similis malo Cydonio, cuius virgulæ inter Caniculæ ortum cauernatim lacrymam fluunt. Distillatio eius in terram cadens, munda non est, sed cum proprij corticis scrobe seruatur. Illa autē, quæ virgis & calamis inhæserit, munda est & albida: dehinc fulua fit Solis causſa, & ipsa Storax calamites pinguis, resinosa, odoris iucundi, humecta, & veluti mellosum liquorem emittens. Storax autem dicta, quòd sit gutta arboris profluens, & cōgelata. Nam Græci stiriam guttam dicunt, Græcè autem στύραξ Latinè storax dicitur.

o Bdelium, Indiæ & Arabiæ arbor, cuius lacryma melior Arabica. Est enim lucida, subalbida, leuis, pinguis, [p] æqualiter cerea, & quæ facile molliatur, neque ligno vel terræ commixta, amara, odoris boni. Nam ex India sordida est & nigra & maiori gleba. Adulteratur autem admixto gummi: qui non ita amarificat gustum.

q Mastix, arboris Lentisci gutta est. Hæc Granomastix dicta est, quia in modū granorum est. Melior autem in Chio insula gignitur, odoris boni, [r] candoris ceræ Punicæ. Vnde & splendorē cutis pulchrificat. Adulteratur autem interdum resina, vel thure.

[r] Piperis arbor nascitur in India, & in latere montis Caucasi, quòd Soli obuersum est: folijs ad Iuniperi similitudinem. Cuius syluas serpentes custodiunt: sed incolæ regionis illius, cùm maturæ fuerint, incēdunt. Et serpentes igne fugantur: & inde ex flāma nigrum piper efficitur. Nam natura piperis alba est, [t] cuius quidem diuersus est fructus. Nam quod immaturum est, piper longum vocatur: quod incorruptum ab igne, piper album: quod verò cute rugosa & horrida fuerit, ex calore ignis trahit & colorem, & nomen. Piper si leue est, vetustum, si graue nouellum: vitanda est autem mercatorum fraus. Solent enim vetustissimo piperi humecto argenti spumam aspergere aut plumbum, vt ponderosum fiat.

Aloa, in India atq. Arabia gignitur: arbor odoris suauissimi ac summi. Denique lignū ipsius, vice thymiamatum altaribus adolētur, vnde & nomen traxisse creditur.

Cinnamomum dictum, quòd cortex eius in modum cannæ sit rotundus & gracilis. Gignitur autē in Indiæ & Æthiopiæ regionibus, frutice breui duorū tantùm cubitorum, colore subnigro vel cinereo, tenuissimarum virgarum. [x] Nam, quod in crassitudinem extenditur, despectui est: quod verò gracilius prouenerit, eximium. Quod cùm frangitur visibile spiramentum emittit ad imaginem nebulæ seu pulueris.

Amomum vocatum, quod veluti odorem cinnamomi referat. Nascitur in Syria & Armenia: [y] frutex eius botrosum semen reddens sibi cōnexum, flore albo veluti violæ, folijs similibus Brioniæ, odore etiam bono, somnos suauificat.

[z] Casia nascitur in Arabia: virga robusti corticis, & purpureis folijs, vt piperis. Est autem virtutis cinnamomi similis, sed potentia inferior: vnde pro Cinnamomi vice duplex eius pondus in medicamentis admiscetur.

[a] Calamus aromaticus à similitudine calami vsualis vocatur. Gignitur in India multis nodis geniculatus, fuluus, fragrans spiritus suauitate. Qui cùm frāgitur, in multas fit partes scissilis, simulās gustu Casiam cū leui acrimonia remordente.

[b] Balsami arbor, in Iudæa intra terminos tantum XX. iugerum erat. Posteaquam eandem regionem Romani potiti sunt, etiam latissimis collibus propagata est, stirpe similis viti, [c] folijs similis rutæ, sed al-

A bidioribus, semperque manentibus. [d] Arbor autem Balsamum: lignum eius Xylobalsamum dicitur: fructus, siue semen Carpobalsamum: succus [e] Opobalsamum. Quod ideo cum adiectione significatur, [f] eo quod percussus ferreis vngulis cortex ligni per cauernas eximij odoris guttam distillat: cauerna enim Græco sermone σῦριγξ dicitur. Cuius guttam adulterant admixto Cyprino oleo, vel melle. [g] Sed syncera probatur à melle, si cum lacte coagulauerit: ab oleo, si instillata aqua aut admixta facilè fuerit resoluta: præterea si lanæ vestes ex ipsa pollutæ non maculantur. Adulteratum quidem neque lacte coagulat, & vt oleum in aqua supernatat, & vestem maculat. [h] Balsama autē si pura fuerint, tantam vim habent, vt si Sol excanduerit, sustineri manu non possint.

a Cap VIII. Aromata sunt quæque. f. Od. India. *Quæq. id est, quæcunq.*

b ramis ad aceris qualitatem, &c. *è Solin. c.* 46.

c Cum frangitur intus pingue. *è Dioscor. lib.* 1. *c.* 82.

d Et appellatur apud nos mascul. *Ex Plin. libro.* 12. *c.* 14.

e Adulteratur autem admixt. *è Dioscorid. ibid.*

f Tos autem si ne asp. *è Seru. ad v.* molles sua tura Sab. *Georg.* 2.

g Myrrha Arab. arb, alt. ad. q. c. *è Solin.*

h Similes spinæ quam ἄκανθον vocant *Seru. Georg.* 2. Acanthus arbor est in Ægypto semper frondēs. ἄκανθος dicta, quia spinis plena est.

i Vnde & nomen accepit. *Nam myrrha è voce Hebræa fluxit: vt item Cinnamomū, Nardus, Crocus: Agallochus, siue Aloe auctore Hieronymo.*

k Gutta eius sponte man. *è Solin.*

l Myrrha autem Troglodytica. *è Dioscorid. lib. c.* 180. *sed sinu fortasse legendum pro* insula.

m Storax arbor Arab. *Donatus in Adelph. sc.* 1. Storax (*inquit*) ab odore. *Eadem vox legitur apud Solinum Styrax apud Plin. & alios.*

n Similis malo Cydonio. *è Dioscor. c.* 80. *Plinius.* 12. *c.* 25. *Cotoneo malo similem.*

o Bdellium. *Vid. Dioscor. c.* 81.

p Æqualiter cerea *Id est, vndiq. cerea. Plinius:* esse autem debet transluciduum simile ceræ.

q Mastyx. *è Dioscorid. c.* 91.

r Candoris ceræ Punicę. *Tyrrhenæ ceræ Dioscor. sed hoc fortasse è Plinio, qui ceram Punicam candidissimam fieri dicit.*

s Piperis--similitudinem. *è Solin. c. de India.*

t Cuius quidem diuersus est fructus. *Ex eod.*

v Vnde & nomen traxisse creditur. *An quia, cum Græcis ἄλως sit area; ara pro area in glossis legit siue Isidorus, siue, quod magis credo, qui hæc illi adiecit.*

x Nam quod in crass -eximium. *è solin. c.* 43. *Vid. Theophr. lib.* 9. *de hist. plant. c.* 5.

y Frutex eius botrosum sem. *è Dioscor. lib.* 1. *c.* 14.

z Casia *Ex eod. c.* 12.

a Calamus aromatic. *è c.* 17.

b Balsami arbor. *è Solin. c.* 48.

c Folijs similis rutæ s.a s.q.m è *Dioscorid.c.18.*
d Arbor autem balsamum.è *Seru.Georg.2.*
e Opobalsamum, quod ideo cum adiectione signif. &c.ex *Hegesipp. lib.4 c.17.*
f Eo quod pe rcussus ferreis vng.*Ita quidem Dioscor. & Theophrastus. Melius Plinius: Ferro ledi vitalia odit, & Tacit.V.hist si vim ferri adhibeas, pauent vene Hegesip.libro* 1.Virgultisque innascitur,quæ acutis lapidib.incidunt pueri agricolar.
h Balsama autem, si pura fuerint. è *Seru. Georg. 2. ad illud.* Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsama?

De herbis aromaticis, siue communibus. Cap. IX.

EXtant & quarundam herbarum nomina,quæ ex aliqua sui causſa resonant,habentes nominum explanationem. Non tamen omnium herbarum etymologiam inuenies. Nam pro locis mutantur etiam nomina.

a Folium dictum, quod sine vlla radice innatãs in Indiæ littoribus colligitur. Quod lino perforatum, siccant Indi atque reponunt. Fertur autẽ Paradisi esse herba gustu Nardum referens.

b Nardus,herba est spicosa, vnde & à Græcis ναρδοστάχυς appellata, quarum alia Indica,alia Syriaca vocatur, non quod in Syria nascatur, sed quòd mons,in quo inuenitur, alio latere Indiam spectat, alio Syriam. Est autem Indica multiformis, sed melior Syriaca,leuis,fulua,comosa,spica parua, odoratissima,Cyperum simulans. Quòd si multũ in ore tardauerit, linguam siccat. Nardus Celtica,à regione Galliæ nomen traxit. Nascitur enim sępius in Ligurię Alpibus,c & in Syria,frutice paruo, radicibus in manipulo collectis ligamentis. Flos eius tantùm propter odorem bonus. Thyrsi eius,atque radiculæ vtiles probantur vsibus nostris.

d Costum,radix herbæ est nascentis in India,Arabia,& Syria, sed melius Arabicum: est enim album & leue,suaue,iucundi odoris, Indicum colore atro, & leue,vt ferula: Syriacũ verò pondere graue, colore buxeo, odore acri,summum tamen album,leue,aridum,gustum incendens.

e Crocum dictum ab oppido Ciliciæ,quod vocatur Coriciũ, quanquam & alibi nascatur,sed non tantum,vel tale,quale in Cilicia. Vnde & à potiore parte nomẽ accepit.Nam multæ res nomina sumpserunt à locis, vbi plus prouenit,& melius aliquid.f Optimum est autem,quod fuerit recens, odoris boni, albedine parua,porrectæ longitudinis,integrum,& neque in fragmẽta comminutum, inspiratione bona,g & cùm carpitur,manus inficiens,& leuiter acre. Quòd si eiusmodi nòn fuerit:aut vetustum, h aut infusum agnoscitur. Adulteratur autem admixto crocomagmate. Augendi quoque ponderis causſa spuma argenti contrita adijcitur, & proditur, si puluerulentum reperitur,i atque decoctum ab odore proprio fuerit lapsum.

k Crocomagma, expresis aromatibus crocini vnguenti,atq. informato sedimine in pannusculos,fit:& ideo sic appellatur.

l Asarum, nascitur in vmbrosis montibus, folijs Casiæ similibus,inter quæ flos iuxta radicem purpureus,in quo semen continetur vuarum simile,radicibus pluribus,atque tenuissimis,& benè redolentibus, & est virtute similis Nardo.

n Phu,nascitur in Ponto,folijs Oleastro similibus.

Cyperus à Græcis vocatur, quod habeat virtutem feruentem. o Radix eius est iuncl trianguli,folijs porri similibus, radicibus nigris,siue contiguis,in similitudinẽ oliuarum odoratissimis atque acerrimis. Nascitur in paludibus atq.p vacuis locis.Traditur etiam alia species Cyperi, quæ in India nascitur,& appellatur lingua eorum Gingiber.

q Iris Illyrica à similitudine Iris cælestis nomen accepit. Vnde & Latinis Arcumen dicitur: quod flos eius coloris varietate eundem arcum cælestem imitetur. Illyrica autem dicitur, quia in Illyrico plurima & violentissima est: species eius folijs gladioli similibus,radice aromatica,odoris boni.

r Acorum,folijs Iridis similibus,radicibus saporis f acerrimi, sed odoris iucundi: propter quòd & aromatica est.

t Meu----
v Cardamomum----
x Squinum,melius quod in Euphrate nascitur,quàm quod in Arabia,fuluum,multiflorum, purpureum, tenue, odoris rosei,cùm manu fricatur, gustu multum incendit linguam,atque mordet. Huius y flos σχοινάνθος dicitur. Ἄνθος enim Græcè flos nuncupatur.

Thymum appellatum, quod flos eius odorem refert.De quo Virgilius:Redolentque thymo fragrantia mella.

z Epithymum,Græcum nomen,quod Latinè dicitur flos thymi. Nã flos Græcè thymũ vocatur.Est autem flos Tymbræ similis.

a Samsucus est,quem Latini Amaracũ vocant. Cuius nominis vsum Virgilius etiam ad Venerem referẽs ait: - Vbi mollis Amaracus illum Floribus & dulci aspirans complectitur vmbra. Apta est autem hæc herba vnguentis.b Vnde & nomen traxit Amaracus à puero cuiusdam regis: qui casu lapsus dum ferret vnguenta,nouum & gratissimũ ex confusione odorem creauit.

c Hyacinthus,herba est habens florẽ purpureum. Traxit autem nomen à puero quodam nobili,qui in saltibus inter purpureos flores repertus est interfectus, deditq. nomen herbę puerilis funeris casus. d Est autem radice,& flore bulbi similis,pueros à pubertate retinens.

e Narcissus herba fabulosè impositum nomen habet,à quodam puero,cuius membra in hunc florem transierunt, qui & nomen Narcisi in appellatione custodit, & decus pulchritudinis in f candore retinet foliorũ.

Rosa à specie floris nuncupata, quod rutilante colore rubeat.

Lilia lactei floris herba,vnde & nuncupata,quasi liclia,g cuius cùm cãdor sit in folijs, auri tamen species intus effulget.

h Viola,propter vim odoris nomen accepit.i Huius genera sunt tria,purpureum,album,melinum.

k Acanthus,herba Ægyptia semper frondẽs, spinis plena, flexili virgulto. In cuius imitatione arte vestis ornatur, quę Acãthina dicitur,& Acanthis dicta.

l Hedera dicta,quod arboribus reptando adhæreat.De qua Virgil.Inter victrices hederam tibi serpere lauros. Alij hederã aiunt vocatam,m quod hœdis supra lactis abundãtiam in escã à veteribus præbebatur.n Hederæ,frigidæ terræ indices sunt secundum Physicos. Nam antipharmacum ebrietatis est,si quis potus hedera coronetur.

Elleborum memorant in Græcia circa Elleborum quendam fluuium plurimũ gigni,atque inde à Græcis appellari.Hoc Romani alio nomine Veratrum dicunt,pro eo quód sumptum,motam mentem in sanitatem reducit. Duo sunt autẽ genera, o albũ, & nigrum.

p Acone,portus est Bithyniæ,qui prouentu malorum graminum vsq. adeò celebris est,vt noxias herbas Aconita illinc nominemus.q Nã Toxica venena ex eo dicta,quòd ex arboribus taxeis exprimantur: maximè apud Cantabriam.

r Euphorbium dictum, quod eius succus oculorum acuat visum. Cuius vis tanta est, vt duris carnibus superadiecta citius coqui compellat.Nascitur in multis locis,sed plurima in Mauritania.

f Laser herba nascitur in monte Oscobagi:vbi & Ganges fluuius oritur:t cuius succus dictus primum Lacsir:quoniã manat in modum lactis: deinde vsu deriuante Laser nominatũ est. Hoc est à quibusdam Opiũ Cyrenaicum appellatum,quoniam & apud Cyrenas nascitur.

v Aloe,herba amarissimi succi.

x Panace,herba fragrãtis odoris, thyrso ferulę similis,ex qua profluit succus:qui Opopanace dicitur, croceus & pinguis, odore grauis,& amarissimus.

Galbanum,succus est ferulæ.

Dycta,est mõs Cretæ,ex quo Dyctamnũ herba nomen accepit, propter quam apud Virgiliuni cerua vulnerata saltus peragrat Dyctæos.Tantæ enim potentiæ est vt ferrum à corpore expellat, sagittas excutiat: vnde,& eius pabulo feræ percussæ sagittas à corpore inhærentes ejciunt. y Hanc quidam Latinorũ Polcium Martis dicunt,propter belli tela excutienda.

z Mandragora dicta, quod habeat mala suaue olentia, in magnitudinem mali Matiani. a Vnde & eam Latini malum terræ vocant. b Hanc poëtæ ἀνθρωπόμορφον appellant,quod habeat radicem formam hominis simulantem. c Cuius cortex vino mixtus ad bibendum datur ijs,quorum corpus propter curam secandum est,vt soporati,dolorem non sentiant.Huius species duæ.Fœmina,folijs lactucę similibus,d mala generãs in similitudinem prunorum. Masculus verò,folijs betæ similibus.

e Papauer herba somnifera: de qua Virgilius, Lethæo perfusa Papauera somno. Soporem enim languẽtibus facit. Eius alia est vsualis,alia agrestis,ex qua fluit f succus,quẽ Opium appellant.

Colocynthis,cucurbita agrestis, & vehementer amara,quæ similiter, vt cucurbita flagella per terram tendit. g Dicta autem Colocynthis,quòd sit fructu rotũdo, atque folijs,vt cucumis vsualis.

h Centauriam Græci vocant, quoniam à Chirone Centauro fertur reperta. Eadem

Universidad de Deusto
Biblioteca

& λειμωνίος, quia locis humectis nascitur. Eadem,& Fel terræ propter amaritudinem.

Glycyrrhiza Græcè ex eo dicta,quòd dulcẽ radicẽ habeat. γλυκὺ enim dulce Græci dicunt. Eadem ἄδιψος, quia sitientibus sitim sedat.

i Dracontea vocata,quod hasta eius varia sit in modum colubri,similitudinemq́, draconis imitetur, vel quòd eam herbã vipera timeat.

k Chelidonia ideò dicitur, vel quòd aduentu hirundinũ videtur erũpere,vel quòd pullis hirundinum si oculi auferantur,matres eorum illis ex hac herba mederi dicuntur.

l Heliotropium nomen accepit primò, quòd æstiuo solstitio floreat, vel quòd Solis motibus folia circumacta conuertat. Vnde & à Latinis Solisequia nuncupatur.Nam & Sole oriente flores suos aperit, idem se recludit, cùm Sol occubuerit. Ipsa est quam Latini Intubum syluaticum vocant.m Hæc & Verrucaria, quod extinguat verrucas ex aqua pota, vel in cataplasmate posita abstergat.

n Pentaphyllon, à numero foliorũ dicta, vnde eam Latini Quinq. folium vocant: herba adeò munda,vt purificationi,& templis adhiberi à Gentilibus solita esset.

o Hyssopus,herba purgandis pulmonibus apta.Vnde & in veteri testamẽto per Hyssopi fasciculos aspergebatur agni sanguine, qui mundari volebat.Nascitur in petris hęrens saxo radicibus.

p Reubarbarum,siue Reuponticum:illud, quod trans Danubium in solo barbarico: istud, quod circa Pontũ colligitur, nominatũ est. Reu autem radix dicitur.Reubarbarum ergò,quasi radix barbara.Reuponticum,quasi radix Pontica.

Hyoscyamos à Græcis,à Latinis Herba calicularis,quod caliculi eius in figuram cantharorũ nascantur,vt est mali Punici,q quorum ora serata sunt,habentia intrinsecus semina papaueris similia.Hæc herba,& insana vocatur,quia eius vsus periculosus est. Denique si bibatur,vel edatur,insaniã facit, vel somni imaginem torpidã. Hãc vulgus Milimindrũ dicit: propter quod alienationem mentis inducit.

Saxifraga vocata, quod semẽ eius petras in vesica frangat,atque comminuat.

Gentiana nomen sumpsit,vt medici memorãt,ab inuẽtore, radicibus Aristolochiæ similibus.Nascitur sub Alpibus,atque Galatia Asiæ.

Satureia, calida,& propè ignita. Vnde illi & nomen inditum credunt, quòd pronos facit in Venerem.

Satyrion dicta à Satyris,propter incendiũ libidinis,r quam vulgus Stingum vocat:Venerem enim suscitat. Eadẽ & Orchis,quod radix eius in modum testiculorum sit: quos Græci ὄρχεις vocant.Item & Leporina,propter quod caulem mollem emittat.

Vrtica vocata, quòd tactus eius corpus adurat.Est enim igneæ omninò naturæ, & tactu perurit:vnde & pruriginem facit.

s Artemisia,herba Dianæ à gentilibus cõsecrata est,vnde & nuncupata.Græcè enim Diana ἄρτεμις dicitur.

t Chamæmelos Græcè dicta, quòd mali Matiani odorem habeat: sitque breuis, terræque vicina.

Chamædrys à Græcis appellatur,quod sit breuis,& per terram strata, & minuta foliis paruissimis.

v Pæon,quidam medicus fuit, à quo Pæonia herba perhibetur inuenta,vt Homerus dicit.Hanc quidã Glycysiden vocãt, quòd dulcis saporis sit, vel Pẽtorobon à numero granorũ,vel, vt alij, Dactylosam à digitorũ similitudine.Nascitur in syluis.

Buglossos à Græcis dicta,eo quòd folia asperrima ad modum linguæ bouis habeat.

x Quæ mirum in modum ob sapientiam nutriendam vino infundenda à veteribus memoratur.Conuiuij quoque hilaritatem prębere fertur: pro olere etiam sumitur.

y Arnoglossos,id est,agni lingua,quæ à Romanis Plãtago dicitur, quod planta eius cito adhæreat terræ.Hac multi pro olere vescuntur.

z Herpillus,quę apud nos Serpillus vocatur, pro eo quod radices eius longe serpant.Eadem, & Matrisanimula,propter quod mẽstrua moueat.

a Aristolochia dicitur,quod mulieribus fœtis optima sit. Nam superfessa post partum, matricem beneficio vaporis expurgat.Huius herbæ genera sunt duo: quarũ vna Aristolochia rotunda dicitur,propter quod rotundam radicẽ habeat: altera Aristolochia longa,quia longam radicem habet, cum ramis & folijs lõgioribus, quam etiam & Dactylitem vocant,quòd sit radice robore digitali,& longa.

b Erigeron nomen à Græcis dicitur, quod vere primo senescat. Vnde & eã Latini Senecionem vocant.Nascitur per macerias.

c Psyllios dicta,quòd semen pulicis simile habeat.Vnde eam Latini herbam pulicarẽ vocant.

d Hierabotane,ideò à Græcis hoc nomen accepit,quòd e remedijs,ac ligamentis hominum, & purificationibus sacerdotum à Gentilibus probaretur apta. Vnde & eam pontifices Sagmen appellabant, quasi sanci men,hæc Verbena,quia pura.

f Paliurus,herba asperrima,& spinosa.

g Struthius,quam quidam Herbam Lanariam vocant,eò quòd plerique lanam ex ea lauent.Nascitur in locis cultis.

Splenos,dicta quòd splenem auferat.

Cimicia,propter similitudinem cimicis. Vnde,& eam Græci κορίον vocauerunt.Nascitur in locis asperis,atque cultis.

Marrubium,quòd Græci Prasium dicũt, vocatum propter amaritudinem. Nascitur in campis.

h Pulegium,apud Indos pipere pretiosius est.i Habet autem vim thermanticam,calefacit,& deducit, extenuat, & purgat, & digerit.

k Absinthium Græcum nomen,cuius probabilius est, quod in Põti regione nascitur: vnde, & Absinthiũ Ponticum nominatur.

l Symphyton Græcè dictum,eo quòd rãtam in radice virtutem habeat,vt frusta carnis aspersa in cacabo coagulet.

m Polypodion,herba,cuius radix hirta,atque crinita,vt est Polypus: ex quo deriuatũ vt Polypodion diceretur.n Nascitur in teneris pertarum terris,siue quercubus vicinis.

o Polios,à Græcis,à Latinis Omnimorbia. quòd multis morbis subueniat. Nascitur in montibus,& duris locis.

p Scammonia, quam Latini Acridium vocant,herba succi plena, quæ colligitur sub cauata radice.Denique terram rotunda cauitate fodiunt:tum suppositis,aut cochleis, aut nucis folijs excipitur succus, atque siccatus aufertur.Venit autem sæpius probabilior ex Mysia Asiæ.Huic contrarius,atq. falsus ex Syria atq. Iudæa.

q Daucus,folijs fœniculi similis, thyrso bipalmis.

Citocatia dicta, quòd ventrem citò depurget,quam vulgus corruptè Citocotiam vocant.

r Lappa dicta,quod habeat caulem ingẽtem per terram dispositam.Hæc herba à Græcis φιλοξένους vocatur, quòd vestibus hominum inhæreat ob asperitatem sui.Nascitur iuxta muros.

Capillus Veneris vocatus,siue quod delapsos post alopeciã capillos recreat,vel quòd Capillorum fluores coẽrcet,vel quod sit vir gulis nigris lenibus cum splendore quasi capilli.Nascitur in aquosis locis.

s Rubia dicta, quòd radix eius sit rubra, vnde & colorare lanas perhibetur.

t Anchusa,cuius radix contrita digitos inficit.Est enim colore sanguineo, vnde etiã pictoribus ad purpuram effingendam vsui est.

Chamæleon,quæ Latinè Viscarago vocatur,eo quòd viscum gignat, in quo hærent aues,quæ propria voluntate descendunt ad escam.

Cicuta,propter quod in thyrso geniculato nodos habeat occultos, vt canna:sic dicitur fossa cæca, quæ occulta est. Hæc potui data interficit. Hanc in carcere Socrates bibit,& expirauit.Persi[u]: Dicere,sorbitio tollit quem dira cicutæ. Hæc dũ hominibus venenum sit,capellas efficit pingues.

v Trifolium est,quòd Græci τριφυλλον vocant,quod sit folijs trinis per singulas adnationes.

Phlomos,quã Latini Herbam Lucernalẽ vocant,ab eo quòd ad lychnia proficiat.Eadem, & Lucubros, quòd lucẽ prębeat vmbris.

Pyretron,Græcè dicta,quòd habeat radicem incendiosam,atque coaceruantem.

x Althea,malua agrestis,siue maluæ viscus, sed Althea,quod in altum surgit: & viscus, quia glutinosa est.

y Oryganum, quod Latinè Colena interpretatur,propter quod infusum coloret vinum.

z Tithymallum vocabulũ sumpsit, quod foliorum comam ad radium solis circumacta conuertat.Nam Græci solem τιτάνα vocant, μαλλὸν comam,ex quo confectum est, vt Tithymallum diceretur. Huius species septem diuersis locis nascentes.

a Strychnos,quæ latinè Herba salutaris vocatur,propter quod dolorem capitis,& stomachi incendiũ mitigat.Eadem, & Vua Lupina propter semen eius vuæ simile.

b Polygonus, quam Latini Herbã sanguinariam vocant,quòd missa in naribus sanguinem moueat.

Ambrosia,quam Latini Apium syluaticũ vocant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocant. De qua Virgilius: Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorem Spirauêre.

Apiago, quod flores eius apes maximè appetunt.

Portulaca----

[c] Rosmarinus, quã Latini ab effectu Herbam salutarem vocant: cuius folia fœniculi sunt similia, atque aspera: & rotatim terræ prostrata.

Colocasia----

Mentha agrestis, [d] quam Græci καλαμίνθην nostri vulgo Nepetam vocauerunt: maioris virtutis, & vehemens in calore.

[e] Genicularis herba substernitur ob scorpionum vim repellendam.

Gladiolus, quòd sit foliis gladij similibus, thyrso cubitali, floribus purpureis.

Verbascum----

Agaricum [f] radix vitis albæ.

Calamites----

Lappa----

Lapago----

Lapella----

Beneola----

Orcibeta----

Mirobalanum---

[g] Asphodelus, quam Latini à colore Albutium vocant.

[h] Scylla, quod nocẽs sit: de [i] qua superstitio Gentilium dicit, quod si integra ad limen suspendatur, omnia mala fugat.

Chamæpitys à Græcis dicta, quòd terræ adhæreat, & odorem pini habeat. Hanc Latini Cucurbitularem vocãt, quod ex parte odorem cucurbitæ referat.

[k] Staphysagria nascitur in locis amœnis.

[l] Asplenos dicta, quòd splenem auferat, siue Scolopẽdrios, eo quòd folia ipsius scolopẽdro animali sunt similia. Nascitur [m] in humidis petris.

[n] Voluus appellatus, quòd radix eius volubilis sit, & rotunda.

[o] Stœchas, in insulis Sthœchadibus nascitur, vnde & nuncupatur.

Cyclaminus Græcè dicta à quodam qui Κύκλος vocatus est, qui primus virtutem huius herbæ inuenit, siue quod habeat radicẽ rotundam. Græci enim κύκλον rotundum vocãt. [p] Cuius radix, aut succus si vino fuerit admixtus, ebrios facit. Nascitur in syluosis locis, & agris.

[q] Ampelos leuce, siue Brionia, quam Latini Vitem albam vocant, vel à qualitate coloris, vel quòd eius radix contrita, & corpori infricata teneriorem, & candidiorem cutẽ reddat. Nam & succus baccarum eius lac vberibus siccis reddit.

[r] Ampelos melæna, id est, vitis nigra, eadémq. Labrusca habens folia hederæ similia, in omnibus maior, quàm vitis alba: baccas similiter habens, quæ in maturitate nigrescunt: vnde & vocabulum sumpsit.

Viticella herba, à Latinis appellata, quòd sicut vitis quicquid proximum habuerit, apprehendat corymbis, quos annulos appellamus.

[s] Buphthalmos florẽ habet croceum oculo similem. Vnde à Græcis nomen accepit. Est autem caule molle, [t] foliis Coriandri similibus. Nascitur iuxta muros ciuitatum.

[v] Phlomos, quam Latini Verbascum vocant, quarum altera est masculus, albidioribus foliis, atque angustioribus: altera fœmina foliis latioribus, atque nigris.

[x] Ferula, vocata à medulla. Nã illam Varro tradit esse ferulæ medullam, quam ἀπόδερον Græci vocant. Nonnulli à feriendo ferulam dicũt. Hac enim pueri, & puellæ vapulare solent: [y] huius succus galbanum est.

[z] Papyrus dicta, quòd igni & cereis est aptum, πῦρ enim Græci ignem dicunt.

Iuncus dicitur, eo quòd iunctis radicibus hæreat.

[a] Scirpus, à quo tegetes texuntur sine nodo: de quo Ennius. Quærũt in scirpo soliti quid dicere nodum. Et in prouerbio: Qui inimicus est, etiam in scirpo nodũ quærit.

[b] Fucus genus herbæ est, de qua tingitur vestis: dicta, [c] quia mentitur alienum colorem: vnde & Virgilius: -- discet mentiri lana colores.

Alga nascitur in aquis stantibus. Ita denique nomen sumpsit ab algore aquæ: vel quod alliget pedes, quia crassa est foliis aquã ex parte superantibus.

Vlua, & Typus herbæ, quæ circa fontes, & paludes stagnáq. nascuntur. Ex quibus vlua, id est, alga mollis, & quodammodo fungus, dicta ab vligine.

Typhe verò, quæ se ab aqua inflat. Vnde etiam ambitiosorum, & sibi placentium hominum tumor typhus dicitur.

[d] Carix, acuta herba, & durissima sparto similis, de qua Virgilius: -- Et carice pastus acuta.

[e] Spartus, frutex virgosus sine foliis, ab asperitate vocatus. Volumina enim funium, quæ ex eo fiunt, aspera sunt.

Gramen

Gramen, à situ potius dictum, quòd plurimorum agrorum sit. [f] Vnde illud Græci, ἀγρῶσιν vocauerunt: licet omnis herba gramen vocetur, ab eo quod germinetur: sicut robur omne lignum, licet sit & species, ab eo quòd firmissima.

[h] Filix, à singularitate folij dicta. Denique ex vna virgula altitudine cubitali vna scissa folia gignitur replicata, velut pinna.

Auena---

Lolium---

Zizania, quod poëtæ semper infelix loliũ dicunt, quod sit inutile, & infœcundum.

Fœnum dictum, quod eo flãma nutritur φῶς enim flamma est.

Manipulum dicimus, fascem fœni. Et dictus manipulus, quod manum impleat.

[a] Cap. IX. Folium dictum, &c. *è Dioscorid. lib. 1. cap. 11.*

[b] Nardus. *Ex eod. c. 6.*

[c] & in Syria. *Istria legerim ex Dioscorid. c. 7.*

[d] Costum. *Ex cap. 15.*

[e] Crocum dictum ab oppid. *è seru. Georg. 1. ad v.* Crocos vt Tmolus odores.

[f] Optimum autem, &c *è Dioscorid.*

[g] & cum carpitur manus inficiens. *Dioscorid. βάπτων ἐνδίδωσι τὰς χεῖρας, hoc est, tingens humectatione manus.*

[h] aut infusum. *Dioscorid. ἐκλειμένων, id est, dilutũ.*

[i] atq. decoctum. *Id est, defrutum. Dioscorid. vt τὸ τὴν ἑψομένην ἐπιπαττόμενον τυγχάνειν. qui indecoctum hic substituunt, quid decoquere sit, non satis vident.*

[k] Crocomagma. *Dioscorid. c. 26. & Plin. lib. 21. c. 20.*

[l] Asarum. *è Dioscorid. c. 9.*

[m] foliis casiæ similibus. *Immo hederæ similibus Dioscor. φύλλοις κισσοῦ ὁμοια. & Plinius lib. 12. c. 13.* hederæ foliis. *Ergò κασσίας pro κισσοῦ legisse videtur vetus Dioscoridis interpres, quo est vsus Isidorus.*

[n] Phu. *è Dioscor. c. 10. Plinius lib. 12. c. 11.*

[o] radix est iunci trianguli. *Hoc caulí tribuit Dioscorid. καυλὸν τριγώνιον.*

[p] atq. vacuis locis. *Contra Dioscoridem: ἐν τόποις ἐρημοῖς, id est, cultis, error ergo interpretis, qui ἀργοῖς fortasse legit. aut ἀργοσίοις.*

[q] Iris Illyrica. *E Dioscor. c. 1.*

[r] Acorum. *Ex c. 2.*

[s] acerrimi saporis, sed odoris iucundi. *Vox saporis deerat in omnibus libris, quã è Dioscor. reposuimus. ille enim: δριμύτατος τῇ γεύσει, τῇ ὀσμῇ ἡδύς. Plinius quoq. gustu acres, odore non ingratas.*

[t] Meu---*Vid. Dioscor. c. 3.*

[v] Cardamomum---*Idem c. 5. & lib. 2. c. 185.*

[x] Schœnus melior. *Vid. Dioscorid c. 6. qui primam laudem Nabathæo Schœno, secundam Arabico tribuit, Libycum inutilem esse ait. Cæter. conueniunt.*

[y] flos schœnanthos. *Squmantos apud Pallad. in Octob. tit. 14. & apud Aurelianum non semel mendosè, sed ita fortasse tunc & proferebant, & scribebant.*

[z] Epithymum. *Dioscorid. lib. 4. c. 179. ἐπίθυμον θύμου ἐστὶν ἄνθος. Vid. Plin. lib. 21. c. 8.*

[a] Sampsuchus. *Ita quoque ab Aurelian & Hesychio: ab alijs sampsuchum effertur.*

[b] vnde & nomen amaracus. *E Seruio. Æneid. 1.* vbi mollis amaracus illum.

[c] Hyacinth. *Seru. eclog. 3. & Ouid. lib. 10.*

[d] est autem radice, & flore volui. *V. Dioscorid. lib 4. c. 63.*

[e] Narciss. *Ouid. lib. 3.*

[f] In candore retinet folior. *Florum potius, nisi folia florum intelligas, vt mox de liliis, ex Ambros. cuius dum candor sit in foliis. Dioscor. ἄνθος λευκὸν.* quasi liclia. *Al. quasi liglia.*

[g] Cuius dum candor sit in fol. -- effulget. *Verba sunt Ambros. Hex. 3. c. 8.*

[h] viola propter vim odoris. *Doloris libri omnes præter Roma. mendosè, vt apparet, Ambros.* In quib. nescias, species ne amplius florum, an vis odora delectet.

[i] Huius genera sunt tria. *Quattuor retulit Dioscor. λευκὸν, μέλινον, κυανοῦν, πορφυροῦν. tria Plinius:* purpuream, luteam, albam.

[k] Acanthus. *Locus conflatus ex tribus Seruij locis. Geor. 2. Æn. 1. & eclog. 4.*

[l] Hedera. *Festus.* Hedera dicta quod hæreat, siue quod edita petat, vel quia id, cui adhæserit, edat.

[m] quod hœdis supra lactis abund. &c. *Columell. lib. 7. c. 6. de hœdis:* Qui vbi editi sunt eodem modo, quo agni, educantur, nisi quod magis hœdor. lasciuia compescenda, & arctius cohibenda est: Tum super lactis abũdantiam Samera, vel Cythisus, aut Hedera præbenda.

[n] Hederæ frigidæ terræ indices. *E Seruio Georg. 2.* Hederæ pandunt vestigia nigræ.

[o] album, & nigrum. *Quæ post hæc leguntur in quibusdam editis, absunt ab omnibus manusc. Sunt verò Ambrosij verba, lib. 3. Hex. c. 9. quæpropterea hìc adscribemus: Hanc autem periti loquuntur escam esse, & alimoniam coturnicũ, eo quòd naturali quodam temperamento sui corporis vim pabulinocentis euitant -- &c. vsq. ad -- solutem.*

[p] Aconẽ portus est Bithyniæ, qui prouentu malor. gr. è *Solin. c. 55.*

[q] Nam toxica venena ex eo dict. *Plin. lib. 16. c. 10.* Sunt & qui taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus.

[r] Euphorbium dict. *Etymologiæ, opinor, meminisse Isidorus noluit, & hic vt sæpe alias aliquid à Braulione, vel potius à posteris additum. Plinius ab Euphorbo Iubæ regis medico nomen duxisse putat.*

[s] Laser herb. n. i. monte Oscobagi. *Al. Osabagi. Quis verò hic mons, nos ad coniecturam euadere nunquam quiuimus.*

[t] Cuius succus dictus primum Lac Sirpicum. *Solin. c. 40.* Dictum primum lac Sirpicum, quoniam manat in modum lacteum. deinde vsu deriuãte, laser nominatum. *Columella verò lib 6.* Radix, quã Silphion Græci vocant, vulgus nostra consuetudine laserpitium appellant. *Et diuersum fuisse laserpitium, à sirpe videtur. Plautus in Rudente:* Teq. oro, & quæso, si sperас tibi hoc anno multum futurum sirpe, & laserpitium. *Vid. Plin. lib. 19. c. 3.*

[v] Aloe herb. a. s. *Dioscorid. lib. 3. c. 25.*

[x] Panaces. *E Dioscor. lib 3. c. 55.*

[y] Hanc quidam latinor. Pulegiũ. *Plin. lib. 20. c. 14.*

[z] Mandra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

u Mandragora dicta quod. *Ne hic quidem de verisimili cogitauit.*

n vnde & eam Latini malum terræ. *Dioscorid.* Ῥιζοῦσι μῆλα κάτινα, ὁι δὲ μῆλα τερέτζια.

b Hanc poetæ anthropomorphion. *Quos imitatus est Columella:* Quamuis semihominis vesano gramine fœta Mandragoræ pariat flores. mœstamq. cicutam.

c Cuius cortex vino mixt. *è Dioscor. lib. 4. c. 76.*

d mala generans in similitudinem prunorum. *Dioscorid.* μῆλα ὁύοις ὁμοῖα, id est, *sorborum.*

e Papauer. *Dioscor. lib. 4. c. 65.*

f succus quem opion vocant. *Sic Plin lib. 20. c. 18. Dioscor.* τὸ ὄπιον.

g Dicta autem colocynthis quod ſ. f. r. *Neque hic est, quod in etymologia moreris. Dioscorid.* κάρπος περιφερὴς ὅμοιος σφαίρᾳ μέσῃ, πικρὸς σχυρώδης.

h Centaurium. *è Dioscor. 3. c. 9. & Plin. 25. c. 6.*

i Dracontea. *Ex eod. lib. 2. c. 196.*

k Chelidonia. *Ex eod. lib. 2. c. 211.*

l Heliotrop. *Vid. Dioscor. lib. 4. c. 193. & Plin. lib. 22. cap. 21.*

m hæc & Verrucaria. *Vid. Plin.*

n Pentaphyllon. *è Dioſc. lib. 4. c. 42.*

o Hyſſopus herba purgand. pulm. &c. *Ex August. in pſalm. 50.*

p Reubarbarum. *Vid. Dioſc. lib. 3. c. 2.*

q quor. ora ſerata. *Dioſc. Vid. alij.*

r quem vulgus Stingum. *f. ſcincum. Vid. Dioſcori. lib. 3. c. 135. & Plin. lib. 28. c. 28.*

s Artemiſia. *Plin. lib. 25. c. 7.*

t Chamæmelos. *Dioſc. 3. c. 154.*

v Pæon. *Idem. c. 157. & Plin. 25. c. 4.*

x qui mirum in modum ob ſap. &c. Ob lætitiam, *ita enim reddidit Plinius.* (εὐφροσύνην) *quæ est apud Dioscor.*

y Arnogloſſos. *Dioſc. 2. c. 153.*

z Herpyllus. *Vid. Seru. eclog. 2.*

a Ariſtoloch. *Plin. 25. c. 8. & Dioſcord. 3. c. 4. & 5.*

b Erigeron. *è Dioſc. 4. c. 97.*

c Pſyllion. *Ex Dioſc. & Plin.*

d Hierobotane. *Vid. Plin. 25. c. 9. & 22. c. 2. & Dioſc.*

e remedijs, ac legationib. *Ligamẽtis libri omnes malè. Plin. lib. 22. c. 2.* Quoniam non aliunde ſagmina in remedijs publicis fuere, & in ſacris legationibus verbenæ.

f Paliurus. *è ſeru. eclog. 5.*

g Struthios. *è Dioſcorid. & Plin.*

h Pulegium apud Ind. p. pretioſius. *Verba ſunt Hieronym. ep. 83. ad Euagrium.*

i habet autem virtutem therm. &c. *Ex Dioſcor. lib. 3. c. 36. ſed abſunt hæc à veterib. lib.*

k Abſinthium. *è Dioſcorid.*

l Symphytum. *Ex eod.*

m Polypodium. *Ex eod.*

n Naſcitur in teneris petrarũ terris. *Id eſt, in muſcoſis petris. Si ita licet interpretari verba Dioſ.* φύεται ἐν πέτραις βρύα ἐχθ Cous. Sed malim ego cũ Chacone legere, naſcitur in teneris petrar. *ſiue in terris quercub. vicinis.*

o Polion. *è Dioſcor. Multa hic in editis, quæ abſunt à manuſcr. Gotthicis.*

p Scammonea. *Ex eod.*

q Daucus f. f. thyrſobipalmi. *Dioſc. lib. 3. c. 76.* τὸ δὲ μέσον σπίθαμιον. *Quod autem* σπίθαμιον *bipalmem vertit vetus eius interpres, mirari deſinet, qui idem feciſſe Plinium animaduerterit lib. 27. c. 4. Nam quod Dioſcorides de agerato dixit:* δάμνει ἐγὶ φρυγανώδης σπιθαμιαῖος. *ipſe reddidit.* Ageraton ferulacea eſt duorum palmorum altitudine. *Scio eandem Plinium* σπιθαμὴν *variè interpretaris: Aliquando palmum, vt lib. 12. c. 19. & lib. 22. c. 21. & lib. 26. c. 7. & 8. ex Dioſcori. & Theophraſto. Nonnunquam etiam ſempedem, vt lib. 34. c. 4. ex Theophraſt. lib. de hiſt. plant. 2. c. 8. & lib. 20. c. 8. & lib. 27. c. vltim. Interdum vero cubitum, vt lib. 22. c. 8. & lib. 26. c. 8. de hyperico oleracto frutice, tenui, cubitali. Alijs autem locis rectè vertit dodrantem, vt lib. 7. cap. 2. aut duodecim digitos, vt. lib. 8. c. 21. miſſe forte hi omnes loci corrupti apud Plinium, votis haud minùs diſtantibus, & pro bipalmem tripalmem, pro* IIII. *digitos,* XII. *digitos, & pro tenui cubitali ſemicubitali, & pro ſempede ſemicubitum apud illum legas.*

r lappa dicta quod habeat caulem ingentem. *Ab* ἀπὸ τοῦ λαπίζειν, *quod eſt inſolenter ſe gerere? Vid. Plin. lib. 27. c. 5.*

ſ Rubia. *ἐρυθρόδανον. Dioſc. lib. 3. c. 160.*

t Anchuſa. *Idem lib. 4. c. 25.*

v Trifolium per ſingulas adnationes. *Adnata vocat Plinius lib. 27. c. 11. quas Dioſcorid.* παραφύαδας. *al. nodationes.*

x Althea. *Dioſcorid. lib. 3. c. 163.* Ἀλθαίαν τινὲς δὲ ἰβίσκον καλοῦσι. μαλάχης ἐστὶν ἀγρίας εἶδος. *Pallad. in Octob. tit. 14. Altheæ, hoc eſt, hibiſci folia. Dicitur hodie à noſtris malauiſco.*

y Origanum quod Latinè colina. *Al. colerina. al. ſelena, fortaſſe conyla (quæ auctore Dioſcoride, origani ſylueſtris eſt ſpecies) ſcribendum fuit: ſed neque vox eſt Latina, neque etymologia colorandi conuenit, ſed mendis, & additamentis ſcatent omnia.*

z Tithymalum. *Hoc quartũ genus tithymali apud Plin. lib. 26. c. 8. quod helioſcopon appellari ait.* Etymologiam aptauit helioſcopi ſignificationi *ſuo more Iſidorus.*

a Strychnos quæ Latinè herba ſalutaris. *Plin. lib. 22. c. 31.* Et nihil eſſe corporis malorum, cui non ſalutare ſit Strychnos, Xenocrates prædicat. *Vid. Dioſc. lib. 4. c. 69.*

b Polygonos. *Dioſc. lib. 4. c. 4. Plin. 26. c. vlt.* Polygonus pota menſes ciet. *Alij verò ſanguinem ſiſtere tradidere.*

c Ros marinus. *è Dioſcor. lib. 3. c. 87. Sed quod aſperas dixit folia.* τραχύτερα *legiſſe videtur interpres, nõ παχύτερα, vt vulgò legitur.*

d quam Græci Calamintham. *Vid. Dioſcorid. lib. 3. c. 42. & 43.*

e Genicularis h. ſ. ob ſcorpion. *Id mentaſtro tribuit Plin. lib. 20. cap. 14. iſdem verbis, neque de polygonato (quod ſciam) quiſquam id prodidit. Ac neque Iſidorus quidem, niſi valde fallor.*

f Agaricum radix. *Ita quidem Galenus, atq. alij exiſtimauere, ſed compertum eſt truncis adnaſci fungi inſtar uteri vaſta lacuna in Gotthicis.*

g Aſphodelos albucũ. *Al.* albutiũ. *Gloſſ.* albucinũ. *Dioſcorid.* λευκὸν ἀσφόδελον τέμνεσθαι κατὰ τὴν ὀνομαζόμενον ὀβελίσκον χρῆν.

h Scylla quod nocens ſit τὴν σκύλλαν vexare, *quo reſpexit fortaſſe Virgilius, cum de Scylla dixit eclog. 6.* Duichias vexaſſe rates.

i De qua ſuperſtitio gentilium. *Ex Dioſcor. lib 2. & Plin. 21. c. 17.*

k Staphiſagria in locis amœnis. *Hæc tantum verba leguntur in Gotthicis CC. quæ præterea leguntur in editis additæ*

additæ ſunt ab aliquo Æſculapij filio, ex Dioſcorid. Auicenna & Auerroe.

l Aſplenum. *Vid. Dioſcorid. 3. c. 151. & Plin. 27. c. 5.*

m naſcitur in humidis petris. *Quæ poſt hæc leguntur in editis, nõ ſunt in manuſc. addita tamen ſunt è Dioſcor. & Plin.*

n Voluus. *Apta ſcriptura etymologiæ. Plinius, & alij bulbum, Græci* βόλβον *dicunt.*

o Stœchas. *Ex Dioſcorid. 3. c. 31.*

p cuius radix, aut ſuccus ſi vino, &c. *è Dioſcorid. 2. c. 194. Plin. 25. c. 9.* Narrant ebrietatem repræſentaſſi addita in vinum.

q Ampelos leuce, ſiue Bryonia. *Ex eod. lib. 4. c. 154.*

r Ampelos melæna. *Ex eod. c. 185.*

ſ Buphtalmas. *Ex eod. lib. 3. c. 156.*

t folijs coriandri. *Fœniculi, Plinius, & Dioſcorides.*

v Phlomos. *De qua paullo ante. Vid. Dioſc. 4. c. 104.*

x Ferula vocata à medulla. *Nempe quaſi ferens hilũ.*

y Huius ſuccus galbanũ eſt. *Non cuiuſlibet, ſed vaginæ ὃταν ἐν σαγίᾳ γενομένη, vt ait Dioſcorides, id eſt, ferulæ cuiuſdam, quæ in Syria naſcitur.*

z Papyrus. *Vid. Plin. & Dioſcor.*

a Scirpus è quo tegetes texuntur. *Plin. 21. c. 18. & Feſtus in* Scirpus.

b Fucus. *è Seru. Georg. 4.*

c dicta, quia mentitur alienum colorem. *More fuci illius, qui apem ſimulat.*

d Carex. *è Seru. eclog. 3.*

e Spartum ab aſperitate. *Etymologiam nihil mouet.* Vnde illud Græci ἀγρώσιν. *Ita interpretatur* ἀγρώσιν *Hieronym. ep. 19.*

f licet omnis herba gramen -- cum ſit & ſpecies, *Verba Seruij Æn. 12.*

g Filix vna ſciſſa folia gignit replicat. *Dioſcor. lib. 4. c. 188. & Plin. 27. cap. 9. Notandus verò Gotthicis ſinus. nam folia ſingulari numero non ſemel vtitur. Sed hæc librariorum vitio magis putamus accidiſſe, quam Iſidori.*

De oleribus. Cap. X.

HOrtus[a] nominatur, quod ſemper ibi aliquid oriatur. [b] Nã cùm alia terra ſemel in anno aliquid creet. hortus nunquam ſine fructu eſt.

Olus ab alendo dictum, eo quòd primùm homines ab oleribus alerentur, antequam fruges, & carnes ederent. Tantum enim pomis arborũ, & oleribus alebantur, ſicut animalia herbis.

Caulis, eſt generaliter herbarum vel olerum medius frutex: qui vulgo thyrſus dicitur, quod à terra ſurſum conſcendat: ex quo deriuatum eſt, vt ſpecialiter [c] quoddam genus olerum caulis diceretur, quia thyrſus ipſius amplius cæteris oleribus coaleſcit, id eſt, creſcit. Eſt autem generale nomen. Omnis enim frutex caulis.

[d] Cyma dicitur, quaſi coma. Eſt enim ſummitas olerũ vel arborum, in qua vigens virtus naturalis eſt.

[e] Malua ex parte Græco vocabulo appellatur ἀπὸ τῆς μαλάσσειν, eo quòd molliendi aluum, ſoluendíq. naturam habeat. [f] Cuius ſucco ſi quis ſe oleo mixto perũxerit, ab apibus negatur feriri. Folia eius ex oleo trita & impoſita ſcorpionibus, credũtur afferre torporem.

Paſtinaca vocata, quòd radix eius præcipuus paſtus ſit hominis. Eſt enim odoratu iucunda, cibo delectabilis.

[g] Rapa dicta à rapiendo, id eſt, comprehendendo. Eſt autem radice amplior napo, ſapore dulcior, & folio tenui.

Napus à ſimilitudine rapæ vocatus, niſi quod folijs latior, & radicis guſtu ſubacrior eſt. Nominis autem affinitas in vtriſque inde penè communis, quia vtrumque ſemen in alterum viciſsim mutatur. [i] Nam rapa in alio ſolo, vt Æmilianus ait, per biennium mutatur in napum: alio vero, napus tranſit in rapam.

Napocaulis ex duobus oleribus compoſitum nomen habet, quia dum ſit ſapore napo ſimilis: non in radice, ſed in thyrſum conſcendit, vt caulis.

Sinapis appellatur, quod folij ſit ſimilis napis.

Raphanum Græci, nos radicem vocamus, [k] eo quòd deorſum totus nititur: dum reliqua olera in ſumma magis proſiliant, [l] cuius ſemine macerato quiſquis ſuas manus infecerit, ſerpentes impunè tractabit. [m] Siquidem exipſius radice etiam ebur albeſcit. In cibo quoque venenis obſiſtit. [n] Nam contra venena huius radices, nuces, lupini, citrium, apium, proſunt, ſed contra futurũ, non contra acceptum venenum. Vnde & apud veteres ante alias epulas hæc ſolebant menſis apponi.

[o] Lactuca dicta eſt, quòd abundantia lactis exuberet, [p] ſeu quia lacte nutrientes fœminas implet. [q] Hæc & in viris Veneris vſum coercet.

Lactuca agreſtis eſt, [r] quam Sarraliam nominamus, eo quòd dorſum eius in modum ſerræ eſt.

[ſ] Intubus Græcum nomen eſt. Et intubus, quòd intus ſit tophus.

Cepa vocatur, quia non aliud eſt, niſi tantùm caput.

[t] Aſcalonia nuncupata ex vna vrbium Palæſtinæ, quæ Aſcalon dicitur, vnde prius aduecta eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

v Allium dictum quod oleat.
x Vlpicum appellatum, quòd allij odorem habeat.
y Phaselũ, vocari aiũt, à Phaselo insula Græciæ, vbi non procul mons Olympus est.

Porrum, cuius duo genera sunt capitatũ: & sectile. Capitatum maius, sectile paruulũ.

Beta apud nos oleris genus, apud Græcos littera est.

Blitum genus oleris, saporis euanidi, quasi vilis beta.

Cucumeres, quòd sint interdum amari, z qui dulces nasci perhibentur, si lacte mellito eorum semen infundatur.

Cucurbita. - - -
Apopores. - - -
Pepo. - - - -
Melipepo. - - -
Ocymum. - - - -
Olus molle. - - -
Atriplex. - - - -
Brassica. - - -
Olisatrum. - - -

a Nasturtium sapor appellauit, quòd acrimonia sui nasum torqueat.

Fungi, quod aridi ignem acceptum concipiãt. Φῶς enim ignis est, b vnde & esca vulgo dicitur, quod sit fomes ignis, & nutrimẽtum. Alij dicunt fungos vocatos, quod sint ex eorum genere quidam interẽptorij, vnde & defuncti.

Tubera, tumor terræ prodit, eáque causſa nomen illi dedit.

Bulbi appellati, quod sint volubiles, & rotundi.

Asparagus, quod sit spinosus, & asper frutex eius, ex quo gignitur.

Capparis à Græcis nomen sumpsisse videtur, quod habeat rotunda in summitatibus seminum capitella.

c Armoracia, hoc est, Lapsana.

Lapistus. - - - -

Lapathum, hæc in cibo sumpta stomachũ confortat, Venerem reprimit.

d Carduus. - - - -

Eruca, quasi vruca, quod ignitæ sit virtutis, & in cibo sæpe sumpta Veneris incendium moueat. Huius species duæ: quarum altera vsualis, altera agrestis, acrioris virtutis, vtraque tamen Veneris commouens vsum.

a Cap. X Hortus nom. q. s. i. a. o. *Festus.* Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi, qui arma capere possent, orirentur. *Vel, Longus:* A Hortus quoque non desiderabat aspirationem, quod ibi herbæ oriantur, id est nascantur, sed tamẽ à consuetudine accepit.

b Nam cum alia terras, &c. *è Seruio, Georg. 4. ad-* Hellespontiaci s. t. P.

c quoddam genus olerum caulis. *Brassica, Pallad. in Febr. Tit. 24.*

d Cyma d. quasi coma. *Immo quasi κύησις, hoc est, fœtus auctoribus Theophr. lib. 7. de hist. plant. & Galeno 2. de facult. elem. c. 58. Vtũtur hac voce Celsus, Columel. & Plin.*

e Malua- eo quod molliendi *Plin. lib. 20. c. 21.*

f Cuius succo. *Ex eod & Dioſco. lib. 2.*

g Scorpionib. creditur afferre t. *è Plin. lib. 20. c. 4.*

h Rapa d. à rapiendo. *Imo à Græca voce ῥάφυ siue ῥάπυ, rapum neutro genere enuntiat Columella.*

i nam rapa in alio solo, *vt Palladius inquit lib. 8. c. 2. & Columella lib. 2. c. 10.*

k eo quod totus deorsum nititur. *Ex eod. Pallad. in Lunario tit. 14.*

l cuius semine macer. &c. *Ex Plin. 20. c. 4.*

m Si quidem ex ipsius radice etiã ebur albescit. *Hæc si tollas, melius cohærebunt cætera, sed aliquid deesse tendo. Plinius 19. c. 5. de raphanis:* Vtilissimi in cibis hyberno tempore existimantur, ijdemq. dẽtibus semper inimici, quoniam atterant: ebora certè poliunt.

n Nam contra venena radices-- apponi. *è Seruio Georg. 2. ad illud:* Auxilium venit, ac membris agit atra venena.

o Lactuca- exuberet. *Verba sunt Pallad. in Lun. tit. 14.*

p seu quia lacte nutrient. fœm. *Vid. Dioſc. lib. 2.*

q hæc in viris ven. vſ *Ita quoddam lactucæ genus Eunuchium dictum refert Plinius lib. 19. c. 8.*

r quam Sarraliam. *Nos cerraja dicimus.*

s Intubum Græcum nomen est. *Romanum esse testatur Dioſcorides, & Galenus.*

t Ascalonia nuncup. ex vna vrb. Pal. *Ita Plin. 19. cap. 6.*

v Allium dictum quod oleat. *Vel quod halet, vt alij volunt.*

x Vlpicum. *Vid. Columell. lib. 11. & Plin. 19. c. 6. De etymologia non liquet.*

y Phaselus. *Cicero in Verr.* Phaselis illa, quam cepit P. Seruilius, non fuerat vrbs antea Cilicum, atque prædonũ. Lycij illã Græci homines incolebãt.

z qui dulces nasci perhibentur si lacte mellito. *Ex lacte, & mulſo Pallad. lib. 4. c. 9.*

a Nasturtium sapor app. &c. *Plin. 19. c. 8.* Nasturtium nomen accepit à narium tormento.

b Vnde & esca vulgo dicitur. *à nobis yesca.*

c Armoraca. *Pallad. lib. 11. c. 11.* Armoracam seremus, nam hæc agrestis est raphanus *Non est vera Armoracia eadem cum Lapsana: de illa Dioſcori. lib. 2. c. 138. de hac c. 142. foliis tamen similes esse ait.*

d Carduus, succus eius alopecias curat. *Plin. 21. 23.* Antequam floreat contulus, atq. expressus illoto succo alopecias replet.

De odoratis oleribus. Cap. XI.

APium dictum, quod ex eo apex, id est, caput antiquorum triumphãtium coronabatur. Hercules autẽ hanc herbam primus capiti circumtulit. Nam nunc populũ capite

capite præferebat: nunc oleastrum: nunc apium. a Cuius radices efficaciter pugnant contra insidias venenorum. Eius generis sunt petroselinon, hipposelinon, & oleoselinon.

Petroselinon vocatum, quod sit simile apio & nascatur in petris montibusq. præruptis, quod nos petrapiũ dicere possumus. Σέλινον enim Græcè apium dicitur: sed est summum ac probabile Macedonicum, gustu suaue, & odore aromatico.

Hipposelinon, quod sit durum & austerum.

b Oleoselinon, quod mollius folio, & caule tenerum.

c Fœniculũ Latini vocant, quod eius thyrsi, seu radicis succus acuat visum, d cuius virtus traditur, vt serpentes annuam senectutem eius gustu deponant. Hoc olus Græci μάραθρον vocant.

e Ligusticum à regione nomen accepit. Nascitur enim plurimum in Liguria, odore aromatico, & gustu acre.

Aneson, vt Græci dicunt, siue, vt Latini, anesum, herba omnibus cognita, acerrimè feruens mictualis.

Anethum. - - -

Cuminum. - - -

Coriandrum ex Græco nomine sumptũ, quod illi κόριον vocant: f cuius semen in dulci vino datum proniores reddit in Venerẽ: si supra modum dederis, amentiam nutrit. g Canos etiam ex coriandro infici traditum est.

Abrotanum. - - -

Ceræfolium. - - -

h Ruta dicta, quod sit feruentissima. Cuius altera agrestis, atque virtute acrior, sed vtraque feruentissima comprobatur. i Hãc venenis repugnare mustelæ docent, quæ, dum cum serpente dimicauerint, cibo eius armantur.

Saluia. - - -

k Inula, quam rustici alam vocant, radice aromatica, odoris summi cum leui acrimonia.

Menta, huius genera sex.

a Cap. XI. Cuius radices. *è Dioſcorid. lib. 3.*

b Oleoselinon. *Oreoselinon malim ex Plinio, aut etiam helioselinon, quod paluſtre est. aut certè elaoselinon.*

c Fœniculum quod acuat vil. *Quasi phænoculum è Græca, & Latina voce.*

d Cuius virtus ttad. *è Plin. 20. c. 23.*

e Ligusticum. *Ex eod. lib. 19. c. 8. & Dioſcor. lib. 3.*

f Cuius semen-- nutrit. *è Dioſcor. lib. 3. c. 71.*

g Canos etiam ex coriandro infici. *Id non nisi de hyperico prodidit Plinius lib. 26. cap. 15. quod etiam corion (vt ipse ait) vocatur, sed Dioſcorides id hyperici genus κόριον nominat.*

h Ruta dicta quod sit feru. *An à ruendo, an potius à sono quem feruens humor reddere solet? Non opinor. neque de etymologia cogitauit, sed ad Plinium, & Dioſcoridem respexit, quorum vterque feruentem rutæ naturam tribuit.*

i Hanc venenis repugnare mustellæ. *è Plinio, 20. cap. 13.*

k Inula, quam rustici Alam. *Quod nomen Hiſpani retinemus. de Inula Vid. Plin. lib. 19. c. 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER DECIMVS OCTAVVS.
De bello, & ludis.

DE BELLIS. Cap. I.

PRimus[a] bella intulit Ninus Assyriorum rex. Ipse enim finibus suis nequaquam contentus, humanæ societatis fœdus irrumpés, exercitus ducere, aliena vastare, liberos populos aut trucidare, aut subijcere cœpit, vniuersamque Asiam, vsque ad Libyæ fines noua seruitute perdomuit. Hinc iam studuit orbis in mutuo sanguine alterna grassari cæde.

Quattuor autem sunt genera bellorum, id est, iustum, iniustum, ciuile, & plusquam ciuile. Iustum bellum est, quod ex prædicto geritur de rebus repetitis, aut propulsandorum hostium caussa. Iniustum bellum est, quod de furore, nõ de legitima ratione initur. De quo in republica dicit Cicero: Illa iniusta bella sunt, quæ sunt sine caussa susceptа. Nam extra vlciscendi, aut propulsandorum hostiũ caussam, bellum iustum geri nullum potest. Et hoc idem Tullius paucis interiectis subdidit: Nullum bellum iustum habetur, nisi denuntiatum, nisi indictum, nisi de repetitis rebus. Ciuile bellum est, inter ciues orta seditio, & concitatio tumultus, sicut inter Syllam, & Marium, qui bellum ciuile inuicem in vna gente gesserunt. Plusquàm ciuile bellum est, vbi non solum ciues certant, sed & cognati: quale actũ est inter Cæsarem & Pompeium: quando gener & socer inuicem dimicauerunt. Siquidem in hac pugna frater cum fratre dimicauit: & pater aduersus filium arma portauit. Lucanus: -- in fratrem ceciderũt præmia fratris. Item, -- Cui ceruix cæsa parentis Cederet --.

A Bella itaque dicuntur interna, externa, seruilia, socialia, piratica. Nam piratica bella sunt sparsa latronũ manus per maria myoparonibus leuibus & fugacibus, [b] nõ solùm nauium commeatus intercipientibus, sed etiam insulas, prouinciásque vastantibus, quos primùm Cneus Pompeius post multam vastationem, quam terra marique egerant, mira celeritate compressit, ac superauit.

Sicut autem Bellum vocatur, quod contra hostes agitur: ita Tumultus qui ciuili seditione concitatur. [c] Nam Seditio est dissensio ciuium: dicta quod seorsum alij ad alios B eant. Alij æstimant dissensionem animorũ seditionem vocari, quam Græci διάστασιν vocant. Quo autem differat vtrumque, [d] Cicero docet: Potest enim inquit, esse bellum, vt tumultus non sit. [e] Tumultus autem esse sine bello non potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? Vnde etiam dictus tumultus, quasi timor multus. Grauior autem est tumultus, quam bellum. Nam in bello vacationes valent, in tumultu non valent.

Differt autem bellum, pugna, & prœlium. Nam bellum vniuersum dicitur, vt Punicũ. C Huius partes sunt pugnæ, [f] vt Cannensis, Trebiensis. Rursum in vna pugna sunt multa prœlia. Aliud enim in cornibus, aliud in media, aliud in extrema acie geritur. Bellum igitur est totum, pugna vnius diei, prœlium pars pugnę est.

Bellum antea Duellum vocatũ, eo quòd duæ sint partes dimicantium, vel quod alterum faciat victorem, alterum victum. Postea mutata, & detracta littera, dictum est bellum. Alij [g] per antiphrasin putant dictum, quod sit horridum: vnde illud, Bella horrida bella, cùm bellum contrà sit perfisimum.

Prœlia

Prœlia dicuntur à premẽdo, hostis hostẽ. [h] Vnde & prela ligna, quibus vua premitur.

Pugna vocata, eo quòd initio vsus fuisset in bello pugnis contendere, vel quia primò bellum pugnis incipiebant. Vnde etiam pugna duorum est aliquando sine ferro.

Quattuor autem in bello geruntur. Pugna, fuga, victoria, pax. Pacis vocabulum videtur à pacto sumptum. Posterius autẽ pax accipitur, fœdus primùm initur. Fœdus est pax, quæ fit inter dimicantes, vel à fide, vel à fecialibus, id est, sacerdotibus dictum. Per ipsos enim fiebant fœdera, sicut per seculares bella. [i] Alij fœdera dicta putant à porca fœdẽ, & crudeliter occisa, cuius mors optabatur ei, qui à pace resiliisset. Virgilius: -- Et cæsa iungebant fœdera porca. Fœderis partes induciæ. Et dictæ induciæ quasi indies ocia.

[a] Cap. I. Primus bella intulit Ninus. *Ex Iustino, aut fortasse etiam è Trogo, atquãto enim hæc ampliora, quã apud Iustinum, neque eiusmodi, vt ab Isidoro aucta videantur.*
[b] Non solum nauium commeatus -- vastantibus. *Verba sunt Orosij lib. 6. c. 4.*
[c] Nam seditio. *Eadem sup. lib. x. in S.*
[d] Cicero docet. *Philippica. 8.*
[e] Tumultus, quasi timor multus. *è Serv. Æn. 2. ad v. gemitu miseroque tumultu.*
[f] vt Cannẽsis, Trebiensis. Termensis CC. *o. mendosè.*
[g] Alij per antiphrasin. *è Serv. ibid.*
[h] vnde & prela - premitur. *Ex eod. Georg. 2.*
[i] Alij fœdera -- porca. *Ex eod. Æn. 9.*

De triumphis. Cap. II.

OMne regnum seculi huius bellis quæritur, victorijs propagatur. Victoria dicta, quod vi, id est, virtute adipiscatur. Hoc est enim ius gentium, vim vi repellere. Nã turpis est dolo quæsita victoria. Certa autẽ victoria est: vel occisio hostis, vel exspoliatio, vel vtrumque. [a] Non est autem iucunda victoria, quæ per immensa detrimenta cõtingit. Est hoc est, quod laudat Sallustius, duces victoriã in cruento exercitu reportasse.

Pompa dicta est Græca significatione, ἀπὸ τῆς πομπεύειν. hoc est, publicè ostentari. [b] Præcedit autem Victoria pompam, ideò quod ituris ad hoc certamẽ primum est victoriæ votum.

[c] Trophæũ dictũ ἀπὸ τῆς τροπῆς, id est, cõuersione hostiũ, & fuga. Nã ab eo, quod hostem quis fugasset, merebatur trophæũ: qui occidisset, triumphũ, qui dictus est ἀπὸ τῆς θριάμβης, id est, ab exultatione. Plenæ enim victoriæ triumphus debetur: semiplenę trophæũ, quia nondũ plenã est victoriã consecutus. Non enim obtinuit, sed fugauit exercitum. Hæc tamen nomina scriptores confundunt. Tranquillus autem triumphũ Latinè dicit potius appellatum, quod is, qui triumphans vrbem ingrederetur, tripertito iudicio honoraretur. Nam primùm de triũpho duci concedendo exercitum iudicare solitum erat: secundo senatum: tertio populum.

Erat autem apud Romanos mos, vt triũphantes quadrigis veherentur: ex illo quod soliti sint priores duces hoc habitu bella inire. Quicumque autem in conflictu vicisset, palma aurea coronabatur, quia palma stimulos habet. Qui verò sine conflictu fugiẽtem prostrasset: laurea, eo quòd hæc arbor sine spinis est. [d] Namque & purpuream, & palmatam togam triumphãtes induebãtur, & scipionem cum sceptro in manu gerebant ad imitationem victoriæ Scipionis: licet & scipio baculus sit, quo homines innituntur. Vnde & ille primus Cornelius Scipio appellatus est, quia in foro pater eius cæcus innixus eo ambulabat. Super scipionem autem aquila sedebat: ob indiciũ quod per victoriam, quasi ad supernam magnitudinẽ accederẽt. [d] Inde & colore russo perliniebãtur, quasi imitarentur diuini ignis effigiem. [f] Quod verò à carnifice contingebantur, id erat indicio, vt ad tantum fastigium euecti mediocritatis humanæ commonerentur.

Duobus autem generibus deletur exercitus, aut internicione, aut dispersione. Sallustius, Hostes, inquit, aut oppressi, aut dilapsi forent. Sic & vtrumque Virgilius. Internicione, vt, - Submersisque obrue puppes. Dispersione, vt: Aut age diuersos, & disjice corpora ponto.

Spolia hostium, præda: manubiæ, exuuiæ, partes. Præda à prædando vocata. Manubiæ, eo quòd manibus detrahuntur. Hæ & exuuiæ ab exuẽdo dictæ, quia exuuntur. Hæ & partes à pari diuisione (pro personarũ qualitate, & laborum iusta diuisione.) [h] Spolia autem à pallijs, quasi ex pallia: victis enim detrahuntur.

[a] Cap. II. Non est autem iucunda victoria -- deportasse. *è Serv. Æn. x1, ad illud.* Sin & Troianis cum multo gloria venit Sanguine, *misi quod apud illum iudicanda victoria legitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

[b] precedit autẽ Victoria. *Id est, Victoriæ ſtatua curru inuecta.*

[c] Trophæum-- ab exultatione. *E Ser. Æn.* x. Ipſum te Lauſe trophæum.

[d] Namq. & purpuream, & palmatam togam. *Diuerſa purpurea à palmata. Feſtus:* Picta, quæ nunc toga dicitur, purpurea antea vocitata eſt, eratq. ſine pictura. *& ibidem:* Tunica autem palmata à latitudine clauorum dicebatur, quæ nunc â genere picturę appellatur. *Liuius lib.* 30. Maſiniſſa toga picta, & palmata tunica donatus. *& lib.* 31. Maſiniſſæ dona miſſa, vaſa aurea, toga purpurea.

[e] Inde & colore ruſſo perlin. *Seru. eclog.* 10. Pan facie rubea pingitur propter ætheris ſimilitudinem. Æther autem eſt Iupiter, vnde etiam triumphantes habent omnia Iouis inſignia, ſceptrum, palmatam togam, faciem quoque de rubrica illinunt inſtar coloris ætherei.

[f] Quod verò à carnifice contingebantur. *Non temerè carnificem dixit, quem alij ſeruum publicum. Nam eodem reſpexiſſe Plinium puto, lib.* 28. *c.* 4. Similis medicina linguæ, vt ſit exorata à tergo fortuna, gloriæ carnifex. *Ab eo ſeruo ſuggerebatur triumphanti, (vt ait Tertullianus in Apologetico. c.* 33.) Reſpice poſt te, hominem eſſe te memento.

[g] pro perſonarum qualit. &c. *Supra li.* 5. *c.* 7. *Sed hoc loco ab antiquioribus Gotthicis abſunt hæc.*

[h] Spolia autem à palijs. *In quibuſd. Gotthicis perpetuo legitur* expolia, *ita melius procedit notatio, in vetuſtioribus tamen* ſpolia.

De ſignis. Cap. III.

SIgna bellorum dicuntur, quòd ex ijs exercitus, & pugnãdi, & victoriæ, & receptus accipit ſymbolon. Nam aut per vocem tubæ, aut per ſymbolon admonetur exercitus Legionum principalia ſigna aquilæ, dracones & pilæ.

Aquilæ ideò, quòd eadem auis Iouis in armis auſpicio fuerit.[a] Nam dum idem Iouis aduerſus Titanas proficiſceretur, aquilam ei in auſpicio apparuiſſe ferunt, quam ille pro indicio victoriæ acceptam tutelæ ſuæ auſpicatus, eam legioni ſignum dedit: quo factum eſt, vt deinceps militum ſigna comitaretur. Cuius meminit Lucanus dicẽs: Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.

Draconum ſigna ab Apolline morte Pythonis ſerpentis inchoata ſunt. Dehinc à Græcis, & Romanis in bello geſtari cœperunt.

Pilam inſigno conſtituiſſe fertur Auguſtus, propter nationes ſibi in cuncto orbe ſubiectas, vt melius figuram orbis oſtenderet.

[b] Vexillum, & ipſum ſignũ bellicum, tractum nomen habens à veli diminutione, quaſi velillum. [c] Sub Romulo autem faſciculos fœni, pro vexillis milites habuerunt. Hinc & manipuli appellantur. Manipulos enim dicimus faſces fœni, quòd manum impleant. Cætera ſigna diuerſis prælata imaginibus ſecundum militarem conſuetudinẽ exiſtunt, per quæ ſe exercitus in permixtione prœliorum agnoſcit.

[a] Cap. III. Nam dum idem Iouis--comitaretur. *è Seru. Æn.* 1x. *ad illud:* pedibus Iouis armiger vncis.

[b] Vexillum-- diminutione. *Ex eod. initio lib.* 8.

[c] ſub Romulo autem. *Idem Æn.* 11. *ad v.* diſiectiq. d. d. q. manipli: Manipli autem dicti ſunt ſignifer, quia ſub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus haſtis fœni manipulos alligabant, & hos pro ſignis gerebant. Vnde hoc nomen remanſit.

De buccinis. Cap. IV.

BVccina eſt, qua ſignum datur in hoſtem dicta à voce, quaſi vocina. Nam pagani agreſteſq. ad omnem vſum buccina ad cõpita conuocabãtur. Propriè ergo hoc agreſtibus ſignũ fuit. de qua Propertius: Buccina iam priſcos cogebat ad arma Quirites.

[a] Huius clangor buccinum dicitur.

[b] Tubam Tyrrheni primum inuenerunt, vnde Virgilius: Tyrrhenuſque tubæ mugire per æthera clãgor. Hanc enim à Tyrrhenis prædonibus excogitatã (dicũt) cùm diſperſi circa maritimas oras nõ facilè ad quãque prædæ occaſionẽ voce, aut buccina cõuocarentur, vento plerumq. obſtrepente. Hinc poſtea bellicis certaminibus adhibita eſt ad denuncianda ſigna bellorum, vt vbi exaudiri prœco præ tumultu non poterat, ſonitus tubæ clãgentis attingeret. [c] Tuba autem dicta quaſi tofa, id eſt, caua. Item tuba, quaſi tibia. Inter Tubam autẽ, & Buccinam veteres diſcernebant. [d] Nam Buccina inſonans ſolicitudinem ad bella denunciabat. Virgilius: Qua buccina ſignum--Dira dedit: Tuba autem prœlium indicabat, vt: At tuba terribilem ſonitum dedit ære canoro. [e] Cuius ſonitus varius eſt. Nam interdum canit, vt bella committantur: interdũ vt inſequantur eos qui fugiunt, interdum receptui. [f] Nã receptus dicitur, quo ſe exercitus recipit. vnde & ſigna receptui canere dicuntur.

[g] Claſsica ſunt cornua, quę cõuocandi cauſa erant facta, & à calando claſsica dicebantur. de quibus Virgilius: Claſsica iamque ſonant-. [h] Apud Amazonas autem non tuba ſicut à regibus: ſed à regina ſiſtro vocabatur fœminarum exercitus.

[a] Cap.

[a] Cap. IIII. Huius clangor buccinum dicitur. *Eſt fortaſſe hoc aliquid. vlinius de apib. lib.* 11. *cap.* 10. Noctuques in matutinũ, donec vna excitet gemino, aut triplici bombo, vt buccino aliquo. *Hieronymus quoq.* buccino oris ſui, *eodem ſenſu dixiſſe videri poſſit. Quamuis buccinum pro buccina etiam vſurpetur.*

[b] Tubam Tyrrheni p. inuen. *è Seru. lib.* 8. *ad locum ab Iſid. citatum.*

[c] Tuba autem dicta q. tofa. *Al.* toua. *Inde nos genus quoddam lapidis touas, & quod fungoſum eſt* fofo *dicimus. Digamma namq. frequens in Gotthicis pro b. & v.*

[d] Nam buccina inſonans-- ſonitum. *è Seru. Æn.* 11. Bello dat ſig. r. c. Buccina.

[e] Cuius ſonitus varius--receptui. *Ex eod. Æn.* 9. *ad v.* ſigna ſequentum.

[f] Nam receptus--dicuntur. *Ex eod. Æneid.* 11. *ad v.* Planities 1. 1. tutiq. receptus.

[g] Claſsica ſunt cornua. *Idem Æn.* 7. Claſsicum dicimus & tubam ipſam, & ſonum, *& eod. libro ad Hortine claſſes.* Hortini equites, qui & claſſes dicuntur, vnde & eorum tubas claſsica dicimus, &c. *Vid. Aſcon. in Diuinat.*

[h] Apud Amazonas, &c. *è Seru. Æn.* 8. *ad*--Regina in m. p. v. a. ſiſtro.

De armis. Cap. V.

ARma[a] generaliter omnium rerum inſtrumenta ſunt: vnde & vbi reponuntur armaria dicta ſunt. Itẽ arma & tela omnium generum, ſed arma ſunt: quibus ipſi tuemur tela, quæ emittimus. Nam arma duplicia ſunt, id eſt, vel quibus percutimus, vel quibus tegimur. [b] Arma autem propriè dicta ſunt, eò quòd armos tegunt. Nam arma vel ab armis dicuntur, id eſt, humeris, vt, latos huic haſta per armos Acta tremit-. vel ἀπὸ τοῦ ἄρηος, ideſt, à Marte.

[a] Cap. V. Arma generalit. &c. *Seru. Æn.* 1. *ad v.* Arma virum, tabulæq. Arma dicuntur cunctarum artium inſtrumenta.

[b] Arma autem propriè dicta ſ. eo quod arm. *Ex eod. Æn.* 4. Erigi & arma viri, &c.

De gladijs. Cap. VI.

GLadius generaliter dicitur enſis in prœlio, ſed enſis ferrũ tantùm: gladius verò totus. Propriè autẽ appellatus gladius, quod gulam diuidit, id eſt, ceruicem ſecat. Ad hoc enim primùm eſt factus: nam cætera membra ſecuribus magis cæduntur, collum gladio tantùm. Acies autem gladij ab acumine dicta. Capulus vocatur, vel quia caput eſt gladij, vel quia ibi capitur, vt teneatur. Nam alias acies ferri non ſinit. [a] Mucro non tantùm gladij eſt, ſed & cuiuſlibet teli acumen: dictus à longitudine. Nam μακρὸν Græci lõgum dicunt: hinc & machæra.

[b] Machæra autem, eſt gladius longus ab vna parte acutus.

Framea verò, gladius ex vtraque parte acutus, quam vulgò Spathã vocant. Ipſa eſt & Romphæa. Framea autem dicta, quia ferrea eſt. Nam ſicut ferramentum ſic Framea dicitur, ac proinde omnis gladius Framea.

Spatha, à paſsione dicitur verbo Græco, quoniam πάσχειν Græcè dicitur pati: vnde & patior & patitur dicimus. Alij Spatham Latinè autumant dictam, eo quod ſpatioſa ſit, id eſt, lata & ampla. Vnde & ſpatula in pectoribus.

Semiſpathium gladius eſt à media longitudine ſpathæ appellatus, nõ vt imprudens vulgus dicit, ſine ſpatio, dum ſagitta velocior ſit.

Pugio, à pungendo & transfigendo vocatur. Eſt enim gladius paruus bis acutus lateri adhærens. Item & [c] Clunabulum dictũ, quod religetur ad clunem.

Chelidoniacus gladius, ferrum eſt latum: cuius duplex mucro ac bifurcus in modum caudę hirundineæ formatur: vnde & Chelidoniacus dicitur.

Sica, à ſecando dicta eſt. Eſt enim gladius breuis, quo maximè vtuntur qui apud Italos latrocinia exercẽt, à quo & ſicarij dicti ſunt. Tranquillus autem dicit: Dum cuiuſdam gladiatoris in ludum emiſsi gladius curuatus fuiſſet ex acie recta: procucurrit vnus ad eum corrigendum, tumque à pugnante reſponſum eſt, ſic hac pugnabo: inde ſicæ nomen ductum.

Secures ſigna ſunt, quæ ante Conſules ferebãtur, ne aut vſum perderent belli, aut vacantes otio aſpectum amitterent gladiorũ. Quas & Hiſpani ab vſu Francorum per deriuationem Franciſcas vocant.

[a] Cap. VI. Mucro non tantum gladij eſt. *è Seru. Æn.* 11. *ad v.* alto ſtat vulnere mucro.

[b] Machæra-framea--ſpatha. *Aug. impſ.* 149. Framea appellatur, quam vulgo ſpatham dicunt. Sunt enim gladij ex vna parte acuti, ipſi ſunt macheræ, ipſæ frameæ, etiam ſpathę appellantur. *Sed legendum fortaſſe apud Auguſtinum* ex vtraq. parte *non* ex vna.

[c] Idem & Clunabulum. *Feſtus:* Clunaclũ cultrum ſanguinarium dictum, vel quia clunes hoſtiarũ diuidat, vel quia ad clunes dependeat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De hastis. Cap. VII.

HAsta est contus cum ferro: cuius diminutiuum facit hastile. Nomen autem hasta ab astu tumpsit, vnde & astutia.

Contus ferrum non habet: sed tantum cuspide acuta est. Virgilius: Ferrataſq. [a] trudes, & acuta cuspide contos. Contus autem, quasi conitus. Est enim conus acuta rotunditas.

Trudes, hastæ sunt cum lunato ferro, quæ Græcis Aplustria dicuntur. Trudes autem dicuntur ab eo, quòd trudunt & detrudunt. Virgilius: Ferrataſque trudes -.

[b] Venabula dicta, quasi venatui habilia. Vel quia venientem excipiunt, quasi excipiabilia. Excipiunt enim apros, expectántque leones, intrant vrſos, sit tantum firma manus.

[c] Lancea, est hasta amentum habens in medio: dicta autem lancea, quia æqua lance id est, æquali amento ponderata vibratur.

[d] Amentum, vinculum est iaculorum hastilium, quod medijs hastis aptatur. Et inde amentum, quo media hasta religatur, & iacitur.

[e] Claua est, qualis fuit Herculis, dicta quòd sit clauis ferreis inuicem religata, & [f] est cubito semis facta in longitudine. Hęc & Cateia, quã Lucilius Calam dicit. Est enim genus Gallici teli ex materia quàm maximè lenta, quæ iacta quidem non longè propter grauitatem euolat: sed quò peruenit, vi nimia perfringit: quòd si ab artifice mittatur: rursum redit ad eum, qui misit. Huius meminit Virgilius dicens, Teutonico ritu soliti torquere cateias. Vnde & eos [b] Hispani & Galli, Teutonos vocant.

[i] Phalarica, est telum ingens torno factum, habens ferrum cubitale & rotunditatem de plumbo in modum sphęræ in ipsa summitate. Dicitur etiam & igné habere affixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas Phalas dici manifestum est. Iuuenalis. Consulit ante phalas delphinorumque columnas. A phalis igitur dicta est phalarica: sicut à muro muralis. Sanè phalaricam Lucanus dicit neruis mitti tortilibus, & quadam machina, vt.- Hunc aut tortilibus vibrata phalarica neruis. Virgilius verò ait, Turnum manu phalaricam iaculari potuisse.

[k] Pila, sunt arma iaculorũ atque telorum à torquendo, vel emittendo vocata. De quibus Lucanus: signa, pares aquilas & pila minantia pilis. Cuius singulare pilum dicitur.

[l] Telum vocatur secundum Græcam etymologiam, ἀπὸ τοῦ τηλόθεν, quicquid longè iaci potest: quanquam abusiuè dicatur & gladius, vt est illud: At non hoc telum mea quod vi dextera versat. [m] Propriè autem telum à longitudine dicitur. Vnde & mustela dicitur, quòd longior sit, quàm mus.

Cuspis, hastile amentatum, à cespite dicta, quod est virgultum. Virgilius, Et pastoralem præfixa cuspide myrtũ. [m] Propriè autem cuspis, posterior pars hastæ est.

[a] Cap. VII. Virgil. ferrataſque trudes. *S. ſ. Lr trudes etiam legi in antiquis quibuſd. cc. apud Virgilium admonuit Pierius.*

[b] Venabula d.q.v.h.v.q.v.e.q. excipiabilia. *Serv. Æn. 4.* Retia r.p.l. venabula f. venabula ob hoc dicta quòd sint apta venatui. quasi expiabula. *Puto tamen Seruiũ ita ſcripſiſſe:* Venabula ob hoc dicta quod sint apta venatui, vel quia venientẽ excipiũt, vnde & excipia (*vel excipula*) quasi excipiabilia, aut excipiabula, aut excipere habilia. *Glo.* excipulũ. ἐκδοχεῖον. *Item* ἐκδοχεῖον exceptorium. Excipculum ἁρπάγα. ἁρπάγα exemplum (*leg. excipulum*) arpago.

[c] Lancea. *Hiſpanienſis vox, auctore Varrone apud Agell. lib. 15. c. 30.*

[d] Amentum. *è Serv. Æn. 9. ad v.* amentaque torquent.

[e] Claua est qualis fuit Herculis. *Feſtus:* Claua teli genus, quo Hercules vtebatur.

[f] Et est cubito semis facta in longitudine. *Seruius Æneid. 7. ad v.* teretes sunt aclides illis Tela: Aclides sunt tela quædam antiqua adeo, vt neque vsquam commemorentur in bello. Legitur tamen, quòd sint clauæ cubito semis factæ, eminentib. hinc, & hinc acuminib. &c.

[g] Hæc & Cateia quam Lucilius Calam. *Pro Lucilio Horatius erat in 9. libris mendosè: Seruius initio VI. Æneid.* Vallum autem dicebant calas: sic Lucilius: Scinde calam, vt caleas, id est, ò puer, frange fustem, & fac focum.

[h] Hiſpani, & Galli Theuthonos. *Iſ fortaſſe, quos vulgo chucones dicimus.*

[i] Phalarica telũ ingens--iaculari potuisse. *è Serv. Æn. 9. ad v.* Contorta phalarica.

[k] Pila. *Seruius Æn. 7. ad v. Pila manu ſq. g. i. b. d.* Pilum propriè est hasta Romana, vt gessa Gallorum, sarissæ Macedonum.

[l] Telum-- potest. *è Serv. Æn. 8. ad v.* Desuper Alcides telis premit.

Quanquam abusiuè dicatur & gladius. *serv. Æn. 9.* At non hoc telum; Hoc loco telum gladiũ dixit à longitudine, vnde & mustella dicitur, quasi mus longus. *vid. l. Si caluitur, de verb. ſignif.*

[m] Propriè autem cuspis, posterior pars hastæ. *Seruius Æn. 10. ad v.* Vibranti cuspis medium transiberat ictu: Sanè cuspidem abusiuè pro hastæ mucrone posuit.

De

De sagittis. Cap. VIII.

SAgitta à sagaci iactu, id est, veloci ictu vocata. Pennis enim fertur quasi auis, vt celeriter mors percurrat ad hominem. His primùm Cretenses vsi sunt: quibus pennæ ideò, vt diximus, agglutinãtur, vt leues sint, & peruolent.

Scaptos----

Spicula sunt sagittæ, vel lanceæ breues, ab spicarum specie nuncupatæ.

[a] Scorpio, est sagitta venenata arcu vel tormentis excussa. Quæ dum ad hominem venerit, [b] virus, quà figit, infundit: vnde & Scorpio nomen accepit.

[a] Cap. VIII. Scorpio. *Vegetius lib. 4. c. 22.* Scorpiones dicebantur, quas nunc manuballistas vocant, ideò sic nuncupati, quod paruis, subtilibusq. spiculis inferant mortem.

[b] virus, qua figit, infundit. *Tertulli. aduerſ. Gnoſtic.* Vnde & bellicam machinã retractu tela vegetantem de scorpio nominãt. Id spiculum, & fistula est, patula tenuitate in vulnus, & virus, quà figit, effundit.

De pharetris. Cap. IX.

PHaretra [a] sagittarum thecę, à ferendo iacula dicta, sicut & feretrum, vbi funus defertur, quæ ideò etymologiam communem habent quia pharetra mortem, feretrum mortuum portat.

Coriti propriè sunt, arcuum thecæ: sicut sagittarum pharetræ.

Vagina appellatur, eò quòd in ea mucro, vel gladius baiuletur.

Theca, ab eo quod aliquid receptum tegat, c. littera pro g. posita. Alij Græco nomine thecam vocari asserunt, quod ibi reponatur aliquid. Inde & bibliotheca librorum repositio dicitur.

[b] Dolones, sunt vaginæ ligneæ, intra quas latet pugio sub baculi specie. Dolones autem à dolo dicti sunt, quod fallant & decipiant ferro, cùm speciem præferant ligni. Hos vulgus Græco nomine Oxos vocat, id est, acutos. Vnde & apud medicos [c] acutus morbus ὀξεῖα vocatur.

Arcus vocatur, eo quod arceat aduersarium. Inde & arces dicuntur, à quibus arcẽtur hostes. Item arcus ob speciem, quòd sint curuati arctius.

[a] Cap. IX. Pharetra sagittar. thec. & Coriti prop. *Serv. Æneid. 10. ad v.* Coritiq. leues: Coriti propriè sunt arcuum thecæ, dicuntur etiam sagittarũ, quas & pharetras vocamus.

[b] Dolones -præferant ligni. *ex eod. Æn. 7. ad v.* Sæuosque. g. i. b. dolones.

[c] Acutus morbus ὀξεῖα. *Sic supra lib. 4. c. 6.*

De fundis. Cap. X.

FVnda dicta, eo quod ex ea fundantur lapides, id est, [a] emittantur.

Ballista genus tormenti, ab emittendo iacula dicta. βάλλειν enim Græcè mittere dicitur. Torquetur enim verbere neruorum, & magna vi iacit aut hastas, aut saxa. [b] Inde & Fundibalus, quasi fundens & emittens. [c] Contra Ballistã Testudo valet. Series enim fit armorum vmbonibus inter se colligatis.

[a] Cap. X. emittantur. *Quæ poſt hæc verba in editis quibuſd. leguntur vſque ad Balliſta. in manuſcriptis nulla ſunt: ſunt tamen ſup. lib. 14. c. 6. è Serv. Georg. 1.*

[b] Inde & Fundibalus. *Vid. c. 6. lib. 4.*

[c] Contra Balliſtam Testudo valet, series. n. fit arm. *Serv. lib. 9. ad v.* Accelerant acta p. testudine Volsci: Testudo est scutorum connexio curuata in testudinis modum.

De ariete. Cap. XI.

ARieti [a] nomen species dedit, eo quòd cum impetu impingit murum in modum arietum pugnantium. Validæ enim ac nodosæ arboris caput ferro vestitur, eáque suspensa funibus multorum manu ad murum impellitur: deinde retrorsum ducta maiore impetu destinatur: sicque crebris ictibus concussum muri latus cedit, cauatumque irrupturis fenestram facit. Contra impulsum arietis, remedium est, saccus paleis plenus, & in eum locum demissus, quem aries percutit. Laxo enim saccorũ sinu ictus Arietis illisus mollitur. Duriora enim mollioribus facilius cedunt.

Plutei, sunt crates corio crudo intectæ, quæ in opere faciendo hosti obijciuntur.

[b] Musculus cuniculo similis fit, quo murus perfoditur, ex quo & appellatur, quasi muruſculus.

[a] Cap. XI. Arieti--facile cedunt. *Ex Hegeſipp. libro 3. c. 11.*

[b] Muſculus--quasi muruſculus. *Muſculos à marinis belluis, quæ balænis auxilio ſunt, dictos putat Vegetius libro 4. c. 15.*

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De clypeis. Cap.XII.

CLypeus, [a] est scutum maius, dictus ab eo quod clepet, id est, celet corpus, periculisque subducat [b] ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. Oppositus enim sua defensione ab hastis & iaculis corpus munit. [c] Clypeus autem peditum est, scutum equitum.

Scutum appellatum, eò quòd à se excutiat telorum ictum. Vt enim telis resistatur, clypeus antefertur.

Vmbo, scuti pars media est, quasi vmbilicus.

[d] Ancile, vocatur scutum breue & rotundum, de quo Virgilius: -- læuaq. ancile gerebat. Et Ancile dictum ab ancisione, quod sit ab omni parte veluti ancisum & rotundum. Ouidius: Idq. ancile vocant, quod ab omni parte recisum. Quáque notes oculis, angulus omnis abest.

[e] Pelta, scutum breuissimum in modum lunæ mediæ. Cuius meminit liber Regum. Fecit rex Salomon ducenta scuta de auro puro, & trecentas peltas ex auro probato.

[f] Cetra, scutum loreum sine ligno, quo vtuntur Afri, & Mauri, de quo Poëta: Læuas cetra tegit.

[g] Parma, leuia arma, quasi parua, non clypeus. Dicitur autem & testudo scutũ. Nam in modum testudinis fit clypeus. [h] Est & testudo scutorum connexio curuata in testudinis modum. Namq. in armorum generibus milites etiam ab animalibus nomina sumunt, vt aries. Et Sallustius, In modum, inquit, hericij militaris.

[a] Cap XII. Clypeus est scutũ maius. *Seru. non semel.*
[b] *ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. Ex eod. Æn.7. ad v.* nec clypei curũsue sonant. *Sed verius ἀπὸ τοῦ γλύφειν, id est, ab sculpendo dictum. Causſam reddit Plin.35.cap. 3.* Scutis enim qualib. ad Troiam pugnatum est, continebantur imagines. Vnde & nomen habuere clypeorũ, non vt peruersa Grammaticorum subtilitas voluit à cluendo. Origo plena virtutis, faciem reddi in scuto cuiusq. qui fuerit vsus illo, &c.
[c] Clypeus autem peditum. *è Seru. Ad v.* Tercentum scutati omnes *Æn.9.*
[d] Ancile--ab omni parte recisum. *Ita etiam Varro.* aut quasi *ἀμφίχειλον (addit Seru. Æn.8.)* id est, vndiq. labrum habens. *Vid. Plutarch. in Num.*
[e] Pelta. *è Seru. Æn.1.* ad lunatis agmina peltis.
[f] Cetra--Hispani. *Ex eod. Æn.7.*
[g] Parma, leuia arma. *Seruius Æn.10. ad illud.* Transijt & parmam mucro leuia arma minacis: parmam id est, leuia arma, non clypeum.
[h] Est & testudo scutorum connex. *Vid. sup. cap. 10.*

De loricis. Cap.XIII.

LOrica [a] vocatur, eo quod loris careat: solis enim circulis ferreis contexta est.

[b] Squama, est lorica ferrea ex laminis ferreis aut æreis concatenata in modum squamæ piscis, & ex ipso splendore squamarum, & similitudine nuncupata est. [c] De cilicijs autem & poliuntur, & teguntur loricæ.

[a] Cap. XIII. Lorica--quod loris careat, solis. n. circulis ferreis. *Non dubito, quin Isidorus apud Seruium legerit Æn. libro. 10.* loricam esse propriè tegmen de loro factum, quo maiores in bello vti consueuerant; *sed loricis posteriorib. notationem aptauit, quæ conserta sunt hamis, vt ait Virgilius. Varro libro. 4.* Lorica à loris, quod de corio crudo pectoralia faciebant; postea succuderũt Galli è ferro sub id vocabulũ ex annulis ferream tunicam.
[b] Squama est lorica ferrea, &c. *Ser. Æn.9.* Nec duplici squama lorica fid. & au. Squama sunt loricarũ catenæ, in modum squamæ cõpositæ. Sanè & squama splendorem significat, si à piscib. veniat, & sordes si à squallore.
[c] De cilicijs autem poliuntur loricæ. *è seru. Georg. 3. ad illud.* Vsum in castrorum & miseris velamina nautis.

De galeis. Cap. XIIII.

CAssis de lamina est: Galea de corio. Nã galerus corium dicitur. Cassidẽ autem à Thuscis nominatã (dicunt). Illi enim galeam cassim nominant: credo à capite.

[a] Apex est, quod in summa galea eminet, quo figitur crista, quam Græci κῶνον vocant. Nam conus est curuatura, quæ in galea prominet, & supra quam cristæ sunt.

[a] Cap. XIIII. Apex est q. in summ. gal. &c. *Seruius Æn. 12. ad v.* apicem tamen incita summum Hasta tulit: galeæ eminentiam, quam Græci conum vocant, in qua eminent cristæ: *& lib. 10.* Apex coni altitudo.

De foro. Cap. XV.

FOrus [a] exercendarum litium locus, à fando dictus. Qui locus & Proroſtra vocatur, ideò quod ex bello Punico captis nauibus Carthaginensium roſtra ablata sunt, & in foro Romano præfixa, vt essent huius insigne victoriæ. Constat autem Forus causſa, lege, & iudice.

Causſa vocatur à casu, quo euenit. Est enim materia, & origo negocij, necdum discussionis examine patefacta, quæ dum præponitur causſa est, dum discutitur iudicium est, dum finitur iustitia: vocatum autem iudicium quasi iurisdictio, & iustitia, quasi iuris status. Iudicium autem prius inquisitio vocabatur. Vnde & actores iudiciorũ & præpositos, quæstores, vel Quæsitores vocamus.

Negotium multa significat, modo actum rei alicuius, cui contrarium est otium, modo actionem causſæ, quod est iurgium litis. Et dictum negotium, quasi nec otium, id est, sine otio. Negotium autem in causſis, negotiatio in commercijs dicitur, vbi aliquid datur vt maiora lucrentur.

Iurgium dictum, quasi iuris garrium, eo quòd ij, qui causſam dicunt, iure disceptẽt.

Lis à contentione limitis prius nomen sumpsit. De quo Virgilius: Limes erat positus, litem vt [b] discerneret agri.

Causſa aut argumento, aut probatione constat.

Argumentum nunquam testibus, nunquam tabulis dat probationem, sed sola inuestigatione inuenit veritatem, vnde & dictum argumentum, id est, argutum inuentum.

Probatio autem testibus, & fide tabularum constat.

In omni autem iudicio sex personæ quærũtur. Iudex, accusator, reus, & tres testes.

[c] Iudex dictus, quasi ius dicens populo, siue quòd iure discepter. Iure autem discẽptare est iustè iudicare. Non est autem iudex, si non est in eo iustitia.

Accusator vocatus, quasi adcausſator, quia ad causſam vocat eum, quem appellat.

Reus à re, quam petitur, nuncupatus, quia qui cuius sceleris conscius non sit, reus tamen dicitur, quamdiu in iudicio pro re aliqua petitur.

[d] Testes antiquitus superstites dicebantur, eò quòd super statum causſæ proferebantur. Nunc, parte ablata nominis, testes vocantur.

Testis autem consideratur: conditione, natura, & vita. Conditione, si liber, non seruus. Nam sæpe seruus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non fœmina. Nam varium & mutabile semper Fœmina. Vita si innocens & integer actu. Nam si vita bona defuerit, fide carebit. Non enim potest iustitia cum scelerato habere societatem.

Duo sunt autem genera testium: aut dicendo id quod viderunt, aut proferendo id quod audierunt. Duobus autem modis testes delinquunt: cùm aut falsa promunt, aut vera silentio obtegunt.

[a] Cap. XV. Forus. *poterat duci cœna sine istis, sed Braulioni aliter visum. Vid. sup lib. 15. c. 2.*
[b] Discerneret agri. aruis *vulgo apud Virgil.*
[c] Iudex dictus. *Ead. sup. lib. 9. c. 4.*
[d] Testes antiquitus superstites dicebantur. *Melius omnino Isidorus, quam Seruius, qui Æn. 3. ad illud:* Superatne, & vescitur aura? Superstes *(inquit)* præsentem significat. *Festus:* Superstites testes præsentes significat, cuius rei testimonium est, quod superstitib. præsentib. ij, inter quos controuersia est, vindicias sumere iubentur, Plautus in Artemone; Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hic adest superstes. *Quem locum ita legebat chacon:* Superstites præsentes, testes præsentes significat. *Quam lectionem & Plauti verba, & hic Isidori locus satis confirmant: Ciceronis verò verbum Muren. ita emendabat.* Carmen compositum est, cùm cæteris reb. absurdũ, tùm verò nullo vsu vtrisq. superstitib. præsentib. (sumite vindicias) ite viam. Et vtrisq. *Actore & reo interpretabatur:* sumite vindicias, *è Festo supplebat.*

De spectaculis Cap.XVI.

SPectacula, vt opinor, generaliter nominantur voluptates, [a] quæ non per semetipsa inquinant, sed per ea quæ illic geruntur. Dicta autem spectacula, eò quòd hominibus publica ibi præbeatur inspectio. Hæc & ludicra nuncupata, quòd in ludis gerantur, aut in scenis.

Ludorũ origo sic traditur: [b] Lydi ex Asia transuenæ in Hetruria consederunt, duce Tyrrheno, qui fratri suo cesserat regni contentione. Igitur in Hetruria inter cæteros ritus superstitionum suarũ, spectacula quoq. religionis nomine instituerunt. Inde Romani accersitos artifices mutuati sunt, & inde ludi à Lydis vocati sunt. Varro autem dicit ludos à lusu vocatos, quòd iuuenes per dies festos solebant ludi exultatione delectare populum. Vnde & eum lusum iuuenum & diebus festis, & templis, & religionibus reputat. Nihil iam de causſa vocabuli, dum rei causſa idolatria sit. Vnde & promiscuè ludi: Liberalia vocabãtur, ob honorem Liberi patris. Ob hoc respicienda est [c] originis macula, ne bonũ æstimes, quod initium à malo accepit. Ludus autẽ Gymnicus est, aut Circẽsis, aut Gladiatorius, aut Scenicus.

[a] Cap.

[a] Cap. XVI. Quæ non per semetipsa inquinant. *Tertullianus lib. de spectaculis. c. vlt.* Retulimus supra de locorum conditione, quod non per semetipsa nos inquinent, sed per ea, quæ illic geruntur.

[b] Lydij ex Asia transuenæ -- Liberi patris. *è Tertull. ibid. c. 2.*

[c] originis macula -- accepit. *Ex eod. loco.*

De ludo Gymnico. Cap. XVII.

GYmnicus ludus, est velocitatis ac virium gloria. Cuius locus, gymnasium dicitur, vbi exercentur athletæ & cursorum velocitas comprobatur. Hinc accidit, vt omnium prope artium exercitia gymnasia dicantur. Antea enim in iocis certantes cincti erant, ne nudarẽtur: post, relaxato cingulo, repẽtè prostratus, & exanimatus est quidã cursor. Quare [a] ex consilij decreto tunc Archon Hippomenes, vt nudi deinceps omnes exercitarentur, permisit. Ex illo gymnasium dictum, quòd iuuenes nudi exercentur in campo, vbi sola tantum verenda operiuntur.

[a] Cap. XVII. Ex consilij decreto tunc Archon Hippomenes. *Auctor quarendus.*

De generibus Gymnicorum. Cap. XVIII.

GEnera gymnicorum quinq. saltus, cursus, iactus, virtus, atque luctatio. Vnde ferunt quendam regem tot filios adolescentes habentem, totidem generibus de regno iussisse contendere.

De saltu. Cap. XIX.

SAltus dictus, quasi exilire in altum. Est enim saltus altius exilire, vel longius.

De cursu. Cap. XX.

CVrsus à velocitate crurum vocatur. Est enim cursus celeritas pedum.

De iactu. Cap. XXI.

IActus dictus à iaciendo. Vnde & piscatorium rete iaculum dicitur. Huic arti vsus est, [a] arrepto lapide procul ferire, hastas pondere librato iacere, sagittas arcu emittere.

[a] Cap. XXI. arrepto lapide procul ferire. *Al.* Arreptos lapides procul ferre.

De virtute. Cap. XXII.

VIrtus, est immensitas virium in labore & pondere corporis.

De luctatione. Cap. XXIII.

LVctatio à laterum complexu vocatur, quibus [a] cominus certantes innitent, qui Græca appellatione athletæ vocantur. Locus autem luctationis palæstra dicitur.

[a] Cap. XXIII. cominus certantes innitent. *Ita VV. CC. Goth. vnus Rom.* innituntur.

De palæstra. Cap. XXIIII.

PAlæstram autem vel ἀπὸ τῆς πάλης id est, à luctatione vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est, à motu ruinæ fortis nominatam dicunt: scilicet, quòd in luctando cùm medios arripiãt, ferè quatiunt, idque apud Græcos πάλλειν vocatur. Quidam opinantur artem luctandi vrsorum contentione monstratam. Namq. inter cæteras feras eos solos & erigi congressos, & subsidere celeriter, ac reuerti, & modo manibus tentare inuicẽ, modo complexu abigere sese more luctantium.

[a] Cap. XXIIII. Palæstram autem -- sortis. *Seru. ad v.* Corporaq. ag. nud. prædura palæstra. *Georg. 2.* Palæstra autem dicta est vel ἀπὸ τῆς πάλης, id est à luctatione, vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc est à motu vrnæ, nam ducti sorte luctabantur. *Hic locus pessimè affectus erat in omnib. Isidorianis libris.*

De agone. Cap. XXV.

QVæ Latini certamina, Græci ἀγῶνας vocant, à frequentia qua celebrabantur. Si quidem & omnem cœtum, atque conuentum agona dici: alij quod in circulis & quasi agonijs, id est, sine angulo locis, ederentur, nunc cupatos agonas putant.

De generibus agonum. Cap. XXVI.

AGonum genera fuere, immensitas virium, cursus celeritas, sagittandi peritia, standi patientia: ad citharam quoque, vel tibias incedendi gestus: de moribus quoq. de forma, de cantandi modulatione, terrestris quoque belli, & naualis prælij, perpetuendorumq. suppliciorum certamina. De

De ludis Circensibus. Cap. XXVII.

LVdi Circenses sacrorum caussa, ac deorũ gẽtilium celebrationibus instituti sunt. Vnde & qui eos spectant, dæmonum cultibus inseruire videntur. [a] Nam res equestris antea simplex agebatur, & vtiq. cõmunis vsus erat: non erat, sed cùm ad ludos coactus est naturalis vsus, ad dæmoniorũ cultum translatus est. Itaq. & Castori & Polluci deputãtur hæ species, quibus equos à Mercurio distributos Stesichorus docet: sed & Neptunus equestris est, quẽ Græci Hippion appellant: sed & Marti & Ioui in ludis equi sunt consecrati, & ipsi quadrigis præsunt. [b] Circenses autem ludi ideo dicti, vel à circumeundo, vel quod vbi nunc metæ sunt, olim gladij ponebantur quos quadrigæ circũibant. & inde dicti Circenses, ab ensibus circa quos currebant. Siquidem in littore circa ripas fluminum currus agitantes, gladios in ordine in ripæ littore ponebant, & erat artis, equum circa pericula torquere. Inde & Circenses dicti putantur: quasi circum enses.

[a] Cap. XXVII. Nam res equestris -- Hippion vocant. *è Tertull. c. 6. de circo.*

[b] Circenses autem ludi, &c. *è Seru. initio 3. Georg. & Æn. 8. ad v.* magnis Circensib. actis.

De circo. Cap. XXVIII.

CIrcus [a] Soli principaliter consecratus est à Paganis, cuius ædes medio spatio & effigies de fastigio ædis emicat, quod non putauerint sub tecto consecrandum, quem in aperto habẽt. Est autem Circus omne illud spatium, quod circuire equo solent. Hunc Romani dictũ putant à circuitu equorũ, eo quod ibi circum metas equi currant. Græci verò à Circe Solis filia, quæ patri suo hoc genus certaminis instituit, asserunt nuncupatum, & ab ea Circi appellationem argumentantur. Fuit autem maga, & venefica, & sacerdos dæmonum, in cuius loci habitu & opere magicæ artes, & cultus idololatriæ recognoscitur.

[a] Cap. XXVIII. Circus Soli -- in aperto habent. *è Tertull. c. 5. de loco.*

[b] Hunc Romani dictum put. *Sup. lib. 15. c. 2.*

[c] Græci vero, &c. *è Tertull. ibidem.*

De ornamentis. Cap. XXIX.

ORnamenta Circi, oua, meta, obeliscus, carceres. [a] Oua, honori Castoris & Pollucis ascribunt, qui illos ouo editos credẽdo de cygno Ioue non erubescunt. Fingunt autẽ Circensia Romani [b] ad caussas mundi referri: vt sub hac specie superstitiones vanitatum suarum excusent.

[a] Cap. XXIX. Oua honori Castoris -- erubescunt. *Tertull. ibid.*

[b] Ad caussas mundi referri. *seruius ad v.* Centum quadriugos ag. a. f currus: id est, vnius *(inquit)* diei exhibebo Circenses. Quia, vt Varro dicit in libris de gente pop. Romani, olim XXV. missus fiebant, quorum quattuor & viginti pro numero horarum erant, sed vigesimus quintus ærarius dicebatur, eo quod de collatione populi exhibebatur. *Adde duodecim hostias, quæ XII. cæli signa, & septẽ metas, quæ planetas VII. referebant. Fiebant autẽ Circenses hoc ordine: Quadriga, biga, aut triga quattuor sorte ductæ è quattuor factionib. Prasina, Rosea, Alba, & Veneta in carcerib. cõstituebantur. Deinde, mappa à magistratu, qui ludis præsidebat, missa, hoc est, signo dato, quadrigæ carcerib. emissæ septem spatia, siue curricula circa metas conficiebant, victoreq. coronato, missus vnus peractus erat. Idem in reliquis vigintiquattuor missib. fiebat: cum autem in singulis quadrigæ quattuor currerent, rectè Virgilius* centum quadriugos agitabo ad flumina currus. *Vid. sueton. in Domit. Senec. lib. ep. 4. epist. 30. Ouid. in Halieutic. Arnob. 7. contra gentes. Agell. lib. 3. c. 3.*

De metis. Cap. XXX.

METarum quippe appellatione propriè terminum ac finem mundi designari volunt, ab eo quod alicui emensus finis est, siue ad testimonium Orientis Occidentisq. solis.

De obelisco. Cap. XXXI.

OBeliscũ [a] Mesphres rex Ægypti primus fecisse fertur tali ex caussa. Cùm quodã tẽpore Nilus violenta inũdatione Ægypto nocuisset: indignatus rex tanquam pœnas à flumine exigeret, sagittam in vndas misit. Non multo post graui valetudine correptus, lumen amisit, qui post cæcitatem visu recepto duos obeliscos Soli sacrauit. Obeliscus enim sagitta dicitur: qui ideò in medio Circo ponitur, quia per medium mundum Sol currit. Medio autem spatio ab vtraque meta constitutus obeliscus, fastigium summitatémque cæli significat: cùm Sol ab vtroque spatio medio horarum discrimine transcendit. Summo obelisco superpositum est quoddam auratum in modum flammæ formatum, quoniam Sol

plurimum in se caloris atq. ignis habet.

[a] Cap.XXXI. Obeliscum Mespres, Messeres & Mefferes *habent manusc. Plinij manuscr. libri* Mestres & Mestires. *Excusi* Mespheem. *Euseb. in Chronico* Mephres. *Iosephus* Mephes. *De Pherone Sesostridis filio narrat hæc Herodotus lib. 2.*

De carceribus. Cap. XXXII.

IN Circo vnde emittuntur equi carceres dixerunt ab ea re, qua & ille carcer, qui est in ciuitate, quod, vt ibi homines damnati atq. inclusi, ita hic equi coercẽtur, ne exeãt, antequam signum mittatur.

[a] Cap.XXXII. In circo, *è Serv. Æn. 1. ad v.* vinclis & carcere frænat.

De aurigis. Cap.XXXIII.

ARs Circi auriga & currus, equites siue pedites. Auriga propriè dictus, quòd currũ agat & regat, siue quod feriat iũctos equos. [a] Nam haurit, ferit, vt, latus haurit apertum. Ipse est & [b] agitator, id est, verberator ab agendo dictus. Aurigæ autem duobus coloribus sunt: quibus speciem idololatriæ vestiunt. [c] Nam prasinus terræ, venetus cælo & mari à Paganis dicatus est.

[a] Cap.XXXIII. Nam haurit ferit, vt, lat. h. a. *Verba sunt Serv. Georg. 3. ad v.* Exultantiaque haurit Corda pauor pulsans.

[b] Agitator. i. v. a. agendo. *Ex eod. ad v.* Tardi costas agitator asell. *Georg. 1.*

[c] Nã Prasinus terræ, &c. *è Tertull. c. 6. de arte circi.*

De quadrigis. Cap. XXXIIII.

ERichthonius autẽ, qui regnauit Athenis, primus quattuor equos iunxisse fertur, sicut Virgilius auctor est dicẽs: Primus Erichthonius currus & quattuor ausus Iungere equos, rapidisq. rotis insistere victor. Fuit autem Mineruæ & Vulcani filius de caduca in terrã libidine, vt fabulæ ferunt, procreatus, portentum dæmonicũ, immò diabolus qui primo Iunoni currum dedicauit. Tali auctore quadrigæ productæ sunt.

[a] Cap.XXXIIII. *Ex eod. Tertull. loco.*

De curru. Cap. XXXV.

CVrrus à cursu dictus, vel quia rotas videtur habere, vnde & [a] carrum quasi curuum. Quadrigarum verò currus duplici temone olim erant, perpetuóq. & qui omnibus equis injceretur iugo. [b] Primus Clysthenes Sicyonius tantùm medios iugauit, eosq. singulos ex vtraq. parte simplici vinculo applicuit, quos Græci σειραφόρους, [c] Latini funarios vocant, à genere vinculi quo prius alligabantur.

[a] Cap.XXXV. Carrum q. curuum. *Al.* q. cursum al. q. currum.

[b] Primus Clysthenes Sicyon. *Pausan. in Phocaicis.*

[c] Latini funarios. *Funales vocat Suetonius in Tiberio.*

De equis, quibus currunt. Cap. XXXVI.

QVadrigę, & bigę, trigę, & seiugę ab equorũ numero, & iugo dictæ. Ex quibus quadrigas Soli, bigas Lunę, & trigas Inferis seiugas Ioui, desultores Lucifero, [a] & Hespero sacrauerũt. Quadrigas ideò Soli iungunt, quia per quattuor tempora annus vertitur, ver & æstatem, autumnũ, & hyemem. Bigas Lunæ, quoniã gemino cursu cũ Sole cõtendit: siue quia & nocte videtur & die. Iungũt enim vnum equũ nigrũ, alterũ candidum. Trigas dijs inferis, quia hi per tres ætates homines ad se rapiunt, id est, per infantiam, iuuentutẽ, atq. senectam. Seiuga maximus currus currit Ioui, propter quod maximum deorum suorum eum esse credunt.

Ideo autem rotis quadrigas currere dicunt, siue quia mũdus iste circuli sui celeritate trãscurrit, siue propter Solem, quia rotabili ambitu rotat, sicut ait Ennius, [b] Inde patefecit radijs rota candida cælum.

[a] Cap.XXXVI. Et Hespero. *Absunt hæ duæ voces ab antiquioribus. Gotth.*

[b] Inde patefecit *tot. c. c. Citatur hic versus à quodam ex Sidonio.*

De septem spatijs. Cap XXXVII.

SEptem spatia quadrigæ currunt, referentes hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt: siue ad curriculum septem dierum præsentium, quibus peractis vitæ terminus consummatur, [a] quorũ finis est creta, id est, iudicium.

[a] Cap. XXXVII. Quorum finis est creta. *Sic ego in optimis libris Neap. & Gotthicis quibus d. rectissimè. Seneca lib. 19. ep. 109.* Deinde transit ad ea, quæ consuetudo seculi mutauit, tanquam, quod ait Cicero, quotiens ab ipsa calce eius interpellatione reuocemur, calcẽ antehanc, quã nunc in circo cretã vocamus, calcẽ antiqui dicebãt. *Gloss.* Creta κεκυκλ. *Candida calcis dixit Lucretius.* Tu mihi currenti præscripta ad candida calcem.

De equitibus. Cap. XXXVIII.

POrrò equites singulares ideò currere dicunt, quia singulariter vnusquisq. cursum vitæ huius peragit atque transit, alius alio tempore

tẽpore sequens alium, per vnã tamen viam mortalitatis vsq. ad propriam metã mortis.

De desultoribus. Cap. XXXIX.

DEsultores [a] nominati, quod olim prout quisq. ad finem cursus venerat desiliebat: siue quod de equo in equũ transiliebat.

[a] Cap.XXXIX. Desultores. *Hygi. fabula 80.* Vnde & Romani seruant institutum cùm desultorem mittunt, vnus duos equos habet, pileum in capite * equo in equum transilit, quod ille sua, & fratris vice fungatur. *Cassiodo. lib. 3. Var.* equi desultorij, per quos Circensium ministri missus denunciant exituros, luciferi præcursoris velocitates imitantur.

De peditibus. Cap. XL.

PEdites autem aiunt propterea pede currere, quia pedibus curritur mortalitati. Ob hoc à superiore parte currunt ad inferiora, id est, ab Oriente ad Occidentẽ, quia mortales oriuntur, & occidunt. Nudi currunt, quia & homini in seculo nullæ reliquiæ sunt. Recto spatio currunt, quia inter vitam & mortem nihil distat. Sed hæc propterea fingunt, vt vanitates suas, & sacrilegia excusare conentur.

De coloribus equorum. Cap. XLI.

CIrca [a] caussas quoq. elementorum ijdẽ Gentiles, etiam colores equorum iunxerũt: roseos soli, id est igni: albos aëri: prasinos terræ: venetos mari assimilantes. Item roseos æstati currere voluerunt, quod ignei coloris sint, & cuncta tunc flauescant. Albos hyemi, quod sit glacialis, & frigoribus vniuersa canescant: Veri prasinos viridi colore, quia tũc pampinus denatur. Item roseos Marti sacrauerunt, à quo Romani exoriuntur: & quia vexilla Romanorũ cocco decorantur, siue quòd Mars gaudet sanguine. Albos zephyris, & serenis tẽpestatibus: prasinos flori & terræ: venetos aquis vel aëri, quia ceruleo sunt colore: luteos, id est, croceos igni & soli: purpureos Iri sacrauerunt, quẽ arcum dicimus, quòd Iris plurimos colores habeat. Sicque dum hac spectatione deorum cultibus atq. elementis mundialibus prophanantur, eosdem deos, atq. eadem elementa proculdubio colere noscuntur. Vnde animaduertere debes Christiane, quot Circũ nomina immunda possideant. Qua propter alienus erit tibi locus, quem plurimi Sathanæ spiritus occupauerunt. [b] Totum enim illum Diabolus, & Angeli eius repleuerunt.

[a] Cap.XLI. Circa caussas. *Vid. Tertull. c. 6. de arte circi.*

[b] Totum enim illum Diab. & Angeli eius repleuerunt. *Tertull. c. de loco:* totum seculum Satanas, & Angeli eius repleuerunt.

De theatro. Cap. LXII.

THeatrum [a] est, quo scena includitur, semicirculi figurã habens: in quo stantes omnes inspiciũt. Cuius forma primũ rotũda erat, sicut & amphitheatri, postea ex medio amphitheatro theatrũ factũ est. Theatrũ autẽ ab spectaculo nominatũ [b] ἀπὸ τῆς θεωρίας quòd in eo populus stãs desuper atq. spectãs ludos contẽplaretur. Idẽ verò theatrũ, [c] idẽ & prostibulum, eo quod post ludos exactos meretrices ibi prostarent. [d] Idem & lupanar vocatum ab eisdẽ meretricibus: quæ [e] propter vulgati corporis vilitatẽ lupæ nuncupabantur. Nam lupæ meretrices sunt à rapacitate vocatę, quod ad se rapiãt miseros & apprehendant. Lupanaria enim à paganis cõstituta sunt: vt pudor mulierũ infelicium ibi publicaretur, & ludibrio haberentur, tam ij qui facerent, quàm quæ paterentur.

[a] Cap.LXII. Theatrum. *De theatro sup. lib. 15. c. 2.*

[b] ἀπὸ τῆς θεωρίας. *è Serv. Æneid. 1. ad v.* mediaque in valle theatri.

[c] Idem & prostibulum. *Vid. Tertull. c. de theatro.*

[d] Idem & lupanar. *Ex Aug. 18. de ciuit t. 21. & Lact.*

[e] propter vulgati corporis vilitatem *Lact. lib. 1. c. 20.* Fuit enim Faustuli vxor, & propter vulgati corporis vilitatem lupa inter pastores, i. meretrix nuncupata est, vnde etiam lupanar dicitur.

De scena. Cap. XLIII.

SCena autẽ erat locus infra theatrũ in modũ domus instructa cũ pulpito: [a] quod pulpitũ Orchestra vocabat, vbi cãtabãt comici tragici, atq. saltabãt histriones, & mimi. [b] Dicta autẽ scena Græca appellatione, eo quod in speciẽ domus erat instructa. Vnde & apud Hebræos tabernaculorũ dedicatio à similitudine domiciliorũ Scenopegia appellabatur.

[a] Cap LXIII. Quod pulpitum Orchestra vocabatur. *Impropriè. Nam apertè distinguit Orchestram à pulpito Vitruuius lib. 5. c. 6 & scena pulpito, pulpitum altius erat orchestra. & apud Romanos senatorib. & honoratioribus viris loca erant in orchestra designata, in pulpito nõ item. Sed orchestra nomine pulpitum quoq. continetur, non contra. Græci autem pulpitum βῆμα dicebant, de qua mox Isidorus.*

[b] Dicta autem scena, *seruius ad v.* Syluis scena coruscis: scena, inumbratio: Dicta scena ἀπὸ τῆς σκιᾶς i. vmbra. Nam apud antiquos theatralis scena parietẽ non habuit, sed de frondib. vmbracula quærebãt: postea tabulata componere cœperũt inmodum parietis.

De orchestra. Cap. XLIIII.

ORchestra autem, pulpitum erat scenæ, vbi saltator agere posset, aut duo inter se disputare. Ibi enim poëtæ comœdi, & tragœdi ad certamen conscendebant, ijsq. canentibus, alij gestus edebant. Officia scenica: tragœdi, comœdi, thymelici, histriones, mimi, & saltatores.

De tragœdis. Cap. XLV.

TRragœdi sunt, qui antiqua gesta, atque facinora sceleratorum regum luctuoso carmine, spectante populo, concinebant.

De comœdis. Cap. XLVI.

COmœdi sunt, qui priuatorum hominum acta dictis atque gestu cantabant, atque stupra virginum, & amores meretricum in suis fabulis exprimebant.

De thymelicis. Cap. XLVII.

Thymelici autem erant musici scenici, qui in organis, & lyris, & citharis præcinebant. Et dicti thymelici, quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum, quod thymele vocabatur.

De histrionibus. Cap. XLVIII.

HIstriones sunt, qui muliebri indumento gestus impudicarum fœminarũ exprimebant: ij autem saltando etiam historias, & res gestas demonstrabant: dicti autem histriones: siue quod ab Istria id genus sit adductum, siue quod perplexas historijs fabulas exprimerent, quasi historiones.

De mimis. Cap. XLIX.

MIMI sunt dicti Græca appellatione, quod rerum humanarum sint imitatores: [a] nam habebant suum auctorem, qui antequam mimum agerent, fabulam pronuntiaret. Nam fabulæ ita componebantur à poëtis, vt aptissimæ essent motui corporis.

[a] Cap. XLIX. Nam habebant suum auctorem. *F. actorem.*

De saltatoribus. Cap. L.

SAltatores [a] autem nominatos Varro dicit ab Arcade Salio, quem Æneas in Italiam secum adduxit, quique primo docuit Romanos adolescentes nobiles saltare.

[a] Cap. L. Saltatores. *è Festo in--* Salios, *nisi quod ille non Varronem, sed Polemonem citat auctorem.*

Quid, quo patrono agatur. Cap. LI.

ESt [a] planè in artibus scenicis Liberi, & Veneris patrocinũ, quæ priuata & propria sunt, scenæ de gestu, & corporis flexu. Nam mollitiem Libero, & Veneri immolabant, illi per sexum, illi per flexum, dissolutis. Quæ verò ibi vocibus, & modis, & organis, & lyris transiguntur, Apollines & Musas & Mineruas & Mercurios patronos habent. Quod spectaculũ odisse debes Christiane, quorum odisti auctores.

[a] Cap. LI. Est planè. *Omnia è Tertull. c. de artib. scenicis: sed* lyris *retinuimus ex nostris codic. b. vbi apud Tertull.* litteris *legitur.*

De amphitheatro. Cap. LII.

AMphitheatrum, locus est spectaculi: vbi pugnant gladiatores. Et inde ludus gladiatorius dictus: quòd in eo iuuenes vltro armorũ diuerso motu condiscant, & modo inter se aut gladijs, aut pugnis certantes: modo contra bestias incedentes, vbi non odio, sed præmio illecti subeunt ferale certamen. Amphitheatrum dictum, quòd ex duobus theatris sit factum. Nam amplius theatrum rotundum est, theatrum verò ex medio amphitheatro est, semicirculi figuram habens.

De ludo equestri. Cap. LIII.

GEnera gladiatorum plura, quorum primũ ludus equestrium. Duo enim equites, præcedentibus prius signis militaribus, vnus à porta Orientis, alter ab Occidente, procedebant in equis albis cum aureis galeis, minoribus & habilioribus armis, sicque atroci perseuerantia pro virtute sua inibant pugnam, dimicantes, quousque alter in alterius mortem prosiliret, vt haberet, qui caderet, casum: gloriam, qui perimeret. Quæ ornata pugnabat Marti duelli causa.

De Retiarijs. Cap. LIIII.

REtiarius ab armaturæ genere, in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem occultè [a] ferebat rete (quod iaculum appellatur) vt aduersarium [b] cuspide insequente operiret, implicitúmque viribus superaret. Quæ armatura pugnabat Neptuno tridẽtis caussa.

[a] Cap. LIIII. ferebat rete, quod iaculum appellabatur. *Et vno verbo reteiaculum: sed de retiario, secutore, & alijs gladiatorum generib. scripsit nuper eruditissimus vir. Vid. Fest. in Retiario.*
[b] Cuspide in sequente. *Ita manuscr. omnes,* insequentem *volebat Chacon, insistentem alij.*

De Secutoribus. Cap. LV.

SEcutor ab insequendo Retiarium dictus. Gestabat enim cuspidẽ, & massam plumbeam, quæ aduersarij iaculum impediret, vt antequam ille feriret reti, iste exsuperaret. Hæc armatura sacrata erat Vulcano. Ignis enim semper aquam insequitur: ideóq. cum Retiario componebatur, quia ignis & aqua semper inter se inimica sunt.

De Laquearijs. Cap. LVI.

LAqueariorum pugna erat, fugientes in ludo homines iniecto laqueo impeditos confecutósq. prosternere amictos vmbone pelliceo.

De Velitibus. Cap. LVII.

VElitum pugna erat, vt vltro citróq. tela obiectarent. Erat autem eorum varia pugna, & spectãtibus gratior, quàm reliqua. [a] Velites autẽ nuncupati, siue à volitatione: [b] siue à ciuitate Hetruscorũ, quæ Veles vocabatur.

[a] Cap. LXVII. Velites autem--siue à volitatione. *Fest. in Aduolitatio:* Velites dicuntur expediti milites, quasi volites. i. volantes.
[b] Siue à ciuitate Hetruscor. quæ Veles. *Sic Goth. cc. Al.* Veletes.

De ferali certamine. Cap. LVIII.

FErarũ pugna erat, emissas bestias iuuenes excipere, & pugnare aduersus eas, vltroneo funere certare, non crimine, sed furore.

De horum execratione. Cap. LIX.

HÆc quippe spectacula crudelitatis, & inspectio vanitatum nõ solum hominum vitijs: sed de dæmonum iussis instituta sunt. Proinde nihil esse debet Christiano cum Circensi insania, cum impudicitia theatri, cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arenæ, cum luxuria ludi. Deum enim negat, qui talia præsumit, fidei Christianæ præuaricator effectus, qui id denuò appetit quod in lauacro iam pridem renunciauit, id est, diabolo, pompis, & operibus eius.

De alea. Cap. LX.

ALea, id est, ludus tabulę, inuenta à Græcis in otio Troiani belli à [a] quodam milite nomine Alea, à quo & ars nomen accepit. Tabula luditur pyrgo, calculis, tesserisque.

[a] Cap. LX. à quodam milite nomine Alea. *Auctor quærendus.*

De pyrgis. Cap. LXI.

PYrgus [a] dictus, quod per eum tesserę pergant, siue quòd turris specie habeat. Nam Græci turrim πύργον vocant.

[a] Cap. LXI. Pyrgus. *Vasculum in turriculæ figurã conformatũ, ex quo tali in alueum conijciebantur, nequis dolus in iaciendis manu subesse posset. Turriculam vocat Martialis.*

De calculis. Cap. LXII.

CAlculi vocati, quòd læues sint & rotundi. Vnde & calculus dicitur lapis breuis, [a] qui sine molestia, sui breuitate calcatur. Item calculi, quod per vias ordinales, quasi per calculas eant.

[a] Cap. LXII. quia sine molestia, sui breuitate calcetur. *Sup. lib. 16. c. 6. è Seru. Georg. 2.*

De tesseris. Cap. LXIII.

TEsseræ vocatæ, quia quadræ sunt ex partibus omnib⁹. Has alij Lepusculos vocãt, eo quod exiliendo discurrunt. Olim autem tesseræ iacula appellabantur à iaciendo.

De figuris alea. Cap. LXIIII.

QVidam [a] autem aleatores sibi videntur physiologicè per allegoriam hanc ar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem exercere, & sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus tesseris ludere perhibent propter tria seculi tempora, præterita, præsentia & futura, quia non stant, sed decurrunt. Sed & ipsas vias senarijs locis distinctas propter ætates hominum, ternarijs lineis propter tẽpora argumentantur. Inde & tabulam ternis descriptam dicunt lineis.

[a] Cap. LXIIII. Quidam autem -physiologicè per allegor. *Vid. Eustath. Iliad. α. ad illud: πεσσοῖσι προκάρηες Δυμάων Δυμοτέροιο.*

De vocabulis tesserarum. Cap. LXV.

IActus quisque apud lusores veteres à numero vocabatur, vt vnio, binio, trio, quatrio, quinio, senio. Postea appellatio singulorum mutata est, & vnionem canem, [a] trionem suppum, [b] quatrionem planum vocabant.

[a] Cap. LXV. Trionẽ suppum. *Græcè ὕπιον. Vid. Fest.*

[b] Quatrionem planum. *Immo pronum opinor, qui & Aristoteli πρηνὴς. Supino enim pronus opponitur, non planus.*

De iactu tesserarum. Cap. LXVI.

IActus tesserarum ita à peritis aleatoribus componitur, vt afferat quod voluerit, [a] vt puta senionem, qui eis iactu bonum affert. Vitant autem canem, quia damnosus est, vnum enim significat.

[a] Cap. LXVI. Vt puta senionem. *Qui & Venus, & Cous dicebatur, quoties ita quattuor tale cadebant, vt nullus cum alio congrueret. Arist. lib. 2. de Cæl.* ἔστι δὲ κατορθῶν χαλεπὸν ἢ τὸ πολλά, ἢ τὸ πολλάκις, οἷον πολλὸς ἀφαγάλης κἀπὸς βάλλειν ἀμίχανον, ἀλλὰ ἕνα, ἢ δύω ῥᾴων.

De calculorum motu. Cap. LXVII.

CAlculi partim ordine mouentur, partim vagè. Ideò alios ordinarios, alios vagos appellant. At verò qui moueri omnino non possunt Incitos dicunt. [a] Vnde & egentes homines Inciti vocantur: quibus spes vltra procedendi nulla restat.

[a] Cap. LXVII. Vnde & egentes homines Inciti dicuntur. *Nonius:* Incitas, egestas dicitur.

De interdictione aleæ. Cap. LXVIII.

AB hac arte fraus, & mendacium, atq. periurium nunquam abest, postremo & odium & damna rerum, vnde & aliquando propter hæc scelera interdicta legibus fuit.

De pilâ. Cap. LXIX.

PIla propriè dicitur, quòd sit pilis plena. Hæc & sphæra à ferendo, vel feriendo dicta, de quarum genere & pondere Dorcatius sic tradit. Neu tu parce pilos viuacis condere cerui. Vncia donec erit geminæ superaddita libræ.

Inter species pilarum sunt, Trigonaria, & Arenata. [a] Trigonaria, est qua inter tres ludi tur. Arenata, qua in gregẽ dum ex circulo astantium spectantiúmque emissa, vltra iustum spatium pilam excipere, lusumq. inire consueuerunt. Cubitalem lusum appellant, cùm duo cominus ex proximo ac penè coniunctis cubitis pilam feriunt. [b] Suram dicitur dare, qui pila, crure prolato, feriendam colluforibus præbet.

[a] Cap. LXIX. Trigonaria. *Martialis lib. 14. epigr. 46.* Pila trigonalis: Si me nobilib. scis expulsare ludistris, Sum tua; si nescis, rustice, redde pilam.

[b] Suram dicitur dare. *Plutarch. in Cicerone de Comm. Lentulo, Catilinæ socio, cognomento Sura.* προελθὼν ἐπὶ τὸν ὦμον ἐκ τοῦ πάνυ, καταφρονητικῶς, λόγον μὲν ἔκ τινος ἐφη δώσειν παρέχειν τὴν κνήμην, ὥσπερ πάνυ εἰώθεισαν οἱ παῖδες ὅταν ἐν τῷ σφαίρᾳ ἁμάρτωσιν.

DIVI

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER DECIMVS NONVS.

De nauibus, ædificijs, & vestibus.

DE NAVIBVS. Cap. I.

ARtium quarundã vocabula, quibus aliquid fabricatur, vel instrumenta artificum, vel quæ ministerium exhibẽt, atq. aliquid huiuscemodi, deincepsex parte notanda studui.

[a] Artifex generaliter vocatus, quòd artẽ faciat: sicut aurifex qui aurum. Faxo enim antiqui pro facio dicebant.

[b] Nauclerus, dominus nauis est appellatus: B ita quòd nauis in sorte eius sit. κλῆρος enim Græcè sors dicitur. Cæteri autem in naui in [c] contributione sunt.

[d] Gubernio, qui & gubernator, quasi cohybernator, quòd cohibeat prudẽtia sua hyberna, id est, tempestates maris.

[e] Nauta à naue dictus per deriuationem. Nauita autem pro nauta poëticè dicitur, sicut Mauors pro Mars. Nã rectum est nauta.

Remex vocatur, quòd remum gerit, sic autem remex, [f] quomodo tubex, dicitur nominatiuo casu.

[g] Epibata Græco sermone appellatur: qui C Latinè dicitur superueniens. Hic nihil habet negotij, sed naulo dato in alias terras transire disponit.

Nauim quidam perhibent dictã, eo [h] quòd gnauum rectorem quærat, id est, peritum, sapientem, strenuum, qui continere, & gubernare nouit propter maritima pericula & casus. vnde est illud Salomonis, Intelligens gubernacula possidebit. [i] Lydij autem primum nauim fabricauerunt, pelagiq́ incerta petentes peruium mare vsibus humanis fecerunt.

[k] Rates, primum, & antiquissimum genus nauigij è rudibus tignis, asseribusq́ conser tum. Ad cuius similitudinem fabricatæ naues, [l] ratariæ dictæ. Nunc iam [m] rates abusiuè naues. Nam proprièrates sunt connexę inuicem trabes.

Trieris, nauis magna, quam Græci [n] durconem vocant: de qua in Isaia dicitur, Non transiuit per eam trieris magna.

Carpasia nauis à Carpatho insula nominata: sicut à Rhodo Rhodia: sicut ab Alexãdria Alexandrina.

[o] Liburnæ dictæ à Libyjs: naues enim sunt negotiatorum. De quibus Horatius, Ibis liburnis inter alta nauium.

Rostratę naues dictæ ab eo, quod in fronte rostra ærea habeant [p] propter scopulos, ne feriantur, & collidantur.

Longæ naues sunt, quas Dromones vocamus: dictæ eo quòd lõgiores sint cæteris, quibus contrarius Musculus, curtum nauigium. Dromo autem à decurrendo dicitur. Cursum enim Græci δρόμον vocant.

[q] Classis dicta est à Græco vocabulo ἀπὸ τῶν καλῶν, id est, lignis. vnde & calones qui ligna militibus portant.

Ancyromagus dictus, pro eo quòd celeritate sui anchoris, & instrumentis reliquis nauium vehendis sit aptus.

[o] Phaselus, est nauigium, quod nos corruptè baselum dicimus. De quo Virgilius, Pictiscq. phaselis.

[r] Scapha, quæ κατάσκοπος, nauigium, quod Latinè speculatorium dicitur. σκοπὰν enim Latinè intendere dicitur.

Barca est, quæ cuncta nauis commercia ad littus portat. Hanc nauis in pelago propter nimias vndas suo susçipit gremio. Vbi autem appropinquauerit portui, reddit vicẽ barca naui, quam accepit in pelago.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[t] Paro, nauigium piratarum aptum, & ex ijs ita vocatum: Cicero, Tunc se fluctigero tradit mandatq. Paroni. Et alibi, Parunculis ad littus ludit celeribus.

Myoparo, quasi minimus Paro. Est enim scapha ex vimine facta, quæ contexta crudo corio genus nauigij præbet, qualibus vtũtur Germanorum piratæ in Oceani littoribus, vel paludibus ob agilitatem. De quibus Historia. Gens, inquit, Saxonum Myoparonibus, nõ viribus nitũtur, fugæ potius, quàm bello parati.

Celoces,[t] quas Græci κέλητας vocant, id est, veloces biremes, vel triremes agiles, & ad ministerium classis aptæ. Ennius, Labitur vncta carina per æquora cana Celocis.

Biremes autem, naues sunt habentes remorum ordinem geminum.

Triremes, & quatriremes, trium & quattuor ordinum: sic & penteres, & hexeres quinos, vel senos ordines habentes.

[v] Actuariæ naues sunt, quæ velis simul, & remis aguntur.

[x] Hippopagus, in quo equos transuehere solitum est.

[y] Pontonium, nauigium fluminale, tardum & graue, quod non nisi remigio progredi potest.

[z] Hinc & traiectus, id est, extentus. Est enim latus, vnde & transenna dicitur extẽtus funis.

Lembus, nauicula breuis, quæ alia appellatione dicit & Cymba, & [a] Caupilus: sicut & Linter, id est, Carabus, quo in Pado, paludibusque vtuntur.

Carabus, parua scapha ex vimine facta, quæ contecta crudo corio genus nauigij præbet.

[b] Portemia, nauicula Syriaci generis, lata, & sine carina à portando vocata. Vtuntur ijs in Pannonia.

[c] Trabariæ, amnicæ naues, quæ ex singulis trabibus cauantur: quæ alio nomine Littorarię dicũtur. [d] Hæ & Caudicę ex vno ligno cauato factæ, & inde Caudicę: quia à quattuor vsque ad decem homines capiant.

a Cap. I. Artifex gener. nom. *Vt Græcis τέκτων.*

b Nauclerus. *Qui & nauicularius, & magister nauis à iureconsultis dicitur, qui nauem habet propriam, vel conductam, cuius obuentiones, & reditus omnes accipit. At Isidoro inf. c. 19. Nauicularius, nauium est fabricator, sicut carpentarius carpenti.*

c In contributione sunt. *Contributionis vox apud iureconsultos frequens, vt tit. de leg. Rhod. de iact.*

[A] d Gubernio, qui & gubernat. *Gloss. Guber. (omissa credo voce) κυβερνήτης. Gubernio in pro gubernatore dixisse Labienum in Ana Pœanna ait Agellius lib. 16. c. 7. Legitur quoque archigubernius, siue etiã archigubernus lib. 36. Digest. 1. c. 46. Item guberna pro gubernaculis, dixit Lucretius:* Disiectare solet magnum mare, transtra, guberna. *& Lucilius apud Non.* Proras despoliate, & detundite guberna.

e Nauita pro naut. *Seruius Georg. 1. & Æn. 6. sic Græci* ναύτην *&* ναύτην.

f quomodo tubex. *f.* quomodo & obex, *de cuius genere vid. Seru.*

g Epibata. *Inde* ἐπιβατηγοὶ, *naues vectoriæ. Dicuntur etiam epibatæ, qui tutelæ caussa adsumuntur. Vid. voll.*

h eo quod nauũ rect. *Ita libri Goth. rectè. Assignat autem nauo suam etiam etymologiam (vt nauus sit, qui nauit) quàm probam, nihil moror. Interpretantur quidem Glossaria eodẽ modo nauũ.* Nauus ὁ ἄμεμφον. Nauus ἔμπραγμος, εὐπλοητικός.

i Lydij primum nauem. *Sumptum videtur ex Historico Græco scriptore, quem Latinum à Hieronymo factum quidã existimant.*

k Rates prim. *Plin. lib. 7. c. 56.* Naue primus in Græciam ex Ægypto Danaus aduenit, ante ratib. nauigabatur inuentis in mari rubro.

l Ratariæ. *De quib. Agell. memimit lib. 10. c. 25. Sed Ratiarias appellari quidam malunt.*

m Rates abusiu-- inuicem trab. *è Seru. Æn. 1. ad illud:* Disiecitq. rat.

n quam Græci durcon. *Al.* durchonem. *Rectè fortasse hæc absunt à Segunt. libro. Sed amplius quærendum. Est enim codex sæpè alias mutilus.*

o Liburnæ. *Videntur hæc quoque ex uitio. Sed vt apud illũ Liburnia pro Libya ita hic Liburnijs pro Libyjs substituerim. Vid. Appian. in bell. Illyr. Lucian. in* τοῖς ἔρωσι *& Veget. lib. 4.*

[C] p propter scopulos ne feriantur. *Hister.* Nam ipsæ rostratæ in altum erectæ, quasi cacumen syrteum eminentiorem à puppi, in fronte rostra habẽt propter scopulos, ne forte, cum tantam vim discurrentium, & properantium habeant, aut feriantur, aut collidantur.

q Classis dicta--portant. *è Seru. Æneid. 1.* Pallãsine exurer. class.

r Scapha, quæ & catascop. *Vid. Veget. lib. 4. c. 37. & Agell. lib. 10. c. 25. apud quem catascopium forma diminutionis. Catascopus apud Hirtium lib. de bell. Afric.*

[D] s Paro nauigium piratar. aptum. *Id est, instructum, & quasi paratum, captat enim huiusmodi notationes. Nisi mauis aptum Gothico compendio pro apertũ scriptum fuisse. Id enim & fluctigeri ἐπίθετον in Ciceronis versu cõprobat: & aperta, quæ à Græcis ἀφράκτα dicuntur, nauigia, tectis opponuntur. Liuius lib. 36.* C Liuius præfectus Romanæ classis cum quinquaginta nauibus tectis profectus ab Roma Neapolim, quo ab socijs eius oræ conuenire iusserat, apertas naues, quæ ex fœdere debebantur, &c.

t quas Græci Celetes. *Suid.* κέλης ὁ μόνος ἵππος ἐπὶ τάξις φερόμενος: *& paullò post,* κέλης εἶδος πλοιαρίου μικροῦ. *& Thucydidis interpres,* μικρὸν πλοιάριον ὑφ' ἑνὸς ἐρέτου μόνου ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ κέλητος ἵππου, ᾧ ἐσθίοντι ἐπιτιθέασι.

v Actuariæ. Dictæ quod cito agi possint, *ait Nonius.*

x Hippa-

x Hippagogus. *Hippagimen Latinè appellari tradit Festus.*

y Pontonium. *Vox diminutionis. Nam pontones principaliter dicuntur.*

z Hinc & traiectus. *Ser. Æn. 5.* traiecto in fune columbam: traiecto (*inquit*) extento. vnde transenna dicitur extẽtus funis. *Quæ, quomodo huic loco aptari possint, non queo satis dispicere.*

a & Caupillus. *Al.* Caupolus. *Agellio lib. 10. c. 25.* Capulica.

b Portemia. *S. o. l. & ita Isidorum scripsisse arguit etymologia. Est tamen vox Græca, eademq. Diodoro Siculo nunc* πορθμεῖα, *nunc* πορθμὶς *dicuntur.*

c Trabariæ. *Festus.* Trabica naues, quod sit trabib. consixa.

d Hæ & caudicæ. *Et caudicariæ, vel codicariæ Non. Fest. Agell. Nam vt trabs propriè duo ligna compacta, teste Festo, ita caudex plurium tabularum contextus, vt ait Senec. lib. de breuit. vit.*

De partibus nauium & armamentis. Cap. II.

PVppis posterior pars nauis est, quasi post. Prora, anterior, quasi priora.

a Cumba, locus imus nauis, quod aquis incumbat.

Carina, à currendo dicta, quasi currina.

b Fori, nauium latera concaua, à ferendo onere dicta, siue tabulata nauium, quæ sternũtur. Dicta, ab eo quòd incessus ferant, vel foris emineant. De quibus Virgilius, laxantque foros.

c Columbaria, in summis lateribus nauiũ loca concaua, per quæ eminent remi, dicta credo, quòd sint similia latibulis columbarum, in quibus nidificant.

d Agea, viæ sunt, vel loca in naui per quæ ad remiges hortator accedit. De qua Ennius: Multa foro ponet. Et Agea longa replectur.

Transtra, sunt tabulæ, vbi sedẽt remiges, quod in transuerso sint, dicta, [e] quæ Virgilius iuga appellat.

[f] Tonsæ, remi à remouendis, & decutiendis fluctibus dicti: sicut tonsores à tondendis, & decutiendis capillis.

g Palmula, est extrema latitudo remi, à palma dicta, qua mare impellitur.

h Antemnæ autẽ dictæ, quòd ante amnẽ sint positæ. Præterfluit enim eas amnis. [i] Cornua, extremæ partes antemnarum sunt, dicta per tropum.

k Malus, est arbor nauis, qua vela sustinentur. Malus autem dictus: quia habet instar mali in summitate, vel quia, quasi quibusdã malleolis ligneis cingitur, quorum volubilitate vela facilius eleuantur.

Modius est, cui arbor insistit, ob similitudinem mensuralis vasis dictus,

Carchesia sunt in acumine arboris. [l] Cinna: Lucida confulgent alti Carchesia mali.

m Trochleæ, quasi φ litera, per quas funes trahuntur. Trochleæ autẽ vocatæ, quòd rotulas habeant. τροχὸς enim Græcè rota dicitur.

Parastatæ, stipites sunt pares stantes, quibus arbor sustinetur. Cato. Malum deligatum, parastatæ vinctæ.

n Clauus est, quo regitur gubernaculum. De quo Ennius. Vt clauum rectum teneam, nauimq. gubernem.

o Porticulus, malleus in manu portatus, quo modus, signumque datur remigantibus. De quo Plautus, Ad loquendum atque tacendum tute habeas porticulum. Aportando igitur porticulus.

Tonsilla, vncinus ferreus, vel ligneus, ad quem in littore defixum funes nauium illigantur. De quo Ennius. Tonsillas rapiunt, configunt littus aduncas.

Anchora, dens ferreus, ex Græca etymologia nomen ducit: quod quasi hominis manus comprehendat, vel scopulos, vel arenas. nam manus Græcè χὰρ dicitur. [p] Apud Græcos autem aspirationem non habet. Nam ὄγκυρα dicitur. vnde & apud maiores sine aspiratione proferebatur.

Puluini, sunt machinæ, quibus naues deducuntur, & subducuntur in portum.

q Pons, scala nauium.

a Cap. II. Cumba. *Vulgò gomba.*

b Fori. *Hæc vtcumq. contexta è Seruio, nonnihil etiam aucta. At Charis. Fori sunt in nauibus, quibus nautæ sedentes remigant,* ἑδώλια.

c Columbaria. *Vid. philand. in Vitruu. lib. 4. c. 2.*

d Agea viæ sunt. *Fest.* Agea via in naui est, dicta, quod in ea maxima quæq. res agi soleat.

e quæ Virgilius iuga app. *Æneæ. 6.* Inde alias animas, quæ per iuga lõga sedebant, *vbi Seru.* Iuga Græcè dixit, ζυγὰ enim dicunt, quæ transtra nominamus.

f Tonsæ remi. *è Seru. Æn. 7.* in lento luctãtur marmore tonsæ.

g Palmula. *Vid. Fest. & Seru. Æn. 5. eadem ratione Græci* τάρσον, *& palmam manus, & remorum latitudinem dixere, vt ait Ælius Dionysius apud Eustath. odyss. 1. ad illud:* παρσοὶ μὲν τοῶν, *&c.*

h Antemnæ autem dictæ *&c. è Seru. Æneid. 7. idem propè Festus in voce* amnenses. *Sed illi non de nauiũ parte, sed de vrbibus propè amnem sitis loquuntur.*

i Cornua. *ex eod. Æn. 3. ad illud.* Cornua velatarum obuertimus antemnis.

k Malus

Universidad de Deusto
Biblioteca

k Malus arb. *Ex eod. AEn. 5. nisi quod* malis *apud illũ, non malleolis, legitur.*

l Cinna lucida. *Quod Catullo hic versus tribuitur ex Nonio potuit esse communis.*

m Trochleæ quasi ϑ littera. *Quasi Θ littera legit Philander apud Vitru trochleas etiam Athenæus in nauium armamentis numerauit in Hieronis naue. Gloss.* trochleæ ἐπιστρόμιδες.

n Clauus. *Clauum, fustem gubernaculi interpretatur Seruius AEn. 5.*

o Porticulus. *Sic etiam Fest. & Non. nisi quod apud hos* portiscul*us dicitur. Isidoro fauent Gloss. in quib.* porticulus, πλευρὸς.

p apud Græcos aspirationem non habet. *è Seru. Æn. 1. ad illud.* vnco non alligat anchora morsu.

q Pons scal. *Ex eod. AEn. 10.* Pontibus exponit.

De velis. Cap. III.

VEla[a] Græci ἄρμενα dicũt, proindequòd aëre mouentur. Apud Latinos autem vela à volatu dicta. Vnde est illud, velorum pandimus alas.

[b] Genera velorum Acation, Epidromos, Dolon, Artemon, Siparum, Mendicum. Ex quibus Acatium velum maximũ, & in media naui constitutum.

Epidromos secundę amplitudinis: sed ad puppim.

Dolon, minimum velum, & ad proram defixum.

[c] Artemo, dirigendæ potius nauis caussa commentatum, quàm celeritatis.

Siparum, genus veli, vnum pedẽ habens, quo iuuari nauigia solent in nauigatione, quoties vis venti langueſcit. De quo Lucanus, - summáque tendens Sipara velorũ perituras colligit auras. quod ex separatione existimant nominatum. [d] Pes, extremus angulus veli, quem sic nautæ loquuntur.

a Cap. III. Vela Græci ἄρμενα. *Homerũ (vt ait Eustathius) secuti. nam vox ipsa multo est latior, ita vt instrumenta omnia, neque nautica solùm, sed quæuis alia complectatur, dicta, (vt ait etymologiſtes)* παρὰ τὸ ἀρῶ, τὸ ἁρμόζω, ἁραρῶ, ἀραρήμενον, ἢ κατὰ συνκοπὴν ἄρμενον.

b Genera velor. *Vid. Poll. Hesych. Suid. quã tamen artemonis non meminere.*

c Artemon dirig. pot. nauis. *Rectè. Vid. Chrysostom. Act. 27.*

d Pes extremus angulus veli. *At Seruius AEnei. 5. ad illud:* Vna omnes fecere pedem, podiam *(inquit)* id est, funem, quo tenditur velum. *Interpres quoq. Apollonij lib. 2. funes, quibus vela, aut vertũtur, aut laxantur* πόδας *vocat. Vnde apud Lucan. lib. 5.* obliquat læuo pede carbasa. *id est, sinistro fune. Porrò de Mendico Festus:* Mẽdicum dici putant, velum, quod in prora ponitur.

De funibus. Cap. IV.

FVnes[a] dicti, quod antea in vsum luminis fuerint circundati cera, vnde & funalia.

Restes, siue quod rates contineant: seu quod in ijs retes tendantur.

[b] Rudentes, sunt funes nauium, ex nimio stridore ita dicti.

Spirę funes quibus in tempestatibus vrũ tur: quas nautici suo more [c] Cucurbas vocãt, [d] Spiræ, autem à sparto vocatæ.

Propes, funis, quo pes veli alligatur, quasi prope pedes. De quo Turpilius. Quasi cùm ventus fert nauim in mare secundus, siquis propedem misit, si [e] veli sinistrum.

Tormentũ, funis in nauibus longus, quo prora ad puppim extenditur, quo magis cõstringantur: Tormenta autem à tortu dicta, restes, funesque.

Saphon, funis in prora positus. De quo Cæcilius, Venerio cursu veni prolato pede vsque ad saphonem.

Opisphora, funes, qui cornibus antemnæ dextra sinistráque tenduntur, & retroueriio.

Prymnesiũ, funis, quo nauis in littore religatur ad palum.

Mitra, funis, quo nauis media vincitur.

Anquina, quo ad malum antemna constringitur. De qua Cinna. Atq. anquina regat stabilem fortissima cursum.

[f] Remulcum, funis, quo deligata nauis trahitur vice remi. De quo Valgius. Hic mea me longo succedens prora remulco Lætantem gratis sistit in hospitijs.

[g] Struppi, vincula loro, vel lino facta: quibus remi ad scalmos alligantur. De quibus Liuius, Tuncq. remos iussit deligare struppis.

[h] Catapirates, linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur. Lucilius, Hunc catapiratem puer eodem deferat vnctum plumbi pauxillum rodus, liníque mataxam.

a Cap. IV. Funes dicti q. a. in vsum lum *Ergo aliter ſeu φάναν ductum funem vult: non opinor, Sed locum Seruij, vnde hæc sunt, non satis animaduersum.*

b Rudentes. *Seru. Æneid. 1.* stridorque rudentum, propriè *(inquit)* nam stridor in funibus est.

c Cucurbas. *sic plerique Gothh. al.* curcubas. *Vid. Fest. in Spira.*

d Spiræ autem ab sparto. *Mirum ni notationi causſam præbuit Pacuuij versus:* Quid cessatis socij eijcere spiras sparteas, *cum potius spira ab σπειρόω, hoc est, in orbem conuolvo, ducatur.*

e si veli sinistrum. *In veli sinistrum legit Lilius Giraldus.*

f Remul-

f Remulcus. *Vid. Fest. in* Remulco, *&* Promulco.

g Struppi vincula-- quib. remi ad scalmos alligantur. *Vitruu. lib. 10.* Etiam remi circa scalmos strophis religati. *vbi* struppis *legunt eruditiores: sed multo* ſrequentius stuppis *pro* struppis *apud Agell. lib. 10. 3. legitur. Vocabantur etiam* struppi *teste Festo,* in pulminarib. fasciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus ponebantur.

h Catapirates. *Sic lego ex codicibus vetustiſs. Rom. Cõpl. Salm & Oxon. ita etiam postulante tentandi interpretatione. Alios, qui* Catapiraten *volunt, magis audiendos, quàm auscultandos esse censeo, vid. Fest. in* Rodus.

De retibus. Cap. V.

REtes[a] vocatæ, siue à retinẽdis piscibus, siue à restibus, quibus tenduntur.

Minus autem rete Simplagium dicitur à plagis. [b] Nam plagas propriè dicimus funes illos, quibus retia tenduntur circa imam, & summam partem.

Funda, genus est piscatoriæ retis, dicta ab eo quòd infundũ mittatur. [c] Eadem etiam à iactando Iaculum dicitur. Plautus, Probus quidem antea iaculator eras.

[d] Tragum, genus retis ab eo quòd trahatur nuncupatum, ipsum est & Verriculum. Verrere enim trahere est.

Nassa. - - -

Cassis genus venatorię retis quod capiat.

[e] Hinc est quod & incassum dicimus, id est, sine causſa, quasi sine cassibus, sine quibus venatio inanis est.

Conopeum retes, qua culices excludũtur. in modum tentorij, quo magis Alexandrini vtuntur, quia ibi ex Nilo culices copiosi nascuntur. vnde, & Conopeũ dicitur, Nam Canopea Ægyptus est.

a Cap. V. Retes vocatæ. *Sic o. manuscr. Charisius quoq. retes vocat, & Glossar.* retes augurales.

b Nam propriè plagas-- partem. *è Seru. Æn. 4. ad illud.* Retia rara, plagæ.

c eadem & Iaculum. Reteiaculum *Seruius & ita hoc loco legit Turnebus aduersar. lib. 18. cap. 26. Sed nihil muto. Nam Isidorus sup. lib. 18. cap. 54.* Retiarius *(inquit)* ab armaturæ genere in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem occultè ferebat rete, quod iaculum dicitur.

d Tragum. *s. o. l.* trahum *malim, vt etymologia postulat, & trahi plaustri genus est apud Virgil.*

e Hinc est, quod in cassum. *è Ser. Georg. 3.*

De fabrorum fornacibus. Cap. VI.

FAber[a], à faciendo ferro impositum nomen habet. Hinc deriuatum est nomen ad alias artium materias: fabros, vel fabricas dicere, sed cum adiectione, vt faber lignarius, & reliqua [b] propter operis scilicet firmitatem.

[c] In fabrorum autẽ fornace Gentiles Vulcanum auctorẽ dicunt figuraliter, per Vulcanum ignem significantes, sine quo nullũ metalli genus fundi, extendique potest. Nihil est enim penè, quod igne non efficiatur. Alibi enim vitrum, alibi argẽtum, alibi plũbum, alibi minium, alibi pigmẽta, alibi medicamenta efficit. Igne lapides in æra soluuntur, igne ferrum gignitur ac domatur, igne aurum perficitur, igne, cremato lapide cæmenta & parietes ligantur. [d] Lapides nigros ignis coquendo candificat, ligna candida vrendo obfuscat, carbones ex pruna fulgida nigros facit: de lignis duris fragiles, de putribilibus imputribiles reddit, stricta soluit, soluta restringit, dura mollit, mollia dura reddit. Habet & medicaminis vsum. [e] Nam sæpè vri prodest. Pestilentiæ quoq. quę obscutatione solis contrahitur, auxiliari certũ est. In opere quoque aliud gignitur primis ignibus, aliud secundis, aliud tertijs.

[f] Habet quoq. & aliam in se diuersitatem ignis. Nam alius est ignis, qui vsui humano, alius qui iudicio paret diuino, siue qui de cælo fulmen astringit, siue qui de terra per vertices montium eructat.

Ignis autem dictus, quod nihil gigni potest ex eo. Est enim inuiolabile elementum, absumens cuncta, quæ rapit.

Fabrica duabus rebus constat; ventis, & flamma.

Flamma verò, propriè fornacis est dicta, quod flatu follium excitetur.

Fornax verò ab igne vocata: φῶς enim ignis est.

[g] Caminus, est fornax, & est Græcum deriuatum à cauma.

Faulla, est deserta igne scintilla.

[h] Pruna, est quamdiu ardet: cùm autem extincta fuerit, carbo nominatur. Pruna autem à perurendo dicta est, carbo verò quòd flamma caret. [i] Qui dum interijsse creditur, maioris fit virtutis. Nam iterum incensus fortiore luce calescit. Cuius tãta vis est etiã, & sine igne firmitas, vt nullo humore corrũpatur, nulla vetustate vincatur. Extinctus enim tantum incorruptibiliter durat, vt ij, qui limites figunt, eos in fossos terra substernant, & lapides desuper figant, ad conuincendum litigatorem, vt post quantalibet

Universidad de Deusto
Biblioteca

secula fixumque lapidem limitem esse cognoscant.

a Cap. VI. Faber à faciendo ferrum. *Hoc idem secutus in regula monachorum fabrum ferrarium dixit fuisse Isoph, adsensus fortasse Leandro fratri in lib. de instit. Virgin. c. 33. Nec mirũ cum Hilarius, & Beda idẽ existimavit. Ambrosius verò, & ferrarium, & lignarium fabrum illum fecisse videtur: sic enim scribit lib. 3 in Luc.* Pater Christi igne operatur, & spiritu, & tanquam bonus animæ faber vitia nostra circumdolat, cito securim admouens arboribus infœcundis, &c. rigida mentium spiritus igne mollire.

b propter operis scilicet firmitatem. *Ferrarius fabri sibi generale nomen proprium fecit.*

c in fabro autem forn. *Eadem supra lib. 8. c. 11.*

d lapides nig.-- candif. *Ex Aug. lib. 21. de ciuit. c. 7.*

e Sæpè vri prodest. *Ex Plin. lib. 36. c. vlt.*

f Habet quoq. & aliam in se diuersitatem ignis eructat. *Tertull. Apolog. c. 48.* Nouerũt & philosophi diuersitatẽ arcani, & publici ignis; ita longe alius est, qui vsui humano, alius qui iudicio Dei appareat, siue de cœlo fulmina stringens, siue de terra per vertices montium eructans.

g Caminus est fornax. *è Seru. Æn. 3.*

h pruna. *Ex eod. Æn. 11.*

i qui dum interijsse cred. *è Plin. lib. 36. c. vlt. & lib. 33. c. 5.*

De instrumentis fabrorum. Cap. VII.

INcus est, in quo ferrum tunditur à [a] cudẽdo dictus, eo quòd illic aliquid cudamus, id est, feriendo producamus. Cudere enim cædere & ferire est. Veteres autem non incudem vocabant, sed intudem, eo quòd in ea metallũ tundatur, hoc est, tendatur. [b] vnde & tudis malleus, à tundendo, id est, tendendo dictus.

Malleus vocatur, quia, dum quid calet & molle est, cædit & producit.

Marcus, malleus maior, & dictus marcus, quod maior sit ad cædendũ & fortior. [c] Martellus, mediocris. Marculus, malleus pusillus. Lucilius. Et velut in fabricam feruens cùm marculus ferrum Multorum magnis ictibus tundit.

Forcipes quasi ferricipes, eo quòd ferrum candens capiant, teneantque, siue quod ab ijs aliquid foruũ capimus, & tenemus, quasi foruicapes. [d] Nam foruum est calidum, vnde & feruidũ: vnde & formosos dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat.

Lima dicta, eo quòd lene faciat. Nam limum, lene est.

e Cælum est, vnde operantur argentarij, à quo & cælata vasa dicuntur.

n Cap. VII. à cudendo dict. *Sic Seru. Æn. 6. & Non. in* strictoris.

b vnde & tudes-- dictus. *non sunt hæc in Rom. Cod.*

c Martellus. *Recentiores libri* Marcellus. *Vid. Capr. Grammat.*

d Nam foruum-- creat. *è Seru. Æn. 8. ad illud,* versantq. tenaci forcipe massam. *Vid. sup. lib. 10. in formosus.*

e Cælum. *Seru. Æn. 1.* Cælataq. in auro--cælata (inquit) insculpta, Nam cælum dicitur ferrum ipsum, vnde operantur argentarij. *& Isidorus inf. lib. 20. c. 4. cælata vasa à cælo vocata, quod est genus ferramenti, quod vulgò cilionem appellant: ergo cilium ex cilione vulgari voce in nostros codices irrepsit. Idem ferramentum celte dicitur Iob. c. 19. & in peruetusta, & facetissima Sertij parasiti, apud Salonem Dalmatiæ vrbem inscriptione, quam non pigebit adscribere.* Iuuat vobiscum loqui, ac ore meo pendolos detinere. Saxum hoc vos vocat. Quid inquam? vinus assueui prudens, imprudens, mortuus item vos fallo. Nam non vos vocat, quod vacat ore; verum is, cuius cinis hic latet. Olim quom potuit, nũc huc vos vocari voluit, valuitq. hoc. Hæc olim sua voluntas volentes vos legere hoc scriptum, Vah. quid loquor. immo sculptum. Quam ægrè veritas adhuc se mecum conciliat. Nam neque hic ætramentum, vel papyrus, aut mẽbrana vlla adhuc, sed malleolo, & celte litte: atus silex.

De fabricis parietum. Cap. VIII.

IN fabricis parietum atque tectorũ Græci inuentorem Dædalum asserunt. Ille enim primus didicisse fabricam à Minerua dicitur. Fabros autem siue artifices Græci τέκτονας vocant, id est, structores. Architecti autem cæmentarij sunt, qui disponunt in fundamentis. Vnde & Apostolus de semetipso, quasi sapiens, inquit, architectus fundamentum posui.

a Machiones dicti à machinis, in quibus insistunt propter altitudinem parietum.

a Cap. VIII. Machiones à machinis. *Machina dicitur hoc loco tabulata, quibus insistunt, qui opus faciunt. Plin. lib 35. c. 10. de Amulio pictore*, Paucis horis pingebat idq. cum grauitate, quod semper togatus, quanquam in machinis.

De dispositione. Cap. IX.

AEdificiorum partes sunt tres: dispositio, constructio, venustas.

Dispositio est areæ, vel soli, & fundamentorum descriptio.

De constructione. Cap. X.

COnstructio est laterũ, & altitudinis ædificatio. Constructio autem, vel structio vocata eo quòd instringat, & cohærere faciat, vt lapides luto, & ligna & lapides inuicem sibi. [a] Nã & intinctio ferri in aqua structura est. Nisi enim cãdens tingatur, stringi, & cohærere non potest ferrum. Itẽ constructio à multitudine lapidũ, & lignorũ dicta: vnde & strues. Aliud est enim ædificatio, aliud instauratio. Nã ædificatio noua cõstructio est. Instauratio [b] verò, quod reparat ad instar prioris. Nã instar veteres, pro similitudine ponebant. Inde & instaurare dicebãt.

Constat autem constructio fundamẽto, lapidibus, calce, arena, & lignis.

Fundamentum dictum, quòd fundus sit ædificij. Idem & cæmentum à cẽdendo dictum, quod cæso crasso lapide surgat.

c Lapides in structuris apti, albus, Tiburtinus columbinus, fluuiatilis, sfungia, rubrus, & reliqui.

Albus lapis, alius durus, alius mollis. Mollis dentata serra secatur. Tractabilis inopere est, ita vt in eo, quasi in ligno, litteræ scribantur.

Tiburtinus, à loco Italiæ dictus, qui dum sit ad fabricam fortis, [d] vapore tamẽ disilit.

e Tophus ædificijs inutilis est, (fundamentis aptus) mortalitate & mollitie. Ex æstu enim & halitu maris [f] feritur, & verberatur imbribus.

Arenatius, lapis concretus maris arenis, hic & bibulus dicitur. Seruat enim humorem acceptum. Idem & in Bętica Gaditanus, ab insula oceani vbi plurimus exciditur.

g Piperinus, subalbidus cum punctis nigris, durus, atque fortissimus.

Conchleatius, cocleis lapillisque & arena concretus, asperrimus, & interdum fistulosus.

Columbinus à colore auis nũcupatus, natura vicinus gypso, & mollitie simillimus.

h Molaris, in parietibus vtilis: quia est quędam natura eius pinguior, duraque & aspera, ex quo etiam & molæ fiunt, vnde & nomen traxit. Huius quattuor genera, albus, niger, permixtus, ac fistulosus.

i Sfungia, [k] lapis, creatus ex aqua leuis, ac fistulosus, & cameris aptus.

Silex, durus lapis ex cuius genere nigri fulices optimi, quibusdam in locis & rubẽtes.

l Albi silices contrà vetustatem incorrupti permanent: quibus nec ignis quidem nocet. Nam [m] ex ijs etiam formæ fiũt, in quibus [n] æra funduntur.

Viridis silex, vehementer & ipse igni resistens: sed nusquam copiosus, &, vbi inuenitur, lapis, non saxum est.

Pallidus in cæmento raro vtilis.

o Globus contra iniurias fortis, & in structura infidus: nisi fuerit multa suffrænatione deuinctus.

Fluuiatilis silex semper veluti madens est,

p Hunc æstate exhiberi oportet, nec ante biennium inferere in structuris domorum.

*q fictilium operũ, ad parietes & fundamẽta coctilibus laterculis ad tecta imbricibus tegulisque aptantur.

Tegulæ vocatæ quòd tegant ædes, &. Imbrices, quòd accipiant imbres. Tegulæ autẽ primæ positionis nomen, cuius diminutiuũ tigillum.

Laterculi verò vocati, quòd lati formentur circumactis vndique quattuor tabulis.

Lateres autem crudi sunt: qui & ipsi inde nominati, quod lati ligneis formis efficiuntur.

Quorum crates dicuntur: in quibus lutũ pro eisdem lateribus crudis portare solent. Sunt enim connexiones cannarum, dicti ἀπὸ τῆς κράτης, id est, quod se inuicem teneant.

Lutum autem vocatum quidam per antiphrasin putant: quod non sit mundum. Nam omne lotum mundum est.

r Calx viua dicta: quia dum sit tactu frigida, intus occultum continet ignem: vnde perfusa aqua statim latens ignis erumpit. Natura eius mirum aliquid facit. Postquàm enim arserit, aquis incenditur, quibus solet ignis extingui: oleo extinguitur, quo solet ignis accẽdi. Vsus eius in structuris fabricę necessarius. Nam lapis lapidi non potest adhærere fortius nisi calce coniunctus.

s Gypsum cognatum calci est, & est Græcũ nomen. Plura eius genera. Omnium autem optimum è lapide speculari. [t] Est enim in signis ædificiorum & coronis gratissimus.

v Arena ab ariditate dicta: non ab adhærendo in fabricis, vt quidam volunt. [x] Huius probatio si manu impressa stridet: aut si in vestem candidam sparsa nihil sordis relinquat.

Columnæ pro longitudine & rotunditate vocatæ: in quibus totius fabricæ pondus erigitur. [y] Antiqua ratio erat columnarum altitudinis, tertia pars latitudinum. Genera rotundarum quattuor: Doricę, Ionicæ, Tuscanicæ, Corinthiæ, mensura crassitudinis, & altitudinis interse distantes. Quintum

Universidad de Deusto
Biblioteca

genus est earũ, quæ vocantur Atticæ: quaternis angulis, aut amplius, paribus laterum interuallis.

[2] Bases, fulturæ sunt columnarum, quæ à fundamento consurgunt, & superpositæ fabricæ sustinent pondus. Bases autem nomẽ petræ est fortissimæ Syro sermone.

[a] Capitella, dicta quòd sint columnarum capita, quasi super collum caput.

Epistylia sunt, quæ super capitella columnarum ponuntur, & est Græcum.

Pauimenta originem operis à Græcis habent: vocata autem pauimenta eo quòd pauiantur, id est, cædantur, vnde & pauor: quia cædit cor.

[b] Ostracus, est pauimentum testaceum, eo quòd fractis testis calce admixta feriatur. Testam enim Græci ὄστρακα dicunt.

[c] Rudos, artifices appellant lapides contusos & calce admixtos, quos in pauimentis faciendis superfundunt: vnde & rudera dicuntur.

Canalis, ab eo quòd caua sit in modũ cannæ. [d] Sanè canalem melius genere fœminino, quàm masculino proferimus.

Fistulæ aquarum sunt dictæ: quòd aquas fundãt, & mittant. Nã Græcè στέλλειν mittere est. Formæ earum pro magnitudine aquæ & capacitate fiunt: per quas aquæ per certos modulos diuidũtur. [e] E quibus est vncia, & quinaria, digitus quadratus, digitus rotundus, & [f] cæteri modi quique.

[a] Cap. X. Nã intinctio ferri in aqua strictura est. *Mendosè V. CC.* instructura. *Mos enim frequens librarior. Gotthicorum in ijs, quæ ab s. incipiunt, vel addere, vel detrahere etiam. 1. vt in storia pro historia, Spania pro Hispania. Hæc verò eo pertinent omnia, vt constructio sit, quasi cõstrictio, & instructio quasi instrictio. seu potius structura, quasi strictura, de qua sup. lib. 16. c. 21.*

[b] Instauratio verò quod rep. *è Seru. Æn. 2. ad v.* Instar mont. eq.

[c] Lapides in structuris apti. *è Pallad lib. 1. cap. 10. Quo de genere lapidum Plin. lib. 36. c. 22. Sed videndum an Isidoro cum illo satis conueniat.*

[d] Vapore tamen disilit, *ex Plin. Plinius ex Vitruuio, qui lib. 2. c. 7.* Tiburtina *(inquit)* omnia sufferunt, sed ab igne non possunt esse tuta, simulq. sunt ab eo tacta disiliunt.

[e] Tophus ædificijs inutilis. *Hæc quoq. descripsit Plinius ex eod. Vitruuij loco. Sed is locus in vulgatis Plinij libris valde deprauatus est, in Ecclesia Tolet. codice sic legitur:* In reliqua multitudine lapidum tophus ædificijs inutilis est. *Quod verò sequitur in eo,* mortalitate, mollitie, *malo ex Isido.* mortalitate, & mollitie. *Postremo pro* exercetur *halitu maris,* exestur *mauult A Conarr. Sed ex æstu ferri potest ex Isidoro.*

[f] feriatur, *Plin.* fricatur vento, & verberatur imbri. Salm. *On. Complu. vetustiss.* feritur. *Valentinus* friatur *consentit q. cum Vitruuio.*

[g] Piperinus-- durus, atq. fortissimus. *Haud ita durus Romæ. Sed durissimus atque fortissimus Toleti, vbi multa ex eo colũna, atq. arcus in arce, & alijs ædificijs visuntur.*

[h] Molaris parietibus vtilis. *Plin. lib. 36. c. 23. de calce.* Vtilior è molari, quia est quædam pinguior natura eius.

[i] Sphungia. *De hac voce vid sup. lib. 12. c. 6.*

[k] lapis creatus. *Al.* concretus. *Concrescit nunc Tiburis ex Anienis aqua.*

[l] Albi contra vetust. *è Plin.*

[m] ex ijs formæ fiunt in quib. æ. f. *ex Plin. & Vitru.*

[n] æra funduntur. *Ex Vitruu. lib. 2. c. 7. Mendosè Gotth.* arena funduntur.

[o] Globus. *Globosus legerim ex Plin.*

[p] Hunc æstate exhiberi. *Sic libri nostri constanter legunt,* eximi, *ex Plinio, & Vitruuio malim.*

[q] Fictilium oper. pariet. &c. *Hæc adumbrata ex Plin. lib. 35. c. 12. sed quomodo in hunc locũ venerint alius conuenerit.*

[r] calx viu *Ead. sup. lib. 16. c. 3.*

[s] Gypsum cognatum calci. *è Plin. 36. c. 3.*

[t] est n. insignis-- gratissimus. *Ex eod. c. 24.*

[v] Arena. *Vid sup. lib. 16 c. 3.*

[x] Huius probatio. *E Pallad. lib. 1. c. 10.*

[y] Antiqua ratio erat column. *Totus locus è Plin. & Vitruu.*

[z] Bases. *Vid sup. lib. 15. c. 8.*

[a] Capitella. Capitula *Vitruuius. Vtramq. vocem vsurpat vlmius.*

[b] Ostracus. *Ostraceum malim ex vlm. c. 25. & Vitruu. lib. 6. c. 4.*

[c] Rudos. *Sup. lib. 16. c. 3.*

[d] Sanè canalem. *Sup. lib. 15. c. 8.*

[e] quibus est vncia, & quinaria. *Vid. Plin. 31. cap. 6. & Vitruu. 8. c. 6. & Frontin. de aquæ ductib.*

[f] & cæteri modi cuiq. *Al.* cuiusq. *Al. & cæteri modi cuiq. caussæ. Chacon,* & cæteri quiq. modulo, vel & cæteri modi vsq. ad centum. *Persequitur n. Frontinus modulos à quinaria, vsque ad centenariam.*

De venustate. Cap. XI.

HVcusque partes cõstructionis, sequitur de Venustate ædificiorũ. Venustas est quicquid illud ornamenti, & decoris caussa ædificijs additur, vt tectorum auro distincta laquearia, & pretiosi marmoris crustæ & colorum picturæ.

De laquearijs. Cap. XII.

LAquearia sunt quæ cameram subtegũt & ornãt: quæ & lacunaria dicũtur: quòd lacus quosdã quadratos, vel rotundos ligni, vel gypso, vel coloribus habeant pictos, cum signis intermicantibus. Principaliter autem lacus dicitur, vt Lucilius. Resultant ædes lacusque. Cuius diminutio lacunar facit, vt Horatius.

Horatius. neque aureum Mea renidet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunarium, & per antistichon laquearium.

[a] Cap. XII. Laquearia. *Legitur integrum. caput sup. lib. 15. c. 5.*

De crustis. Cap. XIII.

CRustæ sunt tabulæ marmoris. Vnde & marmorati parietes crustati dicuntur. Quis [a] autem marmora secandi in crustas rationem excogitauerit, non constat. Fiunt autem arena, & ferro, serraque in prætenui linea premente arenas, tractuque ipso secãte: sed crassior arena plus erodet marmoris. Nam tenuis fabricis, & polituris accommodata est.

[a] Cap. XIII. Quis autem marmora secand. *è Plin. lib. 36. At nunc serra non è ferro, sed ex are fit. Laudatúrq. in primis ad id opus Toletana arena.*

De lithostrotis. Cap. XIV.

LIthostrota sunt [a] elaborata arte picturæ paruulis crustis, ac tessellis tinctis in varios colores. Tesselli autẽ à tesseris nominati, id est, quadratis lapillis per diminutionẽ.

[a] Cap. XIV. elaborata arte pict. *Eadem. sup. lib. 15. cap. 8.*

De plastis. Cap. XV.

PLastice, est parietum ex gypso effigies signaque exprimere, pingereque coloribus. πλάττειν autẽ dictum Græcè, quod Latinè est pingere terra, vel gypso similitudines. Nam impressa argilla formam aliquam facere plastæ est. Vnde & protoplastus est dictus homo: qui ex limo primus est conditus.

De pictura. Cap. XVI.

PIctura autem, est imago exprimens speciem alicuius rei, quæ, dum visa fuerit, ad recordationem mentem reducit. Pictura autem dicta, quasi fictura. Est enim imago ficta, non veritas. Hinc & fucata, id est, ficto quodam colore illita nihil fidei, & veritatis habentia. Vnde & sunt quædam picturæ, quæ corpora veritatis studio coloris excedunt, & fidem dum augere contendunt, ad mendacium prouehunt: sicut qui Chimerã tricipitem pingunt, vel Scyllam hominem surſum, caninis autem capitibus cinctam deorsum.

[a] Picturam autem Ægyptij excogitauerunt primùm vmbra hominis lineis circũducta. Itaque initio talis, secunda singulis coloribus, postea diuersis: sicque paullatim sese ars ipsa distinxit, & inuenit lumen, atque vmbras, differentiasque colorum. vnde & nunc pictores prius vmbras quasdam, & lineas futuræ imaginis ducunt; deinde coloribus complent, tenentes ordinem inuentę artis.

[a] Cap. XVI. Picturam autem Ægypt. *E Plin. 35. cap. 6.*

De coloribus. Cap. XVII.

COlores [a] autem dicti sunt, quòd calore ignis, vel sole perficiuntur, siue quòd in initio colabantur, vt summæ subtilitatis exi sterent.

Colores autem, aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur, vt sinopis, rubrica, paretonium, melinum, eretria, auripigmentum. Cæteri finguntur, aut arte, aut permixtione.

Sinopis inuenta primum in Ponto est. Inde nomen à Sinope vrbe accepit. Species eius tres, rubra, & minus rubens, & inter has media.

Rubrica vocata quod sit rubra, & sanguineo proxima. Hæc plurimis locis gignitur: sed optima Ponto, vnde & Pontica dicitur.

Syricum, rubri coloris pigmentũ, ex quo & librorum capita scribuntur. Ipsum est & Phœniceum appellatum ita, eo quòd in Syria colligatur in littoribus rubri maris, vbi Phœnices inhabitant.

Aliud est autem Sericum, aliud Syricum. Nã Sericum lana est, quam Seres mittunt: Syricum verò pigmentum, quod Syri Phœnices in Rubri maris littoribus colligũt. Est autem & inter factitios. Nam sæpe fit aut [b] sinopide, aut sandyce mixtus.

[c] Minium primi Græci in Ephesiorum solo inuenisse traduntur. [d] Cuius pigmẽti Hispania cæteris regionibus plus abundat. vnde etiã nomen proprio flumini dedit. [e] Huius distillatio argentum liquidum gignit. Minium autem hoc quidam dicunt esse cinnabarim.

[f] Cinnabaris à dracone, & barro, id est, elephanto cognominatum. Aiunt enim draconum esse sanguinem, dum implicant elephantos. Ruunt enim belluæ, & dracones obruuntur, quorum fusus cruor terram infi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit,fitque pigmentum quicquid solo tinxerit.Est autem puluis coloris rubri.

Prasina,id est creta viridis, etsi in aliquibus terris promiscue generetur, g optima tamen in Libya Cyrenensi.

h Chrysocolla,colore prasino est:dicta,quòd vena eius aurum habere traditur.Hæc & in Armenia nascitur,sed ex Macedonia probabilis venit . Foditur autem ex metallis æris: cuius inuentio argentum atque Indicum prodit. Nam venæ eius cum ijs habent naturæ societatem.

Cypria,ab insula Cypro, vbi plurima reperitur.

i Sandaracha,in insula rubri maris Topazo nascitur,colore cinnabari,odore sulphureo. Inuenitur autē in aurarijs & argentarijs metallis,melior quo magis ruffa,quoque magis virus redolet. Quanquā & cerussa si torreatur in fornace sandaracham facit, vnde & color est flammeus.Quod si torreatur,æqua parte rubrica admixta,sandycem reddit.

k Arsenicum,quod Latini ob colorem Auripigmentum vocant,colligitur in Ponto ex auraria materia,vbi etiam Sandaracha. Optimum est,quod in auri colorem transit,purum, & fissile,gracili venarū discursu. Quod verò pallidius, aut Sandarachæ simile est, deterius iudicatur.Est & tertiū genus squamosum, quo miscetur aureus color. Vis eorum, vt Sandarachæ,sed acrior.

l Ochra & ipsa in insula maris rubri Topazo gignitur:vbi & Sandaracha. m Fit quoq. & Ochra,exusta rubrica, in ollis nouis luto circumlitis,quæ quanto magis in camino arserit,tanto melior fit.

Venetum.----

n Cæruleum temperare primum Alexandria reperit. o In Italia ex arenæ puluere,& nitri flore idem faciunt. Sed si Cyprium in fornace adustum huic permixtioni addes,

p Vestoriani si militudo erit.

q Purpurissum ex creta argentaria cum purpurissa pariter tingitur,bibitq. eum colorē celerius sanis.Præcipuū est tamen, quod

r adhùc vase rudibus medicamētis inebriatur. Proximū est,egesto eo,addita creta in ius idem:& quoties id factum est, eleuatur bonitas pretiosissimæ purpuræ.Caussa est: quod hysgino maximè inficitur;rubeaque.

s Indicum in Indicis inuenitur calamis, spuma adhærente limo.Est autē coloris cyanei,mixturā purpuræ,cærulique mirabilem reddens. Est alterum genus in purpurarijs officinis, spuma in æreis cortinis innatans, quam infectores detrahentes siccant.

Atramentum dictum,quòd sit atrum:cuius species & picturæ,& quotidiano vsui necessaria est,illud inter factitios est.Fit enim & fuligine plurimis modis super ardētes tedas resina adiecta, t lacusculo ædificata, quæ fumum retineat. v Huic pictores cum aqua admiscent gluten , vt illustrius resplēdeat. Ad festinationem autem operis etiam sarmentorū veterum carbones cū glutino triti inducendis parietibus atramenti speciē reddunt. x Sunt & qui vini fæcem siccatam excoquant,affirmentq. si ex bono vino fæx fuerit,Indici speciē id atramentum præbere. Sed y & sarmentū vuæ nigræ, vino optimo tinctum, posteaquā siccitate aruerit, si exuras & conteras,adiecto glutino, nitorem Indici reddet. z Vsta quæ plurimum necessaria est, nullo negotio prouenit. a Nam,si glebam filis boni igne excoquas , & acero acerrimo superfusam extinguas, madefacta fungia colorem purpureum reddit. Eam vbi contriueris,vsta erit.Omne autem atramentum sole perficitur.

Omnes colores calcis admixtione corrūpuntur.

b Melinum dictum, quòd eius metalli terax sit vna ex Cycladibus insula Melos nomine.Est enim candidum, nec vtuntur eo pictores propter nimiam pinguedinem.

c Annulare, quod vocant candidū,est,quo muliebres picturæ illuminātur. Fit & ipsum ex creta admixtis vitreis gemmis.

d Cerussa fit hoc modo: In vase enim aceto acerrimo impleto sarmēta Aminea in eodem vasculo collocabis , ac super sarmenta tabulas plumbi tenuissimas pones , deinde vas diligentissimè claudes, illinésque,ne aliquid inde spiraminis exeat. e Post dies aureos xxx.vas aperitur,& ex distillatione tabularum innata cerussa inuenitur. Quod ablatum & arefactum teritur,atque iterum aceto admixto in pastillis diuiditur & in sole siccatur. f Hac obseruantia, si laminas æreas sarmentis superponas, æruginem creant.

g Chalcantum.----

a Cap.XVII. Coloris aut nasc. Ex eod.

b Sinopide,aut sandyce. Disiunctio pro coniunctione. vid.Plin.

c Minium primi. Plin.33.c.7.& Vitruu.7.cap.8.

d Cuius pigmenti Hispan. Iustin. lib 43. Gallecia portio Amphilochi dicuntur , regio cùm æris, & plumbi vberrima, tum minio , quod etiam vicino flumini nomen dedit.

Huius

e Huius distillatio argent.liq.gign. è Plin. 33. capit.8.

f Cinnabaris à drac.& barr. Sup.lib.8.c.11.Plin.33. c.7.Solin.c.38.

g Optima autem in Lib. Cirenen. At Vitruu. 7. cap. 7.Creta viridis pluribus in locis nascitur , sed optima Smyrnæ,ergo quærendum,vnde hæc sint.

h Chrysocolla.è Plin.lib.33.cap.5. & Dioscorid.lib.5. cap.4.

i Sandaracha.è Plin.35.c.5.

k Arsenicum. Ex eod.33.c.4.& 8. & Dioscor. lib.5. cap.55.

l Ochra & ipsa.omnia è Plin.35.c.6.

m Fit quoque ex ochra exusta rub.Sic legitur Plinij locus in Tolet.Cod.Nascitur autem in ferrarijs metallis ochra.ex ea fit exusta rubrica.quam lectionem confirmat hic Isidori locus,& Dioscor.de fabrili rubrica. γίνεται καὶ ἐξ ὠχρᾶς κεκαυμένης.& Theophr.lib. de Lapidib. γίνεται ἐν νήσῳ ὠχρᾶς, ἀλλὰ χείρων , apud quem mendosè paullò post ἐκ pro καινᾶς,& πολὺν pro πώλου legitur.

n Cæruleum temperare.in Cod.Seg.continenter legitur:Venetum cæruleo temperare : quod ferri poterat ex Vitruu.lib.7.c.11. Sed meliores libri Venetū habent sine interpretatione.

o In Italia ex arena. Puteolis vt Vitruu. & Plin.tradidere.

p Vestoriani.Sic Vitruu.lib.7.c.11. Malè vulgò apud Plin.Nestoriani.Nam & in Codice Plin. Toletano Vestoriani diserte scriptum est.

q Purpurissum.Ex Plin.lib.35.c.6. è quo,si quid deesse videatur,supplendum est.

r Adhùc in vase. Aheno in vase legebat A.Couarruu. ex Plin.

s Indicum.Ex eod.lib.3.c.6.

t Lacusculo ædificata. Plin. propter quod officinas etiam ædificauere. Vitruu.lib.6.cap.10. Ædificatur locus,vti Laconicum,& eius præfurnium magna diligentia cōprimitur, ne flamma extra dissipetur. Porrò lacusculi voce etiam Columella est vsus lib. 12. cap.50.

v Huic pictores. Ita Plinius.Tectores Vitruuius lib. 7. cap.10.

x Sunt qui vini fæcem.è Plin.35.cap.3.

y Sed & sarmentum.è Vitruu.

z Vsta.E Plin.35.cap.6.

a Nam & si glebam filis boni. E Plin.mendosè namque in libris omnib.filicis boni hoc loco legitur.

b Melinum dictum. E Vitruu.7.capit.7. & Plin. 35. cap.6.

c Annulare-Vitreis gemmis. Ex vulgi (addit Plinius) annulis. vnde & annulare dictum. Quæ verba si huic operi summa abfuisset manus.

d Cerussa.Ex eod.34.cap.vltim.& Vitruu.7.c.12.

e Post dies autem.XXX.per dies.X.Plinius.

f Hæc obseruantia.E Vitruu.7.cap.12. vid. Plin.34.c. 11.& Dioscorid 5.c.47.

g Chalcanthum. Nulla est interpretatio in optimæ notæ libris.Inuno tantùm Ouet. Colleg.Gotthico leguntur eadem ferè verba quæ in editis.quæ (sicuti tanti fuerint) Chalcus pro Calcis,siue,vt est in Gotthico Chalcitis; & Anthos pro Thymum.legat.quamuis Thymum florem etiam interpretetur Isid.sup.lib.17.cap.9.sed quid Chalcantho cū Thymo? Sed neq; cùm ærugine,nisi sola apud Græcos (vt ait Plin.) cognatio nominis.

De instrumentis ædificiorum. Cap. XVIII.

INstructuram autem parietum ad normā fieri,& ad perpendiculū respondere oportet.

a Norma dicta Græco vocabulo,extra quā nihil rectum fieri potest.Componitur b autem ex tribus regulis, ita vt duæ sint binūm pedum,tertia habeat pedes duos vncias decem,quas æquali crassitudine politas extremis c acuminibus sibi iungit,vt schema trigoni faciant.Id erit norma.

Regula dicta,quod sit recta,quasi rectula, & impedimentum non habeat.

d Perpendiculum est,quod semper appenditur. e denique in fabrica nisi omnia ad perpendiculum,& certā regulam fiant, necesse est vt cuncta mendosa instruantur, vt aliqua praua sint,aliqua cubantia,prona nōnulla, alia supina , & propter hoc vniuersa ruunt constructa.

Linea genere suo appellata , quia ex lino fit.

Trullæ nomen factum, eò quòd trudit, id est,includit calce,vel luto lapides.

f Martellus.----

Machina.----

Scalæ à scandendo vocatæ, g hærent enim parietibus.Scalæ autem dicuntur, quæ aut vnæ sunt, aut plures, h quia numeri tantum pluralis est nomen,vt litteræ,quæ epistolam significat.

a Cap.XVIII. Norma à Græco vocab. γνώμων.

b Componitur autem - id erit Norma. Sumpta videntur è Vitruu.lib.9.cap.2. At exemplum hic non perinde exactum,quamuis non longè distet. Nam si pedes duos,hoc est,latus vnum in vncias redigas, easque quadres , efficient vncias 576. Rursusque altero simili addito , conficient ambo vncias quadratas 1152. Quadratum verò tertij lateris, quod est duorum pedum,& dextantis, hoc est vnciarum 34. continebit vncias quadratas 1156. Superabit ergò duo quadrata reliquorum laterum vncijs quattuor.

c Cacuminib. Ita Onien.Valent.cum Vitruuio. Reliqui acuminib.

d Perpendiculum. Perpendiculum(ait Ascon.Linea laterum æqualitatem à summo ad imum latitudine probans.

e Denique in fab.-ruunt const. Totus locus expressus ex elegantissimis Lucretij versib. libro. 4. Deniq. vt in fabrica si praua est regula prima. Normaque,&c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

f Martellus. *Sic Goth. o. Gloss.* Martellus σφῦρα. *al.* Marcellus. *Item Gloss* Marculum σφῦριον σιδηρᾶ. & Marculus, Malleolus, & Malleus σφῦρα σιδηρᾶ ἢ κόπανον.

g Hærét n. parietib. scalæ. *Verba sunt Virgilij, adstruẽdæ etymologiæ nõ satis apta, sed immigraße puto è margine.*

h quia numero tant. plur. *è Seru. Æn. 2. At iurisconsultus singulari est vsus, cap. Sit prius. D. de fart. & Hieronym. in quæst. in Gen.*

De lignarijs Cap. XIX.

LIgnarius, generaliter ligni opifex appellatur.

Carpentarius, speciale nomen est. Carpẽtum enim solum facit, sicut nauicularius, quia tantum nauium est fabricator, & artifex.

a Sarcitector dictus, quod ex multis hinc inde coniunctis tabulis vnum tecti sarciat corpus.

Idem & Tignarius, quia tectoria lignis inducit.

b Lignũ vocatur Græca etymologia, quia incensum in lumen conuertitur, & in flammã. Vnde & lychnium dicitur, quòd lumen det.

Materia, inde dicitur omne lignũ, quòd ex ea aliquid efficiatur: vel si ad ianuam referas, vel ad statuã materia erit. Ad aliquid enim semper materia accipienda est, sicut elementa materiam rerum esse dicimus: quia inde ea, quæ sunt facta, videmus, & materia, quasi mater, dicta.

Trabes vocatæ, quòd in transuerso positæ vtrosque parietes contineant.

Aliud autẽ sunt tigna, aliud trabes. c Tigna enim iuncta trabẽ faciunt. d Trabes autem sunt, cùm sunt dolatæ.

e Tholus, propriè est veluti scutum breue, qđ in medio tecto est, in quo trabes coëunt.

f Cuplæ vocatæ, quòd copulent in se luctãtes.

Luctantes dicuntur, quod erecti inuicem se teneant more luctantium.

g Agrantes. ---

h Asseres, ab asse dicti, quia soli ponuntur, neque coniuncti.

i Scindulæ, eo quòd scindantur, id est, diuidantur.

k Epigri, claui sunt quibus lignum ligno adhæret.

Claui autem dicti, quasi chalybi, quia ex chalybe fiunt, id est, ferro. Chalybs enim ferrum est.

Tabulæ, à veteribus tagulæ vocabantur, à tegendo scilicet, vnde & tegulæ.

Commissura, dicitur tabularum coniunctio.

Sectio autẽ dicta à sequendo ea, quæ cœperit. l Nam secare, sectari, & sequi est.

Serræ autem nomen de sono factum est, id est, à stridore.

Serræ, circinique vsum m Perdiẽs quidã adolescens inuenit, quem puerũ Dædalus frater matris suæ, studijs perdocendum acceperat. Cuius pueri tantum ingenium fertur: vt dum materiæ diuidendæ compendium quæreret, spinam piscis imitatus de ferro laminam exasperans dentium mordacitate armauerit: quã serrã artifices nuncupant. Pro cuius artis inuentione Dædalus magister eius, inuidiæ liuore permotus, præcipitem puerũ ex arce deiecit. Debinc n exulatus Cretam abijt, ibique aliquamdiu fuit, vt fabulæ ferunt. Ex Creta pennis volauit, & in Ciliciam venit.

o Circinus dictus, quòd vergendo efficiat circulum. Huius modus duplicata linea fit, quæ simplex per latitudinẽ extensa fuerat. Punctus autem in medio circini, centrum à Græcis dicitur: in cuius medium cuncta cõuergunt.

Securis vocatur, eo quòd ea arbores succidantur: quasi succuris. p Item securis, quasi semicuris. Ex vna enim parte acuta est, ex altera fossoria. Hæc & apud veteres penna vocabatur, vtrãq. autẽ habens aciẽ, q bipennis. Nã bipẽnis dicitur: quòd ex vtraq. parte habeat acutam aciem: quasi duas pennas. Pennum autem antiqui acutum dicebant.

r Vnde & auium pennæ, quia acutæ. s Et ecce nomen, quod reseruauit antiquitatem, quia veteres dicebant pennas, non pinnas. Hæc & Dolabra: quòd habeat duo labra. nã securis simplex est.

t Dextralis, dexteræ habilis.

Ascia ab hastulis dicta, quas à ligno exi-
mit, cuius diminutiuum nomen est asciola. Est autem manubrio breui v exaueršа parte referens vel simplicem malleum, aut cuatum, vel bicorne rastrum.

Scalprus dictum, quod scalpturis & foraminibus sit aptus, quasi scalforus. Cuius diminutiuum scalpellus.

Terebra vocata à vermeligni, qui nuncupatur terebra: quem Græci τερηδόνα vocant. Hinc terebra dicta, quod vt vermis teredo forat, quasi terefora, vel quasi transforans.

x Taratrum quasi teratrum. Scofina dicta quod

quòd hærendo scophen faciat.

y Cantherium ----

z Galla ----

a Guuia ----

a Cap. XIX. Sarcitector. *Sic plerique omnes libri. & congruere videtur etymologia, neque eam vocem non probat vir grauissimus Iacobus Cuiacius. Vnus tantum codex Salmanticẽ. impressus vetustus, Arcitector habet, sed de architecto dixerat cap. 8.*

b Lignum Græca etymolog. *At Varro* ab legendo (*inquit*) ligna, quod ea caduca legebantur in agro, quibus in focum vterentur.

c Tigna. n. iuncta. *Festus*: Trabs propriè dicitur, duo ligna compacta.

d Trabes. n. sunt cùm sunt dolat. *è Seru. Æn. 9. ad v.* Has ego Dard. Sanè notandũ, trabes, nisi iam cæsæ sunt, & compositæ, non dici.

e Tholus. *Ex eod. Æneid. item. 9.* suspendiue Tholo. *Gloss.* Tholus τρούλλος.

f Cuplæ. *Al.* coplæ. *cupolam vocant hodie Itali dimidiam testudinis partem. Vitruuius hemisphærium.*

g Agrantes. ---- *Al.* agentes, *Al.* conantes, *sed ita, vt hæ voces superiori sententiæ annectãtur*, luctantium more agentes, vel conantes. *Atlantes esse legendum, deinde lacunam vel inquendam, existimabat Chacon. Vitruuius enim lib. 6. c. 10.* Si qua (*inquit*) virilis figura signa mutulos, aut coronas sustinent, nostri telamones appellant, cuius rationis, quid ita, aut quare, ex historijs non inueniuntur, Græci vero eos Atlantes vocant. Atlas n. historicè formatur sustinens mundum *Hæc ille, eius vero rei rationem ita reddit Seruius Æn. 1.* Eunius dicit Nillum Melonem vocari, Atlantẽ vero Telamonem. *Priscos enim illos Romanos, qui Græca verba emendatè enunciare non possent, pro Atlas mons proferre solitos Telamon. Nam in gloss. sic legitur* ἄτλαγο ὄρος. *vbi fortè scribendum* ἄτλας τοῦ ὄρους.

h Asseres ab asse dict. Ab asso *legerim. est n. Nonio* asso vox sola vox humana, nullo præterea admixto sono. *Festus* aliter. Asseres quod asideant parieti, trabibusque. *Alij asseres quasi axeres dictos putant antiqua declinatione* axer axeris, vt puluer puluueris.

i Scindulæ. *Ita quoq. apud Rabanũ. Eadem apud alios auctores scandulas videmus nominari. Mansérit fortasse in corrupta apud Isidorum voce.*

k Epigri claui sunt. *Epiri dicuntur apud August. lib. 15. de ciuit. c. 27. vnde hæc sumpta puto.* Nisi forte (*inquit*) &c. lignum vero ligno per subscudines, epiros, clauos, & gluten bituminis non potest adhærere, vt fabricaretur arca, *& fortasse vox* clauos *glossa est* 78 epiros, *siue* epigros *malis legere.*

l Nam secare sectari, & sequi. *Seru. Æn. 10.* Quam quisque secat spem, secat (*inquit*) sequitur.

m Perdix quidam. *è seru. Georg. 1. Vid. Ouid. Metam. 8.*

n Exulatus abijt. *Eodem modo Victor. libro. 2. de persec. Vandal.* fratrem vero Theodoricum nudum, atque destitutum similiter exulauit.

o Circinus dictus. *Elegantissimè describit Ouidius circinum.* Primus & ex vno duo ferrea brachia nodo Iunxit, vt æquali spatio distãtibus illis Altera pars staret, pars altera duceret orbem.

A p Item securis q. semicuris. *è Seru. Æneid. 1. ad illud.* Remo cum f. Quir.

q Bipennis dicitur, quod ex vtraque part. *Ita Non.* in bipenni.

r Vnde & auium pennæ, quia acut. *Quinctil. lib. 1. c. 6.* Ne miretur, cur ex scamno fiat scabellum, aut à penna, quod est acutum securis, securis vtrinque habens aciem bipennis: ne illorum sequatur errorem, qui, quia à pennis (Al. pinnis) duab. hoc esse nomen existimant, pinnas, (Al. pennas) auium dici volunt.

s Et ecce nomen quod seruauit antiq. *Seru. Æn. 2.* Correpta dura bipenni, hoc (*inquit*) nomen seruauit antiquitatem, quia veteres pennas dicebant, non pinnas.

t Dextralis. *Vtitur hac voce Victor. lib. 1. de persec. Vandal.* Vbi forte venerabilis aulæ clausas reperierant portas, certatim ictibus dextralium aditum reserabant.

v Ex auersa part. *Ex Pallad. lib. 1. c. vltim.* à verme ligni, qui vocatur terebra. *Termitem vocauit supra lib. 12. c. 5.*

x Taratrum. *Vulgo taladro.*

y Cantherij. *Gloss.* cantherius κεφάλλης μηχανικός.

z Galla ---- *A plerisq. libris abest. Fuerit fortasse terebra Gallica, quæ vibrequi dicitur.*

a Guuia ---- *Retinet idem nomen hodie apud nos.*

De inuentione lanificij. Cap. XX.

MIneruam a quandam Gentiles multis ingenijs prædicant. b Hanc enim primam lanificij vsum monstrasse, hanc etiam telam ordisse, & colorasse lanas perhibent.

c Oliuæ quoque hanc dicunt inuentricem & fabricæ, multarumque artium repertricem. Ideóque illi vulgo opifices supplicant. Sed & hoc poëticè fingitur. d Nõ enim Minerua istarum artium princeps est: sed quia sapientia in capite esse dicitur hominis, & Minerua de capite Iouis nata fingitur, hoc est ingenium, ideóque sensus sapientis, qui inuenit omnia, in capite est. Ideò & dea artium Minerua dicitur, quia nihil excellentius est ingenio, quo reguntur vniuersa.

a Cap. XX. Mineruam quand. *Al.* quidam.

b Hanc primum lanif. *Seru. Æneid. 7.* Bellatrix non ill. c. c. u. Mineruæ; & armorum (*inquit*) dea est, & lanificij.

c Oliuæ quoque. *Virg. Georg. 1.* oleæque Minerua Inuentrix.

d Non. n. Mineruа istar--vniuersa. *è Seru. Eclog. 2.*

De veste sacerdotali in lege. Cap. XXI.

OCTO sunt in lege genera sacerdotalium vestimentorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[b] Poderis, est sacerdotalis linea, corpori astricta vsque ad pedes descendens: vnde & nuncupatur. Hæc vulgo Camisia vocatur.

Abaneth, cingulum sacerdotale rotundum polymita arte ex cocco, purpura, hyacintóque contextũ, ita vt flores atq. gemmæ in eo viderentur esse distinctæ.

[c] Pileum est, ex byssо rotundum, quasi sphæra media, caput tegens sacerdotale, & in occipitio vitta constrictum. Hoc Græci & nostri Tiaram vel [d] Galeriam vocant.

Mahil, quod est tunica talaris, tota hyacinthina, habens ad pedes LXXII. tintinabula: totidemque intermixta ac dependentia punica mala.

Ephod, quòd Latinè interpretatur Superindumentum. Erat enim pallium superhumerale ex quattuor coloribus & auro contextum habens in vtroque humero lapides duos smaragdinos, auro conclusos, in quibus sculpta erant nomina Patriarcharum.

[c] Logion, quod Latinè dicitur Rationale, pannus duplex, auro, & quattuor textus coloribus, habens magnitudinem palmi per quadrum, cui intexti erant XII. pretiosissimi lapides. Hic pannus Superhumerali contra pectus Pontificis annectebatur.

[f] Petalum, aurea lamina in fronte Pontificis, quæ nomen Dei tetragrammaton Hebraicis litteris habebat scriptum.

[g] Badim, siue feminalia, id est, brachæ lineæ vsque ad genua pertingentes, quibus verecunda sacerdotis velabantur.

[a] Cap. XXI. Octo. *Totum hoc caput sumptum è Hieronymi ep. ad Fabiolam 128. de veste sacerdotali. Octo quidem vestimenta sacerdotalia numerantur bis in Exodo: at in Leuit. septem (omittuntur n. femoralia) cuius rei causſam reddit Hieronym.*

[b] Poderis. *Hebraicè* בתנת *chethoneth.*

[c] Pileum. *Heb.* מצנפת *mitznepheth.*

[d] Galeriam voc. *Hieron. galerum.*

אפד *Superindumentum, erat enim absunt hæc ab Ouet. colleg. Gotthico,*

[e] Logium *heb.* חשן *choſen.*

[f] Petalum. *Heb.* ציץ זהב *zitz zaab.*

[g] Badim. בדים *Et magis proprio nomine* מכנסי *michneſi.*

De nominibus vestium caterarum. Cap. XXII.

DIuersitas vestimentorum, tegmen, tegumen. indumentum, vestimentum, & reliqua.

Tegmen dictum, eo quòd tegat membra: sicut tegumen, tecta, quæ tegunt corpora.

Indumentum, quod intus ad corpus induitur: quasi intumentum.

Vestimentum verò est quod vsque ad vestigium protenditur, quasi vestigimentum, vt est tunica talaris. Sed & hæc consuetudo sermonis auctorum confundit.

Amictus----

Discernitur autem vestitus à cultu: quoniam lautior intelligitur cultus. Item cultus ab habitu. Nam habitus ad naturam pertinet, cultus ad homines.

Pleræque autem vestium aut à tempore, quo maximè in vsu sunt, appellantur, aut à locis, vbi vel primum confectæ, vel maximè venditantur, aut à genere coloris, aut à nomine repertorum.

Vestis antiquissima hominum fuit [a] Perizoma, id est, succinctorium: quo tantùm genitalia conteguntur. Hoc primum primi mortales è foliis arborũ sibi fecerunt, quãdo post præuaricationem erubescentes pudẽda velarunt. Cuius vsum quædam Barbaræ gentes, dum sint nudæ vsque hodie tenent.

[b] Hæc & campestria nuncupantur, pro eo quòd eisdem iuuenes, qui nudi exercentur in campo, pudenda operiunt.

Tunica, vestis antiquissima appellata, quia in motu incedentis sonum facit. Tonus enim sonus est. Primum autem fuere pelliceæ tunicæ, quibus post offensam & eiectionem de paradiso, Adam & Eua induti sunt.

[c] Talaris tunica dicta, eo quòd ad talos vsque descendat, & ad pedes defluat, [d] sicut Pectoralis quia apud antiquos breuis erat vt tantùm pectus operiret, licet nunc profusior sit.

[e] Manicleata tunica, id est, manicata eo quòd habeat manicas, [f] quã χειριδώτον Græci vocant.

[g] Dalmatica vestis, primum in Dalmatia prouincia Græcię texta est, tunica sacerdotalis candida cum clauis ex purpura.

[h] Russata, quam Græci phœniceã vocant, nos coccineam, [i] reperta à Lacedæmonijs ad celandum coloris similitudine sanguinem, quotiens quis in acie vulneraretur, ne contemplanti aduersario animus augesceret. Hac sub Consulibus Romani vsi sunt milites, vnde etiam Russati vocabãtur. [k] Solebat etiam pridie, quàm dimicandum esset, ante principia proponi, quasi admonitio & indicium futuræ pugnæ.

Laculata est, quæ lacus quadratos quosdã cum

cum pictura habet intextos aut additos acu.

[i] Hyacinthina vestis est, aèrio colore resplendens.

[m] Molochinia, quæ maluarum stamine conficitur, quam alij molocinam, alij maluellam vocant.

Bombycina, est à bombice vermiculo, qui longissima ex se fila generat, quorum textura bombycinum dicitur, conficitúrq. in insula Coo.

Apocalama----

Serica à serico dicta, vel quòd eam Seres primi miserunt.

Holoserica tota serica: ὅλον enim totum.

Tramoserica stamine lineo: trama ex serico.

[n] Holoporphyra, tota ex purpura.

[o] Byssina, candida confecta ex quodam genere lini grossioris. Sũt & qui genus quoddam lini byssum esse existiment.

Fibrina, tramam de fibri lana habens.

Aprina ---

Masticina ----

[p] Mena- --

Linea, quæ ex solo lino fit.

Linostema, vestis est ex lana linóq. contexta. Et dicta linostema, quia in stamine linum, in trama lanam habet.

[q] Recta dicitur vestis, quam sursum versum, stantésque texunt.

[r] Segmentata, zonis quibusdam, & quasi præcisamentis ornata. Nam & particulas cuicunq. materiæ abscissas præsegmina vocant.

[s] Leuidensis, quòd raro filo sit, leuitérque densata.

Pauitensis, contraria Leuidensi dicta, quod grauiter pressa atque calcata sit.

[t] Citrosa, quasi cõcrispa ad similitudinem citri. [v] Nęquius :-- Pulchramque ex auro vestémque citrosam.

[x] Velensis tunica est, quæ affertur ex insulis.

[y] Exotica vestis est, peregrina de foris veniens, vt in Hispaniam à Græcis.

[z] Polymita, multicõloris. Polymitus enim textus multorum colorum est.

Acupicta vestis, acu textilis vel acu ornata. [a] Eadem & Phrygia. Huius enim artis periti Phrygij omnes dicuntur: siue quia in Phrygia inuenta est. Vnde & artifices qui id faciũt, Phrygiones dicuntur. Virgilius: Phrygiam Ascanio chlamydem.

[b] Trilicis à tribus licijs, quia est simplex, & bilex.

[d] Ralla, quæ vulgò rasilis dicitur.

[e] Interpola vestis, illa vocatur, quæ dum sit vetus ad nouam speciem recuratur.

[f] Pannutia nuncupata, quod sit diuersis pannis obsita.

[g] Colobium dictum, quia longum est, & sine manicis. Antiqui enim magis hoc vtebantur.

[h] Lebitonarium, est colobium sine manicis, quali monachi Ægyptij vtuntur.

[i] Lumbare vocatur, quod lumbis religetur, vel quod lumbis hęreat. Hoc in Ægypto & in Syria non tantùm fœminæ, sed & viri vtuntur. Vnde & Ieremias trans Euphratem tulit lumbare suum, ibique illud in foramine petræ abscondit, & postea scissum reperit. Hoc à quibusdam & Renale dicitur, quia renibus alligatur.

[k] Limus, est vestis, quæ ab vmbilico vsque ad pedes producitur. Hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est, flexuosam. Vnde & nomen accepit. Nam limum, obliquum dicimus.

Licinum vocatum, quod textura eius ligata sit in torũ, quasi diceret liginum, c. pro g. littera commutata.

[l] Armelausa vulgò vocata, quod ante & retrò diuisa atque aperta est, in armos tantum clausa, quasi armiclausa: c. littera ablata.

Camisas vocamus, quòd in his dormimus in camis, id est, in stratis nostris.

Femoralia appellata, eo quod femora tegant. Ipsa & brachæ, quod sint breues, & verecunda corporis ijs velentur.

[m] Tubrucos vocatos (dicunt) quod tibias brachásque tegant.

[n] Tubraci, quòd à brachis ad tibias vsque perueniant.

[a] Cap. XXII. Perizoma i. succinctorium. *Id quale fuerit vid. apud Aug. lib. 5 contr. Iulian.*

[b] Hæc & campest--operiunt. *Verba sunt Aug. 14. de ciuit. c. 17. Horatius* Penula solstitio, campestre niualibus auris.

[c] Talaris tunic. *è Hieron. ad Ezech. c. 9.*

[d] Sicut pectoralis. *Græcè* ἐξωμὶς, *quod (vt ait Agell. lib. 12.) subsricta, & breuis esset, ac citra humerum desineret.*

[e] Manicleata. *S. o. l. Rabanus* Manucleata. *Ego* manuleata *lego, sic enim dicitur apud Plaut. in vseud. & Sueton. in Caligul. Manicatis tunicis dixit Cicer. in. 2. Catilin. Gloss.* Manulea χειρὶς.

[f] Quam Chirodoton. *Ita Agell. lib. 7. c. 12. quod* χειριδας, *hoc est manicas longas habeat. Easdem macrocheras vestes à Lampridio in Alexandro appellari puto.*

[g] Dalmatica tunica. *Eam Romanis in vsu fuisse constat ex Lamprid. in Heliogabalo, quem ait dalmaticatum in publico*

Universidad de Deusto
Biblioteca

blico post cœnam sepè visum. Vt autem Diaconorum inter sacrificandum vestis esset, instituit Sylvester.

h Russata. *Russus, si Thylesio credimus, Latina quidem vox, sed aratorum magis, quàm oratorum.*

i Repertam à Lacæd. *Ita Philostrat. in epistolis.*

k Solebant n. prid. *Plutarch. in Fabio, Bruto, & Pompeio.*

l Hyacinthina vest. aer. col. *Hieron. ad Fabiol.* Hyacinthus aeri tribuitur propter coloris similitudinem.

m Molochinia quæ malu. stamin. *Melius, credo, Nonius:* Molochinum à Græco, color est flori similis maluæ.

n Holoporphyr. *primum trabeæ genus ex tribus, de quib. Serv. Æn. 7.* ipsi Quirinali trab.

o Byssina ex quodam genere lini. *Al.* ligni. *Malè, quamuis non desit, qui eam lectionem veram esse contendat, ex verbis Philostrati libro 2. de Vit. Apol.* Byssum autem ex arbore nasci ferunt, quæ altitudine populos æquet, foliis autem salici similis est: *Num idcirco verum est è ligno grossiori vestes consici? Rursus de Bysso infra cap. 27.*

p Mena ---- Masticina ---- *Vid. inf. c. 28.*

q Recta. *Ex Festo in* Recta, & Regillis.

r Segmentata. *Vid. Serv. Æn. 1. ad v.* Colloq. monile.

s Leuidensis. *Nihil movor varias aliorum apud Cicer. ep. 12. lib. 9. sive scripturas, sive coniecturas.*

t Citrosa. *Festus:* citrosa vestis à similitudine citri.

v Nævius pulchramq. ex a. v. q. c. *Vid. Macrob. Saturn. 3. c. 19.*

x Velensis. *Al.* Velenensis. *Quid. si* Melensis *à Melo vna ex Cycladibus? aut Melitensis cuius meminit Cicer. libro 2. in Verr.* Dico te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ plurimam vestem, Melitensem plurimam, stragulam, &c.

y Exotica. *Nonius:* exoticum aduentitium Plaut. Mostell. non omnes possunt olere vnguenta exotica.

z Polymita multi col. *Plin.* Plurimis vero licijs texere, quæ polymita appellant Alexandria instituit.

a Eadem & Phryg. *è Serv. Æn. 3. vel vlin. lib. 8. c. 48.*

b Trilicis. *S. o. l.* Trilex, *aut* Trilix *malim. Sed frequens in hoc opere huiusmodi obliquus pro recto, vt calcis pro calx.*

c Et bilex. *Virg. Æn. 12.* rumpitque infixa bilicem loricam. *Gloss.* Bilex *δίλινον θώρακον.*

d Ralla, quæ vulgo rasil. *At Nonius:* Ralla vestis, dicta à raritate. Plau. Epid. Tunicam rallam, tunicam spissam.

e Interpola. *Martianus c. 45. D. de contrah. empt.* Labeo libro posteriorum scribit: si vestimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere, ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit.

f Panutia. *Sic anum Baucidem versus panutiam dixit.*

g Colobium -- vtebantur. *è Serv. Æn. 9.* & tunicæ manic. e. h. r. m. *Vid. annot. at. in Cassian.*

h Lebitonarium. *Hieron. in præf. ad Regul. S. Pachomij:* Nihil habent (monachi) in cellulis, præter psiathiū, & duo lebitonaria, quod Ægyptijs monachis genus est vestimenti sine manicis. *Suid.* Λεβιτωνάριον χιτῶν μονάχικος.

i Lumbare. *Vid. Hieronym. ad Ierem. c. 13. & in procem. comm. in Ose.*

k Limus est vestis. *è Serv. Æneid. 12.* Velati lino (*al.* limo) & verb. t. c.

l Armelausa. *Vtitur hac voce Paulinus.*

m Tubrucos. *Al. Tubricos. al. Tubraicos.*

n Tubraici -- peruenient. *Absunt hæc à Valent. & omitti sine fraude poterant.*

De proprio quarundam gentium habitu. Cap. XXIII.

QVibusdam autem nationibus sua cuiq. propria vestis est,[a] vt Parthis Sarabara,[b] Gallis Lene,[c] Germanis[d] Rhenones, Hispanis Stringes, Sardis[e] Mastrucæ.

Sarabara, sunt fluxa ac sinuosa vestimenta: de quibus legitur in Daniele, Et sarabara eorum non sunt immutata. Et Publius: Vt quid ergo in ventre tuo Parthi Sarabara suspenderunt? Apud quosdam autē sarabara quædam capitum tegmina nuncupantur, qualia videmus in capite Magorum picta.

Lenæ, saga quadra, & mollia sunt. De quibus Plautus: Lena cooperta est textrina Gallia.

Rhenones, sunt velamina humerorum, & pectoris vsque ad vmbilicum, atque intortis villis adeò hispida, vt imbres respuant, quos vulgò Reptos vocant, eò quòd longitudo villorum, quasi reptat: de quibus Sallustius, Germani intectum rhenonibus corpus regunt. Dicti autem[d] rhenones à Rheno Germaniæ flumine, vbi ijs frequenter vtuntur.

Mastruca, vestis Sarda ex pelliculis ferarum, de qua Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum mastruca mutauit. Mastruca autem dicta, quasi monstruosa, eò quod qui ea induuntur, quasi in ferarum habitum transformentur.

Dinoscuntur & gentes ita habitu, sicut & lingua discordes. Perfæ[s] brachia & crura linamentis, caput tiara tegunt. Eminent apicibus fastigiatis Alani:[h] horrent & male tecti cum latratoribus linguis Scotti: sagati sunt Alemanni, linteati Indi: gēmati Periseri cati Seres: pharetrati Armenij.

Nonnullæ etiam gentes non solùm in vestibus, sed & in corpore[i] aliqua sibi propria, quasi insignia vindicant, vt videmus cirros Germanorum: granos, & cinnabar Gothorum: stigmata Britonum. Circumcidunt Iudæi præputia: pertundunt Arabes aures: fa-

uent capitibus intectis Getæ, nitent Albani albentibus crinibus. Mauros habet tetranox corporum, Gallos candida cutis, sine equis inertes extant Alani, nec abest genti Pictorum nomen à corpore, quod minutis opifex acus punctis & expressus natiui graminis succus illudit, vt has ad sui specimen cicatrices ferat, pictis artubus maculosa nobilitas.

Habet & sexus institutam speciem habitus vt[k] in viris tōsi capilli, in mulieribus redundantia criniū: quod maximè virginibus insigne est, quarū & ornatus ipse propriè sic est, vt concumulatus in verticem ipsam capitis sui arcem ambitus crinium contegat.

a Cap. XXIII. Vt Parthis Sarabara. *Sic communis editio Græcor. (quam sequi solet Isid.) Dan. 3. νὴ τὰ σαραβάρα αὐτῶν & ἐκλελοίδηται. Aquila vero, Theodot. & Hieron. Sarabalia, melius. Syriace enim* סרבל *Sarbal.*

b Gallis lenæ. *Ita Strab. lib. 4. de Heluetior. & Aruernor. vestitu.*

c Germanis Rhenones. *Cæsar lib. 4 de bell. Gall.*

d Rhenones à Rheno G. f. *Alij ἀπὸ τῶν ῥινῶν, id est, quib. Serv. Georg. 3.* Vt Sallustius dicit in historijs vestes de pellib. rhenones vocantur.

e Mastruca. Vestis Sarda. *Ita Tarrac. Simanc. Hispal. Meior ad, plures tamen è Gothicis* Mastruga vestis Germanica: *quæ lectio (nisi obstaret locus è Cicerone citatus) ferri poterat. prudentius.* Tentauit Geticus nuper destro, Has arces æquare solo, tecta aurea flammis soluere, mastrucis proceres vestire togatos.

f Dinoscuntur gentes ita habit. & ling. *Respexisse videtur ad Virgilij verba:* Incedunt victæ longo ordine gentes. Quam variæ ling. habitu tam vestis, & armis.

g Brach & crur. linament. *Al.* liniamentis. *Vsurpat eam vocem Plinius.*

h Horrent & male tecti. *Heteromalis tecti. legit quidam lib. 1. ver. Germ. id est, vestimentis altera parte villosis. Tecte opinor.*

i Aliqua sibi propria q. insig. vend. *Tertull. libro de veland. virg.* Debebant & ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum aut strobulos barbarorum, aut cicadas Athenienſium, aut cirros Germanorum, aut stigmata Britonum.

k In viris tonsi capilli. Vir si comam nutriat ignominia est illi. 1. *ad Corinth.*

De pallijs virorum. Cap. XXIIII.

PAllium est, quo ministrantium scapulæ conteguntur, vt dum ministrant expediti discurrant. Plautus, Si quid facturus es, appende in humeris palliū, & pergat, quantum valet, tuorum pedū pernicitas. Dictum autē pallium à pellibus, quia prius super indumenta pellicia veteres vtebantur, quasi

pellea, siue à palla per deriuationem.

Chlamys est, quæ ex vna parte induitur neq. consuitur, sed fibula infrænatur. Hinc & Græcè nomen accepit.

Toga dicta, quòd velamento sui corpus tegat atque operiat.[a] Est autem pallium purum forma rotunda effusiore, & quasi inundante sinu & sub dextro veniens supra humerum sinistrum ponitur: cuius similitudinem in operimentis simulacrorum, vel picturarum aspicimus, eásque statuas togatas vocamus.

Toga autem Romani in pace vtebantur: belli autem tempore paludamentis.[b] Mensura togæ iusta, si sex vlnas habeat.

[c] Toga palmata dicebatur, quam merebantur ij, qui reportabant de hostibus palmas.

[d] Ipsa vocabatur & toga picta, eò quòd victorias cum palmis intextas haberet.

Toga candida, eadémque cretata, in qua candidati, id est, magistratum petentes ambiebant, addita creta, quo candidior insigniórque esset. Cicero orationem, quam habuit contra competitores, in toga candida inscripsit.

[e] Cinctus Gabinus est, cùm ita imponitur toga, vt togæ lacinia, quæ postsecus reijcitur, attrahitur ad pectus, ita vt ex vtroque latere ex humeris picturæ pendeant, vt sacerdotes Gentilium faciebant, [f] aut cingebantur prætores.

[g] Trabea, erat togæ species ex purpura & cocco, qua operti Romanorum reges initio procedebāt. [h] Hanc primùm Romul⁹ adinuenisse perhibetur, ad discretionē regij habitus. Trabea autem dicta, quòd in maiori gloria hominem [i] transbearet, hoc est, vltra & inposterum ampliori dignitate honoris beatum faceret.

Paludamentum, erat insigne pallium Imperatorum cocco purpuráq. & auro distinctum. De quo Sallustius: Togam, inquit, paludamento mutauit. Erat enim pallium bellicum, dictum, vt quibusdam videtur, quòd eo indutus palam faceret Imperator bellum futurum.

Circumtextum est, quòd Græcè κύκλας dicitur: de quo Virgilius:[k] Et circumtextum croceo velamen acantho. Circumtextum autem dictum, quia est rotundum pallium.

[l] Diplois, Græcum nomen, ab eo quòd sit duplex amictus. Horatius: Contra quem duplici panno patientia velat. [m] Est autem vestis militaris, cuius vsus Gallicis primùm expeditio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

peditionibus cœpit è præda hostili. De quo vox illa senatus: [n] Togis depositis, Quirites, ite ad saga.

Sagum autem, Gallicum nomen est: dictum autem sagum quadrum, eò quòd apud eos primùm quadratus, vel quadruplex esset.

[o] Pœnula, est pallium cum fimbrijs longis.

[p] Lacerna, pallium fimbriatum, quo olim soli milites vtebantur. Vnde & in distinguenda castrensi vrbanáque turba hos togatos, illos lacernatos vocabant. [q] Inde autem lacernæ, quasi amputatis capitibus fimbriarum, neque ita laxis, vt sunt pœnularum.

[r] Mantum Hispani vocant, quod manus tegat tantùm. Est enim breue amictum.

[s] Prætexta, puerile pallium est, quo vsque ad sedecim annos pueri nobiles sub disciplinæ cultu vtebantur. Vnde & prætextati pueri appellati sunt. Dicta autem prætexta, quia prætexebatur ei latior purpura.

Casula, est vestis cucullata, dicta per diminutionem à casa, quod totum hominem tegat, quasi minor casa. Vnde & cuculla, quasi minor cella: sic & Græci [t] Planetas dictos volunt, quia oris errãtibus euagantur. Vnde & stellæ planetæ, id est, vagæ, eo quod vago sui errore motúque discurrunt.

Birrus à Græco vocabulum trahit: illi enim birrum bibrum dicunt.

Melotes, quæ etiam pera vocatur, pellis est caprina, à collo pendens, præcincta vsque ad lumbos. Est autem habitus propriè necessarius ad operis exercitiũ. Fiebat autem prius, vt quidã æstimant, de [v] pelliculis melonum. Vnde & melotæ vocatæ sunt.

Fimbriæ vocatæ ----

Oræ vestimentorum, hoc est, fines ex Græco vocabulum trahentes. Græci enim terminum ὅρον vocant.

[a] Cap. XXIIII. Est autem pallium purum. *Toga pura dicebatur, quæ sine purpura erat, purum pallium qui dixerit, non video. Itaque τὸ* purum *delebat Chacon. Nam pura vestimenta alio sensu dicuntur à Festo, & à Serv. in fragmentis.*

[b] Mensura tog. iust. si sex vln. *Horat. in Epod.* Videsne sacram metiente te viam Cum bis ter vlnarũ toga, Vt ora vertat huc & illuc, &c.

[c] Toga autem palm. *Serv. Eclog. 10.* Sanguineis ebuli bacc. Palmata toga, qua vtebantur illi, qui palmam merebantur.

[d] Ipsa vocatur & toga pict. *Vid. Fest. in* Picta.

[e] Cinctus Gabin *Vid. Serv. Æn 7.* Ipse Quirinali trabea, cinctuq. Gabino, *Quod autẽ* postsecus *dixit, sic in Gloss.* Postsecus ὄπισθεν, & ἐμπροσθεν antisecus.

[f] Aut cingebantur prætores. *consules voluit dicere.*

[g] Trabea erat tog. sp. &c. *Serv. Æneid. 7.* Trabea toga est augurum de cocco, & purpura.

[h] Hanc primus Romul. *Plinius lib. 9. c. 39.* Purpuræ vsum Romæ semper fuisse video, sed Romulo in trabea.

[i] Transbearet. *Ita Gotth. cc, alij* transueheret.

[k] Et circumtextum. *Seruius.* Velamen (*circumtextum intellige*) cycladem significat. *Non vt velamen appositio sit τῷ circumtextum (quod putauit quidam) sed vt velamen sit circumtextum croceo acantho. Nam circumtextum participium est: nihilo minus quàm pictũ, cùm idem versus paullò post apud Maronem nonnihil mutatus repetitur*: Pallamq. & pictum croceo velamen acantho. *Quamuis etiam circumtextum substantiuè vel vestis genus sit, vel potius vestimenti pars. Varro libro. 4.* Amictus est dictum amictum, id est circumiectum, à quo etiam quod vestes se inuoluunt, circumiectũ appellant, & quod amictui habent purpuram circum, vocant circumtextum.

[l] Diplois. *serv. Æn. 5.* Hæc fatus duplicem e. h. e. a, id est abollam, quæ duplex est, sicut chlamys. Hor. contra quem duplici panno sapientia velat.

[m] Est autem vestis militaris. *Peruersè hæc diploidi in omnib. libris tribui, quis non videat?*

[n] Togis depositis Quirites ad saga. *Additur in quibusd.* iuerũt *in alijs vel* fuerũt, *vel* fugerunt *vel* cõuertit fuerũt. *Nẽpe adulterina omnia. Ergo solẽnia verba illa fuere* intumultu, Togis depositis, Quirites, ad saga, *Vel* etiã Togis depositis, Quirites, ite ad saga: *Quod potius reor. Nam illud* ite *quod posit*, Quirites *sequebatur à librarijs eandem syllabam (vt sit) non repetentibus, omissum, frequens apud Ciceronem ire, & redire ad saga. Itemq. saga sumere, & togas deponere. Vid. Philipp. 5. 6. 8. & 14.*

[o] Pœnula est pallium cum fimb. long. *satis id confirmant Ciceron. verba in Miloniana:* Quid minus promptum ad pugnam, cum pœnula irretitus, rhedæ impeditus, vxore penè constrictus esset? *Quin & pœnula quoque ipsa stricta & angusta fuit & Grammaticor. & Rhetorum. Tacit. de causis corrupt. eloq.* Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse pœnulas illas, quib. astricti, & velut inclusi cum iudicib. fabulamur?

[p] Lacerna--quo olim soli milit. *Propert.* Texitur hæc castris quarta lacerna tuis.

[q] Inde autem lacernæ, quasi amput. cap. *Festus* a lacerare: lacerna quod minor capitio sit.

[r] Mantum Hispan. *Pollux: μαντύν, ἱμάτιον τι τῶν λεμένων φαινόλην ὅμοιον.* Ergo *fusiorem agnouit hanc vestem Pollux, quam Isidorus, si notationem recipimus.*

[s] Prætexta puerile pall. *Rectè, sed fuit etiam prætexta magistratuum. Vid. Fest. & Bayf.*

[t] Planeta--birrus--Melotes. *Vid. annot. in Capitol. quod autem in omnib. libris legitur* birrum bibrum *& cunc mendum puto. Nam βιβρῶν apud Suidam dicitur, & in Gloss.* birrus.

[v] De pelliculis melonum. *Immò μήλων, id est, ouium. quamuis melonis animalis supra meminerit lib. 12. c. 1.*

De pallijs fœminarum. Cap. XXV.

REgillum, [a] est prælautum reginarũ amictum, vnde & appellatum. [b] Peplum matronale pallium ex purpura signatum: cuius fimbriæ aurei staminis summitate resplendent.

[c] Palla, est quadrum pallium muliebris vestis deductum vsque ad vestigia, affixis in ordinem gemmis. [d] Et palla dicta, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est, à mobilitate, quæ est circa finem huiusmodi indumenti: siue quòd rugis vibrantibus sinuata crispetur.

Stola, matronale operimentũ, quod cooperto capite & scapula à dextro latere in leuum humerum mittitur. Stola autẽ Græcè vocatur, quod supermittatur.

[e] Eadem & Ricinium Latino nomine appellatum, eò quòd dimidia eius pars retrò eijcitur, quod vulgò Mauortem dicunt. Vocatum autem dicunt Mauortem, quasi Martem. Signum enim maritalis dignitatis & potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est: inde & super caput mulieris est.

Amiculum, est meretricum pallium lineum. Hoc apud veteres matronæ in adulterio deprehensæ induebantur, vt in tali amiculo potius quàm in stola pollluerent pudicitiam. Erat enim [f] hoc apud veteres signum meretriciæ vestis: nunc in Hispania honestatis.

[g] Theristrum, pallioſum muliebre dictum, quòd ἐν θέρει, id est, in æstu & caumate cordie mulierum protegat, quo vsque hodie Arabiæ & Mesopotamiæ mulieres velantur, quibus in æstu tutissimo teguntur vmbraculo. De quo in Isaia.

[h] Anaboladium amictorium lineum fœminarum quo humeri operiuntur, quod Græci & Latini sindonem vocant.

[a] Cap. XXV. Regillum. *Vid. Fest. & Non.*

[b] Peplum. *Serv. Æn. 1.* Peplum proprie est palla picta fœminea Mineruæ consecrata. Hodie tamen abutuntur hoc nomine.

[c] Palla est quadrum pall. *Fortasse è Tertulliano, qui quadrangulum describit pallium. Nisi aliena hæc esse dicamus. Nam Servius è quo sunt reliqua, Æneid. XI.* Palla (inquit) propriè est muliebris vestis deducta vsque ad vestigia: *Tibull.* Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.

[d] Et palla dicta ἀπὸ τοῦ πάλλειν. *Idem Æneid. 1.* Ferre iubet pallam s. a. q. r. significat tunicæ pallium, quod secundum Varronem palla dicta est ab irrugatione, & mobilitate, quæ est circa finem huiusmodi vestium. *At idem Varro in libris de ling. Lat.* palla (inquit) quod palam sit, quemadmodum intuum quod intus.

[e] Eadem & Ricinium. *Serv. Æneid. 1. ad illud.* gemque tog. Ricinius dicitur ab eo quod post tergum reijcitur, quod vulgo Mauorte dicitur *de Mauorte Vid. Non. in* Ricinio. *Isidor. 2. offic. & Annot. at. in Cæsian.*

[f] Hoc apud veter. *Apud Romanos toga meretricum, & deprehensarum vestis fuit, vid. Horat. interp. 1. sermon. sat. 2. De amiculo amplius quæ endum.*

[g] Theristrum. *Totus locus ex Hieronym. Is. c. 3. qui mutilus est in Gotthicis.*

[h] Anaboladium. *Ex eodem, Ambros. quoq. libro de bened. patriarch. c. 4. ad quod Gen. 49. apud* LXX. *est* περιβολὴ anaboladium *legit, & sanguinem vuæ anaboladium suum.*

De stratu & reliquis quæ in vsu habentur. Cap. XXVI.

STragulum, vestis est discolor, quòd manu artificis diuersa varietate distinguitur. Dictum autem, quod in stratu, & in amictu aptum sit. De quo Salomon: Stragulatam vestem fecit sibi.

[b] Ludices à ludis, id est, theatris vocatas quidam existimant. Cùm enim egrediebantur de ludi prostibulo iuuenes horum velamento tegebant caput & faciem: quia solet erubescere, qui lupanar intrauerit.

Galnapes ----

[c] Fulcra, sunt ornamenta lectorum, dicta quòd in ijs fulcimur, id est, sustinemur, vel quòd toros fulciãt, siue caput: quæ Reclinatoria vulgus appellat.

Ceruicalia autem, eo quòd ponantur sub ceruice vel cubito.

Puluillus dictus à puluinari, qui est diuitum lectus.

[d] Culcitræ vocatæ, quòd calcentur, id est, farciantur pluma, siue tomento: quo molliores calidioréſque sint.

Tapeta dicta, quòd pedibus primùm sternerentur, quasi tapedia.

[f] Sipla, tapeta ex vna parte villosa, quasi simpla.

Amphitapa, ex vtraque parte villosa tapeta. Lucilius: Siplæ, atque amphitapæ villis ingentibus molles.

[g] Mantelia nunc pro operiendis mensis sunt, quæ vt nomen ipsum indicat: olim tergendis manibus præbebantur.

[h] Mappæ conuiuij & epularum appositarum sunt, quasi manupæ, atque ob id nominatæ: cuius diminutiuum mapella est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Toralia, longæ perpetuæq. mappæ, à toro A dictæ.

i Sabanum, Græcum est.

Facitergium, & manitergium à tergendo faciem, vel manus vocatur.

Vela dicta, quòd obiectu suo interiora domorum velent.

k Aulæa, vela picta, & grandia, quæ [l] ideò aulæa dicta sunt, quòd primum in aula Attali Regis Asiæ, cui successit populus Romanus, inuenta sunt.

m Cortinæ, sunt aulæa, id est, vela de pellibus, qualia in Exodo leguntur, à quibus tabernaculum extrinsecus regebatur. Dictæ B autem cortinę à corijs, eò quòd prius ex pellibus fuissent factæ. Vnde & in eodem tabernaculo legis iubetur, cortinas fieri ex pellibus arietum rubris, & ex pellibus hyacinthinis.

n Cilicia Arabes nũcupant, velamenta pilis caprarum contexta, ex quibus sibi tentoria faciunt.

a Cap. XXVI. Stragulam vest. *Sic Gotthici omnes, non* stragulatam.

b Ludices *Lodices apud Martial. in apophoret. vid. sup. lib. 18. c. 42. de prostibulis theatri.*

c Galnapis - - - - *Isidorus in Regul. cap. de stratu monach.* Monachi stratus erit storia, & storagulum, pelles delanatæ, galnapis quoque, & facistergium, geminusq. ad caput pnluillus. *Videndum etiam, num Varronis* gaunacuma: *siue (vt alij volũt)* gaunace, *huc pertineat. Nam γαυνάκιν in γαυλακιν abijsse, non admodum miror. Sunt autem γαυνάκαι (vt ait Hesychius)* στρώματα ἢ περίβολαῖα ἑτερόμαλλα.

d Fulcra sunt. Fulcra, spondæ lectorum, quibus fulcimur, ait *Serv. Æn. 6.*

e Culcitæ - - quod calcentur. *Ita Varr. lib. 4.*

f Sipla tapeta. *S. o. l. atque vt ita legamus, suadet notatio,* quasi simpla: *Sed psila malim, & quia amphitapis psila opponuntur, & quia apud Non. Lucilij versus ita legitur.* Psilæ, atq. amphitapæ villis ingentibus molles. *Nisi si quis sibi persuadeat Lucilium quoque permutasse litteras, dum Romanis auribus tantisper seruit, quod nihil necesse est.*

g Mantelia - - olim terg. man. *Serv. Georg. 4. Mantelia quib. manus terguntur Varro:* Mantelium, quasi manuterium. *Festus* Mantelia, quòd manu tractentur.

h Mappæ quasi manuppæ. *Sic Gotthici libri. vnus ex alijs* manupiæ, *Rabanus,* manubiæ. *Quam scripturam doctissimi quidam viri ita amplectebantur, vt quouis pignore veram esse contenderent. Resp. exisse enim in notationem Isidorum ad sanctæ manubias (sic enim ab eo appellari volunt) sordidas illas è conuiuijs prædas, quas videt faceto carmine Martialis:* Dulci placenta sordidam lingit mappam, Illic & vuæ collocantur ollares, &c. *Mihi quidem ob multa non fit verisimile. Atqui ipsis commentum placebat.*

i Sabanum. *Vtitur hac voce sæpius Theodorus Priscianus medicus, & Victor. lib. 3.* Ea sabana baiulabat, quibus eum duduum susciperis de fonte texerat.

k Aulæa vela picta. *Serv. Æn. 1.* Cum venit aulæis - -

aulæis *(inquit)* velis pictis.

l Ideo - - aulea - - inuenta sunt. *Ex eod. Georg. 3.* Purpurea int. t. aulæa. B.

m Cortinæ, sunt aulæa de pellib. *Mirum discessisse à Seruio qui Æn. 3.* Cortina *(inquit)* locus vnde oraculi exit, vel quia Apollinis tripus corio Pythonis textus est, vel quia ibi sunt certa responsa, quasi certina; vel, quod est verius quia ibi cor vatis tenetur. *additq. lib. 6.* aut certè secundum Græcam etymologiam *ὅτι τὴν κόρην τείνα, &c. Sed illa ex alio genere.*

n Cilicia. *Solin. cap. 46.* Ipsa autem tentoria cilicia sunt, ita nuncupant velamenta de caprarum pilis texta.

De lanis. Cap. XXVII.

LAna à laniendo, id est, vellendo dicta. Hinc & vellus dictum, quòd prius lanæ vellerentur, non tonderentur.

Linum ex terra oritur, deflexúmque nomen eius à Græco. [a] Nam linum Græci *λινάριον* dicunt: siue quòd sit molle & lene.

Stuppa verò cannabi est siue lini. [b] Hęc secundùm antiquam orthographiam stippa dicitur, quòd ex ea rimæ nauium stippẽtur. [c] Vnde & stippatores dicũtur, [d] qui in nauibus eam componunt.

e Tomentum appellatum, quod aut in illo, aut in tela tumeat, nec subtilitatem habeat.

Canabum à similitudine cãnæ vocatum, siue à Græca etymologia. Nam illi canabum *κάναβιν* vocant.

f Byssum, genus est quoddam lini nimium candidi & mollissimi, g quod Græci papatem vocant.

h Fibrinum, lana est animalium, quæ fibros vocant: ipsos & castores existimant, quos dum venatores sequuntur: ipsi sibi testiculos adimunt.

i Aranea vocati, eò quòd aëris infusione in frondibus nutriatur.

k Sericum dictum, quia id Seres primi miserunt. Vermiculi enim ibi nasci perhibentur, à quibus hæc circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipsi Græcè *βόμβυκες* nominantur.

l Placium, est stuppa & quasi [m] crassior serici, & est Græcum nomen.

a Cap. XXVII. Græci linarion. *Immò λίνον proprie. λινάρια veteres in Pamphila Eustath. ad Il.*

b Hæc secundum antiq. orthog. *è Serv. Æn. 5.*

c Vnde stippatores - - cõponunt. *Ex eod. Æn. 3.* Scripantq. carinis.

d Qui in nauib. *al.* vallib. *f.* naualib.

e Tomentum

e Tomentum. *Al. Tumentum.*

f Byssum - - papatem vocant. *Absunt hæc à Gotthico Toletan.*

g Quod Græci papatem. *Est. n.* πάππος ἀκανθῶδες λευκὸν ξύλον ἄνθημα *vt ait Eustath. Festus quoque* Pappi, carduorum flores.

h Fibrinum. *Sup. c. 22.*

i Aranea. *Sup lib. 12. c. 5.*

k Sericum. *è Serv. Georg. 2. ad v.* Velleraque vt follijs d. t. Seres.

l Placium. *Vel plathium potius, vt sit ἀπὸ τοῦ πλήθω, quod est impleo, & stippo.*

m Et quasi crassedo. *Vulgò, sedacadarca.*

De coloribus vestium. Cap. XXVIII.

TInctura vocata, quia tingitur, & in aliam B fucatam speciem nitoris gratia coloratur. [a] κόκκος Græci, nos rubrum seu vermiculum dicimus. Est enim vermiculus ex sylue-stribus frondibus.

b Conchylium dictum, eo quod ex conchulis marinis color eius colligitur. Idem & ostrum vocatur.

Ostrum, quod pro colore purpuræ temperatur, plurimis quidem in locis, sed optimum in Insula Cypro gignitur: siue in ijs quos propius Solis cursus illuminat.

Conchylia autem sunt maris, quæ circumcisa ferro lachrymas purpurei coloris emittũt. His collectis color purpureus temperatur. Et ostrum exinde appellatũ dicunt, quòd ex testæ humore elicitur.

c Purpura apud Latinos à puritate lucis vocata. Apud Græcos autem πόρφυρα dicitur cum aspiratione: apud nos purpura sine aspiratione.

d Ferrugo, est color purpuræ subnigræ, quæ fit in Hispania, vt, - - ferrugine clarus Ibera. Dicta autem ferrugo, quòd omnis purpura prima tinctura huiusmodi coloris existat.

e Glaucus, color est ferrugineus, subniger.

f Elbidũ, ab elbo colore vocatum. Elbum enim est medius color inter albũ, & nigrum: & elbum ab albo deriuatum.

g Luteus, color rubicundus, quod est croceus: Nam crocus lutei coloris est, vt, croceo mutabit vellera luto.

h Menum, quod sit colore nigro. Græci enim *μέλαν* nigrum dicunt.

Masticinum, quod colorem masticis habeat.

Blatteum - - Blauum - - Mesticium - - -

Osticium, quia ex vsto est. Fit enim ex dependenti fuligine tectorum egesta assiduis

A ignibus. Vnde & color eiusdem tincturæ flammeus est.

a Cap. XXVIII. Coccum Græci. *Frequentius apud LXX. κόκκινον, quàm κόκκος, vbi Hieronymus nunc vermiculum reddit, nunc coccum, vel coccinum relinquit. φοινικοῦν vero rubrum interpretari solet.*

b Conchylium - - elicitur. *Ex Vitruu. lib. 7. c. 13.*

c Purpura - - à puritate luc. *Respexit fortasse ad Virgilij verba Æneid. 1.* lumenque iuuentæ Purpureum. *Nam purpura πόρφυρα quin sit, ne ipse quidem videtur ambigere.*

d Ferrugo est color - - in Hispan. *Seruius Georg. 1.* Cum caput obscura nitidum ferrugine texit: Ferrugo est purpura nigrior Hispana, alibi, & ferrugine clarus Ibera, *vbi* Hispana *gloss. fuit vocis* Ibera. *Ipse. n. Seruius in loco à se ex Æn. 9. citato Hiberã ferruginem, non Hispanam, sed Ponticam intelligi vult. Fuerunt ergo Isidori ætate quædam (vt nunc sunt omnia) Seruij exemplaria corrupta.*

e Glaucus est color ferrug. *sup. in equor. colorib. libro 12. c. 1.*

f Elbum. *sup. lib. 12. c. 5.*

g Luteus. *è Serv. Eclog. 4.*

h Menum. *Al.* melum. *Al.* melium. *forte* melinum, *de quo alibi.*

De instrumentis vestium. Cap. XXIX

TEla [a] pro longitudine staminum dicta, cuius deriuatiuum est telaria.

b Insubuli, quia infra & supra sunt, vel quia C insubulantur.

Radij dicti, quia radendo fiunt.

Pectines, quod pexa fila reddant, & imprimant.

Colus, quòd sit in longitudine & rotunditate, quasi columna.

Fusus, quod per ipsum fundatur, quod netum est.

c Alibrum, quod in eo librantur fila, id est, voluuntur.

Calathus, leue gestamen ex ligno vel canna aut ex iunco factum, in quo vel pensa ponuntur, vel leguntur flores. [d] κάλαθος enim Græcè lignum est, à quo deriuatus est calathus. [e] Nam Latinè quasillum dicitur. Cicero in Philippicis, At verò huius domi inter quasilla pendebatur aurum. D

Pensum mulierum, à pendendo dictum. Vnde pensa & impensa.

Netum - - -

Fila dicta, vel quia ex pilis animaliũ sunt, vel quia lanificium filis tenuibus constat in modum pilorum, id est, quasi filorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

f Mataxa, quasi metaxa, à circuitu scilicet filorum. Nam meta circuitus dicitur, vel quòd transferatur.

g Gubellum, corruptè à globo dictum per diminutionem, quasi globellum.

h Panuliæ (vel panuclæ,) quod ex eis panni texantur. Ipsæ enim discurrunt per telam.

Stamen dictum, quia rectum stat.

Trama, quòd via recta transmittatur per telam. Est enim filum intra stamen currens.

Licia sunt, quibus stamina ligantur, quasi ligia.

Ordiri - - -

Texere ----

De ornamentis. Cap. XXX.

HActenus de veste: dehinc ad cæterum cultum veniamus.

Ornamenta dicta, quod eorum cultu ora, vultusque decorentur. Primũ ornamentum corona insigne victoriæ, siue regij honoris signum: quæ in capite regum ponitur, ad significandum circũfusos in orbe populos, quibus accinctus, quasi caput suum coronatur. Hæc à Lucilio corolla, ab Homero στεφάνη dicta est. a Huius principium à Libero quodã Gẽtiles existimant, quòd is in potãdo mota vino capita vincire fasciolis instituerit, idcirco olim linei & lanei generis corona fuit: b sicut erat in sacerdotibus Gentilium.

c Nomen coronæ hac ex caussa vocatum, quod initio circum aras curreretur, atq. ad imaginem circuitus vel chori est formata, & nominata corona.

d Imperatores Romani, & reges quidam gentium aureis coronis vtuntur. Persæ tiaras gerunt: e sed reges rectas, satrapæ incuruas. Reperta autem tiara à Semiramide Assyriorum regina. Quod genus ornamenti exinde vsq. hodie gens ipsa retinet. f Athenienses autem cicadas aureas gerebant partim in vertice, nonnulli in fronte. Nõ enim eadem sunt insignia omnium regnorum. Gentilium vates infula, apice, pileo, siue galero vtebantur.

g Infula, est fasciola sacerdotalis capitis, alba in modum diadematis, à qua vittæ abvtraque parte dependent, quæ infulam vinciunt. Vnde & vittæ sunt, quòd vinciant. Infula autem plerunque tortilis de albo, & cocco.

h Apex, est pileum sutile, quo sacerdotes Gentiles vtebantur, appellatus ab apiendo, id est, à ligando. i Nam virgula, quæ in pileo erat, connectebatur filo, quod fiebat ex lana hostiæ. k Galerum, pileum ex pelle cesæ hostiæ factum. Pileum autem dictum à pelle hostiæ, vnde fiebant.

l Cydaris, & ipsa sacerdotum erat, quæ à plerisque mitra vocatur.

---

a Cap. XXIX. Tela pro longitudine. ἀπὸ τῆς τηλόθεν scilicet.

b Insula. *Gloss.* Insubula ἄντικρυ, ὡς ἀντία, & alibi. ἀντίον ἐνδαψαίνουσιν ἀι γυναῖκες *Lucretius lib. 5.* Insilia, ac fusi, radij, scapiq. sonantes. vbi *insubula quidam legunt, nec syllabæ productionẽ curant. Hieronymus liciatorium vocat Paralip. lib. 1.*

c Alibrum q. 1. e. librantur. *Gothici liberantur, id est, soluuntur.*

d Calon enim Græci lign. *Ita Seru. non semel. Vid. Æn. 6. initium. Et Festus:* Calones calcei ex ligno facti.

e Nam Latinè quasill--autum. *Verba sunt Seru. Eclog. 4.*

f Mataxa. *Vulgo madexa gloss.* Mataxa σειρὰ, & Mataxa ὑφαίνεται *ea voce Vitruuius lib. 7. c. 3. & Martianus lib. 39. DD. de pign. & hypothec. Vnde metaxarij apud Iustinian. lib. 8. C. eod. tit.*

g Gubellum. *Al.* Lubellum. *Al.* Iubellum. *Al.* Globiellum. *Hispanè* ouillo, *atque etiam apud quosdam* Iouillo.

h Panuliæ, vel panuclæ. *Absunt à Gotthicis duo posteriora verba. Vide eruditorum viror. notas ad Varronis verba lib. 4.* Pannus Græcum, panuclum dictum à panno, & voluendo filo.

---

a Cap. XXX. Huius principium à Libero. *Vide Athen. lib. 15. c. 5.*

b Sicut erat in sacerd. Gentilib. *Vt in flaminibus. Nam flamines dicti quasi filamines, vt ait Festus. Et in legatis. Liuius lib. 1.* legatus, vbi ad fines eorum venit, vnde res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen est) Audi Iuppiter, &c: *Quod autem lineas etiam tunicas ait fuisse ex Virgilij versu.* Velati lino & verbena tempora vincti. *Æn. 12. inuitis id Seruio, Capro, & Virginio facit, qui* limo *legi eo loco malunt.*

c Nomen coronæ. *Fest.* corona, cùm videatur à choro dici, caret tamen aspiratione.

d Imperatores Romani, & Reg. *Vid. Plin. Agell. & Tertull. de coron. milit.*

e Sed Reges rectas. *Xenoph. lib. 8.* παιδ. ὁ κύρος τὴν ἄρθρα ἔχων τὴν τιάραν. *Et Hesych.* τιάρα ἡ νομίνη ἀνδρεία, ταύτην δὲ οἱ πέρσαι βασιλεῖς μόνη χρῶνται τὸ ὀρθὴν, οἱ δὲ ἅλλοι ὑποκεκλιμένην.

f Athenienses cicadas. *Dicti propterea* τεττιγοφόροι.

g Infula. *Seru. Æn. 10. vid. Fest.*

h Apex. *Ex Fest.*

i Nam virgul. *Seru. Æn. 2.* fundere lumen apex.

k Galerum. *Idem Æneid. 7.* Galerus, genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit hoc galerum. *Al.* galeriũ. *Al.* galeariũ. *Fest.* Galearia à galearum similitudine dicta.

l Cydaris. *Ex Hieronym. ad Zachar. c. 3. & Ezech. 23.* De

De ornamentis capitis fœminarum. Cap. XXXI.

ORnamenta capitis fœminarum: Diadema, nimbus, capitulum, & mitra.

a Diadema, est ornamentum capitis matronarum ex auro & gemmis contextum, quod in se circumactis extremitatibus retro astringitur, & exinde dictũ Græcè, quod prætigetur.

Nimbus, est fasciola transuersa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte fœminarum. Plautus: Quo magis eam aspicio, tam magis nimbata est. b Nam & lumen quod circa Angelorum capita pingitur, nimbus vocatur: licet & nimbus sit densitas nubis.

c Capitulum est, quod vulgò Capitulare dicunt. Idem & Cappa, vel quod duos apices, vt cappa littera habeat, vel quia capitis ornamentum est.

d Mitra, est pileum Phrygium caput protegens, quale est ornamentum capitis deuotarum. e Sed pileum virorum est: mitræ autem fœminarum.

Redimicula autẽ sunt, quibus mitra alligatur. Pileum autem, vt prædiximus, à pelle erat. Nam mitra ex lana est.

f Ricula, est mitra virginalis capitis.

Vittæ sunt, quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli, & vittæ dictæ, quod vinciant.

g Tænia autem est, vittarum extremitas dependens diuersorum colorum.

Item vitta est, qua corona vincitur: tænia verò extrema pars vittæ, quæ dependet coronæ.

h Retiolum est, quod colligit comas, dictum ab eo quod retinet crines, ne effundantur.

i Discriminalia capitis mulierum sunt vocata, ex eo quod caput auro discernant.

k Nam discriminare diuidere dicitur.

l Antiæ, sunt cincini dependentes prope auriculas, Græco vocabulo ab auribus.

m Acus sunt, quibus in fœminis ornandorum crinium compago retinetur, ne laxius fluuant, & sparsi dissipentur capilli.

Inaures ab aurium foraminibus nuncupatæ, n quibus pretiosa grana lapidum dependent. o Harum vsus in Græcia, puellæ vtraque aure, p pueri tantùm dextra gerebant.

Torques. sunt circuli aurei à collo ad pectus vsque pendentes. Torques autem & bullæ à viris geruntur, à fœminis verò monilia, & catellæ. Dictæ autem torques, quod sint tortæ: & bullæ, quod sint similes rotunditate bullis, quæ in aqua vento inflantur.

q Monile, ornamentum ex gemmis est, quod solet ex fœminarũ pendere collo, dictum à munere. r Hoc etiam & Serpentum dicitur, quia constat ex amphorulis quibusdam aureis, gemmísq. varijs in modum facturę serpentis. s Nonnulli hoc & segmentũ dicunt, vt Iuuenalis: segmenta & longos habitus: licet & segmentatas vestes dicamus, vt ipse: & segmentatis dormisset paruula cunis.

t Plerunq. autem & per monile omnia ornamenta matronarum significantur, quidquid illis munere datur.

v Muræna vulgo vocatur, quod scilicet auri metallo in virgulas lentescente quædã ordinis flexuosi catena contexitur, in similitudinem murenę serpentis, quæ ad collum ornandum aptatur. x Hæc interdum auri atq. argenti texitur virgulis. Vnde & dicitur in Canticis canticorum: Murænulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

Catellæ, sunt catenulæ colli inuicem se comprehendẽtes in modum catenæ, vnde & appellatæ.

y Dextras, communes esse virorum ac fœminarum: quia vtriusq. sexus dextræ sunt.

z Armillæ autem propriè virorũ sunt, collatę victoriæ caussa militibus ob armorũ virtutem. Vnde & quondam vulgò a Viriolæ dicebantur. Ab intellectu autem circuli armilla non discrepat: quia ipsa quoq. hoc vbi ponitur ambiendo constringit. Sed armilla latius extenditur, circulus rotundus sit.

Fibulæ sunt, quibus pectus fœminarum ornatur, vel pallium tenetur à viris in humeris, seu cingulum in lumbis.

b Lunulæ, sunt ornamenta mulierũ, in similitudinẽ Lunæ bullulæ aureæ dependentes.

c Specula dicuntur, in quibus fœminæ vultus suos intuentur. Dictũ autem speculum, vel quòd ex splendore reddatur, vel quòd ibi fœminæ intuentes considerent speciem sui vultus, & quicquid ornamenti deesse viderint, adijciant.

Periscelides apud fœminas, crurum ornamenta, quibus gressus earum ornantur.

Olfactoriola, vascula sunt muliebria, quibus odoramenta gestantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Cap. XXXI. Diadema. *Citantur à Festo ex Catone hæc verba in Rusco.* Mulieres opertas auro, purpuraq. ars * inhæret diadema, coronas aureas, &c. *Sed quia Hieronymus ad Ezech. c. 12. & alij diadema non matronarum, sed regij capitis insigne esse dicunt; anadema hic legebat vir doctissimus ex Lucretio lib. 5.* fiunt anademata, mitræ. *Cuius poetæ perstudiosum fuisse Isidorum constat ex plurib. huius operis locis.*

b Nam & lumen quod circa Angelorum capit. *Seruius Æn. 10.* Hæc vbi dicta d.c.s.p.a. Misit agens hyemem nimbo succincta p. a. Nimbo succincta; nubibus *(inquit)* quia præmisit agens hyemē, quod nisi esset, splendorem acciperemus, qui est circa corpus deorum.

c Capitulum. *Capital. lego. Varro libro 4.* Item texta fasciola, qua capillum in capite colligarent; dictum capital à capite, quod sacerdotulæ etiam nunc in capite solent habere, & *Festus*: Capital, linteum quoddam, quo in sacrificijs vtebantur.

d Mitra est pileum. *Serv. Æn. 4.* Mitra incuruum pileum, de quo pendebat & baccarum tegmen.

e Sed pileum vir--fœm. *è Serv. Æn. 9.*

f Ricula est mitra Virg. cap. *Vid. Varr. Fest. Non.*

g Tænia vittarum extrem. *è Serv. Æn. 7.* fit longæ tænia vittæ.

h Retiolum--retineat crines. *Reticulum dicit Varro libro. 4.*

i Discriminalia. *Discriminale dicit Hieronym. Isai. c. 3. quod Varronj, & Nonio est discerniculum, id est. acus, quæ capillos à media fronte (vt ait Nonius) disseparat. Quod in glossarijs discrimen dici existimo. est enim inter ornamenta:* discrimen *διάφορμα.*

k Nam discriminare diuidere est. *Virg. Æn. 11.* & late discriminat agros.

l Antiæ sunt cincinni. *Festus*: Antiæ muliebres capilli demissi in frontem appellati ex Græco videntur, quod enim nos contra, illi ἀντὶ dicunt. *Cur ab aurib. ducat Isidorus, non video. Vtitur hac voce Tertull. in lib. de pall.*

m Acus, disipentur capilli. *Verba Hieronymi Isai. c. 3*

n Quibus pretiosa grana lapidum dependent. *Sic Tertull. lib de cultu fœminar.* Vt ex illis ad ferrum nati corporis grana nescio quæ penderent.

o Inaurium vsus in Græcia. *Al.* harū vsus. *Vtrumq. (vt puto) è margine.*

p Pueri tantum dextra. *Tertull. in pallio de Achille:* aurem quoq. foratu effœminatus.

q Monile ornatum ex gemmis. *Ex Hieronymo Ezech. 16.*

r Hoc etiam Serpentum. *Sic Gotth. & Pollux lib. 6. ὀφὶς inter ornamenta fœminarum numerat. Al.* serpetum *& Græci quoq. ἑρπετὸν & Festus:* Serpula serpserit ait *(idem)* Messalla serpens irrepserit.

s Nonnulli hoc & segment. *è Serv. Æn. 1.* colloq. monile Baccat.

t Plerumq. autem & per monile omn. ornam. *è Hieron. Isai. 3.*

v Muræna--contexitur. *Ex eod. epist. 15. ad Marcell. de laud. Asellæ.*

x Hæc interd--virgulis. *Ex eod. Is. 3.*

y Dextræ, communes. *Lego.* Dextralia, communia. *Quod enim* LXX. περιδέξια, *Hieronymus* dextralia *vertit, quæ Ambrosius, itemq. Iul. Capitolin. in Maximino* dextrocheria vocant.

b Armillæ autem prop viror. *Vid. Fest.*

a Viriolæ diceb. *Leguntur in Pandectis sæpè viriola. & in Gloss.* viriolæ. ψέλλια. *Est autem viriola diminutiuum à viria, qua voce vtitur Ambrosius lib. de Abrah. Patriarch. c. 9.* Has *(inquit)* maures habebat, quæ non grauarent aures: has virias, quæ manum non materiali auro ornarent, sed spiritali actu leuarent. *Et Tertull. de Pall.* vtique sicut vestigia cæstuum viria occupauit.

b Fibulæ. *De his inf. c. 32.*

c Lunulæ. *Ex Hieronym. Isai. 3. vox etiam Plauto nota.*

d Specula--Perisselides. *Ex eod.*

De annulis. Cap. XXXII.

PRimus [a] Prometheus fertur circulū ferreum, incluso lapide, digito [b] circumdedisse.

[c] Qua cōsuetudine homines vsi, annulos habere cœperūt. [d] Annuli autem per diminutionem dicti à circulis & anis, qui sunt circa brachia & circum crura. Vnde & signa eorum per diminutionē sigilla. Nam signa maiora sunt, sigilla verò quasi minora signa.

Annulos primùm homines gestare cœperunt quarto àpollice digito, quod eo vena quædam vsque ad cor pertingat, quam notandam ornandámque aliquo insigni veteres putauerunt.

[c] Apud Romanos annuli de publico dabantur, & non sine discrimine. [f] Nam dignitate præcipuis viris gemmati dabantur, cæteris solidi. Annulum aureum neque seruus neque libertinus gestabat in publico: sed [g] annulo aureo liberi vtebātur: libertini argenteo: serui ferreo, licet & multi honestissimi annulo ferreo vtebantur.

Apud veteres vltra vnum annulum vri infame habitum viro. Gracchus in Mænium. Considerate, Quirites, sinistram eius, cuius auctoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem, vt mulier est ornatus. Crassus qui apud Parthos perijt, in senectute duos habuit annulos, caussam præferens, quod pecunia ei immensa creuisset. Multi etiam Romanorū pro grauitate annulum gestare in digito abstinuerūt. Fœminæ non vsæ annulis, nisi quos virgini spōsus miserat. neque amplius quàm binos annulos aureos in digitis habere solebant. [h] At nunc præ auro nullum fœminis læue est, atq. immune membrum.

Inter genera annulorū sunt: Vngulus, Samothracius, Thynnius.

[i] Vngulus, est gemmatus, vocatúsque hoc nomine, quia sicut vngula carni, ita gēma annuli auro accingitur.

[k] Samothracius, aureus est quidem, sed capiculo ferreo, à loco ita vocatus.

Thynnius, purus est, primùm in Bithynia fabricatus: quam [l] olim Thynnam vocabāt. [m] Flaccus: Lugēte mea vita, nec smaragdos Berillosq. mihi Flacce, nec nitentes percādida margarita quæro. Nec quos Thynnica lima perpoliuit annulos, neq. Iaspios lapillos

a Cap. XXXII. Primus Prometh. *Plin. in præmio lib. 37. sed. idem lib. 33. c. 1. fabulosa hæc indicauerat.*

b circumdedisse. *V. cc.* circundasse.

c qua consuetunine homines. *Ex Hygin. lib. 2. c. de sagitt.*

d Annuli autem per dim. *Varro lib. 5.* Tempus à bruma ad brumam dum sol redit, vocatur annus. quod vt parvuli circuli annuli: sic magni circites dicebātur anni. Sunt autē circites *(vt ait festus)* circuli ex ære facti.

e Apud Romanos annuli de publ. *Ijstantū, qui legatr ad exteras gentes iturj essent, ait Plin. lib. 33. c. 1.*

f Nam dignitate præcip. *Hæc vnde sint, quærendum.*

g Annulo aureo lib. vteb. arg. libert serui ferreo. *aureo tamē non (opinor) liberi omnes, missenatores, aut equites neque ferreo serui soli, sed etiam milites.*

h At nunc præ auro-- læue est membrum. *Verba sunt Tertull. in Apologetico.*

i Vngulus est geminat. *Plin.* Quanquam & de nomine ipso ambigi video, Græci à digitis appellauere. Apud nos prisci vngulum vocabant.

k Samothracius aur. sed c. ferr. *Plinius:* Necnon & seruitia tam ferrum auro cingunt, alia per se se metalla auro decorant, cuius licētiæ origo nomine ipso in Samothrace id institutum declarat.

l quam olim Thynnam vocabant *Ita Acron od. 3. lib. 3.*

m Flaccus lugente. *Versus Flacci, vt erant in Gotth. libris, in emendatos reliquimus, quos licebit vel ex Alciato ita legere. lucētes mea vita, nec smaragdos Berillos mihi--nec nitentes, nec præcand &c. Vel integros potius minimo periculo, cōmodissimo sensu, Ant. Couarr. auctore, ita:* lugenti, mea vita, nec smaragdos, Berillos mihi mittte nec nitentes, Nō mi cādida, *&c. Nam post vocē* mihi, *omisisse librarios mitte propter similitudinem, quæ alijs valde verisimile. Et τὸ* Flacce *alienum esse, quis non videat? Vt ait autem sibi pretiosos lapides lugenti mitti, quod eorum (vt alter Flaccus ait) vsus dolentem non queat delinire.*

De cingulis. Cap. XXXIII.

CInctus, [a] est lata zona, & minus lata semicinctiū, & vtrisque minima cingulū. Nam à cinctu per diminutionem cingulum nominatur. Cinctu [b] autem iuuenes in exercitatione campestri verecunda velabant, vnde & campestres dicebatur.

[c] Baltheus, cingulum militare est, dictus, propter quod ex eo signa dependēt, ad demonstrandā legionis militaris summam, id est, sex milliū sexcentorum, ex quo numero & ipsi cōsistunt. [d] Vnde & baltheus dicitur non tantum quod cingitur, sed etiā à quo arma dependent.

Zona, Græcum est, quam illi ζωνάριον, nos cingulum nuncupamus.

Strophium, est cingulum aureum cum gemmis: de [e] quo ait Cinna: Strophio [f] lactentes cincta papillas. Et Prudentius: Nomen hoc gemmæ strophio illigatum est.

[h] Limus est cinctus, quem publici habebāt serui. Et dictus limus, quia transuersas habet purpuras, id est, limas.

[i] Caltulum, cinguli genus à coacto loro dictum.

[k] Fibula, Græcum est, quam illi φιβλὴν dicunt, quod ligat.

[l] Subfibulum, subligaculum.

[m] Redimiculum est, quod succinctorium, siue brachile nuncupamus, quod descendens per ceruicem, & à lateribus colli diuisum, vtrarumque alarum sinus ambit, atque hinc inde succingit, vt constringens latitudinem, vestes ad corpus contrahat, atq. coiungendo componat. Hoc vulgo brachile, quasi brachiale dicunt, [n] quamuis nunc nō brachiorum, sed renum sit cingulum. Succinctorium autem vocatum quod, vt dictum est, sub brachijs ductum alarum sinum ambit atque hinc inde succingit.

[o] Fascia est, qua tegitur pectus, & papillæ comprimuntur, atq. crispante cingulo angustius pectus arctatur. Et dicta fascia, quod in modum fasciculi corpus alligat. Hinc & fasciolæ, quibus vulnera colligantur.

Vitta dicta, quod capectus vincitur instar vitis ligantis.

[p] Limbus est, quem nos ornaturam dicimus.

Fasciola est, quæ ambit extremitatē vestium: aut ex filis, aut ex auro contexta, assutaq. extrinsecus in extrema parte vestimēti vel chlamydis. De qua Virgilius: Sidoniā picto chlamydem circundata limbo.

a Cap. XXXIII. Cinctus est lata zona. *Varro*: cinctus, & cingulum à cingendo, alterum viris, alterū mulieribus attributum.

b Cincto autem iuuenes, &c. *Ead. supra de perizomate c. 22.*

c Balteus. *Varro*: Balteum quod cingulum è corio habebant bullatum, balteum dictum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

d vnde & balteus--- dependent.è Seru. Æn. 5.
e de quo ait Cinna. ſ. o. l. id hemiſtichium apud Catullum legimus in Nuptijs velei, ſed fuiſſe illi commune cum Cinna, vt ſunt nonnulla Maroni cum Catullo, & Lucretio, quid vetat? ſi aque nihil muto.
f lactentes. Al luctantes.
g & Prudentius, nomen hoc gemm. περὶ στεφάνων hymn. 4. & Tertull. ſtrophium pro capitis ornamento poſuit in extremo lib. de coron. milit: Quid caput ſtrophiolo, aut dracontario damnas diademati deſtinatum.
h limus. Sup. c. 22.
i Caltulum. Ita omnes Gotthici, prater vnum Salmanticen. in quo Catulũ. Neutrum reijcimus. Plautus in Epidic. Intuſi itam, patagiatam caltulam, ac crocotulam. quæ verba eadem citantur à Varr. lib. 4. At de catulo Feſtus: Catulus genus quoddam vinculi, qui interdum canis appellatur. & Plautus: Catulo vt accubes ferreo.
k Fibula Græcum. pro γλῶσσαν Æoles γλῶσσον dicebant.
l Suffibulum, Subligabulum. Hæc ſeparatim ſine interpretatione legi malim, vt in quibuſd. libris ponũtur: quàm vt alterum alterius ſit glaſſa, quod fieri potuiſſe audent quidã ſuſpicari ex verbis Varronis lib. 5. eo præter virgines Veſtales, & ſacerdotem publicum, introeat nemo. Is cum eat, ſuffibulum haud habeat ſcriptum id dicitur, vt à ſuffiendo, ſubligaculum. Vid. Feſt.
m Redimiculum. Totus locus expreſſus eſt ex Ioann. Caſſian. lib. de inſtit. monach. c. 6.
n quamuis nunc non brach. ſed ren. Geſtant hodie has duplices reſticulas laneas Monachi, qui S. Bernardi inſtituta ſectantur.
o Faſcia eſt--- arctatur. Ex Hieronym. ep. 47. de vitãd. ſuſp. contub.
p Limbus. è Seru. Æn 4.

De calciamentis. Cap. XXXIV.

SVtores nuncupati ſunt, quod inſertis filo porcorum ſetis ſuant, id eſt conſuant, quaſi ſetores.

Caligarius verò, non à callo pedum, ſed à calo, id eſt, ligno vocatus: ſine quo conſui calciamenta non poſſunt, [a] quas Græci καλόποδας dicunt. Fiebant autem prius ex ſalice tantum: hinc & calciamẽta dicta, quod in calo, id eſt, in ligno fiant, vel quod calcentur.

[b] Crepidas Græci ante repertas vſi ſunt. Eſt autem genus ſingulari forma, & idem vtrique aptum pedi, vel dextro vel ſiniſtro. Crepidæ autẽ dictæ, quod cum ſono ſtringantur: ſiue à pedũ crepitu in ambulando.

[c] Calceis reges vtebantur, & Cæſares.

Forma eorum.

Patritios calceos Romulus reperit quattuor corrigiarum, aſſutaque luna. Ijs ſoli patritij vtebantur. Luna autem in eis non ſideris formam, ſed notam cẽtenarij numeri ſignificabat, quod initio Patritij Senatores centum fuerint.

[d] Ocreæ, tibialia calciamenta ſunt, dicta quod crura tegant.

[e] Cothurni ſunt, quibus calciabantur tragœdi, qui in theatro dicturi erant, & alta intonantique voce carmina cantaturi. Eſt enim calciamentum in modum crepidarũ, quo heroes vtebantur: ſed tale eſt, vt dextro & lęuo conueniat pedi.

[f] Baxeæ, calciamẽtum comœdorum erat, ſicut tragœdorum cothurni. Quos quidam etiam calones appellant, eo quòd ex ſalice fierent. Nam Græci, vt diximus, lignum καλὸν vocabant.

Talares calcei, ſocci ſunt, qui inde nominati videntur, quòd ea figura ſint, vt contingant talum: ſicut & ſubtolares, quod ſub talo ſunt, quaſi ſubtalares.

[h] Obſtrigilli ſunt, qui per plantas conſuti ſunt, & ex ſuperiore parte corrigia trahitur, vt conſtringantur: vnde & nominantur.

Oſſas puto ab oſſe primũ factas, & quamuis nunc ex alio genere, tamen nomen priſtinum retinent.

[i] Mullei ſimiles ſunt conthurnorum ſolo alto: ſuperiore autem parte cum oſſeis, vel æneis malleolis ad quos lora deligabantur.

[k] Dicti autem ſunt à colore rubro, qualis eſt mulli piſcis.

[l] Soleæ ſunt, quibus tantùm pedum plantæ teguntur, dictæ à ſolo pedum. Item [m] ſoleæ materiales ex materia corio intecta.

Socci cuius diminutiuum ſocelli, appellati inde, quod ſaccum habeant, in quo pars plantæ inijcitur.

Caliculæ- --

[n] Caligæ, vel à callo pedum dictæ, vel quia ligantur. Nam ſocci non ligantur, ſed tantũ intromittuntur.

[o] Cernui, ſocci ſunt ſine ſolo.

Lingulati [p], quos nos foliatos vocamus.

Clauati, quaſi chalybati, eo quòd minutis clauis, id eſt acutis [q] ſola caligis vincantur.

[r] Perones, & [s] Sculponiæ ruſtica calciamenta ſunt.

Baxeæ, calciamenta mulierum ſunt.

Corrigiæ à corijs vocantur, vel à colligatione, quaſi colligiæ.

[a] Cap. XXXIV. quas Græci calopodas. Al. quod Græci calopodiõ. Vtrumque rectè. Latini formas. Horat. Si ſcalpra, & formas non ſutor. Vbi Acron etiam formas Græco vocabulo καλόποδια interpretatur.
[b] Crepidas Græci. Et vox ipſa Græca. Agell. lib. 13. c. 21. Omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantum infimè teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis iuncta ſunt, ſoleas dixerunt, nõnunquam voce Græca crepidulas.
[c] Calceis Reges vtebantur. Deeſt fortaſſe auratis, vel gemmatis. Nam huiuſmodi calceis, & Gothorum reges, & imperatorum quoſdam vſos ſcimus. Plinius lib. 37. c. 2. de Caligula: Super omnia muliebria ſoccos induebat è margaritis. Et Lamprid. de Heliogab. Habuit in calceamentis gemmas, & quidem ſcalptas, quod riſum omnibus mouit, quaſi poſſent ſcalpturę nobilium artificum videri in gẽmis, quæ pedibus adhærebãt.
[d] Ocreæ quod crur. Varro: Ocrea quod opponebatur ob crus. Longè aliter Feſtus ex Ateio philologo. Ocrim montem confragoſum à veteribus dictum, inde ocreas dictas, quod ſint inæqualiter tuberatæ.
[e] Cothurnus. Eſt etiam cothurnus. (vt ait Ser. Æn. 1.) calcei ſpecies venatorij, quo etiam ſura vincitur, & aptus vtrique pedi. propterea ſingulari numero dixiſſe Maronem: Purpureoq. altè ſuras vincire cothurno.
[f] Baxeæ calciamenta comœd. Tertull. Si philoſophus in purpura, cur non & in baxea (al. baxa) Tyria calciare, niſi aurum minime Græcatos decet. & Apuleius lib. 2. de aſin. palmeis baxeis indutum.
[g] ſicut ſubtolares q. ſ. t. ſ. Sic Omen. Ouet. Salm. Silien. Gotthici, al. ſubtulares.
[h] Obſtrigilli. Obſtragula vocat Plinius calceorũ vincula li. 9. c. 35. de margaritis: quin & pedibus, nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed & totis ſocculis addunt.
[i] Mullei. Vid. Feſt.
[k] Dicti autẽ à colore rubro, qualis eſt mulli piſcis. Niſi potius piſces de calceis nominati. Plin. lib. 9. c. 17. Nomẽ his Feneſtella à colore mulleorum calceamentorum datum putat.
[l] Soleæ. Vid. Agellij verba dudum ad Crepidas citata.
[m] Soleæ materiales. Materiarias dixiſſet Plinius vt lib. 7. c. 56.
[n] Caligulæ--- Al. Galigulæ.
[o] Cernui. Feſtus: Cernuus calciamenti genus. & fortaſſe huc referri poſſet verſus Lucilij à Nonio citatus: Cernuus extemplo plantas conueſtit honeſtas. quanquam & pro inclinato intelligi poſſit, vt vult Nonius.
[p] quos nos folleatos. Hieronym. in epiſt. ad Euſtoch. Apud hos affectata ſunt omnia. Laxæ manicæ, caligæ follicantes, veſtis craſſior, Et paullò antè: omnis his cura de veſtibus. ſi bene oleant, ſi pes laxa pelle non folleat.
[q] Sola caligis. Sic manuſc. o. Meminit clauorum caligarium Plin. lib. 9. c. 17.
[r] Perones. Seru. Æn. 7. Perones ruſticum calceamentum. Vid. Feſt. Mulleos.
[s] Sculponeæ. Cato de reruſt. Sculponeas bonas alternis annis dare oportet. Vid. etiam Non.

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ETYMOLOGIARVM
LIBER VIGESIMVS.

De penu, & inſtrumentis domeſticis, & ruſticis.

DE MENSIS. Cap. I.

PRimus Dædalus menſam & ſellam fecit. [a] Coquinæ apparatum Apicius quidã primus compoſuit, qui in eo abſumptis bonis morte voluntaria perijt, & meritò: quia is, qui gulę atque edacitati ſeruit, & animã, & corpus interficit. Ab eſu & comeſu menſæ factum vocabulum. Nullum enim aliũ habet vſum.

[b] Torus dicitur à tortis herbis, quæ accumbentium humeris ſupponuntur.

[c] Stibadium à ſtipitibus dictum, quaſi ſtipadium: ſic enim prius cœptum eſt. Accubitum à cibo vocatum, [d] quaſi ad cibatum epularum.

[e] Conuiuium apud Græcos à compotatione συμπόσιον. Apud nos verò à conuictu rectius appellatur: vel quia vitæ collocutionem

nem habet. Item conuiuium à multitudine conuescentium: nam priuata mensa victus est, conuiuium non est. Cōuiuij triplex est modus discumbendi, edendi, & bibendi. Discumbendi, vt:- Toris iussi discumbere pictis. Edendi & bibendi, vt: Postquam prima quies epulis mensæque remotæ, Crateras magnos statuunt, & vina coronant.

a Cap. I. Coquinæ apparatum Apicius. *De quo Senec. ad Albinā matrem c.* 10.
b Torus à Tortis herb. *è Seru. Æn. 2.*
c Stibadium à stipitib. dictum. *Quibus adclinati edebant.* Stipib. *tamen habent libri de meliore nota.*
d quasi ad cibitum. *Al.* ad cubitum. *Chacon* ad cibatum.
e Conuiuium apud Græcos. *è Hieronym. in Isai. cap.* 1.

De escis. Cap. II.

CIbus dictus, quia capitur ore: sicuti esca, quia eam os capit.

Victus propriè vocatur, quia vitam retinet: vnde & ad cibum vocare, inuitare dicitur.

Alimonia dicitur, eo quòd eius sumptu corpus alatur. Hanc iuuenes accipiunt ad incrementum, senes ad perseuerantiā. Neq. enim subsistere poterit caro, nisi forteturalimentis. Alimentum enim est, quo alimur, [a] alimonium alendi cura.

Affluentia nuncupata, quasi rei nimium exuberantis effusio, vltra quàm satis est, modusque non est.

Opulentia ab ope dicta est, quam si discutias, inuenies eam tenere modum. Nā quomodo opitulatur quod nimium est, cùm incommodius sit sæpe, quàm parum?

Epulæ ab opulentia rerum dictæ. Epulæ autem simplices in duo necessaria diuiduntur, panem & vinū: & in duo superflua, quæ terra & mari vescendi causſa exquiruntur.

[b] Dapes autem regum sunt, epulæ priuatorum.

Delicię nuncupatę, quod ijs delectentur homines, cásque suauiter appetant.

Pulmentum vocatur à pulte, siue enim sola pultis; siue quid aliud eius permixtione sumatur, pulmentum propriè dicitur.

Satietas autem, & [c] saturitas sibi differūt. Nam satietas ex vno cibo dici potest, pro eo quòd satis sit: saturitas autem à satyrā nomē accepit, quòd est vario alimentorum apparatu compositum.

Crapula est immoderata voracitas, quasi cruda epula: cuius cruditate grauatur cor, & stomachus indigestus efficitur. Immoderata enim voracitas vitium est, sed tantùm id salutis est, quantum sustentationi, naturæq. sufficiat.

[d] Iantaculum, est primus cibus, quo ieiunium soluitur, vnde & nuncupatum. Nigidius: Nos ipsi ieiunia iantaculis leuibus polluimus.

Prandium ab apparatu edendi dictum: propriè autem veteres prandium vocabant omnium militum cibū ante pugnam: [e] vnde est illud ducis alloquium, Prandeamus, tanquam ad inferos cœnaturi.

[f] Merenda, est cibus, qui declinante die sumitur, quasi post meridiem edenda & proxima cœnæ. Vnde & antecœnia à quibusdam vocantur. [g] Item merendare, quasi meridie edere.

[h] Annona, tractum est à tempore, quo Romani veteres ad cibos aduocabantur, sic Martialis: Imperat excelsos frangere nona toros, quod & vsque hodie Persæ faciunt.

Cœna vocatur à communione vescentium. κοινὸν quippe Græci commune dicūt. Vnde & communicantes, quod communiter, id est, pariter conueniant. Apud veteres enim solitum erat in propatulo vesci, & communiter epulari, ne singularitas luxuriam gigneret. Est autem cœna vespertinus cibus, quam [k] Vespernam antiqui dicebant. In vsu enim non erant prandia.

Panis dictus, quod cum cibo apponatur: vel quod omne animal eum appetat. πᾶν enim Græcè, omne dicitur. Cibarius est qui ad cibum seruis datur, nec delicatus. [m] Fermentatius fermentis confectus. Azymus non fermentatus. Nam ἄζυμος est sine fermento, sincerus. Acrozymus, leuiter fermentatus, quasi acroazymus. Siligineus panis à frumenti genere nuncupatur. Siligo enim genus est tritici. [n] Rubidus, recoctus & rubefactus. Subcineritius, cinere coctus & reuersatus. [o] Ipse est & Focarius. Clibanitius in testa coctus.

[p] Spongia, panis aqua diu malaxatus similam modicam accipit, & fermentum modicū, & habet humectationis plusquā omnis panis. Vnde & spongiæ nomen accepit.

Placentæ sunt, quæ fiunt de farre, quas alij liba dicunt, eo quòd libeant & placeant.

Laganum, est latus, & tenuis panis, qui primùm in aqua, postea in oleo frigitur.

[q] Dulcia, sunt genera pistorij operis, à fapore dicta. Melle enim aspersa sumuntur.

[r] Crusta, est superficies panis. Ipsa & fragmenta, quia diuiditur, vt fracta.

Simila ---

Amolum, flos farinæ tenuissimum præ leuitate de mola egestū: vnde & appellatum, quasi à mola.

Farina, & furfures à farre dictæ, cuius sunt purgamenta.

Pollis----

Fermentum à feruore nuncupatū, quòd plus vna hora non potest contineri. Crescēdo enim excedit.

Carnes dictæ, quia caræ sunt, siue à creando, vnde & à Græcis κρέας vocatur.

[s] Crudum, quòd sit cruentum: est enim cum sanguine.

Coctum, quasi coactum, id est, ab igne, & aqua violenti modo actum, vsuique comestionis aptum. Sed & multi tēporis aliquid coctum vocatur.

[y] Assum, quòd ardeat, quasi arsum.

[x] Elixum, eo quòd in aqua sola decoquitur. Lixa enim aqua dicitur, ab eo quòd sit soluta: vnde & solutio libidinis luxus, & membra loco mota luxa dicuntur.

Frixum à sono dictum, quando in oleo ardet.

Salsum, quasi sale aspersum, dēptis è medio syllabis tribus.

Rancidum, ex vitio nuncupatum, quòd rancos efficiat.

Succidia, carnes in vsum repositæ, à succidendo dictæ.

[y] Lardum, eo quòd in domo repositum cōseruatur. Nam antiqui domos lares dicebāt.

[z] Taxea, lardum est Gallicè dictum. Vnde Afranius in Rosa: Gallum sagatum, pingui pastum taxea.

Axungia, ab vnctione vocata.

Sebum, à sue dictum, quasi suebum, quòd plus pinguedinis hoc animal habeat.

[a] Offa, est propriè frustum dentium, cuius diminutiuum offellam facit. Vnde & offarij coci, quia particulatim, id est, offatim exquunt. [b] Nunc offa latrantium, quia si in os canis iacitur, satiatus illicò compescitur, & silescit.

Frustum vocatum, quòd capiatur à frumine. Est enim frumen summa pars gulæ.

[c] Pulpa dicta, quòd cum pulte olim mixta vescebatur. Vnde & pulmentum, & pulmētarium dicitur. [d] Pulpa autem est caro sine pinguedine, dicta, quia palpitet, resilit enim

A sæpe. Hanc plerique viscum vocāt, eo quòd glutinosa sit.

Lucanicæ dictæ, quòd prius in Lucania factæ sunt.

Farcimen, caro concisa & minuta, quod eo intestinum farciatur, hoc est, impleatur, cum aliarum rerum commixtione.

[e] Minutal vocatum, quod fiat de piscibus, & isicijs, oleribusq. minutatim concisis.

[f] Afratum, quod Latinè spumeum vocatur. ἀφρὸς enim Græcè spuma dicitur.

[g] Martisia in mortario ex pisce fiunt, vnde & nominata.

[h] Isocen piscem quendam vocant, ex quo primùm isicia facta sunt, & quamuis ex alio genere piscium fiant, initium tamen piscis vocabulum dedit.

Galaticæ à colore lacteo nominatæ. Græci enim γάλα lac dicunt.

Sphæra à rotunditate Græco vocabulo appellatur. Quidquid enim in rotundū formatur, σφαῖρα à Græcis dicitur.

Ius coquinæ magistri à iure nuncupauerunt, quia ea lex condimenti eius. Hoc Græci ζωμὸν vocant.

Caseus vocatur, quod careat sero, quasi careum. Nam serum ei omne deducitur, [i] vt ponderibus arguatur.

[k] Colostrum, lac nouum, quod neutri generis est.

Lac à Græco sermone deriuatum est pro candore. Græci enim album λευκὸν dicunt, lac verò & sanguis, quod nutrit, & quod nutritur. Nam lacte [l] nutrimur, viuimus sanguine.

Quactum, quasi coactum, & quasi coagulatum. Acceptra enim secum alia specie coagulat.

Mel Græcæ appellationis est, quod ab apibus nomen habere probatur. Nā apis Græcè μέλισσα dicitur. [m] Antea autem mella de rore erant, inueniebanturque in arundinum folijs, vnde Virgilius: Hactenus aërij mellis cælestia dona. [n] Siquidem hucusque in India, & Arabia colligatum reperitur, ramis inhærens in similitudinem salis. Omne autem mel dulce dicitur. [o] Sardum, amarū est absinthij causſa, cuius copia eius regionis apes nutriuntur.

Fauus vocatur, quia comeditur magis, quā bibitur: φαγεῖν enim Græci comedere apellant. [p] Aiunt autem medici, & qui de humanorum corporum scripsere naturis, præcipuéque Galenus in libris, quorum titulus

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est περὶ ὑγίας puerorum & iuuenũ, ac perfectæ ætatis virorum mulierúmq. corpora insito calore feruere & noxios esse ijs ætatibus cibos, qui calorem augeant sanitatíq. conducere frigida quæque in esum sumere, sicut contrario senibus, qui pituita laborant, & frigore, calidos cibos, & vina vetera prodesse.

a Cap. II. Alimonium alendi cura. *Varro* 1. *de re rust. c.* 8. Vbi natura humida ibi altius vitis attollẽda, quod in partu & alimonio vinum non vt in calice quærit aquam, sed solem.

b Dapes regum sunt. *è Serv. Æn.* 1. *ad* 7. Qui dapib. mens. on. & p. p.

c Saturitas à satura. *Vid. Fest. in Satura.*

d Iantaculum. *Ita meliores libri, & apud Festum in* Si- B latum *Itemq. in abbreuiatoris vauli manuscripto libro, non vt in vulgatis* ientaculum.

e Vnde est illud ducis. *Leonida Spartanor. ducis. apud Iustin. & Cicer. Tusc.* 1.

f Merenda cib. q. d. d. sum. *Non.* Merenda cibus qui post meridiem datur. *Gloss.* Merenda ἄριστον δεῖπνον *Calpurnius:* seræ cùm venerit hora merendæ.

g Item merendare quasi meridie edere. *Ne hoc quidem auctore caret. Fest.* Merendam antiqui dicebãt pro prandio, quod scilicet medio die caperetur. *Tamen adhuc eadem de re alitet cap. sequenti Isidorus.*

h Annona tractum, &c. *Nihilo melius Suid. in voce* Νεννα. δοκοῦσι ἤ παρ' αὐτας γενέσθαι, αἱ ἀννόναι, ὡς ὅτον ἀνὰ τὰς νόννας διδομέναι.

i Apud veteres n. solitum erat in propatulo. *Valer. lib. 2. c. 1. & Macrob. lib. 3. c. 17.*

k quam Vespernam antiqui dicebant. *Fest.* Cœna C apud antiquos dicebatur, quod nũc est prandium: Vesperna, quam nunc cœnam appellamus. *Item in* Vesperna. Vesperna apud Plautũ cœna intelligitur.

l In vsu enim non erant prandia. *è Serv. Æn. 4. ad* 7. Nunc ead. labente die. c. q.

m Fermentatius. *Ita pleriq. Gotth. vt clibanitius, & Focatius.*

n Rubidus recoctus, & rubefactus. *Festus:* Rubidus apud Plautum panis vocatur parum coctus, *sed locus è Casina ab eo citatus Isidoro potius fauet.*

o ipse est & Focatius. *Vulgo hogaza.*

p Sphungia panis aqua diutius malaxatus. *Ita meliores libri, & malaxandi vox citatur à Zanch. ex Varrone.*

q Dulcia. *Al. Dulciamina, haud malè. Hieronymus in vita S. Pachomij.* Qui ante fores conuiuij egredientibus fratribus erogat dulciamina, in tribuendo meditetur aliquid de scripturis. Hinc Dulciarij. *Glossar.* γλυκογράμματος, Dulciarius. *Et* πλακοῦς ἁγίου Θ. Placentarius. Dulciarius.

r Crusta est superf. p. *De crusta, & crusta. Vid. Serv. Georg. 3. & Æn. 7. & Varr. lib. 4. Hoc autem loco tantum retinuimus, quæ in vetustioribus libris inuenimus.*

s Crudum quod sit cruent. *Serv. Æn.* 10. crudum per costas exigat ensem, crudelem, cruentum.

t Sed & multa temporis coctum. *è Serv Æneid.* 11. *ad* 7. Solidum nodis, & robore cocto.

v Assum. assum. *Recte quatuis Varronis.* Assum quod ab igni assum deficat. *dictum placeat.*

x elixum--- lixa n. aqua. *Nonnius:* Elixum quidquid ex aqua mollitur, nam lixam aquam veteres dixerunt.

y Lardum, eo quòd in dom. rep. *At Macrob. lib. 7. c. 8.* Lardum, quasi longè aridũ, opinor, vocamus.

z Taxea. *Hinc fortasse apud nos tocino, atque etiam tassajo.*

a Offa-- cũius diminutiu. ofella. *Serv. Æn. 6.* Melle soporatam, & medicatis frugib. offam. Hinc est diminutio ofella, sed f. non geminat, in diminutione enim multa mutantur.

b Nunc offa est latrantium. *In Placidi glossis:* Offa latrantium est, diminutiuum ofellam facit, quæ si in os cani iaciatur, satiatus illico compescitur, & silescit.

c Pulpa dicta quia cum pulte. Nam pulte *(ait Plinius lib. 17. c. 8.)* non pane vixisse longo tẽpore Romanos manifestum est, quoniam inde pulmentaria hodieq. dicuntur.

d Pulpa est caro sine pinguedine-- glutinosa. *Eadem sup. Lib. 11. c. 1.*

e Minutal. *Iuuen. Satyr. 14.* Hesternum solitus medio seruare minutal Septembri.

f Afratum. *Al.* Afrotum. *Africia etiam apud Arnob. lib. 7. genus libi esse videtur, aut certè pultis.*

g Martisia. *Ex hoc loco, opinor, Martifrium vetulit in lexicon suum Alfonsus quidam Palentinus, (cui quantum tribuendum sit, alij viderint) illud constat multa eum ex Isidoro descripsisse. Is ergo:* Martifrium genus (inquit) condimenti ex piscib. *vt videri alicui posset Martyphrium Gloca vox. est enim ἀφρῶδες piscículus, de quo Athenæus lib. 7.*

h Isocen-- Isicia. *Arnob. lib. 7.* Quid sibi hæc volunt apexabo, Isicia, silicernium, longauo? quæ sint numina, & farciminum genera hirquino alia de sanguine commistis alia inculcata pulmonib.

i vt ponderibus arguatur. *Seri nihil remanere.*

k Colostrum lac nouum. *Serv. eclog. 2.* Hoc vero laudabile est, quod quis habeat lac nouum, id est, colostrum, quod neutri generis est.

l Lacte nutrimur, viuimus sang. *Idem Æn. 3.* animámque sepulcro condimus, lacte corpus nutritur post animæ coniunctionem, & anima sine sanguine nunquam est.

m Antea mella de rore erant. *Ex eod. initio Georg. 4.*

n Siquidem huc vsque Ind *è Dioscor. lib. 2.*

o Sardum autem amar. *Ex eod.*

p aiunt Medici-- prodesse. *Ex Hieronym. ep. 10. ad Furiam de viduitate seruanda.*

De potu. Cap. III.

D

POtio à Græca deriuatione vocatur. Hanc enim illi πότον dicunt.

a Aqua generaliter vocata, quod superficies eius æqualis sit, hinc & æquora, quam inde recentem dicimus, quia non est veteris vetusta, vt vinum, sed statim sublata de flumine, fonte, vel puteo, fœtescit enim vetusta.

Vinum inde dictũ, quòd eius potus venas sanguine citò repleat. Hoc alij quod mo-

cura soluat, Lyæum appellãt. Veteres vinũ, A venenum vocabant. Sed postquam inuentum est virus lethiferi succi, hoc vinum vocatum, illud venenum. Vnde & Hieronymus in libro quem de Virginitate conseruanda scripsit: Adolescentulas, dixit, ita vinum debere fugere vt venenum, ne pro ætatis calore feruenti bibant, & pereant. Inde est, quod b apud veteres Romanos fœminæ non vtebãtur vino, nisi sacrorũ causa certis diebus.

Merum dicimus, cùm vinum purũ significamus. Nam merum dicimus quicquid purum atque syncerum est, sicut & aquam meram, nulli vtique rei mixtam. Hinc & B merenda, quod antiquitus id temporis pueris operarijs, cibus panis merus dabatur, aut quòd meridiem eodem tempore, id est, soli, ac separatim, non vt in prandio, aut in cœna ad vnam mensam. Inde credimus etiam illud tempus, quod post medium diem est, c meridiem appellari, quòd purum fit.

Mustum, est vinum è lacu statim sublatũ. Dictum autem creditur mustum, quòd in se limum, & terram habeat mixtam. d Nam mus terra, vnde & humus. Cuius tanta vis feruoris est: vt vasa, quamuis grandia, ex eo plena, absque spiramine relicta illicò distum C pat.

c Roseum vinum, id est, cum rubore. Rosa enim rubet.

f Amineum verò, quasi sine minio, id est, sine rubore: nam album est.

Sucinatium, succinæ gemmæ simile est, id est, fului coloris,

Limpidum vinum, id est, perspicuum ab aquæ specie dictum, quasi lymphidũ. Lympha enim aqua est.

Turbidum, quasi terbidum, id est, terra commixtum, quod est fæce.

Falernum vinum vocatũ à Falerna regione Campaniæ, vbi optima vina nascuntur. g Colatum, vas proprium nuncupant in D quo deportatur.

h Gazetum verò à regione, vnde defertur. Gaza enim oppidum est Palæstinæ.

i Infertum vinum dicitur, quod altario liba batur, atque offertur.

k Spurcum, quod offerri non licet, aut cui aqua admixta est, quasi spurium, hoc est, immundum.

Honorarium vinum, quod regibus & potentibus honoris gratia offertur. Cato de innocentia sua: Cùm essem in prouincia legatus, complures ad Prætores, & Consules vinum honorarium dabant: nunquam accepi, ne priuatus quidem.

m Crucium vinum, est insuaue, quod seruui potant.

Acetum, vel quia acutum, vel quia aquatum. Vinum enim aqua mixtum cito in hũc saporem redigitur. Vnde & n acidum, quasi aquidum.

Conditum vocatum, quod non sit simplex, sed cõmixtione pigmentorũ cõpositũ.

o Lactatum, est potio è lacte.

Mulsum ex melle mixtum. Est enim potio ex aqua, & melle, quod Græci μελίκρατον vocant.

p Oenomelũ, mustum melle admixtũ vehementerq. agitatum, atque commotum.

Hydromelum, quod fiat ex aqua, & malis Matianis.

q Saccatum, liquor est aquæ fæci vini admixtus, & sacco expressus.

r Lorea ---

Oxymeli appellatum, quòd aceti & mellis permixta cõficitur materia, vnde & dulcedinem retinet & acorem.

Rhodomeli dicitur, eo quòd in succoro- sæ mel admisceatur.

Melicratum, vinum melle mixtum.

Medus, quasi melus, quia ex melle fit, sicut calamitas pro cadamitas.

f Fæcula, vua pinguis, decocta vsque ad crassitudinem mellis, ac refrigerata vtilis stomacho.

t Passum, quicquid ex vua passa compressum effluxerit. Dicitur autem passum à patiendo. Nam percutitur vua siccior, & decoquitur, & inde fit passum.

v Defrutum dictum est, quod defraudetur, & quasi fraudem patiatur.

Carenum, eo quòd feruendo parte careat. Tertia enim parte musti amissa, quod remanserit, carenum est. Cui contraria. Sapa est, quæ feruendo ad tertiã redacta descenderit.

x Sicera, est omnis potio, quæ extra vinum inebriare potest. Cuius licet nomen Hebræum sit, tamen Latinũ sonat pro eo quòd ex succo frumenti, vel pomorum conficiatur, aut palmarum fructus in liquorem exprimãtur, coctisq. frugibus y aqua pinguior, quasi succus colatur, & ipsa potio sicera nũcupatur.

z Cęruisia à Cerere, id est, fruge vocata. Est

enim potio ex seminibus frumenti vario modo confecta.

Cælia, à calefaciendo appellata. Est enim potio ex succo tritici per artem confecta. Suscitatur enim igneailla vis germinis madefactæ frugis, ac deinde siccatur, & post in farinã redacta molli succo admiscetur, quo fermentato sapor austeritatis, & calor ebrietatis adijcitur. Quæ fit in ijs partibus Hispaniæ, cuius ferax vini locus non est.

Fæx dicta, quod sese vasis emergendo affigat.

Garum, est liquor piscium salsus, qui olim conficiebatur ex pisce, quem Græci γάρον vocabant, & quamuis nunc ex infinito genere piscium fiat, nomen tamen pristinum retinet, à quo initium sumpsit.

Liquamen dictum, eo quòd soluti in salsamento pisciculi eundẽ humorem liquant. Cuius liquor appellatur salsugo, vel muria.

Propriè autem muria dicitur aqua sale commixta effectáq; gustu in modum maris.

Succi dicti, quod sacco exprimuntur, vt ptisanæ.

Ptisanæ, zema, opozema, Græca vocabula sunt.

a Cap. III. Aqua-- quod superficies eius æqualis. *Ita Varro.* Aqua, quod æqua summa.

b Apud veteres Rom.--dieb. *è Seru. Æn. 1. ad v.* Primaq. libato s. t. a. o.

c meridiem appellari-- quod purum. *Idem sup. lib. 3. c. 41. & 5. c. 30. & 13. c. 1.*

d Nam mus, terra est. *Ita etiam lib. 12. c. 3.*

e Roseum. *Rosete vocant nostri.*

f Amineum--album est. *è Seru. Georg. 2. ad v.* Sunt & Aminææ vites.

g Colatum vas prop. *Seru. Georg. 2. ad v.* tu spisso vimine qualos, Colaq. prelor. qualos per quos vinum defluit, qui & ipsi à colando dicti sunt.

h Gazetum. *Sidon. Apollinar.* Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna.

i Infertum, *Sic omnes libri. Sed inferium legebat vir doctissimus, cuius meminere Festus. & Arnob. lib. 7. & Cato. c. 34. De fercto, vel ferto, vid. sup. lib. 6. c. 19.*

k Spurcum quod offerri non licet. *è Fest.*

l Honorarium. *Frumenti quoq. honorarij meminit Cicero in Pisoniana.*

m Crucium vinum. *Festus:* Crucium, quod cruciat vnde Lucilius vinum in suaue crucium dixit.

n & accidum q. aquidum. *Quæ post hæc leguntur in editis, interpretationem lora, quæ paullo post nuda relicta est, putabat Chacon: cui assensi sumus.*

o Lactatum est potio èlacte. *Plin. lib. 33. c. 2. mutæas lactatu pinguescere dixit.*

p Oenomeli. *Vid. Pallad. in Octob.*

q Saccatum liq. est aq. f. v. a. sacco expressus. *Non deest, qui duo vini genera hoc loco confusa putet, itaq. legat:* Saccatum sacco expressum. Fæcatum, liquor est aquæ, fæci vini admixtus. *Nam saccato negant aquam admisceri. & Facati meminere Cato, & Plinius.*

r Lorea. *Est vilis potus seruis aptus, quia aqua lauantur vuæ in torcul. ri post expressum vinum. His enim verbis aliunde euocatis expleri hanc lacunam placebat Chacon.*

s Fæcula-- vtilis stomacho. *Horat. lib. 2. Satyr. 8.* qualia lassum peruellunt stomachum, siser, halec, fæcula, Coa--

t passum. *Ex Pallad. in Octob. c. 19.*

v Defrutum, Carenum, sapa. *Ex eodem c. 18. apud quem à defraudando, non à deferuendo legisse videtur Isidorus.*

x sicera est omnis pot. *Ex Hieron. ep. 2. ad Nepotian. itaq. non inscitè apud Tertullianum pro* שכר *ebriamen legitur.*

y aqua pinguior, quasi succus colatur. *Hieronym.* aqua pingior coloratur.

z Ceruisia--Cælia. *Hispaniensis vox. Plinius lib. 22. c. vlt.* ex ijsdem fiunt & potus Zethum in Ægypto, Cælia, & Ceria in Hispania, Ceruisia, & plura genera in Gallia.

De vasis escarijs. Cap. IV.

VAs dictum à vescendo, quòd in eo esca adponantur. Cuius diminutiuum vasculum, quasi vesculum.

Fictilia dicta, quòd fiant, & fingãtur ex tetra. Fingere enim est facere, & formare, & plasmare: vnde & figuli dicuntur. Et vas fictile dicitur, non fictum illud quod mendacium est, sed quod formatur vt sit, & habeat aliquam formam: vnde & Apostolus dicit. Nunquid dicit figmentum ei, qui se fingit, quare me sic feciſti?

a Fictilia vasa, in Samo insula prius inuenta tradũtur, facta ex creta, & indurata igne, vnde & Samia vasa. b Postea inuentum est rubricam addere, & ex rubra creta fingere. c Antiquiorem autem fuisse (dicunt) vsum fictilium vasorum, quàm fundendi æris, aut argẽti. d Apud veteres enim, nec aurea, nec argentea, sed fictilia vasa habebantur: sicut ad vina dolijs excogitatis, ad e aquas amphoris, hydrijs ad balnea, ac reliquis, quæ in vsus hominum, aut rota fiunt, aut manu agitantur.

Argilla autem excocta testæ vocabulum suscipit, quia dũ mollis esset, efficitur testa, nec communicat cum vocabulo pristini generis, quia quod fuit, non est.

f Aretina vasa, ex Aretio municipio Italiæ dicuntur, vbi fiũt: sunt enim rubra. De quibus Sedulius: Rubra quod appositum testa ministrat olus.

Samia vasa quidam putant ab opiddo Samo Græciæ habere nomen. Alij dicunt cretam esse Italiæ, quæ non longè à Roma nascitur, g quæ Samia appellatur.

Cælata vasa argentea, vel aurea sunt, signis eminentioribus intus extráue expressa: à Cælo vocata, quod est genus ferramenti, quem vulgo h Cilionem vocant.

i Chrysendeta, vasa deaurata, Græcum est.

k Anaglypha, quòd superius sint sculpta, Græci enim ἄνω sursum, γλυφὴ, sculpturam dicunt, id est, sursum sculpta.

Discus, anteà iscus vocabat' à specie scuti: l vnde & scutella. Postea discus vocatus, quod det escas, id est apponat. A quo, & discumbentes dicti siue ἀπὸ τοῦ δίσκειν, idest, quod iaciant.

m Messorium vocatum à mensa per derivationem, quasi mensorium.

Parapsis, quadrangulum, & quadrilaterũ vas, id est, paribus absidis.

Patina, quòd dispansis patentibusque oris sit lancis.

n Gabata, quasi cauata, g. pro c. littera posita. Hinc & concha, sed illa cauata, ista concaua: sic & Græci hæc nuncupant.

Scutella, à scuto per diminutionẽ est enim eiusdem similis.

o Apophoreta à Græcis à ferendo poma, vel aliquid nominata: est enim plana.

p Salinum, vas aptũ talibus. q Idem & Sulzica, quasi salzica.

Acetabulum, quasi acetaferum, quod acetum ferat.

Cochlear, ab vsu prius cochlearum dictũ. Hinc est illud q veterum distichon: Sũ cochleis habilis, & nec minus vtilis ouis. Nũquid scis, potius cur cochleare vocor?

r Trisceles Græcè, Latinè tripedes. Qui autem quattuor pedibus insistunt, abusiuè dicuntur.

In vasculis autem tria quæruntur, quæ placeant: manus artificis, pondus argenti, splendor metalli.

a Cap. IV. Fictilia vasa in Samo insula. *Ex Plin. lib. 35. c. 12.*

b Postea inuentum & rubricam addere. *Plinius:* Dibutadis inuentum est, rubricam addere, aut ex rubrica cretam fingere.

c antiquiorem autem fuisse. *Ex eod.*

d Apud veteres-- sicut ad vina. *Plin.* etiam fictilib. vasis ad vina excogitatis, & ad aquas:

e ad aquas amphoris. *Ita vollux lib. 10. c. 5. & Hesych. vnde etiam interpres vulgat. edit.* κεράμιον, *amphoram aquæ reddidit. Amphoris vina quoque seruari, nihil notius. Horat.* Parcis deripere horreo, Cessantem bibuli Consulis amphoram. Et, amphorę fumum bibere institutę Consule Tullo.

f Aretina vasa. *De quib. Martial. lib. 14. epig 98.*

g quæ Samia appellatur. *Quoniam de Samijs paullò antè dixerat, Samnia hìc quidam reponebat. Samnates enim non longè à Roma.*

h quod vulgo cilionem. *Al.* cilicionem. *Sinzel à nobis dicitur.*

i Chrysendeta. *Vasa argentea aureis crustis illigata, ait Bayfius.*

k Anaglypha. *Seru. Æn. 5.* atq. aspera signis, id est, sculpta (*inquit*) anaglypha.

l vnde & scutella. *Et scutula Martialis,* & leues scutulas, cauasq. lances.

m Messorium. Missorium *C. Quet. colleg.*

n Gabata. *Martial.* Transcurrunt gabatæ, volantque lances.

o Apophoreta, *Vt videantur non tantum munera, aut reliquiæ, quæ è conuiuijs tollerentur, sed vasa quoque apophoreta nominata.*

p idem & Sulzica. *Cuius vocis vestigium alibi nullum vidimus.*

q veterum distichon. *Mart. lib. 3. epig. 121.*

r Trisceles. τρισκελὴς.

De vasis potorijs. Cap. V.

POculum à potando nominatũ. Est enim omne vas, in quo bibẽdi est consuetudo.

Phyalæ dictæ, quod ex vitro fiant. Vitrum enim Græcè ὕαλος dicitur.

Pateræ, phyalæ sunt dictæ, vel quod in ipsis potare solemus, vel quod patentes sunt dispansisque labris.

Cratera, calix est duas habens ansas, & est Græcum nomen: declinatur autem apud eos, hic crater. a Nam Latinè hæc cratera dicitur. Vnde Persius: Si tibi crateras argenti.

--Virgilius: Crateras magnos statuunt, & vina coronant. b Fiebant autem primùm à connexionibus virgultorum: vnde & dictæ crateræ ἀπὸ τῆς κράτης, id est, quòd inuicẽ se teneant.

Cyathi quoq. & Scyphi, Cymbia, & ipsa poculorũ sunt genera. Ex quibus cymbia pocula dicta sunt ex similitudine cymbę nauis.

d Amystis, species poculi, qua ductim, idest, vno spiritu bibitur.

e Baccea primùm à Baccho, quod est vinũ, nominata: postea in vsibus aquarijs transijt.

f Calices, & Calathi, & Scalæ g poculorũ genera, antea ex ligno facta, inde & vocata. Græci enim omne lignũ χάλκον dicebant.

Ampulla, quasi ampla bulla: similis est enim rotunditate bullis, quæ ex spumis aquarum fiunt, atque ita inflantur vento.

a Cap. V. Nam Latinè hæc cratera-- argenti. *Seru. Æn. 1.*

b fiebant autem primum connexionib. virgultor. *Quæ fortasse crateras dicebantur, de quib. Nonnius.*

e Cymbia-- nauis. è *Serv. Æn. 5.*

d Amystis. *Inde ἀμυστὶ νίνειν dicunt Græci vno haustu labris non clausis bibere. Horat.* Neu multi Damalis meri Bassum Threicia vincat amystide.

e Baccea. *Al.* Bacchia *Vulgo bazia.*

f Calathi *Virgil. eclog. 5.* Vina nouum fundam calathis Ariusia nectar.

g Scalè. *Quibus (credo) quasi per gradus aqua crepitùs desiliret, qualia multa hodie fictilia, & vitrea vasa sunt.*

De vasis vinarijs, et aquarijs. Cap. VI.

OEnophorus, vas ferès vinum: ὄινος enim vinum est; de quo illud est: [a] Vertitur œnophoris fundus, sententia nobis.

[b] Phlascæ à Græco vocabulo dictæ. Hę pro vehendis, ac recondendis phialis primum factæ sunt, vnde & nuncupatæ sunt. Postea in vsum vini transierunt, manente Græco vocabulo, vnde & sumpserunt initium.

Lagena, & [c] Sicula, Græca nomina sunt, inflexa ex parte, vt fierent Latina. Illi enim λάγηνος nos lagenam, illi Sicile, nos siculam dicimus.

Cantharus---

Hydria vasis genus aquatilis per deriuationem vocata: ὕδωρ enim Græci aquam dicunt.

[d] Sicula, quod sitientibus apta sit ad bibẽdum, quod vas [e] Græci cadum vocant.

[f] Catinum, vas fictile, quod melius neutro genere dicitur, quàm masculino, sicut & salinum dicitur vas aptum salibus.

[g] Orca, est amphoræ species, cuius minore vocabulo vrceus, diminutiuo vrceolus est.

[h] Scyphus, in quo manus lauamus.

Seriola est orcarũ ordo directus, vel vas fictile vini, apud Syriam primum excogitatum, sicut [i] Ciliciſes à Cilicia nuncupatæ, vnde primùm aduectæ sunt.

Dolium --

Cupos, & cupas, à capiendo, id est, accipiendo aquas, vel vinum vocatas volunt: vnde & Caupones.

Vtres ab vtero.

[k] Mulgarium, vas, in quod mulgẽtur pecora. Idem & mulctrum, quod in eo mulgeatur lac.

Labrum vocatum, eo quòd in eo lauationem solitum est fieri infantum, cuius diminutiuũ labellum. Idem & alueum, quod in eo ablutionem fieri solitum sit.

[l] Pelues vocatæ, quod pedes ibi lauentur.

Siphon vas appellatum, quod aquas sufflando fundat: vtuntur enim hoc orientales. Nam vbi senserint domum ardere, currunt cum siphonibus plenis aquis, & extinguunt incendia: sed & [m] camaras expressis ad superiora aquis emundant.

[a] Cap. VI. Vertitur OEnophor. fund. *Diximus lib. 1. citari hunc versum à Nonio in sententia ex Lucil. lib. 3. Satyr.*

[b] Phlascæ à Græco vocab. *An quasi φιάλων ἄσκοι, hoc est phialarum cullei. Nos vulgo frascos dicimus.*

[c] Sicula. *Mira hic in libris varietas*, ſicula, ſcicula, ſingula, ſigula. *Item paullo post* illi ſicile, illi ſcicile. Sicula *tamen*, & ſicile *in plerisque libris.*

[d] Sicula. *Festus.* Nanum Græci vas aquariũ dicunt humile, & concauum, quod vulgo vocant siculum barbatum. Vnde nani pumiliones appellantur, &c.

[e] Græci cadum. *non n. cadus vnius generis vas.*

[f] Catinum vas fictile. *Vid. Varr. lib. 4. & lib. 1. de re rust. c. 43.*

[g] Orca est amphor. *Vocem esse Hispanienſem innuit Varro 1. de re rust. cap. 13.* Orcæ in Hispania feruore musti ruptæ, necnon & dolia in Italia.

[h] Scyphus in quo manus lauamus. *Plutarch. in Anton. παιδαρίῳ εἰς ἀργυρᾶν σκύφον ὕδωρ ἐμβάλλοντα κομίσαι, &c.* Potorium quoq. *fuisse vas, nemo ignorat.*

[i] Sicut Ciliciſes, *Al.* Siliciſſes, Silicenſes, Ciliſes, Cilicienſes.

[k] Mulgarium vas. *Quod Mulctrá, & mulctrale, vel mulctrare. Sed Georg. 3.* More patrum niuea implebit mulgaria vaccæ, *in codicibus antiquiſsimis legi admonuit Pierius, & eadem voce vsum ante Valgium.* Sed nos autẽ casam tepidi mulgaria lactis.

[l] Peluis. *Varr. lib. 4.* Peluis à pedum lauatione, vt pedeluis.

[m] & camaras expresis ad superiora aquis emundant. *Erant enim camerę signis albario opere aliquantum eminentibus ornatę, aut lacunaribus distinctę, eę cum foedidatę erant siphonibus emundabantur, quia propter altitudinem adiri alio pacto non poterant.*

De vasis olearijs. Cap. VII.

HEmicadium, [a] vas olearium.

[b] Scortea, vas olearium, eo quòd sit ex corio, dictum.

Alabastrum, vas vnguentarium à lapide sui generis cognominatũ, quem alabastritem vocant, qui incorrupta vnguenta conseruat.

Pyxides, vascula vnguentaria ex buxo facta. Nam quod nos buxum, Græci πύξον vocant.

[c] Lenticula, vasculum olearium ex ære, aut argẽto factum à liniẽdo dictum. His enim Reges, & sacerdotes liniebantur.

[a] Cap. VII. Hemicadium. *Pollux lib 10. c. 20.*

[b] Scortea. *Festus, siue Paulus in voce Scorta.* Omnia namq. ex pellib. facta scorta appellantur.

[c] Lenticula. *Hieron. Abachuc. 3.* Lenticula vas fictile sic vocatur, id est, φακός, & lenticulam à lentis forma dictam

dictam indicat Apuleius lib. 2 florid. ampullam olearium, quã gestabat lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate. *Aquarium quoq. vas vtrumque fuisse videtur. Nam Reg. 1. c. 26. vbi Dauid e Saulis tabernaculo hastam & φάκος, id est, antiquè tralatio (quam citat Lucifer Caralitanus lib. 1. pro Athanasio) lentem aquæ reddit.*

De vasis coquinarijs. Cap. VIII.

OMnia vasa coquendi caussa parata [a] Cocula dicuntur. Plautus: æneis coculis mihi excocta est omnis misericordia.

Olla dicta, pro eo quòd ebulliat in ea aqua igni subiecto, vt altius vapor emittatur. Vnde & bulla dicitur, quæ in aqua venti intus spiritu sustentatur.

Patella, quasi patula. Est enim olla oris patentioribus.

Cacabus, & Cucuma à sono feruoris cognominantur. Hæc in Græcis & Latinis cõmunia nomina habent, sed vtrum Latini à Græcis, an Græci à Latinis hęc vocabula mutarint, incertum est.

[b] Lebetes, ænei sunt Græco sermone vocati, sunt enim ollæ minores in vsum coquendi paratæ.

Sartago, à strepitu soni vocata, quando in ea ardet oleum.

Tripedes appellatę, quod tribus pedibus consistent, has Græci tripodas vocant.

[c] Mola à rotunditate sui vocata, vt mala pomorum: sic & Græci.

Cribrum, quod ibi currat frumentũ, quasi currifrum.

[d] Rotabulum dictũ à proruendo stercora, siue ignem, panis coquendi gratia.

[a] Cap. VIII. Cocula. *Fest.* Cocula vasa ænea cotionib. apta. Alij dicunt ligna minuta quibus facile decoquantur obsonia.

[b] Lebetes æreisunt. *Serv. Æn. 3. ad v.* Dodoneosque lebetas, ollas æreas dixit.

[c] Mola, vt mala pomor. *Nempe μῆλον & μύλαν confudit.*

[d] Rotabulum. *ſ. o. l. Festus*; Rutabulum est, quo rustici in proruendo igne panis coquendi gratia vtuntur. *Sed quod ad etymologiam attinet, nihil refert rotabulum: an rutabulum scribas, cum inf. c. 12. totam à ruendo trahat. Glos* Rotabulum ἀναλάτης.

De vasis repositorijs. Cap. IX.

GAzophylacium, [a] arca est, vbi colliguntur in templo ea, quæ ad indigentiam pauperum mittuntur. Compositum est autem nomen ex lingua Persica, & Græca.

[b] Gaza enim lingua Persarũ thesaurus, φυλακὴ Græcè custodia interpretatur.

[c] Arca dicta, quòd arceat visum atq. prohibeat. [d] Hinc & arcium: hinc & arcanũ, id est, secretum, vnde & cæteri arcentur.

Cibutum, Græcum nomen est, quod nos arcam dicimus.

Loculus, ad aliquid ponendum in terra factus locus, seu ad vestes, vel pecuniam custodiendam, vnde & per diminutionem dicitur.

Mozicia, quasi modicia: vnde & modicũ z. pro d. sicut solent Itali dicere ozie pro hodie.

Scrinia ---

Saccus, à saggo dictus, quod eo consuto efficiatur quasi sagus.

Marsupium, sacculus nummorum, quem Græci μαρσύπιον appellant. Quædam enim Græca nomina in Latinum paullò inflectũtur propter Romanum eloquium.

[e] Sitarciæ nautarum sunt, ab eo quod sutæ sunt.

Inuolucrum dictum, quod aliquid in se teneat inuolutum.

[f] Fiscus, sacculus est publicus, vnde & fiscellæ, & fiscinæ dicuntur: hunc habent exactores, & in eo mittunt debitum publicum, quod redditur regibus. Fiscus autem primæ positionis est, deriuatiuum fiscina, diminutiuum fiscella.

[g] Canistrum fissis canis cõtexitur, vnde & nuncupatur. alij Græcum asserunt.

Cistella, à costis ex canna, vel ligno quibus contexitur nominata.

[h] Cophinus, vas ex virgulis aptum mundare stercora, & terram portare. De quo dicit Psalmista pro Israël. Manus eius in cophino seruierunt. [i] Dictus autem cophinus, quasi couus, quasi cauus.

[k] Corbes dictæ, quia curuatis virgis contexuntur.

[l] Sporta, vel quod ex sparto fieri solet, vel quod exportet aliquid. (Sporta ab sparto dicta non ab exportando sicut quidam volunt. Prius enim de sparto fiebant.)

[a] Cap. IX. Gazophylacium-- mittuntur. *Verba Augusti. inpſ. 63.*

[b] Gaza n. lingua Persi. è *Serv. Æn. 1. & 5.*

[c] Arca ab arcend. *Varro.* Arca quod arceantur fures ab ea clausa.

[d] hinc & arciuum. ἀρχεῖον *vocant Graeci, vid. Suid.*

[e] Sitarciæ nautar. sunt. *Apuleius lib. 2. de asin.* Hac enim sitarcia nauigiũ Veneris indiget sola. *Sed extẽditur*

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit ur ad alios, vt Reg. 1. c. 9. panes defecerunt de Sitarcijs nostris.

f fiscus sacculus--- dicuntur. *Ex Augustin. in Psalmum 146.*

g Canistrum--alij Græcum asserunt. *Non male. Nam κανάστρον, aut etiam κανάστρον auctore vollucе dicitur.*

h Cophinus vas ex virgulis. *Al.* virgultis.

i Dictus autem cophinus q. couus. *Notatio nata ex scriptura Couinus per digamon.*

k Corbes-- quia curuatis virg. *Nisi ἀπὸ τοῦ κορμός mauis de quo Pollux lib. 10. c. 24.*

l Sporta, vel quod ex sparto. *Secunda interpretatio, quæ priorem reformat, abest à quibusdam veteribus libris. Alia vero, quæ in editis legitur de fructice sparto, allata huc sunt, è lib. 17. c. 9.*

De vasis luminariorum. Cap. X.

A B [a] igne colendo culinam, antiqui appellauerunt focum. Focus, quia φῶς Græcè, Latinè ignis est, vnde iuxta philosophos quosdam cuncta procreantur. Et reuera sine calore nihil nascitur, adeò, vt de Septentrione poëta dicat. [b] Sterili non quicquam frigore gigni. [c] Varro autem focos ait dictos, quod foueant ignes, nam ignis ipsa flamma est. quicquid autem ignem fouet, focus vocatur, seu ara sit, siue quid aliud in quo ignis fouetur.

d Lucerna à lychno dicta est, vnde & breuis est lu, vt Iuuenalis, Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ. Si enim à luce diceretur, non staret versus. Lychnus autem, quasi lucinius. Est enim cicendela lucernæ.

Candelabrum à candelis dictum, quasi candelaferum, quod candelam ferat.

Cereus per deriuationem [a] cera à nomē habet ex qua formatur, [e] de quo quidam, Hic tibi nocturnos præstabo cereus ignes.

Subducta luce altera lux tibi sum.

f Candela à candendo dicitur, eo quòd candendo deleatur.

Lacunaria, pendentia sunt lumina, quasi lucanaria, id est, in aëre lucentia.

g Funalia sunt, quæ intra cerā sunt, dicta à funibus, quos ante vsum papyri cera circundatos habuere maiores, vnde & funera dicuntur. Funalia [h] autē Græci scolaces dicunt, quòd sint scoliæ, hoc est, intorti. Hos Romani funes & funalia nominabant, [i] Funalia candelabra apud veteres extantes stimulos habuerunt, aut vncos, quibus funiculi cera, vel huiusmodi alimento luminis A obliti figebantur. Iidē itaq. & stimuli præacuti funalia dicebantur.

k Lampas, flamma est in vertice lucens: dicta, quòd lambentis motū ostendere videatur.

Fax dicta, quod focos faciat, cuius diminutiuum facula.

Laterna inde vocata, quod lucem interius habeat clausam. Fit enim ex vitro, intus recluso lumine, vt venti flatus adire nō possit, & ad præbendum lumen facilè vbique circumferatur.

Lucubrum vocatum, quod luceat in vmbra. Est enim modicus ignis, qui solet ex tenui stuppa, ceráque formari.

B

l Pyra est, quæ in modum aræ ex lignis construi solet, vt ardeat. πῦρ enim ignis dicitur. [m] Sed pyra est ipsa lignorum congeries, cùm nondum ardet: rogus est cùm ardere cœperit: bustum verò iam exustum vocatur.

n Pharus est turris maxima, quam Græci & Latini in commune ex ipsius rei vsu pharum appellauerunt, eo quod flammarū indicio longe videatur à nauigantibus, sicut supra diximus, qualē Ptolomæus iuxta Alexandriam construxisse octingentis talentis traditur. Vsus eius est, nocturno nauiū cursui ignes ostendere ad pronuntianda vada portusque introitus, ne decepti tenebris naC uigantes in scopulos incidant: nam Alexandria fallacibus vadis insidiosos accessus habet. Hinc igitur in portibus machinas ad prælucendi ministerium fabricatas pharos dicunt. Nam φῶς lux est. ὄρος visio dicitur, vnde & lucifer Græcè φωσφόρος appellatur.

[a] Cap. X. Ab igni colendo culinam antiq. appellauerunt focum. *Mendosè Codices omnes:* Ab igni colendo, & ligna. *Varro apud Nonium lib. 1. de vita pop. Rom.* Quæ sine sit antica, & postica: in postica parte erat culina dicta ab eo, quod ibi colebant ignem. *Nequaquam dubium quin Nonij verba hæc sint.* Colinam veteres eamquinam dixerunt, non vt nunc vulgus putat: culinam scilicet. *Nihil enim aliud propositum illi, quam vt Festimonijs euincat, colinam dixisse veteres, non culinam. Festus item* culigna (*vt ait Festus*) vas potorium. *Sed cur potign. culigna vas potorium potius, quam culina focus fortur, si Varronis etymologiæ credimus? Ego ita existimo nam verum priscumque nomen extitisse, dictamque ab nam eam domus partem (quia, vt ait Varro, postica est) à posteriore parte animalis, sed mutasse priorem vocem veteres honestati seruientes: idque Varronem ipsum vsuserioque dissimulasse, texisse etiam eleganti notatione dictatem, quæ verecundiores aures posset offendere, alibique matici officio. Quod Isidorus quoque persæpè facit. Ita verum quoque reperietur, quod volunt Nonius, colinam dixisse veteres. Illud magis reconditum, quod culinam vocari (ait Festus) locum, in quo epulæ in funere comburuntur.*

b Sterili non quidquam frigore gigni. *è Lucan. 4.*

c Varro autem--quòd foueant. *Et Festus & Ouidius Fast. 6.* At focus à flammis, & quod fouet omnia dictus.

d Lucerna à lychno--non staret versus. *è Seruio Æn. 1. ad v.* dependent lychni laq. aur.

e De quo quidam. *Martial. 14. epig. 42.* Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes, Subducta est puero namque lucerna tuo. *Neque tamen Isidorianor. codicum consensio mutare nos quidquam sinit, cùm hæc quoque ferri possint.*

f Candela--lacunaria. *Leguntur hæc in aliquib. Gothicis, sed absunt à meliorib.*

g Funalia--funera dicuntur. *è Seru. ibid.*

h Quod sint σκολιαί, hoc est intorti. *Vnde vulgo,* antorchas.

i Funalis c. a. v. c. st. h. aut vnc Funus (*ait Don. in And.*) à funalib. dictum est, & vncis, vel cuneis candelabror. quib. deliburi funes, aut cerei fomites infiguntur.

k Lampas--quod lambentis motū *Respexit (credo) ad Virgilij verba,* lambere flamma comas. *Cum alioqui vocem esse Græcam constaret.*

l Pyra--solet. *è Seru Æn. 6.* aramq. sepulcri.

m Sed pyra est ipsa ling. cong--exustum vocant. *ex cod. Æn. 11. ad v.* constituere pyras.

n Pharus est turris, &c. *Exd. sup lib. 15. c. 2. ex Hegesipp. Plin. & Solin.*

ἐρῶ τὸν ἀγαθὸν ἐν ἀγαθοῖς ποτίος.

De lectis et sellis. Cap. XI.

LEcticæ à lectis herbis vocatæ.

Stratus à sternendo dictus, quasi storiatus. In ijs solis antiqui ad dormiendum accubabant: nondum laneis stramentis reperris.

Storia, quod sit terra strata.

b Camā est breuis & circa terram. [b] Græci enim χαμαὶ breue dicunt.

Cubile est cubandi locus.

c Grabatum Græcum est.

Baiono'a, est lectus, qui in itinere baiulatur à baiulando, id est, deportando.

Puluinar, lectus diuitum est, inde & puluillus.

d Spingæ sunt, in quibus sunt spingatæ effigies, quos nos gryphos dicimus.

e Punicani lecti, partu & humiles, primùm à Carthagine aducti, & inde nominati.

f Lecticæ, siue plutei, lecti, de quibus Rutilius Rufus de vita Scipionis, Primum inquit contra consuetudinem Imperatorum ipse prolectis lecticis vtebatur.

g Sponda autem, exterior pars lecti, pluteus interior.

h Geniales lecti, propriè sunt qui sternuntur puellis nubentibus, dicti à generandis liberis.

i Cunabula, sunt lectuli, in quibus infantes iacere consueuerunt, dicta quòd partui adhibeantur, quasi cynabula: nam κύειν est Græcè eniti.

k Pheretrum dicitur, quòd in eo mortui deferantur, & est Græcū nomen. Nam φέρετρον dicitur, ἀπὸ τοῦ φέρειν, id est, à ferendo: nam Latinè Capulus dicitur quòd super capita hominum feratur, sic Plautus. Capularis senex, id est, vicinus capulo.

l Scamna sunt, quæ altioribus lectis apponuntur dicta à scandendo. Hinc & scabelli, qui lectis paruis vel sellis ob ascensum apponuntur, Scabellum autem, & suppedaneum dicitur. Nam quod Græci dicunt ὑποπόδιον, dixerunt Latini scabellum, & alij dixerunt suppedaneum: quòd sub pedibus sit.

m Scansilia, gradus sunt, vbi honorati in sedibus hærent.

C

Sedes dictæ, quòd apud veteres Romanos non erat vsus accūbendi, vnde & considere dicebantur. Postea, vt Varro ait de vita populi Romani, [n] Viri discumbere cœperunt, mulieres sedere, quia turpis visus est in muliere accubitus. Sedes singulari numero proprièregni est, qui Græcè θρόνος dicitur.

Subsellia verò cæterorum, [o] cathedræ doctorum.

Solium, in quo Rex sedet propter tutelam corporis sui, secundum quosdam à soliditate dictum, quasi solidum: secūdum alios per antistichon, quasi sodium, à sedendo. Vnde & sella, quasi seda, dicta est, & subsellia

D quasi subsedia.

Sellæ curules erant, in quibus magistratus sedentes iura reddebant. Dictæ autem curules, quia apud veteres Prætores & Cōsules propter itineris longinquitatem curru ad forum prouehebantur: sellæ autem quæ post eos vehebantur, quibus sedentes dicere iura solebant à curru curules sellæ sunt nominatæ.

q Tripodes, scamnelli sunt, habentes tres pedes, sed & candelabra tripoda sunt, quia similiter habent tres pedes.

[a] Cap XI. Lecticæ à lectis herb. Lectica quòd legebant, vnde eam facerent, stramēta, atque herbas ait *Varro. Festus*: lectus dictus vel à collectis foliis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad cubitandum,&c.

b Græci.n. χαμαὶ breue dicunt. *Idem lib.12.c.1.* Camelis causſa nomen dedit ſeu quod quando onerantur,vt breuiores,& humiliores fiant, accubant, quia Græci χαμαὶ humile,& breue dicunt.

c Grabatum Græcum.κράββατον.

d Spingæ in quib. ſunt ſpingatæ. *Spingæ ſpingatæ legebat Chacon.Videndũ an ab ſphingis de quib.lib.12.c.2.* Sphingæ villoſæ ſunt comis.

e Punicani lecti. *De quib.Cic.pro Muræn. & Valer.lib.9 c.3.& Senec.ep.96.*

f Rutilius Rufus de vita Scip. *Cuius Appianus meminit in lib de bell.Hiſp.ὁ ὑπατικὸς ἐκεῖνος συνεφόρει τῶν ἑαυτῶ ἔργων τότε χιλιοχρύσια.* Cic.in Bruto. Memoriæ teneo Smyrnæ ex P.Rutilio Rufo audiuiſſe,cùm diceret adoleſcentulo ſe accidiſſe,vt ex s.c.P.Scipio, & D.Brutus(vt opinor)cos. de re atroci magnaq. quærerent,&c.

g Sponda autem exterior pars lecti. *Rectè. Nam quod Cæſar à Dolabella (vt ait Sueton. in Iulio) interior ſponda regia lectica dictus ſit, maledictum vehementius facit.*

h Geniales lecti. *Ead.ſup.lib.8.c.vltim.*

i Cunabula--eniti. *è Serv. Eclog.4.*

k Pheretrum--victus capulo. *Ex eod. Æn.11.quare illud quod ſuper capita hominum feratur, aliena ducebat Chacon.neq. id mihi dubium, cùm præſertim addat Seruius.* & dictus capulus quod corpus capiat. *Feſtus quoque* Capulum à capiendo.

l Scamna--Scabell. *Varro lib.4* quo ſimplici ſcanſione ſcandebant in lectum non altum,ſcabellum: in altiorem,ſcamnum.

m Scanſilia--in ædib.hærent. *Al.* in ædib.hærent.

n Viri diſcumbere cœperunt--mulieres ſedere. *Valer. Max.lib.2.c.1.* fœminæ cum viris cubantib. ſedentes cœnitabant.

o Cathedræ doctorum. *Caſtod.in pſ.1.* Cathedra propriè doctorib.datur.

p Solium--dicta eſt *è duob Seruij locis. Æn.1.& 7.*

q Tripodes ſcamnelli. *Sic apud Vitruu.lib.3.c.3.& lib.5.cap.9 in vulgatis tamen exemplarib.* ſcamilli, *qui in alijs* ſcabelli,*&* ſcamnuli.

De vehiculis. Cap.XII.

CArrum à cardine rotarum dictum:vnde & currus dicti quòd rotas habere videntur.

Rota autem dicta,quod ruat,& rotũdum à rota vocatum.

Rheda,genus vehiculi quattuor rotarum. Has antiqui retas dicebant propterea quòd haberent rotas.

a Carpentum, pompaticum vehiculi genus,quaſi carrum pompaticum.

b Plauſtrum,vehiculum duarum rotarum, quibus onera deferuntur. Et dictum plauſtrum,quia voluitur,quaſi diceres pilaſtrum.

c Caracutium, vehiculum altiſſimarum rotarum,quaſi carrum acutum.

d Capſus,carruca vndique contecta,quaſi capſa.

e Pilentum, vel Petoritũ, contexta quattuor rotarum vehicula, quibus matronæ olim vtebantur: Virgilius, Pilentis matres in mollibus.Horatius,Plures calones atque caballi Paſcendi, ducenda petorita. Erant autem antea pilenta veneti coloris, non vt nunc ſunt ruſſati,quibus niſi caſtæ matronæ vti non poterant,ſicut nec vittis.

f Baſterna,vehiculum itineris, quaſi viæ ſternax, mollibus ſtramentis compoſita, à duobus animalibus deportata.

a Cap. XII. Carpentum--q. carrum pompatic. *Ouid.* Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant: Hæc quoque ab Euandri dicta parente recepit *Vt ſit Carpentum, quaſi Carmentum,à Carmenta Euandri matre.*

b Plauſtrum q.pilaſtrum. *Varro* : Plauſtrum quod ex omni parte palam eſt, vel potius à palando hoc eſt extendendo.

c Caracutium. *Gotth.Ou.colleg.* carrucium,*idem à noſtris carricoche dicitur.*

d Capſum. *Vtitur hac voce Feſtus in Ploxemo. Gloſſ.* Capſum πλοῖδιον.

e Pilentum. *è Serv.Æn.8.*

f Baſterna. *Meminit huius etiam Hieronym.Iſ.66.*

De reliquis,quæ in vſu habentur. Cap.XIII.

BAculus, à Baccho repertore vitis fertur inuentus, quo homines moti vino innitterentur.Sicut autem à Baccho baculus,ita à baculo bacillus per diminutionem.

a Fuſtes, quòd præfixi in terram ſtent, quos ruſtici palos vocant, quibus iuuenes pro criminibus feriuntur.

b Veſtes dicti, quòd manibus veſtentur vnde oſtia ſaxáq. velluntur.

c Forfices, ſecundũ etymologiam ſi à filo dicuntur ſ. ponitur, vt forfices, quæ ſunt ſartorum : ſi à pilo per p. vt forpiceps, quæ ſunt tonſorum : ſi ab accipiendo per c. vt forcipes,eo quòd formum capiant,quæ ſunt fabrorum.Formum enim dixerunt antiqui calidum:vnde & formoſus.

Nouacula,eò quòd innouat faciem.

Pecten dictus,eò quòd pexos capillos faciat atque compoſitos.

d Calamiſtrum, eſt acus,quæ calefacta & adhibita calefacit & intorquet capillos. Vnde & calamiſtrati appellantur,qui comã torquent.

Clauis

Clauis dicta quod claudat & aperiat.

a Catenatum quod capiendo teneat.

Horologium,quòdibi horas legamus, id eſt,colligamus. Eſt enim in ſolarijs poſitum, vbi à clauo per lineas currit vmbra,vt quancumque diei horam oſtendat.

a Cap.XIII.Fuſtes dicti q- ſtent. *Sup.lib.5.cap.27.* Fuſtes quod præfixi in foſsis ſtent.

b Veſtes. *Eadem lib.5.c.27.*

c Forfices ſecundum etymolog. *Vel.Longus in libro de orthograph.*Sed quæſtio eſt in loquendo,vt forcipes,& forpices;& arceſſo,& accerſo. His enim minimũ erit dignoſcere quomodo dicantur. Proinde ac dixero,ſcribes mihi,quibus tamen adnotauimus veteres per tranſmutationem ſyllabæ forcipes dixiſſe.Nam & Virgilius, verſantque tenaci forcipe maſſam. Forcipes dicimus ab eo quod formum capiant,id eſt,calidum.

d Calamiſtrum. *è Serv. Æn. 12.ad 7.* crines vibratos calidò ferro.

e Catenatum. *Quod* nos candado.

De inſtrumentis ruſticis. Cap.XIIII.

VOmer dictus quòd vi humum eruat,ſeu ab euomendo terrã. De quo Lucretius: vncus aratri Ferreus, occultò decreſcit vomer in aruis. b Sumítque per detrimenta fulgorem.

Aratrum,ab arando terram vocatum, quaſi araterrium.

c Buris,eſt curuamentum aratri, dictum quaſi βοὸς ὄρος, quod fit in ſimilitudinẽ caudæ bouis.

d Dentale, eſt aratri pars prima,in quo vomer inducitur,quaſi dens.

Cultelli,à cultura dicti, eò quòd ex ipſis putatione veteres in arbore vtebantur & vite,priuſquam falces eſſent repertæ.

e Falx eſt, qua arbores putantur & vites. Dictæ autem ſunt falces.f quòd his primum milites herbam filicẽ ſolebant abſcindere. g vnde eſt illud. Pax me certa ducis placidos curuauit in vſus.Agricolæ nunc ſum,militis ante fui.

Falcaſtrũ,à ſimilitudine falcis vocatum. Eſt autem ferramentum curuum cum manubrio longo, ad denſitatem veprium ſuccidendam. Hi & h Runcones dicti,quibus vepres ſecantur,à runcando dicti.

Serrula,eſt prætenuis lamina ferri, dentium mordacitate reſecans arbores ſeu ramos.

i Raſtra quoque aut à radendo terram,aut à raritate dentium dicta.

Ligones,quòd terram leuent,quaſi leuones.

k Scudicia dicta, eo quòd circa codicem terram aperiat, & quamuis eius vſus in reliquis operibus habeatur, nomen tamen ex caudice retinet.Hanc alij generaliter Foſſorium vocant, quòd foueam faciat,quaſi foueſſorium.

l Sarculi ſunt,vel ſimplices,vel bicornes.

m Paſtinũ, vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo ſemina panguntur. Vnde etiam repaſtinari dictæ ſunt vineæ veteres, quæ refodiuntur.

n Cylindrus, lapis eſt teres in modum columnæ,qui à volubilitate nomen accepit: de quo Virgilius, Area cũ primis ingenti æquãda cylindro,Et vertenda manu.

o Tribula, genus vehiculi,vnde teruntur frumenta,& ob hoc ita vocatur.

p Pala, quæ ventilabrum vulgo dicitur,à ventilandis paleis nominata.

q Furcillæ dictæ, eo quòd ijs frumenta,cilluntur,id eſt,mouentur. Vnde & oſcilla dicta ab eo quòd cillantur,hoc eſt moueantur ora.Nam cillere eſt mouere.

r Teſſeræ ſunt, quibus frumentorum numerus deſignatur.

s Trapetum,mola oliuaria.

t Prelum , trabes quo vua calcata premitur,à premendo vocatum,quaſi preſſorium.

Prelum,quo premitur oleum.

Lacus, quo liquatũ profluit,& quo ab vuis veloliuis torquendo oleũ,vinúmq.exigitur.

Verennes à vehere,id eſt, exportare nominatæ.

v Qualus, per quem muſtũ fluit,à colando dictus.

x Fiſclum quaſi fiſculum,à colando oleum dictum,vel quaſi fiſcella olei.

a Cap XIIII. Vomer--ſeu ab euomendo terr. *Varro:* Aratrum quod arauit terram , eius ferrum vomer quod vomit eo plus terram.

b Sumitq. per detrimenta fulgorem. *f. nitorẽ reſpexit fortaſſe ad Virgilij verba*; & ſulco attritus ſplendeſcere vomer.

c Buris--cauda bouis. *è Serv. Georg.1.*

d Dentale. *Ex eod.niſi quod illic* inducitur, *non* includitur.

Falx eſt. *Pallad.lib.1.c.vlt.* Falces putatorias quib. in arbore vtuntur,& vite.

f Quod hac primùm milites *Vocem* milites *reiicie-bat Chacon tanquam è Martialis verſu acceptam, cùm Palladius,cuius hæc ſunt,militum non meminerit. Ille. n.* Item *(inquit)* falciculas breuiſsimas, quibus filicem ſolemus abſcindere. *Falcis vero vocem à Syriaca Palca*

fluxiſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuxisse eruditissimus vir existimat.

g Vnde est illud: Pax me certa. *Martial. in apophor.*

h Hi & Runcones. *Pallad. ibid.* Runcones quib. vepreta persequimur.

i Rastra. *è Seru. Georg. 1.*

k Scudicia. *Quam nos fortasse escoda vocamus.*

l Sarculi vel simpl. vel bicorn. *Ex Pallad. ibid.*

m Pastinum--refodiuntur. *è Columell. libro. 3. c. 18.*

n Cylindrus lap. *è Seru.*

o Tribula, *ex eodem.*

p Pala *Vtuntur hac voce Tertull. Cypr. Hieron. & August.*

q Furcillæ. *è Seru Georg. 2.*

r Tesseræ sunt quib. frum. num. design. *Seru. Georg. 1.* aut numeros impressit aceruis, id est, aut characteres facit, quib. pecora signantur, aut tesseras quibus frumentorũ nnmerus designatur. Nam numeros pro litteris posuit, quibus numeri continentur.

s Trapetum, mola olear. *Ex eod. Georg. 2.*

t Prelum. *Ex eod.*

v Qualus. *Ex eod.*

x Fiscl̃um. *Aut hic* fiscellum, *aut apud Columell. libro 12. c. 38.* fiscl̃um, *legas.*

De instrumentis hortorum Cap. XV.

ROta [a] dicta, quòd quasi ruat. Est enim machina, de qua à flumine aqua extrahitur. Lucretius. Vt fluuios versare rotas, atque haustra videmus.

[b] Haustra autem, id est rota, ab hauriendo aquas dicta.

Girgillus, quòd in gyrum vertatur. Est enim lignum in [c] transuersa pertica mobile, ex quo funis cum situla vel vtre in puteum demittitur hauriendæ aquæ caussa.

[d] Telonem hortulani vocant, lignum longum, quo hauriunt aquas. Et dictus telon à longitudine τέλον enim Græcè dicitur quid quid longum est. [e] Vnde & mustela vocata, quasi mus longus. Hoc instrumentum Hispani Ciconiam dicunt, quòd imitetur eiusdem nominis auem, leuantem, ac deponentem rostrum, dum clangit.

[f] Hama---

Lupus, qui & Canicula, ferreus harpax, quia, si quid in puteum decidit, rapit & extrahit: vnde & nomẽ accepit. Harpax enim dictus, quia arripit. ἁρπάζειν enim Græcè rapere est.

a Cap. XV. Rota *Vid. Vitruu. lib. 10. c. 11.*

b Haustra. *Non.* Haustra proprièrotarum dicuntur, sicuti Græcè ἅντλια.

c In transuersa pertica. *Al.* parte.

d Telonem hortulani vocant. *Ita scripsisse Isidorum arguit etymologia, sed tollenonem dixisse debuit Festus* Tol-

A leno genus machinæ, qua trahitur aqua, alteram partem prægrauante pondere, dictus à tollendo. *Vtuntur hac voce Liuius, Plin. Vegetius.*

e Vnde & mustella q. mus longus. *Verba sunt seru.*

f Hama---*Ferramentum aduncum ad coercenda incendia. Plin. ep. 250.* Et alioqui nullus vsquam in publico sipo, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. *Et Paul. c. 3. D. de off. præf. Vig.* Sciendum est autem præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calciatũ cum hamis, & dolabris. *Et Vlp. c. 12. D. de fund. inst.*

De instrumẽtis equorum. Cap. XVI.

B PHaleræ, [a] ornamenta equorum sunt, & est sermo Græcus.

Fræna dicta, quòd equos fremere cogant vel quòd hæc equi frendant, id est, imprimant dentibus, & obmordeant. Vnde & nec frendes dicti, adhuc lactentes porculi, quòd nondum aliquid frendant, id est, comminuant dentibus. [b] Hinc & faba fresa quæ molita est.

[c] Lupata, sunt fræni asperrimi. Dicti autẽ lupata à lupinis dẽtibus: qui inæquales sunt: vnde etiam eorum morsus vehementer obest.

Chamus----

Habenæ, ab habendo dictæ quòd ijs equos habeamus, hoc est teneamus: vnde & C equi habiles dicti. [d] Hæc & Retinacula à retinendo.

Lora----

Capistrum, à capite iumentorum dictum.

Sella à sedendo, quasi sedda.

[e] Antella, quasi ante sellã, sicut & postella, quasi post sellam.

[f] Cingulum hominum, generis neutri est, nam animalium genere fœminino dicimus has cingulas.

Sagma, quæ corruptè vulgo dicitur salma, à stratu sagorum vocatur. Vnde & [g] caballus sagmarius, mula sagmaria.

D Capulum, funis, à capiendo, quòd eo indomita iumenta comprehendantur.

Calcaria dicta, quia in calce hominis ligãtur, id est, in pedis posteriore parte, ad stimulandos equos, quibus aut pugnandũ est, aut currendum, propter pigritiam animalium, aut timorem. Nam ex timore stimuli nuncupati, licet sint & libidinis stimuli.

Strigiles nuncupati à tergendo, quòd ijs equi tergantur.

Character est ferrũ caloratum, quo notæ pecudibus inuruntur. χαράσσειν autẽ Græcè, Latinè forma dicitur.

Caute-

Cauterium dictum, quasi cauturium, quòd vrat, & prouida sit in eum, seueráque cautio, vt dum videtur cuius sit, auaritia refrẽnetur. Quòd interdũ pro signo, interdũ pro cura adhibetur, vt vis morbi ignis ardore siccetur.

a Cap. XVI. Phaler. Græcus serm. *è Seru. Æn. 9.*

b Hinc & faba fressa. *Fest.* Frendere est frangere, vnde est faba fressa, vnde & dentib. dicimus frendere. *Gloss.* Faba frensa.

c Lupata. *è Seru. Georg. 3.*

d Hæc & retinacula. *respexit ad Maronis verba*, & frustra retinacula tendens, *Georg. 1.*

e Antella--Postella. *Lege* Antillena & Postillena *inuitis libris omnib. Nam vitium proculdubio natum ex notationib. Gloss.* Antillena ἐφέτης. Postillena *verò etiam legitur in Casina Plauti.*

f Cingulum hom--cingulis. *è Seru. Æn. 9.*

g Caballus sagmarius--mula sagmaria. *Eod. modo legendum apud Seru. Æn. 1. ad illud*: sertisq. recentib. halant. *non* saginarius. *Vid. Suid. in σάγμα.*

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
DIFFERENTIARVM
siue de proprietate sermonum.

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

Isidorus Lectori Salutem.

PLerique veterum sermonum differentias distinguere studuerũt, subtilius inter verba & verba aliquid indagantes. [a] Poëtæ autem [b] gentiles necessitate metrica, cõfuderunt sermonum [c] proprietates. Sicq. ex his consuetudo obtinuit, pleraq. ab [d] auctoribus indifferenter accipi, quæ quidem quamuis similia videantur: quadam tamen propria inter se origine distinguuntur. De his apud Latinos Cato primus scripsit, ad cuius exemplum, ipse paucissimas partim edidi, partim ex auctorũ libris deprompsi: tibiq. Lector, pro [e] delectatione subnotaui.

[a] *Seruius ad ill. 1. Æneï.* nemora inter frondea. [b] *Aliàs* Gentilium. [c] *Al.* proprietatem. [d] *Al.* auctoritatibus. [e] *Al.* pro delectatione legentium.

De litera A.

1 INter Aptum, & Vtile [a]: Aptum ad tẽpus: Vtile ad perpetuum.

2 Inter Amicum, & Socium: Amicus cõstat affectu: Socius re: quia consortio constat.

3 Inter Arrogantem, & Abrogantem: Arrogans, superbus: Abrogans, humilis. Arrogans assumit sibi fiduciã: Abrogans demit, id est, negans.

4 Inter Auarum, & Cupidum: [b] Auarus est, qui [c] suo non vtitur: Cupidus, qui aliena desiderat.

5 Inter [d] Amorem, & Cupidinem: Aliud est, inquit Cato, Philippe, Amor lõgè, aliudque Cupido. Accesit illicò alter, vbi alter recessit: alter bonus, alter malus. Alij verius, Amorem & bonũ dixerũt, & malũ: Cupidinem semper malum. [e] Amoris quadripartita differentia est. Est enim iustus Amor, pius, crudelis, obscœnus. Iustus amor est vxorum, pius filiorum, crudelis cõtra naturam, vt Pasiphaë, obscœnus meretricum.

6 Inter Auspicia, & Auguria: Auspicia sunt, [f] quæ inchoantur, & vltrò veniunt: Auguria, quæ [g] cõsuluntur, & cõsequuntur.

7 Inter Argumentum, & Argumentationem: Argumentum est, quod in principio libri breuiter caussam pandit: Argumẽtatio est, quæ in disputatione fidem [h] assertionibus facit.

8 Inter Artem, & Artificium: Ars est natura liberalis: Artificium verò [i] gestum manibus constat.

9 Inter Absconditũ, & Absconsum. Absconsum est, cuiuslibet arte celatũ: Absconditum verò, naturaliter abditum. Conditũ est enim, non consum. Inde & consuere dicitur, quando [k] rupta atq. aperta quæque [l] texuntur. Porrò [m] occultum ab occulendo, id est, claudendo, dictũ. [n] Arcanum verò ab arca, vel ab arcendo: eò quòd ab eo omnes arceantur, id est, prohibeantur. [o] Inde & Arces dicuntur, à quibus arceantur hostes. Inde & [p] Arca, eò quòd arceat [q] furẽ. Inde & [r] Arcus; eò quòd arceat aduersariũ.

10 Inter Ante, & Antea: Ante locum significat, & personam: Antea tantùm tẽpus.

11 [s] Inter Accubuit, & Recubuit hæc differentia est: Accubuit in triclinio conuiua: Recubuit in cubiculo dominus: Decubuit languidus. Accubare enim est corpore toto: adcumbere cubito.

12 Inter Abscedit, & Discedit. Abscedit, quod à parte qualibet se subtrahit. Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò à medio diuiditur, Discedit.

13 Inter Adulterium, & Fornicationem: quòd [c] Adulterij̃ est, alienã vxorẽ appetere. Fornicatio verò nõ est adulteratio matrimonij fœderis, sed cũ alijs solutis mœchari.

14 Inter Altum, & Excelsum, Sublime, & Arduum: [u] Altum, ex superiori parte, & inferiori est: Excelsum, ex superiori tantùm: [x] Sublime, excelsum est, cum aliqua dignitate: [y] Arduum, excelsum est cum aliqua difficultate. Item altus puteus, murus excelsus. Summa videbis in excelso, ima in alto.

15 Inter [z] Adnisum, Innixum, Subnixum, & Obnixum: Adnisum, [a] conantem ad aliquid: Innixum [b] innitentem in aliquid: vt si quis baculo innitatur, aut columnæ. Subnixum verò instructum aliquo consilio, aut suffultum ex omni parte: [c] Obnixum autẽ obstinatum, vel [d] perseuerantem.

16 Inter Alloqui, [e] Obloqui, Eloqui: Alloqui, hortantis & iubentis. Obloqui, obtrectantis, Eloqui oratoris.

17 Inter [f] Amare, & Diligere putat differre Cicero: Sæpiuſq. sic vtitur, vt distinguat, atq. amare ponat pro ardenter amare; at diligere pro leuius amare. Sicut in Epistolis ad Brutũ: Vale, inquit, & nos ama: vel, si id [g] maius est, [h] dilige. Et rursus: sic igitur facies, me aut amabis; aut, quo contentus sum, diliges. Item [i] ad Dolabellam: Quis erat qui putaret, ad eum amorẽ, quẽ erga te habebam, posse aliquid accedere? tantùm accesit, vt mihi nunc deniq; amare videar; antea dilexisse. Alij dixerũt amare nobis naturaliter insitum; [k] diligere verò electione.

18 Inter Abijcere, & Proijcere distat: quòd enim in despectione est, & neglectum, abijcitur. Quod verò foris est penitus à salute, & à beatitudine alienum, hoc proijcitur. Proijcere autẽ dictũ, quasi porrò abijcere.

19 [m] Inter Arguere, & Coarguere: Coarguere est coercere & compescere: Arguere modò accusare, modò aliquid ostendere, & patefacere est. Virg. [n] Degeneres animos timor arguit. Vnde & Argumenta dicuntur, quæ caussam [o] ostendunt.

20 Inter Adlidere, & Elidere: Adliditur quis proximè: Eliditur longè.

21 Inter Aspicere, [p] & Respicere, &c. Aspicimus ante nos; Respicimus retrò; Suspicimus sursum; Despicimus deorsum; Inspicimus introrsum: [q] Prospicimus longè: Cõspicimus circumquaque. Item Aspicimus

A præsentia: Respicimus prætetita: Prospicimus futura. Qui autem in dexteram laeuamq. se conuertit, hæc adspectat, non aspicit. [r] Notandum sanè, [s] quòd si & despiciens dixerimus, [t] nonnunquam diligenter [u] inquirere significamus. Item [x] Circumінspicere, [y] quæ nec cernere possis. Nam [z] Circumінspicere, est quærere.

22 Inter Adtendere, & Intendere: Adtendere aspicere est: [a] Intendere verò crimina ri, aut ad cædem, aut ad iniuriam: [b] Perrarò tamen in bono est.

23 Inter Audire, & Exaudire: quòd tàm boni, quàm mali Audiuntur: Exaudiuntur tantùm boni.

24 Inter [c] Adolescere, & Inolescere: Adolescere augmenti est: Inolescere [d] consuescere.

25 Inter [e] Adnuntiatur, [f] Nuntiatur, & Denunciatur: Adnunciatur de futuro: [g] Nuntiatur de longinquo: Denũtiatur [i] de præsenti: Renuntiatur de excusando, & repudiando.

26 Inter Aduocatur, Inuocatur, & Euocatur: [k] Aduocatur, daturus patrocinium. Inuocatur, præstiturus auxilium: Euocatur [l] præbiturus obsequium.

27 Inter [m] Abducitur, Perducitur, & Deducitur: Abducitur quis ad rem inhonestã. Perducitur ad [n] studia: Deducit' ad honore.

28 Inter Adficimur, [o] & Afficimur: [p] Adficimur honore: [q] Afficimur iniuria.

29 Inter [r] Aduersum te, & Aduersus te. Aduersum te, aduersarius: Aduersus te, imitator.

30 Inter [s] Alterũ, & Alium: Alter de duobus dicitur: Alius de multis. Alter enim ne vno esse non potest.

31 [t] Inter [u] Apparet, & Paret: [x] Apparet qui videtur, [y] Paret, qui obsequitur: [z] nõ regulæ ratione, sed discernendi intellectus gratia.

32 Inter [a] Aditum, & Ostium: Aditus quibus [b] admittitur: Ostium, quo [c] excluditur.

33 Inter Arbitrum, & Iudicem: Arbiter ex voluntate fit: [d] Iudex ex lege.

34 Inter Aduenam, & Conuenam: [e] Aduenæ de vno loco venientes: Conuenæ de diuersis.

35 Inter Albũ, & Candidum: [f] Albũ natura: Candidũ studio siue cura: Albos ergo capillos; ceram candidam dicimus. [g] Ité Candidũ est quadam [h] nitenti luce perfusum. Albũ verò quòd Auroræ cõstat esse vicinũ.

36 Inter Albentem, & Albescentem: Albentem

bentem dicimus eum, qui iam [i] Albatus: Albescentem, eum qui incipit.

37 Inter Animum, & Animam hoc interest: quòd [k] Animus consilij est: Anima vitæ. Ista semper eadem est: ille pro affectu mutatur. Item mentem antiqui ab animo seperauerunt: Mentem, vt sciat: Animũ verò vt velit aut possit discere: [l] Præterea nonnunquam & Animus pro viribus ponitur.

38 Inter Aluum, & Ventrem, & [m] Vterũ: Aluus interius receptaculum cibi est, quo sordes defluunt: Vt Sallust. [n] Simulans sibi aluum purgari: Venter est aspectus ipsius partis extrinsecus, vt Iuuenalis: Montani quoq; venter adest. Vterus autem proprie prægnantis est. Sed & hoc à Poëtis metri necessitate variatur.

39 Inter Arma, & Tela: [o] Arma sunt, quibus [p] defendimur: [q] Tela, quæ [r] mittimus. Item Arma belli sunt: Armamenta nauiũ.

40 Inter [s] Alluuium, & Colluuium: Alluuium consumptio est riparum ex aquis: Colluuium autem congregatio sordium: quæ fit à fluxione multa.

41 Inter [t] Aquatum, & Aquosum: Aquatam potionem rectè dicimus: [v] Aquosum locum, qui ex se aquam fundit. Ita & meracam potionem, merosum autem vinum appellamus.

42 Inter Apricum, & Opacum: Apricum contrarium [x] est Opaco: quasi apertum cælo vel soli [y] sine horrore frigoris. Et est Apricum, [z] quasi [a] sine flatu & frigore. Hinc & Africam dici quidam existimant, quasi Apricam. At contra [b] Opacum condensum est, & vmbrosum: [c] sicut & Amœnum. [d] Amœna autem dicta eò quòd amentur.

43 Inter [e] Acerbum, & Aceruũ: Aceruus per duas vv. scribitur & significat [f] molem. Acerbus per b. scriptus, significat immaturum.

44 Inter [g] Arbos, & Arbor: Arbor interdum & sine fructu: Arbos verò non nisi fructifera. Similiter Sylua, & Nemus: Sylua interdum est fructuosa: Nemus verò arbores vmbrosæ & infructuosæ intelliguntur.

45 Inter Acerbum, & Immaturũ: Acerbũ est longè à maturitate positum: Immaturũ verò proximum maturitati.

46 Inter [h] Auenã, & Habenã: Auena per v. litterã herba est: Habena per b. litteram lorum est. Habenas autem ab habendo dicas putãt: quòd his equos habemus, hoc est tenemus, vnde & equi habiles dicti.

47 Inter Auem, & Volucrẽ: Aues dicimus, quæ per aëra [i] leuibus volitant [k] pinnis: Volucres autem non solùm aues vocamus, sed quadrupedes nimia pernicitate currentes: sed tamen cum adiectione: vt puta volucrẽ equum, volucrem tigridem. Vt est illud Pacuuij: [l] Volueri currit axe quadriga. [m] Nã & sagittæ volucres dicuntur: quòd his [n] pinnæ conglutinantur. Nam sine adiectione tantùm alitem sonat.

48 Inter [o] Anguem, Serpentem, & Dracone: In mari Angues: in terra Serpentes: in templo Dracones. Vt Virgilius -- Tranquilla per alta angues -- & paulò post. -- serpens amplexus vterque. Item: - Delubra ad summa dracones.

49 Inter Aureum, & Auratum: Aureum auro factum: Auratum ex alia materia factum, & mixtum auro operitur.

50 Inter Animalia, & Animantia: [p] Animalia sunt, quæ habent animã: Animantia tantùm ad animos pertinent.

51 Inter Austrum, & Ostrum: Austrum ventum significat: Ostrum verò purpurant.

52 Inter Annuit, & Abnuit: [q] Annuit cõsentit: [r] Abnuit denegat.

53 Inter Æs, & Es: Æs metalli materia: Es verò verbum est.

54 Inter Animum, & Animam: Anima sine differentia: Animus verò varius est: [s] quòd Animo sapimus: Anima, qua viuimus.

55 Inter [t] Ad, & At: Ad præpositio est: At verò coniunctio.

56 Inter Adiuro, & Abiuro: Adiuro rogo, Abiuro nego.

57 Inter [u] Apud, & Penes: quòd Apud te tunc dico, quum aliquam partem omnem significo. Nam Penes possessionẽ significat: Apud autem quasi corpus & librum, non [x] possessio. Dicimus autem, apud te habeo argentum meũ, non penes te: quæ ergo redduntur apud te habeo, quæ possidentur, penes te habeo.

58 Inter Amburere, & Comburere, & Sepelire: Comburere est igni dare: Amburere ex vtrâque adurere: [y] Vrere est igni adurere penitus, & ad medullam ignem sentire. [z] Sepelire est sepulcro cingere, vel corpus humo tegere & ossa. Inde Virgilius: [a] Corpus humo patiare tegi, [b] Aut si qua id fortuna vetabit, Absenti ferat inferias, decoretq. sepulcro.

59 Inter Audacem, & Temerarium: [c] Au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dax non timet: Temerarius non æstimat A periculum.

60 Inter Ad forum ire,& In forum ire: Ad forum,significatur aliquis locus, in quem imus: In forum,in ipsum forum.

61 Inter Afrum,& Africum, & Africanũ: Afrum dicimus ciuem: Africum ventum: Africanum negotiatorem.

62 Inter Agnoscere,& Cognoscere:[d] Agnoscimus notos: Cognoscimus ignotos.

63 Inter [e] Auferre, Adimere,& Eripere: Auferimus rem, quã dedimus: Adimimus [f] ius: Eripimus, quod ab [g] aliquo rapimus.

64 Inter Agere causſam,& Dicere: quod Agit patronus: Dicit reus. B

65 Inter Aquam,& Vndam: Vnda semper in motu est: Aqua verò statiua. Porrò imbres nubium sunt: Latices fontium. Nam latex propriè liquor fontis est: & dictus, quòd in venis terræ lateat.

66 Inter Æquora,& Maria: [h] Æquora,nõ tantùm aquæ,sed & campi [i] propter æqualitatem dicti: Mare autem,tantùm congregatio aquarum.

67 Inter Æuum, & Seculum: [k] Æuum tantùm tempus ostẽdit: Seculum verò perpetuitatem & tempus. Vnde & in secula seculorum dicimus.

68 Inter [l] Æquum,& Iustum: Iustus quippè ex lege est,quasi ius custodiens: Æquus autem est, qui secundùm naturam iustus. Etenim iustus à iure viuendo, id est, iuxta quod ius est faciendo, vocatur.

69 Inter Ægrum,& Ægrotum: [m] Æger propriè animo mœstus: nam corpore Ægrotus dicitur. [n] Proinde Æger est, & tristis,& malè valens: Ægrotus autem,siue Ægrotãs tantummodò malè valens.

70 Inter Ægritudinem, & Ægrotationẽ: [o] Sicut Ægrotatio in corpore, sic Ægritudo in animo nomen habet nõ sciuunctũ à dolore. Dolor igitur Ægritudo,id est,causa efficiens Ægritudinem in animo: tanquã Ægrotationem in corpore.

A.

a C. Fronto. Aptum loco venit, & tempori: vtile vsus fecit.
b Etymolog. lib. 10. littera A. & C.
c al. sua.
d Vid. Non. in voce Cupido.
e al. iam horum.
f Malim: quæ inchoanti quid vltrò ven.
g Consolantur al. m. s. cõsulantur, al. cõsultantur.
h al. assertionemque.

i al. gestu & manib.
k al. erupta.
l al. trahuntur.
m al. occultatum.
n Seru. ad ill. Æneï, arcana mouebo. Ipse etymolog. lib. 20. cap. 9.
o Etymolog. lib. 15. cap. 2.
p Varro 4. de ling. Lat. dict. arca, & ipse lib. Etymolog. 20. cap. 9.
q Visum est in etymolog.
r Etymolog. lib. 18. cap. 9.
s Vide Acron Ode. 27. lib. 3. Horatij.
t Etymolog. lib. 5. c. 26.
v Seruij verba sunt ad ill. 2. Æn. terris iactatus, & alto. Altum tamen sciendum est, quod & superiorẽ, & inferiorem altitudinem significat.
x Etymolog. lib. 10. l. t. s.
y Sic Seru. interpretatur illud Georg. 2. Ardua palmæ, aut alta, aut ad quam difficilè peruenitur.
z Adnixum in vno m. s. Seruius tamen, quem Isidorus sequitur, alteram scripturã magis probat, ad illud. 1. Æn. Triton adnixus acuto, &c.

a al. conari.
b al. inniti ad.
c Vetus glossarium ἀντίξοος. Non. contra aduersarium colluctantem.
d al. perseuerans.
e Ex Agratio.
f Vid. Non. dict. amare, & diligere.
g al. minus.
h al. diliges.
i Fam. lib. 9. Ep. 24.
k Tunc diligentia Etymol. lib. 9. littera D.
l Macrob. lib. Satur. 6. c. 4.
m Ex Agratio: in quo malè pro compescere est compescere, desuntque illa, modò accusare, modò aliquid, sicut in Parisien. editione.
n Æneid. 4.
o Causſem causſæ est in Agrat.
p Ex Agratio, in quo malè est aspicimus sursum, qui hinc emendandus.
q al. perspicimus.
r Ex Seru. ad ill. 1. Æn. Despiciens mare velivolũ.
s al. quia Seruius.
t Seru.
v Inquirens Seruius.
x f. circumspicere.
y al. quærit cernere. D
z f. circumspicere.
a Interpretes Terent. act. 5. scen. 4. Eunuch. Propriè tendere est crimen in aduersarium iacere.
b al. prò raro.
c Ex Agratio: vid. etiam Non. in dict. adolere.
d Fortè legi posit ex Seru. ad ill. 6. Æn. modis inolescere mitis, concrescere, propius tamen vero existimo, vt ex Agratio legamus inolescere coaugmenti, adolescunt tertium membrum: exolescere euanescendi.
e Ex Agratio.
f al. enuntiatur.
g al. denuntiatur, & renuntiatur.
h al. enuntiatur.
i al. in præsenti.
k Ascon. Pedian. in Diuinationem.

l Al. præstiturus.
m Ex Agratio, in quo pro abducitur, est adducitur.
n Al. studium.
o Agrat. afficimus honore, afficimus iniuria, qui hinc fortè emendandus.
p Al. afficimur.
q Al. adficimur.
r Ex Agratio.
s Ex Agrat. Vid. Seru. ad ill. 11. Æn. Harum vnam iugueni, & ipse etymolog lib. 10. littera A.
t Ex Agratio, & Seru. ad ill. 1. Æn. Apparent rari nãtes. Vid. etiam Fest. dict. apparet.
v Al. adparet, & apparet.
x Al. adparet.
y Al. apparet.
z Al. Hæc ab Agratio absunt, & rectè.
a Videtur differentiam concinnasse ex pluribus verbis Seruij ad ill. 6. Æn. Ostia iamq. domus patuere. Habes hæc etiam lib. etymolog. 5. c. 7.
b Al. admittimur.
c Al. excludimur.
d Varro 4. de ling. Lat.
e Ex Seru. ad ill. 8. Æn. Tum manus Ausoniæ. ipse etymolog. lib. 10. littera A.
f Ex C. Fronr. & ipso etymolog. lib 10. littera C.
g Ex Seru. ad ill. 3. Georg. color deterrimus albis. ex quo pro Auroræ leg. Pallori.
h Al. ante.
i Al. albus.
k Etymolog. lib. 11. cap. 1.
l Etymolog. lib. 10. littera A Animosus quod sit animis; & viribus plenus.
m Ex Seru. ad ill. 2. Æn. vterumq. armato milite complent. Ipse etymolog. lib. 11. c. 1.
n Ex fragmentis incertorum lib.
o Etymolog. lib. 18. c. 5. Aliud discrimen apud Fest. dict. arma.
p Al. defendimus.
q Seru. ad ill. 9. Æn. telorũ effundere cõtra Omne genus.
r Al. emittimus.
s Etymolog. lib. 14. c. 9.
t Ex Agratio, in quo tamen pro aquatum, est aquatum.
v f. Addendum ex Agratio, quæ aquam aliunde recepit. A quo f.
x Al. Est opacum quasi opertum cælo.
y Al. In horrore.
z Al. quia.
a Puto mendum subesse scribendumq. ἄνευ φρίκης, id est, sine frigore, sic & in Seru. leg. ad ill. 5. Æn. apricis statio gratissima mergis. & 6. Æn. ad ill. terris immittit apricis. Vid. Fest. dict. apricum. ipse etymolog. lib. 5. cap. 18.
b Sic Festus dict. opacum.
c Sic etiam vetus Glossar. Amœnum interpretatur ὑπόνομον τόπον.
d Ipse etymolog. lib. 14. c. 8. Fest. dict. Amœna, Seruius ad illud. 5. Æneid. amœna piorum, & 6. amœna vireta.
e Ex Agrat. ipse etymolog. lib. 17. c. 6.
f Al. mobilem. Agratius malè.

A g Ex Agrat. & ipse etymolog. lib. 17. c. 6.
h Ex Agrat. 46. ipse etymolog. lib. 20. c. 16.
i Al. leuius.
k al. pennis.
l al. Volucris erit ex quad.
m al. sedet.
n al. pennæ.
o Ex Seruio ad locum. 2. Æn. citatum ad verbum.
p C. Fronto, animantia animus facit, animalia animam habent.
q Vid. Non. dict. innuere, & annuere.
r Sic veteres membranæ vocum in Terentio explicatæ. abnuo, nego, subtraho.
f Non Marc. dict. animus, & anima.
B s Etymolog. lib. 1. c. 26.
v Vid. Fest. dict. apud.
x Al. possessionem.
y f. Legend. vri est penitùs, & ad medullam ignem sentire. Nam dictiones, est igni adurere, ex illis superioribus, est igni dare, sic malè irrepserant.
x Etymolog. lib. 11. c. 22.
a Corpus humo patiare tegi. 10. Æn.
b Æn. 9.
c Ex Agratij mente, temeritas sine consilio, audacia post consilium. C. Fronto. hinc forte emendandus, audax non timet, temerarius non prouidet: nam malè alioqui, audax non prouidet, temerarius non timet.
C d Seru. ad illud. 8. Æn. Accipio, agnoscoq; libens.
e C. Fronto. Aufert, qui dedit, adimit, imperio coactus; eripit, qui plus valet.
f f. Iussi, vt infra littera. R.
g Al. alio.
h Ex Seru. ad ill. 2. Æn. quæ me æquora possunt.
i Non dict. æquor.
k Seru. ad ill. 6. Æn. quem tibi longæuo. Æuum (inquit) proprièt æternitatis est. Vnde quis in Isidoro fortè legendum censeat. Æuum tantùm perpetuitatem ostendit.
l Etymolog. lib. 10. dict æquus, littera. A.
m Ex C. Fronton, & Agratio.
n Ex Seru. ad ill. 1. Æn. curisque ingentibus æger. Interpretes Terentij, act. 1. scen. 2. Andr.
o Al. vt Cicero Tusc. 3.

De littera B.

D

71 INter Benignitatem,& Bonitatẽ Stoici ita [a] definiunt: quòd Benignitas sit virtus ad benefaciendum expositа, lenis, blanda, dulcis alloquio, ad omnium bonorum familiaritatem inuitans: Bonitas autem benè quidem facere & præstare quod poscitur parata est: non tamen nouit suauis esse consortio, & sua cunctos inuitare dulcedine.

72 Inter Beatum, & Felicem: [b] Beatus sibi tantum est: [c] Felix: [d] & alijs. Vt est illud Virgilianum: Sis felix nostrumq; leues [e] quæcunq; laborẽ. Felix autẽ dicitur, per quẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

datur & accipitur felicitas: vt felix tempus, A felix locus, felix euentus.

73 Inter Beatus, Honestus, Fortunatus: Beatus animo, Honestus moribus, Fortunatus substantia.

74 Inter Bibere, & Potare: Bibere naturæ est: potare luxuriæ.

75 Inter Balineum, & Balneum: In prosa quotidiano sermone Balineũ, in versu Balneum dicimus.

76 Inter Barbam, & Barbas: [f] Barbam hominum, Barbas pecudum, vel herbarum dicimus: Barbas & hominum: vt apud Virgiliũ: Barbas incanáq. menta Regis Romani.

77 Inter Buccinam, & Buccinũ: Buccina est tuba, qua signum datur in [g] hostes: Buccinus ipse clangor canoris. B

78 Inter Bellum, & Prœlium: [h] Bellũ indicitur: prœlium geritur. In [i] bello enim nõ statim prœlium: in prœlio autem statim & bellum. Vnde & apud antiquos [k] tuba prœlij signũ erat, belli buccina. Item bellũ totũ est, id est, totus conflictus, vt [l] Iugurthinum, Ciuile, Punicum. Pugna vnius diei: [m] Prœlium pars pugnæ, licet, & pugna duorum sit aliquando, & sine ferro: vnde & à pugno dicta est.

79 Inter Balsamum, & Opobalsamũ: [n] Balsamum est arbor ipsa, Opobalsamum succus collectus ex arbore. Nam opos dicitur succus. Probatio autẽ Balsami, vt dicit Plinius, hæc est: quod si cõtra solem feratur, & corruptum non sit, manum ferentis exurit. C

80 Inter Bassos, & Bassus: [o] Bassos nomina propria sunt: [p] Bassus verò appellatiua nomina sunt.

81 Inter [q] Barbarismũ, & Solœcismũ: Barbarismus fit in vna loquela: Solœcismus in pluribus.

B.

a *Al.* distinguunt.
b *Hoc sensu & Fronto.* Beatus, qui apud Græcos μακαριος.
c *Ex Seru. videtur ad ill. 1. Æn.* Sis felix, *& illud eclog.* 5. Sis bonus, ò felix q.
d *Al.* sequenter & alijs.
e *Al.* quemcumq.
f *Ex Seru. ad ill. 3. Georg.* Barbas in canâque menta, *Verò locus, quem Isidorus citat, est ex 6. Æn. in quo* pro crines, barbas *legisse constat.*
g *Al.* hostem.
h *Vide Seru. id illud, 8. Æn.* qui sese in bella sequantur.
i *C. Fronto.*
k *Ex Seru. 11. Æn. ad illud,* bello dat signum *& ipse etymolog. lib. 18. c. 1. & 4.*

l *Al.* Iurgium.
m *Sic Non. dicit.* bellum.
n *Ex Seru. ad illud 3. Georg.* Balsamâq. & baccas.
o *Vetus Glossar.* Bassus ἐυχυλος.
p *Al.* Balsos,
q *Etymolog. lib. 1. c. 32. Vid. Agell. lib. 5. c. 20.*

De litera C.

28 INter Cælũ, & Æther ita distinguitur: quòd nõ [a] tantũ ille [b] astriferus locus: sed & iste aër Cælum vocatur. Æther autẽ sublimior cæli pars est, in quo sidera constituta sunt. [c] Sanè & Æther aër igneus est superior: Æthra verò lux & splendor est Ætheris.

83 Inter Cras, & Crastinum: Cras ad tempus pertinet, Crastinum ad opus eiusdem temporis.

84 Inter Castitatem, & Continentiã hoc interest: quòd Castitas est corporis incorruptio: Continentia verò post corruptionẽ [d] sexui renunciatio. * Primũ ex his felicitatis est, non esse, quod metuas: secundũ virtutis est, prosternere hostem libidinis, à quo totiens victus atque deiectus es. Quo primum cedere humilitatis est: secundum patientiæ *. Harũ prima felicitatis est, nõ nosse in totum, à quo postea liberari optabis. Secunda verò virtutis [e] contemnere vitium, quod optimè noueris. Alij Continentiam in [f] coniugijs specialibus, Castitatem in virginibus intelligunt. Item quidam Castitatem accipiunt in mente: Virginitatem verò in corpore. Illa est autem vera castitas, quæ nec corpore, nec mente polluitur. C

85 Inter Clamorem, & Clangorem: Clamor rationabilium, Clangor irrationabilium: vt anserum, vel tubarum.

86 Inter Criminatorẽ, & Criminantem hoc interesse auctor Orbilius putat: quod Criminator sit, qui alteri crimen inferat, & id sæpius faciat: Criminans autem, qui crimen inferat, & cum suspicione quoq. id faciat, quare quis magis noxius videatur. Vt Afranius. [g] Nõ sum, inquit, tam [h] criminosa [i] quàm tu, Vipera gannire ad aurem nunquam didici [k] Dominicam. D

87 Inter Callidum, & Versutũ: [l] Callidus est in disputando subdolus: [m] Versutus autẽ cuius mens in negotiorum actu ad quamlibet fraudem facilè vertitur. Ergo [n] Callidus non pro astuto tantum, sed pro astutè docto dicimus: Versutum autem ab eo quòd ambum

mum citò vertat. Vnde & [o] Plautus: Versutiores, quàm rota [p] figulatis.

88 Inter [q] Curam, & Sollicitudinem: Sollicitudo moderata est, atque temperabilis: [r] Cura verò sine moderatione est, vnde & Cura dicta est eò, quòd cor vrat.

89 Inter Cognitionẽ, & Agnitionẽ quidam sic distinguunt: quòd Cognitio eorum sit quæ ante non sciuimus, & ea postea scire permittimur: Agnitio verò eorum, quę prius scientes, deinceps scire desiuimus, eorúmq. postea recordamur.

90 [s] Inter Commentarium, & Commentum, & [t] Comicum: Commentarium liber: Commentum vel Commentatũ volumen, id est, ex diuersis libris [v] comatum: scilicet ex veteri & nouo testamento. B

91 Inter Coram, & Palam: Coram ad personam refertur: dicimus enim, Coram illo: Palàm autem persona caret, quia id ipsum significat, quod omnes sciunt. Ergo Coràm ad personam certam refertur, Palàm ad omnes.

92 Inter Cauum, & Cauatum: Cauum naturaliter: Cauatum manu.

93 Inter Circiter, Circa, & Circùm: Circiter ad numerum referẽdum est: Circa ad locum & tempus: Circùm verò vndique. Ergo [x] dicimus, circumisse nos orbem, non [y] circasse. C

94 Inter [z] Circumpedes, & Antepedes: Circumpedes sunt obsequia seruorum: Antepedes amicorum.

95 Inter [a] Contingit, Obtingit, Euenit, & Accidit: Contingit euentu: Obtingit fortè: Accidit casu: Euenit vel malo, vel bono.

96 Inter Corripere, Obiurgare, & Castigare: Corripimus verberibus: Obiurgamus verbo: [b] Castigamus verbis, cædibus, & verberibus.

97 Inter Cupere, & Ambire: Cupere est terrena lucra, vel quælibet mundi desideria D inaniter quærere: Ambire verò honorum gradus vel ordines potestatum appetere.

98 Inter Cantare, & Canere: Cantare tãtũ vocibus, vel clamore insonare est: [c] Canere autem interdum modulari, interdum vaticinari est, id est, futura prædicere.

99 Inter [d] Conscribere, Exscribere, & reliqua. Placidus, Conscribere, inquit, est multa simul scribere. Exscribere, quod alibi scriptum sit transferre. Transcribere, quum ius nostrum in alium transit. Inscribere accusationis [e] est. Adscribere [f] assignationis: Describere [g] dictionis, vel [h] ordinis.

100 [i] Inter Construere, & Destruere: Construere est ædificare: [j] Destruere verò, exterminare.

101 Inter Commodare, & Accommodare: [k] Commodare est præstare aliquid: [l] Accõmodare verò aptare.

102 Inter Consuere, & Suere, vel Adsuere: Consuere vestium: Suere codicum: Adsuere coriorum.

103 Inter [m] Consequimur, & Assequimur: Consequimur pedibus: Assequimur studio.

104 Inter [n] Consuescimus, Assuescimus, Insuescimus: Consuescimus bona, Insuescimus mala, Adsuescimus [o] vtraq.

105 Inter Capio, & Capesso: Capio aliquando: Capesso frequenter.

106 Inter Cunctos, & [p] Omnes: Cuncti omnes sunt, si modo iuncti sunt, & simul faciunt aliquid. [q] Aliter Omnes dicũtur non Cuncti.

107 Inter Cæteros, & Alios: Quòd Cæteri ex eodem numero sunt, Alij ex alio.

108 Inter Curulem, & Curialem: Curiales officiales publici: Curules verò sellæ, in quibus magistratus sedentes iura reddunt.

109 Inter Censorem, & Censualem: Censores [r] enim iudices vocantur: Cẽsuales verò officiales, qui censum prouincialem exigunt. [s] Interim & [t] Censorium hominem, pulcrum dicimus.

110 Inter Cognatum, & Affinem, & Propinquum: Cognatus eiusdem generis, Affinis nuptijs veniens, Propinquus sanguine, vel affinitate coniunctus.

111 Inter Columem, & Incolumem: Incolumẽ animo accipimus, Columem corpore. Columen autem sanitas, vel [v] sustentaculum est, [x] quod à Columna est factum: vnde & culmen, vnde & culmus.

112 Inter Comptum, & Compositum: Comptum cura: Compositum natura. D

113 Inter Crassum, [y] & Grassum: Crassum corporis est [z] pinguedinis. Nã Grassari, [a] animi nimiæ crudelitatis.

114 Inter Crassum, & Obesum: Crassus pinguis est: Obesus plus est, quàm pinguis.

115 Inter [b] Cærulum, & Cæruleum: Cærulus est color: Cæruleus, qui ex eo colore confectus est natura. Nam Cærulum ipsum colorem dicimus.

116 Inter Corpus, & Carnẽ: quòd in omni carne corpus est: nõ in omni corpore caro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caro enim, propriè ossa, & sanguis est, quod tamen & corpus est. Corpus autem & lapis, & lignum est: quod tamen caro non est. Dictum autem corpus à corruptione, & caro à [d] carendo, vel à cadendo.

117 Inter Capillos, & Capillamenta: Capilli capitis sunt, [e] Capillamenta summitates [f] arborum.

118 Inter Collum, & Ceruicem: [g] Collũ semper Ceruicem, [h] Ceruix autem dum singulari numero dicitur, significat collum: dum plurali, superbiam. Vt Cicero [i] in Verrem: prætorem tu accusas? [k] Frange B ceruices.

119 Inter Cóncidit, & Concidit: Cóncidit, correpta media syllaba, significat cecidisse: Concidit, producta media, significat [l] separasse.

120 Inter Cassidem, & Galeam: Cassis de lamina est: Galea de [m] corio.

Inter Clypeum, & Clupeum: [n] Clypeũ sentum, Clupeum [o] ornamentum dicimus.

121 Inter Clypeum & Clupeum: [p] Clypeus masculino genere est, quem scutum dicimus: Clupeum neutro dicitur imago ab eo quod clueat, id est, dicatur, & no- C minetur & clara sit. Sic & inclytus præclarus dicitur.

122 Inter Consuetudinem, & Ritum: Cõsuetudo est [q] solitæ rei vsus, & consensu duorum plurimorumq; factus. Ritus verò ad iustitiam [r] pertinet, quasi rectũ, ex quo pium, æquum, [s] sanctumq.

123 Inter Cognitorem, & Procuratorẽ: [t] Cognitor non [u] nisi præsens à præsente præsenti datur: Procurator autẽ & [x] absens constituitur aduersus absentem. Item Cognitor aduersus eum solummodò [y] lite [z] contendit, aduersus quem ad agendum cõstitutus est: Procurator verò apud omnes. D Item Cognitor liti tantũ dari solet, [a] id est iudicij expediendi gratia: Procurator verò & res omnes administrat.

124 Inter Coclearium, & Cocleare: Cochlearius qui vendit: Cocleare verò species.

125 Inter Cœtum, & Cetum: Cœtus multitudo: Cetum belluam dicimus.

126 Inter [b] Commune, & Epicœnum: Commune [c] generis est: Epicœnum verò animalium.

127 Inter Capillatum, & Capillosum: Capillatus capillo grandi: Capillosus, pilosus & hirsutus.

128 Inter Cornua, & Corna: Cornua animalium, vel antemnarum: Corna verò pomorum genus.

129 Inter Cœpit, & Cepit: Cepit de capiẽdo: Cœpit de incipiendo.

130 Inter Caluum, & Caluatum: Caluus est natura: Caluatus manu. Inde & [d] decaluatus dicimus validè manu decaluator.

131 Inter [e] Circa, Circũ, & Circiter: quòd Circa est incerti loci de aliqua parte: Circũ certi vndiq;: Circiter numeri penè infiniti.

132 Inter Caussam, & Rationem: quòd Caussa rem, vel rationem antecedit: Ratio in ipsa re est. Item [f] Caussa est, propter quã fit aliquid: Ratio per quam fit.

133 Inter Ciuile, & Ciuicum: [g] Ciuile est, quod ad ciuitatem pertinet: Ciuicum, quod ipsi ciues faciunt.

134 Inter Cognoscimus, & Agnoscimus: Cognoscimus ignoratos mores: Agnoscimus, quæ nobis exciderant.

C.

a *Vtrumque ostendit Varro. lib. 4. ling. Lat. dict. cælum.*
b F. astrifer.
c *Ex Seruio ad illud 3. Æn.* nec lucidus æthra Siderea polus.
d *Al.* Sexus. p.
e *Al.* c. ea quæ optima.
f *Al.* coniugibus.
g *Citat alterum versum Non. dict.* gannire, *ex prosa (Cretij, Rosa) Affranij.*
h *Al.* criminosus.
i *Al.* quantum.
k *Al.* domini.
l *Vid. Donat. in Terent. act. 3. Scen. 3. Adelph.*
m *Sic Fest. dict.* Versutus, *& ipse lib. 10. Etymolog. littera. C. & littera. R.*
n *Etymolog. lib. 10. littera. C.*
o *In Epidico, Scena, cuius princip.* Feci ti iam.
p *Al.* Figulari.
q *Aliter distinguit Donat. act. 2. Scen. 4. Phorm.*
r *Ex Seru. ad illud. 1. Æn.* curisque ingẽtibus æger, *& 4. Æn.* iam dudum saucia cura.
f *In vno manuscripto hæc tantum.* Inter commẽtarios & commentaria: commentarij libri, commentaria volumina.
t F. commaticum.
v F. concinnatum, *aut* commatum.
x *Al.* dicamus.
y *Al.* Circaisse.
z *Ex Agræt. ad verbum.*
a *Vide aliud discrimen apud Agrætium.*
b *Al.* c. cùm credimus.
c *Seru. in ill. 1. Æn.* Arma, virùmque cano. *& 8. Æn.* in limine adesse canebat.
d *Ex Agræt.* omnia.
e Vel occasionis *Agræt.*
f Significationis *Agræt. malè.*

g *f.* dictionis.
h Ordinationis *m. s. 1. & Agræt.*
i Leg. destruere, *nisi malis, præeunte Agratio,* extruere verò in excelsum struere.
k *Agræt dict.* commodatum.
l *Non. dict.* accommodat.
m *Agræt.* consequimur studio, assequimur voto.
n *Ex Agratio.*
o *Al.* vtrúmque.
p *Vid. Front. dict.* omnes. *Festus eadem ferè habet cum Isidoro dict.* cuncti. *& Ascon. Pedian. in Diuinationem.*
q *Apertior erit lectio;* aliter omnes dicuntur, nõ cuncti. *Vid. Seru. ad ill. 1. Æn.* tota armenta sequuntur.
r *al.* tantum.
f *al.* interdum.
t *al.* censorem.
v *Vetus glossar.* columina. *ἐπισφρίγματα, & columen.* B *ἐπίσφιγμον. dict. columnæ ipse etymolog. lib. 10. littera C.*
x *al.* quia.
y *Ex Agræt.* crassari, grassari.
z *al.* pinguedo.
a *a. & crud. est Agræt.* aut animi, aut crudel.
b *Ex C. Frontone. dictio autem* natura *loco mota possessoni suæ restituenda, legendumque,* cœrulus est color naturæ.
c *Sic lib. etymolog. 11. c. 1.*
d *Creando in etymolog.*
e Capillamenta seminum, *lib. 5.*
f *al.* arborũ.
g *Ex Agræt. ad ill. 2. Æn.* ceruici imponere nostræ. *Etymolog. lib. 11. c. 1.*
h *al.* i. collus.
i *Lib. 5.*
k *In altero exemplari,* frangere ceruices & superbiã inclinare, *quæ vt glossemata, inducenda.*
l *Sic Acron. ad. 3. lib. 1. Horatij in illo versu,* nequicquã Deus abscidit: *exponit* abscidit, separauit.
m *al. c.* sit.
n *Ex Carisio. in C Frontone: malè.* Clupeum armorum clypeum imaginis.
o *al.* ornamenta.
p *Locus mutilus, quem sic ex Carisio suppleri posse existimo,* Clypeus masculino genere est, quem scutum dicimus ab eo quod est Clepo, κλέπτω. Id est, celo: quum Clupeum imago dicatur, & nominetur à clueo, quod clara sit. *Sic & in Seru. ad ill. 7. Æn.* nec clypei cursusque sonant, dicti ab eo quod celent corpus ἀπὸ τῦ κλέπτω.
q *al.* Solito rei consensu vsus d.
r *al.* pendet quia.
f *al. f.* respicimus.
t *Fest. dict.* cognitor. c. enim præsens à præsenti præside datur.
v *al.* iussu præsidis præsentis præsenti d.
x *al.* quem a. constituit.
y *al.* litem.
z *al.* defendit.
a *al.* item.
b *Sic. lib. 1. etymolog. c. 6.*
c *al.* gentis.
d Decaluationis mentio. *Concil. Tolet. 16. c. 3. Emeriten. c. 15. & alibi, passim verò in legibus Vuisegothorum grauis atque perpetua infamiæ nota.*

A e *In vnom. s.* inter circa & circum, quod circà est de aliqua parte loci, circum vndique.
f *C. Fronto.* Caussa docet factum, ratio soluit obscura.
g *Acron. & Porph. in Od. lib. 2. Horat. ita tantum distinguunt, quòd* ciuicum *antiqua figura dicatur,* ciuile *non item.*

De littera D.

135 INter Diurna, Diutina, & Diuturna: Diurna [a] à die dicta sunt, vt diurna merces Diutina dicta ab eo quod est, quòd diudurauerit: Diuturna verò à perpetuitate dicta, quasi æterna.

136 Inter [b] Disertum, & [c] Discretum: Disertus orator est: [d] Discretus est doctus, à discendo dictus.

137 Inter Diuitem, & Locupletem: [e] Dives est pecunijs: [f] Locuples autem fundis: quasi [g] locorum diuitijs plenus.

138 Inter Defensorẽ, & Vltorem: [h] Defensor curat, ne fiat iniuria: Vltor id facit, ne impunè sit facta iniuria.

139 Inter Deformem, & Turpem: Deformis ad corpus pertinet: Turpis ad [i] animũ.

140 Inter Dementem, & Delirum: [k] Dementes est cuiuscunque ætatis amens, [l] & sine mente: [m] Delirus autem per ætatem mente defectus: Dictus autem ita eò quòd C recto ordine, quasi lira aberret. Lira enim est arationis genus, [n] quum agricolæ [o] facta semente dirigunt [p] sulcos.

141 Inter Dirum, & Atrocem: Dirus immisericors, quasi diuina ira [q] in id adactus. [r] Atrox, crudelis, hoc est crudus, neq; [s] suauis.

142 Inter Dolum, & Dolorem: [t] Dolor est corporis incommoditas siue molestia. [v] Dolus verò occulta malitia, blandis sermonibus adornata.

143 Inter Dolum, Insidias, & Fraudes: Dolus animo fit: Insidiæ loco siue telo: Fraus circa fidem [x] mutuam. D

144 Inter Dementiam, & Amentiam: Dementia temporale vitium est: Amentia perpetuum. [y] Dementia autem dicta, quasi diminutio mentis.

145 Inter [z] Distinctionem, & Subdistinctionẽ: Distinctio finem [a] sensus facit: Subdistinctio [b] suspendit.

146 Inter [c] Dimidium, & Dimidiatum: Dimidium, est æqua pars diuisa: Dimidiatũ, vtique pars, [d] sed non æqualis.

147 Inter Diuertit, & Diuortit. [e] Diuortio est separatio: quum mulier à viro discedit.

[f] Di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

[e] Diuertit verò, qui à [f] via vel ratione deflectit.

148 Inter [g] Deluit,& Diluit: Deluit purgat [h] Diluit temperat. Liuius de morte Mitridatis, [i] quòd quum diluisset.

149 Inter Dilectum,& Delectum: [k] Dilectum à diligendo: Delectum ab [l] deligendo.

150 Inter Directum, & Derectum: [m] Derectum per latum est: Directum per longũ.

151 Inter Discernere, & Secernere: Discernit,qui in duas partes diuidit: Secernit, qui ex multis seorsum multa eligit.

152 Inter Dicere, & Memorare: Dicit enim,qui semel idẽ pronuntiat: [n] Memorat,non qui semel dicit:sed qui sæpius idẽ, memoriæ conseruandæ causſa,facit.

153 Inter Derigere,& Dirigere: Derigimus,quæ curua sunt: [p] Dirigimus,quum ali quò tendimus.

154 Inter Deportare,Comportare,& Exportare: [q] Deportare est aliquid afferre:Cõportare in vnum locum conferre:Exportare [r] tollere.

155 Inter Discedere, & Abscedere, & cætera: Discedere per diuortium dicimus: Abscedere per absentiam:Secedere per singularitatem:Decedere per mortem.

156 Inter Deduco,& Diduco: [t] Deduco de amico [v] producendo:Diduco autem distraho vel [x] diuido. Item quantũ ad [y] equos triumphales,refertur: Si equi,duxére triumphos:Si boues, [z] deduxere.Item quantum ad naues: [a] Subducere in terram dicimus: [b] Deducere autem in mare.Vt, [c] Deducunt socij naues.

157 Inter Duo,& [d] Ambo:vtique qui dicit [e] Duo,numerat:qui Ambo iungit.

158 Inter Disparem, & Imparem: Dispar est inæqualis,vel dissimilis:Impar verò,sine pari.

159 Inter Duo, & Bina: [f] Cicero in epistolis ad filium, Duas epistolas, non binas: binas litteras, non duas. Quia numeri tantum pluralis est nomen litteræ, quæ epistolam significant.Nam non dicimus bina,nisi ea quæ singularem numerum non admittunt: vt bina castra, bina arma.Ea autem dicimus duo, quæ singularem numerum admittunt.

160 Inter Domum,& Hospitium:Domus ad proprios habitatores pertinet. Nã Hospitium tunc vocatur,quum aut aliquem recipimus, aut quĩ ab aliquo ipsi recipimur: [A] [f] vnde & qui venit, & ad quem venitur, hospes dicitur.Sic Plautus: [g] Hospes necauit hospitem captum manu.

161 Inter [h] Decentem, & Speciosum,& Formosum:Decens motu corporis probatur:Speciosus specie:Formosus, natura,siue forma.

162 Inter Deformem,& Informem:Deformis est [i] cui deest forma: [k] Informis vltra formam.

163 Inter Decus,& Decôrem: Decus ad animum refertur:Decor ad corporis speciẽ.

164 Inter Delatorem,& Dilatorem:[l] Delator,qui defert ad [m] accusandum: Dilator, qui differt ad proferendum.

165 Inter Draconem, & [n] Traconem: Draco est immanis bellua: [o] Tracones verò sunt hiatus terræ.

166 Inter Diuitem,Potentem, Fortunatum,Locupletem,& Honestum: Dives est potentia,& virtute:Potens,quasi Deo proximus:Locuples fundis, quasi locis plenus: [p] Fortunatus, [q] subitò factus beatus: Honestus moribus,& honore vsus.

167 Inter Do,& Cedo: [r] qui dicit Do, significat quibus detur: Qui dicit Cedo, de se tantum dicit.

168 Inter [s] Deum,& Diuum:quòd Deus, semper est:Diuus fit.

169 Inter Damnum,& Iacturam, & Detrimentum:Iacturam [t] scientes & vltrò patimur:Damnum [v] subitò,& non credentibus nobis fit: [x] Detrimentum,leue damnum fit in parte.

170 Inter Donum,& Munus: [y] Donum Deo offertur:Munus hominibus.

171 Inter Delicta,& Delecta:Delicta peccata:Delecta electa.

172 Inter Delictum,& Iniustitiam: Delictum quidam leue putauerunt esse peccatum,quasi [z] negligentis derelictum: Iniustitiam verò immane aliquod sæuúmque commissum.

173 Inter Dolum,& Dolorem:Dolus est giuersatio: Dolor verò corporis inquietudo.

174 Inter Dolosum,& Inimicum: Dolosus est qui occulta machinatione grassatur: Inimicus verò,qui mala facit apertius.

175 Inter Deduco, & Diduco: Deduco, amicum:Diduco,distraho.

176 Inter Directum, & Derectum: [a] Directum in rectum vadens: [b] Derectum in latere rectum.

177 In-

177 Inter Disco,& Doceo:Discit,qui non nouit:Docet verò,qui nouit.

D.

[a] *Aliter adiecta nullo sensu.*
[b] *Ex Agratio.*
[c] *al.* dissertum.
[d] *Lege*, desertus, est derelictus, à deserendo dictus, *Ex Agratij mente neutra harum lectionum, quas m. s. habent, tolerari potest. al.* dissertus est doctus à disserendo, &c.
[e] *Rectius forte Fronto.* diues, quia diuidendi facultatem habet *Varro à diuo deducit.*
[f] *al.* locis plenus.
[g] *Sic ferè Fronto.* 9. *Terent. Scaurus, & ipse Etymolog. lib.* 10. *littera L.*
[h] *Sic & Fronto.* vltio vindicat factum: vindicta vel vindicatio futura prohibet.
[i] *al.* animam crimen. *al. m. s.*
[k] *Fest. dict.* mentecaptum. *Ipse Etymol. lib.* 10. *littera D.*
[l] *f. Ideſt.*
[m] *Non. dict.* delirus, *& ipse in Etymologijs.*
[n] *al.* cum qua.
[o] *al.* iacta.
[p] *In Etymolog. additur.* in quos omnis seges decurrit, *quod cum minimè verum sit, fortassis & illic ea verba tollenda, aut scribendum ex Non.* in quos omnis vligo decurrit.
[q] Indignatus. *f.* natus, *vt Festus. Vide Seru. ad illud.* 2. *Æneid.* quæ mens tamdira.
[r] *Fest. dictione*, atroces.
[s] *al.* suasibilis.
[t] *Sic Cic. Tusc.* 2. Dolor motus asper in corpore, à sensibus alienus.
[v] *Ipse Etymolog. lib.* 10. *littera D. dicit.* dolosus.
[x] *al.* iniuria.
[y] *Lib.* 10. *Etym littera D.*
[z] *Etymolog. lib.* 1. *c.* 18.
[a] *al.* mentis vel sensus.
[b] *al.* mentem susp.
[c] *Agrat. & copiosè Agell. lib.* 3. *c.* 14.
[d] *al.* si.
[e] *f.* Diuortium.
[f] *Non dict.* diuortium.
[g] Sunt enim diuerticula, quæ ab hoc verbo, semitæ transuersæ à latere, viæ militares, *Seru. ad illud* 9. *Æn.* ad diuortia nota.
[h] *Ex Agratio.*
[i] Vel lauat, *quòd tamen abest ab Agratio.*
[k] *Ex lib.* 10. *vt constat ex Floti epitome*, erat locus.
[l] *Ex eadem mente Agratius*, diligi affectionis, deligi indicij.
[m] *al.* eligendo.
[n] *Hinc legendum constat apud Agratium vnde sumptus quoad sensum locus.* directum in latera aptatum. *Sic & Etymolog. lib.* 10. *lit.* D. directus eò quòd in rectum vadit.
[o] *Fest. dict.* Memorare.
[p] *Sic Paullus ex Festo.* Dirigere apud Plautum inuenitur pro discedere, *sed* discindere *legit vir erudit.* [B] [C] [D]
[q] *Forte scribendum ex mente Agratij de port.* ea deferre, *malè tamen ipse*, deponere. Apportare est aliquid afferre comp. &c.
[r] De loco tollere *Agrat.*
[f] *Sic Seru. ad ill.* 1. *Æn.* despiciens mare veliuolũ, deduco prosequor, diduco diuido.
[t] *al.* perducendo.
[v] *al.* seu pono. *i. f.* seu dispono.
[x] *Malim*, currus.
[y] *al.* duxere.
[z] *Ex Seru. ad ill.* 1 *Æn.* subducere classem.
[a] *al.* diducere.
[b] 3. *Æneid. al.* diducunt.
[c] *al.* duos ambos.
[d] *al.* duos ambos.
[e] *Ex Seru. ad illud.* 8. *Æn.* frenaq; bina. *Vide eundem ad illud.* 1. *Æn.* Bina manu lato crispans hastilia ferro. *Al. Cic. epistolarum ad fil.*
[f] *Ex Seru. ad illud.* 8. *Æn.* Ne verò hospes, ne quære.
[g] *Mostellaria scen. cuius initium.* Habeo Neptune mag. grat.
[h] *C. Fronto.* Decens in gestu est, & motu corporis, speciosus: *malè legitur*, formosus ab excellenti specie dicitur, forma naturæ bonum, vnde etiam formosas dicitur.
[i] *al.* fœda form.
[k] *Lib.* 10. *Etymol. littera I.*
[l] *Ex Agratio.*
[m] *al.* caussandum.
[n] *al.* Truaconem.
[o] *al.* Truacones.
[p] *C. Fronto.* cui fortè aliquid contingit.
[q] *F.* substantia
[r] *C. Fronto.* cedo sibi poscit, & est immobile: dat qui non finire facit datum.
[s] *Ex Seruio ad illud.* 5. *Æn.* genus alto à sanguine diuũm.
[t] *al.* scienter.
[v] *al.* insolito & nobis nescientibus fit.
[x] *Sic Ascon. Pedian. 3. orat. contra Vetr.* detrimentum vel vnius partis dici potest.
[y] *Seru. ad illud.* 5. *Æn.* struaremq; suis altaria donis. Dona, *ait*, superorum, munera inferorum, *& clarius. C. Fronto.* Donũ quod dijs datur: munus, quod amicis vel cliens, vel libertus officij causſa mittunt. *Ipse ead. libro Etymolog. 6. c. 19.*
[z] *f.* negligentia.
[a] *al.* derectum.
[b] *al.* directum.

De littera E.

178 INter Externum,& Hesternum:Hesternum dicimus pridianum: Externum autem extraneum, hoc est,alienum.

179 Inter Eloquentem, & Loquacem: [a] Sinceritas facundiæ Eloquentum est: effusa & incondita temeritas,Loquacium:Vnde est Sallustius: [b] Loquax magis, quàm facundus.Et Cicero: Hunc loquacem esse habitum,nunquam disertum.

180 In-

Universidad de Deusto
Biblioteca

180 Inter Expertem,& Expertum: [c] Si enim Expertum rerum dixerimus, significamus peritum:Si expertem, [d] ignarum.

181 Inter Exercitatum, & Exercitum: [e] Exercitus, laboribus fatigatus: Exercitatus,vel arte vel studio peritus.

182 Inter Exosum,& Odiosum:Exosus dicitur,qui aliquem odit:Odiosus qui oditur.

183 Inter Ebrietatem, & Ebriositatem: [f] quòd Ebrietas aliquando est: Ebriositas frequens temulentia vini est. De qua Apostolus ait: [g] Neque Ebriosi regnum Dei possidebunt. Pulchrè autem quidam non ignobilis orator, quum ebrium [h] è somno describeret excitatum,ait: Neque dormire excitatus,nec vigilare ebrius poterat. Qua sententia expressit,quodammodò nec mortuum eum fuisse,nec viuum.

184 Inter Euentũ,& Euenta:Euentus ipsa res est: [i] Euenta autem dicuntur,quæ ab euentu veniunt.

185 Inter Egestatem, & Paupertatem: quòd Egestas peior est,quàm paupertas:Paupertas enim potest esse honesta:nam Egestas semper [k] turpis est.

186 Inter Experientiam, & Scientiam: Experientia in malo dici potest: vt pœnas expertus: Scientia autem in bono tantùm.

187 Inter Emittit, & Admittit: Emittimus [l] alios à nobis:Admittim[m] alios ad nos. Sic quidam virgini cuidam ait: Murum sexui tuo exstrue: qui nec tuos emittat oculos,nec admittat alienos.

188 Inter Existimare,& Arbitrari: Existimare apud animum nostrum est: [m] Arbitrari iudicium animi proferre.

189 Inter Emere,& Redimere,id differt: quia qui Emit,alienum emit:qui autem Redimit,id emit propriè,quod suum fuit,&suũ esse desijt.

190 Inter Spectare,& Exspectare: Exspectatur venturus: Spectatur qui videtur, [n] vel adprobatur.

191 Inter Efferunt,& Eferunt: [o] Efferũt qui [p] exportant, per duo ff. Eferunt autem qui [q] laudandum extollunt per vnũ f. Cicero: Nimium fortasse hæc illi eferunt.

192 Inter Exsequimur, Persequimur, & Prosequimur. Exequimur [r] mortẽ, in qua vindicta est:Persequimur fugientem: Prosequimur,quum fungimur officio.

193 Inter Extemplo,& Illico: [s] Extẽplo, A repentè vel statim,vel subitò: [t] Illico mox, vel continuò.

194 Inter Extinctum,& Restinctum:Extinctum dicimus lumen,vt Cicero:lumina ciuitatis extincta sunt: restinctum verò incendium.Vtidem Cicero: subiectos propè iam ignes, circumdatósq; restinximus.

195 Inter [v] Equitem,Equestrem,& Sequestrẽ: [x] Sequestris dicitur,qui certantib. medius interuenit: per quem vtraque pars [y] æquam fidem sequatur.Eques autem est, qui equo sedet [z] in armis. Equestris verò locus vel ordo. Vt si dicas:ille homo Equestris est. Item [a] militat ille in Equestri ordine [b].

B 196 Inter Exanimem , & Exanimatum: [c] Exanimis,est mortuus:Exanimatus verò, timens.Vt est illud:Exanimata sequens impingeret agmina muris.

197 Inter [d] Eu, & Heus: Eu interiectio dolentis est:Heus aduerbium vocantis.

198 Inter Ensem,& Gladium: [e] Ensis est ferrum tantum:Gladius verò totus.Mucro autem non tantùm gladij, sed & cuiuscunque teli acumen est. Item Gladium generaliter dicimus:Ensem in prœlio:Mucronẽ in opere.

C 199 Inter Spolia, & Exuuias: [f] Exuuiæ ducum sunt:Spolia priuatorum.

200 Inter eum,qui in insulam Relegatur, & eum,qui Deportatur, magna differentia est: [g] Primò quòd [h] Relegatum,bona sequuntur, nisi fuerint sententia adempta: Deportatum non sequuntur, nisi palàm ei fuerint concessa. Ita fit,vt relegato, mentionem bonorum [i] in sententia [i] haberi, non prosit, deportato noceat. Item differãt & in loci qualitate. Quod cùm Relegato quidem humanius transigitur: Deportatis verò solent insulę assignari, quæ sunt asperrimæ,quæque sunt paullò minus summo suplicio comparandæ.

D 201 Inter Eremum,& Desertum:Eremus est in [k] via solitudo, vbi nunquam habitatũ est: Desertum, vbi aliquando habitatum,& derelictum est.

202 Inter [k] Execrationem , & Iurationem: Execratio, [l] vtputà si malum non patior:Iuratio,si bonum mihi euenit.

203 Inter Expertum , & Experrectum: [m] Expertum,aliquid agnitum: Experrectũ à somno.

204 Inter En, & Em: En,quum ostendis: Em,quum increpas.

205 Inter Ebrium,& Ebriosum: Ebrius A ad tempus multum bibit: Ebriosus semper multum bibit.

206 Inter Æquũ,& Equum: Equus,quod est animal, per e. & u. sola scribendum. Quando verò pro iusto [n] scribitur per æ. diphthongon geminata u u.est scribendum.

E.

[a] *Varr.4.de ling.Lat.* Loquax, qui nimium loquitur,eloquens qui copiosè loquitur. *ipse etymolog. lib.10.littera.C.& L.*

[b] Citatur idem fragmentum ab Agell.lib.1.c.15.incertum vnde.

[c] *Ex Seru.ad ill.3.Æn.* exercite fatis. *Ipse etymolog. lib.10.littera.E.dictionibus,*expertus,& expers.

[d] De re vel caussa quæ agitur: *vt glossema reijciendum,nec Seruius agnoscit.*

[e] *Ex Seruij loco citato:* exercite, inquit, fatigate: exercitatus peritus:exercitus laboribus: exercitatus studijs.

[f] *Innuit idem discrimen Cicero.Tusc.quæst.lib.4.*

[g] *1.Corint.c.6.*

[h] *al.*à somno.

[i] *Non dict.*euentus:*ex libro.1.Lucretij*:Euentum dici poterit quodcunque erit actum.

[k] *Epitheton Virgilianum,* turpis egestas.

[l] *al.* à nobis ad alios.

[m] *Non dict.* arbitrarij.

[n] *al.* animi nostri est.

[o] *Ex Seruio ad illud 1. Geor.* multo expectata labore, *quin & expectare pro probare ab eodem vsurpatur. 2. Geor.* crassaq; terga,Expecta,

[p] *Eadem Agratius, nihil tamen de duplici.ff.* effertur, inquit, qui portatur: & efferunt,qui laudando extollunt.

[q] *al.* asportant.

[r] *f.*laudando.

[s] *Varr.lib.6. de ling.Lat.* extemplo est continuo. *al.* extemplo subitò, illico continuò.

[t] *Non.* illico significat statim mox.

[v] *al.* æquum.

[x] *Seru.ad illud.11.Æn.* & pace sequestra: sequester est medius inter duos altercantes, apud quem aliquid ad tempus seponitur. *Et sic fere Fest. al.* æquus.

[y] *al.* æqua fide æquatur.

[z] *Dicæ illæ voces* in armis, *ab Isidoro lib.9. Etymolog. cap.3.vbi agit de militibus equestribus, omittuntur & sane mihi suspectæ sunt.Fortassis adiecerat equitẽ,etiam pro equo ipso sumi adducto Virgilij loco.3.Georg.* Atque equi tẽ docuere sub armis. Insultare solo. *Non dict.*equitem & equites.

[a] *al.* miles.

[b] *al.*sequester suspector penoris dicitur. *f.* susceptor pignoris.

[c] *Ex Seru. ad illud.* 1. Æn. Exanimumque auro corpus. *& interpretibus Terentij actu.* 1. *Scen.*4. *Andriæ & alibi.*

[d] *Ex Agratio.*

[e] *Lib.8 Etymolog.c.6.*

[f] *Videtur ex Seru.ad illud.* 11. Æn. ipsos tetre duces.

[g] *Etymolog.lib.5.c.27.*

[h] *al.* qui relegatum.

[i] *Lego* non haberi possit.

[k] *Videtur ex Seru.ad illud.2.Æn.* vos aræ,ensesque nefandi: execratio est aduersorum deprecatio: iusiurandum verò optare prospera.

[l] *f.* vt malum non patiar.

[m] *Ex C.Frontone.* Expertus est aliquid aut in bona parte,aut in mala:experrectus de somno.

[n] *f.*accipitur.

De littera F.

B 207 INter Fidelem , & Fidum: [a] Fidus amicus dicitur: Fidelis famulus.Itẽ Infidelis est,qui caret firmitate: Infidus, qui fide.

208 Inter Famosum,& Infamem: [b] Famosus est,de quo fama loquitur seu benè, seu malè: Infamis verò,tantùm malæ famæ est.

209 Inter Ferocem, & Ferum: [c] Ferox dicitur animus:Ferus leo.

210 Inter Fallacem,& Mendacem:Omnis homo fallax id agit, vnde quisque fallatur: non autem omnis vult fallere, qui mentitur. Sicut Mimi, & Comœdiæ, & multa poemata, vbi mendacium delectandi potius studio, quàm fallendi voluntate scribitur.Nam & omnes [d] ferè,qui iocantur, mentiuntur.

211 Inter Furiatum , & Furiosum: [e] Furiosus est,qui ferarum ritu fertur, & ab eo furor nunquàm recedit: Furiatus qui furit ex caussa.

212 Inter Furiosum, [f] Furentem,& Iratũ:Furiosus est corde: [g] Furens caussa: [h] Iratus merito.

213 Inter Ferocitatem, & Feritatem:Ferocitas militum:Et Ferox iuuentus dicitur.Feritas autem dirus animi habitus.

214 Inter Formidinem, Pauorem, & Metum, siue Timorem: Formido obijcitur vel oculis, vel animo, sine adhibita ratione, & maximè paruulis. Pauor autem cum timiditate animi subita est conturbans occasio: quæ tamen soluitur ratione vel tempore, nec stat. Item Metus est motus interior animi subitus, siue cordis, factus ex aliqua tristi recordatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Timor verò, est accedens dolor mentis extrinsecus, ex aliqua accidenti occasione. Portò timiditas animi, vitium sempiternum est. Nam Timor, pro tempore est. Itaque in viro forti est aliquando Timor, Timiditas nunquam. Est autem & bonus Timor & malus. Malus est quum tẽporalia bona, quisque sibi [i] subtrahi perhorrescit: bonus, quum quanto quis Deum ardentius diligit; tanto eum diligentius offendere pertimescit. Nam timere interdum prodest, & decet, pro qualitate temporum atque causarum.

215 Inter Facinus, & Flagitium: ita videtur distinguere Augustinus. Quidquid enim, inquit, agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus suum, Flagitium vocatur: Quidquid verò agit, vt alteri noceat, dicitur Facinus. Et hæc duo genera sunt [k] omnium peccatorum. Sed Flagitia priora sunt: quæ quum corruperint animum in Facinora prosiliunt.

216 Inter Phantasiam, & Phantasma: Phantasia est imago alicuius corporis visa, & cogitando postea in animo figurata: vt putà, aui, vel patris species, quem aliquando vidimus: ac, dum cogitando memoramus, Phantasiam dicimus. Phantasma verò est ex imagine cognita, aliqua, quam vidimus, imago formata: vt putà species aui quem nunquàm vidisse meminimus: sed tamen eius species non memoria, sed motu animi figuratur. De cognitis ergò speciebus memoria collecta, Phantasia est: De incognitis species animo figurata, Phantasma. Nam figurata Phãtasmata nihil aliud sunt, quam de specie corporis, corporeo sensu abstracta: figmentoque memoriæ, vt accepta sunt, vel partiri, vel multiplicare, vel contrahere, vel distendere, vel ordinare, vel turbare, vel quidlibet figurare cogitando facillimum est: sed, quum verum quæritur, cauere & vitare difficile. Item Phantasia est incognitarum rerum ex cognitis coniectura: Phantasma verò rerũ incognitio cognitarum.

217 Inter Fiduciam, & Confidentiam: [l] Fiducia in bonis rebus: Confidentia in malis est.

218 Inter Famam, & Gloriam: Gloria quippe virtutum est: Fama verò vitiorum. Ennius in Achille. Summam tu A tibi pro mala vita famam extolles: & pro bona [m] paratam gloriam: [n] Maleuolentes enim famam tollunt [o] beneuolentes gloriam.

219 Inter Fatum, & Fortunam, pagani ita separabant: Quod enim fortuitu venit, nulla palàm causa, Fortunã vocabant: Fatum verò quidquid appositum singulis & statutum erat: [p] vt putà, Fati esse dicebant, quòd nascimur, quòd occidimus: Fortunæ quidquid in vita varietatis [q] accidit.

220 Inter Falsitatem, & Mendacium: Negare quod [r] verum est, Falsitas est: Fingere quod [s] verum non est, Mendacium est. Vnde & Cato: Tu, inquam, si [t] verum supprimis, Falsarius agnosceris: si falsa cõfingis, Mendax esse [v] videris.

221 Inter Falsum, & Fictũ: [x] Falsum ad oratores pertinet: vbi veritas sæpe ita luditur, vt quæ facta sunt, negentur: Fictum verò ad Poetas: vbi quæ facta non sunt, facta dicuntur. Falsum est ergo quod verum non est: Fictum quod tantùm verisimile est.

222 Inter Fertilem, & Fructuosum: Fertilis, est ager: Fructuosum, quod cuique compendium est.

223 Inter Frondeum, & Frondosum: [y] Frondeum est, totum factum de frondibus, vt torus: Frondosus verò est [z] locus. Licet enim abundet frondibus: non tamẽ est de frondibus totus. Sic & [a] Gramineum, & Graminosum.

224 Inter Flecti, & Deflecti: Flecti est [b] retro, & in proximum: Deflecti verò longiùs, & in deuium.

225 Inter Frui, & Vti hæc distinctio est: quòd Fruimur, quo nequaquam carere possumus: Vtimur, quæ aliquando, nec semper habemus. Ac per hoc, Vti tẽporale est: Frui verò æternum.

226 Inter Fremere, & Frendere: Fremere, est furorem mentis, vsque ad vocis tumultum excitare: [c] Frendere verò proprie, dentes comprimere & concutere. Vnde fræna dicta, quòd hæc equi frendant, id est, [d] premant dentibus & mordeant. Hinc & frenetici dicti: eò quòd dentes concutiant.

227 Inter Flere, & Plorare: Flere est vbertim lacrymas fundere, quasi fluere: [e] Plorare, est quasi cum voce flere: [f] plangere, cum lacrymis pectus, aut faciem tundere. Lamentari, est cum aliquibus dictis miserabilibus flere. Mœrere, cum silentio dolere. Lugere, est cum habitus mutatione. Lacrymas autem à laceratione mentis dictas. Lugentes verò dicti, quasi luce egentes: vnde & [g] luctus dicitur.

228 Inter Fodere, & Effodere: Fodere, est tantùm sollicitare terram: Effodere, hoc ipsum faciendo eruere aliquid, vel inuenire, cui contrarium est Infodere.

229 Inter Famulari, & Obsequi: Famulari, est debiti: Obsequi, voluntatis propriè.

230 Inter Flagitare, & Flagitiare: quòd Flagitare idem est, quod [h] acriter interpellare: Flagitiare verò est [i] impurare.

231 Inter Fugiunt, & Diffugiunt: Fugiũt pariter: Diffugiunt diuisi.

232 Inter Fatemur, & Confitemur: [k] Cõfiteri proprij arbitrij est: [l] Nam fateri, coacti est animi, non voluntatis [m].

233 Inter Fecisti, & Nunquid fecisti? percontandi differentia est. Nam quo loco volumus nobis responderi factum esse, quod est imperatum, dicimus: Fecisti? quo loco volumus negari, hoc modo dicimus: Nunquid fecisti?

234 Inter Fluit, & Defluit: Fluit quod naturaliter decurrit, vt humor: Defluit autem, quod ætate, vel vetustate dissoluitur: vt ætas hominum, folium arboris: Fluere autem tribus modis dicimus, humore rerum, [n] sanie viuorum, tabe mortuorum.

235 Inter Funebre, Funereum, & Funestum: Funebre, luctuosum: Funereum, quod ex funere constat: Funestum verò, quod [o] funere inquinatum est. Itaque funestus famulus dicitur, qui aliquo funere pollutus est, quo minus sacra peragere potest.

236 Inter Fragrat, & Flagrat: Fragrat per r. litteram ad odorem refertur: per l. ad flammam & ignem. [p] Nam quando incendium significat quod flatu alitur per l. dicimus: & quando odorem, [q] quia fracta specie maior est, per r. enuntiatur.

237 Inter Fratrem, & Germanũ: [r] Fratres dicuntur, qui ex eodem patre nascuntur, & non ex eadem matre. Qui verò [s] ex eodem patre & matre, Germani appellantur. Et est Germanus ex eadẽ genitrice, vel ex eodem germine manans.

238 Inter Firmum, & Valentem: Firmus ex firmitate naturæ: [x] Valens verò ex præcipuis viribus, vt Athleta.

239 Inter Figuram, & Formam: [y] Figura est [z] artis: Forma naturæ.

240 Inter Farctum, & Partũ: Farctum dicimus, qui non est editus, & intra ventrem iacet: Partum, qui editus est.

241 Inter Fessum, & Fatigatum, & Lassum: [a] Fessum, animo & [b] cura: Fatigatum, ex itineris longitudine: Lassum, labore.

242 Inter Frameam & Machæram: [c] Framea appellatur gladius, ex vtráque parte acutus, quam vulgo Spatam [d] dicunt: Machæra autem, gladius est longus, ex vna parte acutus.

243 Inter Fœdus, & Pacem: Fœdus nãque pacem præuenit. Nam posterius Pax accipitur, prius Fœdus initur.

244 Inter Flumen, & Fluuium: [e] Flumen, torrenem &c. Fluuius, perennis aquarum decursus generaliter, à fluendo dictus. Et propriè flumen ipsa aqua: Fluuius, cuius aqua: Torrens autem inde dictus, quia pluuia crescit, siccitate torrescit, id est, arescit. [f] Vnde & Pacuuius flammeo vapore torrens torret. Porrò Riuus vocatur, qui subitò ex pluuia fit, celeriterque decurrit, ac deficit: [g] Fons autem est [h] caput aquæ nascentis. Amnis autẽ, fluuius est nemore [i] & frondibus redimitus, [k] & ex ipsa amœnitate Amnis vocatur.

245 Inter Fulgura, & Fulmina: [l] Fulgur, est splendor [m] micantis nubis: Fulmen autem, mucro est feruidus, ventorum violentia è nubibus ad terras emissus. Tria sunt autẽ hæc [n] Fulgor, Fulgur, & Fulmen: [o] Fulgor, qui tangit: Fulgur, quod incendit & vrit: Fulmen, quod findit. Et ideo cũ trinis radijs finguntur.

246 Inter Florida, & Florulenta: Florida, sunt arbores & herba: Florulenta campi, vel prata. Sic & alia intelliguntur similia.

247 Inter Frumenta, & Fruges: [p] Frumenta sunt arida & sicca: Fruges verò liquidæ. Frumenti autem nomen tractum est à frumine, id est, eminente [q] gutturis parte.

248 Inter Feras, & Bestias: Omnis bestia Fera, non omnis Fera, Bestia: [r] Bestiæ nãque sunt, quæ morsu vel vnguibus sæuiunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt pardi, leones, tigrides, [r] à vastando dictæ. A Feræ autem etiam illæ sunt [t] quæ etsi non sæuiunt tamen syluestres sunt, dictæ autem feræ, quòd [v] & naturali vtantur libertate, & desiderio suo ferantur.

249 Inter Fastos, & [x] Fastos dies: [y] Fasti vniuersaliter comprehensi, tam boni quàm mali: Dies [z] fasti, quibus sunt contrarij nefasti.

250 Inter Fastos dies, & Nefastos dies: [a] quòd Fasti dies sunt, quibus iudicia exercere, & causam dicere vel agere licet: Nefasti dies dicti, ab eo quòd nefas sit, quicquã his diebus agere vel dicere, vel sacrum B facere. Ergo festis diebus contrarij sunt nefasti.

251 Inter Festos dies, & Sollemnes: Festi dies ex consuetudine dicuntur: Sollemnes verò, qui ad omnes pertinent: vt parentalia. Vt quum quis defuncti officia expleuerit, dicitur sollemnia præstitisse.

252 Inter Fulmen, Fulgorem, & Fulgur: Fulmen, quod ferit: Fulgor est, quod apparet: Fulgur, quod conditur, si cadat de cælo.

253 Inter [b] Fœdus, & Fœdus: Fœdus turpis: Fœdus, placitum.

254 Inter Fides, & Fidis: [c] Fides in fide: Fidis de chorda. C

255 Inter Fœnum, & Fœnus: Fœnũ palea: Fœnus lucrum est.

256 Inter Fragrat, & Flagrat: Fragat redolet: [d] Flagrat, verberat.

257 Inter Fauorem, & Fauũ: Fauor adiutorium est: Fauum verò mel.

258 Inter Furatum, & Furtatum: Furatum, eum qui furtum facit: Furtatũ, quod furatur fur.

259 Inter Fatum, & Fatuum: Fatuum, segnem: Fatum verò, fortunæ decretio est.

260 Inter Fastos, & Fastus: [e] Fastus de superbia: Fastos de libris.

261 Inter Fœminam, & Femina: Fœmina de homine: Femina femora sunt.

262 Inter Forfices, & Forcipes: [f] Forfices, id est tisorias: Forcipes, tenaces.

263 Inter Fornicationem, & Adulterium: [g] Adulterium est, coniugalis tori inquinamentum: Fornicatio verò, amor legitimo coniugio solutus & vagus, explendæ libidinis consectando licentiam. Scripturæ autem solent fornicationem vocare [h] omnem illicitam corruptionem: sicut est idololatria, & auaritia, ex quibus fit transgressio legis: [i] propter illicitam concupiscentiam. Fornicatio autem sumpsit nomen à quibusdam ædificijs arcuatis quos fornices antiqui vocabant, in quibus meretrices constitutæ prostituebantur. Meretrices autem dicuntur à merendo, id est, promerendo stipendia libidinis. Vnde & milites, quum stipendia accipiunt, mereri dicuntur.

F.

a *Ex interpretibus Terentij, Act. 1. Scen. 2. Phorm.*
b *Vide Non. dict.* Fama.
c *Ex C. Frontone.*
d *al.* penè qui loquuntur.
e *Ex Seru. ad illud. 2. Æn.* furiata mente Choreb us.
f *al.* furientem.
g *al.* furiens.
h *Ex interpretibus Terentij act. 1. Scen. 1. And. & act. 3. Scen. 1. Hecyræ.*
i *al.* abstrahi pertimescit.
k *al.* hominum.
l *Ex Seru. ad illud. 1. Æn.* generis fiducia vestræ
m *al.* parata gloria.
n *f.* male viuentes.
o *f.* bene viuentes.
p *Ex Seru. mente ad ill. 4. Æn.* quem dederat cursum fortuna peregi.
q *al.* occiderit.
r *al.* verè.
s *al.* verè.
t *al.* vera nobis comprimis.
v *al.* iudicaberis.
x *Ex interpretum Terentij mente act. 1. Eunuch. Scen. 2.*
y *Ex Seru. ad ill. 2. Æn.* nemora inter frondea. *Vnde locus antea mutilus, restitutus.*
z *al.* locus.
a *al.* germineum, & germinosum.
b *al.* à recto.
Lib. 10. Etymol. littera F.
c *al.* imprimant.
d *Fest. dict.* plorare.
f *Sic vetus gloss.* plangoribus.
g *f.* lucus.
h *vetus gloss.* flagitauerit.
i Male imputare. *i. m s. Imputa res est.*
k *Non. dict.* confiteri.
l *Seru. ad illud. 4. Æn.* Anna fatebor enim.
m *al.* profiteri, id est.
n *Seru. ad ill. 8. Æn.* Sanie taboque fluentes, *cum sentit.* sanies mortui est, tabo viuentis, scilicet sanguinis.
o *al.* in funere.

p *Ex Seru. ad ill. 1. Æn.* fragrantia mella, *in altero m. s. erat,* nam quando flammam & ignem, qui incendium significat. *forte* legendum, nam quando flammam & incendium significat, *præeunte Seruio.*
q *al.* qui à fracta.
r *al.* pronuntiatur.
s *Sic lib. etymolog. 9. c. 6.*
t *Ex eod. lib. citato videtur legendum,* ex eadem matre non patre, *& infra,* est enim germanus ex eadem genitrice, non ex eodem germine manans. *alioqui sibi contrarius Isidorus his duobus locis & Seruio, vnde sumpsit ad illud. 5. Æn.* Hæc germanus Eryx.
v *al.* eadem matre & patre.
x *Interpretes Terentij actu. 3. Scen. 5. Heaut.* validus, robustus & habitior corpore.
y C. Fronto. figura artis opus, forma naturæ bonum.
z *al.* hominis.
a *Vid. Seru. li 8. Æn. ad & ill.* ter fessus valle resedit. *Etymolog. lib. 10. littera F. Aliter Verrius apud Diomedem lib. 1.* quod fatigatus sit, cùm quis per alium laborare compellitur, fessus verò, cùm quis labore deficit, vt lassus.
b *al.* corpore.
c *Sic lib. 18. etymolog. c. 6.*
d *al.* vocant.
e C. Fronto contra: flumen idem fluit & manet: fluuius temporibus siccatur. *Est autem totus ferè hic locus ex lib. 13. etymolog. cap. 21. ex quo verba* fluuius cursus aqua, *in* fluuius decursus aquæ, *mutanda videntur.*
f *Fest. dict.* torrens, *ex Antiopa citat, porrò dictio* torret, *& hic & in Etymol. in* terræ, *mutanda, legendumque* flammeo vapore torrens terræ fœtum exsiccat.
g *Varr. lib. 4. ling. Lat. dict.* fons, *& Festus à fundendo.*
h *al.* corpus.
i *al.* ex frondibus.
k *Varr. & Fest. melius à circumeundo, aut circumando.*
l *Sic ferè Non dict.* falmen.
m *al.* micantibus nubibus.
n *al.* fulgus. *f.* fulgos.
o *al.* fulgus.
p *A Seru. dissentit, qui ad ill. 1. Æn.* frugesque receptas, *qui frumenta & fruges confundit, & lib. 1. Georg.* siliqua quassante legumen.
q *Ex Seruio lege:* sub mento gutturis parte, *sunt hæc lib. 7. Etymolog. c. 3.*
r *Etymolog. lib. 12. c. 2.*
s *al.* à vi, qua sæuiunt, *Etymolog.*
t *al.* dictæ quod.
u *Ex Seru. ad ill. 1. Æn.* pinguisque ferinæ, *& in etymolog.*
x *al.* fastus.
y *Festus dict.* fasti, *& Seru. ad illud. 3. Æn.* stirpis Achilleæ fastus.
z *al.* fastus.
a *Fest. dict.* festis diebus. *Varr. lib. 5. de ling. Lat. dict.* fasti dies.
b F. Inter fœdum, & fœdus: Fœdum turpe, fœdus placitum.

c *Forte ex Agratio legen.* fides de fidelitate, fidis de chorda.
d *Hinc flagratores, quod mercede flagris cædebantur. Fest. dict.* flagratores.
e *Ex Agratio.*
f *Melius Seru. ad ill. 8. Æn.* Versantque tenaci forcipe ferrum. Forfices sunt, quibus incidimus. Forcipes quibus aliquid forsum tenemus, nam forsũ est calidum. *Fest. dict.* forcipes.
g *Etymolog. lib. 5. c. 26.*
h *Ezechiel. 16. multis locis. Osee. 2. c. 14. ali.*
i *al.* per illicitam.

De littera G.

263 INter Grates, & Gratias: Grates Deo aguntur: Gratiæ verò hominibus: quoniam referri [a] possunt. Idcircò optimè Deo conuenit, quod relationem significat ad [b] latriam.

264 Inter [c] Gaudium, & Lætitiam: Stoici sic distinguunt: Gaudiũ quippè esse aiunt elationem [d] animi, in his quæ digna sunt, exultantis: Lætitiam verò effrenatam [e] animi elationem, quæ modum nesciat: & in his quoq;, quæ vitio sunt mixta, lætetur. Vnde & scriptura: [f] Non est [g] gaudium impijs dicit Dominus.

265 Inter Grauitatem, & Grauitudinem: Grauitas ex pondere animi, & ex sententia constat: Grauitudo autem corporis est.

266 Inter Graue, & Grauidũ: [h] Graue de natura dicitur: Grauidum de [i] accedenti fœcunditate: vt arbor grauida pomis.

267 Inter Garrire, & Loqui: [k] Loquitur, qui rectè & [l] temperanter dicit: [m] Garrit, qui aut multa verba dicit, aut fordidè loquitur.

268 Inter Gerere, & Ferre: [n] Gerimus nostra & veluti natura aliqua, quæ in nobis sunt: Ferimus verò imposita nobis veluti onus. Sed Virgilius permixtè vtitur: [o] fidus quæ tela gerebat Achates. Gerebat proferre posuit.

269 Inter Grauatur, & [p] Ingrauatur: [q] Ingrauatur pondere alieno: Grauatur suo.

270 Inter Gentem, & Gentes, & Genus: [r] Gens nationis est, vt Græciæ, Assyriæ. Hinc & Gentilitas dicitur: Gentes autem familiæ, vt Iuliæ, Claudiæ: Genus verò ad qualitatem refertur: vt pecoris, pomi.

271 Inter Græcum, Græcanicum, & Græcense: [s] Græcus homo dicitur: Græcanica res: Græcense, quale in Græcia solet fieri.

272 Inter Gallum, & Gallicum, & Gallicanum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

canum: [t] Gallum in Gallia natum: Gallicũ ex Gallia latum: Gallicanum [y] quod aliquid ex Gallia affert.

273 Inter Germanam, & Sororem: Soror enim ab eodem germine, non ab eodem vtero: [x] Germana verò ex vtriusque manans germine.

274 Inter Genitorem, & Patrem: [y] Genitor naturæ vocabulum est, siue originis: Nam Pater dignitatis & honoris nomẽ est. Vnde & sanctos viros ac seniores, Patres dicimus. Genitores [z] verò nostri, à quibus nati sumus.

275 Inter Generat, & Parturit: Generare masculos dicimus: Parturire fœminas. Vt pura, ille generauit, illa parturijt.

276 Inter Gubernatorem, & Nautam: quòd omnis Gubernator, nauta esse potest: omnis nauta Gubernator [a] esse non potest.

277 Inter Grande, & Maximũ: [b] Grande ad corpus pertinet: Maximum ad animum.

G.

[a] *al.* non possunt.
[b] *al.* latam.
[c] *Cic. Tusc. 4.* cum ratione animus mouetur placidè atque constanter, tum illud gaudium dicitur: cùm autem inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest: quam ita definiunt: sine ratione animi elationem.
[d] *al.* animæ.
[e] *al.* anima.
[f] *Isaiæ cap. 18. & 57. vbi in vulgat. non est* pax *impedicit Dominus.*
[g] *al.* gaudere.
[h] *Non. dict.* graue. *Seru. ad ill. 8. Æn.* nodisque grauatum.
[i] *al.* accidenti.
[k] *Ex Varronis sententia lib. 5. de ling. Latina, qui loqui à loco deriuat, quòd sua quoq; loco verba ducantur.*
[l] *al.* temperanter.
[m] *Non. dict.* garrire.
[n] *Vid. Non. dictionibus,* ferre, & gerere.
[o] *1. Æneid.*
[p] *al.* ponderatur.
[q] *al.* ponderatur.
[r] Gens, & nationis, & familiæ. *Seru. ad ill. 1. Æn.* Gens inimica mihi.
[s] *C. Fronto. fere* eodẽ sensu Corinthium ciuem dicimus, Corinthiacum vas: Corinthiensem fontem.
[t] *Sic Fronto.* Gallus natione, Gallicus ex Gallia.
[y] *f. scrib.* Gallicanus qui al.
[x] *Sibi ipsi contrarius Isidorus supra.*
[y] *Seruius tamen ad ill. 1. Æn.* Prospiciens genitor: Venerabilis inquit, vt Tybri pater, ergo nomen & ad verum pertinet, & ad honorem refertur.
[z] *al.* non nisi à quib. n. s.
[a] *al.* dici
[b] *C. Fronto.* Grande incremento, magnum amplitudine.

De littera H.

278 INter Hodie, & Hoc die: Hodie est, quasi primum fiat: Hoc die, quasi aliquando factum referamus.

279 Inter Hunc diem, & Hanc diẽ: Dies masculini generis bonum tempus apud veteres indicabat: fœminini malũ: Veluti in Iob, maledicta dies.

280 Inter Habeo, & Ab eo: Habeo, retineo: Ab eo, hoc est, ab ipso.

281 Inter Hos, & Os: Si Hos cum h. scribimus, significamus personam. Sine h. significat vultum.

282 Inter Hæresim, & Schisma: Schisma esse eadem opinantem, atque eodem ritu colentem, quo cæteri, solo congregationis delectari discidio: Hæresim autẽ esse longè alia opinantem, quàm cæteri, aliamque sibi, ac longè dissimilem peruersi dogmatis instituere culturam. Hæresis autem Græcè ab electione dicitur: quòd scilicet vnusquisque id sibi eligat, quod melius esse videtur. Secta autem à diuisione dicta est, quasi sectio. Vnde & sectæ Philosophorum, vel Hæreticorum dicuntur.

283 Inter Honos, & Onus: Honos [a] de honore: Onus de onere.

284 Inter Hora, & Ora: [b] Hora cum h. littera, dierum: Sine h. regionum vel finiũ, siue oris significatio, quo loquutio exprimitur.

285 Inter Honustus, & Oneratus: hoc interest: quòd [c] oneratus est, qualicunque pressus pondere: Honustus verò, cui ipsum onus honori est, vt si quis spolia hostium ferat. Sed Oneratus aspirationem non habet: quia ab onere venit: [d] Honustus verò quia ab honore descendit retinet aspirationem.

286 Inter Hauritur, & Exhauritur: Hauritur aqua: Exhauritur puteus.

287 Inter Herbidum, & Herbosum: Herbidum dicimus locum, in quo herbarũ viriditas nunquam cessat: Herbosum autem qui facilè herbam generat, & ad tempus arescit.

[a] *al.* honus regionum, *sed vox* regionum, *irrepsit ex sequenti articulo.*
[b] *Ex Agratio.*
[c] *Ex Seru. ad ill. 1. Æn.* spolijs orientis onustum.
[d] *Vetus glos.* honus honor Τιμὴ θεῶν Τιμὴ ἀγαθῶν. *Varro etiam 4. de ling. Lat.* dictum onus & honos qui sustinet remp.

De littera I.

288 INter Inferum, & Infernum: Pars superior [a] Inferni Inferus est: vbi quiescuerunt ante aduentum Christi animæ iustorum. Pars verò inferior, Infernus: in quo [b] truduntur animæ impiorum, qui plurimũ peccauerunt. De quo Propheta animam suam liberatam esse [c] gaudet, dicens: [d] quia liberasti animam meam ab Inferno inferiori.

289 Inter Initium, & Principium: Initiũ est rerum, à quo quid incipit: vt fundamenta domus, carina nauis: Principium autem, verborum exordium est.

290 Inter Iudicium, & Iustitiam: Iustitia est studium rectè viuendi: Iudicium verò æquitas rectè iudicandi: quisquis ergo benè [e] viuendo seruit, Iustitiam facit: quisquis rectè iudicat in subditis, Iudicium custodit. Prophanatur autem Iudicium astutiæ tempore, non dignitate. Nam primum oportet quemque esse iustum, prouidere rectitudinem: & post hoc assequitur in Iudicijs æquitatem. Horum primum virtutis est, alterũ honoris. Neque enim quisquam potest peruenire ad honorem, nisi per virtutem. Differt enim Iustitia à Iudicio. Solet enim dici Iudicium prauum, quòd iniustum est: Iustitia verò [f] nunquam; & iniusta esse non potest.

291 Inter Incantatorem, Magum, Aruspicem, & Maleficum: [g] Incantatores sunt, qui rem [h] verbis peragunt. Magi, qui de sideribus philosophantur: Malefici, qui sanguine vtuntur & victimis, & sæpè continguntur corpora mortuorum. Aruspices, qui [i] extra pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt.

292 Inter Indoctum, & Indocilem: [k] Indocilis est, qui penitus non potest [l] discere. Indoctus, qui nondum [m] discit; & tamen discere potest. [n] Ad hanc formam similia distingue: vt putà, immotus, & immobilis, & his similia.

293 Inter Innoxium, & Innocuum: [o] Innocuus est cui non nocetur: Innoxius, qui non nouit nocere.

294 Inter Impurum, & Impudicum: [p] Impudicus, qui turpitudinem flagitij infert: [q] Impurus, qui patitur.

295 Inter Immemorẽ, & Ignarum: [r] Immemor est, qui oblitus est: Ignarus, qui inscius. Vnde & nares dictæ, quæ nos [s] odore admonẽt, vt [t] cognoscamus aliquid & sciamus. Vnde & [u] olfeciſſe, sciſſe veteres dicebant.

296 Inter Inertem, & Segnem: [x] Iners sine arte, & ob hoc neque [y] operis quidem vllius. Segnis, quasi sine igne: quomodo securus, sine cura; id est, frigidus: per quod inutilem accipimus.

297 Inter Insanum, & Insanientem: Insanus est qui perpetuo animi furore tenetur: Insaniens subitò incitatus indignatione, vel ira.

298 Inter Impium, & Peccatorem hoc distare solet: [a] quòd omnis Impius peccator: non tamen omnis peccator impius habendus est. Impius quippe est, quisquis à fide, pietate alienus efficitur: Peccator verò, qui praua actione fœdatur.

299 Inter Iniquitatem, & Peccatum sic distare dicit Ambrosius: quòd Iniquitas ad mentis acerbitatem refertur: Peccatum verò ad prolapsionem corporis. Præcedit igitur Iniquitas, Peccatũ sequitur. Sed grauior est Iniquitas, tanquam materia peccatorũ: in cuius comparatione leuius est peccatũ. Item peccatum est, quod admittitur: piaculum autẽ id, quod admissum est, & id, quod expiatur admissum. Iniquitatis autem tres sunt differẽtiæ: suggestionis, delectationis, & consensus. Inter iniquitates & peccata sanctus Hieronymus, hanc differentiam facit, Iniquitates dicimus, quæ ante susceptã fidem, siue per ignorantiam, siue per scientiam committuntur. Peccata verò, quæ post cognitionem fidei, vel gratiam baptismatis contrahũtur: [b] totidemque & peccata, verbi, operis, & consensionis.

300 Inter Inuidum, & Inuidiosum: quòd [c] Inuidus feliciori inuidet: Inuidiosus autẽ [d] is est, qui ab alio patitur [e] Inuidiam. Nihil autem honestum, quod non inuidiosum. Nemo quippe inuidet misero: quis autem bonus & non inuidiosus?

301 Inter Iram, & Iracundiam: [f] Ira præsens est, & ex causſa nascitur: Iracundia au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem vitium naturale,& perpetuum est. Itē Iratus pro tempore concitatur: Iracundus autem [g] frequenter irascitur, & ad leuem sermonis auram,quasi à vento folium,commouetur. De talibus dicit scriptura: Vir Iracundus inhonestus est. Et iterùm: Iracundus effodit peccata.

302 Inter Ignominiam, & Infamiam: [h] Ignominia ponitur [i] potestate alicuius:Infamia autem fit multorum consentiente sermone.

303 Inter Incusare, & Accusare: [k] Incusamus potiores:Accusamus pares. Item Incusamus verbo: Accusamus crimine & facto.

304 Inter Iubere, & Imperare: Iubere apud veteres non idem erat, quod Imperare.Nam Iubere ibi dicebatur, vbi voluntatis erat obsequium: Imperare autem, vbi [l] debito quisque imperio parebat.

305 Inter Iactamur, & Fatigamur: [m] Iactamur in [n] maris fluctibus: Fatigamur in terris.

306 Inter Iaceo,& Iacio.Iaceo accubantem significat: Iacio verò mitto demõstrat.

307 Inter Ignem,& Focum: Ignis ipsa flãma est: [o] Focus verò fomes, ac nutrimentum ignis. Nam Varro Focus, [p] ait, dictus, quòd foueat ignẽ. Focus ergo dictus à fotu.

308 Inter Ianuam,& Ostium: [q] Ianua est aditus primus in domum:Ostium in quemlibet locum domus. Similiter verò Ianua, vel [r] est clausa, vel patens: Fores autem & Valuæ [s] ipsæ clausæ sunt,sed fores,quæ foras vertuntur:Valuæ quæ intus aperiuntur: & duplices, multiplices, cõplicabilesq. sunt. [t] Portæ verò propriè murorum dicuntur: atque [u] ideò dictæ, eo quòd antiquitus [x] portato aratro designabantur, quando circumducebatur gyrus, atque [y] vrbs signabatur.

309 Inter Illius similis,& Illi similis: Illius similis ad mores refertur: Illi similis ad vultum.

310 Inter Iuuentam, & Iuuenturem: [z] Iuuentus est iuuenum multitudo: [a] Iuuenta autem [b] hominum est ætas. Iuuentas verò [c] decus iuuentutis. Sed auctores in plerisque locis aliter posuerunt.

311 Inter Inficere,& Officere: [d] Inficere est colorem mutare: Officere est alicui nocere.

312 Inter Inuenire,& Reperire: [e] Inueni mus inquisita: Reperimus vltrò occurrẽtia.

314 Inter Inquirere,& Quærere: [f] Inquirimus ea de quibus dubitamus:Quærimus [g] ignota.

315 Inter Impendere,& Impendère:Impendere corruptè ab eo venit,quod est impendo,impendere.Impendère autem,si E literam producas,significat imminere,ab eo quod est impendeo.

316 Inter [h] Iuuat,& Iubat:Iuuat,delectat; Iubat, adiuuat.

317 Inter Illicem, & Ilicem: [i] Illicem cũ duobus ll.significat inductorem:Ilicem per vnum l, arborem indicat.

318 Inter It,& Id: Id, pronomen est: It verò,vadit.

319 Inter [k] Inquid, & Inquid: Vt putà vbi inquid dictum.

320 Inter Insitum, & Insertum: [l] Insitas arbores dicimus: Insertas verò [m] caussas,aut fabulas.

321 Inter Illud, & Illuc:Illud pronomen: Illuc aduerbium est.

322 Inter Imprecari, & Deprecari: Imprecari,maledicere: [n] Deprecari, excusare, & expurgare.

323 Inter Incolam, & Inquilinum: [o] Incola [p] quidé, & Inquilinus signum est perdiæ patriæ. Sed Inquilinus dicitur, quàmdiu peregrinatur: Incola quum inuenerit sedem.

324 Inter Indigenam, & [q] Indigentem, [r] Indigentes egeni sunt: [s] Indigenæ, indegeniti.

I.

a *Inferi infernum vterq.m.s.mendosè.*
b *al.*traduntur.
c *al.*congaudet.
d *Psalm.85.*& eruisti animam meam.
e *al.*viuendi seruiat.
f *al.*iniqua & iniusta.
g *Etymolog.lib.8.c.9.*
h *al.*verbo.
i *al.*secta.
k *Ex Seru.Æneid.lib.8.*Is genus indocile. *al.* indocibilis.
l *al.*docere.f.doceri.
m didicit,*ex Seru.*
n *al.*ab hac forma.
o *Ex Seru.ad ill.*10.*Æn.*omnes innocua.
p *al.*impurus.
q *al.*impudicus.
r *Ex Seru. ad ill. 1. Æn.* neque enim ignari sumus ante malorum.*Ipse etymolog.lib.*10.*littera I.*
f *al.* ad odorem.
t *al.*noscamus.
v *al.*olfari res veteres dicebant.
x *Fest.dict.*iners,*est autem ex Seru.ad ill.1.Æn.*instant ardentes Tyrij,*ipse etymolog.lib.*10.*littera I.*
y *al.*operiq. vtilis.
z *Etymolog.lib.*10.*littera S.*
a *Ex Ambrosio.*
b *al.*totidemque.
c *Etymolog.lib.*10.*littera I.*
d *al.*idem est.
e *al.*malum.
f *Terētij interpretes act.4 scen.6. Heauton.* ira de caussa est,iracundia de vitio multum irascentis. *Distinguit etiam Cicero 4. Tusc. & Fronto.* iratus ex offensa est,iracundus natura.
g *al.*frequens.
h *Ex C. Fronto.* ignominia imponitur ab eo, qui potest animaduersione notare, infamia ex multorum sermone nascitur.
i *al.*in potestate.
k *Ex Seru.ad ill.*1.*Æn.*talibus incusat,*qui tamen ampliùs,quam noster.*
l *al.*dubio.
m *Ex Seru.ad ill.*1.*Æn.*terris iactatus & alto.
n *al.*mars.
o *Fest.dict.*focus.*& Seru ad ill.*12.*Æn.*in medióque focos.
p *al.*autem.
q *Ex Seru. ad ill. 1. Æn.* foribus cardo stridebat ahenis.
r *al.*cum claustris vel.
t *al.*ipsa claustra.
*Vid. Seru. ad ill.*2. *Æn.* iamque propinquabant portis,*& lib.5. Æn.ad illud,* vrbem designat aratro. *Ipse Etymolog.lib.*15.*c.*2.
v *al.*inde.
x *al.* portatura rotæ designat.
y *al.*vrbo.
z *Ex Seru.ad ill.*1.*Æn.*lumenque iuuentæ.
a *al.*iuuentas.
b *Leg.*iuuenum *ex Seru.*
c *Leg.*Deus *ex mente Seru. & Acron.in Od.3.lib.*1. *Horatij.* Hæc est ἄβη *& sic ferè Agratius. Vid. & Non. dict.* iuuentus.
d *Ex C. Fronto.*infector colorem mutat, offector, officio obest.
e *C. Fronto.*inuenimus nostra, reperimus aliena.
f *Ex C. Frontone.*
g *al.*nota disciplinam *Fronto.*
h *Puto inter* iuuat, & iuuat,*vt supra inter* paret & patet,*vt tantum iuuat, discrimen significationis sub eadem voce,vt inter nobilis & nobilis, notus & votus, sed hoc in vno tantùm codice.*
i *Ex Fest.dict.* inlex.
k Corruptus locus, *atque hoc quoque abest ab altero m.s.*
l *Ex Seru. ad ill. 2. Georg.* mutatamque insita mala ferre pyrum,*sed in altero lib.*Insertas verò caules aut fabulas, *vt amplius de Seruij loco deliberandum censeam.*
m *al.*cautes aut *f.*
o *Agrar.vid.Agell.cap.16.lib.6.*
p *Vid.Etymolog.lib.*8.*cap.*4.*Fest.dict.*inquilinus.
q *al.*qui & inq.
r *al.*indigetem.
f *al.*indigetes.
- *Ex Seru.ad illud 8.Æn.* tum manus Ausoniæ.

A *Delittera L.*

325 INter Libertatem, & Liberalitatem: Libertas conditionis est:Liberalitas verò beneficentiæ, & largitatis: vt nudum vestire,captiuos redimere,pauperi victum [a] administrare.

326 Inter Laudabilem, & Laudandum: Laudabilis est,qui laudari potest: Laudandus,qui laudari debet.

327 Inter Luxuriosum, & Prodigum: [b] Luxuriosus,quasi solutus in voluptates: vnde mẽbra loco mota luxa dicuntur: [c] Prodigus autem sumptuosus: qui omnia porrò agit,& quasi projcit.

328 Inter Lasciuum,& Petulantem: Lasciuus luxu,Petulans temeritate.Petulantia autem libido dicitur,ab eo quod petit malè alienum pudorem.

Inter Litigiosum,& Litigatorem,Litigiosus est, de quo litigatur; quasi ager: Litigator,qui litigat.

329 Inter Lætitiam,& Exsultationem.Lætitia est, mentis gaudium: Exsultatio verò verborum,atque membrorum. Rursus exsultatio [d] à iubilatione distinguitur. Vbi enim verba sufficiunt lætitiæ,& lingua idonea est mentis gaudium explicare, exsultatio est. Vbi verò non potest quisque conceptum gaudium verbis [e] annuntiare: sed ipsam animi [f] effusi lætitiam in vocẽ quãdam [g] exsultationis erumpit,iubilatio est.

330 Inter Lethũ,& Mortem,quidam tentauerunt facere discretionem, dicentes:Lethum per se venit:Mors verò infertur.

331 Inter Libidinem,& [h] Liuidinem:Libido per b.cupiditas est animi: [i] Liuido per u. liuor est corporis.Sunt autem multæ variæque libidines; sicut Libido vlciscendi, quæ ira vocatur: sicut Libido habendi pecuniam, quæ auaritia nominatur: sicut Libido quomodocunq. vincendi,quæ [k] pertinacia dicitur: sicut Libido gloriandi, quæ iactantia nuncupatur. Et cùm sint multarũ libidines rerum: neque cuius rei libido sit adijcitur:non solet animo occurrere,nisi illa tantùm,qua obscœnæ partes corporis ad flagitiorum immunditias excitantur: Sed meritò ista inter cætera, hoc sibi nomẽ propriè obtinuit:quia in carne corruptibili plus ceteris sæuit. Dicta autem Libido, eò quòd libeat alienum pudorem,siue quamcunque rem appetere.

332 Inter Laudem,& Laudationem:Laus est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est eius, qui laudatur: Laudatio verò eius, A qui laudat. Itē Laus [l] est, in qua virtus enitet: Laudatio, ipsa [m] laudātis oratio. [n] Laus & lætitia sine celebratione vocis in animi admiratione consistit: Laudatio verò, rei cuiusque prædicatio est, adminiculo orationis ornata.

333 Inter Largitatē, & Largitionē: [o] Largitas, humanitatis est: Largitio, ambitionis.

334 Inter Lætari, & Gratulari: [p] Lætamur de nostris bonis: Gratulamur de [q] amicorū.

335 Inter Legere, & Lectitare: Legere ad tempus refertur: Lectitare ad frequentiam: B [r] interdum & Legere nauticum verbū est: quia & nauis dicit' Legere, quidquid trāsit.

336 Inter Labium, & Labrum: [s] Labium superius dicimus: Labrum inferius. Rostrū, non [t] nisi auium, quod incuruum est. [u] Vanissimè autem quidam [x] nititur facere discretionem: vt virorum labra, mulierum labia [i] dicantur.

337 Inter Lactantem, & Lactentem: [z] quòd Lactans est, quæ lac præbet: Lactens, cui præbetur.

338 Inter Leges, & Iura: [a] Ius dicitur: Lex scribitur. Vnde, & Virgilius: iura dabat, legesque viris. Item leges humanæ: [b] Iura diuina sunt. Ideòq. & iuramentum dicitur, id est, sacramentum in [c] Deo. Hinc & Virgilius: Fas mihi Graiorū sacrata resoluere iura.

339 Inter Leges, & Mores: [d] Lex est scriptis edita: Mos autem, lex quædam viuēdi, nullo vinculo [e] adstricta, siue lex non scripta, sed tantùm cum vsu retenta.

340 Inter Latronem, & Furem: Qui alienū [f] inuolat Fur est: qui furatur & occidit, Latro est. Propriè autem [g] Latro à latitando [h] insidijs dictus: [i] Fur autem à furuo vocatus, id est nigro: nam noctis vtitur tempore. Pulchrè autem Plautus [k] cuidam, qui D furabatur, ait. [l] Tu trium litterarum homo: id est, fur.

341 Inter Locum Religiosum, & Sacrū, & Sanctū: Quòd Sacrum vocamus, quod ad Deos superos pertinet: [m] Religiosum, quod ad Deos inferos: Sanctū verò, quod aliqua sanctitate sanctum est: vt sunt tauri apud [n] Homerum [o] soli sancti, sacri, sacrosancti.

342 Inter Labat, & Lauat: Labat nutat: Lauat [p] lotorem esse.

343 Inter Lætū, & Lethum: Lætum gaudentem: Lethum mors dicitur.

344 Inter Labium, & Labrum: Labiū oris: Labrum vasis, à rostro, quòd incuruum est.

345 Inter Lympham, & Nympham: [q] Lympham aquam: Nympham deam.

346 Inter Litem, & Rixam: Lis inter duos cōmittitur, & mota finitur. Rixa inter multos, & [r] iurgio constat.

347 Inter Ligat, & Legat: Ligat quis vinculo: Legat testamento.

348 Inter Limen, & Limitē: [s] Limen, ædiū est: Limes, regionum, vel finium.

349 Inter Libat, & Immolat: [t] Veteres Immolare dicebant, quando victimas in [u] mole altaris ponentes ignem [x] sacrificijs subijciebant. Libare autem quando pateras mero plenas aris fundebant. Nam libare priè fundere est. Vnde & Liber vocatur: [y] qui vini vsum in Græcia ostendisse fertur. Nos ergo iuxta verborum distinctionē Immolamus panem: Libamus calicem.

L.

a *Al.* tribuere, vel administrare.
b *Vid. Non. dict.* luxum, *& dict.* luxuria, *ipse lib. etymol. 10. littera L.*
c *Fest. dictione* prodegeris, *& dict.* prodiguæ hostiæ.
d *al.* ad iubilationem.
e *al* nuntiare.
f *al.* diffusi.
g *al.* exsultationis.
h *f.* libidinem.
i *f.* liuedo.
k *Non. dict.* pernicacia.
l *al.* eius ipsa virtus enitens. *f.* eius in quo virtus enitet.
m *al.* laudatio orationum.
n *al.* laudem lætitiam, sine celeb.
o *Ex Agratio.*
p *Ex Agratio.*
q alienis *Agrat.*
r *Ex Seru. ad ill. 1. Georg.* primi lege littoris oram. *& ill. 3. Æn.* littoraque Epiri legimus, *& 2. Æn.* parsque tera pontum ponè legit.
f *Ex Agratio.*
t est, nisi quod incuruum est. *Agrat.*
v *Ex Seru. ad ill. 2. Eclog.* calamo triuisse labellum.
x *al.* tentant.
y *al.* dicant.
z *Ex Seru. ad ill. 1. Georg.* lactentia turgent.
a *Ex Seru. ad citata verba ab Isidoro, quæ sunt. 1. Æn.*
b *Seru. ad locum citatum, qui est 2. Æn.*
c *al.* domino.
d *Sic ferè ipse lib. 2. etymol. c. 10. & lib. 4. c. 3.*
e *al.* adstrictus.
f *al.* aliquid subtrahit, fur est.
g *Sic ipse etymolog. lib. 10. littera L. Varro, quòd circa latera ferrum habeat. Fest. quòd à latere adoriatur, aut à λᾶς λίας.*
h *f.* in insidijs.
i *Seru. ad ill. 3. Georg.* Nocturnum stabulis furem.
k *al.* de quodam.
l *Plautus Aululari a.*
m *Vid. Fest. dict.* religiosus, *& Macrob. lib. 3. Satur. c. 3.*
n *ἐδωσ. μ.*
o *f.* soli sancti, *duæ sequentes dictiones, fortè glossema.*
p *f.* lotorem, *aut* lauatorem. *Etiam Fest. distinguit dict.* lympha.
q *al.* iniuria. *Ex Agratio, qui fortè ex Isidoro supplendus. Eadem ferè lib. Etymolog. 6. c. 16.*
r *al.* mola.
s *al.* sacrificium.
t *al.* quia.

A nus, accipientis: Dictum autem Donum à dando: Munus à muniendo, vel à [p] monendo.

361 Inter Meruit, & Promeruit: [q] Meruit commune est, & ad pœnam, & ad præmiū: Promeruit tantùm ad præmium. Nam promeritus dicitur; qui benè facit: sic immeritus, qui malè.

362 Inter Magnum, & Grandem: Magnū ad animum [r] referimus: Grandē ad corpus.

363 Inter [s] Mutuum dare, & Commodare: [t] Qui mutuum dat, aliud recepturus est: qui commodat, vtique idem sibi reddi desiderat.

364 Inter Monere, & Admonere: [u] Monet qui præcipit: Admonet, qui, quod exciderat, memoriæ reducit.

365 Inter Meretur, & Mœret: Qui meretur, dignus est aliquo beneficio: qui mœret, tristis est.

366 Inter Miramur, & Admiramur: [x] Admiramur virtutes: Miramur opera.

367 Inter Miseremur, & Miserescimus: [y] Miseremur, quantum necesse est: Miserescimus amplius, quàm necesse est. Item Miseremur rogati: Miserescimus vltro.

368 Inter Monemus, Admonemus, & Commonemus: Monemus futura: Admonemus præsentia: Cōmonemus præterita.

C 369 Inter Multitudinem, & [z] Numerum: Multitudo numero fit: Turba [a] loco posita. Possunt enim pauci in angusto turbam facere.

370 Inter Mihi, & Mi: Mihi datiuus casus est: Mi vocatiuus.

371 Inter Municipem, & Municipalem: Municipes sunt Curialium maiores; dicti eò quòd fisci munera accipiant: [b] Municipales autem [c] originales ciues sunt, & in [d] locum officium gerentes.

372 Inter Māmillas, & Mammas, & Vbera. [e] Mamillæ virorum sunt: Mammæ mulierum: Vbera pecorum. Papillæ autem sunt nuclea summa mammarum, quæ sugentes comprehendunt.

373 Inter Matronam, & Matrem familias: [g] Melesius Grāmaticus arbitratur hoc interesse, quòd Matrona dicatur mater primi pueri: Mater familias, quæ plures peperit. Alij dixerunt Matronam dici, quæ in matrimonium cum viro conuenerit, & [h] in eo matrimonium actum: Matrem verò familias eā esse, quæ in matri manu mancipioq. est, aut [i] in cuius maritus manu mā-

cipio-

De littera M.

350 INter Misericordiam, & Miserationem: Benè velle, misericordiæ est: benè facere, miserationis. Dicitur enim Miseratio, quasi Misericordiæ actio. Nam [a] Misericordia, affectus tantùm cordis est, quo compellimur, vt miseris subueniamus. [b] Quapropter Misericordia cōdolere misero nouit: etsi non sit, vnde tribuatur. Miseratio autem ex opere comprobatur. B

351 Inter Memorare, & Commemorare: Memorantur pauca: Commemorantur multa.

352 Inter Mansuetum, & Modestum: [c] Mansuetus est, qui nulli iniuriam irrogat: [d] Modestus, qui nec læsus irascitur.

353 Inter Miserum, & Misellum: [e] Miserum, viuentem adhuc dicimus: Misellum, mortuum.

354 Inter Miserandum, & Miserabilem: [f] Miserabilis est, cui misereri possumus: Miserandus, cui misereri debemus.

355 Inter Memoriosum, & Memorem: [g] Memoriosus memoriam habet. Memor verò, beneficij, vel defensionis memor est.

356 Inter Moram, & Tarditatem: Mora est quæ impedit: Tarditas quæ impeditur: Mora in re: Tarditas in homine.

357 Inter Mendum, & Mendacium: [h] Mendum in libro propriè dicitur; vnde & emendare dicimus: Nam Mendacium in cæteris rebus est.

358 Inter Malitiam, & Malignitatem: [i] D Cogitatio quippè praua mentis, Malitia dicitur: Malitiæ votum, vel opus Malignitas appellatur.

359 Inter Multationem, Pœnam, & Supplicium: [k] Multatio potest esse, & sine sanguine, in damno pecuniæ. Supplicium cum sanguine: [l] Pœna verò, dolor sine sanguine.

360 Inter Munus, & Donum: [m] Munus est debitum: [n] vt patrono: Donum, honorarium est. Item [o] Donum, dantis est: Mu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipioq. esset: quoniam in familiam quoq. A mariti, & sui heredis [k] veniſſet. [l] Matronæ autem & virgines nubiles dicuntur, quæ matres iam fieri possunt. [n] Quoniam per quandam iuris sollemnitatem in familiam migrant mariti.

374 Inter Mortuum,& Emortuum:Mortuum iam [n] exanimatum corpus:Emortuũ verò,vicinum morti.

375 Inter Mare,& Maria: [o] Mare,clemẽtum est totum:Maria verò,partes maris.Sicut terræ partes sunt: Terra verò,tantùm elementum.

376 Inter Montes,& Colles: Montes tumores terrarum: Colles prominentiora iuga montium,quasi [p] colla. B

377 Inter Malogranatam,& Malogranatũ: Malogranata fœminini generis arbor est:Malogranatum verò generis neutri,pomum est.Sicut Persicus,& Persicum. Persicus generis fœminini arbor:Persicum generis neutri fructus est. Sicut Buxus,& Buxũ: Nam Buxum [q] neutrum, lignum est: Buxus [r] fœmininum, arbor est.

378 Inter Magis,& Potius:Magis est alterum ex duob.præferre,vtrum comparet:Potius alterum damnat.

379 Inter Mala, & Malas : Mala poma sunt:Malæ verò maxillæ.

380 Inter Marem, & Mare:Marem,masculum:Mare,elementum est aquæ. C

381 Inter Mentientem , & Fallentem: Considerandum est,quòd ille mẽtitur, qui vult videri,quod non est: [s] Qui autem non volens aliud putat quàm est, non mentitur, sed fallitur. Inest ergo omni mẽtienti voluntas fallendi: [t] Res autem fallendi,voluntas non est mentiendi. Nam & lapis fallit, & multa corpora, [u] specie fallunt, vt remi fracti in vnda,dum sint integri: sed & turres,quasi currentes, oculos nauigantiũ D fallunt. Et tamen hoc [x] naturæ agunt specie,non mentiendi voluntate.

382 Inter Monile,& Munile : Monile dicitur,harpago à monendo:eo quòd moneat mulierem,esse sub potestate viri:Munile verò dicitur vestimentum; à muniendo. Vel munile dicitur ornamentum ex gemmis, quod solet ex fœminarum pendêre collo,dictum à munere.

M.

[a] *al.* misericordiâ.
[b] Quippe videtur *in altero m. ſ.*

[c] *Feſt. dict.* mansuetus *Non dict.* mansuetum.
[d] *Non dict.* modestus. Ipse *etymolog. lib. 10.*
[e] *Ex lib. 10. etymolog. littera M. potius legendum videtur,* miſellum viuentem adhuc, miſerum mortuum.
[f] *Etymolog. lib. 10. littera M.*
[g] *Ex C. Front. qui paullo copioſius,* memorioſus habet ad dicta factaque referẽda memoriam: memor beneficij memoriam, vel iniuriæ refert. *Vnde in Iſidoro pro* defensionis *malim* offensionis *reponi.*
[h] *Cariſius ſic ferè, mendum, & mendam diſcriminat:* mendum in mendacij significatione distinguitur, menda in culpa operis,aut corporis.
[i] *Sic Cicero. 3. de natur. deor.* est enim malitia,versuta & fallax nocendi ratio.
[k] *Ex Varronis mente. 5. de ling. Lat.* multa à pecunia, quæ à magistratu dicta, vt exigi posit ob peccatũ,
[l] *Varro, ibid.* pœna à puniendo , aut pœnitendo, B quòd post peccatum sequitur.
[m] *Ex Front. & etymolog. lib. 6. c. 19. vide ſupra.*
[n] *al.* in patrono.
[o] *Ex Agratio ad verbum.*
[p] mouendo *Agratius: malè opinor.*
[q] *Interpretes Terent. act. 2. ſcen. 2.* promeruit, adiuuit,profuit: *cui contrarium eſt commeruit; vnde quæ pro immeritus commeritus legendum ſuſpicari poſſit. Vel ex illo loco Hecyr. actu. 3. ſcen. 5.* quæ nunquam quidquam erga me commerita est pater. *Vbi ijdem interpretes* mereri bona dicimus,commereri mala. *Vid. Serv. ad ill. 4. Æn.* nunquam regina negabo Promeritam.
[r] *al.* refertur.
[s] *Ex Agratio abbreuiatum.*
[t] *al.* mutuare.
[v] C. *Front.* monet propter beniuolentiam, admonet, vt confirmet memoriam. C
[x] *Ex Agratio.*
[y] *Ex Serv. ſenſus expreſſus ad ill. 2. Æn.* miſereſcimus vltro.
[x] *Lege (inducta dictione* numerum, *quæ malè ex ſequenti verſu irrepſerat)* turbam.
[a] *f.* loci positu. C. *Fronto.* turbam angustus locus facit.
[b] *Etymolog. lib. 9. c. 4.*
[c] *f.* loco.
[d] *al.* originis.
[e] *Ex etymolog. lib. 11. c. 1.*
[f] *al.* pecudum.
[g] *Leg. Helias Meliſſus ex Agell. lib. 18. c. 6. vbi hæc vana opinio recenſetur. Vid. etiam lib. etymolog. 9. c. 18.* D
[h] *al.* ideò matrimonium dictum.
[i] *al.* in eius: in cuius *Agell. apertius.*
[k] locum veniſſet *Agell.*
[l] *Vid. Seruium ad illud 9. Æneid.* multis è matribus ausa.
[m] *Locus non integer, & ex Seruio, vnde eſt ad illudis 1. Æn.* Tirrhena per oppida matres, *ita explendum.* Matres familias verò, quæ in matrimoniũ conuenerint per coemptionẽ, quon. &c. *nã alioqui deſcriptio illa non nimè matronis conuenit. ſed matribus familias tantùm. Vid. etiã Serv. ad ill. 7. Æneid.* quæritur hæres. *& fortè etiam tertium membrum de matre deſideratur, conſule lib. 9. c. 8. etymolog. Vid. Feſt. dict.* mater familias, *& Non. dict.* matronæ, & matres familias.
[n] *al.* exanime.

[o] *Ex Serv. ad ill. 6. Æn.* tot maria intraui.
[p] *Varro à colendo 4. de ling. Lat.*
[q] *al.* neutri.
[r] *al.* fœminini.
[s] *f.* qui.
[t] *al.* res autem fallunt quibus tamen vol.
[v] *f.* species etiam fallunt vt.
[x] *f.* natura ag. species.

De littera N.

383 INter Necessitatem, & [a] Necessitudinem : Necessitas aliquid fieri cogit:Necessitudo autem affectus est, vel vinculum propinquitatis.

384 Inter Nihil, & Nihili: [b] Nihil aduerbium est : Nihili autem homo, nullius momenti. B

385 Inter Nudũ,& Nudatum: [c] Ea enim Nudata dicuntur,quæ vestiri solent:Ea Nuda, quæ non solent tegi. Item,Nudus illius rei,aut illa re benè dicitur.Nudatus verò ab illo [d] denuntiatur.

386 Inter Negamus,& Abnegamus:Negamus si quid objcitur: Abnegamus,si quid petitur.

387 Inter Neminem,& Nullum: [e] Neminem ad hominem referimus : Nullum ad omnia.

388 Inter Nomen , Prænomen , Cognomen, & Agnomen. [f] Nomen,est vocabulũ propriæ appellationis: [g] Prænomen, quod nominibus, [h] ob dignitatem generis [i] præponitur : vt Publius Virgilius. Non enim [k] possumus dicere Virgilius Publius.Cognomen,quod ex familia generis venit: vt puta Scipio Cornelius; à Cornelia familia ortus. Agnomen , quod ex virtute , vel vitio trahitur:vt Scipio Africanus,pro eo quod Afri cam vicerit:vel Lentulus Sura; pro eo quod maiores habuerat suras. Proinde Nomen à proprietate venit: [l] Prænomen à dignitate: [m] Cognomen ab origine: [n] Agnomen verò ab specie,vel actione. D

389 Inter Nascitur,& Enascitur: [o] Nascitur,quod [p] ab vtero decidit:Enascitur,quod ex terra,aut aqua exsurgit.

390 Inter Nautam,& Nauitam: [q] Nauita poeticum est.Nam dictus est à Nauta:sed causſa metri à poëtis vna littera addita est.

391 Inter Num,& Nunc:Num,nunquid: Nunc, modò.

392 Inter Ne,& Næ: Næ , si præponitur, aduerbium est , & acuto accentu pronuntiatur: Ne verò si subiũgatur,coniũctio est, & presso accentu.

A 393 Inter Nigro,& Migro.Nigro nigrum facio:Migro demutatio est.

394 Inter Neutrum,& Neutralem : Neutrum,nomen,aut pronomen,vel participiũ: Neutrale verò, verbum est.

395 Inter Notus,& [r] Notus: Notus, cognitus, Notus iudicio:Notus, Auster.

396 Inter Nobilem,& Nobilem: [s] Nobilis,generosus: [t] Nobilis,notus omnibus.

397 Inter Nomina,& Numina: Nomina, sunt vocabula: [x] Numina,potestas.

N.

[a] *Eodem ſenſu G. Fronto. & Scaurus de Orthographia.*
[b] *Agratius & Cariſius ferè eadem.*
[c] *Ex Serv. ſenſus expreſſus ad illud 12. Æneid.* nudato capite.
[d] *al.* denuntiamus.
[e] *Breuiter Frontonem expreßit.* nullus tam in re , quã in persona:nemo in persona dicitur; vt nemo homo. *f.* ne homo.
[f] *Teſtibus Soſipatro, Donato, Diomede, & alijs,* Nomen est , quod originem gentis declarat, vt Cornelius. Prænomen, quod nomini Gentilitio præponitur, vt Publius. Cognomen, quod nominibus Gentilitijs subiungitur, vt Scipio. Agnomen,quod extrinsecus addi solet,aliqua ratione, vel euẽtu quæsitũ, vt Africanus. *Hic vero in vtroque manuſcripto Cognomen, & Agnomen ſedes permutarant, Reduximus tamen vtrumq. in ſuum locum ; non modo ijs quos dixi auctoribus , ſed ipſo etiam Iſidoro lib. 1. Etymolog. cap. de Nomine.*
[g] *al.* prænomen.
[h] *al.* dignitate.
[i] *al.* præponitur.
[k] *al.* dicimus.
[l] *al.* prænomen.
[m] *Leg.* cognomen.
[n] *Leg.* agnomen.
[o] *Ex Agratio.*
[p] *de Agratio.*
[q] *Feſt. in dict.* nauitas.
[r] *al.* de loco mutatio.
[s] *al.* notu.
[t] *Ex Non. dict.* nobile.
[v] *Sic Titinnius malè factis nobilitarent, quod notificarent Non. exponit.*
[x] *Ex Serv. ad illud Eclog. 4.* stabili fatorum numine Parcæ.

De littera O.

398 INter Osculum , & Pacem: [a] Pacem amicis: [b] filijs Osculum dari dicimus: Vxoribus Basium: Scorto [c] Suauium. Item, Osculũ charitatis est. Basium [d] blanditiæ : [e] Suauium voluptatis. Quod quidam etiam versibus his distinxit : [f] Basia coniugibus , sed & oscula dantur amicis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis. Suauia lasciuis miscentur grata labellis.
399 Inter Occasionem, & Opportunitatem: Conuenienter in litteris ponitur, Occasio arrisit: Opportunitas se præbuit, vel secunda successit.
400 Inter Obseruationem, & Obseruantiam: [g] Obseruatio curæ, doctrinæ, & artis est: Obseruantia verò cultus & religionis est.
401 Inter Opus, & Operationem: Opus dicitur, ipsum quod fit: Operatio autem, ipsa rei actio est.
402 Inter Omne, & Totum: [h] Omne ad multitudinem, & ad numerum pertinet: [i] ad numerum vt omnes homines: ad multitudinem, vt omnis familia, omnis exercitus, omne pecus dicimus. Totum verò ad magnitudinem pertinet, vt totum corpus, tota terra, totum cælum. Ergo totus homo si ad corpus referamus: Omnis homo; si de vniuersis. Proinde omne in diuersis partibus ponitur: Totum autem sine partibus debet esse.
403 Inter Orare, & Exorare: [k] Orare, est poscere: Exorare, impetrare.
404 Inter Obesse, & Officere: Qui obest, nocet: qui officit, vult nocere.
405 Inter Officere, & Inficere: [l] Officere est alicui velle nocere: Inficere colorem mutare.
406 Inter Olet, & Redolet: [m] Olet res vel malè, vel benè: [n] Redolet tantùm benè.
407 Inter Oracula, & Delubra: [o] Oracula, Templa sunt, vbi oratur; vnde, & responsa redduntur. [p] Delubra autem, templa fontes habentia ad purificandos, & abluendos fideles. Et inde Delubra à diluendo appellata. Vnde & prius hæc loca altaria non habebant: vt tantum Delubra essent, non Templa.
408 Inter Orbum, & Cæcum: [q] Orbus est, qui filios amittit: Cæcus est, qui oculos perdit.
409 Inter Occidit, & Occidit: Occidit correpta media, eum qui mortuus est significat: Occidit autem producta media, eum qui interficit.
410 Inter Oleam, & Oliuam: auctores ita distinguunt, vt [r] Olea, sit fructus: Oliua arbor, quia multitudo dicitur Oliuetum; vt [s] quercetum, & [t] pometum. Enimverò sine [u] discrimine poëtæ, & oleam & oliuam [x] pro fructu sæpè posuerunt. Sed consuetudo obtinuit oliuam fructum dicere. Nec vetat, quo minus, & arboris, & fructus idem nomen [y] sit.
411 Inter Odorum, Odorabile, & Oduriferum. [z] Quod enim per se odorem mittit, odorum est. [a] Odorabile verò, quod [b] aliunde accipit odorem. Oduriferum, quod odorem sequitur.
412 Inter [c] Operam, & Opera: Operam, quæ sit: Opera verò, quod fit.
413 Inter Ostium, & Hostiam: Ostium, quod aperitur: Hostia, sacrificium.
414 Inter Ortus, & Hortos: Ortus processus: Hortos, agros [d] dicit.
415 Inter Oblitum, & Oblitum: Oblitũ correptè, perfusum: Oblitum productè, immemorem.
416 Inter Offerre, & Inferre: Offerre, est vltro præbere: Inferre, importare.

O.

[a] *Interpretes Terentij Scen. 2. Act. 3. Eunuch.* oscula osculorum sunt, basia pudicorum affectuum, suauia libidinum. *Seruius ad illud.* 1. *Æneid.* oscula libabat natæ, sciendum osculum religionis esse, suauium voluptatis.
[b] *al.* amicis, vel filijs osc.
[c] *al.* sauium.
[d] *al.* blanditium.
[e] *al.* sauium. *al.* basia coniugibus sedet osculari.
[f] *al.* quid si: coniugibus teneris bas.
[g] *Rectè Ascon. 2. in Verr.* obseruant modo speculatur, aliàs venerantur.
[h] *Vide Seruium in illud.* 1. *Æneid.* tota armenta sequuntur.
[i] *al.* vt omnis.
[k] *Ex Seruio ad illud 3. Æneid.* exorat pacem deum.
[l] *supra ex C. Fromone.*
[m] *al.* olent.
[n] *al.* redolent.
[o] *Etymolog. lib. 15 cap. 4.*
[p] *Vide Seruium ad illud 2. Æneid.* delubra ad summa dracones, *& ill. 4.* delubra adeunt. *Ascon. Pedi. in Diuinationem Cicer.*
[q] *Vid. Fest. dict.* orba.
[r] *Vide Seruium ad illud 2. Georg.* sed truncis oleæ melius.
[s] *al.* querquetum.
[t] *al.* vinetum.
[u] *al.* crimine poetarum.
[x] *al.* fructum dicere, nec.
[y] *al.* sumpsit.
[z] *Ex Seru. Ad ill. 4. Æn.* odora canum vis, *ex qua fera* odoriferum, odorisequum *leg. videtur.*
[a] odoratum *Seru.*
[b] alicunde *Seru.*

[c] *Vel potius* : Opera, quæ facit. Opus, quod fit.
[d] *f.* dicimus.

De littera P.

417 INter Prudentiam, & Sapientiam: [a] Prudentia in humanis rebus: Sapientia in diuinis [b] distribuitur.
418 Inter Pudorem, & Pudicitiam: [c] Pudor, corporis est: Pudicitia, mentis.
419 Inter Pietatem, & Affectionem: Pietas, inter deuinctos sanguine exhibetur: Affectio, inter extraneos.
420 Inter Patientiam, & Tolerantiã: Tolerantia [d] animi est: Patiẽtia corporis. Vt Sallustius: [e] corpus patiens inediæ, algoris.
421 Inter Peritum, Prudentẽ, Callidum, & Facundum: Peritus, vsu doctus: [f] Prudẽs, veluti prouidens, vtilis rerum futurarum ordinator: [g] Callidus, [h] per exercitationem artis instructus. Facundus, qui facilè posit fari.
422 Inter Pudentem, & Verecundum hoc interest: quòd Pudens opinionem veram falsamq. metuit: Verecundus autem non nisi [i] veram timet.
423 Inter Profanum, & Nefandum, & Nefarium: [k] Nefarius, vt Varro existimat, non dignus farre. Quo primo cibi genere vita hominum [l] sustentabatur. Nefandus, id est, nec nominandus quidem. Profanus autem, cui sacris non licet interesse. De quo Sallustius: Sacra polluet profanus. Profanus ergo, porrò, id est, longè à fano.
424 Inter Peccatorem, & Immundum: Quòd omnis Peccator, Immundus est: nõ tamen omnis Immundus Peccator. Peccator enim est, qui transgreditur præcepta Dei: & necesse est hunc & immundum esse, quia transgreditur. Immundus autẽ est, & qui cum vxore sua dormierit, aut mortuum tetigerit: non tamen ideo Peccator est.
425 Inter Ploratum, Planctum, & Fletũ: Ploratus, tantùm lacrymarum est. Planctus, tantùm vocum. Fletus ad vtrumque pertinet.
426 Inter Pigritiam, & Torporem: Torpor, dormitantis est: Pigritia, vigilantis.
427 Inter Perseuerantiam, & Pertinaciã: Perseuerantia, in virtute est: [m] Pertinacia, in vitio.
428 Inter Præsidium, Auxilium, & Subsidium: [n] Præsidium est aliquo loco vtili positum. Auxilium, quod ab exteris datur. Subsidium, quod posteà superuenit.
429 Inter Potentiam, & Potentatum: Potentia est [o] sui cuiusque solius: Potentatus verò [p] auctoritas est iudicialis.
430 Inter Pestem, & Pestilentiam: Pestis, ipsum est nomen [q] morbi. Pestilentia verò, id quod ex se [r] efficit. Pestilẽtiæ autem tres modi sunt; aut ex terra, aut ex aqua, aut ex aëre.
431 Inter Passionem, & Propassionem, Hieronymus in Matthæum distinguit, dicens. Quòd Passio reputatur in culpa: Propassio licet [s] culpam habeat, tamen non [t] tenetur in crimine. Ergo qui viderit mulierem, & animo eius fuerit titillata, hic propassione percussus est: Si verò consenserit, & de cogitatione affectum fecerit, (sicut scriptum est in Dauid; transierunt in affectum cordis) de Propassione transit ad Passionem, & huic non voluntas deest, sed occasio.
432 Inter Percunctationem, & Interrogationem, Augustinus hoc interesse existimat, dicens: [u] Quòd ad Percunctationem multa responderi soleant: veluti quid est hoc, aut illud: vt respondeantur diuersa, vel varia. Ad Interrogationẽ non multa respondentur: Sed aut non, aut [x] etiã pronuntiabitur. Veluti factum dictumue est? verum, aut falsum est? respondetur, aut non, aut [y] etiam.
433 Inter Perfectum, & Consummatum hoc distat: quòd perfectum est, cui iam addi nihil aliud potest. Consummatum verò est, quodlibet opus in finem deductum.
434 Inter Patens, & Patulum: [z] Patulum dicimus quod naturaliter semper patet; vt nares, arbor. Patens verò, quòd aperitur & clauditur; vt ostium, oculi. Sic [a] lucidum, & lucibile: Lucidum est, quod aliunde illuminatur: Lucibile, quod per se lucet.
435 Inter Penetrale, & Penetrabile: [b] Quod penetrat, penetrale dicitur: Quod autem penetratur, penetrabile. [c] Penetralia autem sunt domorum secreta: & dicta ab eo, quod est penitus.
436 Inter Post, & [d] Pone hoc videtur interesse: quòd Post semper chronicῶs ponimus: cùm dicimus, Post [e] tempus veniam: Pone verò, post tergum.
437 Inter [f] Precari, & Imprecari, & Deprecari:

Universidad de Deusto
Biblioteca

cari precari, est rogare: Imprecari [g] est optare: Deprecari est excusare, vel expurgare. Cicero [h] Quid, inquit, faciat Hortensius? Auaritiæ ne crimina frugalitatis laudibus deprecetur?

438 Inter Poscere, & Exposcere: [i] Poscere, minus est, quàm Exposcere. Nam Poscunt, qui simpliciter petunt: Exposcunt, qui desiderant.

439 Inter Polliceri, & Promittere: [k] Polliceri [l] dicimur, quod spõte promittimus, nec rogati; promittere quod petitur. Ergo promittimus, rogati: Pollicemur vltro. Item pollicemur [m] scriptura: promittimus verbo.

440 Inter Properare, & Festinare: [n] Marcus Cato sic distinguit dicens: qui vnumquodque maturè transigit, is Properat. Qui multa simul incipit, neque perficit, is Festinat. Ego [o] vnumquòdque, quod adortus eram, transigebam.

441 Inter [p] Primum, & Priorem: Primus è multis: Prior è duobus. Primarius à dignitate.

442 Inter Plures, & Pluris: [q] Pluris est, quod maiori summa laxatur: Plures verò de multitudine [r] scribimus.

443 Inter Petiuit, & Expetiuit. Petiuit, pro parum [s] ponitur: Expetiuit, pro satis petiuit. Et [t] inimicissimè, ac vehementer adnisus est. Ex enim pro valdè ponitur.

444 Inter Pyram, & Rogum: [u] Pyra, est constructio lignorum, antequam ignis admotus est. Rogus est, dum ardet: [x] Bustum verò, posteaquam arsit.

445 Inter Plebem, & Populum: [y] Plebs à Populo eo distat, quòd Populus est generalis vniuersitas ciuium cum senioribus. Plebs autem pars humilis & abiecta.

446 Inter Pauperiem, & Paupertatem: [z] Pauperies damnum est: Paupertas ipsa conditio.

447 Inter Procliuum, & Decliuum: Procliuus, est ascensus; Decliuus, descensus facilis.

448 Inter Puerperam, & Puellam: [a] Puellam, inuestem dici, & ætate paruulam, quasi pullam: [b] Puerperam verò, quæ primum puerum enixa est, & in annis puerilibus parit. Vnde & [c] Horatius: laudantur simili prole puerperæ.

449 Inter Pampineum, & Pampinosum: [d] Pampineum, est totum de pampinis: Pampinosum, quod pampinis plenum est.

450 Inter Populum, & Populos: Quum enim populos numero plurali dicimus, vrbes significamus: Quum populum, vnius multitudinem ciuitatis intelligimus.

451 Inter Pontificem, & Vatem: [e] Pontifex tantùm summum Sacerdotem significat: Vates autem plura significat, aut sacerdotes, aut poetas, aut prophetas.

452 Inter Profugum, & Exsulem: [f] Profugus voluntate: Exsul necessitate.

453 Inter Patrium, & Paternum: Paternũ est, quod patris fuit; vt fundus paternus. Patrius dicitur [g] patri similis; vt, patrius [h] animus.

454 Inter Proprius, & [i] Propius: [k] Proprius, est nomen: Propiùs verò, iuxta me.

455 Inter Prægnantem, & Grauidam hæc differentia est: Prægnantem esse, quæ concepit: Grauidam, quam vteri grauedo proximam partui ostendit.

456 Inter Pignera, & Pignora: [l] Pignera sunt rerum: Pignora filiorum, & affectuum.

457 Inter Portentum, & Monstrum: [m] Portentum est, quod ex formis diuersis proponitur: Monstrum, quod extra naturam nascitur, vel nimis grande, vel nimis breue.

458 Inter Portentum, & Portentosum: [n] Portentum dicitur, quod ex omni parte naturæ mutationem sumens aliquid portendere futurum videtur: Sicut biceps caput in corpus vnum: vel sicut in Xerxis [o] regia ex equa vulpem ferunt creatam. Per quod eius solui regnum ostensum est. Nam Portentosa dicuntur, quæ ex parte corporis sumunt [p] mutationem: vt exempli caussa, cum sex digitis nati, siue cum aliqua [q] prauitate membrorum.

459 Inter Portentum, & Ostentum: Portentum nascitur, & in sua permanet qualitate: [r] Ostentum verò subitò offertur oculis, & subducitur: sic Portentum dicitur à portendendo: id est, porrò ostendendo: sicut & Prodigium, quod porrò dicat: id est, futura de longè prædicat. Monstrum sanè à monitu, vel monstrando dictum; quòd aliquid significando demonstret, & statim. Quinque sunt autem genera prodigiorum, vt Varro dicit: id est, Portentum, Ostentum, Prodigiũ, Miraculum, & Monstrum.

460 Inter Pueritiam, & Pubertatem: [s] Pueritia, est tenera, & parua ætas; à puritate ita vocata: [t] Pubertas autem, ætas adulta est: quæ iam gignere potest, dicta à pube, id est, à pudendis corporis. Quòd hæc loca tunc primum lanuginem [u] inducunt. [x] Pueritia autem à septimo anno, pubertas à quarto decimo incipit.

461 Inter Percussum, & Perculsum: [y] Percussum corpore dicimus: Perculsum animo, Cicero [z] de signis: tanquam ipsa illa face [a] perculsus esset.

462 Inter Parricidam, & Paricidam: [b] Parricidam dicimus, qui occidit parentem: Paricidam, qui socium, atque parem.

463 Inter Procellam, & Tempestatem. [c] Procellas non tam terrarum, quàm cæli esse: Tempestates autem fluctuum sunt.

464 Inter Plantas, & Plantaria: Quòd [d] Plantæ, sunt raptæ de arboribus: Plantaria verò, quæ ex seminibus nata sunt, & cum radicibus, & terra propria transferuntur.

465 Inter Pomarium, & Pometum: [e] Pomarium est, vbi poma [f] ponuntur: Pometum, vbi poma nascuntur: [g] Pomerium, [h] vbi poma inueniuntur.

466 Inter Pyram, & Pyrum: Pyra est [i] rogus ardens: Pyrum verò pomum.

467 Inter Piscatorem, & Piscarium: Piscator est, qui capit: Piscarius est, qui vendit.

468 Inter Puluereum, & Puluerulentum: Puluereum, [k] factum: Puluerulentum est, puluere plenum.

469 Inter Pennas, & Pinnas, & Pennum: Pinnæ sunt murorum: Pennæ auiũ, à pendendo: Pennum extremitas, ferri acuti.

470 Inter Prædam, Lucrum, & Compendium: [l] Præda ex hoste: Lucrum ex negotio: [m] Compendium propriè ex ponere.

471 Inter Pompeij Porticum, [n] Pompeiam, [o] & Pompeianam: Pompeij, est ipsius Pompeij: Pompeia, publicata: Pompeiana, si ad aliam [p] domum transit.

472 Inter Populum, & Plebem: Quòd Populus est vniuersus cum Senatu & ciuibus Romanis: Plebs tantùm vilior numerus.

473 Inter Partem, & Partim: Partem nomen: Partim aduerbium est.

474 Inter Postremum, & Posteriorem: Postremus de multis: Posterior de duobus.

475 Inter Principium, & Initium: Principium, prima pars: Initium, vniuscuiusque rei incipientis cœptum.

476 Inter Pendent, & Pendunt: Pendent suspensi: Pendunt aliquid ponderantes.

477 Inter Péne, & Penè: Penè aduerbiũ est: [q] Péne [r] turpissima pars corporis.

P.

a *Lib. 2. differentiarum. 36.*
b *al.* tribuitur.
c *Sic ferè distinguit Non. inter castitatem & pudicitiam. dict.* castitas.
d *al.* animæ.
e *al.* catili.
f *Sic Cicer. 6 de repub.* prudentiam ait nomen nactã à prouidendo.
g *Interpretes Terẽtij, act. 3. scen. 3. Adelph.* callidus dicitur, qui callum sibi vsu artis induxerit.
h *al.* pro exercitatione.
i *al.* vera.
k *Ascon. Pedian. 3 in Verr. Non. dict.* nefarius, *ipse etymolog. lib. 10 littera N.*
l *al.* sustinebatur.
m *Varr. 4. de ling. Lat. initio. Non. dict.* peruicacia.
n *C. Front.* Subsidium, quòd subest deficientibus, Præsidium imponitur, Auxilium repentinum est, ita subsidium ad secundos casus præparatur. Præsidium ad custodiam: Auxilium, vt posit, ex inspe rato venit. *Vid. Fest.*
o *al.* suæ. 2. *m. ff.*
p *al.* auctoritatis.
q *al.* verbi.
r *al.* efficit.
s *al.* pro culpa habeatur.
t *al.* retinetur.
v *Ex interpretibus Terent. videtur sumpsisse D. Augustinus, act. 5. scen. 4. Andria.*
x *al.* Sic pronuntiabitur, *fortè*, etiam pron.
y *al.* &.
z *Ex Seru. ad ill. Eclog. 1.* Tityretu patulæ.
a *Ex Seru. ad ill. 6. Æn.* lucentemque globum lunæ, *ex quo videtur legendum* lucens, *non* lucidum. *Fronto tamen ita etiam ferè distinguit inter* lucidum *&* luminosum.
b *Ex Seru. lib. 10. Æn. ad ill.* nostrum penetrabile telum.
c *Ex Seru. ad ill. 7. Æn.* penetralibus altis, *& illud. 6.* regnis penetralia nostris.
d *Fest. dict.* póne, *& Seru. ad ill. 2. Æneid.* Pone subit coniux.
e *f. dictio* tempus *superat.*
f *Ex Agrat. qui hinc fortè augendus.*
g *al.* Exoptare.
h *Lib. 2. in Verr.*
i *Seru. ad ill. 9. Æn.* si tibi, quæ posco, *aliter, quàm Isidorus.*
k *Ex Seru. ad ill. 1. Ænei.* ditione tenerent, Pollicitus.
l *f.* dicimur.
m *al.* minus. *f.* minis.
n *In oratione quam de suis virtutibus habuit. Agell. lib. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap.14.Non.dict. festinare. *Fest.dict.* properare. C. *Front.* qui properat, apparet non esse defessus: qui festinat videtur esse defatigatus.

a *al.* nunquã quidquam, quod adortus erã, transibam. Ortus. *m.s.* forte, orsus.

b *Ex Agratio.*

c *Ex Agratio.*

d *al.* scribitur.

e *f.* petiuit.

f *Lego* enixissimè, *aut* intensissimè.

g *Ex Seru. ad ill. 2. Æn.* constituere pyras.

h *Fest. dict.* bustum.

i *Sic. 9. Terent. Staurus de Orthograph.* populus est, in quo omnis pars ciuitatis, omnes eius ordines continentur: plebs ea dicitur, in qua gentes ciuium patritiæ non insunt.

k *Fest. dict.* pauperies: *ex quo forte scribendum*, paupertas est damn. quod quadrupes facit.

l *Lib. 10. etymolog. littera* P. puella est paruula, quasi pupilla, *& lib. 11. c. 1.* pupilla, quod pura sit, & impolluta, vt sunt puellæ: *& sic dictionem* pullam *in* pupillam *forte quis mutandam censeat: cum & Græcis* ἡ κόρη *vtrumque & pupillam, & puellam significet. Vox tamen* pullam *non temere reijcienda, quandoquidem & Non.* pullum, *inquit*, ætatis nouellæ, ab antiquo verbo pullare, *quod vetus glossarium agnoscit, estque* παραφυάδας βλάστειν: *pulli* παραφυάδες. *Ipse certè hanc eandem lectionem superiore libro habet.*

m *Etymolog. lib. 11. c. 2.*

n *Lib. 4. Ode. 6.*

o *Seru. ad ill. 1. Æn.* nemora inter frondea.

p *Lib. etymolog. 7. c. 12.*

q *Vid. Seru. ad ill. 1. Æn.* profugus, Lauinaque venit littora.

r *al.* patri affectus.

s *al.* amor.

t *al.* proprium.

u proprium. *2. m s.*

x *Ex Agratio.*

y *Fronto. Sic.* portentum, quod porrò & diutius manet, futurumque posmodum aliquid significat, monstrum est contra naturam, vt est Minotaurus, *& infra*, in monstro rectus ordo naturæ vertitur: in portento differtur euentus. *Non dict.* monstra.

z *Etymolog. lib. 11. c. 3.*

a *Herodian.*

b *al.* notationem.

c *f.* prauitate.

d C *Fronto. eodem sensu*, ostentum, quod præter consuetudinem offertur, *& infra*, in ostento raritas administrationem (*Lego* admirationem) facit.

e *Hæc eadem fere Etymolog. lib. 11. c. 2. & libro secundo differunt.*

f *Fest. dict.* pubes.

g *f.* induunt.

h *Lib. 2. different.*

i *Ex Agratio.*

k designat. *2. m s.*

l perculsos esse. *Agrat.*

m *Lib. 5. Etymol. c. 25.*

n *Ex Seru. ad ill. 1. Æn.* creberque procellis Africus, *& ipse Etymolog. lib. 13. c. 11.*

o *Ex Seru. ad ill. 2. Geor.* Hic plantas tenero abscindens de corpore.

p *Ex Sospatro Carisio.*

q *al.* transponuntur.

r *vuto glossema proximè præcedentium verborum.*

s *al.* ipse locus arborum.

t *al.* robur.

u *Lego* ex puluere factum.

x C. *Fronto.* præda victos spoliat.

y C. *Fronto.* compendium vtique ad pondus pertinet.

z *Ex* C. *Frontone.*

a Pompeigena. *2. m s.*

b dominationem transijt: *lego ex Frontone.*

c *Fest. dict.* penem.

d *al.* nouissima.

De littera Q.

478 INter Quatenus, & Quatinus: [a] Quatenus aduerbium est: Quatinus coniũctio causalis: vt si dicas: Quatinus hoc fine plaga non facis, en tibi plagas. Aduerbium est autem quatenus, aut temporis, aut loci: Temporis cũ dicimus; Quatenus hoc modo res exercebis.

479 Inter Quoniam, & Quia: Quoniam præponitur, & sic sequentem sensum aliigat: vt, quoniam [b] dicis, dico. Quia, postponitur, & superiorem sensum confirmat. Vt, scias, quia didici.

480 Inter Quam dudum, & Iam dudum: Quam dudum interrogantis est: Iam dudũ respondentis.

481 Inter Quæritur, & Quiritur: [c] Quiritur de implorando: Quæritur, de inquirendo.

482 Inter Questus, & Quæstus: [d] Quæstus lucri: Questus lacrymarum.

483 Inter Quæ, & Quę: Quæ pronomen est: Que verò coniunctio est.

484 Inter Quod, & Quot: Si per d. scribitur Quod, pronomen personale est: si per t. Quot numerus.

Q.

a C. *Fronto.* quatenus, quatine, quatinus, quoniã. *Fest. dict.* quatenus.

b *al.* dicit.

c *Ex Agrat. vnde legendum constat*, inter quæritur & queritur: queritur deplorando, quæritur de inquirendo, *nisi malis* quiritur *in* quiritatur *mutandum.*

d *Ex Agratio, in quo malè est* lucro.

De littera R.

485 INter Recens, & Nouum: Recens inascitur: Nouum fit. Vnde, & Virgilius: Lac mihi non ætate nouum, non frigore defit.

486 Inter Religionẽ, & Fidem: Fides est credulitas, qua Deum confitemur: Religio est cultus, quem illi credentes exhibemus: [a] Dicta autem fides ab eo, quòd fit id, quod inter vtrosque placitũ est. Quasi inter Deũ & hominem dicta quoque religio: eò quòd ea homines religantur vinculo seruiendi ad cultum diuinitatis. Religio autem est in virtute, [b] Superstitio verò in cultu inlicito.

487 Inter Rationale, & Rationabile: Rationale, [c] & Angelus, & homo: Rationabile, quod ratione, vel agitur, vel dicitur.

488 Inter Rusticum, & Rusticanum: Rusticus, operarius dici potest: Rusticanus, pater familias.

489 Inter Rusticitatem, & Rusticationẽ: Rusticitas morum est: Rusticatio operis.

490 Inter Rationem, & Ratiocinationẽ: Ratio, est mentis [d] motus in his, quæ [e] diuentur discernere, vel cõnectere valens: Ratiocinatio autem rationabilis est, subtilisq; disputatio, atque à certis [f] ad incertorum indagationem nitens cogitatio.

491 Inter Regium, & Regale: [g] Regium est ipsius regis: Regale dignum rege. Sic & Regia, & Regalis: Regia domus in qua est: Regalis rege digna.

492 Inter Rubor, Robur, Robor: Rubor coloris est: Robur virtutis, [h] Robor arboris.

493 Inter Reptilia, & Repentia: [i] Reptilia aquarum sunt: Repentia terræ.

494 Inter Riuum, Fontem, Torrentem, & Flumen: Riuus subitò fit: Fons est caput atque decursus, in quem naturalis manat aqua: Torrens pluuiæ [k] fluctus præceps: Fluuius aquæ decursus generaliter.

R.

a Cicer. Off.

b *Non. dict.* Superstitionis.

c *al.* vt Angelus.

d *al.* motum.

e *al.* discuntur.

f *al.* aut incertis ad certorum.

g Ex C. *Front. dict.* regium.

h *Vetus glossar.* robor ἐι δος ξύλα μελάνδρυος.

i *Etymolog. lib. 12. c. 6.*

k *al.* pluuia fluctus & præceps.

De littera S.

495 INter Sidera, Astra, Stellas, & Signa: [a] Sidera illa dicuntur, quibus nauigantes cõsiderant, quod ad cursum dirigãt consilium: Astra autem, sunt stellæ grãdes, vt Orion: Stellæ autem, multiuges, vt Hyades, Pleiades: Signum verò, quo animantis imago formata est, vt Taurus, Scorpio, & huiusmodi.

496 Inter [b] Sempiternum, & Perpetuũ: hoc [c] distat: quòd Sempiternitas ad Deũ pertinet: Perpetuitas ad Angelos, vel ad [d] animas hominum. Primum enim semper fuit, nec vnquam esse desinit: Alterum esse cœpit, sed esse perpetuum non desinit.

497 Inter Sensum, & Intellectum: Sensus ad naturam refertur: Intellectus ad artem.

498 Inter Sacrum, Religiosum, & Sanctũ: Sacrum vocamus, quod ad Deum pertinet: Religiosum, quod ad homines iustos: Sanctum verò, quo aliquid sancitur, quoque violato, pœna committitur: Sacrum verò, & Sanctum est: Sanctum verò non continuò Sacrum. Item Sanctum in bonam partem ponitur: [e] Sacrum verò duo significat, & bonum, & malum: Bonum, vt illud [f] — inter flumina nota, & fontes sacros: Malum, vt [g] Auri sacra fames. Et, [h] Sacræ pandunt portæ. Et, [i] Leno sacer. Et, [k] Sacer hircus. Vnde & ignis sacer dicitur hulcus horribile. Alma autem ab alendo dicta. Vnde & apud Paganos Alma Ceres dicta est, alimentorum inuentrix.

499 Inter Sapientem, & Prudentem ita discerni solet: vt Sapiens vocetur is, qui intellectum æternorum rimatur: Prudens verò, qui ea, quæ sensibus corporis experiuntur.

500 Inter Stultum, Fatuũ, & Stupidum: [l] Quidam veterum Fatuũ existimant, qui nec quod fatur ipse, nec quod alij dicunt, intelligat: Stultum verò, hebetiorẽ corde. Vnde Afranius. Ego, inquit, me stultum existimo: Fatuum esse non opinor. Id est, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis: [m] Stupidus verò dictus est quasi lapideus, quasi stolidus.

501 Inter Sæuum, & Crudelem: Sæuus in ira: Crudelis in sanguine.

502 Inter Stuprum, Incestum, & Adulterium: Stuprum [n] in virgine: [o] Incestum in parente, vel vidua: [p] Adulterium in nupta. Dictum autem Incestum, quasi incastum.

503 Inter Satietatem, & Saturitatem: [q] Satietas vario genere spectaculorum contingit: Saturitas verò ciborum est.

504 Inter Superbiam, & Arrogantiam:

Universidad de Deusto
Biblioteca

[r] Arrogantia, est inanis gloria, de eo, quod quisq; est. Superbia verò, supergrediens elatio mentis, de eo, quod non est. Superbiæ autem gemina est differentia: Vna, quæ spirituales, ac summos viros per virtutũ iactãtiam deijcit: Altera, quæ carnales erga seniorum imperium inobediẽtes reddit. Dicta autem superbia, quia [r] super vult; quàm quod est.

505 Inter Scientem, & Sciolum: Sciens est peritus scientia & rebus: Sciolus, simulator scientiæ ac peritiæ, Scienti contrarius est: Et quidquid alius sciat, ipse videri vellet scire. Aut qui se profitetur scire omnia, aut etiam futura prædicere.

506 Inter Spurcum, & Spurium: [t] Spurcus non tantùm impurus, sed & sæuus: [u] Spurius autem patre incerto, matre vidua genitus, quasi tantùm Spurij filius. Quia muliebrem naturam antiqui [x] Spurium vocabant. Eosdem, & Fauonios quidam appellant: quia quædam animalia Fauonij spiritu hausto concipere existimantur.

507 Inter Sceleratum, Scelestum, & Sceleroſum: Grammatici dicunt, [y] Sceleratum illum esse, in quo [z] fit Scelus: Vt Cicero, O [a] te Scelerate, qui subactus, & prostitutus es. Scelestum autem, per quem fit. Vt Terẽtius, Scelesta, ouem lupo commisisti. Scelerosus, qui facit: vt idem, Ego illum Scelerosum misera nolens pertuli. Sed hæc auctores nõ vsquequaque custodiunt.

508 Inter Salutem, & Salubritatem: Salus est integritas corporis: Salubritas, saluti conueniens causſa, per quam [b] sanitas vel reseruatur, vel restauratur.

509 Inter Super, & Supra hoc interest: [c] Super est, quod [d] imminet: Supra, quod substratum aliquid habet. Item [e] Super interdum aut nimium, aut satis accipimus.

510 Inter Subter, & Subtus: [f] Subter est, quod re aliqua superiore deprimitur & [g] proculcatur: Subtus quod demissum altiùs, non contingitur.

511 Inter Supremi, & Supprimi: [h] Supremi & summi, significat & imi: Supprimi autem, occultari.

512 Inter Sumere, & Accipere: [i] Sumimus ipsi: Accipimus ab alio. Cùm enim damus, dicendum est Accipe: Quum [k] permittimus ipsi tollere, [l] dicimus, Sume. Itẽ Sumimus per nos: Accipimus à volentibus. Tollimus à [m] non volentibus. [n] Item Auferimus iure, quidquid dedimus: [o] Assumimus iussu, Eripimus vi.

513 Inter Sperare, & Exspectare: [p] Exspectamus, & bona, & mala: Speramus autem tantùm bona: [q] Miro autem modo Virgilius verbi huius proprietatem à propria significatione secernit, dicens: [r] Hunc ego si potui tantùm sperare dolorem, dum omne, quod exhorret animus, rectius timere dicatur: [s] Sed Grammatici hoc Exponunt dicentes: Sperare dixit pro timere. Quod & Lucanus distinguens ait, -- Liceat sperare timenti.

514 Inter Scire, & Nosse: Scire est, reddere rationem, quã noueris: Nosse, referre tãtummodò, quod audieris.

515 Inter Simulare, & Dissimulare: [t] Dissimulamus nota: Simulamus ignora. [u] Qui enim fingit se scire, quod nescit, Simulat: Qui autem quod scit, nescire se dicit, Dissimulat. Vnde & Sallustius: [x] Ille Simulator incerti, ac certi Dissimulator erat.

516 Inter Sistere, & Consistere, & Assistere: Sistere est interdum, resistere, vel prohibere, id est, qui aliquam rem in loco stare facit. Vt Vrgilius: Sistere aquam fluuijs. [y] Adsistere verò, & ante vnum, & coram multis: Consistere in medio adesse.

517 Inter Seruire, & Inseruire: Seruire tantùm dominis: Inseruire cuiusque præceptis.

518 Inter Spirare, & Exspirare: [z] Spirare viuere est: Exspirare mori.

519 Inter Surgere, & Exsurgere, & reliqua: Surgitur à loco: Exsurgitur à somno: Insurgitur ad vindictã: Cõsurgitur ad auxilium.

520 Inter Subijcitur, & Supponitur: Subijcitur citò: Supponitur lentè.

521 Inter Simul, & Semel: Semel ad numerum pertinet: Vt, Semel, bis: Simul ad cõgregationem: Vt, [a] Globati simul feruntur in arma viri.

522 Inter Sepulcrum, & Monumentum: [b] Sepulcrum tantummodò tumulus defunctorum est: [c] Monumentum verò, nunc Sepulcrum, nunc historia rerum gestarum: [d] Dictum eò quòd mentem moneat, vel ad memoriam defuncti, vel ad recordationem rei scriptæ. [e] Porrò Tumulus bifariè, nunc tumens tellus, nunc Sepulcrum vocatur. Sepulcrum autem à Sepulto dictum. Sepulsus verò, eò quòd sine palpitatione vel pulsu sit, id est, sine motu. [f] Cadauer autem à cadendo dictum.

523 Inter Sacrificium, & Hostiam hæc vetus

vetus erat discretio, quòd Sacrificium spontanea oblatio erat: [g] Hostia verò, quæ de uictis hostibus immolabatur. Hæc & Victima vocabatur: Alij Victimam ideo dictã putant, quia ictu percussa cadit: vel quia vincta ad aras perducitur.

524 Inter Sedes, & Thronos: [h] Sedes nõ tantùm vnius, sed multorum est. Nam [i] Solium vnius tantum est, & Regum, [k] Sedes quibuscunque proprium. Solium autem vel à solius sessione, vel à soliditate dictum. Solium Latini, Græci Thronum dicunt: [l] Sedes autem dictæ, quia apud veteres Romanos non erat vsus accumbendi. Vnde, & cõsedere antiquo more dicitur. Nam Veteres, Sedentes epulabantur. Posteà vt ait Varro de vita populi Romani, viri discumbere cœperunt, mulieres sedere. Quia turpe illis erat, [m] discumbere mulierem.

525 Inter Seruum, & Famulum: [n] Serui sunt in bello capti, quasi Seruati: Sicut Mancipium, ab hostibus quasi manu captum. Famuli autem ex proprijs Familijs orti.

526 Inter Seruitutem, & Seruitiũ: [o] Seruitus, est conditio seruiendi: Seruitium numerus [p] Seruientium.

527 Inter Socerum, & Socrum: Socerum virum dicimus: Socrum fœminam.

528 Inter Similitudinem, & Figuram: Similitudo est, quum secundum aliquam speciem visam, imago vel pingitur, vel formatur. Figura est, quum impressione formæ alicuius imago exprimitur, veluti si in cera ex annulo effigiẽ sumat: aut si figulus in argillam, manum vultumq; aliquem imprimat, & fingendo Figuram faciat.

529 Inter Sanguinem, & Cruorem: [q] Sanguis est dum in corpore manet: Effusus verò, Cruor fit. Cruor autem à cruditate vocatur: Vnde & Crudelitas dicta, & Crudus. Alij dicunt, [r] Cruor victimarum esse: Sanguinem hominum. Vt Virgilius: [s] Sanguine placastis ventos, & virgine cæsa: Id est, Sanguine virginis occisæ.

530 Inter Sinum, & Gremium: Sinum dicimus sinuatæ vestis receptaculum: Gremium interius [t] adeurtatæ.

531 Inter Senium, & Senectutem: [v] Senectus, est grauior ætas, post iuuentutem succedens. Senium autem, vltima ætas post Grauitatem veniens. [x] Sic Senes, & Senior. Nam Senior adhúc viridior. Vt illud Virgilianum: [y] Iam Senior: sed cruda Deo viridisq. Senectus. Et Terentius: Quo iure sum vsus adolescentior: non vtiq. magis adolescens, sed minus. Vt Senior, minus Senex. Senecta autem, est ipsa sors [z] siue conditio Senectuti accedens.

532 Inter Sonum, & Sonitum: [a] Sonus est, quidquid auditur sensibile: [b] Sonitus verò, [c] confusio vocis tubarum.

533 Exuuiæ, ad Exspoliatos: Spolia, ad Exspoliantes.

534 Inter Stillam, & Guttam Palæmon Grammaticus ita distinguit: [d] Gutta, inquit, stat: Stilla cadit.

535 Inter Stationem, & Portum: [e] Statio est, vbi ad tempus stant naues: Portus vbi hyemant. Nam Portus locus [f] ignotus est ab accessu ventorum: vbi hiberna opponere solent.

536 Inter Serenum, & Tranquillum: Serenum enim [g] ad cælum referri potest, ad mare non potest. Serenum enim cælum dicimus: [h] Tranquillum mare.

537 Inter Saxa, & Lapides: Saxa tantùm durissima. Nam lapis, & dura, & mollis est petra.

538 Inter Specum, & Antrum: Specum Latini, Græci [i] Antrum dicunt. Sunt autem loca, ex quibus repercussæ voces imaginẽ referunt.

539 Inter Semitam, Callem, & Tramitẽ: [k] Semita hominum est: Callis verò, pecorũ vel ferarum est. Callis etiam dicitur via strícta, à calcando ita dicta. Tramites verò trãsuersa sunt in agris itinera: propriè ergo Callis semita tenuis, Callo pecorum prędurata. Semita autem quasi [l] Semis via. [m] Semita dicta, qua potest ire vnum vehiculũ. [n] Huius duplex [o] Actus vocatur: Propterea quòd duo capit, vel propter euntium, & venientium vehiculorum occursus.

540 Succipere est, de superiori aliquid cadẽs corporale: Suscipere causſam incorporaliter. Suspicere sursum aspicere, aut venerari.

541 Inter [r] Simulare, & Dissimulare: Qui Simulat vult videri facere, quæ non facit: Qui Dissimulat, non vult videri facere, quę facit.

542 Inter Somnum, & Somnium: [q] Somnus, quo dormimus: Somnium, quod dormientes videmus.

543 Inter Sum, & Suum: Sum verbũ est: Suum, pronomen est.

544 Inter Sæuit, & Seuit: Sæuit, irascitur: Seuit, Satorem dicit.

545 In-

Universidad de Deusto
Biblioteca

545 Inter Suus, & Sus: Suus, pronomen A est: Sus, animal est.

546 Inter Syram, & Suram: Syra gentis suæ fœmina: Sura pars pedis.

547 Inter Sartorem, & Sarcinatorem: [r] Sartorem, agrum Sarrientem: [s] Sarcinatorem, vestes Sarcientem.

548 Inter Similem, & Simulantem: Similem talem: Simulantem, talem mentientem.

549 Inter Strenuum, & Externum: Strenuum, fortem: Externum, extraneum dicimus.

550 Inter Statum, & Staturam: [t] Statum, quæstionem, vel scenicam vestem: Staturâ, quantitatem cuiusque rei. B

551 Inter Scripturam, & Lectionem: [v] Lectio in opere est: Scriptura in affectu. vel pictura.

S.

a *Etymolog. lib. 3. c. 59. & 70.*
b *Lib. sententiarum D. Isidor.*
c *al.* discrepat.
d *al.* animam.
e *Seru. ad ill. 1. Æn.* templis indicit honorem. *Et illud. 3. Æn.* Auri sacra fames. C
f *Virg. Eclog. 1.*
g *Æn. lib. 3.*
h *Æn. lib. 2.*
i *Plaut.*
k *Ouid.*
l *Etymolog. lib. 10. littera S. Interpretes Terentij act. 5. Scen. 9. Eunuch.*
m *Non. dict.* stupidus.
n Cum vidus. *Non. dict.* stuprum.
o *Etymol. lib. 10. littera I.*
p *Etymolog. lib. 5. c. 26. & lib. 10. littera A.*
q *Carisius.* Saturitas in cibo tantùm dicitur, in cæteris verò satietas. C. *Fronto. breuius.* Saturitas vêtris, satietas animi.
r C. *Fronto.* Superbia à superhabendo: arrogantia etiam in pauperem cadit.
s *al.* semper vult, quod non est.
t *Non. dict.* spurcum.
v *Etymol. lib. 9. c. 5.*
x *al.* Iurisconsulti.
y *Sic interpretes Terentij act. 4. Scen. 3. Eunuch.* Scelerosus, est multorum: Sceleſtus, vel vnius. Scelerosus, propriè auctor Sceleris, sceleratus, in quo scelus sit commissum, vel constitutum.
z *al.* sit scelus.
a *al.* O tu.
b *al.* ætas, vel salauatur, vel.
c *Ex Agratio.*
d Eminet *Agratius.*
e *Seru. ad illud. 3. Æn.* O mihi sola mei super Astyanactis imago.
f *Ex Agratio.*
g *al.* conculcatur.
h *Fest. dict.* Supremum. *Non. dict.* Supremum.
i *Sic* C. *Fronto.* Sumimus, quæ posita sunt: accipimus, quæ porriguntur.
k *al.* præcipimus.
l *al.* dicendum est.
m *al.* nolentibus.
n *Lego.* adimimus.
o *Ex Front. qui ita,* aufert, qui dedit, adimit, (*lege in Isidoro* adimimus) imperio coactus: eripit, qui plus valet.
p *Ex interpretibus Terentij act. 2. Scen. 6. Andria.*
q *Seru. ad versum citatum.*
r *4. Æneid.*
s *al.* quam sperare.
t *Ex Seru. ad ill. 1. Æn.* Dissimulant, & nube cana speculantur amicti. *al.* Dissimulamus notum, Simulamus ignotum.
v C. *Fronto.* qui simulat probare vult, quod non est.
x *Puto Isidorum scripsisse adducto loco ex bello Catilinario & expositio*: cuiuslibet rei simulator, ac dissimulator. Simulator incerti, ac certi dissimulator erat. *Nisi forte ab alio glossema adiectum.*
y *Nescio an scripserit Isidorus*: adsistere verò ante vnum, consistere coram multis: *& reliqua quæ alteri exemplari deerant, omittenda.*
z *Ex Agratio, qui forte hinc emendandus.*
a *al.* Conglobati.
b *Fest. dict.* sepulcrum. *Etymolog. lib. 15. c. 11.*
c *Isidor. ibidem.*
d *Seru. ad ill. 6. Æn.* illa hæc monumenta reliquit,
e *Etymol. lib. 15. c. 11.*
f *Etymolog. lib. 11. c. 2.*
g *Etymolog. lib. 6. c. 19.*
h *Etymolog. lib. 20. c. 11.*
i *Seru. ad illud. 1. Æn.* solióque altè subnixa resedit.
k *al.* illud cuiuscunque.
l *Isidor. proximè citato loco.*
m *al.* discumbere visum.
n *Etymolog. lib. 8. cap. 4.*
o *Ex Sosipatro Caris.*
p *al.* Seruorum est.
q *Etymolog. lib. 11. c. 1.*
r *Seru. ad illud. 8. Æn.* tepidusque cruor fumabat ad aras.
s *2. Æneid.* D
t *al.* adcuratæ.
v *Etymol. lib. 11. c. 2.*
x *Fortè legend. ex citato loco Isidori,* sed sene minus est senior.
y *Vide Seru. ibidem. Æneid. 6.*
z *al.* atque conditio. s. a.
a *al.* sonitus est.
b *al.* sonus vero.
c *al.* confusæ vocis.
d *Ex* C. *Fronto, qui tamen Palæmonem non nominat.*
e *Ex Seruio ad ill. 2. Æneid.* statio malè fida carinis, *& ill. 10.* Frangere nec tali puppes statione recusa.
f *Fortè legend.* remotus, *ex Etymolog. lib. 14. c. 8.*
g *Sic Virg. Geor. 1.* cælo properanda sereno, *&* hyemes optate serenas, *& alibi,* vnde serenas Ventus agat nubes, *& sæpè aliàs.*

h Tran-

h Tranquilla per alta. 2. *Æneidos.*
i *Agnoscit etiam hanc vocem vetus glossarium.*
k *Ex Seru. ad ill. 4. Æneid.* Conuectant calle angusto: *& ipse Etymol. lib. 15. c. 16.*
l *Varr. 4. de ling. Lat.* quasi semi iter. *Ipse Etymolog. lib. citato,* à semi itu.
m *Legend.* Via dicta, *neq; enim semita vehiculum, sed via capit.*
n *al* cuius duplex.
o *Paulus ad Festum dict.* Actus. *Varr. 4. de ling. Lat. duobus locis. Ipse Etymolog. lib 15. cap. 15.*
p *Vide supra.*
q *Ex Seru. ad ill. 5. Æn.* tibi tristia somnia portans, qui tamen, somnium, quod dormientes videmus.
r *Ex Non. videtur dict.* Sartores.
s C. *Front.* Sarcinatrix, quæ sarcinas seruat.
t *Interpretes Terentij act. 3. Scen. 5. Eunuch.* Statura cor B pori adscribitur: status ad habitum refertur. *Ergo status est σχῆμα, statura longitudo corporis, pro* quæstionem autem, *malim* quæstionis, *aut* quæstionum. *vorò dictiones* scenicam vestē *forte in σχῆμα contrahendæ: legendusq; locus:* statum quæstionis, vel schema: *aut,* statum quæstionis, vel schema, siuè vestē. *Vid. Ascon. Pedian. in 3. oration. contra Verrem.*
v *Quid si legamus,* Inter scripturam, & scriptionem: scriptio in opere, scriptura in affectu. v. p?

De littera T.

552 INter Terram, & Tellurem, & Humum: [a] Terra, squalida est, & inculta: Tellus, fructifera: Humus autem, infe C rior & deorsum, & [b] humida. Vnde & humati, sepulti. Generaliter autem vbiq. Terra est, non vbique Humus. Et in parietibus Terra est, hoc est in lateribus, & nō est Humus. Humus autem terra humida est, & ab humore vocata: sicut & Terra, quòd natura li siccitate torreat: Sicut & Tellus, quòd [c] fructus eius tollimus.

553 Inter temperantiā, & Temperationem sic discernitur: [d] vt Temperantia animorum sit: Temperatio rerum.

554 Inter Timentem, & Timidum: [f] Timidus est, qui semper timet: Timens verò D qui ad tēpus formidat ex causſa. Tali intellectu distinguūtur, pauidus & pauens, prouidus & prouidens, superbus & superbiens, languidus & languens, furibundus & furēs, & cætera similia.

555 Inter Tremulum, & Trementem: Tremulus, est natura: Tremens, tempore.

556 Inter [g] Temeritatem, & Audaciam: Temeritas, sine consilio dicitur: Audacia, post consilium.

557 Inter Tum, & Tunc: [h] Tum, temporis est futuri: Tunc, præteriti.

A 558 Inter Tribuere, & Attribuere: Tribuimus, quum aliquid donamus: Attribuimus, dum ordines officiaque distribuimus.

559 Inter Tulit, Abstulit, & Sustulit: Tulit, qui fert: Abstulit, qui ab alio tulit: Sustulit, qui sursum tulit.

560 Inter Tumidum, & Turgidum: Tumet corpus ægroti: Turget cadauer.

561 Inter Testor, Contestor, & Obtestor: [i] Testor sæpenumerò ad iusiurandū pertinet, vt Virgilius-- per sidera testor: Contestor autem ad iudices: Obtestor ad aduersarios.

562 Inter Terga, & Tergora: [k] Terga sunt hominis, quod singulariter Tergum facit: Tergus verò quadrupedum est. Vnde pluraliter tergora coria dicuntur.

563 Inter Tumultum, & Bellum: Bellum est contra hostes exortum: [l] Tumultus verò, domestica appellatione concitatus. Hic & Seditio nuncupatur. Nam Seditio est [m] discessio ciuium. Quod enim seorsum alij ad alios eunt Seditio dicitur. Alij putant propter dissensionem animorum, Seditionem [n] vocari, quam Græci diastasin vocant.

564 Inter Turbidum, & Turbulentum: Turbidum de natura est: Turbulentum fit.

565 Inter Terrenum, Terrestre, & Terrosum: Terrenum, opus dicimus: Terrestre, vt maritimū: Terrosum verò, frumenti genus arenosum.

566 Inter Tuus, & Tus: Tuus pronomen est: Tus verò pigmentum.

Inter Tempore, & Tempori: Tempore, ablatiuo casu: Tempori aduerbium est.

567 Inter Tuum, & Tum: Tum aduerbium est: Tuum pronomen.

568 Inter Tristitiam, & Mœstitiam: Mœstitia cordis est: Tristitia vultus. Mœstum ergo, vel mœrentem animo dicimus: Tristem aspectu. Item Mœstitia temporis est, & fit aliquando ex aliquo accidenti dolore. Tristitia verò, vitium naturæ perpetuum est.

T.

a *Etymolog. lib. 4. c. 5. Varr. 4. de ling. Latin. dict.* Terra.
b *al.* humida tellus.
c *al.* fructum.
d *Ex Agræt. qui addit* temperies ventorum.
e *Ex Seru. ad ill. Eclog. 7.* timidisque superuenit Ægle.
g *Vide supra.*

h *al.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

h *al.* Tum temporis est præsentis, tunc temporis futuri est.
i *Sic Serv. ad ill. 2. Æn.* Testor numen ait.
k *Cæsi. breuius tergum hominis, tergum pecoris nominatur. Vid. Serv. ad illud. 1. Æn.* Tergora diripiunt costis.
l *Tumultus propriam significationem vide apud Serv. ad illud. 8. Æn.* Vt belli signum, &c. *& ill. 7.* Ipse vocat pugnas.
m *al.* dissensio.
n *al.* vocatam.

De littera V.

569 INter Vetus, & Antiquum: [a] Vetus annis enumeratur: Antiquum seculis.

570 Inter Virtutem, & Fortitudinẽ: Virtus in animi vigore & habitu est: cuius pars est fortitudo mentis. Quæ ex quatuor virtutibus vna est. Licet & corporis robur, fortitudo vocetur.

571 Inter Vecordem, & Vesanum: [b] Vecors mali cordis: Sicut Vesanus non [c] probè sanus.

572 Inter Velocitatem, & Celeritatem: [d] Velocitas pedum est: Celeritas animorũ.

573 Inter Vastitatem, & Vastitudinẽ: Vastitas corporis est: Vastitudo, solitudo.

574 Inter Voluptatem, & Voluntatem: [e] Voluntas, est desiderium nondum adeptæ rei: Voluptas verò, rei adeptæ delectatio vel bonæ, vel malæ.

575 Inter Verbera, & Flagella: [f] Verbera, quodlibet genus flagellorum est. Nam Flagella propriè virgarum sunt. Et [g] dicta eo quòd flatu agitentur, & sonent.

576 Inter Valetudinem, & Infirmitatem: Valetudo, prospera esse potest, & aduersa: Infimitas semper infesta est.

577 Inter Vulnus, & Vlcus: [h] Vulnus, ad animum refertur: Vlcus, ad corporis iniuriam. Item Vulnus, corporis recens plaga: Vlcus verò, inueteratum Vulnus.

578 Inter Verbum, & Sermonem: Verbum vnius pars orationis est, iuxta Grammaticos. Nam Sermo plurimorum verborũ oratio est. [i] Sermo autem à serendo dictus, quod nos cum præpositione dicimus à disserendo. Hinc & sermo sancti Hilarij, & Augustini dicitur, id est, dissertio Hilarij & Augustini.

579 Inter Vltra, & Citra: Vltra illuc, vel amplius: Citra, huc ad nos, intra nos.

580 Inter Vlcisci, & Vindicare: [k] Vlciscimur iniuriam factam: Vindicamus, ne fiat.

581 Inter Videre, Aspicere, & Intueri: [l] Videmus natura: Aspicimus voluntate: Intuemur cura.

582 Inter Veneunt, & Vendunt: Vendũt, qui venundant: Veneunt, qui venduntur.

583 Inter Volo, & Opto, & Cupio: Volo, minus est, quàm Opto: Opto, minus est, quàm Cupio.

584 Inter Vnum, & Vnicum: Vnus, ex multis: Vnicus, solus est. Solus itaque vnus numeratur: Vnicus intra numerum finitur.

585 Inter Vnum, & Solum: Vnus ad numerũ pertinet: Solus è multis intelligitur.

586 Inter Vter, & Vtrum: Si enim dicimus: Vtrum vis, [m] eligere significat: aut hoc, aut illud. Vter autem accipitur propersonis: Sicut verbi gratia: Vter vult, veniat ad me, id est, qui vult de duobus.

587 Inter Vrbem, & Ciuitatem ita distinguit Cicero, vt [n] Vrbem mœnia Ciuitatis significent: Ciuitas incolas Vrbis. Nam ad Dolabellam sic scripsit: Liberasti Vrbem à periculo, Ciuitatem à metu. [o] Vrbẽ autem ab Vrbo, quem [p] aratrum, vel sulcum veteres dicebant, aut ab [q] orbe dictam putant, cuius in se imaginem Respub. contineret. Porrò Oppidũ ad habitantes pertinet: Ciuitas ad leges: Vrbs ad vtrunque.

588 Inter Virum, & Hominẽ: Vir, [r] mas est, non fœmina: Homo mas est & fœmina. Fœmina autem, naturale nomen est, generale Mulier: Speciale virgo, vel nupta, vel quæ etiam ætatis nomina accedunt.

589 Inter Vultum, & Faciem: [s] Facies est naturalis oris habitus, immutabilis: Vultus verò pro rerum ac temporum qualitate varius & [t] mutabilis: & secundum affectionem animi modò lætus, modò tristis. Vnde & [v] Vultuosi dicuntur, qui vultum sæpe commutant. Itaque Lucilius hæc quæsi distinguens ait: Quæ facies, qui vultus viro. -- Dicimus autem & Vultum cæli, & Vultum [x] maris. Quia & mare sæpe in varios motus, ventorum flatibus mutatur: & cæli vultus ex luce in tenebras, & ex sereno in nubilum commutatur: sicut & hominum cum mentibus vultus.

590 Inter Virginem, & Viraginem: Virgo est, quæ virum nescit: Virago autem, quæ virum agit, hoc est opera virilia facit. Non autem solùm Virgines, Viragines, sed & corruptæ mulieres, quæ virilia faciunt, Viragines rectè dicuntur.

591 In-

591 Inter Viuum, & Viuentem: [y] Viuũ, de victuro dicimus: Viuentẽ, de morituro.

592 Inter Ve, & Que: Ve, distinguit, Que coniungit.

593 Inter Væ, & Ve: Ve sine a. cõiunctio coniunctiua est: Væ cum a. interiectio dolentis est.

594 Inter Vocem, & Sonum: Vox est, hominis: Sonus, crepidinis.

595 Inter Vuidum, & Humidum: [z] Humidum est, quod extrinsecus habet aliquid humoris: Vuidum verò, quòd intrinsecus: Vnde, & Vuæ dictæ.

596 Inter Valles, & Conualles: [a] Valles, sunt depressa [b] loca camporum: Conualles, montium interualla.

597 Inter Vndam, & Aquam: [c] Vnda, semper in motu est: Aqua verò, statiua. Porrò Imbres, nubium sunt, Latices, fontium. Nã Latex propriè, liquor fontis: & [d] dictus, quòd in venis terræ lateat.

598 Inter Vicum, & Viam, & Plateam: [e] Vici, dicuntur ipsæ habitationes in vrbibus: Viæ autem, spatia angusta, quæ inter Vicos sunt, quarum perpetuas & latiores, Plateas vocamus. Nam Platea iuxta proprietatem linguæ Græcæ, à latitudine nomen accepit.

599 Inter Viridia, & Virentia: Viridia, sunt ligna: Virentia, sunt campi, vel [f] prata.

600 Inter Visus, & Visos: Visos, participia dicta: Visus, nomina appellatiua.

601 Inter Virum, & Virus: Virũ, hominẽ: Virus, venenum dicit.

602 Inter Viuit, & Bibit: Viuit, de vita: Bibit, de potione.

603 Inter Vinctum, & Victum: Vinctus, vinculatus: Victus, superatus.

604 Inter Vis, & Bis: Vis, quæ ad voluntatem pertinet: Bis, duabus vicibus.

605 Inter Vllam, & Ollam: Vllam, aliquã: Ollam, vas.

606 Inter Vallum, & Murum: [g] Non quod Murus, etiam Vallum: Nam vtique, quod Vallum, Murus est.

607 Inter Vagire, Mugire, & cætera: Infans Vagit, bos Mugit, equus Hinnit, asinus [h] Ragit, vel Rudit: leo Rugit, elephas Barrit, sus Grunnit, ouis Balat, serpẽs Sibilat, rana Coaxat, coruus Crocitat, grus Arsat, miluus Iugit, canis Baubat, vel Latrat, vulpes Gannit.

608 Inter Vesperescit, & Vesperascit: Vesperascit, id est, sero fit: Vesperascit, sol ad occasum declinat.

609 Inter Viperinum, & Vipereum: Viperinus, pullus: Vipereus, ad similitudinem serpentis.

V.

a *C. Fronto sic.* Antiquum est, quod excesit patrum memoriam. vetus annorum multorum sentit vtilitatem.
b *Sic Fest. dict.* vecors.
c *al.* propriè sanus.
d *Ex Agrat. qui amplius.* velocitas pedum, & corporum: celeritas animorum, atque factorum.
e *Fronto breuius.* Voluntas facto gaudet, voluptas fieri cupit, *quem Isidor. velut explicauit.*
f *Etymolog. lib. 5. cap. vltimo.*
g *C. Ex Serv. ad ill. 2. Geor.* nẽue flagella summa pete. *Etymol. lib. 17. c. 5. & 6.*
h *Agratius.* Vlcus est, quod nascitur: vulnus, quod ab alio infertur. *& Serv.* Vlcus tecta, & clausa est malignitas: vulnus hians, & patens.
i *Etymolog. lib. 5. c. 8.*
k *Ex Frontone, qui ita.* Vltio, vindicat factum: Vindicta, vel vindicatio futura prohibet.
l *Ex Frontone, in quo tamen pro* aspicere, *&* aspicimus, *rectius est* spectare, *&* spectamus, *nam* aspicere ex improuiso, *idem auctor docet.*
m *Lego elige.*
n *Ex Serv. ad ill. 2. Æn.* festa velamus fronde per vrbem. *Vide Non. dictionib.* Inter vrbem, & ciuitatem. *al.* Vt vrbe mœnia ciuitatis significet, ciuitate incolas vrbis.
o *Serv. ad ill. 1. Æn.* Vrbs antiqua fuit: *& Donat. ad ill. 5.* Vrbem designat aratro.
p Pars aratri non aratrum, neque sulcus, sed quo sulcus fit, *melius distinctiusque ipse lib.* Etymol. 15. *cap. 2.*
q *Seruius loco citato* ab orbe, *quod antiquæ ciuitates in orbem fiebant.*
r Vir maris, non fœminæ: homo, maris & fœminæ. *in f. mendose.*
s *Ex veteribus Terentij interpretibus actu. 1. Scen. 1. Æn. in quibus tamẽ pro* facies, forma *est. Vid. Non d.* facies, *& potissimum dict.* vultus & facies, *& Serv. ad illud. 1. Æneid.* Tu faciem illius.
t *al.* commutabilis.
v *Non. dict.* vultuosum.
x *Æneid. 5.* Mẽne salis placidi vultum, fluctusque quietos Ignorare iubes? *& ibi Serv.*
y *Ex Agratio.*
z *Ex Serv. ad ill. 10. Æglog.* Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.
a *Etymolog. lib. 14. c. 8. Fest. dict.* conuallis.
b *al.* colla.
c *Lib. 13. Etymol. c. 20.*
d *A lapsu. Fest. dict.* latex.
e *Etymolog. lib. 15. c. 2. dict.* vicus, *& dict.* plateæ.
f *al.* prati.
g Ragit vel, *puto glossema. Vide carmen Ouidio attributum de vocibus animalium.*

in 8. p. 386. titulo Philomela.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De littera Z.

610 INter Zelum, & Inuidiam: Zelus, interdum & in bonam partem accipi potest: Quum quis nititur ea, quæ meliora sunt, æmulari: Inuidia verò, vt dictum est, aliena felicitate torquetur, & in duplicem scinditur passionem: quum, aut quod ipse est, aliud esse non vult: aut alium videns esse meliorem, dolet, se non esse consimilē. Pulchrè autē quidam [a] Græcum versum transferens elegiaco metro, de Inuidia lusit dicens.

Iustius Inuidia nihil est: quæ protinus ipsum.

Auctorem rodit, excruciatque animum.

[b] Inuidiæ autem nomen dictum est, à nimis intuendo [c] felicitatem alterius: vt est illud, [d] Quisnam florem Inuidit meum?

Z.

a *Cuius auctoris incertum.*
b *Cic. Tusc. 3.*
c Fortunam *Cicer.*
d *Actij ex Menalippo, sed detruncatus versus, qui apud Ciceronem ita legitur,* Florem quisnam liberûm inuidit meûm. *Apud Non. dict.* Inuidiæ. Vnde aut quis mortalis florem liberûm inuidit meûm. *Trochaicis numeris.*

IDEM DIFFERENTIARVM, SIVE DE PROPRIETATE sermonum, Liber.

Ex Parisien. editione.

DIFFERENTIA I.

INTER Polliceri, & Promittere hoc interest: quòd Promittimus, rogati: Pollicemur, vltro.

2 Inter Nullum, & Neminē hoc interest: quòd Nullus, potest ad aliquid referri: Nemo, ad hominem: & est Nemo, quasi nec homo.

3 Inter Intus, & Intro hoc interest: quòd Intro eo, Intus sum, Foris sum, Foras eo.

4 Inter Lustra, productè, & Lustra correptè hoc interest: quòd Lustra sunt, certa tēpora: Lustra, latibula ferarum, vel turpium hominum receptacula.

5 Inter Seruitium, & Seruitutem hoc interest: quòd Seruitus, necessitas seruiēdi: Seruitium, dicimus munus seruitorum.

6 Inter Terminū, & Finem hoc interest: quòd Terminus, non sine manu ponitur: Finis, vel sermonis, vel voluntatis, vel cuiusq; rei, intelligi potest.

7 Inter Asperum, & Ferocem hoc interest: quòd Asper, ad tempus: Ferox, à natiuitate.

8 Inter Flumen, & Fluuium, Amnem, & Torrentem hoc interest: quòd Flumen, à fluere dicitur: Fluuius, à temporali aqua est: Amnis, ab amœnitate cognominatur, quasi amœnus: Torrēs, qui hyeme intumescit, & imbribus niuibúsque completur.

9 Inter Innocentem, & Innoxium hoc interest: quòd Innocens sanctitate morum intelligitur: Innocuus, qui non habet nocēdi voluntatem.

10 Inter Generosum, & Nobilem hoc interest: quòd Generosus, nascitur: Nobilis, opibus fit.

11 Inter Regium, & Regem hoc interest: quòd Regius, puer regalis est: Rex, qui regit regnum.

12 Inter Dementem, & Amentem hoc interest: quòd Amens, in totum caret mente: Demens, partem retinet, dictus quasi diminuta parte mentis.

13 Inter Pecudes, & Pecora hoc interest: quòd Pecudes, tantùm oues accipimus: Pecora autem mixtura omnium, animalium est.

14 Inter Monstrare, & Demonstrare hoc interest: quòd Monstramus, semel: Demonstramus, sæpius.

15 Inter Diuitem, & Honestum, Pecuniosum, Beatum, Locupletem, & Opulentum hoc interest: quod Diues, auro argentoque: Honestus, moribus dicitur: Pecuniosus, à pecoribus dicitur: Beatus, ab animo: Locuples, ab eo q; loculis plenus: Opulentus, omnibus his plenus, tanquàm opibus eminens.

16 Inter Palàm, & Coràm hoc interest: quòd Palàm, hominum præsentiam notat: Coràm, personam accipere desiderat.

17 Inter Album, & Candidum hoc interest: quòd Album, naturale est: Candidum, cura fàcit.

18 Inter Sensum, & Intellectum hoc interest: quòd Sensus, naturale est: Intellectus, à re obscura.

19 Inter Exanimum, & Inanimum hoc interest: quòd Exanimus, vita priuatus est: Inanimus, nunquàm habet animam.

20 Inter Imbrem, Nimbum, & Pluuiam hoc interest: quòd Imber, à Græca significatione descendit, quasi vmbrosum, qui summa vi cadit, & citò descēdit: Pluuia est, quam impulsu ventorum nubes exprimunt: vnde & plorare est dictum, cùm coactæ dolore lacrymæ exprimuntur. Nimbus, etiam erumpit, vt aliquam partē mœrorem occupet cæli, maiorem serenam relinquat.

21 Inter Sanguinem, Cruorem, & Saniē hoc interest: quòd Sanguis, dicitur cùm intra corpus est, dictus quod nos sanciat, idest, contineat: Cruor, cōfusus ideo dictus, quòd corruere cogat: Sanies, corpus putre.

22 Inter Terga, & Tergora hoc interest: ꝙ Terga, hominū sunt: Tergora, animaliū. Numero singulari, hominis Tergum dicimus, animalis, Tergus.

23 Inter Mi, & Mihi hoc interest: quòd Mi, pronomen est simplex: Mihi, compositum, vel Mi, vox affectus, & casum vocatiuum semper desiderat.

24 Inter Tum, & Tunc hoc interest: quòd Tum, ordinis habet significationem: Tunc, temporis.

25 Inter Iram, & Iracundiam hoc interest: quòd Ira, ad tempus: Iracundia, continetur in corde.

26 Inter Noctu, & Nocte hoc interest: ꝙ Noctu, sic dicitur, quomodo interdiu, & significat aliquam partem noctis: Nocte autē, totam noctem intelligimus.

27 Inter Fari, Loqui, Sermocinari, & Narrare hoc interest: quòd Famur, cùm aliquid dicimus, facundè: Loquimur, natura: Sermocinamur, quando contra aliquem sermone contendimus: Narramus, doctè.

28 Inter Tenere, Sumere, & Accipere hoc interest: quòd Tenemus, quæ sunt in nostra potestate: Sumimus, posita: Accipimus, data.

29 Inter Aspicere, Suspicere, Inspicere, Prospicere, Despicere, Intueri, Videre, Spectare, & Visere hoc interest: quòd nos Aspicimus, casu: Suspicimus, in superiorem partem, vel veneramur: Inspicimus, iudicaturi: Prospicimus, quæ longè sunt: Despicimus, inferiorem partem: vel languidā. Intuemur, cùm caussa: Videmus, natura: Visimus, experta.

30 Inter Furorem, & Insaniam hoc interest: quòd Furor, vitiū temporis est: Insania, perpetua.

31 Inter Alium, & Alterum hoc interest: quòd Alius, à multis: Alter, à duobus.

32 Inter Scelus, & Facinus hoc interest: quòd Scelus, crimen est: Facinus, etiam in laude recte dicitur: Sallustius dicit bonum facinus.

33 Inter Dona, & Munera hoc interest: quòd Dona, Deo dantur: Munera, hominibus tribuuntur. Et Munera, quibus homines, id est, milites officio funguntur, quæ quidem munia vocantur.

34 Inter Vestem, & Vestimentum hoc interest: quòd Vestes, fœminarum dicuntur: Vestimenta, virorum.

35 Inter Humidum, & Vuidum hoc interest: quòd Humidū, omnino permaduit: Vuidum, quod ad medium vsque peruenit.

36 Inter Vetus, & Vetustum hoc interest: quòd Vetus, nouo comparatur: ècontrario Vetustum, ad antiquitatem refertur.

37 Inter Terrere, & Deterrere hoc interest: quòd qui Terret, timere cogit: qui Deterret, prohibet perseuerare.

38 Inter Solum, Vnum, Solitariū, & Vnicum hoc interest: quòd Solus, qui à cæteris relictus: Vnus, initium multorum agit: Solitarius, qui semper sine cæteris viuit: Vnicus, habetur solus, propter inopiam aliorum.

39 Inter Aphæresin, Syncopen, & Apocopen hoc interest: quòd sola Aphæresis, ex prima parte vocis fit, litteras, & syllabas detrahens: vt, si genus humanum, & mortalia temnitis arma: pro, cōtemnitis. Syncope, mediam perdit: vt, apparent rari nantes, pro natantes. Apocope, ex vltima fit, vt, domus luxu instruitur, id est, luxuria.

40 Inter Solœcismum, & Barbarismum hoc interest: quòd Solœcismus, in sensu fit: Barbarismus, in voce.

41 Inter Relictum, & Desertum hoc interest: quòd Relinquimus, volūtate: Deserimus, inuiti.

42 Inter Misereri, & Miserari hoc interest: quòd Miseremur, cùm eodem tempore, & de alicuius casu dolet nobis, & subuenimus laboranti: Miserari, est consolari tantū, & intra affectum doloris esse.

43 Inter Orare, & Precari hoc interest: quòd Orare dicitur, quoniam oris ratio dicitur, & qui Orat, etiam Precatur: qui rogat deprecatur: nō vtiq. qui Precatur orat, quia etiam imperiti, ad preces descendunt.

44 Inter Nescire, & Ignorare hoc interest,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd qui Nescit,omnium notitia caret: qui A Ignorat,aliquid nescit.

45 Inter Legatum,& Oratorem hoc interest: quòd Legatius,electus est ad officiũ à ciuitate, & est sacrosanctus: Orator, ad orandum missus: vt oris oratione exponat quod petit.

46 Inter Tardum, Pigrum, Inertem, & Segnem hoc interest:quòd Tardus,dicitur qui trahit tempus:Iners,sine arte nullius officij capax: Piger, per omnia ægro similis: Segnis,emotus est à calore.

47 Inter Natum, & Gnatum hoc interest:quòdNatus particulariter à verbo nasci: B Gnatus, dicitur filius à generatione.

48 Inter Infamem, & Famosum hoc interest: quòd Famosus,tam in bona cogitatione,quàm in mala:Infamis,tantũ in mala.

49 Inter Iuuentutem, & Iuuentam hoc interest:Iuuentus,dicitur multitudo iuuenum:Iuuenta,vnius ætas,vel etiam Dea iuuentutis.

50 Inter Decus, & Decorem hoc interest:quòd Decus,ad virtutem refertur: Decor,ad corpus.

51 Inter Supra, & Super hoc interest: quod Super est,quod eminet: Supra,quod aliquid substratum habet.

52 Inter Metum,Timorem, & Pauorem C hoc interest: quòd Metus,futura prospicit: Timor subita mentis consternatio est: Pauor autem, motus. Inde etiam pauida iumenta dicimus.

53 Inter Omnes, Cunctos, & Vniuersos hoc interest: quòd Omnes, quorum mentio est:Cuncti,qui vbique sunt:Vniuersi,qui in vno loco versi.

54 Inter Vndam, & Aquam hoc interest: quòd Vnda,copiosa aqua est:Aqua est,naturalis.

55 Inter Tacere, & Silere hoc interest: quòd qui desinit loqui,Silet:& qui non cœ- D pit,Tacet.

56 Inter Auxilium, Præsidium, & Subsidium hoc interest: quòd Auxilium laborantibus mittitur:Præsidium præparatur: Subsidium seruatur, vt cùm exegerit necessitas detur.

57 Inter Insequi,& Cõsequi hoc interest: quòd Amicum, consequimur præcedentẽ: Insequimur inimicum.

58 Inter Principium, & Initium hoc interest:quòd Principium,totius corporis est: Initium,quasi primum.

59 Inter Simulare,& Dissimulare,hoc interest:quòd Simulamus,quod nescimus:& negamus nescire: Dissimulamus, quæ scimus.

60 Inter Simul,& Simitum hoc interest: q, Simul,vt vna res pariter clareat: vt Simul legimus,Simul scribimus.Simitum,lucri recipit significationem,quasi simulitum.

61 Inter Sceleſtum,Sceleratum, & Scelerosum hoc interest:quòd Sceleratus,suo scelere,vel alieno cõtaminatus: Sceleſtus, scelerũ cogitator:Sceleroſus, quasi insidiosus, periculosus, * vel totus dies, vel animus propter arduitatem.

62 Inter Reliquos, & Cæteros hoc interest:q, Reliquos, dicimus relictos ex omnibus:Cæteros,quos nescimus.

63 Inter Redibidum per b. litteram, & Rediuiuũ per u.litteram hoc interest: quòd Redibidum est,quod nascitur:Reduiuum, quod reuiuiscit.

64 Inter Patrium,& Paternum hoc interest:quòd Patrium,à patria venit:Paternum, à patre.

65 Inter Pometa, & Pomaria hoc interest:quòd Pomaria, vaga dicimus,sicut olearia & ficaria: Pometa, quasi maleta, ficeta & oleta.

66 Inter Ægrum,& Ægrotum hoc interest:quòd Æger,animo:Ægrotus,corpore.

67 Inter Prior Venit, & Antè Venit hoc interest:quòd Prior,ad dignitatem:Ante,ad tempus refertur.

68 Inter Inficere,& Officere hoc interest:quòd Officit qui nocet: Inficit, qui lanam aut alia inficit.

69 Inter Contingere,Accidere, & Euenire hoc interest: quòd Contingunt bona: Accidunt,mala:Eueniunt,vtraque.

70 Inter Grates, & Gratias hoc interest: quòd Grates referimus:Gratias,agimus.

71 Inter Oleas,& Oliuas hoc interest:Oliuas, ipsum fructum dicimus, vnde fit Oleũ. Oleas, arbores dicimus, vnde fiunt Olieta.

72 Inter Nixus, & Nisus hoc interest: quòd Nixus, ad corpus refertur: Nisus, ad animum,id est,conatus.

73 Inter Nefandum, & Nefarium hoc interest: quòd Nefarius, à præteritis intelligitur,Nefandus,in opere.

74 Inter Nutrit,& Nutricat hoc interest, quod Mulier Nutrit: Nutricat, nutritur.

75 Inter Maritimum,& Marinum hoc interest:

quòd Maritimum proximum mari: A Marinum ex ipso mari.

76 Inter Laniat,Lacerat,& Lancinat hoc interest: quòd Laniat, qui membratim distendit:Lacerat, qui partibus suis membra destituit: Lancinat, qui inutiliter membra discerpit.

77 Inter Patulum,& Patens hoc interest: quòd Patulum, claudi, vel tegi non potest: Patens,quòd cùm reseratum fuerit, iterum claudi potest.

78 Inter Guttam,& Stillam hoc interest: quod Stilla,cadit:Gutta,stat.

79 Inter Delictum, & Peccatum hoc interest: quòd Delinquimus,cũ iussa salubria B nõ adimplemus:Peccamus, cùm ea,quæ iubentur non agi,præsumimus agere.

80 Inter Incolam, Accolam, & Aduenã: hoc interest, quod Incola est,qui propriam terram, in qua natus est,excolit: Accola,qui terram natiuitatis suæ,sed alienã colit, Aduena,qui de sua terra in alienam venit.

81 Inter Hesternum, & Externum hoc interest: quòd Hesternum,ab hesterna die dicitur:Externum verò, extraneum. Nam multi imperitorum externa dies dicunt, quod non admittitur.

82 Inter Baltea, & Balteos hoc interest: quod Baltea,ipsa lora significamus: Cæteros Balteos,dicimus.

83 Inter Bibere, & Ebibere hoc interest: quòd Bibit,qui aliquid relinquit in poculo: Ebibit,qui totum exhaurit.

84 Inter Geminatum,Iunctum,& Duplicatum quid interſit,quamuis acutè intelligentibus breuiter exposuerimus,tamen sub exemplis latius doceamus. Geminatũ est, quod ex duabus rebus similibus constat, vt Cicero,gemina audacia.Iunctum est, quod ex duabus rebus paribus constat, vt Virgilius,Iungentur iã gryphes equis. Duplicatũ est,cùm vnares bis ponitur: Ingens ad terram duplicato poplite.

85 Inter Decline, & Decliue hoc inter- D est:quòd Declinus,sol: Decliuus,locus. Sic intelligendum est,Adcline,Adcliue:vt Adcliuus homo:Adcliuus locus ex hoc accliuũ dicitur.

86 Inter Commentarios,& Commentaria hoc interest: quod Commentarij, libri: Commentaria, volumina dicunt.

87 Inter Primum, & Priorẽ hoc interest: quòd Primus,è multis:Prior,ex duobus. Sic inter Postremum, & Posteriorẽ obseruabis.

88 Inter Disertum,& Desertum hoc interest:quòd Disertus,orator dicitur, Desertus,derelictus.

89 Inter Dilatorem, & Delatorem hoc interest:quòd Delator est, qui defert ad accusandũ:Dilator, qui differt ad proferendũ.

90 Inter Aduersum & Aduersus hoc interest:quòd Aduersum te,aduersarius: Aduersus te,mutator.

91 Inter Pauperiem, & Paupertatẽ hoc interest:quòd Pauperies,damnum est: Pauertas,qui nihil habet.

92 Inter Exprobrare, & Obprobrare hoc interest: quod Exprobrat,qui proprium obiectat vitium:Obprobrat, qui maledictũ infert.

93 Inter Accersire,& Arcesire hoc interest:quòd Accersit,qui euocat: Arcesit, qui accusat.

94 Inter Aceruum, & Acerbum hoc interest: quòd Aceruus,moles est: Acerbus, immaturus & asper.

95 Inter Labrum, & Labium hoc interest:quòd Labrum, superius: Labium, inferius dicitur.

96 Inter Toga,Tuga,Tuba,& Tufa hoc interest:quòd Toga,vestimentũ est: Tuga, qua aqua deducitur: Tuba, qua clangitur: Tufa, lapis,qui ex aqua coagulata efficitur, C quod tufum dicimus.

97 Inter Comosum, & Comatum hoc interest:quòd Comosus,à comæ vsu dicitur: Comatus,natura: vt comata Gallia.

98 Inter Certo, & Certius hoc interest: quòd Certo,est à certus:& Certius,à certe.

99 Inter Cæcitudinem,& Cæcitatẽ hoc interest:quòd Cæcitas,ipsa tanquàm viæ ceritas,& calamitas dicitur:Cęcitudo autem, affectio:vt lippitudo dicitur.

100 Inter Castimoniam, & Castitatem hoc interest: quòd Castimonia,quasi cæremonia dicitur:Castitas autẽ,tantũ corporis.

101 Inter Copias, & Copiã hoc interest: quod Copias,exercitus significatione dicimus:Copiam autem,rerum.

102 Inter Circùm,Circa, & Circiter hoc interest: quòd Circùm, ad tempus: Circa, ad locum:Circiter ad numerum refertur.

103 Inter Fidum,& Fidelem hoc interest: Famulus,dicitur fidus:Amicus fidelis.

104 Inter Illius similis, & Illi similis: hoc interest,quẽd Illius similis moribus:Illi similis vultu.

105 Inter Flemma,& Plẽma hoc interest:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd Flemma sit,cùm crura abundant sanguine:Plemma, cùm in manibus vel pedibus callosis sulci nascuntur. A

106 Inter Mammas, & Vbera hoc interest:quòd Mammæ,hominum: Vbera,pecorum accipiuntur.

107 Inter Auena,sine aspiratione,& Habena per aspirationem, hoc interest, quòd Auena,germen est sterile, Habenæ,retinacula iumentorum.

108 Inter Donũ,& Munus hoc interest: quod Donum,dantis:Munus,accipientis. Illud,à dando,istud, à muniendo.

109 Inter Arguere,& Coarguere hoc interest:quòd Coarguere,coercere, vel compescere est: Arguere, ostendere vel patefacere,vt Virgil. Degeneres animos timor arguit. Vnde & argumenta dicũtur quæ caussam ostendunt. B

110 Inter Afficere,& Adficere hoc interest:quòd Afficimur, honore : Adficimur, morte vel iniuria.

111 Inter Aduocatum,Inuocatũ,& Euocatum hoc interest:quòd Aduocatur,daturus patrocinium:Inuocatur, præstaturus auxilium:Euocatur, præbiturus obsequium.

112 Inter Inluuiem,& Ingluuiẽ : hoc interest:quòd Inluuies,sordium:Ingluuies,vẽtris. Illud, à non lauando, hoc,ab inglutiendo dictum. C

113 Inter Commonere, Admonere, & Monere hoc interest : quòd Cõmonemus, præterita: Admonemus, præsentia: Monemus,futura.

114 Inter Temeritatem, & Audaciam hoc interest:quòd Temeritas, sine cõsilio dicitur: Audacia,post consilium.

115 Inter Velocitatem, & Celeritatem hoc interest:quòd Velocitas,pedum,& corporum dicitur: Celeritas,animorum atque factorum.

116 Inter Viuum , & Viuentẽ hoc interest:quòd Viuus,de viuente:Viuens, de morituro. D

117 Inter Nasci, & Enasci hoc interest: quòd nascitur,quod de vtero decidit, Enascitur,quod de terra aut aqua exurgit.

118 Inter Abducere,Perducere, & Deducere hoc interest:quòd Abducimur,à re inhonesta:Perducimur ad studia:Deducimur ad honorem.

119 Inter Eluxit, & Illuxit hoc interest: quòd Eluxit,qui lutum disposuit:Illuxit,qui cum lumine apparuit.

120 Inter Nuntiare,Denuntiare,& Renũtiare,ac Adnuntiare hoc interest:quòd Nũciatur,de longinquo: Denuntiatur,in præsenti:Adnuntiatur,de futuro:Renuntiatur de excusando,& repudiando.

121 Inter Conscribere,Exscribere, Trãscribere,Inscribere , Adscribere, Describere hoc interest : quòd Conscribere, vnà simul scribere est : Exscribere, scripturas transferre : Transcribere,cùm ius nostrum ad alium trãsit:Inscribere,accusationis:Adscribere,asignationis:Describere,dictionis vel ordinis. Scribere verò, verbum imperfectum est.

122 Inter Extruere, Instruere, Adstruere, Construere,Struere hoc interest:quòd Extruere,est in altum proficere:Instruere,aciẽ vel actionẽ:Adstruere,affirmare: Construere struendo coniungere:Struere reliqua superposita subter struere.

123 Inter Consuescere,Insuescere,& Adsuescere hoc interest:quòd Suescimus,bona:Insuescimus,mala, Adsuescimus vtrag̃.

124 Inter Fungi,& Defungi hoc interest: quòd Fungi,agere est : Defungi , peragere est. Vnde & mortui Defuncti vocantur, eò quòd peregerunt vitæ istius cursum.

125 Inter Adolescere,Inolescere,& Exolescere:hoc interest, quòd Adolescere, augmentum est: Inolescere,coaugmẽti: Exolescere,euanescendi.

126 Inter Deportare, Adportare, Comportare , & Exportare hoc interest : quòd Deportare & Adportare,aliquid adferre est, Comportare,in vnum locum conferre, Exportare,tollere.

127 Inter Temperantiam, Temperationem,& Temperiemhoc interest : quòd Temperantia, animorum est, Temperatio,rerũ: Temperies,aurarum.

128 Inter Recipere , & Suscipere hoc interest:quòd Recipimus,rogati: Suscipimus, sponte.

129 Inter Arundinem , & Hirundinem hoc interest:quòd Arundo,canna est:Hirũdo,auis,quæ tignis adhærere solet.

130 Inter Spirare,& Expirare hoc interest:quòd Spirare , viuere est:Expirare,mori.

131 Inter Pertinaciam, & Constantiam: hoc interest,quòd Pertinacia,malæ rei dicitur,Constantia,bonæ.

132 Inter Consequi, & Assequi : hoc interest , quòd Sequimur,pedibus: Assequimur,studio.

133 In-

133 Inter Lætari , & Gratulari hoc interest:quòd Læramur de nostris : Gratulamur de amicorum bonis. A

134 Inter Herbosum , & Herbidum hoc interest : Quòd Herbidum locum in quo herba est,etiã si aridus esse consueuit: Herbosum,qui herbam facilè generet , etiamsi ad tempus aridus sit. Et aquatam potionem dicimus rectè,quæ aquam aliunde recipiat. Aquosum enim locum,qui aquam ex se effundat,sic & Meracam potionem, & Merosum vinum appellamus.

135 Inter Subter, & Subtus hoc interest: quòd Subter re aliqua superiore premitur, & conculcatur:Subtus est,quod demissum altius non contingitur. B

136 Inter Sinum,& Gremium hoc interest:quòd Sinum dicimus sinuatæ vestis receptaculum: Gremium verò,accinctæ vestis secretum.

137 Inter Largitatem , & Largitionẽ hoc interest: quòd Largitas,humanitatis est:Largitio,ambitionis.

138 Inter Muliebre , & Mulierarium hoc interest: quòd Muliebre dicitur,à Mulieribus factum:Mulierarium,à mulieribus ordinatum,& per viros gestum. C

139 Inter Diligere , & Deligere hoc interest:quòd Diligi affectionis est: Deligi iudicij:vnde,& exercitus deligi iubetur.

140 Inter Commodare , & Mutuo dare hoc interest : quòd Commodamus amico pro tempore equum,vestem,seruum , & similia:Mutuo autem damus pecuniam,triticum,vinum, vel cætera. D

141 Inter Ligare, & Legare hoc interest: quòd Ligat quis,vinculo:Legat, testamẽto.

142 Inter Loqui, Obloqui, Alloqui,& Eloqui hoc interest : quòd Loqui,hominis est: Obloqui,obtrectatoris, qui obijcit , aut opponit:Alloqui, hortantis,aut iudicantis:Eloqui, honoris est.

143 Inter Percussum , & Perculsum hoc interest: quòd Percussum corpore dicimus: Perculsum animo.

144 Inter Fremorem , & Fremitum hoc interest : quòd Fremor murmur hominum est:Fremitus bestiarum.

145 Inter Flauum , Furuum , & Fuluum hoc interest: quòd Flauũ,rubrum dicimus, vt Flaua cæsaries:Furuum,nigrum:Fuluum nigro rubeum,vt Fuluum leonem.

146 Inter Postulare,& Poscere hoc interest:q̃ Postulatur incautè:Poscitur improbè.

147 Inter Frixum, & Frictum hoc interest:quòd Frixum à Frigore,Frictum à Frigẽdo dictum.

148 Inter Diutinum, & Diuturnum hoc interest:quòd Diutinum est, quod diu fuit: Diuturnum,quod diu durauit.

149 Inter Delitum,& Inlitum hoc interest:quòd Delitum,quia subitum:Inlitum vero,lituratum.

150 Inter Damnum,Dispendium,& Detrimentum hoc interest : quòd Damnum, vnde diminutum sit,Dispendium, vbi pondus absit : Detrimentum quod à terendo nominatur.

151 Inter Dominium,& Dominatum hoc interest: quòd Dominiũ intelligitur quod priuati iuris est : Dominatum autem,imperij.

152 Inter Nixus , & Nisus hoc interest: quòd Nixus,in genua : Nisus,à nitendo , id est conando.

153 Inter Nubere,Enubere,& Denubere hoc interest: quòd nubit ciuis ciui: Enubit extraneo : Denubit, quæ in manum viri conuenit.

154 Inter Noxa , & Noxia hoc interest: quòd Noxa,pœna est:Noxia,ipsa culpa.

155 Inter Necessitatem, & Necessitudinem hoc interest: quòd Necessitas vim significat: Necessitudo coniunctionem sanguinis, aut animi.

156 Inter Clausum , & Obturatum hoc interest:quòd Clausum, à claustris,& clauibus dicitur:Obturatũ autẽ,priorũ foraminũ sit,tanquam aures obturatæ,non clausæ.

157 Inter Operire, Adoperire, Inoperire hoc interest:quòd Operimus operculo,Adoperimus fores:Inoperimus,cùm aliquid iacenti superponimus.

158 Inter Pometa , & Pomeria hoc interest:quòd Pometa, vbi poma nascantur : Pomaria,in quo seruantur.

159 Inter Palma,& Palmum hoc interest: quòd Palma in corpore: Palmum in mensura. Est autem hæc mensura à primo pollice, vsque ad minimum digitum.

160 Inter Poplites, & Suffragines hoc interest : quòd Poplites, hominum: Suffragines,animalium.

161 Inter Præparare , & Apparare hoc interest,quòd Præparat, qui desiderium repetit parãdo, Apparat qui parato adijcit, id est,accusare parat.

162 Inter Stipulationem , Restipulatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, Adstipulationem, & Constipulationē hoc interest: quòd Stipulatio, certum habet intellectum, Restipulatio, si aliquid sit factū, quod conuenit: Adstipulatio, eiusdem pecuniæ, vt vel alter repetere posit: Constipulatio, conserta restipulatio, si qua dolo malo facta.

163 Inter Saturitatem, & Satietatem hoc interest: quòd Saturitas, de cibo tantùm: Satietas, de reliquis dicitur rebus.

164 Inter Viciniam, & Vicinitatem hoc interest: quòd Vicinia, loci esse dicitur: Vicinitas, personarum.

165 Inter Fluctuo, & Fluctuor hoc interest: quòd Fluctuo, animo, quasi fluctus ago, & huc illúcque fluo: Fluctuor, fluctu feror, ideóque fluctuat mare, fluctuatur nauis: sic inter luxurio, & luxurior discernendum.

166 Inter Potero, & Potuero hoc interest: quòd Potero, certum promittentis est: Potuero, dubitantis.

167 Inter Hispanum, & Hispaniensem hoc interest: quòd Hispanus, natione dicitur: Hispaniensis, Masilienſis, & his similia.

168 Inter Escendere, Ascendere, Cōscendere hoc interest: quòd Ascendimus, excelsa, vel locum honoris: Escendimus, cùm in aliquid altius scandimus: Conscendimus, cū equo vehimur.

169 Inter Vterque, & Vtrique hoc interest: quòd Vterque, in singularibus: Vtrique, in pluralibus dicitur.

170 Inter Pignero, & Pigneror hoc interest: quòd Pigneror, animum tuum: Pignero, cùm pignus tuum capio.

171 Inter Mereo, & Mereor hoc interest: quòd Mereo, pro merito seruitij: Mereor pro opere mercedis: sic rumino, ruminor, & his similia.

172 Inter Laurum, & Lauream hoc interest: quòd Laurus, est ipsa arbor: Laurea, corona, vel virga.

173 Inter Cæruleum, & Cærulum hoc interest: quòd Cærulum dicimus, sicut aurū, Cæruleum, ex cærulo, quasi argentum.

174 Inter Imum, & Infimum hoc interest: quòd Imus, loco: Infimus, ordine.

175 Inter Curam, & Diligentiam hoc interest: quòd Cura, cruciatum habet, qui cōmoueat: Diligentia, rerum administratio.

176 Inter Vires, & Virtutes hoc interest: quòd Vires, corporis sunt: Virtutes, animi.

177 Inter Animam, Animum, Spiritum, & Mentem hoc interest: quòd Anima est, qua viuimus: Animus, quo regimur: Spiritus, quo spiramus: Mens, qualitas, quæ bona, aut mala potest referre ad cogitationem.

178 Inter Graue, & Ponderosum hoc interest: quòd Graue, secundùm ferentis qualitatem: Ponderosum, natura.

179 Inter Vltorem, & Vindicem hoc interest: quòd Vlciscimur, accepta iniuria: Vindicamus, ne accipiamus.

180 Inter Fallacem, & Pellacē hoc interest: quòd Fallax, infidelis dicitur: Pellax, in verbis, ab appellādo, id est, per se loquendo.

181 Inter Immolare, & Mactare hoc interest: quòd Immolare, dicitur, cùm moles in caput iniecta est: Mactatum, hoc factum, quasi magis auctum.

182 Inter Hostiam, & Victimam hoc interest: quòd Hostia perhibetur tunc, cùm dux in hostes proficiscitur: Victima, cùm vincit, sicut Ouidius in Fast. Victima, quæ dextra habet.

183 Inter Eruere, & Diruere hoc interest: quòd Eruuntur, latebræ, Diruuntur, eminentia.

184 Inter Nequicquam, & Nequaquam hoc interest: quòd Nequicquam, frustra: Nequaquam, non, significat.

185 Inter Iter, & Itiner hoc interest: quòd Iter, quo imus: Itiner, auia dicitur.

186 Inter Proprium, & Propius hoc interest: quòd Proprium, dominij est: Propius, autem loci.

187 Inter Vereor, & Reuereor hoc interest: quòd Vereor, ad metum refertur: Reuereor, ad affectum.

188 Inter Liberos, & Filios hoc interest: quòd Filij, masculino genere ponuntur: Liberi, in vtroque sexu: & quòd Filij, in numero singulari vocari possunt. Nemo enim dicit, qui habet filium, vnum Liberum habeo.

Item, quòd Filij promiscuè omnis conditionis intelliguntur, tam ingenui, quàm serui. Liberi non dicuntur, nisi ingenui.

189 Inter Dulce, & Suaue hoc interest: quòd Dulce, idem potest esse, quod Suaue, nō vtique Suaue, quod Dulce: Dulce, enim mel dicimus, & Suaue acetum, quod Dulce non est.

190 Inter Bellum, & Auellum hoc interest: quòd Bellum, inter exteras gentes: Auellum, inter ciues dictum, quod auellātur populi in duas partes.

191 Inter Exemplum, & Similitudinem hoc interest: quòd Exemplum, historia est. Similitudo, approbatio.

192 Inter Diuinationem, & Diuinitatem hoc interest: quòd Diuinitas, ad potentiam numinis refertur: Diuinatio, futurorum præscios facit.

193 Inter Vim, & Virtutem hoc interest: quòd Virtus, hortari est: Vis, iniuria.

194 Inter Rogum, & Pyram hoc interest: quòd Rogus, defunctis paratur: Pyra, sacrificijs.

195 Inter Arma, Armamenta, & Tela hoc interest: quòd Arma sunt, quibus corpora nostra in bello teguntur: Armamenta, nauium: Tela, missibilia, vt iacula.

196 Inter Virum, & Masculum hoc interest: quòd Vir, specie intelligitur: Masculus, genere: & quòd Vir tribus modis intelligitur, natura, virtute & nuptijs: Masculus etiā ab homine segregatur, vt in animalibus.

197 Inter Profugum, Exulem, Relegatū, & Transfugam hoc interest: quòd Profugus, quasi volūtariè reliquerit: Exul, qui dānatus expellitur, Relegatus, ad tēpus, Trāsfuga, qui ad hostes transit.

198 Inter Altum, & Excelsum hoc interest: quòd Altum, tam in superiorem partem elatum intelligimus, quàm ad inferiora depositum: Excelsum, in superioribus tantùm.

199 Inter Vim, & Vires hoc interest: quòd Vis, impetu, & iniuria constat: Vires, ad bonum, & fortitudinem corporis referuntur: ita Vis, facit violentiam: Vires, virtosum.

200 Inter Sæuum, & Crudelem hoc interest: quòd Sæuus, circa verba est: Crudelis, monstratur sanguine.

201 Inter Bellum, Aciem, Prælium, & Pugnam hoc interest: quòd Bellum, dicitur totus conflictus: Acies, ordinatur: Prælium, committitur: Pugna geritur, & quod Acies tam ferri, quàm oculorum est.

202 Inter Passum, & Expertum hoc interest: quòd Patimur, volūtate: Experimur, necessitate.

203 Inter Genus, & Gentem hoc interest: quòd Genus, tam hominum, quàm ferarum est: Gens, ad congregationem plurium pertinet, & ab vno capite descendit: Dicimus enim, gens Gallorum.

204 Inter Terram, Tellurem, & Humum hoc interest: quòd Terra, pars mundi tertia est: Tellus, dea: Humus, locus sepulturæ dicitur, abhumando.

205 Inter Mœnia, & Ædificia hoc interest: quòd Mœnia, publicorum sunt operum: Ædificia, priuatorum.

206 Inter Omne, & Totum hoc interest: quòd Omne, numerositate constat: Totū, ad partes dicitur.

207 Inter Vlcus, Vulnus, & Plagam hoc interest: quòd Vlcus, per se exit: Vulnus, ferro: Plaga, potest esse planus ictus: sic quod Vlcus leuitatis est: Vulnus, grauitatis: Plagæ, etiam verbera vocantur.

208 Inter Sic, & Ita hoc interest: quòd Sic, quidem ostendit exempla: Ita, ad rationem refertur.

209 Inter Duos, & Ambos hoc interest: quòd Duo, numerantur: Ambo, congregantur.

210 Inter Paret, & Apparet hoc interest: quòd Paret, imperio: Apparet, videntibus.

211 Inter Pullum, & Nigrum hoc interest: quòd Pullum, albo contrarium est: Nigrum, colore accipimus.

212 Inter Putat, Æstimat, Opinatur, Arbitratur, & Suspicatur hoc interest: quòd Putat, qui dubitat: Æstimat, qui existimaturo, quæ acta sunt, dicit: Opinatur, qui opinioni, aut suæ, aut alterius credit: Arbitratur, qui dubiæ rei finem imponit: Suspicatur, qui latentis rei prospicit formam.

213 Inter Prohibere, & Inhibere hoc interest: quòd Prohibere, est iure non habere: Inhibere, vi dicitur: & quod Inhibemus iure, Prohibemus imperio.

214 Inter Ostentum, Prodigium, & Monstrum hoc interest: quòd Ostentū, sine corpore solidum nouum se ostendit, & oculis, & auribus: Prodigium verò, quod solidis corporibus prospicitur, vt in cælo cometes, aut stella, & in nocte lux, interdiu tenebræ: Monstrum verò, contra naturam cognitū egreditur, vt serpens cum pedibus, aut cum quatuor alis.

215 Inter Conticuere, Obticuere, & Eticuere hoc interest: quòd qui Conticuit, vndique silentium præstitit, vt antiqui: Conticuit tandem, factóque hic fine quieuit: Obticuit, qui nullam spem reliquit: Reticuit, qui silentio responsa finiuit.

216 Inter Sepulcrum, Tumulum, Monumentum, & Bustum hoc interest: quòd Sepulcrum, est locus, in quo corpora sepeliūtur: & à sepeliendo dicitur: Tumulus, qui cineres tegit: Monumētum, quo sepulcrū circundatur, dictum à munitionibus, Bustū, in quo ossa sunt, quasi benè vstum.

217 Inter Astra, & Sidera hoc interest: quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd Astra,sine sidere esse possunt,& Astra fixa sunt cælo:Sidera, mouentur.

218 Inter Deripere,& Diripere hoc interest:quòd Deripimus,cùm è superiori parte, in inferiora rapimus: Diripimus, cùm laniamus,& in diuersas partes diducimus.

219 Inter Caussam,& Rationem hoc interest: quòd Caussa, multas habet species: Ratio, pauciss imas:& quod Ratione efficitur,Caussa desideratur.

220 Inter Italum, & Italicum hoc interest: quòd Italus,homo: Italicus, arcus dicitur: Ita illud ad personam refertur, hoc ad rem.

221 Inter Deuium, Inuium, Auium, & Peruium hoc interest: quòd Inuium, est sine via secretum: Deuium, desertus locus: Auium,extra viam: Peruium, per quod cõmeatur.

222 Inter Dexteram,& Dextram hoc interest:quòd quidam sine caussa putauerunt litteram E, abundare, sequuti consuetudinem antiquam: Vt reprendo, & reprehendo:Vt vemens, & vehemens: ita Dextram manum, & Dexteram,prosperam partem dici.

223 Inter Leges, & Iura hoc interest: quòd Iura,reperta sunt ab honesta consuetudine: Leges,ex ijs,quæ inter nos probanda facimus:& Iura, ab vniuscuiusque iustitia,dicuntur:Leges,quòd legantur.

224 Inter Inuidum, & Inuidiosum hoc interest:quòd Inuidus,quoniam alteri inuidet:Inuidiosus,cui inuidetur.

225 Inter Protinus, & Protenus hoc interest:quòd Protinus, est statim, continuò, aduerbium temporis: Protenus, quasi porrotenus.

226 Inter Demitto, & Dimitto hoc interest:quòd Demittit hic,qui de alto deorsum mittit: Dimittit, qui in multas partes mittit.

227 Inter Altaria, & Aras hoc interest: quòd Altaria Deo ponuntur: Aræ etiam defunctis.

228 Inter Dimidium, & Dimidiatũ hoc interest:quòd Dimidium, potest significare partem*, nisi subijcias integrũ nomen, sine dimidiatum, est, vt plena hora dicitur, hora integrum nomen,quasi totum,sine hora non potest esse dimidia:Ergo, aut dimidiata hora, aut dimidium horæ,Dimidium est:Dimidiatum autem, diminuta portio.

229 Inter Fiduciam,& Confidentiã hoc interest:quòd Confidentia,est cum vitio temeritatis Fiduciam habet, siquis honesta constantia viuit.

230 Inter Legionem,& Dilectum hoc interest:quòd Legio,dicitur ab eo,quod legãtur viri fortes,& vtiles militiæ:Dilecta,quæ maximè diligimus, vt filij, vel cognatio patris.

231 Inter Assiduè,& Quotidiè hoc interest:quòd Assiduè, sedulitatis est: Quotidiè autem,perseuerantiæ.

232 Inter Mœret,& Meretur hoc interest:quòd qui Mœret, tristis est: Meretur autẽm, qui ex alterius iudicio parem beneficio gratiam expectat.

233 Inter Plenitudinem, & Plenitatem hoc interest: quòd Plenitudo, corporis est: Plenitas rei: ita Plenitudinem obesorum hominum:Plenitatem, variæ rei cuiuslibet dicimus.

234 Inter Precor,& Deprecor hoc interest: quòd Precamur, Deum: Deprecamur, homines.

235 Inter Fortunam, & Felicitatem hoc interest:quòd Fortuna, non est: Felicitas, opes hominis.

236 Inter Tueor, & Tuor hoc interest: quòd Tuor,custodio:Tueor,video.

237 Inter Ludibrium, & Ludicrum hoc interest: quòd Ludibrium, in alterius iniuria:Ludicrum autem,quod ipso delectamur sine cuiusquam iniuria.

238 Inter Stillam, & Guttam hoc interest: quòd Gutta, imbrium: Stilla,situlæ,vel aceti.

239 Inter Fidum, & Fidelem hoc interest:quòd Fidus,etiam amicus dicitur: Fidelis,seruus.

240 Inter Cognoscimus, & Agnoscimus hoc interest: quòd Agnoscimus, cognitos Cognoscimus,quod nunquam vidimus.

241 Inter Clypeum, & Clupeum hoc interest,quòd Clypeum,scutum: Clupeũ verò,in quod imagines ponuntur.

242 Inter Germanum,& Fratrem hoc interest:quòd Germanus, est verus frater, ex patre,& matre.Frater verò,ex diuerso patre vel matre.

243 Inter Mersare, vel Mergere hoc interest: quòd Mersare, sæpius: Mergere, semel.

244 Inter Agere Caussam,& Dicere hoc interest:quòd Agit,patronus:Dicit,reus.

245 Inter Eminus, & Cominus hoc interest:quòd Eminus,ex longinquo: Cominus,pede.

246 Inter Capere, & Decipere hoc interest:quòd Capimus,merẽtes:Decipimus, innocẽtes:aut Capimus arte,Decipimus in fidioſè.

247 Inter Consilium, & Sententiam hoc interest:quòd Consilium,cogitatio: Sententia,consilij pronuntiatio.

248 Inter Fors,& Fortunam hoc interest: quòd Fors, casus est: Fortuna, data est: vt quidam,sic valuit Fors,tanquam mors.

249 Inter Voluntatem,& Voluptatẽ hoc interest: quòd Voluntas, animi: Voluptas, corporis.

250 Inter Interea, & Interdum hoc interest:quòd Interdum, aduerbium temporis est:Interea,cassua rei.

251 Inter Initium, & Principium hoc interest:quòd Principium,totius operis cuiuscunque vnum est, quasi primum operis caput: Initium, quod frequentius intelligimus: & totiens accipimus, quotiens, aut persona mutatur, quasi intus in alteram rem: & Principium semel:Initium sæpius: Principium, Arma, virumque cano. Initium, Musa mihi causas memora. Inueniuntur tamen Principia, quæ natura sui carent, & specie initia habent: vt, At regina graui iam dudum saucia cura. Et, Sic fatur lacrymans, classique immittit habenas.

252 Inter Meditari, & Velitari hoc interest:quòd Meditamur animo: Velitamur corpore.

253 Inter Homines, & Bestias hoc interest:quòd Bestiæ,ventri seruiunt: Homines rationi.

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
DIFFERENTIARVM
LIBER SECVNDVS.

Theologicæ, v. 2. 553.

Differentia I.

INter Deum, & Dominũ ita quidam definierunt, vt in Dei appellatione Patrem; [a] in Domino filium intelligerent. Scriptura autẽ sacra vtrũq; & Deum affirmat,& Dominum. Sed tamen inuicem hæc vocabula discernuntur. Primum enim,naturæ nomẽ est pertinens ad amorem: secundum potestatis, congruens ad timorem. Denique ex Dei vocabulo aduerte,quid diligas: ex Domini appellatione cognosce,quid metuas.

[a] In Domino filium. *Vnde hi occasionem sumpsisse putauerint, indicat Augustin. 2. de Trinit. cap. 10.*

2 Inter Trinitatem, & Vnitatem hæc distinctio est: quòd Vnitas, propter inseparabilem Deitatis substantiam: Trinitas verò, propter personarum diuersitatem vocatur. In Personis enim discretio est; in Diuinitate nulla distinctio. Est enim Gignens,Genitus,& Procedens. [a] Tria quidem nomina, sed substantia vna. Sicut enim ignis,cãdor, & color,tria quidem sunt vocabula; sed res vna. In relatione enim personarum Trinitas est; in substantia verò naturæ vnus Deus est, Pater scilicet, & Filius, & Spiritus sanctus. De Patre quia Deus est, testatur Apostolus dicens,vnus Deus Pater,ex quo omnia: ita de Filio, quia Deus est, alibi ipse dicit:quorum patres,ex quibus Christus secũdum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. De Spiritu autem sancto, quia Deus est, idem, qui & supra sic dicit,Diuisiones donationum sunt, idem autem Spiritus; & diuisiones operationũ sunt: idem verò Deus. Ecce Pater,& Filius,& Spiritus sanctus Deus, sed non triplex Deorũ

nume-

Universidad de Deusto
Biblioteca

numerus in hac Trinitate est credendus. Scriptum est enim, Ego sum Deus, & non est alius Deus præter me. Et illud, Audi Israel, Dominus Deus tuus, vnus est. Tres ergo Deos credere, profanum est: Trinitatem in personis non distinguere, impium est.

a Tria quidem nomina. *Nihil hic periclì à Sabellio. Iam enim dixerat: in personis esse discretionem, & extrema verba huius capitis sunt*: Trinitatem in personis non distinguere impium est: *& capite sequenti cur tam laboraret in discretione Personarum, si cum Sabellio consentiret, nihil fuit. Sed hæc multo plura, quàm opus est in re minimè dubia. Ita tamen veteres Patres interdum locutos ostẽ B dunt. D. Eucherij verba immerito ipsi ab hominibus minimè malis ademptа. Non enim tollenda, sed explicanda fuerunt, aut ex Augst. qui serm. 192. ita ait*: Non enim nomina tantummodo, sed nominum etiam proprietates, id est, personas confitemur, *& 11. de Ciuit. cap. 10.* Nẽque verò sola est ista nominis Trinitas, sine subsistentia personarum, sicut Sabelliani hæretici putauerunt. *aut etiam ex Gregorio Theologo. qui, ne in id incideret*, non personarum nomina, sed nominum personas verè constare *dixit*: neque verbum *(inquit)* sine re velut sonum vocis accipimus, sed tria nomina, & tres personas vnius essentiæ, vnius maiestatis, atque potentiæ credimus.

3 Inter Personam Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ita secernitur. a Quòd Pater, nec factus, nec natus est. Filius natus, non factus: Spiritus sanctus, nec factus, nec natus, sed ex Patre Filióque procedẽs est. Proinde Pater æternitatem habet, sine natiuitate: Filius natiuitatẽ cum æternitate: Spiritus verò sanctus processionem, sine natiuitate cũ æternitate. Pater ex nullo exordium ducit; Filius ex Patre originem sumit: Spiritus verò sanctus, ex Patre filioque procedit. b Hæc tamen à nobis ita dicũtur de Trinitate, vt potest humana natura capere. Nam quis considerare sufficiat ipsius Trinitatis interna mysteria? Quomodo Pater, Filius, & Spiritus sanctus tres personæ sunt, & vna natura? c Quomodo Pater ingenitus, Filius genitus, Spiritus sanctus, nec ingenitus, nec genitus? Quomodo Filius de Patre natus est: Spiritus sanctus de Patre procedit, & Filio? Quomodo Filius nascendo procedit: Spiritus autem sanctus procedendo non nascitur? Quomodo Pater nunquam sine Filio, & tamẽ sine Filio Pater genuit Filium? Quomodo Filius nunquam sine Spiritu sancto, & tamen ait: Nisi ego abiero Paracletus non veniet ad vos? Quomodo Filius non de se, sed de Patre est, nec tamen ei est posterior de quo est? Quomodo Spiritus sanctus de Patre procedit & Filio, nec tamen abeis præceditur, à quibus procedit? Quomodo tria vnum sunt, & vnum tria? Quomodo ad se inuicem relatiuè tria sunt, & essentialiter vnum sunt? Quis ista consideret? Quis ista comprehendat? Si enim humanæ natiuitatis Christi secreta non capimus; diuinæ naturæ mysteria quomodo capiemus?

4 Inter Substantiam, & Essentiam Dei hoc quidam definierunt. Quòd Substantia est hoc, quod non est ab alio, sed semper ex sese est, hoc est propria intra se virtute subsistit: Essentia verò in Deo, idcirco est dicta, quia semper est, nec incipiens aliquando, nec desinens est. Sed esse semper, proprium eius est.

5 Inter hoc, quod Filius nunc æqualis, nũc minor est Patre, ista est differentia. Primum æternæ substantiæ est: alterum humanæ naturæ. In forma enim serui, quia factus est ex muliere, Pater maior illo est: in forma autẽ Dei, in qua erat ante carnis assumptionem, Patri coæqualis est. Propter illud dictũ est, C Pater maior me est: propter hoc, Ego, & Pater vnum sumus. Æqualis ergo Patri in quantum Deus est: subiectus verò, in quantum homo est.

6 Quid differt inter id, quod Christus nunc Vnigenitus, nunc Primogenitus esse prædicatur? a Horum primum ad Patrem pertinet: alterum ad nos. Nam secundùm Diuinitatis excellentiam Vnigenitus est à Patre iuxta Euangelium quod dicit: Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. At verò secundùm fraternam societatem, Primogenitus vniuersæ creaturæ, iuxta id quod Apostolus ait: vt sit ipse Primogenitus in multis fratribus. Est ergo Vnigenitus, in substantia D Deitatis: Primogenitus, in susceptione humanitatis. Primogenitus in gratia; Vnigenitus in natura. Primogenitus iuxta Apostolũ in multis fratribus; Vnigenitus tantùm ex Deo solus. Inde est, quòd Frater nũcupatur, & Dominus: Frater, quia Primogenitus: Dominus verò, quia Vnigenitus.

De variorum nominũ distinctione, quæ filio Dei attribuuntur.

7 IAm verò differentiæ, vel significationes nominum, quæ in Dei filio distinguuntur plurimæ sunt. Sed ex his quædam sunt

sunt naturalia ad diuinitatis eius excellentiam pertinentia: quædam verò accidentia. Naturalia sunt Deus, Omnipotens, Perfectus, Filius Dei, Verbũ, Principium, Virtus, Sapientia, Imago, Splendor, siue Figura, Brachium. Accidentia sunt ista, Agnus, Sacerdos, Petra, Lapis, Homo, Leo, Vitulus, Aquila, & his similia. Deus dicitur, quia ex Deo genitus est. Omnipotens ab Omnipotente: Perfectus à Perfecto. Filius Dei est, quia dũ hoc ipsum sit, quod Pater, non tamen ipse est, qui Pater. Verbum est Filius Dei, quia propriè de diuino ore processit, vel quia nihil in substantia naturæ suæ visibile, vel corporeum est, vel pro eo, quòd Pater per eum omnia condidit, siue iussit, vel quia per illũ innotuit. Pater principium ex eo, quòd rerum omnium origo, & caussa sit. Dextera, propter effectum totius creaturæ, quæ per ipsum formata est. Brachium, quia ab ipso omnia cõtinentur. Virtus pro eo, quòd omnẽ potestatem Patris in semetipsum habeat, & omnem cæli terræque creaturam gubernet contineat, atque regat. Sapientia est, pro eo, quòd ipse reuelet omnia mysteria scientiæ, & arcana sapientiæ. Imago est propter similitudinis veritatem. Species enim Patris indifferens est habens in se indiscretam naturam, siue essentiã. Splendor appellatur, quia dum sit ipse Pater lux, ita Filius ab eo inseparabiliter, quasi splendor ex luce procedit. Figura est, quia suscipiens formam serui operum, virtutumque similitudine Patris in se imaginem, atque immensam magnitudinẽ designauit. Mediator est, quia inter hominem, & Deum medius est, habens in se substantiam vtriusque naturæ, id est, humanæ humilitatis formam, & diuinitatis excellentiam. Porrò, Agnus propter innocentiam, & passionem carnis appellatur. Sacerdos, quia semetipsum Patri hostiã pro nobis obtulit. Petra, quòd firmitas sit credentium, offensio & ruina incredulorum. Lapis angularis, quia vetus & nouum Testamentum, veluti duo parietes, ex aduerso venientes, tanquã angulus, sibimet copulauit, ac fidei vnitate coniunxit. Homo, quia secundùm carnem ex Virgine natus est passibilis, atque mortalis. Leo, propter regnum & potentiam, per quã in morte Zabulum vicit. Vitulus, quia propter salutẽ gentiũ immolatus est. Aquila pro eo, q resurgẽs ad astra cæli remeauit, & ad sedẽ paternã, vnde venerat, iterũ redijt.

Iam vero. Pler. q. ex Aug. serm. 2. de Trinit.

8 Inter Natiuitatem Christi, & nostram hoc interest. Quòd omnis homo ex delicti lege inuenitur esse cõceptus: ille autem nõ ex concupiscentia carnis, vel ex virili coitu, sed de Spiritu sancto natus est. Naturã quippe traxit originis, non culpam præuaricationis. Corpus ex Virgine sumpsit: virginitatẽ maternæ carnis nõ abstulit. Itẽ, nos ex vna generatione subsistimus: ille autem ex duabus diuinitatis, & humanitatis. Ex prima natiuitatem sumpsit: ex altera creationẽ. Natus enim diuina generatione, factus humana. Primum fuit sine tempore: secundũ in plenitudine temporis. Nos ex duabus substantijs: corporis videlicet, atq. animæ: ille verò ex tribus: verbi, corporis & animæ. Inde est, quod perfectus prædicatur Deus & homo: habens in se geminam substantiam, & diuinitatis suæ, & humanitatis nostræ.

9 Item hoc distat inter mortem Christi, & nostram. Nos enim in mortem pro meritо præuaricationis incurrimus: ille autem sponte mortem pro nostra salute suscepit secundùm quod ipse testatur dicens: Potestatem habeo ponendi animam meam, & nemo eam tollit à me, sed ego pono eam.

10 Inter Resurrectionẽ Christi, & nostrã sic discrepat. Quod nobis resurrectionis tẽpus, vsque in finẽ seculi differtur: illius verò die tertio celebratur: ille nullius eguit, vt resurgeret: nos illo miserante resurgimus.

11 Inter creationẽ mũdi, & formationem eius hæc est differẽtia. Quòd originaliter secundũ materiæ substantiã simul cũcta creata sunt: iuxta illud quod dicitur: qui viuit in æternũ, creauit omnia simul. At verò secundũ distinctionẽ specierũ per sex dierũ alternationẽ formata sunt. Totius enim creaturæ origo simul extitit: species tamen, & forma per temporũ incrementa processerunt. Nã primũ materia facta cæli, & terræ cõfusa atq. informis, quã Græci Chaos appellãt. De qua postmodũ singillatim per species varias formasq. proprias prodierunt. De qua materia scriptura loquitur: qui fecisti mundũ de materia informi. Quę ob hoc informis, quia adhuc confusa erat, atq. obscura, & necdum p visibiles species, variasq. formas discreta. Sed materia facta est de nihilo. Mundi autẽ species de informi materia. Proinde duas res ante omnẽ diẽ, & tẽpus condidit Deus omnipotẽs: Angelicã videlicet creaturam, & informẽ materiã: quæ quidẽ dum sit ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihilo facta: præcesſit tamen res ex ſe factas non æternitate, ſed ſola origine; ſicut ſonus cantum. Nam qui viuit in æternũ, creanit omnia ſimul. Itaq. nõ omnia ex nihilo cõdidit Deus, ſed quædã ex aliquo; quædã autẽ ex nihilo. De nihilo Mundũ, Angelũ, & Animas: ex aliquo hominem, & cæteras mundi creaturas.

Quod originaliter ſecundum materiæ ſubſtantiam proceſſerunt, ex Greg. 32. Moral. c. 9.

De duplici paradiſo.

12 Vnus eſt terrenus, vbi primorũ hominum corporaliter vita extitit: alter cæleſtis, vbi animæ beatorũ ſtatim, vt à corpore exeunt, transferuntur, atq. digna felicitate lætantes, expectãt receptionẽ corporũ ſuorũ. De hoc Paradiſo Dominus ad latronẽ dixit: Hodie mecũ eris in Paradiſo. Originaliter autẽ primi hominis culpa nos de Paradiſo expulit, & in hanc exilij peregrinationẽ deiecit. Inde eſt, quòd prævaricationis ſuæ reatu aſtringimur. Vnde, & meritò ſententiæ debito pœnã paternæ prævaricationis exoluimus. Nam ita primus homo eſt conditus, vt per augmentum ætatũ ſine media morte de vita corporalis Paradiſi cõmutaretur ad vitam Paradiſi cæleſtis. Sed, quia hoc bono contentus eſſe noluit, protinus ſuæ cõditionis merito caruit, mortemq. geminã animæ & corporis inuenit. Ignorantiã veri, & vetuſtatẽ obtinuit, atq. in omnẽ progeniẽ peccati ſui prævaricationẽ tranſmiſit: nõ tã tum in hos, qui proprio delinquũt arbitrio, ſed etiã in illos qui nondũ implicari valent actuali peccato. Inde eſt, quòd paruulis lauacri gratia cõceditur. Quia etſi non eſt illis peccatũ proprij operis, ineſt tamen originaliter noxa paternæ prævaricationis. Vnde, & Propheta Dauid ex ſemetipſo humanũ genus deplorans conqueritur dicens: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis peperit me mater mea.

Peperit me mater mea, Ita apud Greg. lib. 7. Reg. c. 53. & lib. 12. c. 10.

De rerum gradibus.

13 Gradus, vel differẽtiæ rerum ſex ſunt. Id eſt, Non viuentia, Viuentia, Irrationabilia, Rationabilia mortalia, Immortalia; nouiſſimus Deus, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſecula. Primus gradus eſt eorũ, quæ non creſcunt, vita motúq. carent: qualis eſt in lapidibus. Secũdus gradus in ijs, quæ creſcunt, vitam motumq. ſine ſenſu habẽt: qualis eſt in herbis, vel in arboribus: quibus ũ minimè vita inſenſibilis motuſq. ineſſet, nec germinare vtique, neq. creſcere poſſent: atq. iſta, quæ vitã, ſine ſenſu habent, lapidibus præponũtur, & terræ. Tertius gradus eſt in ijs, quæ non ſolùm creſcunt, & viuũt, ſed etiam ſentiunt, at non intelligũt: qualis eſt in pecoribus. Quartus gradus eſt in ijs, quæ creſcunt, viuunt, ſentiunt, & intelligũt: ſed tamen mortalia, vt animalia ſunt, qualis eſt in hominibus. Quintus eſt in ijs, quæ ſentiunt, & intelligunt, & immortalia ſunt: qualis eſt in Angelis. Sextus, id quod immutabile, & infinitũ, & ſimplex eſt, à quo omnis hæc natura inſpiratur, mouetur, gubernatur, & regitur: quod eſt Deus. Sed hæc quidẽ omnia, ſicut gradibus creſcũt, ita ſibi qualitate naturæ præcellũt. Nã arbor præfertur lapidi, & pecus arbori, & homo pecori, Angelus homini, & Deus præponitur Angelis.

Quæ ſentiunt & intelligunt, & immortalia ſunt. Eodemmodo Auguſtinus 8. de Ciuit. c. 6. vel vitam, quæ nutrimento ſubſidio non indiget, ſed tantum continet, ſentit, intelligitq. qualis eſt in Angelis.

14 Inter Angelos, Dæmones, & Homines hanc differentiã veteres ſcripſerunt: quod Angeli ſint ſpiritualis ſubſtantia, ante omnẽ creaturã creati, natura mutabiles conditi, ſed cõtẽplatione Dei immutabiles facti, animo impaſsibiles, mente rationales, tempore æterni, beatitudine perpetui, felicitate ſecuri, futuri præſcij, iuſſi mundũ regunt, miſſi corpora ex excellenti aëre ſumũt, in cæleſtibus cõmorantur. Dæmones, ſunt impuri ſpiritus, ſubtiles & vagi, animo paſsibiles, mente rationabiles, corpore aërei, tempore æterni, humanitatis inimici, nocendi cupidi, ſuperbia tumidi, fallacia callidi, ſemper in fraude noui. Cõmouẽt ſenſus, fingunt affectus, vitã turbant, ſomnos inquietant, morbos inferunt, mentes terrent, mẽbra diſtorquent, ſortes regunt, præſtigijs oracula fingunt, cupidinẽ amoris illiciunt, ardorẽ cupiditatis infundunt, in cõſecratis imaginibus delitescũt: inuocati adſunt, veris ſimilia mentiũtur, mutantur in diuerſis figuris, interdum in Angelorum imaginibus transformãtur. Hi quondam à ſede cæleſti ob ſuperbiam lapſi, nunc in aëre commorantur. Homines ſunt, ratione capaces, intellectu ſapientes, ore loquaces, natura magis quàm doctrina valentes, ſtatu rigidi, vultu erecti, figura vniuerſi ſimiles, & inter ſe diſſimiles ſinguli, animo immortales, ſenſu imbecilli, corpore fragiles, mente leues, diuerſi moribus, impares erroribus, ad ſtudia inertes, pronj ad voluptates, caſsi labore, diuitijs caduci, ſollicitudine anxij, ſingillatim mortales, prole mutabiles, vita queruli, tempore celeres, tardi ad ſapientiam, veloces ad mortẽ, de præteritis nudi, de præſentibus exigui, de futuris incerti; concipiuntur in iniquitate, in peccato naſcuntur, in labore viuunt, in dolore moriuntur: [a] denuo alij ad gloriã, alij ad pœnam de fauilla ſurgentes debitum ſoluunt.

[a] *Corpore aerei. Aug. de diuinat. dæmon. c. 3.* Dæmonũ ea eſt natura, vt aerei corporis ſenſu terrenum corporis ſenſum facilẽ præcedant.

[b] *Denuo alij ad gloriam, &c. hæc non ſunt in manuſcriptis libris.*

Inter prævaricationem Angelicam, et humanam.

15 Quæ ſit diſcretio prævaricationis Angelicæ, & humanæ naturæ: cur iſta redimitur, illa ſine fine damnatur? Prævaricatores quippe Angeli, ideò veniam non habent, eo quòd fragilitatis carnalis nulla grauẽtur infirmitate. Homines autem poſt peccatum ideircò ad veniam reuerti poſſunt, propterea, quòd pondus infirmitatis ex lutea traxerunt materia. Probat Pſalmiſta, quòd propter carnis conditionem reditus eis pateat ad ſalutem: ſic enim dicit, ipſe ſcit figmentum noſtrũ. Memento Domine, quòd terra ſumus. Et iterũ, Memorare, quæ mea ſubſtantia: At verò Diabolus, vel maligni ſpiritus, nec poſſunt habere veniam, nec merẽtur, ſicut ſcriptum eſt de eodem Apoſtata, cuius cor, quaſi lapis indurabitur, ſcilicet, vt pœnitentiæ compunctione nõ emolliatur.

[a] *Eadem ſententia apud Greg. 4. Moral. c. 9. & 20.*

16 Inter Hominem, & Pecus iſta eſt diſcretio. Homo eſt animal ex corpore animaque vinente compoſitũ, atq; ſpirituali compactione formatũ, ſubſiſtẽs ratione, liberiq; arbitrij voluntate, vitiorum capax, atq. virtutum: at contra Pecus eſt animal irrationale mortale, motu carnis & ſanguinis animatum: vnde & anima eorũ poſt mortẽ ſimul cum carne diſſoluitur. (Adde & aliud, per quod ab eis diſtinguitur. Illa pronaſunt, & ad terram vergentia: nobis naturaliter vultus in cælum erectus eſt: illis ocium & opulentia: nobis ratio & ſermo cõceſſus eſt, per quæ intelligere, & Deũ confiteri poſsimus.)

Adde & aliud—conſiteri poſſumus. Hæc in vno tantum libro leguntur.

Inter humani corporis membra.

17 Rationem autẽ humani corporis, ſingulorumq. membrorum differentiam Lactantius, ſiue pleriq. auctorũ, ita definierũt, dicentes: Homo, dictus eſt ab humo. Hic ex diuerſis ſubſiſtit ſubſtãtijs: ex mortali, & immortali. Corpus autem eius ex oſsibus & carnibus cõſtat, diuiditurq. in quattuor elementa. Habet enim in ſe aliquid ignis, aëris, aquæ, & terræ. Ratio autẽ terræ, in carne eſt; humoris, in ſanguine: aëris in ſpiritu: ignis in calore vitali. Siquidẽ quadripartita humani corporis ratio quattuor elemẽtorũ deſignat ſpeciem. Caput namq. ad cælũ refertur, in quo ſunt duo oculi, quaſi duo luminaria Solis, & Lunæ. Pectus aëri coniũgitur: quia ſic inde emittitur ſpiraminis flatus, ſicut ex aere ventorũ ſpiritus. Venter autẽ mari aſsimilatur, propter collectionẽ omniũ humorũ, quaſi cõgregationẽ aquarũ. Veſtigia poſtremo terræ cõparantur, eò quòd ſunt vltima membrorũ arida, ſiue ſicca, ſicut & terra. Iã verò in capitis arce Mens collocata eſt, tanquã in cælo Deus, vt ab alto ſpeculetur omnia, atq. regat. Factus eſt autẽ homo ad contemplationẽ cæli rigidus, & erectus, non ſicut pecora in humũ prona, atq. vergẽtia: in cuius ſummitate caput eſt collocatũ, datũq. illi hoc nomen, quòd hinc capiãt initiũ ſenſus & motus. Capilli autẽ capitis, vel ad ſpeciẽ ſint decoris, vel ad arcendã frigoris iniuriã, ſiue calorĩs. In capite autẽ, vt ait S. Aug. Tres tanquã ventriculi cerebri conſtituti ſunt: vnus anterior ad faciẽ, à quo ſenſus omnis: Alter poſterior ad ceruicẽ, à quo motus omnis: Tertius inter vtrumq. in quo Memoria vigere demonſtratur: ne cùm ſenſum ſequitur motus, non connectat homo quod faciendum eſt, ſi fuerit oblitus, quòd fecit. Facies dicta eſt, eo, quòd notitiam faciat hominis. Inter Faciẽ aũt & Vultũ hæc eſt differentia, quòd Facies naturalis & certus oris habitus eſt: Vultus verò varius, & ſecũdũ affectionẽ animi modo lætus, modo triſtis. Vnde, & vultuoſi dicũtur, qui vultũ ſæpè cõmutãt. Iã verò barbæ ratio quãtã vultus cõfert decẽtiã. Barba eſt decoris ſignũ, virilitatis indiciũ, quæ & iuuẽtutẽ ſignificat, & ſexus naturã diſtinguit. Oculi autẽ in facie concauis foraminibus incluſi ſunt, à quo foratu frons nominata eſt. Ijdẽ quoq. oculi gẽmarum habentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

bentes similitudinẽ mẽbranis perlucẽtibus conteguntur. Per quas mẽbranas, quasi per vitrũ, vel speculũ refulgentes, Mens ea, quæ foris sunt, transpicit. In medio autẽ horũ orbiũ scintillæ luminũ cõclusæ tenentur, quas Pupillas vocamus, quibus cernendi gratia continetur: & vt oculi munitiores essent ab iniuria, eos Opifex summus tegminibus oculuit. Vnde, & oculos esse dictos, quasi occultatos, (id est vndiq; munitos) quibus adhibitæ sunt Palpebræ, à palpitando dictæ. Quia concurrentes inuicẽ oculorũ obtutũ reficiũt, pilis in ordine adstantibus ad munitionẽ eorũ. Supercilia quoq; pilis breuibus B adornata sunt, quasi quibusdam aggeribus oculis præbentes custodiã, ne quid supernè incidat. Auriũ inde dictũ nomen est, à vocibus hauriẽdis. Per immutationẽ enim litteræ Aures, veluti Audes sunt nominatæ. Per has enim sonũ vocẽq. quasi per cochleã descendere. Quod aër ictus in circulũ orbẽq. moueatur. Genæ, à genibus dictæ. Quia cõplicatũ in vtero gigni, formariq. hominem aiũt, ita vt genua sursum sint, quibus oculi formẽtur, vt caui, ac recõditi fiãt. Ideóq. & qui alicuius lacrymas elicere cupiũt, genua tangũt, ac per ea deprecãtur: quod in vtero formauerint oculos, atq. enutrierint. Ipse ge C narũ tumor instar colliũ leniter exurgẽs ab omni parte cõtra imminentes ictus, oculos efficit tutos. Nares dictæ, q̃ per eas aër, vel spiritus nare nõ desinit. In his enim tria sunt officia, vnũ ducendi spiritus, alterũ capiẽdi odoris: tertiũ, purgamenta cerebri defluẽdi. Os dictũ est, quasi corporis ostiũ. Cuius species in duobus cõstat officijs: sumẽdi victũ, & loquendi lingua. Labia à lãbendo nominata. Quod autẽ superius est, labiũ dicimus: quod inferius, labrũ. Linguæ nomẽ à ligãdo cibo impositũ. Hæc interpres animæ vocẽ motibus suis in verba distinguit, vel illisione palati ac dẽtiũ, vel cõpressione labiorũ. D Dentes dicti, quasi cibos diuidẽtes. Siquidẽ escã incidunt, & cõminuunt, atq. opportunius gutturi, & stomacho tradũt. Horũ priores, qui cibũ præcidũt Aduersi dentes dicũtur: Molares intimi, qui cibos subigunt: Canini, qui vigesimo ætatis anno existũt. Gingiuæ, à gignendis dentibus nominatæ: quæ magnam pulchritudinẽ ori conferũt, dũ nuditatem dentium tegunt. Fauces sunt, angustæ fistulæ, quasi foces, per quas vocalis spiritus ab intimo pectore exiliens sonum vocis emittit. Mandibulæ, maxillarũ partes sunt, A quibus mãdimus. Dicta autem Maxilla per diminutionem, sicut paxillus à palo. Collũ, ad instar columnæ vocatũ. Est enim rigidũ, & rotundum. Duæ sunt in eo fistulæ, vna ciborum: altera aëris. Harũ superior Rumẽ vocatur, qua cibus & potio deuoratur. Vnde bestiæ, quæ cibum reuocant, ac remãdunt, ruminare dicuntur: altera inferior vocatur Gurgulio ex ossibus compacta & cohærentibus, & flexuosis: hæc à naribus ad pulmonem patens ob transmeantẽ spiritũ. Cuius operculum Sublinguium dicitur, quasi parua lingua, quæ foramẽ eius recludit & aperit: ne per partes iuncta fistula impetu veniens violenter aër interna corrumpat. Manus dictæ, eo quòd munus sint omni corpori, & quòd ab ipsis mandimus. Palma, manus est dispansis digitis, sicut & arbor dispansis ramis: Item, sicut contractis digitis, Pugnus. Digitorum quoq. numerus perfectus est, & ordo decentissimus. Ex his primus rector omniũ & moderator Pollex vocatur, eò quòd plurimum inter cæteros polleat, id est, prævaleat. Secundus Index & Salutaris vocatur, quia eo ferè ostendimus, & salutamus. Tertius Medius, vel Impudicus: quartus Medicus, quod eo tritum colly- C rium à Medicis colligitur. Quintus Auricularis, quod eo aurẽ scalpimus. Porrò Pectus hominis ab aspectu vocatũ. In mutis enim animantibus ad terram oppressum est, atq. ab aspectu remotũ: hominis autem aspectus patens & erectum. Plenũ enim rationem non decebat esse latens & humile. Papillæ, sunt mammarum capitula. Mammæ autem, tumores pectoris leuiter exsurgentes: hæ sunt fœminis ad alendũ fœtũ datæ: maribus ad solum decus: ne informe pectus esse videretur. Neq. enim decebat in fœminis alibi esse, quã vt animal intelligens ex corde alimoniam sumeret. Porrò Vmbilicus est nota im- D pressa, quæ mediũ ventrẽ designat. Ad hoc factus, vt per eũ fœtus dum est in vtero nutriatur. Splenis autem, & Iecoris viscera, quasi ex conturbato sanguine videntur esse concreta. Iuxta eos autem, qui de Physicis disputant voluptatem Venereæ concupiscentiæ consistere dicunt in iecore: Affectum autem iracundiæ in felle: pauoris in corde, in splene, lætitiæ. In pulmonibus verò aerem contineri, qui à corde per venas, quas Arterias vocant, diffunditur, vt paullatim inspirandi, & respirandi tractu totum animet corpus. In Iecore ignis habet sedem, qui

qui velut subuolare ostenditur in excelsum cerebri locum, tanquam in cælum corporis nostri. Vnde & radij emicant oculorum, & de cuius medio, velut centro quodam, quædam non solùm ad oculos, sed cæteros sensus tenues fistulæ deducuntur. Siquidem in eo volunt esse officium voluptatis, & decoctionis ciborum complexu, & calefactu suo in sanguinem mutandorum. Intestinorum autem ratio, idcircò longis anfractibus in circolorum ordinata sunt modum, vt susceptos cibos paullatim egerant, & exipsis, ea, quæ intrinsecus sunt, humorem sensim sus- B cipiant. Aluus dictus, eò quòd in eum, quasi in alueum, omnis humor cibo permistus defluat, ac recurrat, & inenarrabili modo ciborum succovniuersum corpus, quasi è late re vallies vicinas irrigando adimpleat. Porrò Aluus, Venter & Vterus differunt. Venter enim est, qui apparet extrinsecus, pertinetque à pectore ad Inguen. Aluus est interior pars, qua cibus recipi & purgari solet. Vterũ solæ mulieres habẽt in quo concipiunt. Cõfundunt tamen hæc auctores, & vterũ pro vtriusq; sexus ventre ponunt. Genitalia autem, sicut ipsum nomen docet, à gignendo dicta. Natium caro conglobata sedendi offi- C cio facta est, ne, premẽte corporis mole, ossibus cederet. Femina sunt femorũ partes, quibus in equitãdo tergis equorũ adhæremus. Vnde & prœliatores fœminibus equos admisisse dicuntur. Genua à genis dicta, eò quòd in vtero cohæreant, & cognata sint oculis. Vnde Ennius, genua comprimit arta gena. Tibiæ dictæ sunt, quasi tubæ. Plãtæ vtè à planitie nuncupatæ. Quia non rotũdæ, vt in quadrupedibus, ne stare non possit homo, sed planæ, & longiores formatæ sunt, vt stabile corpus efficerent. Calces autẽ, à calgiti & decorem, & vsum ferunt. Nam curre D re non possemus, nisi digitis in humum pressis soloq; nitentibus impetũ saltumq; capiamus. Reliqua ossa corporis, velut colũnæ quædam, quibus caro sustentatur, inserta sunt, & neruorum vinculis colligata, vt apt issimo motu flectantur. Hæc Lactantius, cæteriq; de ratione corporis scripserunt.

a *Hæc eadem pleniora Etymolog. lib. 11. c. 1. vbi indicati loci, è quibus sumpta sunt, locus Augustini de cerebri ventriculis lib. 7. de Genes. ad litter. c. 18.*

18 Inter Virum, & Hominem, quidam distinxerunt hoc interesse: Quòd vir vtraque A tinet: Homo loquacitate tantùm naturæ bestijs præpollet. Virũ autem dixerunt ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est, à virtute. Virtus autẽ apud veteres scientia rerũ omniũ nuncupatur. Nos autem vnum eundemq; & virum & hominem nũcupamus. Iuxta quod & de Christo legitur, qui tam Vir in sanctis scripturis, quã & etiam Homo vocatur.

a *Hæc differentia in vno tantum vv. ff. legitur.*

19 Inter Infantiam, & Pueritiam, & reliquas ætates Sapientes ita definierunt. Prima hominis ætas Infantia; secunda Pueritia; tertia Adolescentia; quarta Iuuentus: quinta Senectus: sexta Seniũ. Duæ primæ ætates singulis annorum terminantur hebdomadibus, propter simplicem vitam. Nã Infantia septimo anno finitur: quartodecimo Pueritia: de hinc sequens Adolescentia, duabus constat hebdomadibus propter intellectũ, & actionem. Quæ duæ nondũ erant in pueris; & porrigitur hæc ætas à quintodecimo anno, vsq. ad xxviij. Post hæc succedens Iuuẽtus tribus hebdomadibus permanet, propter tria illa intellectum, & actionem, corporisque virtutem. Ista ætas à xxviij. anno exoritur, & quadragesimo nono cõsummatur, quãdo & in fœminis part[a] deficit. Porrò Senect[a] quattuor hebdomadibus cõpletur propter accedentẽ illis tribus animi, & corporis grauitatem. Incipit enim hæc ætas à quinquagesimo anno, & septuagesimoseptimo terminatur. Vltima verò Senium nullo certo annorum tempore definitur, sed solo naturæ fine concluditur.

20 Inter Senectutem, & Senium hoc differt. Quòd Senectus vergens ætas à iuuentute in Senium, nondum tamen decrepita: Senium verò est fessa atque extrema ætas, & vitam vltimam anhelans.

a *A puritate. Non.* Pueritia, id est, puritas. Varro rerũ diuinar. lib. 1. Quæ pueritia est infrequẽs polluta.
b *quia nondũ Lenug. Fest.* Puer, impubes tãtũ dicitur.
c *quasi pulla.* Pullum est ætatis nouellæ, *ait Non.*
d *puerilitate, ita codex Hisp. Varro de liber. educand.* Velim, me Hercules, ipse vsu magno puerilitatis formulam audire.
al. puerili ætate.

21 Inter Infantẽ, & Puerũ quidã ex Sapientibus distinxerunt. Infans, inquiunt, dicitur, qui nõdũ fari potest. Puer autẽ [a] à puritate vocatus quasi purus, [b] siue quia nõdũ lanugine floreq. genarũ inducũr. Puella autem, à paruitate vocata, [c] quasi pulla. Vnde pupillos & pupillas nõ pro cõditione, sed pro æta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te puerili vocamus. Puer, olim & masculus, & fœmina appellabatur, sicut Infans. Hinc consuetudo communis Puerperam vocat. Propriè autem Puerperas dici, quæ primũ enixæ sunt pueros, eò quòd puellæ admodũ pariant: Egressi pueritiam masculi, Puberes appellantur, quia iam gignendi potestatem sumunt: Fœminæ verò Virgines, vel Viragines dicuntur. Dicta autem Virago, vel quòd à viro sumpta sit, vel quod sit masculini vigoris. Simul pubertatem egressi, Adolescentes appellantur. Adolescentes autem dicti ab adolescendo, atque crescendo. Vnde, & quidam de agricultura loquens, maturescẽtem fructum, adolescentem vocauit. Post adolescẽtiam quoque iuuenes fiunt. Iuuenes autem dicti, quòd iuuare posse incipiunt, vt in bobus iuuentus dicitur, cùm à vitulo discedit. Iam verò mediæ ætatis propriè dicuntur Vir, & Mulier. Vir itaque nuncupatus, vt ait Lactantius, quia maior in eo vis sit, quàm in fœminis, & hinc virtus nomen accipit. Item Mulier à mollitie dicta immutata, & detracta littera, quasi mollier. Sed ideò viris plus roboris datum est, vt facilius ad patientiam coniugalem fœminæ cogerentur. Mulier autem non prò corruptela integritatis, sed pro sola maturitate ætatis mulier nominatur: sicut & vir pro sola virilitate, etiam si ab opere fœmineæ admixtionis habeatur immunis. Extremæ iam ætatis, Senes, & Anus vocantur. Senes autẽ quidam dictos putant, eò quòd se nesciunt, & per nimiam ætatẽ delirent, atque desipiãt. Vnde, & Plato ait, in pueris crescit sensus, in iuuenibus viget, in senibus minuitur. Anus autẽ ex multis annis dicta est, quasi annosa.

22 Inter Rationabile, & Rationale hoc interesse, sapiens quidam dixit. Rationale est, quod rationis vtitur intellectu, vt homo: Rationabile verò, quod ratione dictum, vel factum est.

Rationale est, Verba sunt Aug. 2. de ordin. c. 11.

23 Inter Mentem, & Rationem hoc differt. Mens est pars animæ præstantior, à qua procedit intelligentia. Ratio verò est motus quidam animi visum mentis acuens, veráque à falsis distinguens.

24 Inter Memoriam, Mentem, & Cogitationem talis distinctio est: Quòd memoria, præterita retinet, Mens, futura præuidet. Cogitatio, præsentia complectitur.

25 Inter Sensum, & Memoriam hoc interest. Sensus, rei cuiusque adinuentio. Memoria, rei inuentæ recordatio: ille excogitat, & reperit, hæc reperta custodit.

Intelligibile esse--sentiuntur, verba Aug. 8. de Ciuit. c. 6.

26 Inter Intelligibilia, & Sensibilia taliter veteres discreuerunt: Intelligibilia esse, quæ mente animóque percipiuntur: Sensibilia autem, quæ visu, tactúque corporeo sentiũtur. Sunt autem sensus corporei quinque. Visus, Auditus, Odoratus, Gustus, Tactus. Vi sui subiacet habitus, & color, seu magnitudo mensuræ. Auditui voces, & sonus: Odoratui odorum fragrantia, vel quæ aliter se habẽt: Gustui sapor amarus, seu dulcis. Tactui calida, vel frigida, aspera, vel mollia, seu lenia. Hi autem quinque sensus ex partibus elementorum sunt, sed non ex omnibus elementis quattuor, sed ex aëre, terraque gignuntur. Ex aëre quidem Visus, Odoratus, Auditus, ex terra Tactus, Saporque nascitur.

27 Inter Animam, & Corpus, ita secernitur. Anima, est substãtia incorporea, intellectualis, rationalis, inuisibilis, atq; mobilis & immortalis, habens ignotã originem, nihil tamen in natura sua mixtum concretũ, vel terrenum, nihil humidum, nihil flabile, vel igneum: at contra corpus est substantia visibilis, atq; mobilis, mortalis, habens semen ex vitio, & ex terrena fœce materiam. Sed anima, quia spiritualis creatura est, initiũ nouit, finem habere non nouit. Sicut enim Angeli, ita & animæ sunt. Habent enim initium, finem nullũ. Corpus autẽ, quia ex quattuor elementis cõstat, ignis, aëris, aquæ, & terræ, dum fuerit excedente anima resolutum, redit rursus, vnde fuerat ortum. Inde & partim mortales, partim immortales sumus. Animæ enim naturã communẽ habemus cum Angelis, carnem verò cum pecoribus.

28 Inter Carnem, & Corpus quidam sapiens distinxit dicẽs: Caro est, quæ propriè sanguine, neruis, ossibusq; distinguitur: Corpus verò quãquam & caro dicatur, interdũ tamẽ & aëreum nominatur, quod tactui vsuiq. non subiaceat, & plerumq. est visibile, atque tangibile. Paries Corpus est, sed non Caro, Lapis Corpus est, sed non Caro. Sic & Apostolus corpora cælestia appellat, & corpora terrestria. Cæleste corpus Solis, Lunæ, & Stellarũ: Terrestre ignis, aeris, aquæ, terræ, & reliquorum, quæ absque anima ijs ecsentur elementis.

29 Inter Animum, & Animã Lactantius distinguere, Philosophos quosdam ita exstimat: quidã, inquit, aiũt aliud esse animã quod viuimus; aliud animum, quo sentimus & sapimus, quia, valente in corpore anima, non nunquam animus perit, sicut accidere dementibus solet. Addunt quoque animam morte sopiri, animum somno. Ob hoc inde putant esse diuisum, eò quòd actionis officio separentur. Qui verò vtrumque indifferenter accipiunt, veracius argumentantur. Quod nec viuere sine sensu possumus, nec sentire sine vita. Idcircò nequaquam posse esse diuisum, quod à se minime separatur. Sed idem vnum, & viuendi habere vigorẽ, & sentiendi perfrui ratione: & dũ sint vtraque vnum, varia sumpsere vocabula, pro diuersitate effectionum. Sicut enim spiritus pars animæ est, per quam imagines rerum corporalium imprimuntur: sic animus pars eiusdẽ animæ est, quo sentitur & sapitur: sicut & mens eiusdem portio est, per quam omnis ratio intelligentiaque percipitur. Sicut voluntas, qua intellecta consentiuntur: Sicut memoria, qua meditata rememorantur. Et hæc quidem dum multiplici constant appellatione, non tamen ita diuiduntur in substantia, sicut in nomine. Quia eadem vna est anima. Quæ dum contemplatur, spiritus est; dum sentit, sensus est; dum sapit, animus est; dum intelligit, mens est; dum discernit, ratio est: dum consentit, voluntas est; dum recordatur, memoria est; & dum membra vegetat, anima est; & modò sapit, modò desipit, modò remotis paulisper curis, corporis sopore delinita quiescit, rursusq. cómota ad contẽplandas rerum imagines protinus excitata recurrit.

30 Inter Animam, & Spiritum hoc differre Doctores dixerunt: Quod anima ipsa vita est hominis, præstans sensum, motumq. corporis: Spiritus autem, ipsius animæ est quædam vis, & potentia rationalis, per quã lege naturæ præstare videtur cæteris pecoribus. Proinde anima, flatus vitæ est, animalem hominẽ faciens: Spiritus autẽ, vis, quæ carnales concupiscentias calcat, atq. mortalem, ad immutabilitatem vitæ hominem prouocat. Certissimè autem, Spiritum Animam esse, Euangelista testatur. Quia animam, quam Christus in carne susceperat, spiritũ nominauit. Nam cùm dixisset Dominus, potestatem habeo ponendi animã meam: hanc sine dubio, tunc posuit, quando in cruce inclinato capite, Spiritum tradidit. Omnis autem Anima Spiritus esse potest, non tamen omnis Spiritus, Anima. Nã ipse Deus Spiritus est, & tamen Anima nõ est: Angeli quoque, & venti Spiritus sunt, & tamen Animæ non sunt. Ipsa autem Anima, quid sit, qualis sit, vbi sit, quam formam habeat, vel quam vim nullo modo certissimè sapientes huius mundi definierunt. Alij namque ignem animam, alij sanguinem esse dixerunt, alij incorpoream, neque habere vllam figuram. Nonnulli quoque eandẽ diuinæ naturæ esse partem impia temeritate crediderunt. Nos autem eandem non ignem, vel sanguinem, sed incorpoream dicimus, passibilem, atque mutabilem carentem pondere, figura, siue colore. Nec dicimus Animam partem, sed creaturam esse Dei, nec de substantia Dei, vel de qualibet subiacenti elementorum materia, sed ex nihilo fuisse creatam. Nam, vt ait quidam, si eã Deus ex semetipso fecisset, nequaquam vitiosa, vel mutabilis, vel misera esset. Item si ex elementis esset visibilibus facta: haberet vtique, vel ex terra soliditatem: aut ex aqua humorem, aut flatum ex aëre: aut calorem ex igne: sed quia his omnibus caret, apparet eam, inde non esse. Quia cum illis nihil probatur habere commune. Vnde & prauè à quibusdam creditur esse corporea, quæ propter id, ad imaginem Dei facta est, vt si non immutabilis, vt Deus esset: tamen incorporea, vt Deus existeret. Si enim corpoream credimus animam, ergò & Deum credimus habere corporis formam: quia eandem ad sũam condidit imaginem. Huius autem animæ partes nonnulli veteres, tres esse dixerunt. Rationale, Irascibile, & Concupiscibile: Rationale, per quod inuisibilia conspicit. Irascibile, per quod impetus iræ suæ emendat, & corrigit. Concupiscibile, per quod concupiscentiam carnis Spirituali virtute cõpescit. Cuius domicilium, quidam in pectore esse voluerunt: quidam verò, in capitis arce. eam habitare dixerũt, tanquàm in cælo rectorem, vt à summo omnia contempletur. Alij nullum ei certum locum definierunt: sed eam per omnes artus infusam discurrere dicunt. De origine eius variæ habentur opiniones: verumtamen, sine affirmandi præsumptione, quid inde Patrũ disputatio senserit, referamus. Inter quos sanctissimus Fulgentius, incertam de hac quæstione sic profert sententiam. Cuius breuiter verba ponenda sunt. Vtrùm, inquit, sicut caro nascentiũ, sic omnes animæ ex Adam venire credantur, an

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouæ fiant,& ex parentibus minimè propa A
gentur. Quæ quæstio in definiendo difficilis est, quia contrarijs obiectionibus destruitur. Nam illi, qui nouas animas contendunt singulis corporibus dari: cùm illis opponi cœperit, cur anima paruuli quæ non propagatur, vt caro cum carne Originalis peccati teneatur consortio? Nunquid iniustus est Deus, vt cum carne mittat animã in ignem æternum, quæ cum carne non habet commune peccatum? Hoc cùm illis opponitur, omnino deficiunt. At contra illi, qui asserunt animas cum ipsis corporibus propagari, possunt quidem in paruulis iustũ
Dei iudicium firmare, vt commune habeãt B
peccatum Originale, sicut communẽ vindicant vtriusque esse propagationem. Sed in consideratione seminum, quæ non concepta pereunt, & ipsi penitus obmutescunt. Animam quippè humanam certum est, in ipso conditionis suæ munere percepisse. Quæ necesse est, vt corpus in quo hic quãtulumcumque tempus vixerit, in resurrectione recipiat. Quis ergo dicat animata semina profluxisse, siue illa, quæ non concipiũtur, siue illa, quæ nocturna illusione funduntur. Quod omnis sapiés videt, quàm sit absurdum, & à ratione omnibus modis alie- C
num. His ergo propositionibus de Origine animæ, partes se inuicem vincunt. Quia vnaquæque earum alteram propositionem destruit, & ipsa non valet adstruere, quod proponit. Ob hoc de hac quæstione cautius quærendum est: maximè quod à sanctis viris nihil certius definitum est, nec sanctarum scripturarum auctoritate, quidquam manifestius pronuntiatur. Illud tamen tenendum est, paruulorum animas nexu peccati Originalis esse adstrictas, quæ nisi percipiant Baptismatis sacramentum, regni cælestis, participes esse non possunt: sed cum
carne commune habebunt peccatum, & D
pari iudicio damnabuntur in ignem æternum.

31 Inter Concupiscentiam carnis, & spiritus hoc interest: Concupiscentia carnis, est motus animæ turpis in effectũ sordidæ delectationis: Concupiscẽtia verò spiritus, ardens intentio mentis in desideria sanctæ virtutis. Ista sibi consentientes mittit ad regnum: Illa ad supplicium sempiternum. Illa lex peccati est, de primi hominis damnatione descendens: ista lex mentis, est de mu nere redemptoris nostri procedens. Hæ autem, sibi inuicem pro affectu virtutum, ac vitiorum, quotidiana colluctatione lethaliter aduersantur. Concupiscentia namque carnis, primùm illecebras vitiorum in cogitationibus gignit: Concupiscentia verò spiritus, è contrario cogitationes sanctas indesinenter opponit. Illa fabulis vanis oblectatur, & verbis; ista scripturarum meditationibus, atque præceptis: illa gaudet spectaculis rerum terrestrium: ista contemplatione cælestium gaudiorum. Illa terrena gaudia quærit, ista gemitus, & suspiria trahit: Illa torpore somni atque pigritia corpus relaxat: ista vigilijs, & competentibus orationibus elaborat. Illa per ingluuiẽ illecebris ventris, & desiderijs gutturis æstuat: ista semetipsam ieiunijs, & abstinentiæ cruciatibus macerat. Illa luxuriæ subdita turpium perpetrationum affectus, quos intentione cogitationis agit, perfectione voluptatis explere contendit: ista castitatis, & pudicitiæ pulchritudinem diligit. Illa auaritiæ flamma succensa appetit lucrum, & fugit damna temporalium rerum: ista contemnens mundum solum sibi vendicat Christum. Illa inuidia nullũ sibi superiorem, vel æqualẽ esse permittit, sed interno liuore vulnerum decunctorum profectu tabescit: ista de cũctorum virtutibus gaudet, & minores sibi per charitatẽ præponit. Illa ira exæstuans, nihil æquanimiter portat, sed perturbatã metem vsque ad vocis tumultum exaltat: ista nulla exasperatione mouetur, sed per tranquillitatem, & mansuetudinem, patienter omnia sustinet. Illa tristitia inficitur, dum quælibet aduersa perssenserit: ista nullo mærore frangitur, sed etiam mala de proximis portans ab interiore gaudio non mouetur. Illa ambitione honorum, inficitur humanis laudibus, vel illecebris vanæ gloriæ delinitur: ista humilitatẽ amat, & soli Deo suo, qui inspector est mentis placere delectat. Illa inflata superbiæ fastu cor miserum eleuat: ista ne à celsitudine sua corruat, vsque ad infima seipsam humiliat. Sed quid plura? Cõcupiscentia carnis in omnium vitiorum multitudinem consentientes sibi præcipitat: Concupiscentia verò spiritus mentem lapsam, ne deficiat spe futuræ gloriæ, corroborat. Proinde illa, quamuis superet, nullatenus desperandum est. Quia reparato certamine, possumus de ea etiã gloriosius triũphare. Ista quamuis vincat, de victoria non est

est secura. Quia callidus hostis, etsi deui- A
ctus interdum, tamen victoris vltima vincit. Et quos prima congressione non percutit, decipere in finem contendit. Hinc est etiam, quòd ipsa concupiscentia carnis, vsq. in huius vitæ terminũ dimicare non cessat. Sed si concupiscentia spiritus, vsque in finem superet, victoriæ pace secura in æternum cum suis victoribus regnat. Quando, consummato concupiscentiæ aculeo, nec carni spiritus, neque caro spiritui aduersabitur. Sed vtræque inuicem æternæ pacis concordia copulatæ, redemptori suo sine vlla oppugnatione in perpetuum adhærebunt. B

* *Vid. Cassian. lib. de concupisc. carn. & spirit. cap. 11. & seq.*

32 Inter Gratiæ diuinæ infusionem, & humani arbitrij voluntatem hoc interest: Arbitrium, est volũtas liberæ potestatis quæ per se sponte, vel bona, vel mala appetere potest: Gratia autem, est diuinæ misericordiæ donum gratuitum, per quod, & bonæ voluntatis initium, & operis promeremur effectum. Nullus autẽ, liberi arbitrij quidquam potest prævalere virtute, nisi supernæ gratiæ sustentetur iuuamine: Diuina quippe gratia prœuenitur homo, vt bonus sit; nec C
humanum arbitrium Dei gratiam antecedit: Sed ipsa gratia Dei volentem hominẽ prœuenit, vt etiam benè velit. Nam ponderc carnis homo sic agitur, vt ad peccandum sit facilis, & ad pœnitendum piger. Habet desse, vnde corruat: & non habet vnde consurgat, nisi gratia conditoris, vt erigatur manum iacenti extendat. Deniq. homini per Dei gratiam liberum restauratur arbitriũ, quod primus homo perdiderat. Nam ille habuit inchoandi boni liberum arbitrium, quòd tamen Dei adiutorio perficeretur. Nos verò, & inchoationẽ liberi arbitrij, & D
perfectionem de Dei sumimus gratia. Quia & incipere, & perficere bonum de ipso habemus, à quo & gratiæ donum datum, & liberum arbitrium in nobis est restauratum. Dei est ergo bonum, quod agimus propter gratiam prœuenientem, & subsequentem. Nostrum verò est, propter obsequẽtem libe ri arbitrij voluntatẽ Nã si Dei non esset, cur illi gratias agimus? Et si nostrũ nõ est, quare retributionem bonorum operum expectamus? Proinde ergo in eo, quòd gratia prœuenimur, Dei est, in eo verò, quod benè operãdo prœuenientem gratiam sequimur, nostrum est. Nemo autem Deum meritis antecedit, vt tenere eum, quasi debitorem possit. Sed miro modo æquus omnibus conditor alios prædestinando præeligit, alios in suis moribus prauis iusto iudicio derelinquit. Vnde verissimum est, gratiæ munus non ex humana virtute, vel ex merito arbitrij consequi, sed solius diuinæ pietatis bonitate largiri. Quidam enim gratissimæ misericordiæ eius prœuenientis dono saluantur, effecti vasa misericordiæ: quidam verò reprobi habiti ad pœnam prædestinati, dãnãtur, effecti vasa iræ. Quod exẽplũ de Esau, & Iacob nondũ natis colligitur. Qui dũ essent vna conceptione, vel partu editi, pariq. nexu peccati originalis adstricti, alterum tamen eorum ad se misericordiæ diuinæ prœuenientis bonitas gratuita traxit: alterũ quadam iustitiæ seueritate odio habitum in massa perditionis relictum damnauit. Sicut per Prophetam, idem Deus loquitur dicens: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Vnde consequens est, nullis prœuenientibus meritis conferri gratiam: sed sola vocatione diuina. Neque quemquam saluari, siue damnari, eligi, vel reprobari, nisi ex proposito prædestinantis Dei, qui iustus est in
reprobatis, misericors in electis. Vniuersæ C
enim viæ Domini misericordia, & veritas. Ante gratiæ enim donum liberum quidẽ est in homine arbitrium, sed non bonum, quia sine gratiæ adiutorio manet infirmũ. Nam sicut oculus videre non valet, si caret officio luminis: ita humanæ voluntatis arbitrium nihil valet, si luminis gratia indigeat. Illud vtique, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Liberum autem Arbitrium ad omne malũ promptum est per semetipsum: ad bonum verò nequaquam nisi per gratiæ donum: & eadem præstat homini & bona velle, & facere, mala præterita flere, tã à cogitatione, quã ab opere delicta presentia cauere. quod etiam Apostolus manifestius scribit dicens. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Itaq; non in omne genus hominum gratiæ beneficium tẽditur, sed in illis tãtum, qui per fidem illuminãtur: nec enim in cunctis gentibus fidei peruenit auditus. Vnde & Apostolus: quomodo, inquit, inuocabunt in quem non crediderunt? aut quo modo credent ei, quem nõ audierunt? Ipsius

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus etiã gratiæ donum quibuscunq; datur, non æqualiter conceditur, sed ad mensurã pro merito accipientium distribuitur, iuxta quod scriptum: qui reddet vnicuique secũdum opera sua. Omne autem, donum gratiæ non omnibus ad integrum datur, sed singulis dona singula distribuuntur, vt scilicet, quasi mẽbra corporis, singula officia habeant, & alter indigeat altero, quod non habet alter: proinde omnia fiunt communia, dum fiunt sibimet membra inuicem necessaria.

Liberum arbitrium, quod primus homo perdiderat. Eodem modo Aug. in Enchirid. cap. 10. Nam libero arbitrio male vtens homo, & se perdidit, & ipsum. *Quæ quomodo accipienda sint, ex ipso Augustino, satis constat, & ex Isidoro qui paullopost ita subijcit:* Ante gratiæ donum liberum quidem est in homine arbitrium, sed non bonum, quia sine gratiæ adiutorio manet infirmum.

33 Inter Legem, & Euangelium hoc interest: quòd in Lege, littera est, in Euangelio gratia: Illa habuit vmbram, ista imaginẽ: Illa data est propter transgressionem, ista propter iustificationem: Illa ignorantiæ demonstrat peccatum, ista agnitum adiuuat, vt vitetur: Illa flagitijs deditos increpat, ista peccantes bonitate propria liberat: Illa talionem reddendum decreuit, ista etiam pro inimicis orare iussit: Illa, coniugiorum indultis habenis, crescere, & generare præcepit, ista continentiam suasit: Illic prædicatur Circumcisio sola carnis, hic lauacrum in ablutione cordis, & corporis: Illic Chananitidis regnum, & promissiones rerum temporalium continentur, hic vita æterna, regnumque cælorum promittitur: Illic Sabbati otium, & requies celebratur, hic ipsa Sabbati requies in Christo habetur, qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Illic esus animalium immundorum prohibetur: hic in corpore Christi, id est, in Sanctis suis nõ admittitur, quidquid per illa animalia immunda in mores hominum figurabatur: Illic, pecoribus immolatis, carnis, & sanguinis hostiæ offerebantur: hic sacrificium carnis, & sanguinis Christi offertur, quod per illa animalia figurabatur: Illic ex carne Agni Pascha celebratur: hic Pascha nostrum immolatus est Christus, qui est verus Agnus immaculatus. Illic Neomeniæ, id est, nouæ Lunæ principia celebrantur: hic nouæ creaturæ in eum Christo accipitur, sicut Paulus Apostolus ait: Si qua in Christo noua creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt noua. Quid plura: in lege per figuram res gestæ in significationem futurorum annuntiabantur, in gratia verò, Euangelicæ Veritatis, quæ illic denuntiata fuerunt, explentur. Item in Lege mandata scripta sunt, & promissa: sed mãdata legem implere, vel conseruare iubebant, promissa verò, figuris obtecta Sacramentorum, futuram Euangelij gratiam prædicabant. In lege ergo mandata tenentur, promissa verò, in Euangelij plenitudine cõsummantur. Legem enim Euangelia complent, & significationem præcepti plenitudo testamentorũ. Item nihil aliud Lex præstitit, nisi quod solum peccata monstrauit, non abstulit, & sub suo terrore redactos omnes seruos effecit, & inde spiritum seruitutis habuisse priorem populum Apostolus docuit: Euangelium verò veniens, crudelitatẽ legis amouit, peccata, quę lex puniebat per spiritum seruitutis, laxauit per spiritum adoptionis, filios ex seruis reddidit, amorem implendæ legis omnibus condonauit, etsi deinceps punienda commiserunt, per eundẽ spiritum adoptionis indulget: formam bene agendi præbuit, & vt possint agi, quæ docuit, adiutorem spiritum infudit. Nam præcepta legalia, quæ illi populo data sunt, comparatione meliorum etiam non bona dicũtur, quia quæ præcipiunt, non perficiunt. Gratia verò Euangelij quod exterius imperat, interius, vt perficiatur, iuuat. Ezechielis etiam testimonio dicitur: Dedi eis præcepta non bona. Vtique quia in eis quædam inutilia infirmioribus sensibus agẽda permissa sunt, sicut illud, vbi Deus Israelitarum cupiditatem spolijs Ægyptiorum satiari permisit. Nam pro eo, quòd carnalis populus modum egrederetur vindictæ, Lex permittit carnalibus vicem rependere mali, quod Euangelia firmioribus verant. Proinde ergo dicuntur non bona, quoniam Euangelio comparata, legis præcepta inferiora noscuntur. Ante aduentum enim Redemptoris nostri, Gentilis populus ideò non obtemperauit legi, quia nondum intelligebatur sensu spirituali. Lex enim grauia atque dura, secundùm litteram iubebat, ideò contemnebatur. Venit autem gratia Euangelij, temperauit legis austeritatem, applicauitq; sibi Gentilem populum.

Nam præcepta legalia, &c. ex Greg. 28. Moral. cap. 9.

34 In-

34 Inter Actiuam, & Contemplatiuam vitam, hæc distinctio est: Actiua vita est, quę in operibus iustitiæ, & proximi vtilitate versatur: Contemplatiua quæ vacans ab omni negotio in sola Dei dilectione defigitur. Harum vna, in opere bonæ conuersationis: altera, in contemplatione immutabilis veritatis est: Vna, quæ ex fide in hac peregrinatione viuit: altera, quæ benè viuentes vsque ad regnum perducit. Actiuæ enim vitæ magna sunt præmia: sed contemplatiuæ potiora. Actiua vita ex bonis operibus incipit, cõtemplatiua peruenit ad quod intẽdit. Actiuæ vitæ opera cum corpore finiuntur: Cõtemplatiuæ autem gaudia in fine amplius crescunt. Illa autem, quamuis vtilis & bona; tamen cùm requies venerit, transitura: ista verò, boni operis transituri merces est, & requies permansura. Contemplatiua vita per Rachel ostenditur, quæ erat pulchra, & sterilis. Quia per contemplationis otium minus operum filij generantur. Actiuam autẽ vitam, monstrabat Lia sine oculis, sed fœcũda. Quia actio laboriosa quidẽ est, minusq; alta considerans. Sed in eo, quòd se erga proximi vtilitatem, plus exhibet, fœcundior operibus, quasi in filijs crescit. Sic Martha, & Maria, quarum vna virtutibus mentẽ exercebat in opere: altera requiescebat defixa in contemplatione. Ij autem, qui ad contẽplationis otium venire contendunt, prius in stadio Actiuæ vitæ exercere debent: vt dum opera iustitiæ fæces peccatorum exhauriunt, cor mundum exhibeant ad videndum Deum. Nam mens, quæ adhùc tẽporalem gloriam quærit, aut carnalis concupiscentiæ tentationibus cedit, à contemplatione proculdubio prohibetur. Vnde & populus, dum legem acciperet, à monte, id est, à sublimi contemplatione, quasi carnalium curiositas remouetur. Et in Euangelio curatus à Legione vult Dominum, per contemplationem sequi; sed iubetur domũ reuerti, & in actiuæ vitæ operatione versari. In ipso autem contemplationis, & actionis vsu interdum magna differentia animorũ est. Nam quibusdã sola contemplatio proficit: quibusdam verò Actiua sola est consolatio. His media, & de vtrisque compositа vtilior est magis ad refouendas mentis angustias, quæ solent per vnius intentionẽ nutriri, vt de vtriusq; partibus melius temperentur. Nam quòd Saluator per diem signis, & miraculis coruscabat in vrbibus, Actiuã nobis vitam cõmendabat: Quòd verò in monte orationis studio pernoctabat, vitam Contemplationis significabat. Idcirco Dei seruus iuxta imitationem Christi, nec Actualem vitam amittit, & Contẽplatiuam vitam agit. Aliter enim incedens offendit. Sicut enim per contemplationem amandus est Deus: ita per actualem vitam diligendus est proximus. Ac per hoc sic nõ possumus sine vtraque esse vita: sicut, & sine vtraque in dilectione esse, nequaquam possumus.

35 Inter Fidem, & Opus hoc distat: Per Fidem, posibilitas boni operis inchoatur: ex Opere, ipsa fides perficitur. Opus enim fide præuenitur: fides ex operibus consummatur. Opera autem ante fidem nequaquã prodesse. Quia nihil valet à malo declinare, & agere quod pertinet ad salutem ei, qui ipsum salutis, vel negat, vel nescit auctorẽ. Item fides sine operibus nequaquam prodest. Quia non potest per fidem Deo placere, qui Deum contemnit in opere. Ob hoc etiam fides sine operibus mortua est: iuxta Iacobum, & opus extra fidem, vacuum est iuxta Paulum. Horum enim alter fidei studium: alter opus laudat. Paulus prędicat ante fidem, nullo modo esse opus bonum: Iacobus narrat fidem, nihil valere sine opere bono. Ac per hoc iuxta primũ, opera fidem præcedentia, nihil prosunt: iuxta alterum, subsequentia multum prosunt. Iacobus dicit, Abraham pater noster, ex operibus iustificatus est: Paulus dicit, Credidit Abrahã Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Quid ergò? vtrique se destruunt: absit. Sed vtriq. nos instruunt. Nam secundùm Paulũ, Abraham ex fide iustificari meruit, quando credidit Deo: secundũ Iacobum, ex operibus placuit, quando tentatus, immolandum filium non recusauit.

36 Inter Fidem, Spem, & Charitatem hoc differt Fides, est diuinitatis cõfessio, & religionis solidum fundamentum: Spes, est bonorum expectatio futurorum. Charitas, est perfecta dilectio in Deum, & proximũ. Harum prima credulitatem fouet præsentem: Secunda promissa præstolatur futurorum: Tertia amorem complectitur æternũ. Quæ quidem tria in huius vitæ tempore, ita copulantur, vt altera sine altera stare nõ possit. Deniq́ue veraciter credere non possumus, nisi ea, quæ promissa sunt, speremus; nec poterimus sustinere promissa, nisi sit

fidei

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fidei credulitas firma, nec aderit fructus Spei, vel ſtabilitas Fidei, niſi fuerit perfecta Charitas Chriſti, quæ & Fidē, vt credat, adiuuet, & ſpem ſpectationis corroboret. Cuius ſpecialiter ſecundùm Apoſtolum inter has virtutes traditur principatus, & cultus manet æternus. Nam & Fides ceſſabit, dum futura, quæ creduntur, aduenerint; & Spes finem habebit, dum beatitudinem, quam quiſque bonus præſtolatur, acceperit. Sola Charitas in æternum perſeuerabit, ipſa ſola vtramque perducens ad Chriſtum, ipſa ſola gaudio perfruens ſempiterno.

37 Inter Amorem, & Dilectionem, ſiue Charitatem hoc differt: quòd Amor, & Dilectio media ſunt, & ad vtrumque parata, modò in bonum, modò in malum vertuntur. Charitas autem non niſi in bonum: cuius etiam nomen eò vſque extollitur, vt ipſe Deus Charitas appelletur. Illa eſt enim perfecta Charitas, quæ inimicos, & patienter ſuſtinet, & benignè refouet. Qui verò hæc nō agit, longè à Charitate diſcedit. Hęc enim ſumma ſola ſunt bona. Nam à quibus habentur, vtique veraciter habentur. Aliæ verò virtutes media bona ſunt, & quæ ad vtilitatem poſſunt ab aliquibus haberi, & ad pernicièm, ſi de his arrogantes tumuerint. Quattuor autem ſunt diligenda: Deus, ſcilicet, atque proximus, caro noſtra, atque anima. Prior eſt autem, amor Dei: ſequens verò eſt, & Proximi. Sed ſicut per amorem Dei, amor ſit Proximi: ſic per amorem proximi, amor oſtenditur Dei. Dilectio in Deū origo eſt dilectionis in proximum; & Dilectio in proximum cognitio eſt dilectionis in Deum. Porrò dilectio Dei à timore inchoat, ſed non ſub timore perſeuerat. Nam Dilectio ex timore ſeruilis eſt, non libera. Quia non conſtat ex amore Dei, ſed ex timore ſupplicij. In tribus autem his rebus dilectio Dei exprimitur, vt nihil remaneat in homine, quòd non diuinæ dilectioni ſubdatur. Nam dum dicitur, Diliges Deum ex toto corde tuo, omnes cogitationes in Deum referendas præcipit: dum verò dicitur, ex tota anima, omnes affectiones animæ ad Deum referri iuſsit: dum verò adiecit, ex tota mente, indicat omnem rationem humanam, qua intelligimus, & diſcernimus, in rebus diuinis eſſe occupandā. Item duo ſunt erga dilectionem proximi ſeruanda. Vt ipſe præſtet alijs, quæ ſibi præſtari, & ab alijs vult; & quæ ſibi inferri pertimeſcit, non inferat. Ex hac gemina dilectionis virtute in proximum omnes oriūtur virtutes, quibus aut vtiliter ea, quæ ſunt appetēda, cupimus, aut quæ vitanda ſunt, præcauemus. Quod enim Dominus dicit, omnia quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis; pertinet ad boni impenſionem in proximum. Item quod in veteri teſtamento legitur: quod tibi non vis, alteri ne feceris, pertinet ad cauendum, ne quis malum inferat proximo. Ex his ergo duobus articulis congruè diligitur proximus, dum & beneficij impenſione fouetur, & nulla malitiæ ditur.

38 Inter Scientiam, & Sapientiam hoc intereſt: Scientia, ad agnitionem pertinet. Sapientia, ad contemplationem. Scientia, temporalibus benè vtitur, atque in vitandis malis; ſeu intelligendis, vel appetendis bonis verſatur. Sapientia autem, tantummodo æterna contemplatur. Item nonnulli viri inter Sapientiā, & Prudentiam intelligi voluerūt, vt Sapientiam in diuinis, Prudentiā autē, vel Scientiā in hominis negotijs poneret. Perfecta autē eſt ſcientia multa agere bona, & de illis laudē terrenā non quærere, quæ Deus præcepit facere, & ſeruum minuslem ante oculos Dei ſe exiſtimare.

39 Inter Sapientiam, & Eloquentiam, ita diſtinguunt: Quòd Eloquentia, conſtat ex verbis. Sapientiam ſine Eloquentia, prodeſſe non eſt dubium. Eloquentia ſine Sapientia, valere non poteſt. Melior enim eſt, indiſcreta prudentia, quàm ſtulta loquacitas. Rerum enim ſtudia proſunt, non ornamenta verborum. Eloquentia enim, vt diximus, ſcientia eſt verborum: Sapientia autē, cognitio rerum, & intellectus cauſſarum. Porrò Sapientiam veteres Philoſophiam vocauerunt, id eſt, omnium rerum humanarum, atque diuinarum ſcientiam. Huius Philoſophiæ, partes tres eſſe dixerunt, id eſt, Phyſicam, Logicam, Ethicam. Phyſica, naturalis eſt: Ethica, moralis: Logica, rationalis. Hanc prima naturæ, & contemplationi rerū deputatur: Secunda in actione, & cognitione rectè viuendi verſatur. Tertia, in diſcernendo verum à falſo ponitur. Hoc trimodum Philoſophiæ genus, iuxta ſapiētes mundi in partibus ſuis, ita diſtinguitur. Ad Phyſicam pertinere aiunt diſciplinas ſeptem, quarum prima eſt Arithmetica, ſecunda Geometria, tertia Muſica, quarta Aſtronomia, quinta Aſtrologia, ſexta Mechanica, ſeptima Medicina.

Ratio autē earumdem diſciplinarū breuiter, iſta eſt.

Arithmetica namque, eſt definitio, per quam numerorum omnium ratio vel ordo conſiſtit. Geometria, eſt diſciplina magnitudinis & figurarum notis lineamentiſque proprijs diſtincta, vel formis. Dicta autē Geometria à dimenſione terrę, per quam vniuſcuiuſque termini delineari ſolent. Hanc primùm Ægyptij inuenerunt. Pro neceſsitate terminorum terræ, quos Nilus inundationis tēpore confundebat. Muſica, eſt ars ſpeculabilis voce vel geſtu habēs in ſe numerorum ac ſoni certā dimenſionem cum ſcientia perfectæ modulationis. Hæc conſtat ex tribus modis id eſt ſono, verbis, & numeris.

Aſtronomia, eſt lex aſtrorum. Aſtrologia, eſt ratio, quæ conuerſionem cæli & ſignorum definit, poteſtateſque, & ortus ſiderū & occaſus. Hanc Mathematici ſequuntur. Mechanica, eſt quædam peritia vel doctrina ad quam ſubtiliter fabricas omnium rerum concurrere dicunt. Medicina, eſt ſcientia curationum, ad temperamentum corporis, vel ſalutem inuenta. E quibus quidem omnibus quædam religioni conueniunt, quædam verò longè modis omnibus aliena ſunt. Digeſtis generibus ſiue differētijs Phyſicæ artis, nunc partes Logices exequamur. Conſtat autem ex Dialectica, & Rhetorica. Dialectica, eſt ratio ſiue regula diſputandi intellectum mentis acuens, veraque à falſis diſtinguens. Rhetorica, eſt ratio dicendi, iuriſperitorum ſcientia, quam oratores ſequūtur. Hac, vt quidam ait, ſicut ferrū veneno, ſententia armatur eloquio.

Poſt Logicā, ſequitur Ethica, quæ ad inſtitutionem pertinet morum. Hæc enim bene viuēdi magiſtra eſt, diuiditurq; in quatuor principales virtutes, Prudentiam, ſilicet, atque Iuſtitiam, Fortitudinem, & Temperantiā. Prudentia, eſt agnitio veræ fidei, & ſcientia ſcripturarū, in qua intueri oportet illud trimodum intelligentiæ genus. Quorum primum eſt, per quod quædam accipiūtur hiſtorialiter ſine vlla figura, vt ſunt decem præcepta: Secundum eſt, per quod quædam in ſcripturis permixto iure accipiuntur, tam ſecundùm fidem rerum geſtarum, quam etiam iuxta figurarum intellectum, ſicut, de Sara & Agar. Primùm quòd verè fuerint: de hinc quod tropicè duo teſtamenta figurentur. Tertium genus eſt, quod tantùm ſpiritualiter accipitur, ſicut de Canticis Canticorum. Quæ ſi iuxta ſonum verborum, vel efficientiam operis ſentiantur, corporalis magis luxuria, quàm virtus ſacramentorū accipitur. Definito Prudentiæ genere, nūc partes Iuſtitiæ ſubijciamus, cuius primum eſt, Deum timere, religionē venerari, honorem referre parentibus, patriā diligere, cunctis prodeſſe, nocere nulli, fraterna charitatis vincula amplecti, pericula aliena ſuſcipere, opem ferre miſeris, boni accepti viciſſitudinem rependere, æquitatem in iudicijs conſeruare. Fortitudo, eſt animi magnitudo atque gloria bellicæ virtutis, contemptus honorum & diuitiarum. Hæc aduerſis aut patienter cedit, aut fortiter reſiſtit, nullis emollitur illecebris, aduerſis non frangitur, non eleuatur ſecundis, inuicta eſt ad labores, fortis ad pericula, pecuniam negligit, auaritiā fugit, contra improbos animum ad pericula præparat, moleſtijs nullis cedit, gloriæ cauet appetitus.

Temperantia, eſt modus vitæ in omni verbo vel opere. Hæc verecundiæ comes eſt, humilitatis regulam cuſtodit, tranquillitatem animi ſeruat, continentiam & caſtitatem amplectitur, fouet decus, & honeſtatem, reſtringit ratione appetitum, iram cōprimit, nec rependit contumeliam. Sed ex his Prudentia agnitione veri delectatur: Iuſtitia dilectionem Dei & proximi ſeruat: Fortitudo vim virtutis habet, metumque mortis contemnit: Temperantia affectiones carnis moderatur, & reſtinguit appetitum. Prima, credit & intelligit: Secunda, diligit: Tertia, appetitū cohibet: Quarta, modum imponit.

De Diſtinctionibus quattuor vitiorum.

40 Contra hæc tamen quattuor virtutum genera, totidem vitia Philoſophi oppoſita dicunt. Metum, & Gaudium, Cupiditatem, & Dolorem: Nos autem hæc ipſa non perfecta vitia, ſed media nuncupamus, eò quòd propter diuerſitatem morum ad vtrumque parata ſunt, & modo ad bonum, modo ad malum pro arbitrij voluntate vertuntur. Sic enim nonnullæ malè vſæ virtutes ex ſe vitia gignunt. Veluti ſi ex manſuetudine interdum naſcatur torpor, & ex pietate diſſolutio diſciplinæ, vel ex iuſtitia crudelitatis immoderata vindicta. Ita quattuor iſta ſi benè vtantur virtutes ſunt: ſin minus ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutibus in vitia transeunt. Hoc modo denique, cùm quisque metuit peccare, vel cupit beatificari, dolet pro peccatis, gaudet in bonis operibus: iam tum hi motus, qui ab amore studioque procedunt pro virtutibus accipiuntur. At contra, dum quisque metu carẽdi re aliqua terrena tenetur, vel dolore amissæ rei frangitur, dumque rerum temporalium cupiditate inflammatur, aut gaudio adeptæ rei extollitur: tunc nõ virtutes, sed verè vitia nuncupantur. Ex his autẽ duo sunt futuri temporis, antequam quid eueniat, metus, & cupiditas: alia duo præteriti, cùm quid acciderit, gaudium, & dolor. Octo sunt autem perfecta, vel principalia vitia, quæ omne genus humanum inquietant, ex quibus vitiorum turba exoritur copiosa, id est Gulæ concupiscẽtia, Fornicatio, Auaritia, Inuidia, Tristitia, Ira, Inanis gloria, nouissima dux ipsa & harum radix Superbia. Ex quibus omnibus duo sunt carnalia, Fornicatio, & Ingluuies ventris: reliqua spiritualia. Quæ quidem in membris suis taliter distinguuntur. Gulæ concupiscentia, in quinq; modis distinguitur. Primo modo si ante tẽpus cibos quis appetat, sicut Ionathan gustu mellis ieiunium soluit. Secundo modo, si lautiores escas quęrat, sicut populus, eremi manna contempto, carnes Ægyptias concupiuit. Tertio modo, si diligentius quisquã communes cibos procuret, sicut filij Heli extra morem crudam ab offerentibus carnem tollebant, quam sibi accuratius præpararent. Quarto modo, si viles escas nimium quisque sumat. Vnde & Propheta Sodomã de panis saturitate accusat. Quinto modo, si quis ex desiderio quodcumque sumat. Sicut Esau pro lenticulæ concupiscentia perdidit primogenita sua. Fornicatio quoque trimodo genere discernitur. Primò quidẽ, dùm per voluptatem luxuriæ commixtio carnis expletur: Altero, dum sola attrectatione luxus carnis per immunditiam prouocatur: Tertiò, dum intentione turpis cogitationis nocturna quisque illusione polluitur. Est & quartum genus fornicationis iuxta scripturam, omnis scilicet illicita corruptio mẽtis, sicut idololatria, & auaritia, ex quibus fit præuaricatio legis propter illicitam concupiscentiam. Porrò Auaritia in geminam distinguitur pœnam, id est, in concupiscentiam augendæ rei, & in metum rei carendæ. Sicut etiam quidam ait: nõ enim vnquam expletur, neque satiatur cupiditatis sitis. Neque solùm ea, quæ habent, amore augendi excruciantur, sed etiam amittendi metu. Ipsa quoque inuidia duplici afficitur flãma, id est, cũ aut meliori inuidet in id quod ipse non est; aut dum quemlibet consimilem esse sibi æqualem dolet. Sequitur Tristitia, cuius tria sunt genera; quarum prima, vt ait Cassianus, temperata & ratonabilis de delictorũ pœnitudine veniẽs; altera perturbata irrationabilis de anxietate mẽtis, seu desperatione peccatorũ exoriens. Tertia de iracũdia, vel de illato dãno, vel desiderio prępedito procedens. Iã verò Inanis gloria quadripartitã habet iactãtiã. Nã sunt, qui habent dona, & donantem ignorant. Et sunt, qui se dicãt dona accipisse præcedẽtibus meritis, nõ pro gratia largientis. Ité quidam sunt, qui, quod non habent, se habere per tumorem existimant. Item quidã sunt, qui contemnendo alios, se aliquid habere singulariter putant. Pernicioſior autem est elatio de singularitate iactantiæ veniens.

Vltima Superbia, trimodam habet differentiam. Primum namque genus Superbiæ est eorum, qui per transgressionem culpæ contemptui habent diuina præcepta. Secundum genus eorum, qui ex obseruatione attolluntur mandatorum, & elatione virtutum. Tertium genus est eorum, qui per cumaciam mentis subdi dedignantur semorum imperijs. Quæ quidem vitia, diuinitus diuina adiuuante gratia, è contrario curantur virtutibus. Gulæ concupiscentiam reprimunt vigiliæ & compunctio cordis. Fornicationem extinguit contritio cordis, & corporis afflictio, & oratio assidua, vel laboris exercitiũ, metus Gehennæ & amor cęlestis patriæ. Inuidiam superat amor dilectionis fraternæ. Et quia cæleste regnũ non accipiunt, nisi concordes, abijcere inuidiam conuenit, & diligere fratrem. Iram temperat patientia, & ratio æquanimitatis. Auaritiam subiugat eleemosyna, & spes æternæ retributionis. Tristitiam subiugant fraternа alloquia & consolatio scripturarum. Arrogantiam, calcat metus, ne vana gloria delinitum animum à virtutibus cunctis excludat, & per iactantiam perdat semetipsum & pereat. Iam superbiam deprimit exemplũ humilitatis Christi, atque diabolicæ metus ruinæ. Qui dum vult esse, quod non erat, & ipsum, quod erat, perdidit, & Tartari inferna promeruit.

DIVI

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. DE NATVRA RERVM AD SISEBVTVM REGEM LIBER.

PRÆFATIO.

Domino & Filio Sisebuto Isidorus.

QVM te præstantem ingenio facundiaque, ac vario flore litterarum non nesciã, impendis tamẽ amplius curam, & quædam ex rerum natura vel causis à [b] me, tibi efflagitas suffraganda. [c] Ego autem satisfacere studio animoque tuo decursa priorum monumenta non demoror, expediens aliqua ex parte rationem dierum ac mensium, anni quoque metas, & temporum vicissitudinem, naturam etiam elemẽtorum, Solis denique ac Lunæ cursus, & quorũdam causas astrorum, tempestatum scilicet signa atque ventorum, necnon & terræ positionem, alternos quoque maris æstus. Quæ omnia, secundum quod à veteribus viris, ac maximè sicut in litteris Catholicorũ virorum scripta sunt, proferentes, breui tabella notauimus. Neque enim earum rerum naturam noscere superstitiosa scientia est, si tantũ sana sobriaque doctrina considerentur. Quinimmo si ab inuestigatione veri modis omnibus procul abessent, nequaquam Rex ille Sapiẽs diceret: Ipse mihi dedit horum, quæ sunt, scientiam veram, vt sciam dispositionem cæli, & virtutes elementorum, conuersionum mutationes, & diuisiones temporum, annorum cursus, & stellarum dispositiones. Quapropter incipientes à die, cuius prima procreatio in ordine rerum visibilium extat: dehinc cætera, de quibus opinari quosdã gentiles vel Ecclesiasticos viros nouimus, prosequamur: eorum in quibusdam causis & sensus & verba ponentes, vt ipsorum auctoritas dictorum fidem efficiat.

[a] De natura rer. *Ex cod. Gotth. Quet. Braulione, & Sigeberto in Isidori vita, atque etiam ex Beda, qui Isidori exemplo libros suos de* Natura rer. *inscripsit, cum alias de* Astronomia, *vel de* Mundo, *vel de* Naturis rer. *liber hic inscribatur.*

[b] A me tibi efflagitas suffraganda. *Id est, supplenda, vt lib. 1. sent. cap. 10. de Angelis*: mutabilitatẽ itaq. naturæ suffragatur in illis contemplatio creatoris. *Hoc est, supplet, compensat mutabilitatis infirmam conditionem, & natura debili subsidio est. Gloss.* suffrago, βοηθῶ. *Item q.* βοηθῶ adiuuo, suffrago, subuenio, opitulor.

[c] Ego autem satisfacere studio animoq. tuo decursa priorum monumenta non demoror. *Hoc est: ego operam non parco, quominus euoluendis priorum scriptorum monumentis, ex ipsis studio animoq. tuo satisfaciam.*

De [a] Diebus. Cap. I.

DIES, [b] est Solis orientis præsentia, quousque ad occasum perueniat. Dies geminè appellari solet, propriè à Solis exortu donec rursus oriatur: abusiuè à Solis ortu vsquequo veniat ad occasum. Spatia diei duo sunt, Interdianum, & nocturnũ: & est dies, horarum xxiiij: spatium, horarum xij. Partes abusiui diei tres sunt, mane, meridies, & supre-

A ma. Initia diei alij à Solis ortu putant: alij ab occasu, alij à media nocte. Nam [c] Chaldæi à Solis exortu diei initiũ faciũt, totũ id spatiũ vnũ diẽ appellãtes. [d] Ægyptij autẽ ex initio noctis sequẽtis diei originẽ trahunt. Romani autẽ à medio noctis oriri diẽ volunt, & in medio noctis finiri. Dies in principio operũ Dei à lumine habebat exordiũ, ad significãdum hominis lapsum. Nunc autem à tenebris ad lucem, vt non dies obscuretur in nocte, sed nox lucescat in diem, sicut scriptũ est, [e] de tenebris lumen clarescere: quia à delictorum tenebris liberatus homo ad lu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cem fidei scientiæque peruenit. Propheticè autem dies scientia diuinæ legis significat: nox verò ignorantiæ cæcitatem secundùm Osee prophetam, qui dicit: Nocti assimilaui matrem tuam, factus est populus meus tanquam non habens scientiam. Item nonnunquam dies prosperitatem significat seculi: nox verò aduersitatem. [f] Fasti dies sunt, quibus ius fatur, id est, dicitur, vt Nefasti, quibus nõ dicitur. Feriati dies, in quibus res diuina fit, & abstinere homines à litibus oportet. Profesti, festis contrarij, id est, sine religione: Festi tantundem otij & religionis sunt: [g] Atri dies sunt, qui & Communes vocantur. Siderales, in quibus sidera mouentur, & homines à nauigationibus excluduntur, Iusti continui triginta. Prœliares, quibus fas est hostem bello lacessere: de quibus liber Regum testatur, dicens: Eo tempore quo solent reges ad bella procedere. [i] Intercalares dies sunt quinque, qui iuxta Ægyptios supersunt duodecim mensibus, & [k] incipiunt à nono Calendas Septembris, & quinto Calendarum memoratarum finiunt. Dies epactarum sunt vndecim, qui per singulos annos ad cursum Lunarem accrescunt. Nam dum in annum xij. Lunæ ccclxiij. dies habeant, remanent ad cursum anni Solarem dies xj. quos Epactas Ægyptij vocauerunt, pro eo quòd ad inueniendam Lunam per totum annum adijciantur. [l] Solstitiales dies sunt, in quibus Sol stat, crescenti spatio dierum vel noctium. Æquinoctiales dies sunt, in quibus dies & nox æqualibus horarum spatijs euoluuntur.

a De dieb. *Ex Ouet. & lib. 5. Etymolog. al.* De die.
b Dies est ---- suprema. *Sunt hæc eadem paullo pleniora in Etymolog.*
c Chaldæi ab exortu. Secundũ Persas ab ortu Solis, *in Etymol.* Babylonij Sole exorto, *Agell. lib. 3. c. 2. & Macrobius (è quo sunt huius capitis pleraq.) 1. Saturn. c. 3.*
d Ægyptij ex initio noct. Secundũ Ægyptios ab occasu Solis, *in Etymol. ex Seru. 5. Æn.*
e De tenebris lumen clarescere. *Item 5. Gotth. & August. lib. primo Quæst. Euang. c. 7.* splendescere *Vulg. cap. 4. epist. 2. ad Cor.*
f Fasti sunt, in quib. ius fatur. *Macrob. lib. 1. cap. 16.* Fasti sunt in quib. licet Prætori fari tria verba sollemnia, do, dico, addico. *His contrarij sunt Nefasti. Noti sunt Ouidij versus.*

Ille Nefastus erit, per quem tria verba silentur:
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

g Atri dies sunt, qui & Communes. *Macrob. ibid.* Dies autẽ postriduanos ad omnia maiores nostri cauendos putarunt, quos etiam atros velut infausta appellatione damnarunt, eosdem tamen nõnulli communes ad emendationem nominis vocitauerunt. *Ouid. 1. Fast.*

Vendicat Ausonias Iunonis cura kalendas,
Idib. alba Ioui grandior agna cadit,
Nonarum tutela Deo caret, omnib. istis,
Ne fallare, caue, proximus ater erit:
Omen ab euentu est, illis nam Roma diebus
Marte sub aduerso tristia damna tulit.

h Iusti --- Prœliares. *Macrob cap. 17.* Prœliares ab Iustis nõ segregauerim. Siquidem Iusti sunt continui triginta dies, quibus exercitui imperato vexillum rufi coloris, in arce positum est. Prœliares autem omnes, quibus fas est res repetere, vel hostem lacessere. *Festus.* Iusti dies dicebantur triginta cùm exercitus imperatus, & vexillum in arce positum esset. *Aliud genus iustorum* xxx. *dierum refert Agell. lib.* xx. *cap. 1.* Confesi, inquit, æris ac debiti indicatis triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causſa, quam dissoluerent, eosque dies Decemuiri iustos appellauerunt, velut quoddam institutum, id est, iuris inter eos quasi interstitionem quandam, & cessationem, quibus dieb. nihil cum his agi iure posset. Post deinde nisi dissoluerent, &c.

i Intercalares sunt dies quinque, qui iuxta Ægyptios. *Macrob. cap. 15.* Tunc Horus: Dies hic, inquit, intercalaris, antequã quintus annus incipiat, intercalandus, cum Ægypti matris artium ratione consentit. Sed in illorum mensib. explicandis videtur operosum, quos tricenũm dier. omnes habent. Eòquod explicitis xij. mensibus, id est, cccl. dieb. exactis, tunc inter Augustum, & September reliquos quinque dies anno suo reddunt, adnectentes quarto quoq. anno exactum intercalarem, qui ex quadrantib. consit.

k Et incipiunt ix. Kalend. Septemb. *hoc pugnare videtur cum Macrobij verbis recitatis. Nam Horus exactis* cccl. *dieb. reliquos quinque anno suo reddi dixit, Macrobius verò vltimo mensi nondum expleto interseri, eadem ratione qua nos Februario diem vnum bissextilem numeramus.*

l Solstitiales dies sunt. *Solstitij nomine Brunum quoque more suo comprehendit, & ita inf. cap. 8.* Solstitia duo sunt.

De Nocte. Cap. II.

NOx est Solis absentia, quandiu ab occasu rursus ad exortum recurrit. Nox autem fieri [a] vmbra terrarum, [b] quam datam ad quietem corporis credimus, non ad alicuius operis officium. Duobus autem modis nox in scripturis accipitur, id est, aut tribulatio persecutionis, aut obscuritas cæci cordis. Nox [c] à nocendo dicta, quod oculis noceat. [d] Noctis partes sunt septem: crepusculum, vesperum, conticiniũ, intempestum, gallicinium, crepusculum, & matutinum. Crepusculum dicitur, id est, creperum quod dubium dicimus: hoc est inter lucem & tenebras. Vesperum, oriente stella, cui hoc nomen est. Conticinium, quando omnes silent: conticere enim silere est. Intempesta, id est, importuna, quando agi nihil potest, & omnia quieta sunt. Gallicinium autem dictum est, propter gallos lucis prænuntios. Crepusculum matutinum, inter abscessum noctis, & diei aduentum.

a Vmbra terrar. *Ambros. 4. Hexaem. capit. 3.* Est enim, Nox, vt peritiores probarunt, qui nobis ætate vel munere præcucurrerũt, vmbra terræ. *Et paullo post.* Vnde liquet, quod noctem faciat vmbra terrar. *Indicat autem Basilium.*
b Quam datam ad quietem corporis. *Amb. lib. 1. cap. 10.* Noctem enim ad quietem corporis datam esse cognoscimus, nõ ad muneris alicuius vel operis functionem.
c Nox à nocendo. *Vt in Etymolog. ex Atteio. Capitone, & alijs.*
d Noctis partes. *Vid Etymolog. lib. 5.*
e Crepusculum. *Non* Creperares propriè dicitur dubia. Vnde & crepusculum, dicitur dubia lux.

De Hebdomada. Cap. III.

HEbdomada, apud Græcos, & Romanos, septem dierum cursu peragitur. [a] Apud Hebræos autem septem anni sunt. Declarat hoc Daniel de septuaginta Hebdomadis. Hebdomada autem septem ferijs constat. Feria quoque à fando dicta est, quasi fari: eò quòd in creatione mundi per singulos dies, dixit Deus, Fiat. Item quia dies Sabbati, ab initio feriatus habetur. Inde dies Solis prima feria nuncupatur, quia primus est à feria. Item dies Lunæ proinde secunda feria: quia secundus est à feria: id est, Sabbatho, qui est feriatus. Sic & cæteri dies tali ex numero sumpserunt vocabula. Apud Romanos autem, hi dies à planetis, id est, ab erraticis stellis vocabulum acceperunt. Primum enim diem à Sole vocauerunt, qui princeps est omnium siderum, sicut idem dies caput est cunctorum dierum. Secundũ à Luna, quæ soli & splẽdore, & [b] magnitudine proxima est, & ex eo mutuat lumen. Tertium à stella Martis, qui [c] Pyrois vocatur. Quartum à stella Mercurij, quam quidam [d] candidum circulum dicunt. Quintum à stella Iouis, quam Phaëthonta dicunt. Sextum à Veneris stella, quam Luciferum asserunt, qui inter omnia sidera plùs lucis habet. Septimum à stella Saturni, quæ septimo [e] cælo locata, triginta annis fertur explere cursum suum. Proinde autem Gentiles ex his septem stellis nomina diebus dederunt, eò quòd per easdem aliquid sibi effici æstimarent, dicentes habere ex Sole spiritum: ex Luna, corpus: [f] ex Mercurio linguam & sapientiam: ex Venere voluptatẽ: [g] ex Marte feruorẽ: ex Ioue temperantiam: [h] ex Saturno tarditatem. Talis quippe extitit Gentilium stultitia, qui sibi finxerunt tam ridiculosa figmenta.

a Apud Hebræos autem septem anni sunt. *Non quia apud illos dierum etiam hebdomas sit. Vt Leuit. 12.* Sin autem fœminam pepererit immundaerit duab. hebdomadib.
b Quæ soli magnitudine proxima. *Vt spectantibus quidem propter propinquitatem videtur, cùm sit alioqui siderum omnium minima: Cicer. in Somn. Scip.* Erant autem eæ stellæ, quas nunquàm ex hoc loco vidimus, & eæ magnitudines omnium, quas esse nunquàm suspicati sumus. Ex quibus erat ea minima, quæ vltima cælo, citima terris luce lucebat aliena.
c Ab stella Martis quæ Pyrois. *Mendosè in omnib. libris Vesper pro Pyroisinuersis litteris. Vt etiã lib. 3. Etymol.*
d Quam quidam candidum circulum. *Stilbontã potius. Vid not. ad cap. 28. lib. 5. Etymolog.*
e Ab stella Saturni quæ septimo cælo locata. *Mendosè lib. 8.* sexto cælo, *vti etiam in pleriſq. lib. Etymol.*
f A Mercurio, linguam & sapientiam: ingenium & linguam. *in Etymolog. ex Seru.*
g Ex Marte feruorem: à Marte sanguinem. *ibid.*
h Ex Saturno tarditatẽ: à Saturno humorẽ. *ibid.*

De Mensibus. Cap. IIII.

MEnsis est luminis Lunaris circuitus, ac redintegratio: [a] siue à noua ad nouam cursus. Cuius figura plerumque huius vitæ cursus intelligitur, quæ suis incrementis, quasi mensis peragitur, ac diminutionibus certissimis terminatur. Mensem antẽ [b] antiqui definierunt: Quandiu Luna Zodiacũ circulum perducitur. [c] Antiqui autem Gentiles mensib. nomina quædam ex Dijs suis; quædam ex causis; quædã verò ex numero imposuerunt, incipientes à Martio, quia ex ipso anni exorientis ordinem seruauerunt. Hunc autẽ Martium propter honorem Romuli sic appellauerunt: quia eũ Martis filiũ esse crediderunt. Aprilem verò, nullo deorum suorũ nomine, sed de re propria, quasi Aperilẽ nominauerunt: eò quòd tunc plurimum germinis aperiatur in florem. Inde mensem Maium, pro Maia Mercurij matre, quam deam sibi propter maiores decreuerunt. Deinde Iunium à Iunone, quam sororem vel coniugem Iouis fuisse testantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alij autem sicut Maium pro maioribus: ita pro iunioribus Iunium vocari dixerunt. Item Iulium à Iulio Cæsare: Augustum verò ab Octauiano Augusto vocauerunt. Nam prius Iulius, Quintilis: & Augustus, Sextilis vocabantur. Sed eorum nomina à Cæsaribus Iulio, siue Augusto sunt commutata. Iam September, eò quòd septimus sit à Martio, qui est principium veris. Simili quoque ordine October [d] & Nouember & December ex numero imbrium atque veris vocabulum acceperunt. Porrò Ianuarium ex nomine Iani vocauerunt, sed specialiter Ianuarius appellatur, eò quòd ianua sit anni atque principium. Februarium autē à februis sacris Lupercorum appellauerunt. Itaque apud antiquos Latinos decem mensibus cursus anni computabatur. Sed Ianuarium Romani, Februarium Numa Pompilius addidit, atque in duodecim menses annum distinxit. [e] Pleriq́ue autem asserunt Ancum Sabinorum regem prius annum in menses diuisisse, Idus, Calendasq́ue, & intercalares dies instituisse. In codicibus autem sanctarū Scripturarum [f] duodecim menses fuisse anni etiam ante diluuium ostenditur. Sicut enim ibi legitur, Aqua autem imminuebatur vsque ad vndecimum mensem. Vndecimo autem mense, prima die mensis apparuerunt capita montium. Sic enim tunc dinumerabatur mensis, sicut & nunc. Sed nō quos Calendæ, sed quos Luna cœpta & finita concludit. [g] Calendas autem à colendo dictas. Apud antiquos enim semper mensium principia colebantur. Idus quoque dictæ à diebus, [h] vel ab Idulio, & Nonæ [i] à nundinis. Menses autem omnes apud Latinos ex Calendis sumunt principia. Apud Hebræos ex Lunæ nascentis recursu. [k] Apud Ægyptios autem principia mensium ante Calendas quattuor, vel quinque dies pronuntiantur, iuxta quod formula subiecta declarat.



De hinc reuerteris ad quartum Calendas Septembris, taliq́ue ratione cōplentur dies cccl x. duodecim mensium Ægyptiorum. Quinque dies supersunt, quos ἐπαγομένας vel intercalares, siue addititios vocauerunt. De quibus superius memoratum est.

[a] Siue

[a] Siue à noua ad nouam cursus. Cuius, &c. *Omiserant librarij vocem* cursus *similitudine sequentis vocis*, Cuius, *decepti. Quam nos ex Etymologijs restituimus. Sic enim illic c. 31.* Vnde & apud Hebræos, menses legitimi non ex Solis circulo, sed ex Lunæ cursu enumerantur, qui est de noua ad nouam.

[b] Antiqui definierunt: quandiu Luna Zodiacū circulum perducitur. *Verba sunt Hygini extremo libro quarto.*

[c] Antiqui autem Gentiles mensib. nomina quædam ex Dijs --- à sacris Lupercorum appellauerunt. *Totus locus sumptus ex Aug. lib. 18. cont. Faust. c. 5. paucis quibusd. inuersis. Vidend. etiam Macrob. lib. 1. Satur. cap. 12.*

[d] October, Nouemb. December, ex numero imbrium atque veris. *Nihil huiusmodi apud Augustinum, sed à numeris, vel à numerorum ordine. Ergo luserat Isidorus in notatione: an potius hæc illi adiecta cum P. Chacone, putabimus? Quod item suspicari eadem causa licet de verbis illis:* Sed specialiter Ianuarius appellatur, eò quòd ianua sit anni atque principium. *Nam huius notationis, neque Augustinus, neque Macrobius meminit.*

[e] Pleriq. Ancum Sabinor. Regem. *Numa, qui Sabinus fuerat, ex filia, nepotem: quo respexit Catullus in hymno Dianæ.*

Sis, quocumq. tibi placet,
Sancta nomine, Romulique,
Anciq. vt solitas es, bona
Sospites ope gentem.

Quod mirum non vidisse virum eruditissimum, qui veram scripturam ex libris antiquis restituit. Non enim Romanos tantum indicare voluit Catullus, cum Romuliq. Anciq. *dixit: sed Romanos, qui paternum genus ad Romulum, maternum verò ad Ancum, hoc est, ad Sabinas referrent.*

[f] Duodecim menses fuisse anni etiam ante diluuium. *Hoc ita esse nihil vetat, id tamen non satis probat locus ex Genesi adductus, cum præsertim ibi decimi tantum mensis fiat mentio, non (vt est in Isidorianis libris) vndecimi. Id accidit, quia apud lxx. interpretes vbi nunc ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ μηνὶ, legitur ἐν δεκάτῳ μηνὶ in alijs exemplaribus legebatur.*

[g] Calendas autem à colendo dictas. *Quòd in Etymologijs non de sua, sed de aliorum sententia pronuntiauit. Constat autem à calendo hoc est vocando nominatas. Vid. Macrob.*

[h] Vel ab Idulio. *al.* Edulio. Sed placet Idulio. *Nam sacrum quod Iouī singulis idib. Iduli agna fiebat, Idulium dictum ait Festus in* Sacra via. *Immò Idulis (inquies) aut nouum Isidoro, priora quæ sint è posteriorib. ducere, dum de vtrisque magis liqueat? Sic enim apud illum quattuor à agna, & Idulium ab idibus ipsis potius dicta. Quasi id mirū, figura quadrata, & testis à testamento, & ieiunium à ieiuno intestino, & sexcenta huiusmodi. Sed videndæ aliæ elegantissimæ notationes Iduum apud Macrobium.*

[i] Nonæ à nundinis. *Nihil Nonis cum nundinis. Immo, quod aliquando nundinæ in Nonas incidebant, cautum, ait Macrobius, quomodo nundinæ in Nonas ne incurrerent.*

[k] Apud Ægyptios autem principia mens. &c. *Cui id faciant è Macrobij verbis cap. 1. relatis constabit.*

De concordia mensium. Cap. V.

IAnuarius [a] cum Decembri in horarum mensura concordat. Februarius cum Nouembri spatium æquale consumit. Martius consentit Octobri. Aprilis æquat Septembrē. Maius respondet Augusto. Iunius compar est Iulio.

[a] *Vid. Palladij horologium.*

De Annis. Cap. VI.

ANnus, [a] est circuitus solis ac reditus per duodecim menses. Cuius quidem nomen figurate significat omne tempus vitæ huius, sicut per Isaiam dicitur: Prædicare annum Domini acceptabilem. Quoniam nō ille, quo Dominus prædicauit, solus fuit acceptabilis, sed & totum tempus, iuxta quod ait Apostolus: Ecce nunc tempus acceptabile. Finem denique huius anni diem iudicij adiunxit, dicens: Prædicare annum Domini, & diem retributionis. Annum autem, quasi anum, dici quidam putant, id est, circulum. Vnde & anuli dicti sunt diminutiuè. Principium autem anni alij à bruma putant, vt populi Romani: alij ab æquinoctio [b] verno, vt Hebræi: alij à [c] solstitio, vt Græci: alij ab autummo vt Ægyptij. Annum autem sapientes huius mundi partim ciuilem, partim naturalem, partim magnum esse dixerunt. Ciuilis annus est, qui in vnius astri recursu per menses duodecim terminatur. Annus naturalis est, cū se Soli Luna supponit, vt inter orbem Solis, & oculos nostros media facta, tenebras totius efficiat Solis, quod dicitur eclipsis: cuius ratio diutius obscura fuit, sed à Milesio [d] quodam Philosopho exposita est. Annus magnus dicitur, quo omnia sidera certis temporibus numerisque completis, ad suum locum vel ordinem reuertuntur. [e] Quē annum antiqui sexcentesimo anno finiri vel adimpleri dixerunt. [f] Solstitialis annus est, cùm Sol expleto per omnia signa circuitu, in id vnde principiū cursus sui sumpsit, recurrit: ipse est solaris annus vel ciuilis, qui diebus cccl xv. peragitur. Annus lunaris, communis est, qui per xij. Lunares menses decurrit, id est, dies cccl iiij. Annus Emboliſmus est, qui Lunas xiij. & dies cccl xxxiiij. habere mōstratur, in quo anno longius dies Paschæ protenditur. Annus bissextilis est, in quo vnius diei per quadriennium ex quadrantis ratione summa colligitur. [g] Annus Iubileus est remissionis, qui septenis annorū hebdomadibus, id est, xlix. annis texitur, in quo iuxta legem clangebātur tubæ, & ad omnes reuertebatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur antiqua posſesio. [h] Olympias autem est apud Græcos annus quartus, ab Olympio agone, qui venit transactis annis quattuor. In quibus finem sortitur agonis tempus, propter quadriennij cursum Solis, & propterea quod singulis annis trium horarum consumptione in quadriennium dies vnus completur. Hoc tempore mittebant circũ ciuitates admonere, vt non solùm vndique, sed etiam ab omni genere, omniq́ue ætate & sexu conueniretur. Lustrum, quinquennij tempus est apud Romanos. Dictum autem Lustrũ: quia census per quinquẽnium in republica agebatur: Deinde post peractũ censum, sacrificio facto, vrbs Roma lustrabatur. [i] Indictiones Romani inuenerunt, quæ per singulos annos vsque ad quintum decimum venientes, rursus ad primi anni principium reuoluuntur. Æra quoque Cæsaris Augusti tempore posita est. [k] Dicta autem æra, ex quo orbis æs reddere professus est Romano populo. Æra à die calendarum Ianuariarũ adcrescit. Bissextus autem, à sexto calendas Martij vsque ad diem pridie calendarum, in Lunæ cursu apponitur. Annus Ægyptiorum sine bissexto habet initium quarto calend. Septembr. cum bissexto autem, à tertio calendarum suprascriptarum.

[a] Annus est circuitus solis ac reditus. *Macrob. lib. 1. in Somn. cap. 6.* Anfractum Solis ac reditum annũ vocans: anfractum propter Zodiaci ambitum; reditum, quia eadem signa per annos singulos certa lege metitur.

[b] Alij ab æquinoctio verno, vt Hebræi. *Post Moysen, nam antea ab auctumno putabant.*

[c] Alij à Solstitio, vt Græci. *Non dixit à quo Solstitio: Atqui constat Græcis duo anni fuisse initia, eáque à duob. solstitijs ducta. Vnum naturale à Bruma, quo respexisse putatur Terentius in Phormione:* Aruspex vetuit ante Brumam aliquid noui incipere: *alterũ ciuile, qua ratione νεὸν ἐνιαυτὸν μετὰ τρεῖς τροπὰς. 6. de legib. vocat Plato, idque propter Olympicum certamen, quod proximo post Solstitium æstiuum plenilunio celebrabatur. De hoc posteriori initio locutum Isidorum potius reor. Nam & hoc solum solstitium veteres appellauere.*

[d] Sed à Milesio, quodam Philosopho. *Laert. in Thalete. & Plutarch. 2. de placitis Philosophor. Sed quis hunc annum naturalem appellauit?* Lunãris, *igitur, legendum? ne id quidem satis placet.*

[e] Quem annum antiqui sexcentesimo anno. *Cur ita ediderimus repugnantib. omnibus libris, ratio reddenda est. Nam in impress. & manuscriptis vetustiorib. vt in Ouet. Gotth.* vicesimo, *in alio peruetusto* xx. anno *legitur. Hãc rationẽ qui expedire nõ quiuerũt, vndetricesimo fecerũt, vt est in alijs duob. recẽtiorib. manuscriptis Valent. & Malacitan. Annum scilicet magnũ cum decẽnouenali Luna cyclo nullo neque exemplo, neque ratione confundentes. Nam neque quisquam ita locutus est, neque in eo Lunari circulo sidera omnia, sed Luna sola ad ordinem suum redit. Ita scribendum (inquies) sed quid vicesimo, vel vndeuicesimo cũ sexcẽtesimo, aut cur sexcẽtesimo recta scriptura putabitur? Beda, qui hoc libri plurima in suos de Natu. rer. & ratione tẽporũ trasstulit. c. 9. libri de ratione tẽp. prioris editionis, ita scribit.* Annus magnus est, dũ omnia sidera, certis cursib. exactis, ad locum suum reuertuntur, quem sexcentis annis solarib. Iosephus dicit impleri. Item lib. de Natura rer. posterioris edit. cap. 35. Annus magnus est, cũ omnia simul errantia sidera ad sua quæque loca, quæ simul habuere, recurrunt. De quo Iosephus in primo antiquitatum libro, cùm longæuitatem primorum hominum describeret, ita meminit: Nullus autem ad vitam modernam, & annorum breuitatem, quib. nunc viuimus, vitam comparans antiquorum, putet falsa, quæ de illis sunt dicta: & eò quòd nunc vita tanto non ducatur tempore, credat, neq. illos ad vitę illius longitudiné peruenisse. Illi namque, cùm essent religiosi, & ab ipso Deo facti, cumque eis pabula opportuniora ad meius tempus existerent præparata, tantorũ annorum curriculis ritè viuebant: deinde propter virtutes, & gloriosas vtilitates, quas iugiter perscrutabantur, id est, Astrologiam, & Geometricam, Deus eis amplius viuendi spatium condonauit; quæ nunc haud edisscere potuissent, nisi sexcentis viuerent annis, per tot enim annorum curricula, magnus annus impletur. *Varietatem autem hanc peperit antiqui lectori scriptura huiusmodi:* vic°. *è qua vel vicesimo, vel sexcentesimo cuiuis promptum facere. Non est autem hic annus ille magnus verè vertens Platonicus, de quo Cicero in Somn. Scip. in illo enim sidera omnino omnia, in hoc vero retantia tantum ad loca, vnde profecta sunt, simul reuertitur. Aque hunc etiam annum magnum definit lib. 5. Etymolog.* Qui fit omnib. planetis in eundem locum recurrentib. post annos solstitiales plurimos. *Ex Balbus apud Ciceronem lib. 2. de natura Deor.* Quarum ex disparib. motionib. magnum annum Mathematici nominauerunt. Qui tunc efficitur, cùm Solis, & Lunæ, & quinque errantium ad eandem inter se conparationem, confectis omnium spatijs, est facta conuersio. *Quod autem antiquorum nomine vnum Iosephum intellexerit Isidorus, more suo fecit. Sed ne longum abeamus, eodem modo cap. 4. præcedenti, de Hygino dixit.* Mensem autem antiqui definierunt, quandiu Luna Zodiacum circulum perducitur.

[f] Solstitialis annus. *Verba sunt Ambrosij lib. 4. cap. 5.*

[g] Annus Iubilæus. *De quo Leuit. 25.*

[h] Olympias. *Olympias quarto anno exacto, quinto completo, agebatur: Lustrum quinto expleto condebatur. Quemadmodum quinquennes Olympiadas, & quinquennia lustra apud antiquiores reperiri nihil mirum. Vid. 5. Etymolog. cap. 36.*

[i] Indictiones Romani inuenerunt. *Quar. initia et causas alij retulere, qui de emend. temporum scripserunt.*

[k] Dicta autem Æra. *Ead. lib. 5. Etymolog.*

De Temporibus. Cap. VII.

SIcut ait Ambrosius, Tempora sunt vicesmutationum, in quibus Sol certa cursus sui dimensione anni orbem diffusa varietate distinguit. Tempora autem morus siderum sunt. Vnde & Deus, cùm hæc instituret, dixit. Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos, id est, in aliquo mutabili motu: cuius aliud prius, aliud posterius præterit, eò quod simul esse non possint. Tempus iuxta [b] Hebræos integer annus est, secundũ illud in Daniele: Tempus & tempora & dimidium temporis. Per tempus, annum significat, per tempora, duos, & per dimidiũ, menses sex. Iuxta Latinos autem vnius anni quattuor tempora adscribuntur, hyemis, veris, æstatis, atque autumni. Hyems est, cùm Sol in meridianis partibus immoratur, tunc enim Sol longius abest, terraq́ue rigescit gelu atque stringitur, & prolixiora sunt spatia noctis, quàm diei. Hinc causa oritur, vt hybernis flatibus nimia vis niuium pluuiarumq́ue fundatur. Ver est, cũ Sol ex meridianis decedens partibus super terram redit, & noctis ac diei exæquat tempora, & temperiem aëris reducit, atque fouens omnia repetendos cogit in partus, vt terra germinet, ac resoluta sulcis semina reuiuiscant, atque omnium generum, quæ in terris vel aquis sunt, annuis fœtibus succesio propagetur. Æstas est, cum Sol in Septentrionem se subrigit & spatia diurna producit, noctes verò arctat & stringit. Itaque quo magis vsu assiduo aëri huic copulatur atq. miscetur, eo amplius aërẽ ipsum vaporat, & humore exsiccato terra fatiscit in puluerem, & adolescere facit semina, & tanquam succos virides matureſcere cogit poma syluarum. Tunc, quia & Sol æstiuis flagrat ardoribus, minores vmbras facit in meridiano: quoniam ex alto hunc illuminat locum. Autumnus est, dum rursus Sol à summo cæli descendens, infrigit æstuũ magnitudinem, & paulisper relaxato ac depositio calore præstat temperiem, sequente tempestate ventorum & turbine procellarum, & vi fulminum tonitruúmque sonantium. Quoniã certis distinctionibus vicissitudines temporum iuxta priorum definitiones perstrinximus: nunc qualiter eadem tẽpora naturalibus circulis sibi inuicẽ colligantur, expediamus. Ver quippe constat ex humore & igne: Æstas ex igne & siccitate: Autũnus ex siccitate & frigore: Hyems ex frigore & humore. Vnde etiam sunt tempora commotionis temperamẽti dicta. Cuius communionis hæc est figura.



Quorum [c] temporum hæc sunt principia. Ver exoritur octauo Calendas Martias, permanens dies nonaginta vnum. Æstas incipit nono Calẽdas Iunias, dies nonaginta vno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta vnũ. Autumnus sumit principium decimo Calẽdas Septembris, dies xciij. Hyems inchoat septimo Calendas Decembris, dies xc. [d] vnde fiunt anni dies cccl xv. Hæc itaque secundùm naturalem temporum differentiam. Cæterum iuxta allegoriã, Hyems, temporalis intelligitur tribulatio, quando tempestates & turbines seculi incumbunt. Æstas est, fidei persecutio, quãdo doctrina perfidiæ ariditate siccatur. Ver autẽ, nouitas est fidei, siue pax, quando post hyemis tribulationem, tranquillitas Ecclesiæ redditur, quando mẽsis nouorum, id est, Pascha agni celebratur, quando terra floribus, id est, Ecclesia sanctorum cœtibus decoratur. Annus itaque ambitu Solis & mensium explicatur. Tempora mutationũ vicibus euoluuntur. Mensis Lunæ incremento senioq; conficitur. Hebdomada septenario dierum numero terminatur. Dies & nox recursantium luminum, ac tenebrarum alternis vicibus reparantur. Hora motibus quibusdã & momentis expletur.

[a] Sicut ait Ambrosius. *Cuius sunt huius capitis pleraque lib. 4. cap. 5.*

[b] Iuxta Hebræos integer annus. *Ita quidem apud Danielem loco citato. Alias Hebræis idem significat tempus quod reliquis gentib.*

[c] Quorum temporũ hæc sunt principia. *Vulgus ternos menses singulis anni temporib. assignat. Astrologi ex Zodiaci signis æstatem, & hyemem à solstitio & bruma: ver & autumnum ab æquinoctijs auspicantur. Medici temperiei rationem solam ducentes, duplo fere maiora hyemem, & æstatem, quàm ver & autumnum faciunt. His enim ver æquinoctio incipit, Aprilis propè finem desinit: Autumnus nondum exacto Augusto incipit, Nouembris initio fermè terminatur. Isidoro alia ratio placuit. Nam æquinoctijs, solstitioque, & brumæ singulos menses præponens, anni tempora distinguit, qua tamen ratio Bedæ non probata est lib. de Natur. rer. 2. edi. cap. 34.*

De Solstitio, et Æquinoctio. Cap. VIII.

SOlstitia duo sunt. Primum [a] hyemale octauo Calendas Ianuarij, quo [b] Sol stat, & crescunt dies. [c] Alterum æstiuum, octauo Calendas Iulias, quo Sol stat, & crescunt noctes. His contraria duo æquinoctia sunt: Vnum [d] vernale, octauo Calendas Aprilis, quo dies crescunt: Alterũ autumnale, octauo Calendas Octobris, quo dies imminuuntur. Solstitium autem dicitur, quasi Solis statio. Æquinoctium verò, quod tunc dies & nox in æquitatem horarum duodenarum A reuertantur, coæquatis spatijs suis. Solstitiũ autem æstiuũ ideò lampas dicitur, eò quòd ex eo die lampas Solis claritatem maiorem accipiat, caloremque nimium aduentu æstatis infundat.

[a] Hyemale viij. Calend. Ianuar. *Nunc ex Calendario Gregoriano* xj. *Calen. Ianuar.*

[b] Quo Sol stat. *Non quod Sol vnquam stet, sed quod stat cursum non vlterius descendens, sed regrediens. Quod idem de æstiuo (quod solum solstitium appellarunt antiquares) intelligendum. Neque enim vlterius Sol ascendit.*

[c] Alterum æstiuum viij. Calend. Iul. *Nunc* xj. *Calend. Iul.*

[d] Vernale viij. Calend. April. *Nunc* xiij. *Calend. April. Autumnale verò Calen. Octob.*

De Mundo. Cap. IX.

MVndus, est vniuersitas omnis, quæ constat ex cælo & terra. De quo Apostolus Paulus ait: Præterit enim figura huius mundi. Secundùm mysticum autem sensum, mundus competenter homo significatur: [a] quia sicut ille ex quattuor concretus est elementis: ita & iste cõstat quattuor humoribus vno temperamento commixtis. Vnde & veteres hominem in communionem fabricæ mundi constituerunt. Siquidẽ Græce mundus κόσμος, homo autem μικρόκοσμος, id est, minor mundus est appellatus: licet & per mundum nonnunquam scriptura peccatores insinuet: de quibus dictum est: Et mundus eum non cognouit. [b] Formatio mundi ita demonstratur. Nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam: ita declinatur in australem. Caput autem, & quasi facies, Orientalis regio, vltima pars Septentrionalis. Nam partes eius quattuor sunt. Prima pars mundi est Orientis. Secunda Meridiana. Tertia Occidentis. Vltima verò & extrema Septentrionalis. De qua Lucanus.

Sic mundi pars ima iacet, quã Zona niualis
Perpetuæque premunt hyemes.

[a] Quia sicut ille ex quattuor elem. *Hæc magis expoliuit lib. 1. Sentent cap. 11.*

[b] Nam quemadmodum erigitur mundus. *Virgil. 1. Geor.*

Mundus vt ad Scythiam Riphæasq. arduus arctos
Consurgit, premitur Libyæ deuexus in Austros.

De Quinque circulis. Cap. X.

IN definitione autem mundi circulos aiũt Philosophi quinque, quos Græci [a] Zonas vocant, in quibus diuiditur orbis terræ. Has Virgilius in Georgicis ostendit, dicẽs: Quinque tenent cælum Zonæ. Sed fingamus eas in modũ dexterę nostræ, vt pollex sit circulus, Arcticus, frigore inhabitabilis. Secundus circulus, Therinus, temperatus habitabilis. Medius circulus, Iemerinus, torridus inhabitabilis. Quartus circulus, Chimerinus, tẽperatus habitabilis. Quintus circulus, Antarcticus, frigidus inhabitabilis. Horum primus A Septentrionalis est, Secũdus solstitialis, Tertius Æquinoctialis, Quartus Hyemalis, Quintus Australis. De quibus Varro dixit.

At quinq. ætherius Zonis accingitur orbis,
Ac vastant imas hyemes, mediamq. calores:
Sic terræ extremas inter mediãq. coluntur.

[b] Quâ Solis valido nũquã rota ferueat igne.

Quorum circulorum diuisiones talis distinguit figura.



[c] Sed ideo æquinoctialis circulus inhabitabilis est: quia Sol per medium cælum currẽs nimium istis locis facit feruorem: ita vt nec fruges ibi nascantur propter exustam terram, nec homines propter nimium ardorẽ habitare permittantur. [d] At contra Septẽtrionalis & Australis, circuli sibi coniuncti, idcirco non habitantur: quia à cursu Solis longè positi sunt, nimioque cæli rigore verorumque gelidis flatibus contabescunt. Solstitialis verò circulus, qui in Oriente inter Septentrionalem & æstiuum est collocatus, & iste qui in Occidente inter Æstiuum & Australem est positus, ideo tẽperati sunt, quod ex vno circulo rigorem, ex altero calorem habeant. De quibus Virgilius:

Has inter, mediamq. duæ mortalibus agris
Munere concessę diuũm.

B Sed quí proximi sunt æstiuo circulo, ipsi sũt Æthiopes nimio calore perusti.

[a] Quas Græci Zonas vocant. Quas Græci parallelos, id est, Zonas vocant. *Libri omnes, Mendosè, vt apparet ex 3. Etymolog. cap. 43. & lib. 13. cap. 6. vbi cum bis eadem repetantur, tamen hæc duæ voces.* Parallelos, id est, *non leguntur. Eas quisquis addidit parum Græcam vocem existimauit Zonam, legeratque apud Plinium lib. 6. cap. 33.* Plura sunt segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauere, Græci παραλλήλους.

[b] Quâ Solis valido nunquam rota ferueat igni. *Ex ijs qui fragmenta Poetarum edidere. Veterũ tamen librorum scripturas referemus, si quis forte melius conijciat.* Quam solis valido nunquam vt auffera à igne. *Ouet.* Quã Solis valido nunquam aut auffera igne. *Toletan. Malacitan. & Valen.* Quam Solis valido nunquam vis auxerat igne. *Impress. vnde quis fortasse fecerit.* Quas Solis valido nunquam vis vsserit igne. *vel,* Quâ Solis validos nunquam vis afferat ignes. *Nam illud auxerat ex aqferat duob. digammis scripto confectũ putamus*

Vel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veletiam. Quas ſolis validò nunquam vis afflet ab igni.

[c] Sed æquinoctialis circulus inhabitabilis. *Primus Auicẽna habitationi commodiſsimum dixit, quod reapſe compertum eſt.*

[d] At contra Septentrionalis & Auſtralis circuli ſibi coniuncti. *Sibi, id eſt, æquinoctiali coniuncti, & proximi. Alioqui inter ſe longè diſtantes.*

De partibus mundi. Cap. XI.

PArtes mũdi quattuor ſũt: Ignis, aër, aqua, terra. Quarũ hæc eſt natura. Ignis, tenuis acutus & mobilis; Aër, mobilis acutus & craſſus: Aqua, craſſa obtuſa & mobilis, Terra, craſſa obtuſa immobilis. Quæ etiã ſibiita commiſcentur. Terra quidem craſſa obtuſa & immobilis, cum aquæ craſsitudine & obtuſitate colligatur. Deinde aqua aëri craſsitudine & mobilitate coniungitur. Rurſus aër igni communione acuti & mobilis colligatur. Terra autem & ignis à ſe ſeparantur, ſed à duobus medijs aqua & aëre iungũtur. Hæc itaque ne confuſa minus intelligãtur, ſubiecta expreſsi pictura.



Cæterum [a] ſanctus Ambroſius eadem elementa per qualitates, quibus ſibi inuicẽ quadam naturæ communione commiſcentur, ita his verbis diſtinguit: Terra, inquit, arida & frigida eſt: aqua frigida atque humida: aër calidus atque humidus: ignis calidus atque ſiccus. Per has enim [b] iugabiles qualitates ſic ſibi ſingula commiſcentur. Terra enim, cum ſit arida & frigida, coniungitur aquæ per cognationem qualitatis frigidæ. Rurſus aqua aëri per humorem: quia humidus eſt aër. Aqua verò quaſi quibuſdam duobus brachijs frigoris atque humoris, altero terram, altero aërem videtur complecti: frigido quidem terram, aërem humido. Ipſe quoque aër medius inter duo compugnantia per naturam, hoc eſt, inter aquam & ignem, vtrumque illorum elementum ſibi conciliat: quia aquæ humore, & igni calore coniungitur. Ignem quoque, cùm ſit calidus & ſiccus, calore aëri annectitur, ſiccitate autem in communionem terræ ſociatur, atque ita ſibi per hunc circuitum, quaſi per [c] quendam chorum concordi ſocietate conuenientia. Vnde & Græcè [d] στοιχεῖα dicuntur, quæ Latinè elementa vocantur, eò quòd ſibi conueniunt & concinunt. Quorum diſſectam communionem ſubiecti circuli figura declarat.

Cæte-



[a] Cæterum S. Ambroſius. *Lib. 3. cap. 4.*

[b] Iugabiles qualitates. *Ita Ouet.* Iugales *reliqui & Ambroſ.*

[c] Per quendam chorum concordi ſocietate conueniunt. Per quendam chorum concordiæ ſocietatiſque. *Ambroſius.*

[d] Vnde & Græcè στοιχεῖα *Mendoſè libri omnes κοινὰ. Nam, præterquam quod apud Ambroſiũ & Baſilium* στοιχεῖα, *etiam lib. 3. Etymolog. cap. 3.* Græci autem elementa στοιχεῖα nuncupant, eò quòd ſibi ſocietatis concordia, & communione quadam conueniant.

De Cælo. Cap. XII.

CÆlum ſpiritualiter Eccleſia eſt, quæ in huius vitæ nocte Sanctorum virtutibus, quaſi claritate ſiderum, fulget. Pluraliter autem cæli nomine Sancti omnes vel Angeli intelliguntur. Siquidem per cælos etiam Prophetas & Apoſtolos accipere debemus. De quibus ſcriptum eſt: Cæli enarrant gloriam Dei: vtique quòd ipſi aduentum & mortem, ipſi quoque reſurrectionem Chriſti, & gloriam mundo annuntiauerunt. De cæli autem nomine ſic dicit Sanctus [a] Ambroſius in libris, quos ſcripſit de creatione mundi: Cælum Græco vocabulo ὐρανὸς dicitur: apud Latinos autem propterea cælũ appellatur, quia impreſſa ſtellarum lumina, veluti ſigna, habens, tanquã cælatum dicitur, ſicut argentum, quod ſignis eminẽtibus A refulget, cælatum vocatur. [b] Huius enim eſſe ſubtilem naturam etiam ſcriptura demonſtrat, dicens, quòd firmauit cælum ſicut fumum.

Partes autem eius: [c] Chous, Axis, Cardines, Conuexa, Poli, Sidera. Chous, quod cælũ continet. Vnde Ennius: Vix ſolũ complere choũ terrorib. cæli. Axis, linea recta, quæ per mediam pilã ſphæræ tendit. Cardines, extremæ axis partes ſunt. Conuexa, extrema cæli. [d] Poli, ex cæleſtibus circulis cacumina, quibus maximè ſphæra nititur: quorum alter ad Aquilonem ſpectans Boreus, alter terræ oppoſitus Auſtronotus dictus eſt. Cælum autem ab Oriente ad Occidentem, ſemel in die & nocte verti ſapientes exiſtimant. Hoc autem rotundum volubile atque [e] ardens eſſe dixerunt. Cuius ſphæram ſuper aquas eſſe putauerunt, vt in ipſis voluatur, eiuſque [f] incendium temperẽt. [g] Sphærã autẽ confirmãt, nec principiũ habere, nec terminũ, pro eo quod rotunditate ſui, quaſi circulus, vnde incipiat, vel vbi deſinat, facilè nõ comprehendatur. Æqualiter enim ex omni parte fertur eſſe collecta, & omnia ſimiliter reſpiciens, atque à centro terræ æquiſpatijs diſtincta: ipſaque ſui æqualitate ita ſtabilis, vt eam in nullam partem declinare vndique æqualitas collecta permittat, ac nullo fulcimento

Universidad de Deusto
Biblioteca

subuecta sustentetur. Cuius perfectionem A sphæræ vel circuli multis argumentationibus tractans, rationabile Plato fabricatoris mundi opus insinuat. Primò, quòd ex vna linea constat. Secundò, quòd sine initio est, & sine fine. Tertiò, quòd à puncto efficitur. Denuò quòd motũ ex se habeat. Deinde quod careat [h] indicio angulorum, & quod [i] in se cæteras figuras omnes includat, & quod motum inerrabilem habeat: siquidem sex alij motus errabiles sunt, ante, à tergo, dextra, læuaque, sursum, deorsum. Postremò, & quod necessitate efficiatur, vt hæc linea vltra circulum duci non possit.

Duo sunt autem, vt diximus, Poli, quibus B cælum voluitur, Boreus, quem Aquilonium vocamus. Hic Arcti, id est Septẽtriones, qui nobis semper apparent. Cui contrarius est Notius, qui Australis dicitur. Hic est, qui terra, vt ait Cicero, tegitur, & ἀφανὴς à Græcis nominatur. [k] Tanta autem Polus celeritate ferri dicitur, vt nisi aduersus eius precipitẽ cursum astra currant, mũdi ruinam faciãt. Fertur enim eius præceps volubilitas cursu siderum temperari. Vnde Lucanus:

Sideribus quę sola fugã moderãtur olympi,
Occurruntque Polo, diuersa potẽtia prima
Mundi lege data est. C

[a] Ambrosius in libris --- cælatum vocatur. *Lib. 2. cap. 4.*
[b] Huius enim esse subtilem --- sicut fumum. *Lib. 1. cap. 6 sunt verò Isaiæ verba, capit. 51. ex lxx. interpret. ὅτι οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐτέρωθη.*
[c] Cous, *vel* Couus, *vel* Cohus. *Varro lib. 4.* Sub iugo medio Couum, quod bura extrema addita oppilatur, vocatur Couum à Couo. *Festus*, Cohum, lorum, quo temo buris cum iugo conligatur, à cohibendo dictum. Cohum Poetæ cælum dixerunt à Chao, ex quo putabant cælum esse formatum. *Ego à cohibendo hoc quoq. ductum arbitror. Quod etiam voluisse videtur Isidorus, dicens.* Cohum, quod cælum continet.
[d] Poli ex cælestib. circulis cacumina --- dictus D est. *Hyginus lib. 1.* Huius autem *(de axe loquens)* cacumina, quibus maximè sphæra nititur, Poli appellantur, quorum alter ad Aquilonem spectãs, Boreus: alter adpositus Austro Notius est dictus. *Nihil tamen in Isidoro mutauimus. Nam & Australem, & Notium, & Austronotum, vel Austronotium hunc polum dici constat. Terræ verò oppositum dixit Isidorus, quod obiectu terræ (vt ait Arati interpres) à nobis non videatur. Vid. lib. 3. Etymol. & lib. 13.*
[e] Atque ardens esse dixerunt. *In his fuit etiam Plato, qui cælum, astraq. ignea esse scripsit. Sed (vt interpretatur Galenus) non hoc igne qui vrendi vim habeat, sed alio, qui luminis tãtum sit particeps. Antiquorum rationem refutauit Aristoteles: ita tamen, vt Basilio, & Ambrosio, (ques hic noster auctores habet) suam ipse probare non potuerit.*
[f] Eius incendiũ temperent. *Idem cap. seq. ex Ambr.*
[g] Sphæram autem confirmant. *Hygini lib. 1. initio.*
[h] Quod careat indicio angulor. *Ita o. l. Forte incisione angulor. Cicero.* Nihil incisum angulis.
[i] Quod in se cæteras. In se stellarũ. *Lib. 6. Metaphr.*
[k] Tanta autem polus celeritate, &c. *Eadem lib. 5. Etymolog. cap. 34.*

De septem planetis cæli, & eorum conuersionibus. Cap. XIII.

AMbrosius [a] sanctus, in libro Hexaemerõ sic loquitur, dicens: Legimus in Dauid: Laudate eum cæli cælorum. Vtrum B enim vnum sit cælum an plures, contentio est, dum aliqui multos esse asserunt: alij autem, præter vnum, alios esse negant. Philosophi autem mundi septem cælos, id est planetarum globos consono motu introduxerunt. Quorum orbibus connexa memorant omnia, quod sibi nexos & velut insertos versari retro, & contrario cæteris motu ferri arbitrantur. Siquidem in Ecclesiasticis libris & cæli cælorum legũtur, & Apostolus Paulus vsque ad tertium cælum fuisse se intelligit raptum. Sed de numero eorum nihil sibi præsumat humana C meritas. Fecit autem eos Deus nõ informes vel confusos, sed ratione quadam ordine suo distinctos. Nam superioris circuli cælum proprio discretum termino, & æqualibus vndique spatijs collectum ostendit, atque in eo virtutes spiritualium creaturarum constituit. [b] Cuius quidem cæli naturam artifex mundi Deus aquis temperauit, ne conflagratio superioris ignis inferiora elementa succenderet. Dehinc circulum inferioris cæli, non vniformi sed multiplici motu solidauit, nuncupans eum firmamentum propter sustentationem superiorum aquarum.

[a] Ambrosius s. in lib. Hexaem. *Cap. 2. lib. 2.*
[b] Cuius quidem cæli naturam Deus aquis temperauit. *Ibid. cap. 3.*

De aquis, quæ super cælos sunt. Cap. XIIII.

HÆc est Ambrosij sententia: Aquas super cælos sapientes mundi huius aiunt esse, non posse, dicentes; igneum esse cælũ, non posse concordari cum eo naturã aquarum. Addunt

Addunt quoque, dicentes rotundum ac volubilem atque ardentem esse orbem cæli, & in illo volubili circuitu aquas stare nequaquam posse. Nam necesse est, vt defluant & labantur, cum de superioribus ad inferiora orbis ille detorquetur, ac per hoc nequaquam eas stare posse aiunt, quòd axis cæli concito se motu torquens eas volendo effunderet. Sed, vt tandem insanire desinant, atque confusi agnoscant: quia qui potuit cuncta creare ex nihilo, potuit & illam aquarum naturam glaciali soliditate stabilire in cælo. Nam cum & ipsi dicant volui orbem stellis ardentibus refulgentem, nonne diuina prouidentia necessariò prospexit, vt B [b] inter orbem cæli redundarent aquæ, quæ illa feruentis axis incendia temperarent?

[a] Hæc est Ambrosij sententia. *Lib. 2. cap. 3.*
[b] Vt inter orbem cæli: & supra orbem, *addit Ambrosius.*

De natura Solis. Cap. XV.

HÆc [a] sunt verba Ambrosij in libro Hexaemerõ. Solem, inquit, Philosophi negant calidæ esse naturæ, eò quòd albus sit, non rubicundus aut rutilus in speciẽ ignis, & ideo quòd nec ignitus natura sit. Si quid C habet caloris, ferunt præ nimio motu conuersionis accidere. Quod ideò dicendũ putant, vt nihil videatur humoris consumere: quia calorem, quo humor vel minuitur, vel plerumque exhauritur, non habet naturalem. Sed nihil agunt, cum ista proponunt: quia nihil interest, vtrum ex natura calorem quis habeat, an ex passione, vel ex alia caussa. [b] Nos autem credimus eũ sicut habere virtutem illuminandi, ita etiam vaporandi. [c] Igneus est enim Sol: ignis autem & Solis ignẽ aqua nutriri, & ex contrario eleD mento virtutem luminis, & vaporis accipere: vnde frequenter Solem videamus illuminat & exurit. Quidam autem dicunt madidum atque rorantem: [d] in quo euidẽs dat indicium, quòd elementum aquarum ad temperiem sui sumpserit. Hoc quantum ad naturã eius pertinet. At verò iuxta spiritualem intelligentiam, Sol, Christus est, sicut in Malachia scriptum est: Vobis autem credentibus iustitiæ Sol orietur, & sanitas in pinnis eius. Merito autẽ Christus Sol intelligitur dictus: quia ortus occidit, secundũ carnẽ, & secundum spiritum de occasu rursus exortus. Item Sol illuminat & exurit, & A opaco tempore confouet sanos, febricitantes verò flagrantia geminati caloris incendit: ita & Christus credentes fidei spiritu vegetãte illuminat, negantes se ęterni ignis ardore torrebit.

[a] Hæc sunt verba Ambros. vel ex alia caussa. *Lib. 2. cap. 3.*
[b] Nos autem credimus eum sicut habere virt. --- exurit. *Eiusd. lib. 4. cap. 3.*
[c] Igneus est enim Sol --- rorantem. *Arati interpres.* Sol interea, dum igneus sit, præ nimio motu conuersionis suæ amplius incalescit. Cuius ignem dicunt Philosophi aquanutriri, & è contrario elemẽto virtutẽ luminis, & caloris accipere, vnde videmus eum sæpius madidum, atque rorantem.
[d] In quo euidens --- sumpserit. *Verba sunt Ambrosij loco citato.*

De quantitate Solis & Lunæ. Cap. XVI.

RVrsus [a] in eodem opere Doctor idem ita testatur: Solis radius nulli propior, nulli longinquior est. Similiter & Lunæ globus æqualis est omnibus. Similis Sol est, & Indis, & Britannis, eodem momẽto ab vtrisque videtur, cum oritur, nec cum vergit in occasum minor apparet Orientalibus: nec Occidentalibus, cum oritur, inferior, quàm Orientalibus æstimatur. Quantũ distat, inquit, Oriens ab Occasu, tantũ hoc sibi inuicem distat. Sed Sol à nullo distat, nulli præsentior, nullique remotior est. Neq. moueat quenquam, quod tanquam cubitalis in orbe suo videtur, cum oritur: sed considerare oportet, quantum intersit spatij inter Solem & terram, quod aspectus nostri infirmitas, & quædam ægritudo vix valet intendere. Hunc [b] autem ampliorem aliquot partibus quàm terram esse sapientes describunt. [c] Lunam minorem esse dicunt, quàm Solẽ: omnia enim quæ proxima sunt nobis, maiora videntur: longinquitate autem locorũ, visus languescit. Lunam ergo videmus prope nos esse, nec eam maiorem aspectui nostro, quàm Solem. Ideoque, cùm Sol longè superior sit à Luna, tamen nobis maior videtur: iam, si prope nos accesserit, multò maiorem futurum.

[a] Rursus in eod. op. Doctor idem. *Lib 4. cap. 6.*
[b] Hunc autem ampliorem, quàm terram. *Oslies maiorem terra, ait Macrob lib. 1 in Somn. Scip. cap 20. vid. Plutarch. lib. 2. de placit. Philos.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

[c] Lunam minorem --- maiorem futurum. *Verba sunt Hygini, lib. 4. cap. de Luna. Sed corrigendus ex Isidoro Hyginus.*

De cursu Solis. Cap. XVII.

DIcunt [a] antiqui, Aratus & Hyginus, Solem per seipsum moueri, non cum mundo verti vno loco manentem. Nam si fixus maneret, necesse erat eodem loco occidere & exoriri, à quo pridie fuerat exortus: quemadmodum cætera siderum signa oriũtur & occidunt. Præterea, si ita esset, consequens erat dies & noctes omnes esse æquales, & quàm spatiosus hodiernus dies esset, tam longus semper esset futurus. Nox quoque simili ratione semper æqualis permaneret, sed quoniam inæquales dies aspicimus, & Solem alio loco cras occasurum, alio occidisse hesternum videamus, ideò [b] qui diuersis locis occidit & exoritur, putant eum Philosophi nequaquam cum mũdo fixum volui, sed ipsum per se moueri. Qui postquã ardentem rotam Oceano tinxerit, per incognitas nobis vias ad locum, vnde exierat, regreditur, expletoque noctis circulo rursus de loco suo festinus erumpit: obliqua enim, & fracta linea per Austrum pergit ad Boream, & ita ad Orientem reuertitur. Hyemis autem tempore per plagam meridianam currit. Æstate verò Septentrioni vicinus est. Sed quando per Austrum currit, vicinior terræ est: quando verò iuxta Septentrionem, sublimis attollitur. [c] Cui ideò Deus diuersa cursus constituit loca & tẽpora, ne dum semper in ijsdem moraretur locis, quotidiano ea vapore cõsumeret. Sed, vt [d] Clemẽs ait, diuersos accipit cursus, quibus aëris temperies pro ratione temporum dispensetur, & ordo vicissitudinum permutationumque seruetur. Nam dum ad superiora conscenderit, ver temperat: vbi autẽ ad summum cælum venerit, æstiuos accendit calores. Descendens rursus, autumni tẽperiem reddit: vbi verò ad inferiorem redierit circulum, ex glaciali compage cæli, rigorem nobis hyberni frigoris derelinquit. Ex ipso enim sunt horæ: ex ipso dies cum ascenderit, ex ipso etiam nox cum occiderit: ex ipso menses & anni numerantur: ex ipso vicissitudines temporũ fiunt, & cum sit iste minister bonus genitus ad vicissitudines temporum moderandas, tamen vbi secundum voluntatem Dei correptio mortalibus datur, incandescit acrius, & vrit mũdum vehementioribus flãmis, & perturbatur aër, & plaga hominum, & corruptio terris injicitur, & lues animantibus, & pestilẽs per omnia mortalibus annus inducitur. Quòd autem Sol Oriens per Austrũ, id est, meridianum, iter habet, & decursa Australi parte inuisibilis vadit in locum suum rediens; ad instar quippe Ecclesiæ fabricatus est hic mũdus, in quo Dominus Iesus Christus Sol æternus partem suam percurrit, vnde & Meridianum vocant. Aquiloni vero, id est, aduersæ parti non oritur, sicut ijdem, cum in iudicio venerit, dicent: Iustitiæ lumen non illuxit nobis, & Sol non est ortus nobis. Tamentibus autem dominum oritur Sol iustitiæ, & sanitas in pinnis eius, sicut scriptum est. Malis verò meridie nox est, sicut legitur: Dum sustinent ipsi lumen, factæ sunt illis tenebræ: Dum sustinent fulgorem, in obscura nocte ambulauerunt.

[a] Dicunt antiqui Aratus & Hyginus. *Aratū interpres capit. penultimo. Et Hygin. lib. 4. capite de Sole. Omnes sunt hæc omnia verba:* Solem per seipsum moueri, *quæ ad illa,* nequaquam per seipsum fixum volui sed ipsum per se moueri. *Nisi quod ea, quæ illi sine conditionis pronũtiãt, ea Isidor[us] ipsis tribuẽs veluti addubitãs profert.*

[b] Qui postquam ardentem tinxerit Oceano totam. *Mirum, ni hæc Lucretij sunt.*

[c] Cui ideo Deus --- consumeret. *Verba sunt Ambrosij, lib. 2. cap. 3.*

[d] Sed vt Clemens ait, diuersos accipit cursus --- annus inducitur. *Verba sunt Clemẽtis, lib. 8. Recognitionum.*

De lumine Lunæ. Cap. XVIII.

AIt [a] sanctus Augustinus in Psalmi decimi expositione. Quæritur, inquit, vnde habet Luna lumen. Duæ tantum opiniones traduntur, sed quæ sit harũ verax, dubitatur quemquam scire posse. Alij namque dicunt proprium eam lumen habere, quibique eius vnam partem esse lucidam, aliam verò obscuram, & dum mouetur in circulo suo, eandem partem, qua lucet, paulatim ad terras conuerti, vt videri à nobis posit, & ideo prius quasi corniculato lumine fulget. Nam & si formes pilam ex parte media candidam, ex parte obscuram, rursus eam partem, quæ obscura est, si coram oculis habeas, nihil candoris aspicies: cum cœperis illam candidam partem paulatim ad oculos conuertere, primum veluti cornua candoris videbis: de hinc sensim crescet, donec tota pars candens opponatur oculis, & nihil obscurum alterius partis videatur; quam si denuo paullatim conueteris, incipit obscuritas apparere, & candor minui, donec iterum ad cornua redeat, ac sic totus candor ab oculis auertatur, & sola iterum obscura pars posit videri. Quod fieri dicunt, cum lumen Lunæ videtur crescere vsque ad quintamdecimam, & rursus vsque ad tricesimam minui, & redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat. At contra alij dicunt, Lunam non suo fulgere lumine, sed à Sole accipere lumen. Sol enim illi loco superior est. Hinc euenit, vt quando sub illo est, parte superiore luceat, inferiore verò quam habet ad terras, obscura sit. Cum vero ab illo discedere cœperit, illustretur ex ea parte quam habet ad terrã, incipiens à cornibus. Sicque paullatim, Sole longius discedente, pars omnis superior illuminatur, donec efficiatur quintadecimã Luna. Post dimidium autem mẽsem cũ cœperit ex alio semicirculo propinquare Soli, quantò magis superiore parte illustratur, tantò magis ab ea parte, quam terris auertit, non potest excipere radios Solis, & propterea videtur decrescere. Illud certè manifestum est, & cuilibet aduertenti facilè cognitum, quòd Luna non augeatur ad oculos nostros, nisi à Sole recedendo, neque minuatur, nisi ad Solem ex parte alia propinquando. Ab illo ergo accipit lumen, & cum sub illo est, semper exigua est: cum verò ab illo longius abcesserit, fit ampla, suoque ambitu plena. [b] Si enim suo lumine vteretur, necesse erat semper eam esse æqualem, nec die xxx. exilem fieri: & si suo lumine vteretur, huius nunquam eclipsis fieret. Cæterum, quantum ad intellectum pertinet mysticum, Luna huius mundi speciem tenet: quia sicut ista menstruis completionibus deficit, ita mũdus ad conflationem temporum currens quotidianis defectibus cadit. Luna quippe elementi sui varietate diuersis cursibus desinit, vt crescat: crescit, vt desinat. Sed ideò alternis vicibus commutationem sideris repræsentat, vt doceat homines ex ortu morituros, & ex morte victuros: atque ideò cum senescit, mortem corporum prodit: cum augetur, æternitatem indicat animarum. Nonnunquam verò eadem Luna etiam Ecclesia accipitur, pro eo quòd sicut ista à Sole, sic Ecclesia à Christo illuminatur. [c] Sicut enim Luna defecit & ortus. Frequenter enim defectibus suis creuit, & his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur, & confessorũ martyrio coronatur. Item sicut Luna larga est [d] roris, & dux humentium substantiarũ: ita Ecclesia baptismi, & prædicationum. Et quemadmodum, Luna crescente, crescũt omnes fructus, atque ea minuente, minuuntur: nõ aliter intelligimus & Ecclesiam, in cuius incremento proficimus cũ ipsa. Cum verò persecutionem patitur & minuitur, & nos cũ illa patimur & minuimur. [e] Item sicut septem formas habet Luna, sic tot gratias meritorũ habet Ecclesia. Primã enim figurã, bicornẽ habet: Secũdam, sectilem: Tertiam, dimidiã ex maiore: Quartam, figuram plenã habet: Quintam, iterum dimidiam ex maiore: Sextam, iterum sectilem: Septimam, bicornem. Eodem constat numero etiam distributio charismatum, quæ per Spiritũ sanctum toti Ecclesiæ conferuntur. Septima autẽ semis, & vicesima secunda semis, in suo orbe media est. Cæteræ proportionales sunt.

[a] Augustinus in ps. x. *Et lib. 3. de Genes. cap. 15.*

[b] Si enim suo lumine vteretur --- exilem fieri. *Verba sunt Hygini cap. de Luna.*

[c] Sicut enim Luna deficit --- coronatur. *Ambrosij sunt verba lib. 4. cap. 8.*

[d] Larga roris. *Amb. lib. 4. cap. 7.*

[e] Item sicut septem formas. *Ead. lib. 3. Etymolog. totidemque species assignat Lunæ Clemens lib. 6. Strom. ex Seleucho Mathematico. Ex quo & Isidori ipsius mente has nos species tum hic, tum etiam in Etymologijs reformauimus. Sectilem autem, non sextilem ex veterib. libris appellamus dimidiam, vel semissem.*

De Lunæ cursu. Cap. XIX.

LVnam [a] per alios ortus & occasus, Hyginus ait, necesse est moueri, non stare, ideq. facilius quã de Solis luce intelligitur. Quia cum à Sole accipiat lumen, & ita nobis lucere videatur, non est dubium eam moueri potius, quàm stare. [b] Terris autem vicina Luna breuiori orbe conuertitur, & iter, quod Sol in diebus cccLxv. peragit, ista per triginta dies percurrit. Vnde & antiqui menses in Lunæ, annos autẽ in Solis cursu posuerũt. [c] Itaq. Luna per tricenos dies duo denis vicibus cursum perficiẽs, consummat annum secundũ Hebræos, aliquibus diebus adiectis: secundum Romanos, bissexto semel in quadriennio vnius diei adiectione celebrato. Cuius etiam augmentis decrementisque mira quadam prouidentiæ arte, omne quod gignitur, alitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque crescit. Nam [d] & defectui eius compatiuntur elementa, & processu eius quæ fuerint exinanita cumulantur, vt animantium cerebrum maritimorum, siquidem echinus, ostreæque in augmento Lunæ pleniores reperiri feruntur.

[a] Lunam per alios ortus --- potius quàm stare. *Verba sunt Hygini omnia, licet non continenter apud eum legantur.*

[b] Terris autem vicina Luna --- percurrit. *Verba sunt interpretis Arati, numero dierum Lunæ tantùm mutato.*

[c] Itaque Luna per tricenos --- celebrato. *Verba sunt Ambrosij lib. 4. cap. 5.*

[d] Nam & defectui --- feruntur. *Ambrosij cap. 7.*

De eclipsi Solis. Cap. XX.

SOlem [a] sapientes dicunt altius currere: Lunam autem proximam esse terræ. Hęc ergo, dum deorsum ad idem signum vel lineam, qua Sol vehitur, cõuenerit, obijcit se Soli, & tenebras totius orbis efficit. Quod tantum intermenstruo contingit. Nam tũc Luna in eadem parte signi est, qua Sol vehitur, ideoque fit illi proxima, & oppositione sui obscurari ab oculis nostris lumen eius videtur: veluti si aliquis oculis manum expansam opponat, quantò magis id fecerit, eò minus illa videri poterit: quantò autem procul discesserit, eò magis illi omnia poterunt apparere. Simili itaque ratione cum ad Solis locum vel lineam Luna peruenerit, tunc proxima ei esse videtur, & radios eius ita coram oculis nostris obscurare, vt lumẽ non possint eijcere. Cum autem Luna ab eo loco discesserit, tunc Sol lũmen eijcit & ad oculos nostros transmittit. Quapropter ita Soli obijcitur Luna, sicut Lunæ opponitur terra: quæ vtraque lumina cum ad terras non perueniunt, defecisse dicuntur. Alij autem dicunt defectum Solis fieri, [b] si foramẽ aëris quo Sol radios fundit aliquo spiritu contrahatur, siue obturetur. Hoc Physici & sapientes mundi dicunt. Cæterùm doctores nostri mysticè huius eclipsis mysteriũ in Christo dixerunt esse completum; tunc cum interrupto æterni fœderis cursu insolito, turbata ordinem suum elementa perdiderunt, cum sacrilegæ factum coniurationis Sol iste verus horrescens, insertis in populo Iudaico errorum tenebris, paullulum semetipsum per mortem abscondit, ac de cruce depositus, sese in sepulcro abditus obscurauit, donec tertia die augustior soli-

A tò huic mundo, id est, gentibus claritatis suæ potentiã præsentaret: ac sicut Sol in virtute suа refulgens, tenebras operti seculi illuminaret.

[a] Solem sapientes dicunt --- transmittit. *Totus locus ex Hygini lib. 4 cap. de Luna.*

[b] Si foramen aëris, &c. *Quod Anaximandro placuit. Plutarch. 2. de placit. cap. 20. & 24.*

De Lunæ eclipsi. Cap. XXI.

LVna [a] non deficit, sed obumbratur, nec diminutionem sentit corporis, sed obiectu obumbrantis terræ casum patitur lumi-
B nis. Hanc enim Philosophi non habere lumen proprium, sed eandem à Sole illuminari defendunt: & quia ea dimensione distat à Sole, vt per mediam terram, si quid directum traijciatur, contingere possit Solem sub terram, Lunam autem supra terram: & quia vsque ad Lunarem circulum vmbra terræ extenditur, ideò euenit nonnunquã, vt Solis radij, obijciente se mole terræ vel vmbra, ad eam non perueniant. Patitur autem hoc quintadecima Luna, quousque cõ-
C strat ergo Lunam ex Solis radijs lumen accipere, & dum obiectu terræ Solem non aspexerit, tunc lumen amittere. [b] Nam dicunt Stoici omnem terram mõtibus claudi, quorum vmbra fertur Luna subitò non apparere. Vnde Lucanus.

Iam Phœbe totũ fratri cum redderet orbẽ
Terrarum subita percussa expalluit vmbra.

Figuraliter [c] autem per Lunæ defectum Ecclesiæ persecutiones intelliguntur, quando martyrum cædibus & effusione sanguinis, quasi tanquam illo defectu & obscuratione, squalentem faciem Luna ostendere videtur, vt à nomine Christiano terreantur infirmi.
D Sed sicut ista post defectum perspicua illustratione clarescit, adeò vt nihil detrimenti sensisse videatur: ita Ecclesia, postquam per martyrum confessionem suum pro Christo sanguinem fuderit, maiore fidei claritate refulget, atque insigniori lumine decorata semetipsam latius in toto orbe diffundit.

[a] *Pleraque ex eod. Hygin. cap. de Luna.*

[b] Nam dicũt Stoici. *ita m. s. e* historici *impress. Hygin.* Et si nonnulli dixerunt in Solis cursu euenire, vt cum peruenerit ad eum locum, vbi occidere dicatur: ibi montium magnitudine à nobis lumen auerti Solis, & ita noctem videri. Quod si ita fieret, nimirum eclipsim Solis verius, quàm noctem dicimus.

[c] Figuraliter autem. *Ex Aug. in ps. x.*

De cursu stellarum. Cap. XXII.

STellæ [a] quidem cum mundo vertuntur: non, stante mundo, stellæ vagæ feruntur, exceptis his, quæ planetæ vocantur, id est, errantes, quæ vagis mouentur ordinibus. Cæteræ, quæ aplanes appellantur, vno loco fixæ cum mundo voluuntur. Ideo autem planetæ, id est, errãtes dicuntur, quia per totum mundum vario motu discurrũt. Partibus autem diuersis inter se mouentur sidera. Nam quædam superius, quędam inferius currũt. Vnde & illa, quæ terris propinquiora sunt, quasi maiora nobis videntur, quàm ea, quę circum cælũ voluũtur. Longinquitate enim locorum visus languescit. Hinc accidit, vt interuallo longè inter se distantiũ circulorum, alia celerius, alia tardius ad cursus sui exordium reuertantur. Nam quædã sidera celerius exorta, serius occidere existimantur: quædã etiam tardius cæteris exorta, citius ad occasum peruenium t. Quædã verò pariter oriuntur, & non simul occidũt. Omnia autem suo tempore ad cursum proprium reuertuntur. Radijs autem Solis prępedita sidera, aut anomala fiunt, aut retrograda, aut stationaria. Iuxta quod & Poeta meminit, dicens:

Sol tempora diuidit æui,
Mutat nocte diem, radijsque potentibus astra,
Ire vetat, cursusq. vagos statione moratur.

[a] Stellæ quidem cum mundo vertuntur. *Id probat Hyginus ibid. Vid. lib. 3. Etymol. à cap. 60. vsq. ad 70.*

De positione septem stellarum errantium. Cap. XXIII.

INambitu quippe septem cælestium orbium, primum in inferioris sphæræ circu-

A lo Luna est constituta. Ideò proxima terris posita, vt nocte nobis facilius lumen exhibeat. Dehinc secundo circulo Mercurij stella collocata, Soli celeritate par: sed vi quadam, vt Philosophi dicunt, contraria. Tertio circulo Lucifer circunuectio est, [a] inde à gentilibus Venus ita dicta, quòd inter quinque stellas plus lucis habeat. Nam, vt prædiximus, quemadmodum Sol & Luna,
B [b] ita & hæc vmbram facit. [c] Quarto circulo Solis cursus est collocatus, qui proinde, quia omnibus est lucidior, medius est constitutus, vt tam superioribus, quàm inferioribus lucem præstet. Ratione autem diuina sic constitutus est, quia præclara omnia in medio esse debent. Porro [d] quinto circulo Pyrois sidus dicitur collocatum: quod illi Marti assignant. Sexto Phaëthontis stellã, quam Iouis appellant. Iam summo cælo, id est, in mundi vertice, stella Saturni est posita, quæ quidem dum summum cælum
C teneat, sublimiorque sit omnibus, natura tamen eius frigida fertur, approbante Virgilio.

Frigida Saturni sese quo stella receptet.

Hæc autem sidera errantia appellantur, [e] non quòd ipsa errent, sed quòd nos errantes faciant: quæ sidera Græcè planetæ dicũtur. [f] In Sole enim & Luna omnibus notitia est ortus & occasus, ideòque Sol & Luna directo cursu vehuntur. Ista verò retrogradantur, vel anomala efficiuntur, id est, quando particulas addunt & detrahunt: cæterum quando tantùm detrahunt retrograda dicuntur: stationem autem faciunt, quãdo stant. Anni autem singularum stellarum hi sunt, qui in sphæra subiecta continentur. Quibus peractis ad reuersionem circuli sui ijsdem signis & partibus veniunt. [g] Nam Luna octo annis fertur explere circulum
D suum. Mercurius annis xxiij. Lucifer annis ix. Sol annis xix. Pyrois annis xv. Phaëthõ annis xij. Saturnus annis xxx. Quorum orbium atque stellarum positionem subdita demonstrat figura.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[a] Inde à Gentilib. Venus dicta. *Non dicta est Venus, quod plus lucis habeat, sed Lucifer. Ita enim 3. Etymolog.* quod inter omnia sidera lucis plus ferat.

[b] Ita & hæc vmbram facit. *Plinius lib. 2. cap. 8. de Venere.* claritatis quidem tantæ, vt vnius huius stellę radijs vmbræ reddantur.

[c] Quarto circulo Sol. *Ciceronem sequitur, Nam Plato secundo circulo collocabat. Vid. Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. cap. 19.*

[d] Porrò quinto circulo Pyrois. *Mendosè libri omnes hoc quoque loco Vesper pro Pyrois habebant.*

[e] Non quòd ipsa errent. *Cic. 2. de nat. Deor.* Errantia appellantur, cum omnium minimè errent.

[f] In Sole enim, & Luna omnib. notitia est ortus & occasus. *Itaque Isidero non videntur errantes. Vt neq. Arato quinque tantum numeranti.*
Nam, quæ per bis sex signorum labier orbem
Quinque solent stellæ.

[g] Nam Luna octo annis. *Ita m. s. o. etiam lib. 3. Etymolog. præter Malacitanum in quo* XIX. annis *recentiore manu videtur hoc loco repositum. Hoc fortasse octennium illud, de quo Plutarch. extremo lib. 2. de Placitis.*

De lumine stellarum. Cap. XXIIII.

STellas [a] non habere proprium lumen, sed à Sole illuminari, dicunt, nec eas vnquam de cælo abscedere, sed veniente Sole celari. Omnia enim sidera obscurantur Sole Oriente, non cadunt. Nam dum Sol ortus sui signa præmiserit, omnes stellarum ignes sub eius luminis fulgore euanescunt: ita vt præter Solis ignem nullus sideris splendor videatur. Hinc etiam & Sol appellatus, eò quòd solus appareat obscuratis cunctis sideribus. Nec mirum hoc de Sole, cum etiá plena Luna, & tota nocte fulgente, pleraq; astra non luceant. Esse autem etiam per die in cælo stellas probat Solis deliquium, quòd quando Sol obiecto orbe Lunæ, fuerit obscuratus, clariora in cælo videantur astra. Stellæ autem, secundum mysticum sensum, sancti viri intelliguntur. De quibus dictum est: Qui numerat multitudinem stellarum. Sicut enim omnes stellæ à Sole illuminantur: ita sancti à Christo gloria cælestis regni glorificantur. Et sicut præ fulgore Solis, & vi maxima luminis eius sidera obtunduntur: ita & omnis splendor sanctorũ in comparatione gloriæ Christi quodammodo obscuratur.

scuratur. Et quemadmodum stellæ sibi differunt claritate: ita iustorum diuersitas meritorum discretione.

[a] Stellas omnes non habere lumen. *Macrobius lib. 1. in Somn. cap. 19. Lunam vnam alieno lumine, cæteras omnes stellas suo lucere, ait.*

De lapsu stellarum. Cap. XXV.

FAlsa [a] autem opinio & vulgaris est: nocte stellas cadere, cum sciamus ex æthere lapsos igniculos ire per cælum, portarique ventis, vagique lumen sideris imitari: stellas autem immobiles fixasque permanere in cælo. Nam illud quod ait Poëta.
Sæpe etiã stellas vento impendẽte videbis
Præcipites cælo labi, noctisque per vmbras
Flammarũ longos à tergo albescere tractus.
Et iterum:

——lapsa per altum
Aëre dispersa trahere candentia sulcos
Sidera, & summis etiam quæ fixa tenentur
Astra polis.
Sed hi Poëtæ voluntariè ad opinionem vulgi se contulerunt. Cæterũ Philosophi, quibus curæ est mundi quærere rationem, illa asserunt, quæ superius memorata sunt.

[a] Falsa autem opinio. *E Sera 1. Georg. ad v.*
Sæpe etiam stellas vento impendente videbis,
Præcipites cælo labi.

De nominibus astrorum. Cap. XXVI.

LEgitur in Iob, dicẽte Domino, Nunquid coniungere vales micantes stellas Pléiades, & gyrum Arcturi poteris disipare? Nunquid producis Luciferum in tempore suo, & vesperum super filios terræ consurgere facis? Et iterum alibi: Qui facit Arcturum, & Orionem, & Hyadas. Hæc nomina stellarum dum in scripturis legimus, vanis deliramentis assensum non præbeamus, qui falsis opinionibus vocabula ista in astris ex hominum nominibus, vel aliarum creaturarum vocabulis imposuerũt. Ita enim stellarum quarundam Gentilium sapientes nomina, sicut & dierum, indiderunt. Quod verò eisdem nominibus sacra vtitur scriptura, non eorum id circo vanas approbat fabulas, sed faciens ex rebus visibilibus inuisibilium rerum figuras, ea nomina pro cognitione ponuntur, quæ latè sunt cognita, vt quicquid incognitum significat, facilius per id quod est cognitum humanis sensibus innotescat. [a] Arcturus est ille, quem Latini Septentrionem dicunt, qui septem stellarum radijs fulgẽs, in seipso reuolutus rotatur, qui ideo Plaustrum vocatur: quia in modũ vehiculi voluitur, & modò tres ad summa eleuat, modò quattuor inclinat. Hic autem in cæli axe constitutus semper versatur, & nũquã mergitur. Sed dum in seipso voluitur, & nox finitur. Per hunc Arcturum, id est, Septentrionem, Ecclesiam septenaria virtute fulgentem intelligimus. Nam sicut in axe cęli Arcturus semper inclinatur, rursumque erigitur, ita & Ecclesia diuersis quidẽ aduersitatibus humiliatur, sed mox consurgens spe & virtutibus eleuatur: & sicut ex tribus stellis, & quattuor Septentrio efficitur: ita Ecclesia ex fide Trinitatis & operationibus quattuor virtutum principalium consummatur. Fide enim & operibus homo iustificatur. Bootes, stella est, quæ Plaustrum, id est, Septentrionem sequitur, qui etiam ab antiquis Arctophylax dicit̃, siue minor Arctos. Vnde & quidam eam Septentrionem dixerunt. [b] Hanc spectant præcipuè qui nauigare noscuntur. De qua Lucanus:
Velox vbi nocte Bootes:
Quæ cum orta fuerit, cito facit occasum.
[c] Pleiades sunt multæ iuges stellæ, quas etiã botrum appellamus à multitudine stellarũ. Nam & ipsæ septem esse dicuntur, sed amplius quàm sex nullus conspicere potest. Hæc ab Oriente surgunt; & appropinquãte diei claritate stellarum eius ordo distenditur. Pleiades autem ex pluralitate vocatæ sunt, quia pluralitatem Græci πλειάδητω appellant. Has Latini Vergilias appellauerunt, eò quòd vere oriantur, & eo magis cæteris prædicantur, quòd his exorientibus æstas significatur, occidentibus hyems ostenditur, quod alijs penitus non est traditum signis. His autem stellis ab [d] eo quòd septẽ sunt, & splendidè micant, sancti omnes septiformi spiritus virtute fulgentes significantur: ab eo autem quòd sibi vicinantur, sed non se contingunt, charitate proximos & tempore diuisos Dei prædicatores ostendunt. [e] Orion stella est *. [f] Hic autem Orion gladius dictus est. Vnde etiam eum Latini Iugulam vocant, sidus, vt videtur, armatum & stellarum luce terribile, quod ignorare magnæ difficultatis est, adeò vt

quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quamuis rudes oculos, tamen præ fulgoris A splẽdore in seipsum rapiat. Hi quippe Oriones in ipso põdere temporis hyemalis exoriuntur, suoque ortu imbres & tempestates excitant, & maria terrásq; perturbant. Oriones autem significant Martyres. Nam sicut isti nascuntur in cælo tempore hyemis: ita in Ecclesia Martyres procedunt tẽpore persecutionis. Procedentibus Orionibus, mare turbatur & terra: obortis verò Martyribus, terrenorum, & infidelium corda tempestate iactantur. Lucifer, g stella nitẽs, quæ omnium maxima & clarior esse videtur. Nam quemadmodum Sol & Luna, ita hæc vmbram facit. Ista igitur orientem Solem præ- B cedit, atq; mane nuntians tenebras noctis lumine sui fulgoris dispergit. Cuius figura est Christus, qui, velut Lucifer, per incarnationis mysterium producitur: per quem lux fidei, tanquam dies secutura, mõstratur. Lucifer autẽ bipertitus est: sic huius pars sancta est, sicut Dominus in Apocalypsi de se, & Ecclesia dicit: Ego sum genus & radix Dauid, stella splendida & matutina. Item: Qui vincit, dabo ei stellam matutinam. Pars autẽ alia Luciferi, Diabolus esse dignoscitur. De quo scriptum est: Quomodo cecidisti de cælo, Lucifer, qui mane oriebaris, & qui etiam in cælo super stellas Dei dicit se sedẽ C positurum, & cadens de cælo confringitur. Vesperus, est stella Occidentalis noctẽ ducens. Hic Solem occidentem sequitur, & tenebras succedentes præcedit. Hic autem Antichristi exprimit typum, qui tanquam vesper, consurgit, vt ait Iob, super filios terræ, vt cæcæ noctis successu carnalium corda offuscet. Quod ideo auctore Deo fit, quia pro infidelitate præcedenti, qua renuerunt Christo credere, Antichristũ susc ipere meruerunt. h Cometes, stella est, quæ velut comas luminis ex se fundit. Hęc, cũ nascitur, aut regni mutationem fertur ostẽdere, aut bella, aut pestilentias surgere. De qua Pru- D dẽtius ait: Tristis cometa intercedit. Et Lucanus: Et terris minitantem regna cometem. Et Virgilius: Nec diri toties arsere cometæ. Genethliaci autem omnes stellas erraticas quibusdam tẽporibus cometas fieri dicunt, & prout cuique sunt motus ita secũda vel aduersa portendere. Sirius, stella est, quam vulgò Canem appellant. Sirius quippe appellata, propter flammæ candorem, quòd eiusmodi sit, vt præ cæteris lucere videatur.

Hæc oriens mundum ardoris nimio cãlore incendit, & æstu suo fructus exurit. Interdũ & morbo afficit corpora, corrũpens aërem flagrantia ignis. Ab hac enim stella dies caniculares nominantur, quoniam hi plus flagrant ardoribus, quàm totius æstatis tempus.

a Arcturus est ille quem Latini Septentrionem. *Hæc eadem in 3. Etymologiar. de arcto aliquanto aptius dicitur. Sed hoc loco Arcton & Booten, siue Arctophylacem, & Arcturum, quæ propinqua sunt, cõfudit, vt ipse paullo post fatetur.*

b Hanc spectant præcipuè, qui nauigare noscuntur. *Vtrauis vrsa vtuntur nullo periculo nauta, quod vtrique polo proxima exiguum circulum describat. Ita Ouidius:*
Esse duas Arctos, quarum Cynosura vocatur
Sidonijs, Elicen Graia carina notat.

c Pleiades. *ead. 3. Etymolog.*

d Ab eo quod septem sunt. *Clem. Strom. 6. septem effe seriò affirmat, & Basil. in cap. 3. Isai. septem, ait, affirmare, quamuis paruas, & glomeratas, & Ouid. Fast. 4.*
Quæ septem dici, sex tamen esse solent.
Cic. ex Arato.
Hæ septem vulgo perhibentur more vetusto
Stellæ, cernuntur vero sex vndiq. paruæ.
At non interijsse putari conuenit vnam,
Sed frustrà temerè à vulgo ratione sine vlla
Septem dicier, vt veteres statuere poëtæ,
Æterno cunctas æuo qui nomine dignant,
Alcyone, Meropẽq. Celeno, Taygeteq.
Electre, steropeq. simul sanctissima Maia.

e Orion stella est *. *Asteriscum notauimus locum, qui facile explere possis, vel ex tertio Etymol. vel ex Arati interprete à quo Isidorus hæc mutuatus est. Sic enim ille.* Orionis qui & incola dicitur, ante tauri vestigia fulget, & dicitur Orion ab vrina, id est ab inundantia aquarum. Tempore enim hyemis habet ortum cũ more, & terras tempestatib. turbat. Hunc Romani Iugulam vocant, eo quod sit armatus, vt gladius stellarum luce terribilis, & c.

f Hic Orion gladius. *Ita impress. peius multo mancipio.*

o. Hic autem Orion à gladio dictus est.

g Lucifer stella nitens. *Plura hic leguntur in quibusdam libris, è tertio Etymologiar. hùc accita, neq. enim in vetustioribus reperiuntur.*

h Cometes. *Totidem fere. 3. Etymol.*

i Sirius quippe appellatur propter flammæ candorem. *Rectissimè, vt ne suspicio quidem vlla resideat de emendatione loci libri 3. Etymolog. Arati interpres.* Sirium autem stellam vocatam putant propter flammæ candorem.

Vtrum sidera animam habeant. Cap. XXVII.

SOlet autem quæri, vt ait sanctus a Augustinus, vtrũ Sol & Luna & aliæ stellæ corpora sola sint, an habeant rectores quosdam spiritus suos. Et si habent, vtrum ab eis etiam vitaliter inspirentur, sicut animantur canes per animas animalium, an sola sine vlla permixtione presentia. Et dũ motº alicuius corporis sine anima esse non possit: stellæ quæ cum tanto ordine ac tanta ratione mouentur, vt in nullo prorsus aliquando cursus earum impediatur: vtrum animantes sint, & rationabiles videantur, non facile comprehendi potest. Salomon autem cum diceret de Sole: gyrans gyrando vadit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Ostẽdit ipsum Solem spiritum esse, & quòd animal sit & spiret & vigeat, & annuos orbes suos cursu expleat, sicut & Poëta ait: Interea magnũ Sol circumuoluitur annum. Et alibi, Lucentẽq. B globum Lunę, Titaniáq; astra Spiritus intus alit. Quapropter si corpora stellarũ animas habent, b quærendum quid futuræ sint in resurrectione.

a Vt ait S. Augustinus. *Extremo libro secundo de Genes. ad litteram.*

b Quærendum quid futuræ sint in resurr. *Leguntur hæc in m. s. o. quæ videntur sumpta è lib. x. de ciuit. c. 29.*

A tentrionali parte, *ne obijci terra videretur à Septentrionali parte.*

De Tonitruo. Cap. XXIX.

TOnitrua a autem ex fragore nubiũ generantur. Concepti enim intra sinũ nubium ventorum spiritus versantur ibidem. Cumque vehementer sese erupturi eliserint, & virtutis suę mobilitate in quamlibet partem eruperint, magno concrepant murmure, & in morem exilientium de stabulis quadrigarum sonus fragoris eius ad aures nostras emittitur. Alias autem tonitruum, diuinæ vocis superna est increpatio, siue clara prædicatio Sanctorum, quę clamore forti per totum orbem terrarum in auribus fidelium perstrepit, per quod polsit culpam suã admonitus agnoscere mundus.

a Tonitrua. *Amb lib. 2. c. 4.* Neque enim firmamentum hoc potest sine aliquo rumpi fragore, aut penetrari. Vnde & de tonitrib. quę concepto intra sinum nubium spiritu, cum se vehemẽter erupturus eliserit magno concrepãt sonitu, ait scriptura: firmans tonitrua. *Suspicor autem verba hæc Isidori v. & in morem exilientium de stabulis quadrigarum sonus fragoris eius ad aures nostras emittitur: desiderari apud Ambrosiũ, reclituẽd. aq. ex hoc loco: ante illa verba* ait scriptura, *vt parẽthesi includantur, totusq. locus ita legatur.* Neque enim firmamentum hoc potest sine aliquo rumpi fragore, aut penetrari. Ideo & firmamentum dicitur, quod non sit inualidum neq. remissum. Vnde & de tonitribus (quæ cõcepto intra sinum nubium spiritu, cum se vehementer erupturus eliserit, magno cõcrepant sonitu, & in morẽ exilientium de stabulis quadrigarum sonus fragoris eius ad aures nostras emittitur) ait scriptura:

De Nocte. Cap. XXVIII.

AMbrosiũ a in libro Hexaemerõ legi dicentem: Quæritur qualiter spatiũ aëris C occupet vmbra terræ efficiens nobis noctẽ, cum Sol recedit à nobis, diémque obducit, cum inferiora axis septẽtrionalis illuminat. Omne enim corpus vmbram facit: & naturaliter vmbra corpori adhæret, adeo vt etiã pictores vmbras corporum, quæ pinxerint, nitantur exprimere. Idque artis asserunt, non intermittere vim naturæ. Ergo sicut in die cum à parte Solis aliquod corpus hominis vel arboris occurrit, ex ea parte, qua lumen repercutitur, vmbra subsistit: sic cum recedẽte die b Sol ad eum locum peruenerit, ibi occidere dicitur, ibi montium magnitudine à nobis separatur, sicque c terræ D obiectu, à Septentrionali parte obumbratur aër, adeo, vt nobis noctem efficiat hæc ipsa vmbra terrarum.

a Ambrosium in libro Hexaemeron. *quarto. c. 5.*

b Ad eum locum peruenerit, vbi occidere dicitur, ibi montium magnitudine à nobis separatur. *Non sunt hæc Ambrosij, sed Hygini verba superiùs c. 21. à nobis relata.*

c Sicq. terræ obiectu, à Septẽtrionali parte obũbratur aër. *Voces* à Septentrionali parte, *addidit Isidorus, quæ aptius collocarentur sic:* Obumbratur aër à Sep-

De Fulminibus. Cap. XXX.

AIunt a naturalium scrutatores caussarũ, quod ex collisione atque attritu nubiũ fulgura generentur ad instar filicum duriorum: quos cum compulseris inuicem sibi, medius ex his ignis elabitur, vel quemadmodum, si lignum ligno teras, ignem emittit. Vnde & Papinius: Fulguráque attritis quotiens micuere procellis. Hac itaq. ratione, cum nubila inuicem in se fuerint collisa, illico fulmina mittuntur. De hinc sequuntur tonitrua: quæ licet sonitu tardiora sunt, præcedenti concussi luminis claritate, pariter tamen cum fulgure emittuntur. Sed eorum sonitus tardius penetrat aures, quàm oculos splendor fulguris, ad instar securis arborem procul cædentis: cuius quidẽ

ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

ante cernisictum,quàm ad aures perueniat A sonitus. Ergo nubium attritu fulmina nascuntur. Nunquam enim sereno cęlo fulgura micuerunt. [b] Vnde & Virgilius:

Non aliàs cælo ceciderunt plura sereno
Fulgura. Fit enim fulmen nube,imbre,& vento. Nam cum ventus in nubibus vehemẽter agitatus est,sic incalescit, vt incẽdatur.De hinc,vt prædictum est,fulgura & tonitrua simul exprimũtur. Sed illud celerius videtur,quia clarum est.Hoc autem tardius ad aures peruenit.[c] Post fulminis autem iactum,ventorum erumpere violentiam,sicq. furorem tempestatis, quem in nubibus concluſi agebant, exeuntes ad terras emittunt.[d] Lucretius autem dicit: fulmina exminutis seminibus constare, ideo penetrabilia esse: vbicunq. autẽ fulmen ceciderit, sulphuris odorem emittit. Virgilius: Et latè circum loca sulphure fumant, & Lucanus: Æthereoq; nocens fumabit sulphure ferrũ. In fulminibus,Sanctorum accipiũtur miracula, claritate signorum ac virtutum micantia, atque ad intima cordis peruenientia. Sublimia loca amplius sentire dicuntur ventorum vel fulminis iniuriam,quàm humilior terra.Vnde & Horatius.

Feriuntque summos [e] Fulgura montes.

Nimis autẽ excelsiora loca à tẽpestatibus esse secura,vt Olympus,qui celsitudine sua nec impetus vẽtorum, nec fulminum ictus sentit,quia nubes excedit.

[a] Aiunt naturalium scrutatores ---- perueniat sonitus. *Concinnauit hæc ex Lucretij versibus hisce.lib.6.*

Fulgit item nubes,ignis cum semina multa
Excussere suo concursu, ceu lapidem si
Percutiat lapis, aut ferrum: nam tunc quoq. lumẽ
Exilit,& claras scintillas dissupat ignis.
Sed tonitrum fit vti post aurib. accipiamus
Fulgere: quàm cernãt oculi quia semper ad aures,
Tardius aduenium,quàm visum,quę moueant res.
Id licet hinc etiam cognoscere,cædere siquem
Ancipiti videas ferro procul arboris auctum.
Ante fit, vt cernas ictum, quàm plaga per aures.
Det sonitum: sic fulgorem quoq. cernimus ante,
Quàm tonitrũ accipimus, pariter qui mittit igni.
E simili caussa & concursu natus eodem.

[b] Vnde & Virgilius. Non alias cælo ceciderunt p.sereno Fulgura. *Ad quæ verba Seruius:* Omen est (inquit) & in eo quod sereno cælo fulgura missa sunt, & in eo quod plura missa sunt.

[c] Post fulminis autem iact. *Ex eodem Lucretij loco.*

[d] Lucretius autem dicit. *Lib. 2. his verbis.*

Per facile est iam animi ratione exoluere nobis:
Quare fulmineus multo penetralior ignis,
Quàm noster fluat è terris terrestrib. ortus.

Dicere enim possis,cælestem fulminis ignem,
Subtilem magis è paruis constare figuris.
Atq. ideo transire foramina, quæ nequit ignis
Noster hic,è lignis ortus tedaq. creatus.

[e] Fulgura mõtes. *Ita omnes libri,vt & Horatiani quidã.*

De Arcu. Cap. XXXI.

CLemens [a] Romanus Antistes & Martyr ita scribit: Arcus enim in aëre ex imagine Solis hoc modo formatur. Dũ enim Sol in nubibus rarescentibus ex aduerso refulserit,radiosq. suos directa linea humor in nubilo transfundens impresserit, fit repercussio splendoris eius in nubibus, è quibus fulgor emicans arcus speciem formar. Sicut enim impressa cera anuli imaginem exprimit:sic nubes è contra ex rotunditate Solis figuram sumentes,orbem efficiunt,& arcus effigiem fingunt. Apparet autem hic non semper,sed cum rarescunt nubila cæli.Nam rursus cum in se coeunt nubes atq. densantur,cõfestim arcus forma resoluitur. In nubium enim densitate arcus aërem in perfecto gyro complectitur.Denique sine Sole & nubibus nunquam apparet arcus, quia ex typo radij Solis species ei⁹ formatur. [b] Quadricolor enim est,& ex omnibus elementis in se rapit species. De cælo enim trahit igneũ colorem: de aquis purpureũ, de aëre album,de terris colligit nigrum. Hic autẽ arcus, pro eo quod à Sole resplendet in nubibus, Christi gloriam indicat in Prophetis ac Doctoribus refulgentem. Alij ex duobus coloribus eius,id est, aquoso, & igneo, duo iudicia significari dixerunt. Vnum,per quod dudum impij perierunt in diluuio:alterum, per quod postmodum peccatores cremandi sunt in inferno.

[a] Clemens Roman.---species eius formatur. *Sunt hæc lib.8.Recognitionum, sed apparet Isidorum alia interpretatione vsum, ac dubitari posse, an ea quæ circumferuntur Rassini sit.*

[b] Quadricolor enim est. *Tricolorem vult esse Aristoteles. Isidorum secutus est Beda.*

De Nubibus. Cap.XXXII.

NOtandum est ex libro Iob: quod cogitur aër iste visibilis vt conglobetur: conglobatus autem in nubes vertitur. Sic ipse dicit: Subito aër cogitur in nubibus, & ventus transiens fugabit eas. Et Virgilius: Consurgunt vẽti, atq. in nubẽ cogitur aër.

Nubes autem sancti prędicatores intelligũtur, qui verbi diuini pluuiam credentibus fundunt. Aër autẽ iste inanis,& tenuis,vacuas hominum mentes vagásq. significat, qui tamen densatus in nubes vertitur, quia collectæ ab inanitate fidelium mentes fide solidantur. Et sicut ex aëre inani fiũt nubes pluuiales: sic ad fidem de mundi vanitate colliguntur sancti prædicatores. Nubes autem dictæ,quod æthera obtegant, vnde & nuptæ dicuntur, quod vultus suos velent. Vnde & Neptunus quod nube & mari terram tegat.

Vid.lib.xiij.Etymolog.c.7.

De Pluuijs. Cap.XXXIII.

LEgitur in Amos Propheta: Qui vocat aquas maris,& effundit eas super faciem terræ. Aquæ enim amarissimæ maris vapore subtili calore aëreo suspendũtur, [a] instar medicinalis cucurbitæ,quæ calore superioris circuli humorem & sanguinem sursum trahit.Hoiusmodi itaq. ratione aquæ maris per tenuissimos vapores in aëre suspensæ paulatim concrescunt,ibique igne Solis decoctæ in dulcem pluuiarum saporẽ vertuntur. De hinc grauescente nube modò vi expressæ vẽtorum, modò Solis calore dissolutæ,in terræ faciem asperguntur. A nubibus ergo rapiuntur aquæ maris,& iterum ab ipsis redduntur in terras. Sed sicut diximus,vt dulces possint esse in pluuijs coquuntur igne Solis. Alij autem dicunt, non tantummodo aquis maris nubes concrescere, sed etiam exhalantis terræ vaporibus, nebulas adolescere,quibus densatis, coactisque nubes altius surgere. Atque ijsdem labentibus pluuias effundere. Nubes autem, vt prædiximus, Apostoli significantur atque Doctores. Pluuiæ ergo nubiũ, eloquia sunt Apostolorũ, quæ quasi guttatim, id est,sententialiter veniunt, sed abundãtius doctrinæ fœcunditatem infundunt.

[a] Instar medicinalis cucurbitæ. *Ex Ambros lib. 2.c.3.*

De Niue. Cap.XXXIIII.

AIt [a] Ambrosius,quòd plerumque glacialibus ventorum flatibus rigentes aquæ solidantur in niuem,& rupto aëre nix funditur.

[a] Ait Ambros.---nix funditur. *lib.2.c.4.*

De Grandine. Cap.XXXV

SImili quoque ratione grandinum coagulatio fit. Aquæ enim nubium rigore vẽtorum stringuntur in glaciem atq. durescunt. De hinc glacies ipsa partim frągore ventorum comminuta in fragmina: partim Solis vapore resoluta,frustatim ad terras elabitur. Quod autem rotunda videtur,hoc Solis calor efficit & mora refrenantis aëris,dum per longum spatium à nubibus vsque ad terras decurrit. Figuraliter namque grando, perfidiæ duritia est,torpore malitię frigida,Nix autem,homines increduli sunt,frigidissimi atque pigri,& in infima torpore mentis depressi.Item alio intellectu,niues sunt homines dilectione frigentes, qui etsi existant candidi puritate baptismatis, non feruent spiritu charitatis.

De Ventis. Cap.XXXVI.

VEntus, est aër cõmotus & agitatus [a] approbãte Lucretio. Ventus enim fit vbi est agitãdo percitus aër. Quod etiam in loco tranquillissimo, & ab omnibus ventis quieto breui flabello approbari potest, quo etiam muscas abigentes aërem commouemus,flatumq; sentimus. Quod cum euenerit occultiori quodam motu cælestium vel terrenorum corporum per magnum spatiũ mundi ventus vocatur ex diuersis partibus cæli nomina etiam diuersa sortitus. Quidã autem aiunt:eo quod ex aquis aër, ex aëre venti nascuntur.[b] Clemens autem dicit:eo quòd montes excelsi certis quibusdam habentur in locis,& ex his velut compressus, & coangustatus aër ordinatione Dei cogatur & exprimatur in ventos: quorum inspiramine & fructus germen concipiat, æstiuusq. ardor temperiẽ sumat cum Pleiades ignitæ Solis ardoribus incanduerint. Venti autem,interdum Angelorum intelliguntur spiritus,qui à secretis Dei ad salutem humani generis per vniuersum mundũ mittuntur. Item nonnunquam venti,incentores spiritus ponisolent, pro eo quod malæ suggestionis flatu ad terrena desideria iniquorum corda succendunt, secundũ quod scriptum est:tollet eum ventus vrens.

[a] Approbante Lucretio: Ventus n. f. v. e. a. p. a. *Versus ex lib. 6. quæ sententia fuit quoq. Anaximandri & Stoicor. quos reprehendit Aristoteles.*

[b] Clemens autem eo quod montes---incanduerint. *Verba sunt Clementis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De nominibus ventorum. *Cap. XXXVII.*

PRimus [a]ventorũ cardinalis, Septẽtrio, frigidus & niualis, flat rect⁹ ab axe, & facit arida frigora, & siccas nubes. Hic & Aparctias, Circius, qui & Thrascias, hic à dextris Septẽtrionis intonãs facit niues, & grãdinũ coagulationes. Aquilo vẽtus, qui & Boreas vocatur, ex alto flãs, gelidus atq. siccus & sine pluuia: qui non discutit nubes, sed stringit: vnde & nõ immerito Diaboli formã induit, qui iniquitatis frigore gentilium corda constringit. Secundus ventorum cardinalis, Subsolanus, qui & Apeliotes. Hic ab ortu Solis intonat, & est temperatus. Vulturnus ipse, qui & Cęcias vocatur, dexterior Subsolani. Hic dissoluit cuncta, atque desiccat. Eurus, ex sinistro latere veniens Subsolani Orientẽ nubibus irrigat. Tertius ventorũ, Auster, plagę meridianę cardinalis, qui & Notus, ex humili flans, humidus calidus atque fulmineus, generans largas nubes & pluuias lætissimas, soluens etiam flores. Euroauster, calidus ventus, à dextris intonat Austri. [b]Libonotus vel Austroafricus ventus est temperatus, calidus à sinistris Austri spirãs. Quartus est cardinalis Zephyrus, qui & Fauonius ab occidẽte interiori flans. Ille hyemis rigorẽ gratissima vice relaxat, flores producit. Africus, qui dicitur Lips ex Zephyri dextro latere intonãs: hic generat tẽpestates & pluuias, & facit nubium collisiones, & sonitus tonitruorum & crebrescentium fulgorum visus, & fulminum impulsus. Corus, qui & Argestes, ex sinistra parte Fauonij spirans, eo flante, in Oriente nubila sunt, in India serena.



Quosdam autem Tranquillus proprios locorũ flatus proprijs appellat vocabulis, quo ex numero sunt: in Syria Syrus, Carbasus in Cilicia, [c]in Propontide Thracidas, in Attica Sciron, in Gallecia Circius, in Hispania Sucronensis. Sunt præterea quidam innumerabiles ex fluminibus, aut stagnis, aut fontibus nominati. Duo sunt tamen extra hos vbique spiritus magis, quàm venti, [d]aura, & altanus.

[a] Primus ventor. cardinal. *Quattuor, quos hic cardinales vocat lib. 13. Etymolog. principales appellat. Nam collaterales illic duos tantum nominat Septentrionem & Austrũ, neq. à Septentrione illic, sed ab Oriente incipit. Vid. Plin. lib. 2. cap. 27.*

[b] Libonotus. *Mendose libri o. etiam Bedæ,* Euronotus. *idem enim Euronotus, qui & Euroauster.*

[c] In Propontide iracidas. *Ita m. s. o. siracidas impress. nisi forte Thrascias qui supra idem cum Circio.*

[d] Aura & altanus. *Vid. Seru. & Plin. lib. 2. c. 14. Versus, qui de his ventis in excusis libris corruptissimi feruntur, à manus. absunt, in Ouetensi Gott. separati ab hoc opere leguntur prope integri, quos, quia non prorsus inelegantes, & antiquiores Isidoro viris sunt, proponẽdos putauimus: sunt autem hi:*

Versus de ventis.

Quattuor à quadro consurgunt limite venti.
Hos circumgemini dextra lævaq. iugantur:
Atq. ita bisseno circundant flamine mundum.
Primus Aparctias, alto qui spirat ab axe:
Huic nomen nostra è lingua Septentrio fixit.
Circius huic dexter gelido circumtonat antro:
Thrasciam Graij propria dixere loquela.
Huic lævus Boreus glaciali turbine mugit:
Frigidus hic Aquilo nostris vocitatur in oris.
At Subsolanus flat rectus Solis ab ortu:
Græcus Apeliotem apto quem nomine signat.
Huic at Vulturnus dextra de parte leuatur:
Attica Cæciam Graijs quem littora signant.
Nubifero flatu leuigatas irrigat auras
Dorica quem simili designat nomine lingua.
At Notus è medio Solis dat flamina curlu:
Austrum ritè vocant, quia nubila flatib. haurit.
Euronotus cui dexter adest, quem nomine mixto,
Euroaustrum Latia dixerunt voce Latini.
Libonotus lævam calidis adtaminat auris:
Æstib. immensis ardens Austroafricus hic est.
Solis ab occasu Zephyri tuba florea seruat,
Ex Itala nomen cui fixum est voce Fauoni.
Huic dextram tangit dictus lips Attide lingua:
Africus hic propria veniens regione vocatur.
At ta Core fremis Zephyri de parte sinistra:
Argesten Graio vocitarunt ore Camœnæ.

De signis tempestatis, vel serenitatis. *Cap. XXXVIII.*

TEmpestas, turbo est diuini iudicij, sicut Propheta ait: Deus, in tempestate & turbine viæ eius. Serenitas autem, gaudiũ est lucis æternæ. Signa autem tempestatum nauigantibus [a]Trãquillus in pratis sic dicit: mutatio tempestatis expectanda est in asperius, cum in nocturna nauigatione scintillat ad remos, & ad gubernacula aqua. In Austrum venti mutatio est, cum lulligines hirundinesue volant, aut cum delphini tos se saltibus ostendunt, & caudis aquam feriunt. Nam semper inde ventus oritur, quò illi feruntur. Nec mirum est muta animalia diuinare sub gurgite. Semper enim incipientis auræ motu aquæ inclinantur, quam permutationem maris primi vnda-

rum incolæ sentiunt. Itaque propter impetum pugnant: siue metu, ne deferantur in littora: siue natura, ne auersorum ceruices vnda præcipitet. Quid ergo? Delphini tantum hanc iniuriam timent: Imo & cæteri pisces. Sed hi tantum apparent, quia exiliũt. Item Varro dicit: signum esse tempestatis; dum [b]de parte Aquilonis fulgurat, & dum de parte Euri intonat. [c]Nigidius quoq. ait: Luna si summo corniculo maculas nigras habuerit in primis partibus mensis, imbres fore, si in medio, tunc cum plena sint in ea cornicula, serenitatem. Certè si rubet, quasi aurum, ventos ostendit. Fit enim ventus ex aëris densitate, densitate obducta Sol & Luna rubescunt. Item si [d]cornua eius tecta fuerint nebula, tempestas futura est. Aratus autem dicit, si [e]Aquilonium cornu Lunæ sit correctius, Aquilonem imminere. Item si cornu Australe sit erectius, Notum imminere. Quarta autem Luna futurarum index certissima habetur aurarum. Vnde & Virgilius dicit:

Sin ortu in quarto, nãq. is certissim⁹ auctor,
Pura neq. obtusis per cælum cornib. ibit:
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illis,
Exactum ad mensem pluuia vẽtisq. carebũt.

Item idem Virgilius dicit: [f]Si Sol in ortu suo maculosus sit, atq. sub nube latens, aut si dimidia parte apparuerit, imbres futuros. Item Varro ait: si exoriens concauus videbitur, ita vt in medio fulgeat, & radios faciat partim ad Austrum, partim ad Aquilonem, tempestatem humidam & ventosam. Item idem, si Sol, inquit, [g]rubeat in occasu, [h]sincerus fere dies erit: si palleat, tempestates significat. Nigidius quoque, si pallidus, inquit, Sol in nigras nubes occidat, Aquilonem ventum significat. Item Dominus in Euangelio. Si facto, inquit, vespere rubicundum fuerit cælum, mane serenum erit. Si mane rutilat triste cælum, tẽpestas futura erit, & cũ Auster ventus flauerit, æstus erit.

[a] Tranquillus in pratis sic dicit *al.* Tranquillis in portis, *al.* Tranquillis in pratis, *al.* Tranquillus in partes. *Legerẽ* Tranquillo in portu sic disces: *nisi Tranquilli in cap. de ventis meminisset, & quosdam Græcorum libros suos Περιπλοὺς, hoc est, prata inscripsisse, diceret in præfatione Plinius.*

[b] Dum de parte Aquilonis fulg. *Virgil.*
At Boreæ de parte trucis cum fulminat, & cum
Eurig. Zephyrig. tonat domus, omnia plenis.
Rura natant fossis.

[c] Nigidius quoq.---carebunt. *Verba sunt interpretis Arati, è quo sunt multa restituta, nam vndosissima in omnib.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

libris erãt. *Sed eadẽ longe elegantius Maro.* Luna reuertẽtes cũ primũ colligit ignes; Si nigrũ obscuro, &c.

d Si cornua eius tecta fuerint nebula. *Ita m.ſ.o.* tetra fuerint *apud Arati interpretem.*

e Si Aquilonũ cornu Lunæ ſit correctius, Aquilonẽ imminere. Item ſi cornu Auſtrale ſit erectus. *Ita conſtanter omnes libri & apud Arati interpr. Cur autem Luna, vel erecta, vel prona videri ſoleat. Vid. Bed. c. 24. lib. de natur. rer. edit. 2.*

f Si Sol in ortu ſuo maculoſus--- tempeſtatem ſignificat. *Verba ſunt eiuſd. interpretis.*

g Rubeat in occaſu. *Voces* in occaſu *deerant in omnib. noſtris libris.*

h Sincerus ferè. *Vox* ferè *non eſt in Arati interprete, legitur vero in omnib. noſtris lib.*

De Peſtilentia. Cap. XXXIX.

PEſtilentia eſt morbus latè vagans, & contagio ſuo, quæq. tetigerit, polluens. Hæc enim ægritudo non habet ſpatium temporis, quo aut vita ſperetur aut mors; ſed repentinus langor ſimul cum morte venit. Quæ ſit verò cauſſa huius peſtilentiæ, [a] quidam dixerunt: quando pro peccatis hominum plaga & correptio terris inijcitur, tunc aliquâ ex cauſſa, id eſt, aut ſiccitatis, aut caloris vi, aut pluuiarum intemperantia aër corrumpitur. Sicque, naturalis ordinis perturbata temperie, inficiuntur elementa, & fit corruptio aëris, & aura peſtilens, & oritur pernicies & corruptelæ vitium in homines, & cætera animantia. Vnde & Virgilius: Corrupto cæli tractu miſerandáque venit Arboribuſq. ſatiſq. lues. [b] Item alij aiũt: peſtifera ſemina rerum multa ferri in aërem, atque ſuſpendi, & in externas cæli partes aut ventis, aut nubibus tranſportari. Deinde quaquâ feruntur, aut cadunt per loca, & germina cuncta ad animalium necem corrumpunt; aut ſuſpenſa manent in aëre, & cum ſpirantes auras, illa quoque in corpus pariter abſorbemus: atque inde langueſcens morbo corpus, aut vlceribus tetris, aut percuſsione ſubita exanimatur. Sicut enim cæli nouitate, vel aquarum corpora aduenientium tentari conſueuerunt, adeo vt morbum concipiant: ita etiam aër corruptus ex alijs cæli partibus veniens, ſubita clade corpus corrumpit, atque repente vitam extinguit.

a Quidam dixerunt. *Clementem ſignificat lib. 8. Recogn. cuius hæc ſunt verba.* Quando pro peccatis——— & cætera animantia.

b Item alij aiunt: peſtifera ſemina rer. *Operaprecium, quib. ex verbis Lucretij, quæ reſtant huius capitis, conſtarit, inſpicere. Is igitur ita lib. 6.*

——— Primùm multarum ſemina rerum
Eſſe, ſupra docui, quæ ſint vitalia nobis.
Et contra quæ ſint morbo mortiq. neceſſe eſt.
Multa volare ea quom caſu ſunt forte coorta,
Et perturbarunt cælum: ſit morbidus aër.
Atq. ea vis omnis morborum peſtilitaſq.
Aut extrinſecus, vt nubes, nebulæq. ſupernè
Per cælum veniunt, aut ipſa ſæpè coorta
De terra ſurgunt: vbi putrorem humida nacta eſt.
Intempeſtiuis pluuijſq. & ſolib. icta.
Nonne vides etiam cæli nouitate & aquarum,
Tentari procul à patria quicunq. domoq.
Adueniunt, ideo quia longe diſcrepat aër.
——— Et paullò poſt.
Proinde vbi ſe cælum, quod nobis forte alienũ eſt,
Commouet, atq. aër inimicus ſerpere cœpit:
Vt nebula, ac nubes paullatim repit, & omne,
Quà graditur conturbat, & immutare coactat.
Fit quoq. vt in noſtrum, quom venit deniq. cælum,
Corrumpat, reddatq. ſui ſimile, atq. alienum.
Hæc igitur ſubito clades noua, peſtilitaſq.
Aut in aquas cadit, aut fruges perſidit in ipſas,
Aut alios hominum paſtus, pecudumq. cibatus,
Aut etiam ſuſpenſa manet vis aëre in ipſo,
Et quom ſpirantes miſtas hinc ducimus auras,
Illa quoq. in corpus pariter ſorbere neceſſe eſt.

De Oceano. Cap. XL.

CVr Oceanus in ſe reciprocis æſtibus reuertatur: [a] Quidam aiunt, in profundis Oceani eſſe quoſdam, meatus ventorũ ſpiritus, veluti mundi nares, per quas emiſsi anhelitus, vel retracti alterno acceſſu receſſuq., nunc euaporante ſpiritu [b] efflent maria, nunc retrahente reducant. [c] Quidam autẽ volunt, cum augmento Lunari creſcere Oceanum, & tanquam eius quibuſdam ſpirationibus retrorſum trahatur, & iterũ eiuſdem impetu ac retractu, in menſuram propriã refundatur. [d] Alij quoq. Oceani vndis ali ſidera dicunt, Solémq. de Oceano aquam haurire ignibus ſuis, & circum omnia ſidera fundere, vt ea temperet, quia ſunt ignea. Vnde dicunt, quia, cum haurit vndas, erigit Oceanum. Sed vtrum vẽtorum ſpiritu aquæ erigantur, an Lunari curſu increſcant, an Sole trahente decreſcant: hoc ſoli Deo cognitum eſt, cuius & opus mundus eſt, ſolíque omnis mundi ratio nota eſt. Oceani autem magnitudo incõparabilis, & intranſeabilis lãtitudo perhibetur. Quod etiam Clemens diſcipulus Apoſtolorum viſus eſt indicare, cum dicit: Oceanus intranſeabilis eſt, & hi, qui vltra eum ſunt, mundi Philoſophi autem aiunt: quod poſt Oceanũ terra nulla ſit, ſed ſolo denſo aëre nubium continẽatur mare, ſicut & terra ſubterius, ideo & Lucanus.

Cũ mare cõuoluit gẽtes, cũ littora Tethys,
Noluit vlla pati cælo contenta tenere:
Tunc quoq. tanta malis moles creuiſſet in aſtra,
Ni ſuperum rector preſsiſſet nubibus vndas.

a Quidam aiũt in profundis Oceani eſſe quoſd. meatus *Plato in Phædone.*

b Efflent maria, nunc retrahẽte reducant. *F. effluãt m.n.r. reducantur. Ita enim paullò poſt retrorſum trahi, & refundi dicet. niſi ad nares referri mauis.*

c Quidam autem volunt cum augmento Lunari refundatur. *Verba ſunt Ambroſij lib. 4. in fine capitis ſeptimi.*

d Alij Oceani vndis ali dixerunt ſidera. *Vid. ſup. cap. 15.*

Cur mare non creſcat. Cap. XLI.

CVr mare maius nõ fiat, ac tantis fluuiorum copijs nullatenus creſcat: [a] Clemẽs Epiſcopus dicit, eoquòd naturaliter ſalſa aqua fluentum dulce in ſe receptum conſumat, coq. fit, vt illud ſalſum maris elementũ quantaſcunq. recipit copias aquarũ, nihilominus exhauriat. [b] Adde etiã quod venti rapiunt, & vapor calórque Solis aſſumit. Deniq. videmus [c] lacus multaſq. lacunas paruo ſub momenti ſpatio ventorum flatibus Soliſq. ardore conſumi. Salomon autẽ dicit: ad locũ, vnde exeunt, flumina reuertuntur. Ex quo intelligitur: mare ideo non creſcere quod etiã per quoſdam occultos profundi meatus aquæ reuolutæ ad fontes ſuos refluant, & ſolito curſu per ſuos amnes recurrant. Mare autẽ propterea factũ eſt, vt omnium curſus fluuiorum recipiat. Cuius cũ ſit altitudo diuerſa, indiſcreta tamen dorſi eius æqualitas. Vnde æquor appellatũ creditur, quod ſuperficies eius æqualis ſit, Phyſici autem dicunt mare altius eſſe terris.

a Clemens Epiſcopus dicit. *lib. 8. Recognit.*

b Adde etiam quod venti rapiunt. *Lucretius.* Præterea magnam Sol partem detrahit æſtu-- *Et mox.* Tum porro venti magnam quoq. tollere partem. Humoris poſſunt. *&c.*

c Lacus, multaſq. lacunas. *Lucretij verbis luſiſſe videtur:* Multoſq. lacus, multaſq. lacunas.

Quare mare ſalſam habeat aquam. Cap. XLII.

RVrſus [a] Ambroſius Doctor, docuit, dicẽs, Mare idcirco dicunt veteres ſalſas atq. amaras habere aquas, pro eo quod ea, quæ ex diuerſis fluuijs in id influunt, ſolis ardore [b] ac ventorum flatibus abſumãtur, tantũq. diurno vapore conſumi, quantum per ſingulos dies ex omnibus amnium curſibus in ipſum inuehitur. [c] Quod etiam Solis ratione fieri perhibetur, qui, quod purum ac leue eſt, ad ſe rapit: quod vero graue ac terrenum, relinquit, quod etiam amarum & impotabile ſit.

a Rurſus Ambroſius--impotabile ſit. *lib. 2. c. 3.*

b Ac ventorum flatib. *Hæc verba non ſunt Ambroſij: ſed veluti ex præcedenti capite repetita.*

c Quod etiam Solis ratione. *Hoc eſt ſolertia, & iudicio, & diſcernendi quadam vi. Ita enim Ambroſius:* quod ex ſolis quadam dijudicatione fieri perhibetur.

De Nilo. Cap. XLIII.

AEgyptus [a] aëris calorem ſempérq. Solem habet: nunquam imbres vel nubes recipit, cuius loca Nilus fluuius æſtatis tẽpore inundat, quo pro pluuijs vtuntur. Oritur enim fluuius idem inter Auſtrũ & Ortum. Eteſiarum autem flatus à Zephyri parte, id eſt, ab Occiduo flat, & habet certũ tempus. Naſcuntur enim menſe Maio, quarum flatus initio languens eſt, ſed per dies augeſcit. Nam flant ab hora ſexta in decimam. Harũ igitur flatu reſiſtente vndis, oppoſitiſq. etiã oſtijs eius, quibus in mare influit, arenarum cumulis, Nili fluctus intumeſcunt, ac retro reuerti coguntur. Sicque aquæ erumpentes propelluntur in Auſtrum. Quibus congeſtis Nilus in Ægyptum erumpit. Quieſcentibus quoque Eteſijs ruptiſque arenarum cumulis, rurſus in ſuum alueum redit fluuius.

a *Totius capitis ſententia ſumpta è Lucretij cap. de re elegantiſsimis verſib. lib. 6.* Nilus in æſtate creſcit, &c. *Sed verba Lucretij (quib. libẽter vti ſolet) hoc loco dedita opera fugiſſe videtur.*

De Poſitione terræ. Cap. XLIIII.

QValiter terra ſuper aërẽ fundata libratis credatur ſtare ponderibus, ſic dicit [a] Ambroſius: De terræ autẽ qualitate ſiue poſitione ſufficiat ſecundum ſcripturam Iob

Universidad de Deusto
Biblioteca

sciendum,quia suspendit terram in nihilo. A Philosophi quoque similiter opinãtur, aëre denso terram sustineri, & quasi spongiam mole sua immobilẽ pendere,sicq; vt æquali motu hinc atque inde,veluti alarum suffulta remigijs,ex omni parte librata propendeat, nec in partem posit inclinari alterã. Verũtamen,vtrum densitate aëris sustineatur:an super aquam pendeat,quia scribitur, qui fundauit terram super aquas: vel quomodo aër mollis tantam molem posit sustentare terrenam : aut si super aquas est tã immane pondus, quomodo non demergatur:aut quomodo æquitatis libram teneat, B ne in alteram partem propensa incumbat: hoc nulli mortalium scire fas est, nec nobis discutere, aut perscrutari licet cuiquam tãtam diuinæ artis excellentiam, dum cõstet eam lege maiestatis Dei, aut super aquas, aut super nubes stabilem permanere. Quis enim,inquit Salomon, sufficit narrare opera illius,aut quis inuestigabit magnalia eius? Ergo quod mortalium naturę secretum est, diuinæ potentiæ relinquendum est.

[a] Sic dicit Ambrosius. *lib.1.cap.6.*

De Terræ motu. Cap.XLV.

SApientes [a] dicunt:terram in modũ spongiæ esse, conceptumque ventum rotari, & ire per cauernas.Cũque tantũ ierit, quãtum terra capere non posit, huc atq; illuc ventus fremitum & murmura mittit. Dehinc quęrentis [b] vi viam euadendi,dum sustinere eũ terra non potuerit,aut tremit,aut dehiscit,vt ventum egerat.Inde autem fieri terræmotum,dum vniuersa ventus inclusus concutit. [c] Vnde & Sallustius:Venti,inquit,per caua terrę precipitati,rupti aliquot montes tumuliq; sedere. Ergo,vt diximus, tremor terræ, vel spiritu venti per caua terrę,vel ruina inferiorũ,[d] motúque vndæ existit.Sic enim & Lucanus ait : Terraque dehiscente insolitis tremuerũt motibus Alpes. D Terræ motum autem illic assiduè fieri,vbi caua terrarum sunt, in quibus venti ingrediuntur,& faciunt terræmotum. Nam vbi arenosum est,aut solida est terra, non ibi fit terræmotus. Terræ autem motio pertinet ad iudicium, quando peccatores & terreni homines spiritu oris Dei concussi commouebuntur.Item terræ commotio hominum terrenorum est,ad fidem conuersio. Vnde scriptum est: Pedes eius steterunt,& mota est terra,vtique ad credendum.

[a] *Huius quoq. capitis sententia è sexto Lucretij sumpta.*

[b] Quærentis vi viam euadendi. *Omiserant librarij illud* vi *sequentis alterius syllabæ* vi *similitudine delusi.Notum illud:* fit via vi.

[c] Vnde & Sallust.Venti (inquit) per caua terr.) *Citantur eadem verba initio 14.etymolog.& à Serv.Georg. 2.ad V.* Vnde tremor terris.

[d] Motuq. vndæ.*Lucretius.*
Fit quoq. vbi magnas in aquæ vastasq. lacunas,
Gleba vetustate è terræ prouoluitur ingens,
Vt iactetur aqua,& fluctu quoq. terra vacillet.

De Monte Ætna. Cap.XLVI.

DE monte autem Ætna [a] Iustinus in libro historiarum ita scribit,dicens:Sicilię tellus tenuis ac fragilis, & cauernis quibusdam fistulisque ita penetrabilis, vt ventorũ tota fermè flatibus pateat, necnon & ignibus generandis, nutriẽdisq. soli ipsius naturalis materia, quippe intrinsecus strata sulphure & bitumine traditur. Quæ res facit vt spiritu cum igne introrsus colluctãte frequenter & compluribus locis nunc flammas,nunc vapores,nũc fumum eructet. Inde denique Ætnæ mõtis per tot secula durat incendium,& vbi acrior per spiramenta cauernarum ventus incubuit, arenarũ moles egeruntur.Accedunt & perpetua fomẽta insularũ Æolidum, veluti ipsis vndis alaturincendium,neque enim in tam angustis terminis aliter durare tot secula tãtus ignis potuisset,nisi & humoris nutrimentis aleretur.Hinc igitur fabulæ Scyllam & Charybdim peperere. Hinc latratus auditus, hinc monstra,hinc reddita simulacra,dum naufragantes,magnis vorticibus pelagi diuidentis, exterriti, latrare putant vndas,quas sorbentis æstus voragó collidit. Eadem causa etiam Ætnæ montis perpetuos ignes facit.Nam aquarum ille concursus raptum secum spiritum in imum fundum trahit,atq; ibi suffocatum tandiu tenet, donec per spiramenta terræ diffusus, nutrimẽta ignis incendat. Constat autẽ ad exemplum gehennę,cuius ignis perpetua incendia spirabunt ad puniendos peccatores,qui cruciabuntur in secula seculorum.Nam sicut isti montes in tanta temporis diuturnitate vsque nunc flammis æstuantibus perseuerant,ita vt nũquam extingui possint:sic ignis ille ad cruciandа corpora damnatorum finem nunquam est habiturus.

[a] Iustinus. *Initio libri quarti. Vnde sunt hæc omnia ipsa ad allegorica.*

CHRO-

CHRONICON
D. ISIDORI HISPAL. EPISC.
emendatum,scholijsque illustratum.

PER GARCIAM DE LOAISA, SACRÆ Theologiæ D. Archidiaconum de Guadal. Ecclesiæ Toletanæ Canonicum.

POTENTISSIMO ET CATHOLICO PHILIPPO II. Hispaniarum Regi.

GARCIA DE LOAISA, S. D.

LONGI temporis rationem exactè accurateq; tradere, laboriosum magnisq; difficultatibus refertũ opus est : quum rerum casus certiq; euentus prius hominum memoriæ mobili & inconstanti, quàm litteris, & libris temporis æternitati consecrentur ; annalesque ipsi innumeris sint mortalium iniurijs expositi, primo scribentium perturbationibus & affectibus: dum vnusquisque suæ gentis, patriæq; gloriam immortalem præclarè gestorum commemoratione efficere quærit,deinde rerum publicarum tumultibus, prouinciarum incursibus,omnia igne,ferro,seditione,& impetu populi vastantibus. Denique quum rerum præteritarum recordatio illibatam temporis veritatem continere nitatur: tamen tẽporis ipsius longinquitate senescit,& antiquatur,atque in interitũ labenti annorum cursu ruit. Et quamuis hæc ita sint,tamen inter alia hoc vnum maximè virum doctum,consummatumq;,& omnibus ferè numeris absolutũ efficit: nimirũ in hac rerum incertitudine, & obscuritate studioſe veritatẽ certã perspicuamq; inuestigare,inusitataſq; & occultas historiæ vias indagare; cũ nihil sit præstãtius, vel ad sapientiã augendã, vel ad prudentiã confirmandã, vel ad imperij gubernacula piè & moderatè regenda, vel ad Reipub.mores intelligendos,motusq; populi coercendos, vel domesticorũ conatus reprimendos, quàm rerũ præteritarũ publicã memoriam,casus,euentus, seculorum omniũ ac gentium obseruationẽ cognitã exploratãq; tenere. Quæ omnia vnico Chronologiæ ambitu cõplectuntur. Accipe igitur,potentissime Philippe,in quo religio,studiũ Christiani nomnis & cultus,singularis clemẽtia, admirabilis quædã planeq; diuina ad imperandum sapientia longissimo rerũ vsu,vt experimento, firmata elucet,Chronicon à D.Isidoro Hispalensi Archiepiscopo, Regiæ Gotthorũ gentis lumine,atq; corona editum,quod,Maiestate tua iubente,emendandum, notisque illustrandum susceperã,vt ad te,vnde exijt,tanquã in immensum totius probitatis,& æquitatis Oceanum reuertatur:& si non ita ornatũ,vt par erat, tamen quanto maximo potui lucubratum studio. Cum hoc mihi in primis iucundum, carumque sit, & ante mentis oculos semper positum; Catholicæ tuæ Maiestati obnixè morem gerere,& humili animo deseruire, tuumq; Regium,& augustum nomẽ,quoad possum,immortalitati dicare,pro teque Christo Rege æterno assidnè vota soluere,vt incolumis,inter tot regnorum solicitudines,& curas, interq;,& saluus permaneas. Vale.

DIVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. CHRONICON.

PRÆFATIO.

BREVEM temporum seriem, per generationes & regna, primus ex nostris [a] Iulius Africanus, sub Imperatore Marco Aurelio Antonino simplici historiæ stylo elicuit. Deinde Eusebius Cæsariensis Episcopus, atque sanctæ memoriæ Hieronymus presbyter Chronicorum Canonis multiplicem ediderunt historiam, regnis simul, & temporibus ordinatâ. Post hos, alij, atq. alij: inter quos præcipuè Victor [b] Tunnensis Ecclesiæ Episcopus, recensitis prædictorum historijs, gesta sequentium ætatum, vsque ad Consulatum Iustini [c] Iunioris expleuit. Horum nos temporũ summam, ab exordio mundi, vsque ad Augusti [d] Heraclij, & Sisebuti Gothorum Regis principatum, quanta potuimus breuitate, notauimus; adijcientes è latere descendentem lineam temporum, cuius indicio summa præteriti seculi cognoscatur.

[a] *Iulij Africani temporum scriptoris meminit, præter alios, Eusebius in Chronico, sub anno redempti orbis* CCXXIIIJ. *& alibi: Augustinus aduersus Faustum: Hieronymus Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, & præfatione in Danielem. Suidas dictione* Ἀφρικανὸς *& dictione* κεδρὸς, *Eustachius in elegantissimo opusculo τῶ ἑξαημέρω, quod apud me est, nusquam hactenus editum, & omnium copiosissimè Photius in Bibliotheca, quam de libris à se lectis concinnauit, qui auctor, quum & ipse hiu⁹que, non sine maximo publicæ vtilitatis dispendio, in tenebris lateat, operæ pretium arbitror eius verba apponere: ea sunt numero* XXXIIIJ. *in hunc modum:* ἀνεγνώσθη ἀφρικανοῦ ἱστορικὸν. ὅτος ἐστιν ὁ ὢν τὰ ελεγομένης κεδρὸς ἐν λόγοις συντάξας, ἀπὸ κάτσι ἕως ἦς Χριστοῦ παρουσίας. ἐπιβραχέως ἢ διαλαμβάνει καὶ ἀπὸ Χριστοῦ μέχρι τῆς μακρίνου Ἰουλιανοῦ βασιλείας, ὅτι αὐτῶ, ὡς φησὶ, μὴ ἥδε συγγραφὴ συνετελέσθη, ἐτῶν ὅσα ἐν γ. τεύχη ἦν Ἰουλιανοῦ βιβλία πέντε, ἕκαστον πρὸς ὠριγένην γράφει περὶ τοῦ κατὰ σωσάνναν ἀπηγήματος, ὡς ἀκέραιον αὐτῶ ἐν τοῖς ἑβραϊκοῖς ἀνεγνωσμένον, καὶ ὡς ἀληθὲς τὴν ἑβραΐδα ἐθυμολογίαν, ὅτε τὸ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρῖσαι, ὅτε τὸ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι· ἃ καὶ ἐπιλυόμενος ὠριγένει ἀντέγραψε. γράφει ἢ Ἀφρικανὸς πρὸς Ἀριστίδην ἐν οἷς ἱκανῶς τῶ νομιζομένῳ διαφωνίαν παρὰ ματθαίῳ, ἢ λουκᾶ περὶ τῆς σωτῆρος ἡμῶν γενεαλογίας συμφωνον ἐδείξεν. Legimus, *inquit*, Africani historicon. Hic ille est, qui etiam Cæstorum (nam ita inscribuntur) libros quattuordecim composuit. Et licet breuis admodum succinctúmque sit, nihil tamen eorum, quæ scitu digna sunt, prætermittit. Orditur vero ab orbis creatione, quam Moyses posuit, vsque ad Christi aduentum progrediens. Summatim etiam ea, quæ à Christi temporibus, vsque ad Macrini Romanorum Imperatoris imperium euenere, complectitur, quo tempore ipsi, vt de se testatur, opus hoc absolutum est; continens in vniuersum annos quinquies mille septingentos viginti tres estque in tomos quinque distinctum. Idem ad Origenẽ scribit, super ijs, quæ de Susanna narrantur, quomodo ipse nihil tale vnquam in Hebræorum monimentis legerit, neque omnino quidquam nomen ad Etymologia Hebræa consentiat. Neque τὸ ἀπὸ τῦ πρίνου πρῖσαι, neque τὸ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, quæ cuncta Origenes diluens ei respondit. Scribit etiam ad Aristidem Africanus dilucidè ostendens discordiam, quæ à nonnullis in Matthæo, & Luca, de Saluatoris nostri generatione inesse existimatur, concordem præterea esse, sibique per omnia consonare. *Hæc Photius.*

[b] *Rectè hoc pacto: perperam aliàs* Turonensis: *fuit enim Victor Tunnensis Ecclesiæ in Africa Episcopus, vt ex Isidoro, libro de viris illustribus, constat. Corrige etiam hanc vocem in principio Chronici Adonis Viennensis.*

[c] *al.* Minoris explicuit.

[d] Heraclij, & Sisebuti. *Libro verò Etymolog.* 5. *Heraclij Imperatoris, & Suinthilanis. Sub his enim principibus Isidorus claruit, vt patet ex D. Illefonso in additione virorum illustrium ad Isidorum, & ex Braulione Cæsaraugustano. De qua vlatius in nota vltima.*

Prima ætas sæculi.

Anni ab orbe c.

RErum omnium creaturas sex diebus Deus formauit. Primo die condidit lucem: Secundo firmamentum cæli. Tertio speciẽ maris, & terræ: Quarto sidera: Quinto pisces & volucres: Sexto bestias, atque iumenta: Nouissimè ad similitudinem

Anni ab orb. c.

CCXXX. litudinem suam, [a] primum hominem Adam.

[b] Adam annorum ccxxx. genuit Seth, qui pro Abel natus est, interpretaturque resurrectio; quia in ipso resuscitatum est semen iustum, quod est filiorum Dei.

CCCCXXXV. Seth annorum ccv. genuit Enos, qui primus cœpit inuocare nomen Domini.

DCXXV. [c] Enos annorum cxc. genuit Cainam; cuius nomen interpretatur natura Dei. Per idem tempus Cain primus, ante diluuium, ciuitatem condidit, quã de sola multitudine suæ posteritatis impleuit.

DCCXCV: Cainam, annorum clxx. genuit Malaleël, cuius nomen dicitur plantatio Dei.

DCCCCLX. Malaleël, annorum clxv. genuit Iared, qui interpretatur descendens, siue roborans.

MCXXII. Iared, annorum clxii. genuit Enoch, qui translatus est à Deo, [d] qui etiam nonnulla scripsisse fertur; sed ob antiquitatem, suspectæ fidei à Patribus refutata sunt.

MCCLXXXVII. Enoch, annorum clxv. genuit Mathusalem; qui iuxta annorum seriẽ vixisse xiv. annis post diluuium reperitur.

[e] Sed non reperitur in arca fuisse: propter quod eum nonnulli cum patre suo Enoch, qui translatus fuerat, aliquantulum fuisse, donec diluuium præteriret, falsa opinione existimant. Hac generatione concupierunt filij Dei filias hominum.

MCCCCLIIII. Mathusalem, annorum [f] clxvii. genuit Lamech. Hac generatione Gigantes nati sunt. Hac quoque ætate Iubal ex genere Cain artem Musicam reperit; cuius etiam frater Tubal Cain æris, ferrique artium inuentor fuit.

MDCXLII. Lamech, annorum clxxxix. genuit Noë, qui diuino oraculo arcã ædificare iubetur, anno ætatis suæ quingentesimo. His temporibus, vt refert Iosephus, scientes illi homines, quod aut igne, aut aquis perire poterant, in duabus columnis, ex latere, & lapide factis, studia sua conscripserunt; ne deleretur memoria eorum, quæ sapienter inuenerant. Quarum lapidea columna fertur diluuium euasisse, & hactenus in Syria permanere.

IIMCCXLII. Noë anno sexcentesimo factum legitur diluuium; cuius [g] arcam Iosephus sedisse refert in montes Armeniæ, qui vocantur [h] Ararat. Fuerunt autem Noë filij tres: ex quibus [i] septuaginta duæ gentes sunt ortæ; id est, quindecim de Iaphet, triginta de Cham: vigintiseptem de Sem.

Finitur prima ætas [k] per annos IIMCCXLII.

[a] *al.* Primum hominum, quem appellauit Adam.

[b] Adam *auctore Iosepho lib.* 1. *cap.* 2. *antiquitat. rursum sonat, quod è rubra terra fotmatus esset. Idem ex eodem Zonaræ stomo* 1. *August. vero Psal.* 95. Adam *orbem terrarum significare ait: quod toto orbe terrarum sparsus sit: quomodo & Cyprianus, tractatu de Sina, & Sion. Obserua verò Isidorum in annorum supputatione ferè* 70. *interpretes sequi, vt Iulius Africanus, Origenes, Eusebius, alijque ex Patribus antiquis, quam aliy contra vegiunt. Augustinus lib.* 15. *de ciuitate Dei, cap.* 13. *existimat hanc annorum deprauationem, quæ in codicibus est, vitio eius accidisse, qui de bibliotheca Ptolemæi, primus* 70. *interpretationem describendam sumpsisset. Editio nostra, vixit, inquit, Adam centum triginta annos, & genuit filiũ, ad imaginem, & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth. Quam numerandi rationem etiam sequitur Philo, & Hebræorum chronicon, iuxta Hebraicam diuinæ Scripturæ veritatem. D. Hieronymus quæstionibus in Genes. sciendum, inquit, quod vsque ad diluuiũ, vbi in nostris codicibus ducentorum. & quod excurrit annorũ, genuisse quis dicitur: in Hebræo habet cẽtum annos, & reliquos, qui se quuntur.*

[c] Enos. *Gen.* 5. *& Iosephus. Antiq. Iudai. lib.* 1. *cap.* 3. *& Cedrenus statim in initio. Eadem Ado Vienn. ex Isidoro, vt pleraque omnia.*

[d] *Iudas Apostolus testimonium ex libro Enoch sumit: prophetam,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

phetauit,*inquit*,de his, septimus ab Adã, Enoch dicens: Ecce venit Dominus,&c. *Reijcitur tamen liber ille à Canone*: Et *Augustinus lib.18.de ciuitate Dei, cap.38.* affirmat non fuisse ab Enoch scriptum: quem Hieronymus inter Apocryphos connumerandum censet lib.virorum illustriũ, de Iuda Apostolo agens. Contra Tertullianus libro de habitu mulierum, fuisse ab Enoch scriptum asserit, neq. in armariũ Iudaicum admitti, à Christianis tamen non esse reijciendum; vnde ipse integras sectiones citat, præsertim lib.de idololatria, de pudicitia, de cultu virginum. Idem facit Origenes Homilia 28.& in Anacephaleosi lib.4.de principijs. De Enoch,& libro ab eo scripto, eruditissimè disserit in Epistolam Iudæ, loco vigesimo de Prophetia, Petrus Martines, insignis doctor Hispaniæ nostræ.

d De hac multorum hominum libris agitata quæstione fusè disputat Hieronymus, super Genesin. Et Augustinus super Genesin, quæstione 2.& lib. de ciuitate Dei. 15.cap. 10.& 11.& Ado in Breuiario, Beda denique libello de sex ætatibus.

e Sed non reperitur -- existimant. Hæc in quibusdã m.s. desunt.

f *In hac sententia est D. Augustin. lib.de ciuit. 15. cap. 10.* & 11.& D. Hieronymus quæst. in Genes. & venerabilis Beda, in Chronico. A quo tamen numero Complutenses, & Regia bibliorum editio duobus annis, qui in illis minus sunt, discrepant. Alij vero aliter hac de re sentiunt, inter quos est Nicephorus, qui in Chronologia sua, centum & octoginta septem annos natum Mathusalem genuisse Lamech asseuerat. Cuius sententiæ etiam Ado subscribit, consentitque Aldina, & Germanica bibliorum editio. Cæterum in hac temporis diuersitate, Hieronymi, Augustini, Isidorique sententiam eo libentius amplector, quod lxx. quos hic noster, toto hoc penè opusculo, auctores habet, in eadem fuisse animaduertam, vt testatur Lucas Diaconus in quadam præfatione, quam Isidori Chronico præfixit.

g *Quod Moysi dicitur tabæ, non tam arcã significat, quã quoduis vas nauigationi aptum. Vt apud Græcos* κιβωτὸς. *Ejus autem Iosephi locus 1.antiq.cap.5.*

h *Sunt hi montes in Armenia superiore, prope Persas, qui Græcis Taurus appellantur, & Armeniam scindunt. A Beroso, vt auctor est Iosephus, lib.1.antiq.c.4. Cordyæus mons, & à Damasceno Baris appellatur. Vide Hieron. de locis Hebraic.*

i *Augustin. lib.15. ciuitat. cap.3. colligit 73. nimirũ. 15. de Iaphet, 31. De Cham. 27. de Sem: quamuis capit. 11. eundem lib. septuaginta duas linguas, & gentes totidem ciuitates exortas fuisse ex Noë probet.*

k *In his decem hominum ætatibus eundem annorum numerum, ab Adam, vsque ad diluuium, sequuntur Eusebius, Hieronymus, Zonaras, Isidorus lib. Etymol. 6. cap. 39.& alij. Ex Hebræorum vero sententia tantum sunt à creatione mundi, vsque ad diluuium, anni* M.DCLVI. *vt patet ex Genes. cap. 4.& 5. & Hebræorum Chronologijs. Est & apud eos Chronicon Græcè m.s.* τὸ νῦν μον *vbi anni* IIM.CCLXII. *referuntur. cuius hæc sunt verba:* ἐν τῷ ἑκοσιαστῷ ἔτει τοῦ Σημεξακοσιαστοῦ ἔτους τοῦ κόσμου ἔτους ϛ.ξ.β. ἐγένετο ὁ κατακλυσμὸς ἐπὶ τῆς γῆς 3 anno centesimo Sem, sexcentesimo verò Noë; creationis autem mundi bis millesimo, ducentesimo, sexagesimosecundo, factum est diluuium super terram. Quem numerum Antonius Contius in notis ad Nicephori Chronographiam, reponendum censuit. At Iosephus lib.1. Antiq. ca. 4. diuersam ab Hebraica veritate, & 70. interpretum supputationem sequitur. Ait enim ab Adam, vsque ad vniuersalem plagam, fluxisse annos bis mille sexcentos quinquaginta sex. Adeo sunt variæ, & discrepantes de mundi ætate sententiæ; quod codicum corruptione accidisse arbitror, facile enim in notis numerorum erratur. Et inde tot fere de annis mundi opiniones, quot scriptores, inuenies.*

Secunda ætas sæculi.

Anni ab orb.c.

IIMCCXLIIII. SEm, [a] anno secundo post diluuium, quũ centum esset annorum, genuit Arphaxad, à quo gens Chaldæorũ exorta est. Iste Sem fertur fuisse [b] Melchisedech: qui primus post diluuium condidit vrbem Salem, quæ nunc vocatur [c] Ierusalem.

IIMCCCLXXIX. [d] Arphaxad annorum cxxxv. genuit Sala à quo antiqui Salamitæ vel [e] Medi.

IIMDIX. Sala, annorum cxxx. genuit Heber, à quo Hebræi nuncupati sunt.

IIMDCXLVII. Heber, annorum cxxxiv. genuit Phaleg, cuius tempore turris Babel ædificata est, [f] factaque linguarum diuisio. Huius turris altitudo [g] quattuor millia dicitur tenere passuum; paullatim à latioribus in angustias coarctata, vt pondus imminens faciliùs sustentaretur. Describunt ibi templa marmorea, lapidibus pretiosis, auroque distincta, & multa alia, quæ videntur incredibilia. Hanc turrim [h] Nembrot Gigas construxit, qui post confusionem linguarum, migrauit inde ad Persas, eosq. ignem colere docuit:

IIMDCCLXXIII. Phaleg, annorum cxxx. genuit Rehu. His temporibus primùm templa constructa sunt, & quidam principes gentium, tanquam [i] Dij, adorari cœperunt.

IIMDCCCCV. Rehu, annorum cxxxii. genuit Seruch, [k] sub quo Scytharum

Anni ab orb.c.

IIIMXXXV. tharum regnum exortum est: vbi primus regnauit [l] Tanaus.

Seruch, annorum cxxx. genuit Nachor. Ægyptiorum regnum sumit principium, vbi primus regnauit [m] Zoes.

IIIMCXIIII. Nachor, annorum [n] lxxix. genuit Thare, sub quo regnũ Assyriorum, Sicyoniorumque exoritur. Sed primus in Assyrijs regnauit [o] Belus: quem quidam [p] Saturnum existimãt: primusque in Sicyonijs [q] Ægialeus, à quo Ægialea nuncupata est, quæ hactenus Peloponesus vocatur.

IIIMCLXXXIIII. Thare, annorum lxx. genuit Abraham. Per idem tempus Ninus Rex Assyriorum regnauit: qui primus [r] bella instituit, & armorum instrumenta inuenit. Hac ætate Magica ars in Persida à Zoroaste Bactrianorum Rege reperta est. A Nino Rege occiditur. Muri quoque Babyloniæ à Semiramide, Regina Assyriorum, ædificantur.

A diluuio, vsque ad natiuitatem Abrahæ, anni DCCCCXLII. Finitur secunda ætas per annos IIIIMCLXXXIV.

a Iosephus lib.1. antiquit. capit.14. Sem existimat fuisse tertium Noe filium. Iaphet verò fuisse natu maximum. Et licet Genes. 5. scriptum sit: Noë genuit Sem, Cham, & Iaphet, & alijs locis primus numeretur in ordine, affirmant tamen aliqui Hebræorum, id propter eius dignitatem tantum factum, vt potè ex quo Christus genus duxit, fuisseque natu minimum: idque hac ratione adstruunt, quod ferè semper minores natu in genealogia, & præditionibus Saluatoris potissimum locum obtineant: vt de Isaac, Iacob, Ioseph, Manasse, Dauid, Salomon, D. Augustinus lib.16. de ciuit. Dei, cap. 2. Sem, Cham, & Iaphet historiã de Saluatoris vita ac morte interpretatur.

b Idem ait Hieronymus quæst. in Genesin. & epistola ad Euagrium affirmat, vsque ad sacerdotium Aaron omnes primogenitos ex stirpe Noë, quorum series in hac secunda ætate describitur, sacerdotes fuisse, victimasque Deo immolasse. Et hæc sunt primogenita, quæ Esau fratri suo Iacob vendidit, Genes. 25.

c Hieronymus epistola ad Dardanũ, & ea, quæ est ad Euagriũ sic inquit: Prius Iebus, postea Salem, tertio Ierusalẽ, nunc Ælia. Ioseph. lib.7. antiquit at. c.3. ait, quosdã fuisse, qui dixerint, etiam Homerum Poetam Ierosolymã, hanc vrbẽ appellasse, quæ appellatio ei primum à Dauid, expulsis de summenia arce Iebusæis, est attributa. Verum hæc ciuitas postea, quæ fortunam experta est. De quibus omnibus vide, quæ illustrissimus Imicus de Mendoza, quem honoris caussa nomino, eruditissimè in suo libro memoriali congessit.

d In editione 70. interpretum dicitur Arphaxad, genuisse Cainam, & Cainam Sala, quod Hebræi reijciunt, à quibus tantum decem generationes enumerantur, à Noe vsque ad Abraham, sicuti ab Adam, vsque ad Noe. Beatus tamen Lucas cap.3. vndecim recenset, Cainam in hanc generationis seriem inferens, in hoc Græcorum, ad quos scribebat, exemplaria sequutus, quibus lxx. editio illis temporibus receptissima, & tantum nota erat. D. Hieronymus huius quæstionis difficultatem, nodum hunc dissoluere non posse. Sic Beda prologo in Acta Apostolorum. Augustin. lib.2. contra epist. Parmen. Recentiores etiam grauiter in hac quæstione se torquent, præsertim Lyranus, Catena in Genes. Sixtus Senens. lib.5. Bibliothec. 2. annot. 88.& lib.7. hæres.7. Et Hermanus Contractus, libello de sex ætatibus.

e Sic rectè, ni fallor, ex Luca Tudensi hunc locum restitui, quum antea legeretur Samaritani vel Medi. Constat enim ex Iosepho lib.8. antiq. cap. 12. Samaritas, à quodam Samaro, nomen sibi inuenisse.

f A diluuio, vsque ad diuisionem linguarum, fluxere. secũdum Hebraicam supputationem, ducẽti septuaginta duo anni, ex vnaquelingua Hebræa, 72. linguæ, vt ipsis Hebræis placet, factæ sunt: quod colligunt à capitibus familiarum, teste Augustino, lib.16. de ciuitate Dei, cap.11.

g Locus hic in quibusdam mutilus, sed facilè ex D. Hieronymo, vnde ad verbum desumitur, in integrum restitutus. Is enim super Isaiam, cap. 14. ad illud: Perdam Babylonis nomẽ; Arx, inquit, id est, Capitolium illius vrbis, est turris, quæ ædificata post diluuiũ, in altitudine quattuor millia dicitur tenere passuum, paullatim de lato in angustias coarctata, vt pondus imminens facilius à latioribus sustentetur. *Describunt ibi templa marmorea, aureas statuas, plateas lapidibus auroque fulgentes, & multa alia, quæ videantur incredibilia.* Iosephus lib.1. antiq cap. 9. huius turris altitudinem & latitudinem admirandam esse ait. Situm vrbis Strabo commemorat. lib. 16. Geographiæ, murorum circuitum refert Herodotus quadringentorum octoginta stadiorum fuisse. Multa de hac re ab alijs traduntur, qui Græcas, Latinasque scripserunt historias.

h Iosephus lib.1 antiq.cap.9 ait. Nembrod fuisse nepotem Noe, ex filio Cham, turrimque eam Babylonis nomine vocatam à confusione. Cæterum Genes 10. dicitur Cham genuisse Chus, Chus porrò Nembrod, idque etiam habes 1. Paralipomen. c.1. Nota obiter, quod de eo scribitur Gene. 10. Et erat robustus venator coram Domino, *ab Augustino, de ciuitat. Dei, lib.16. cap.4. legi*, contra Dominum. Sic inquit, intelligendus est Gigas ille venator contra Dominũ. Quid autẽ significat hoc nomine, quod est venator, nisi animaliũ terrigenarũ deceptor, oppressor, extinctor? *Alij volant illud*: corã Domino: hyperbolem esse, quod non fuerit sub cælo quisquam ei æqualis potentia: vnde vertitur, potens venatione coram Domino.

i Hinc idololatriæ ortũ habuit: Nam, mortuo Belo, Ninus eius filius, in solatium doloris, statuam patri dicauit, & honores sacrificiaq, tribuit: Auctores sunt Hieronymus in Oseam, ca.2. Hegesippus de idolorum origine. Fulgentius, lib.1. mytho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. *mytholog. Cyrillus lib. 3. contra Iulianum.*

k *Quatuor regna vno ferè tempore exorta, Assyriorum, ab Ortu, Sicyoniorum ab Occasu, Scytharũ, ab Aquilone: Ægyptiorum, à Meridie. Eusebius auctor est. Sed Assyriorum multo erat potentius, & sublimius cæteris, vt tradit Augustinus lib. 16. de ciuitat. Dei, cap. 17.*

l Alij *scribunt* Taurus. *Vid. Herman. Contract.*

m *Mincus dictus, auctore Herodoto, & Iosepho, lib. 8. antiq. cap. 6.*

n Lxxix. *Sic Nicephorus, at Gen. 11. secundum Heb. veritatem* xxix. *secundum Septuag.* clxxix.

o *Ita Eusebius in Chronico:* Tharæ, *inquit*, anno vigesimo octauo Assyriorum Rex primus, Belus mortuus est, quem Assyrij Deum nominauerunt, & alij dicunt Saturnum: atque filio suo regnum tradiderunt: vocabatur autem Ninus. *Et idem principio regni Assyriorum:* Primus omnium Asiæ, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnauit annis Lii. *quem locum ita legi deprehendi in vetusto m. s. Eusebij codice:* Primus omnis Asiæ, exceptis Indis, Ninus, Beli filius, regnauit. *Eamq. lectionem amplector, ex Augustino lib. 17. de ciuitat. Dei. Et ex ipso Eusebio lib. 10. de præparatione.*

p Cicero *lib. 1. de natura Deorum Physicam rationem, non inelegantem, inclusam in fabula Saturni ait, dictique Saturnum, quod annis saturetur.*

q *Eusebius:* Tharæ anno quadragesimo nono Sicyoniorum, in Græcia, regnauit Europs, defuncto Ægialeo: qui primus Sicyoniorũ regnauit, ex quo territorium Pelopenosiorum Ægialea vocabatur. *Pausanias Corinthiacis, & Clemens Alexand. Strom. lib. 1.*

r *Vide Eusebium, & Augustinum lib. 21. cap. 14. ciuitat. Et Iustinum initio historiæ. Post verba autem:* armorum instrumenta, *in vno m. s. erant hæc, quæ sequuntur:* Cuius vxor Semiramis Babylonię muros instauravit. Ninus etiam bello vicit Cham, qui adhuc viuebat, & regnabat in Bactra; & dicebatur Zoroastes, id est, Magicæ artis inuentor, qui & septem liberales artes in quattuordecim columnis scripsit, septem æneis, & septem lateritijs.

Tertia ætas.

Anni ab orb. c.

IIIMCCLXXXIIII. A Braham annorum c. genuit Isaac, ex Sara libera. Nam primum ex ancilla Agar genuerat Ismael, à quo Ismaelitarum gens, qui postea Agareni, ad vltimum [a] Saraceni sunt dicti.

Isaac annorum lx. genuit geminos, quorum primus Esau, à quo [b] Idumæi; secũdus Iacob, qui cognominatus est Israel, à quo & Israelitæ sunt nuncupati. Hoc tempore regnũ Græcorum inchoat, vbi primus regnauit [c] Inachus.

IIIMCCCCXXXV. [d] Iacob, annorum xci. genuit Ioseph. His temporibus [e] Serapis Iouis filius Ægyptiorum Rex moriens, in Deos trãsfertur, & Memphis ciuitas in Ægypto conditur. Tunc apud Athenas cum Tritonidem Minerua in specie virginali apparuit, quæ plurimis claruisse ingenijs prædicatur. Hæc enim inuentrix fabricæ fuisse dicitur: clypeum, & arcum hæc reperit: ornatum telam, & colorare lanas, hæc docuit. Hoc etiam ætate Phoroneus Rex Inachi filius claruit, qui primus in Græcia leges, iudiciáque instituit.

IIIMDXLV. Ioseph vixit annos cx. Ex hoc tempore Græcia [f] Argo regnante, habere segetes cœpit, delatis aliunde seminibus.

IIIMDCLXXXIX. [g] Hebræorum seruitutis, in Ægypto, anni cxliv. post obitum Ioseph reperiuntur. His tẽporibus [h] Prometheus fuisse scribitur, quem fingunt fabulæ de luto formasse homines. Tum etiam frater eius Atlas Astrologiam reperit, motumque coeli, & rationem primus considerauit. Tunc fuit & Mercurius, nepos Atlantis, multarum artium peritus. Et ob hoc post mortem in Deos translatus. Hac etiam ætate primus [i] Promyclytus quadrigam iũxit, eodemque tempore Cecrops Athenas condidit, &, ex nomine Mineruæ, Atticos Athenienses vocauit. Iste etiam bouem immolans primus in sacrificio Gentili ritu Iouem adorari præcepit. Hoc tempore in Græcia Corinthus condita, ibique picturæ ars à Cleanthe reperta est. Tunc primi Curetes, & Coribantes modulatam in armis saltationem, & consonam inuenerunt. Tunc etiam fuisse scribitur in Thessalia sub Deucalione factum diluuium, & Phaë-

Anni ab orb. c.

IIIMDCCXXIX. Phaëthontis fabulosum incendium.

Moyses, annos xl. in eremo rexit populum de seruitute Ægyptia liberatum. Hoc tempore Iudæi per Moysem simul cum lege [k] & litteras habere cœperunt. Tunc templũ Delphis constituitur: vitis in Græcia inuenitur.

IIIMDCCLVI. Iosue successor Moysi, regit populum annos xxvii. His temporibus primus [l] Erichthonius, Atheniẽsium princeps, in Græcia quadrigam iunxit.

IIIMDCCXCVI. [m] Othoniel annos xl. [n] Cadmus regnat Thebis, qui primus Græcas litteras inuenit. Per idem tempus [o] Linus, & Amphion, primi tunc apud Græcos in musica arte claruerunt: [p] Idæique Dactyli ferrum metallum in Græcia eodem tempore inuenerunt.

IIIMDCCCLXXVI. Aod, annos lxxx. His tẽporibus fabulæ fictæ sunt: De Triptolemo, quod iubente Cerere serpentium pinnis gestatus, [q] indigentibus frumenta volando distribuerit: De Hippocentauris, quod equorum, hominumq. fuerint natura permixti; De cerbero tricipite inferorum cane: De Phryxo, & Helle eius [r] sorore: quod ariete vecti per mare tranauerint: De Gorgone meretrice quod crinita serpentibus fuerit, & aspicientes se cõuertebat in lapides: De Bellerophõte, quod equo pennis volante sit vectus: De Amphione, quod citharæ cantu, lapides & saxa commouerit.

IIIMDCCCCXVI. Debbora, annos xl. Per idem tempus Apollo citharã condidit, & Medicinæ artem inuenit. Fabula quoque tunc ficta de fabro Dædalo, & de Icaro eius filio: quod aptatis sibi pẽnis volauerint. Hac ætate primus regnat Latinis [s] Picus, qui fertur fuisse Saturni filius.

IIIMDCCCCLVI. [t] Gedeon, annos xl. Hac ætate vrbs [v] Tyria constituitur. Alter quoque [x] Mercurius lyram reperit, & Orpheo tradidit. Hoc tempore [y] Philemon primus apud Pythium [z] chorum instituit. Tunc etiam dicitur fuisse magister Herculis Thrax Linus, in arte Musica, clarus. Argonautarum quoque nauigatio tunc scribitur.

IIIMDCCCCLIX. Abimelech, annos tres: Iste septuaginta fratres suos interfecit. Hercules Ilium vastauit, & in Libya Antheum palæstricæ artis inuentorem interemit.

IIIMDCCCCLXXXII. [a] Thola, annos xxiii. Huius tẽporibus in Troia, post Laomedonta, regnauit Priamus. Tunc fabula ficta est de [b] Minotauro bestia labyrintho inclusa.

IIIIMIIII. [c] Iair, annos xxii. Per idem tempus Hercules agonem Olympicum instituit. [d] Carmentis nympha Latinas litteras reperit.

IIIIMX. Iephte, annos vi. Huius tempore Hercules quinquagesimum secundum annum agens, ob morbi dolorem, sese flammis iniecit. Per idem tempus Alexander Helenam rapuit, Troianumque bellum decennale surrexit.

IIIIMXVII. [e] Abesan, annos vii. Amazones primùm arma sumpserunt.

IIIIMXXV. [f] Abdon, annos viii. Huius anno tertio Troia capta est, & Æneas Italiam venit.

IIIIMXLV. Sampson, annos xx. Ascanius Æneæ filius [g] Albam condidit. Vlysis quoque fabulæ siue Syrenarum eodem tempore fictæ sunt.

IIIIMLXXXV. Heli sacerdos, annos [h] xl. Arca testamenti ab alienigenis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni ab orb.c.
IIIIMCXXV.

capitur. i Regnum Sicyoniorum finitur.
k Samuel,& Saul, annos xl. Lacedæmoniorum Regnum exoritur. Atq. in Græcia l Homerus primus Poeta fuisse putatur. A promissione Abrahæ, vsq. ad Dauid, anni DCCCCXL.
Finitur tertia ætas per annos IIIIMCXXV.

a Populi Arabiæ postea à Mahometo Dei flagello, Saraceni dicti, is enim se Dei Prophetam ambitiose, & mendaciter iactans, multos Asiæ, & Africæ populos ad fidei Christianæ defectionem commouit; quos falsa religione imbuens, Saracenos ex Dei præcepto vocari dicebat, à Sara legitima vxore Abrahæ, tanquam legitimos diuinæ promissionis hæredes. Et inde Saracenorũ regnum sumit exordiũ, sub Heraclio Imperatore.

b Sic Genes. 36. Esau appellatur pater Idumæorum, & Eusebius in Chronico. Hos Strabo lib. 6. ait populos esse inter Indiam, & Arabiam sitos ad Occasum, Casio monti proximos, & à Nabathæis ortos.

c Eusebius in Chronico: Castor Chronographus de Argiuorum regno quod loquitur, consequenter persequemur: Reges Argiui ab Inacho, vsque in Sthelenum, filiũ Crotopi: *Quem locum ex veteri, m. s. ita corrige:* Castor de Argiuorum regno ita loquitur: persequemur consequenter Reges Argiuorũ ab Inacho, vsque in Sthenelatum, &c. Pausanias etiam lib. 2. Corinthiac. Sthenelam filium Crotopi facit. De hoc August. lib. 18. cap. 8. ciuitat. Phorobas, inquit, Rex Argiuorum sextus fuit, & septimi Regis Triopæ filius Iasus, & Rex nonus Sthenelas, siue Stheneleus, siue Sthenelus; variè quippe in diuersis auctoribus inuenitur. Hæc August.

d In alio m. s. erat Iacob annorum lx. verum mendose, vt ex sacris litteris manifesta computatione colligitur. Nã Ioseph de carcere eductus, vt Pharaoni Regi somnium interpretaretur, annorum erat triginta; Princeps totius Ægypti constitutus. Genes. cap. 41. Idem, dum per fratres patrem acciri iubet, annorum triginta nouem. Nam septem ab exposito somnio sterilitatis elapsi fuerant, & secundo abundantiæ iam ferè exacto Iacob in Ægyptum venit Genes. 45. & coram Pharaone respondit, se in centesimo trigesimo ætatis anno constitutum. Genes. 47. si itaque subducamus XXXIX. annos, à centum triginta, remanebũt vtique nonaginta, & vnus anni, quos agebat Iacob, dum Ioseph in senectute genuit.

e Clemens Alexandrinus lib. 1. Stro. Apis, inquit, Rex Argiuorum ædificauit Memphim, vt dicit Aristippus in primo Arcadicorum. *Aristeas verò Argiuus dicit eum nominatum esse Sarapim, & eum esse, quem colunt Ægyptij. Nymphodorus autem Amphipolitanus, in tertio de legibus Asiæ dicit, Apim taurum mortuum, & conditum loculo, qui σορὸς Græcè dicitur, fuisseque repositum in templo Dæmonis, qui colebatur: & hinc appellatum fuisse Sorapim, & postea quadam eorum, qui illic habitabant, consuetudine, Sarapim: est autem Apis tertius ab Inacho. qui locus ad verbum est apud Eusebium lib. 10. præparat. Vide Augustin. ex Varron. lib. 18. cap. 5. ciuitat. Tacitum lib. 20. Et Iulium Firmicum in erudito libello de mysteriis, & erroribus profanarum religionum.*

f Argus fuit quartus Argiuorũ Rex, filius Apis. Euse. Chro.

g Ægyptiaca seruitus tribus modis supputari solet, iuxta tria diuersa temporum initia. Primò ab illa memorabili promissione, facta Abrahæ Genes. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. *Ab hac igitur profectione Abrahæ, de Haran, in terram Chanaam, vsque ad exitũ filiorũ Israel de oppressione, & dura seruitute Pharaonis, sunt anni 430. atq. ita eos enumerat Paulus ad Galat. 3.* Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius, &c. *Et paullò post:* Hoc autẽ dico, testamẽtũ cõfirmatũ à Deo, quę post quadringẽtos & triginta annos facta est lex. Et Exod. 12. Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringẽtorum triginta annorum, quibus expletis eodẽ die egressus est omnis exercitus. *Illud verò obseruandum post illa verba:* qua manserunt in Ægypto, *in Græcis codicib. amplus legi,* καὶ ἐν γῇ Χαναάν, & notauit Augustinus, *quæstionibus in Exodum, expendens hunc locũ, ita, vt tota illa peregrinatio, in terra Chanaã, & in Ægypto fuerit. 430. annorũ. Sic Cyrillus & Rupertus. Secũda supputatio est, ab eo tẽpore, quo Iacob cum filijs suis descendit in Ægyptũ, in qua numerantur ducenti & quindecim anni. Tertia & postrema, à morte Ioseph, quo sublato, fuit vera illa, & operosa seruitus, qua gens Hebræa exactionibus, iniurijs, persecutionibusq. omnis generis attrita, tandem diuino beneficio duce Moyse, in libertatem asserta est. Durauitq. per annos 144. vt colligunt Eusebius in Chronico, Augustinus lib. de ciuitat. 18. cap. 43. & quæstionibus in Exodum.*

h Clemens Alexandrin. lib. 1. Strom. at. *Tempore Deucalionis Prometheus, & Atlas, & Epimetheus. Eusebius à Prometheo ob id homines factos fuisse creditum ait, quod eum quasi sapiens, feritatem eorum, & nimiam imperitiam, ad humanitatem, & scientiam transfiguraret. Idem August. lib. 18. cap. 8. ciuitat.*

i Proclytus. *al.* Procellus, Trochilus, atque Eurus Arogilus.

k Primus litterarum inuentor fertur fuisse Taautus, Phœnix. Ste Eusebio, lib. 1. cap. 7. Præparat. Verũ idem lib. 10. præparat. ab Hebræis repertam esse, & propagatã litterarum inuentionem. Idẽ Isidorus lib. Etymol. 1. c. 3, Hieron. præfat. in libros Regũ. Theodor. super Genes. c. 5. in illud. Ambulauit Henoch cum Deo, & non apparuit: de Enoc, inquit, quod primus litteras didicit, & primus descripsit cælestia signa.

l Virgil. Georg. 3. Primus Erichthonius, currus, & quatuor ausus iungere equos.

m De eo Iudicum tertio. Iudæ autem iudicia Isidorus prætermittit, vel quia parum rexit populum, vel quia nunquam fuit Iudex, sed dux belli tantùm, vt est Iudicum. 1. A Ioseph. 5. cap. 7. Othoniel Cenes vocatur.

n Clemens Alexand. 1. Strom. Cadmus, inquit, Phœnix qui Græcis litterarum inuentor extitit, vt ait Ephorus. Vnde etiã scribit Herodotus litteras appellatas fuisse Phœnicias. Alij autẽ dicũt, Phœnices & Syros, primos excogitasse litteras. Hæc Clemens.

o Euseb. ann. 3780. Linus & Thebis, & in m. s. Linus Thebæus.

p De Idæis Dactylis Euseb. in Chronicis: Idæi, inquit, Dactyli, his tẽporibus erant, qui ferrũ repererũt. Clemẽs Alex. 1. Stro. Idæos Dactylos fuisse sapientes tradit, inuentores litterarum, & numerorũ multorum: propter quam, *inquit*, causam sunt appellati, qui sunt apud Musicos Dactyli Phryges autẽ erãt, & barbari Idæi Dactyli. Et paullo post, Celmis & Damaneus Idæis Dactylis ferrum primi inuenerunt in Cypro. *Alius autẽ Idæus ferri inuenit temperaturã. Fuerunt autẽ Idæi Dactyli Mineruæ filij, & Solis, vel, vt alijvolũt, Saturni, & Alciopes: qui alio nomine Corybantes appellãtur. Vide Stephanum de vrbibus, & Scholia in Apollonium. Et Suidam in dict.* Γ' δάκτυλοι δ' ἀκτυλοι.

q Alijter Eusebius Chronico: Triptolemus longa naui Eleusim veniens, ibi frumenta distribuit. Augustinus lib. 18. c. 13. cũ Isidoro. His temporibus fabulæ fictæ sunt de Triptolemo: qui iubẽte Cerere anguibus portatus alitibus, indigentibus terris frumenta volando contulerit.

r Sorore. In *quodam m. s. additur.* Quod ariete vecti per æra volauerint.

s Sic Virgil. 7. Æneid. Fauno Picus pater, ijsq; parẽtẽ, Te Saturne refert, tu sanguinis vltimus auctor. Alijter Eusebius quã Isidorus, qui Picũ facit tertiũ Regẽ Latinorũ: Ante Æneã, inquit, Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinꝰ, in Italia regnauerũt circiter ann. 150.

t Post Debborã, alienigenæ Hebræũ populũ septem annis subiecerunt, qui coniunguntur temporibus Gedeonis, ex Iudæorũ traditionib. vt refert Euseb. Chron..

u In oraculo Ezechielis de ea sit crebra mentio, & apud Melam lib. 1. cap. 12.

x Cicero, lib. 3. de natura Deorum, Mercurios quinque fuisse ostendit.

y Philæmon, Phidamon. Eusebius.

z Hieronymus epistola ad Dardanũ, tom. 4. de diuersis generibus musicorum instrumentorũ. Antiquis tẽporibus, inquit, fuit chorus quoq; simplex pellis, cũ duabus cicutis æreis: & per primã inspiratur, per secundã vocẽ emittit. Plura ibi habes de alijs instrumentis musicis, vt est, de organo, tuba, sistula, bõbulo, cithara, sambuca, &c.

a Iosephus lib. 5. antiq. cap. 12. post Abimelech Iair Galaditis suscepit principatum, *prætermittens regnum Thole.*

b Eusebius, anno orbis cõditi 3960. vt nunc legitur, ea, inquit, quæ de Minotauro dicũtur, quę Philochorus in secundo Attidis libro, scribit magistratum, Midelem. Quo in loco corruptè est: magistratum Minois, pro magistrũ militum, vt constat ex Plutarcho in Theseo, & Seruio apud Virgilium. 6. Minos verò Rex à Græcis celebratus fuit, quod cum Ioue per nouẽ annos familiariter esset versatus, vt refert Clemens Alex. Strom. 2.

c Iair. Clem. Alex. prætermittit Iair.

d Carmentis Euandri mater, qui Romæ templũ Panis, quod Lupercal appellatur condidit, vt testatur Clemẽs Alex. Stro. 1. inde Carmẽtalis porta, apud Virgil. Ænei. 8. Et Carmẽtalẽ Romano nomine portã. Vide Seruiũ, Et Isidorum lib. 1. Etymol. cap. 3. Carmentis, inquit, dicta, quia carminibus futura canebat.

e Sic est c. 12. Iudic. Iosephus lib. 5. antiq. c. 12. Absanis (habet) de tribu Iuda, ciuitatis Bethlehem. Clemens Alex. 1. Strom. Abathan appellat. In Eusebij Chronico est, Hesebon, vt in quibusdam Isidori exemplaribus.

f Refert Iudicum historia, cap. 12. post Abesan, qui septem annis iudicauit Israel, successisse Aialon, siue Elon, qui iudicauit Israel decem annis. Post quem iudicauit Abdon annis octo. Verum Eusebius in Chronico sequutus septuaginta, annos Aialonis reticuit, vt ipse testatur. Post Hesebon, inquit, in libro Hebræorum fertur Iudex Aialon rexisse populum annos 10. qui non habetur apud 70 interpretes. Idem Iosephus lib. 5. cap. 12. vocatur, ab eo Elon, de tribu Zabulon. Sic Clemens 1. Strom. à quo appellatur Eglon.

g Ianius ab situ porrecta in dorsum vrbis, longam Albam appellatam scribit lib. 1.

h Eusebius Chron. Heli Sacerdos, annos 40. In Hebræorum libro anni inueniuntur 40. In septuaginta autem interpretatione 20. Iosephus lib. 5. cap. 6. quadraginta annos affirmat tenuisse principatum, vixisse vero nonaginta: atque ita Clemens Alex. lib. 1. Strom.

i Finem accepit Regnum Sicyoniorum post 862. annos, vt Eusebius testatur: Ita nullum in terra imperium excellens, florens, perpetuumq. est, quousq. veniet seculum illud immortale, in illuminatione vultus Dei decoratum.

k Iosephus lib. 6. antiq. cap. 13. loquens de morte Samuelis, qui præfuit, *inquit*, populo solus, post mortẽ quidẽ Heli sacerdotis, annis duodecim: cũ Saul verò rege, annis decem & octo. Venerabilis Beda in libello de sex ætatibus: Samuel, *inquit*, annis duodecim, vt docet Iosephus. Saul primus Hebræorum Rex annis viginti. Et huius quia in Canonica scriptura nõ habetur mentio, de antiquitatũ Iosephi libris, tempus regni notauimus. Clemens Alex. lib 1. Strom. Samuelem viginti septem annis, cum Saul Regnũ obtinuisse scribit, & mortuũ esse duobus annis ante Saul. Chronicon Græcũ m. s. vtrique annos viginti tribuit. ita vt Eusebius, & Isidorus nõ abs re tot etiam annos posuisse videantur.

l Clemens Alexand. lib. 1. Strom. scribit Cratetem Grammaticum dixisse, Homerum fuisse circa reditum Heraclidarũ, hoc est octoginta annis post captã Troiam. Eratosthenes verò centesimo anno post captam Troiam fuisse refert. Theopõpus autẽ quingentis annis post eos, qui in Ilio militarunt vixisse asserit. Alias de ætate Homeri opiniones vide eodem loco.

Quarta ætas seculi.

Anni ab orb.c.
IIIIMCLXV.

IIIIMCCV.

IIIIMCCXXII.

IIIIMCCXXV.

DAuid, regnat annos [a] xl. Codrus Athenienſium Rex ſpõte ſe pro ſalute patriæ hoſtibus offerens interimitur. Et Carthago à [b] Didone ædificatur, prophetantibus in Iudæa [c] Gath, Nathan, & Aſaphat.

Salomõ, regnat [d] annos xl. Iſte quarto Regni ſui anno templum Ieroſolymis ædificauit, conſummauitq; anno [e] octauo.

Roboan, regnat annos XVII. Regnum Iſrael à Iuda diuiditur: ſub quo decem tribus à duabus ſeparatæ ſunt, & Reges in [f] Samaria habere cœperunt. Hac ætate Samos conditur: & Sibylla [g] Erythræa illuſtris habetur.

[h] Abia, regnat annos tres: Sub quo Hebræorum Pontifex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni ab orb. c.

IIIIMCCLXVI. Maximus [i] Abimelech insignis est habitus.
Asa, regnat annos xli. [k] Prophetabant in Iudæa Achias, Amos, Ichu, Ioel, & Azarias.

IIIIMCCXCI. [l] Iosaphat, regnat annos xxv. Prophetabant Elias, & Eliseus, & [m] Abdias, Azarias, & Michæas.

IIIIMCCXCIX. Ioram, regnat annos viii. Prophetabant Elias, & Eliseus, & Abdias.

IIIIMCCC. Ochozias, regnat annum i. Elias rapitur; cuius [n] sepè insignia miracula numerantur.

IIIIMCCCVII. [o] Athalia, regnat annos vii. [p] Ionadab, filius Rechab, sacerdos clarus habetur, & [q] Ioiada Pontifex, qui solus, post Moysen, vixisse annos centum triginta perhibetur.

IIIIMCCCXLVII. Ioas, regnat annos xl. Zacharias Propheta interficitur. Eliseus moritur: [r] cuius virtutes quattuordecim prædicantur. [f] Lycurgusq. legislator apud Græciã insignis habetur.

IIIIMCCCLXXVI. Amasias, regnat annos [s] xxix. Carthaginem hoc tempore quidam asserunt conditam: alij verò superius.

IIIIMCCCCXXVIII. [v] Azarias, annos lii. [x] Olympias primum Græcis instituitur. Agnus in Græcia loquitur. Sardanapalus Rex sponte incendio concrematur. Assyriorumq. regnum in Medos transfertur. Tunc Hesiodus Poeta claruit. Atque Phidõ Argivus mensuras & pondera reperit, Osee, Amos, Isaias, & [y] Ionas in Iudæa, hac ætate prophetantibus.

IIIIMCCCCXLIIII. Ioathan, regnat annos xvi. Remus Romulusq. nascuntur, prophetantibus in Iudæa, Osee, Ioel, Isaia, & Michæa.

IIIIMCCCCLX. Achaz, regnat annos xvi. Cuius temporibus Romulus Romam [z] condidit. Et [a] Senacherib, Assyriorum Rex decem tribus [b] ex Samaria in Medos transtulit: atque in Iudæam Samaritas accolas misit.

IIIIMCCCCLXXXIX. Ezechias, regnat annos xxix. sub quo prophetabãt Isaias & Osee. Hoc tempore [c] Romulus primus milites ex populo sumpsit, centumque à populo nobilissimos viros elegit, [d] qui ob ætatem Senatores, ob curam ac solicitudinem Reipub. Patres vocati sunt.

IIIIMDXLIIII. Manasses, regnat annos lv. Per idem tempus Romanis præfuit Numa Pompilius, qui primus apud Romanos, Pontifices, & Virgines Vestales instituit, falsorumque Deorum numerositate ciuitatem impleuit. [e] Duos menses, in anno Romanis ad decem menses adiecit: Ianuarium Dijs superis: Februarium Dijs inferis dedicauit. Tunc quoque Sibylla Samia claruit.

IIIIMDLVI. [f] Ammon, regnat annos xii. Huius temporibus Tullus Hostilius, Romanorum Rex, prior in Repub. censum egit, quod adhuc per orbem terrarum incognitum erat, primusq. purpura, & fascibus vsus est.

IIIIMDLXXXVIII. [g] Iosias, regnat annos xxxii. [h] Thales Milesius Philosophus Physicus claruit, qui, defectibus Solis acutissima perscrutatione comprehensis, Astrologiæ numerum primus investigauit, prophetantibus in Iudæa, Ieremia, Olda, & Sophonia.

IIIIMDXCIX. [i] Ioachim, regnat annos xi. Huius tertio anno Nabuchodonosor, Iudæam captam tributariam fecit. Tunc Daniel, Annanias, Azarias, & Misael in Babylone claruerunt.

IIIIMDCX. Sedechias, regnat annos xi. Hunc Rex Babylonis secũdo veniens

Anni ab orb. c.

veniens ad Ierusalem, cum populo captiuum duxit, templo incenso, anno ædificationis suæ [k] cccclxv. Per idem tẽpus Sappho mulier in Græcia diuerso poemate claruit. Solon leges Athenien sibus dedit.

A Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis anni cccclxxxv.

Finitur quarta ætas, per annos quatermille sexcẽtos & decẽ.

[z] Lib. 3. Reg. capit. 2. dicitur in Hebron regnasse septem annos, & in Hierusalem 33. qui collecti fiunt quadraginta. idem est 2. Paralip. cap. 9. Et Clemens Alex. 1. Strom.

[a] Eusebius anno mundi 3980. ex sentẽtia Philostrati scribit, à Zaro, & Carthagine Tyrijs Carthaginem fuisse conditam. Idẽ tamen anno 4154. Carthago, inquit, condita est, vt quidã volunt à Carchedone Tyrio, vt verò alij à Didone filia post Troianũ excidiũ annis. 133.

[b] Sic Eusebius Chronico. 2. Paralip. dicitur, quod Asaphat constituitur princeps laudantium nomen Domini, & cap. 29. quod hymnos composuit.

[c] Sic. 3. Regum cap. 11. & 2. Paralip. c. 9. Clemens Alex. 1. Strom. Iosephus autem lib. 8. cap. 7. antiq. ait, eum regnasse annis octoginta, vixisse quattuor & nonaginta.

[d] Regum. 3. 6. 6. ædificatã domum Domini dicitur annis septẽ. Idẽ Iosephus lib. 8 c. 4. Sed hic Isidorus Eusebiũ sequens, annũ quartũ Regni, quo cœpit ædificare templũ, cõnumerat cũ septẽ. Beda ait, annis septẽ ædificatur, octauo dedicat. 2. Paral. 12. & 13.

[e] Ibi primo regnat Ieroboam, de quo 3. Regum. cap. 12. & 13.

[f] De Erythræa Sibylla vaticinio, vide August. lib. 18. cap. 23. cauit. & Lactan. Firmia. lib. 1. de diuinis institutionibus.

[g] Abia. 3. Regum. cap. 15. & Paralip. 2. capit. 13. Eusebius Ioseph. Bed. Verum Clem. Alex. huic annos 23. attribuit, & fuisse filium Sadoc.

[h] Abimelech erat filius Sadoc, vt Clemens Alex. est auctor Strom. 1.

[i] In alijs m.s. legitur, Prophetabant in Iudæa Aggæus, & Iehu, Amos, & Ioel, & Zacharias, & Michæas. Verùm aliorum codicum lectionem sequi malo: Nam & Eusebius Chronico: Prophetabant, inquit, Achias, Samaræus, & is, qui fuerat apud altare Samariæ Iehu, Ioede, Azarias, qui & Anania. Idem ait ipse Isidorus lib. 5. Etymol. capit. 39. Aggæus autem temporibus Regis Darij prophetauit, vt constat ex ipsius prophetia, cap. 1. Similiter & Zacharias, vt ipse de se auctor est, prophetiæ suæ initio, & Eusebius in Chronico. Hieronymus etiam prologo eiusdem prophetiæ.

[k] In Clemente Alex. 1. Strom. scribitur: Iosaphat annos tantum regnasse quinque. Quo tempore, inquit, prophetarũt Helias Thesbites, & Michæas filius Ieble, & Abdias filius Ananiæ. De Prophetis Isidorus lib. 7. Etymol. cap. 7.

[l] Hieronymus in prologo eius prophetiæ, ex Hebræorum scriptis colligit, hunc tempore Achab Regis Samariæ floruisse, cõsentiũt prophetas, à persequutione impiæ Iezabelis, cõservatos, quinquaginta specubus inclusos pane, & aqua pauisse, vt etiam videre est. 3. Reg. cap. 18.

[m] Eliæ Tesbitis, sacerdotis magni, insignia septẽ miracula hæc sunt. 1. triennij siccitate cælum clausit. 2. orauit rursum, & cælum dedit imbrem. 3. mortuũ mulieris filiij ad vitã reuocauit. 4. eius virtute hydria farina non defecit: vas olei perpetuo fonte manauit. 5. eius verbo ignis de cælo super sacrificium descendit. 6. duos quinquagenarios cũ militibus cælesti igne combussit. 7. Iordanẽ transiens tactu melotis abrupit, Isidorus lib. de vita, & morte sanctorum.

[n] Clemens Alex. lib. 1. Strom. Gotholia regnat octo annis: erat ex genere Achab.

[o] Ionadab fuit filius Semma, fratris Dauid. Regũ. 2. c. 13. Et alius Ionadab, filius Rechab, qui vixit sub Iehu, & alijs Regibus. 4. Reg. 10. & Ieremiæ. 35.

[p] Fuit Ioiada sacerdos bonus, & pietate vitaq; innocentia insignis. De eo dicitur 2. Paralipom. c. 24. quod mortuus est, quum esset cxxx. annorum.

[q] Eliseus Eliæ discipulus bis miraculis claruit; primo Iordanẽ transitu suo diuisum refrænans, vndã retrò conuertit. 2. Aquas Hierico steriles, fœcundas fecit. 3. Pueros insultãtes sibi, bestijs vorandos tradidit. 4. Sterilẽ mulierẽ fœcũdauit. 5. Et eius filiũ suscitauit. 6. Decẽ panibus plebe refecit. 7. Naaman à lepra liberauit. 8. Lepra aspersit discipulũ. 9. Ferrum aquis supernatare fecit. 10. Hostes Syriæ cæcitate percussit. 11. Incredulo mortẽ prædixit. 12. Hostẽ quadrigarũ fragore fugauit, obsidionẽq; dissipauit. 13. Famẽ repulit. 14. Post mortẽ cadaueri vitã dedit. Sic ferè Isidorus lib. de vita, & obitu Sanctorum Patrum.

[r] In vno m.s. est, Lycurgusq; legislator Apollonius. Existimo legendũ legislator Apollinis: vt ita dictum accipiamus, quod quasçunq; leges Lacedæmonijs ferebat, id Apollinis instinctu facere se dictitaret. Vide Plutarch. in eius vita, Valerium Maximum, atque alios.

[s] Apud Clement. Alexand. 1. Strom. corruptè legi existimo: Amasias eius filius annis xxxix. pro xxix. Nam ita Eusebius, Iosephus, Nicephorus, & alij.

[v] In alio m.s. erat Ozias, quomodo & apud Nicephorum, & in Chronico Græco, quod apud me est: rectè, sic enim etiã appellatur lib. 2. Paralip. c. 26. & à Clemẽte Alex. 1. Strom. Ozias, inquit, sedecim annorũ erat, cũ regnare cœpisset, & 52. annis regnauit super Ierusalẽ, fuitque leprosus. Idẽ annotauit Procopius Gazeus, in cõmentarijs, super Isaiã, ad titulũ prophetiæ. Huius autẽ tẽpore regnũ Assyriorũ ad Medos translatũ fuisse, tradunt Eusebius, Beda, Ado, Tudensis, alij.

[x] De tempore, quo prima Olympias fuerit constituta, à plerisq. dubitatũ est. Eusebius Chronico, ex Africani sententia scribit, eam tẽpore Ioathan regis Hebræorũ, primùm numerari cœptã. Idẽ lib. 10. Præparat. eã ad Isaiæ tẽpora trahit. Clemẽs Alex. 1. Strom. in 34. anno Nicandri, primã Olympiadẽ cũ aliys ponit. Chronicon nostrũ Græcũ, omniũ clarissimè ΝΑ ἔτει Ὀζίου τοῦ καὶ Ἀζαρίου βασιλέως Ἰούδα πρώτη Ὀλυμπιὰς ἐτέθη ὑπ' Ἰφίτου· καθ' ὃν προεφήτευον Ὠβαδίας Ἀμώς, Ὠσηέ, ὁ τοῦ Βεηρεὶ, Ἰωὴλ τοῦ Βαθουὴλ, Ὠδὲδ, καὶ Μιχαίας ὁ Μορασθίτης. Quinquagesimo primo, inquit, anno Oziæ Regis Iudæ, qui etiã Azarias appellatur, prima Olympias instituta est, sub Iphito: quo tẽpore prophetabat Isaias, filius Amos. Oseæ filius Beeri, Ioel filius Bathuel, Oded, & Michæas Morasthites. Et mox: ἡ πρώτη ὀλυμπιὰς ἤρχθη παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἥ τις ἐστὶν τετράετηρις. Prima Olympias apud Græcos incepit, quæ quattuor est annorum.

[y] Hieronymus in prologo super Ionam, affirmat Ionã prophetasse temporibus Ieroboam, filij Ioas. Augustinus lib. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ciuitat. cap. 27. regnante Osia, prophetasse auctor est. Idē & Clemens Alex. 1. Strom. sicut Isidorus.

z Romam condidit. Olympiad. 7. Dionys.

a Quod hic Sennacherib tribuitur. 4. Reg. cap. 17. & 18. & Tobiæ, cap. 1. de Salmanasar dicitur, quem Eusebius vtroque nomine censeri ait: quū tamen Tobiæ. 1. pater Salmanasar, filius Sennacherib dicatur. Ioseph. lib. 10. antiq. cap. 1. patrem vocat Sennacherib, Clemens. 1. Strom. Salmanasar.

b Duæ voces: ex Samaria, à plerisque m.s. deficiunt, nū rectè, vt constat ex Adone, & Clemente, primo Strom. vbi ait Salmanasar, Regem Assyriorum transmigrare fecisse eos, qui habitabant in Samaria, ad Medos, & Babylonem.

c Romulus. Liu. Euseb. Aurel. Dionys.

d Qui obstat. Liu. Vict. Dionys.

e Sic Eusebius in Chronic. Duos menses anno addidit, Ianuarium, & Februarium: cum ante hunc tantum decem menses, apud Romanos, fuissent: adeo, vt vltimus December diceretur. Capitoliū quoque à fundamentis ædificauit, & congiarium dedit Axes (lege asses) ligneos, & scorteos.

f Reg. 4. capit. 21. viginti duorum annorum erat, quum regnare cœpisset, duobus quoque annis regnauit in Ierusalem, interfectus à seruis suis occubuit. Idem Clemens Alex. 1. Strom. & Iosephus lib. 10. cap. 4. antiq. qui eum vixisse quattuor & viginti annos, & in regno egisse duos ait. Nicephorus tamen, vt Isidorus, duodecim eius regni annos enumerat. Idem facit Eusebius 70. supputationem sequutus, cum ipse tenetur, Hebraeos tantum duos annos regni illius agnoscere. Verum hæ discrepantes sententiæ facilè conciliari poterunt, si decem annos, quibus Ammō cū patre regnauit, duobus iungas, quibus solus.

g Regum. 4. cap. 22 de Iosia Rege iusto, & aquis observantissimo habes. De eodem. cap. 25 dicitur: Non fuit similis illi, neque post eum surrexit similis, triginta vno anno regnauit in Ierusalem. Idem Clemens Alex. 1. Strom. & Iosepus lib. 10. c. 6. Eusebius annū vnū addit, vt Isidorus.

h Euseb. Chron. agnosci ait Olympiade 36. Laërtius nasci eundem anno 1. Olympiadis 35. nescio quam benè vtrumque. Plinium de his consule lib. 2. natur. historiæ. cap. 12.

i Ante hunc regnauit Ioachaz tribus mensibus, vt præter sacras litteras, auctor est Eusebius, Iosephus, Nicephorus, Theodoretus, & chronicū nostrum Græcū. Hunc Eliachim vocat Ieremias, teste Anastasio, post quē successit Ioachim, qui alio nomine Eliachim dicitur, teste Iosepho lib. 10. c. 7. antiq.

k Eusebius 442. annos hic ponit ex sententia Clementis Alex. 1. Stro. Iosephus verò, lib. 10. c. 10. Templum concremauit, post quadringentos septuaginta annos, & menses sex, dies decem. Niceph. in Chronologia post annos 424. Anastasius 434. Ita sunt variæ & discrepantes de temporibus sententiæ.

Anni ab orb. c.

IIIIMDCLXXX.

IIIIMDCCXIIII.

IIIIMDCCXXXIIII.

IIIIMDCCLXXIIII.

IIIIMDCCIXIII.

IIIIMDCCCXXXIII.

IIIIMDCCCLIX.

IIIIMDCCCLXIII.

Quinta ætas seculi.

HEbræorum captiuitas annorum [a] LXX. in quibus ignis ab altari Dei sublatus, & absconditus in puteo, post septuagesimū regressionis suæ annum, adsumitur inuentus vitus. Per idem captiuitatis tempus, Iudith historia conscribitur. Pythagoras quoque Philosophus, & Arithmeticæ artis inuentor; & Pherecydes, historiarum primus scriptor: atq. Xenophanes, Tragœdiarum inuentor, insignes habentur.

Darius regnat annis [b] XXXIV. [c] Huius secundo anno Iudæorum est resoluta captiuitas; à quo tempore in Ierusalem nō Reges, sed Principes fuerunt, vsq; ad Aristobulum. Tunc Romani, pulsis Regibus, Consules habere cœperunt.

Xerxes, regnat annis [d] XX. Æschylus, Pindarus, Sophocles, & Euripides, Tragœdiarum scriptores, celebrātur insignes. Herodotus quoque historiarum scriptor, & Zeuxis agnoscitur pictor.

Artaxerxes, qui & Longimanus, regnat annis xl. Eo regnante Esdras sacerdos incensam à gentibus legē renouauit, & Nehemias Ierosolymorum muros restituit. Aristarchus etiam, & Aristophanes, atque Sophocles, Tragœdiarum scriptores habiti sunt. Hippocrates quoque Medicus, ac Socrates Philosophus, & Democritus claruerunt.

Darius, qui & Nothus, regnat annis [e] XIX. Hæc ætas habuit Philosophum Platonem, & Gorgiā primum Rhetorem.

Artaxerxes, regnat annis [f] XL. Huius tēpore Esther historia docetur esse expleta. Plato quoque, & Xenophon Socratici, insignes habentur.

Artaxerxes, qui & Ochus, regnat annis [g] XXVI. Demosthenes orator primus agnoscitur, & Aristoteles Dialecticus primus prædicatur. Plato moritur.

Arses, Ochi filius, regnat annis [h] IIII. Xenocrates Philosophus illustris habetur.

Anni ab orb. c.

IIIIMDCCCLXIX.

IIIIMDCCCLXXIIII.

IIIIMDCCCCXIIII.

IIIIMDCCCCLII.

IIIIMDCCCCLXXVIII.

IIIIMDCCCCXCV.

VMXIX.

VMLIII.

VMLXXXIII.

VMX.

VMCX.

VMCXVIII.

VMCXLVIII.

VMCL.

[i] Darius regnat annis VI. Alexander Illyricos, & Thraces superans, dehinc Hierosolymam capit. Atq. templum ingressus, Deo hostias immolat. Huc vsque Persarum Regnū stetit. Dehinc Reges Græcorum incipiunt.

Alexander Macedo regnat annis [k] V. Huius enim quinq. anni postremi in ordine temporum numerātur, quibus monarchiam Asiæ, destructo Persarum regno, obtinuit. Nam septem eius priores in Persarum Regibus supputantur. Dehinc Alexandriæ Reges incipiunt.

Ptolemæus, Lagi filius, regnat annis XL. [l] Hic Iudæam capiens, plurimos Hebræorum in Ægyptum transtulit. Hoc tempore Zeno Stoicus, & Menander Comicus, & [m] Theophrastus Philosophus claruerunt. Per idem tempus Machabæorum liber inchoatur primus.

Ptolemæus Philadelphus regnat annis XXXVIII. Hic Iudæos, qui in Ægypto erant, absoluit, & vasa sancta Eleazaro Pontifici restituens, Septuaginta interpretes petijt, ac diuinas scripturas in Græcum eloquium [n] transtulit. Per idem tempus Aratus Astrologus agnoscitur, atq. argentei nummi Romæ primum [o] cuduntur.

Ptolemæus Euergetes regnat annis [p] XXXVI. Sub quo Iesus, filius Sirach Sapientiæ librum composuit.

Ptolæmeus Philopator regnat annis XXVII. [q] Ab isto Iudęi prœlio victi, lx. millia armatorum corruerunt. Per idem tempus Siciliam Marcellus Consul obtinuit.

Ptolemæus Epiphanes regnat annis XXIIII. [r] Huius tempore gesta sunt, quæ secundi libri Machabæorum historia continet. Hac ætate Romani victos Græcos liberos esse iusserunt, dicentes: impium est, seruos esse, apud quos Philosophia primum orta est, magistra morum, inuentrix liberaliū disciplinarum. Per idem tempus [s] Ennius, primus Poëta Latinus insignis Romæ celebratur.

Ptolemæus Philometor regnat annis XXXV. Hunc [t] Antiochus prœlio superauit, & Iudęos varia calamitate oppressit. Per idem tempus Scipio Africam vicit. Terentius Comicus claruit.

Ptolemæus Euergetes regnat annis [u] XXIX. Hoc tempore Consule Bruto, Hispania à Romanis obtenta.

Ptolemæus Soter regnat annis [x] XVII. Varro, Ciceroq. nascuntur. Thraces Romanis subijciuntur.

Ptolemæus Alexander regnat annis X. [y] Syria, per Gabinium ducem, in Romanorum dominiū transijt. Poëta quoq. Lucretius nascitur, qui postea se furore amatorio interfecit.

Ptolemæus Cleopatræ filius regnat annis VIII. Per idem tempus [z] Plotius Gallus Romæ Latinā Rhetoricam docuit primus. Tunc quoq. Sallustius Historiographus nascitur.

Ptolemæus Dionysius regnat annis XXX. [a] Pōpeius, Hierosolyma capta, Iudæos Romanis tributarios fecit. Per idem tempus Cato Philosophus claruit; Virgilius nascitur Mantuæ; Horatius Venusij. Tūc etiam [b] Apollodorus præceptor Augusti, clarus habetur, & Cicero laude oratoria celebratur.

Cleopatra regnat annis [c] II. Hæc Ptolęmei Regis Ægyptiorum fuit filia, & fratris Ptolemæi soror: & coniux effecta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni ab orb.c.

VMCLV.

Quem dum faudare regno voluisset tẽpore belli ciuilis, in Alexandria occurrit Cesari, vrbem obsidenti, & [d] per speciẽ atq. stuprum, regnum sibi, & necem Ptolemęo, apud Iulium impetrauit. Atq. Alexandrię regnũ, tertio anno regni Cleopatræ, per Iulium Cæsarem in ditionem Romanor ũtransit.

Caius Iulius Cæsar regnat annis v. [e] Hic anteà Consul creatus, Gallias obtinuit: de Britannia triumphauit: postremùm ciuili bello aduersus Pompeium adhibito, monarchiã totius Imperij obtinuit. Ex cuius nomine sequentes Imperatores, Cæsares vocati sunt.

A transmigratione Babylonis vsque ad Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi, anni DLXXXVII.

Finitur quinta ætas per annos quinquies mille centũ quinquaginta quinque.

[a] Ita est *apud Ieremiam. c 25.* Seruient omnes gentes istæ Regi Babylonis septuaginta annis, *& c. 29.* Cũ cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos. *Paralipom. etiam 2. cap. 36. dicitur Cyrus dimisisse populum captiuum anno regni sui primo, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat, per os Ieremiæ. Idem Esdræ lib. 1. c. 1. & 2. Idem Daniel c. 9. Iosephus lib. 11. c. 1. Nicephor. Chronolog. Clemens Strom. 1. fuisse, ait hanc captiuitatem septuaginta annorum.*

[b] Eusebius *annis 36. Sic Herodotus, Nicephorus, & alij. Clemens Alexand. 1. Strom. quadraginta sex numerat: qui ita colligit Regum Persarum tempora.* Cyrus regnauit annis 30. Cambyses 19. Darius 46. Xerxes 26. Artaxerxes 41. Darius 8. Artaxerxes 42. Ochus vel Arses 3. ita vt sint in vniuersum anni 235. Alexander Macedo, extincto Dario Rege Persarum. Et inde ortum habuit regnum Macedonum. *Hæc Clemens; vnde apud eundem mendum in numeris esse existimo, quum ad annos ducentos triginta quinq. Persarum extendat imperium, quæ summa cum annis Regum non conuenit. Obserua hoc insuper loco, alios præterea Reges ab Eusebio poni, sed reijci à Clemente, Isidoro, & alijs, quòd menses dumtaxat aliquot regnarunt, vt Artabanus menses 7. Secundus Xerxes menses 2. Sogdianus menses 8. vt etiam eandem ob causam à plerisq. omittantur Imperatores Otho, Galba, Vitellius, vt notauit Plutarchus in vita Galbæ. De Regibus Persarum, vide Herodotum, & Thucydidem, & Metastenem. Hi non statuunt Imperium Cambysis ante Darium, aduersus quos est Plato lib. de legibus. Clemens, Iosephus, Orosius, & Nicephorus in Chronolog. & consonum est sacris litteris, ex Esdra. 1. c. 2. & in annorum supputatione etiam discrepantes, & variæ reperiuntur sententiæ, vt constat ex Tertulliano aduersus Iudæos.*

[c] Ita *Eusebius, & Clemens Alexand. 1. Strom.* Iosephus *lib. 11. cap. 2. & 3.*

[d] *Vide* Iosephum *lib. 11. c. 5.* Paulus Orosius *lib. 2. cap. 9. annis 20.*

[e] Ita *Eusebius, Tertull. aduersus Iudæos, Nicephorus, Beda, & alij: Ado tantum agnoscit annos 15.*

[f] *Eusebius, Nicephorus, Tertul. aduersus Iudæos, Beda, alij. Hic ab Hebræis Assuerus dicitur à 70. interpretibus Artaxerxes cognomento Mnemon, non Memnõ, vt in Eusebio & alijs.*

[g] *Eusebius, Beda, & Chronicon Græc. Niceph. 22. habet. Tertullianus aduersus Iudæos 24. Clemens Alex. 3. qui hãc eundem cum Arse facit.*

[h] *Eusebius, Nicephor. Beda, Ado autem 3. dumtaxat ponit. Aliter Tertull. aduersus Iudæos.*

[i] *Iosephus lib. 11. c. 7. & 8. Diodorus Siculus lib. 17. Bis fuit Arsacis filius, Ochi nepos; cuius meminit Quintus Curtius, Plutarchus, Arianus; breuitèr omnes, qui res Alexandri Magni memoriæ tradiderũt. Tertulliano, & Curtio hic Melas cognomento dicitur; Codmanus primum appellatus Iosephi lib. 19.*

[k] *Sic Iosephus, & ipse in Etymologia. lib. 5. Tertull. annos 10. Nicephorus in Chronico, sublato Dario, regnasse ait annos 6. rerumq. potitum, ante Darij mortem annis 12. mortuum in Babylone ætatis anno trigesimo quinto, vel, vt alij, trigesimo sexto. Octodecim igitur annis ex Anastasij sententia regnum obtinuit. Atq. ita Clemens Alexand. 1. Strom. qui ita Macedonum Reges enumerat.* Alexãder annis regnauit 18. Ptolemæus Lagi F. 40. Ptolemæus Philadelphus 27. Euergetes 25. Philopater 17. Epiphanes 24. Philomater 35. Fuscon 29. Lathurus 36. Dionysius 29. Cleopatra 22. Postquam fuit regnum Cappadocum octodecim dierum. Fiunt ergo simul coniuncta Macedonum tempora anni trecenti duodecim, dies octodecim. *Hæc Clemens: Tertull. lib. aduersus Iudæos aliter.*

[l] *Euse de hac re habes apud Iosephum lib. 15. c. 19. & 20. narrãte to. 1.* [m] *Apud Euseb. in Chronic. ita habes:* Theophrastus Philosophus agnoscitur, qui à diuinitate loquendi, vt ait Cicero, nomen accepit. Theodotus Athenęus agnoscitur. *Vbi nota, corruptè legi* Athenęus *pro* Atheus: ἄθεος *enim dictus fuit, vt constat ex Laërtio in Aristippo.*

[n] *De hac re, an. 70. interpretes fuerint spiritu Dei assistente nec ne, ẽsi quæstio inter Augustinum & Hieronymum. Vide Augusti. lib. 18. c. 42. & 43. ciuit. & Hieronym. in prooemio Paralip. & in Epist. ad August. Consule etiam Iustin. in Apologetico Tertull. aduersus gentes. Ioseph. lib. 12. c. 2. Philonem denique. Iudæũ in vita Moysis.* [o] *Euseb. Chron.* Argæteus nimus primum in vrbe figuratus, *vbi lego,* signatus.

[p] XXVI. *Ita quidem Euseb.* XXV. *Niceph. Tertull. Clem.* XXIV. *Epiph.*

[q] XVII. *Sic Clem. Euseb. Nicephor. Tertullian. Ado* XVI. *Epiphan.*

[r] XXIV. *Ita Euseb.* XXVII. *Niceph.* XXII. *Epiphan.*

[s] *Locum de Ennio, qui apud Eusebium corruptus est, olim emendare libet. Sic enim nunc legitur:* Ennius Poëta septuagenario maior, articulari morbo perijt, sepultusq. est in Scipionis monumento, via Appia, intra primum ab vrbe milliarium. *Quidam ossa eius Rhodiũ ex Taniculo translata affirmant, vbi pro, Rhodiam: substituo Rudiæ; fidẽ m. scripti codicis adiutus; reiq. veritate id ita cogẽte. Fuit enim Ennij patria Rudiæ, vetus Apuliæ oppidũ, teste Mela lib. 2. Post Barium, inquit,* Egnatia, & Ennio ciue nobiles Rudiæ; quò eius ossa trãslata verisimile est.

[t] *Leguntur hæc Machabæorũ 2. vbi Antiochus radix peccati appellatur.*

[v] Ita *Eusebius, Niceph. Epiphanius, & alij Tertullia. 27. filij Clementi Euscon est. Male in lib. Etymologiarum D. Isidori Parisijs anno 1580. impresso. Euergetes, annis 24. dũtaxat regnasse scribitur.*

[x] XVII. *Ita Euseb. XVI. & menses sex Niceph. XV. Epiph.*

[y] X. *Epiph. XII.*

[z] *De hoc Eusebius in Chron.* Plotius, *inquit,* Gallus primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit, de quo Cicero sic refert: memoria teneo primum Latinè docere cœpisse Plotium quendam. *In m. s. est amplius memoria teneo pueris nobis primum, &c.*

[a] XXX. *Epiphan. XXXI.*

[b] *Apollodorus Pergamenus, Gracus orator, præceptor Claudij & Augusti, vt constat ex Suetonij Octauio.*

[c] *Eusebius annos 22. habet, & Plutarchus in Antonio, & Nicephorus, & alij. Epiphanius amplius ponit 32. Isidorus duos tantùm ponit. Nam Iulius Cæsar, tertio Cleopatræ regni anno, solus post occisum à spadonibus Alexãdrum Regis Pompeium obtinuit quidquid Romano parebat Imperio. Indeq; Alexandrinum Regnum in Romanorum ditionem transijt, vt idem infra affirmat. Idem est apud Tudensem, in cod. ms. & ideo hunc annorum numerum placuit retinere, quem etiã Etymologiarum m. s. codd. habent. Idque exigit locus in Tiberio vbi dicitur Christus passus annis peractis à principio mundi 5229. à qua supputatione Eusebius ipse tantum duos annos discrepat.* [d] *De Cleopatra sic ferè Xiphilinus, ex Dione, in Iulio Cæsare:* Cleopatra, inquit, forma pulcherrima fuit, tũ vero flore ætatis, & facundia omnibus pręstans; eratque apud omnes, quibuscum versabatur, gratiosa. *Et paullò post de Cæsare loquens:* Ipse Ægyptum in suam potestatem ditionemque redegit, tradiditque Cleopatræ, cuius caussa bellum gesserat.

Sexta ætas seculi.

Anni ab orb.c. VMCCXI.

OCtauius Augustus regnat annis [b] LVI. Iste in Imperio, post Siculum bellum, triumphos tres egit: Dalmaticum, Asiaticum, postremò Alexãdrinum aduersus Antonium, inde Hispanũ: Deinde, terra mariq. pace toto orbe parta, Iani portas clausit. Sub cuius Imperio [c] septuaginta hebdomadæ [d] in Daniele scriptæ complẽtur, & cessante regno, & sacerdotio Iudæorum, Dominus Iesus Christus in Bethlehẽ Iudæ ex Virgine nascitur, anno regni eius XLII.

VMCCXXXIIII.

Tiberius, [e] filius Augusti regnat annis [f] XXII. Iste, dum per cupiditatẽ [g] Reges ad se venientes non reuitteret, multæ gentes à Romano Imperio recesserunt. [h] Huius decimo octauo regni anno Dominus crucifixus est, annis peractis à principio mundi quinquies mille ducentis viginti nouem.

VMCCXXXVIII.

Caius [i] Caligula, regnat annis IV. [k] Hic auaritia, crudelitate, & luxuria sæuus fuit, atq. in Deos se transferens, in tẽplo Ierosolymorum statuam Iouis Olympij, sub nomine suo poni iussit. Per idem tempus [l] Matthæus Apostolus Euãgelium primus in Iudæa scripsit.

VMCCLII.

Claudius, regnat annis XIV. [m] Eo regnante Petrus Apostolus, contra Simonem Magum, Romam pergit. [n] Marcus quoq. Euangelista Alexandriæ Christum prædicans, Euangelium scripsit.

VMCCLXVI.

Nero, regnat annis [o] XIV. Hic iniuriæ, crudelitati, & luxuriæ deditus, retibus aureis piscabatur: [p] matrem & [q] sororem prostituit, & interfecit: Senatum multum extinxit: multas Reipubli. prouincias, & vrbes amisit: vrbem quoq. Romam incendit, vt Troiani excidij imaginem spectaret. Huius tẽporibus Simon Magus, cum altercationem proposuisset, cũ Petro, & Paulo, Apostolis, dicens se quandam virtutem esse Dei magnam, medio die, dum ad patrem volare promittit in cælum, à Dæmonibus, à quibus in aëre ferebatur, adiurãte eos Petro, per Deum, Paulo vero orãte, dimissus crepuit. [r] Ob cuius necem à Nerone Petrus crucifigitur, Paulus gladio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni ab orb.c.

VMCCLXXVI.

VMCCLXXVIII.

VMCCXCIIII.

VMCCXCV.

VMCCCXIIII.

VMCCCXXXV.

VMCCCLVII.

dio cæditur. Hac tẽpestate Persius Poëta moritur. Lucanus quoq. ac [f] Seneca præcepto Neronis interficiuntur.

[t] Vespasianus, regnat annis x. [u] Iste in disciplina militari strenuus multas prouincias, quas Nero amiserat, bellando Reipub. restituit. Immemor offensarum fuit, conuicia in se dicta leuiter tulit. Huius secundo anno Titus Ierosolymam cepit, atq. subuertit: vbi [x] vndecies cẽtena millia Iudæorum fame & gladio perierunt. Sed & præter hos quoque centum millia publicè venundata.

Titus, regnat annis [y] II. Iste in vtraque lingua tanto facundissimus extitit, vt causas Latinè ageret, poëmata, & tragedias Græcè componeret: tanto autem bellicosissimus fuit, vt in oppugnatione Ierosolymorum, sub patre militans, [z] duodecim propugnatores duodecim sagittarum confodere ictibus. Porrò in Imperio tantæ bonitatis fuit, [a] vt nullum omnino puniret, sed conuictos aduersus se coniurationis dimitteret, atq. in eadem familiaritate, qua antea habuerat, retineret. Huius etiam inter omnia fuit illud celebre dictu, [b] perdidisse diem, quo nihil boni fecerat.

Domitianus frater Titi regnat annis [c] XVI. Hic post Neronem secundus, superbia execrabilis, [d] Deum se appellari iussit, [e] Christianos persequi Paganis instituit. Sub quo Apostolus Iohannes in Pathmos insulam relegatus, Apocalypsin scripsit. Iste multos Senatorum in exilium misit, ac peremit, cunctos quoque, qui de genere Dauid erant, interfici iussit, vt nullus Iudæorum ex regali superesset origine.

Nerua, regnat anno I. [f] Vir imperio moderatus, æqualem se & [g] communem omnibus præbuit. Huius tempore Iohannes Apostolus ab exilio Ephesum rediit, atq. efflagitatus ab Asiæ Episcopis, Euangelium nouissimus edidit.

Traianus, regnat annis XIX. [h] Iste mirabili virtute Romanum imperium, vsque in Orientem, longè lateq. produxit. [i] Babyloniam, & Arabiam cepit, & vsque ad Indiæ fines, post Alexandrum, accessit, [k] liberalis cunctis atq. tranquillus. Cuius inter alia dicta, illud fertur egregiũ, vt dum interrogaretur, quod nimiũ circa omnes communis esset, respondit, talem se Imperatorem esse priuatis, qualem sibi Imperatorem priuatus optasset. Simon Cleophas, Ierosolymorũ Episcopus, huius tempore crucifigitur, & requiescit Iohãnes Apostolus.

[l] Adrianus, regnat annis XXI. [m] Iste Traiani gloriæ inuidẽs, prouincias oriẽtis Persis reddidit, & Euphratẽ fluuium fines Imperij Romani posuit. Idem quoque Iudæos secundo effectos rebelles subiugat, vrbemq. Ierosolymam restaurat, eãque ex suo nomine [n] Æliam vocat. Per idem tempus Aquila Ponticus, Interpres secundus post Septuaginta, oritur: Et [o] Basilides Hæresiarcha agnoscitur.

Antoninus Pius, regnat annis XXII. [p] Iste propter clemẽtiam tale cognomentum accepit, quia in omni regno Romano, cautionibus incensis, cunctorum debita relaxauit: vnde & pater patriæ appellatus est. Iste primus imperiũ Romani orbis, cũ Antonino Iuniore, æquata potestate, diuisit. Eo regnãte [q] Valẽtinus, & Marcion Hæresiarchæ prodũtur, atq. Galenus Medicus Pergamo genitus, Romæ clarus habetur.

[r] Anto-

Anni ab orb.c.

VMCCCLXXV.

VMCCCLXXXVIII.

VMCCCLXXXIX.

VMCCCCVII.

VMCCCCXIIII.

VMCCCCXV.

VMCCCCXIX.

VMCCCCXXXII.

VMCCCCXXXV.

VMCCCCXLI.

VMCCCCXLVIII.

VMCCCCXLIX.

VMCCCCLI.

VMCCCCLXVI.

[r] Antoninus minor, regnat annis XVIII. Hic ad Parthos profectus, Seleuciam Assyriæ vrbem, cum quadringẽtis millib. hominum cepit: De Parthis & Persis triumphauit. Eo regnante Montanus Cataphrygarum auctor, & Tatianus, à quo hæresis [s] Encratitarum, exorti sunt.

Cõmodus, regnat annis XIII. [t] Iste luxuriæ multæ fuit. Sub hoc Theodotion Ephesius, interpres tertius apparuit: atq. Irenæus Episcopus Lugdunensis doctrina habetur insignis.

Ælius Pertinax regnat anno [u] I. [x] Hic, supplicante Senatu, vt vxorem Augustam, & filium Cæsarem faceret, renuẽs, ait sufficere sibi debere, quod ipse imperaret inuitus.

[y] Seuerus Pertinax, regnat annis [z] XVIII. Iste multa bella feliciter gesit: Parthos vicit, Arabiam obtinuit, [a] Britanniam bellando recepit, litterarum & Philosophiæ scientiam habuit. Huius tempore [b] Symmachus, interpres quartus, agnoscitur, Narcisus Hierosolymorum Episcopus virtutibus plurimis celebratur: Tertullianus Afer in Ecclesia illustris habetur: Origenes Alexandriæ studijs eruditur.

Antoninus [c] Caracalla, Seueri filius, regnat annis [d] VII. Hic impatiẽs libidinis fuit: nouercam suam vxorem duxit. Nihil memorabile gesit. Huius tempore in Hierico quinta editio diuinarum Scripturarum inuenta est; cuius auctor nõ apparet.

Macrinus, regnat anno [e] I. Hic cum filio regnans, nihil memorabile temporis breuitate gesserunt. Nam post annũ vnum, seditione militari, pariter [f] interfecti sunt.

[g] Aurelius Antoninus, regnat annis [h] IV. Hic dum obscœnissimè viueret, & ipse [i] tumultu militari interẽptus est. Cuius temporibus sexta editio inuenta est Nicopoli: Sabellius hæresiarcha oritur.

Alexander, regnat annis [k] XIII. Hic [l] Persas glorioßissimè vicit: ciuib. fauorabilis fuit. Huius temporis Origenes Alexandriæ claruit, & Romæ Vlpianus insignis Iurisperitus.

Maximinus regnat annis [m] III. Iste primus ex militari [n] corpore, absq. decreto Senatus, Imperator efficitur, & Christianos [o] persequitur.

Gordianus, regnat annis [p] VI. Hic rebellantes Parthos, & Persas afflixit. Rediens victor de Persis, fraude suorum interijt. Huius tẽporib. [q] Zepherinus, testimonio Spiritu sancti in specie columbæ super caput eius descendentis, Romæ Episcopus ordinatur.

Philippus, regnat annis [r] VII. Iste primus inter Imperatores credidit Christo. Huius etiam primo anno millesimus annus Romanæ vrbis fuisse docetur expletus.

Decius, regnat anno [s] I. Huius temporibus S. Antonius monachus in Ægypto docetur exortus: à quo primùm monasteria condita sunt.

Gallus, & Volusianus eius filius regnant annis [t] II. [u] Nouatus, Cypriani Episc. Presbyter Romam veniens Nouatianam hæresin condidit.

Valerianus cum Gallieno regnant annis XV. Cyprianus primũ Rhetor, deinde Episcopus martyrio coronatur. Gothi quoq. Græciam, Macedoniam, Asiam, Pontumq. depopulantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni ab orb. c.

pulantur. Valerianus Christianis persecutionem mouens, à Rege Persarum Sapore captus, ibi in dedecore vitæ consenuit.

VMCCCCLXVIII. Claudius, regnat annis [x] II. Iste Gothos Illyricum, Macedoniamq. vastantes superat. [y] Paulus Samosatenus, hæresiarcha agnoscitur.

VMCCCCLXXIIII. Aurelianus, regnat annis [z] VI. Iste Romanorum Imperiũ bellando penè ad fines priores perduxit; [a] qui persequutionem aduersus Christianos efficiens, fulmine corripitur, & sine mora occiditur.

VMCCCCLXXV. Tacitus, regnat anno [b] I. Huius vitæ breuitas gestorum nihil dignum historia prænotat.

VMCCCCLXXXI. Probus, regnat annis [c] VI. Iste militia strenuus, & claritate præclarus, Gallias à barbaris occupatas bellando Romanis restituit. Huius tempore [d] Manichæorum hæresis orta est.

VMCCCCLXXXIII. Carus cum filijs Carino & Numeriano regnat annis II. Carus, postquam de Persis triumphauit, victor circa Tigridẽ castra ponens, ictu [e] fulminis concidit.

VMDIII. Diocletianus, & Maximianus regnauerunt annis [f] XX. Diocletianus, diuinis libris adustis, Christianos toto orbe persequitur. Iste primus gemmas vestibus, calceamentisq. inseri iussit; dum sola purpura retrò principes vterentur. Hi autẽ Imperatores varia bella gesserunt. Persis victis, recepta Mesopotamia. Qui postea, pariter fastigio imperij relicto, priuati vixerunt.

VMDV. Galerius, regnat annis [g] XI. Huius imperij breuitas nihil dignum historia contulit.

VMDXXXV. Constantinus, regnat annis [h] XXX. Hic Persis bellum parauit; ad cuius aduentum adeò trepidauerunt, vt supplices occurrerent, promittentes imperata perficere. [i] Christianus quoque effectus, licentiam dedit Christianis liberè congregari, & in honorem Christi basilicas construi. His temporibus hæresis Arriana exoritur. Nicæum quoque Concilium à Constantino, ad condemnationem Arrij congregatur. Tũc & Donatistarum schisma oboritur. Per idem tempus [k] Crux Christi, ab Helena, Constantini matre, Hierosolymis reperta est. Constantinus autem, in extremo vitæ suæ, ab Eusebio Nicomediensi Episcopo baptizatus, in Arrianũ dogma conuertitur: heu, pro dolor, [l] bono vsus principio, & fine malo.

VMDLIX. Constantius, & Constans regnauerunt annis [m] XXIV. Constãtius crudelitate morum terribilis, à Persis multa perpessus est. Deinde Arrianus effectus Catholicos toto orbe persequitur. Cuius etiam fauore Arrius fretus, dum Constantinopolin, ad Ecclesiam pergeret, aduersus nostros, de fide dimicaturus, diuertens [n] per forum Constantini ad necessariam caussam, viscera eius repẽtè simul cum vita effusa sunt. Per idem tempus Athanasius, & Hilarius doctrina, & confessione fidei celebrantur. Hæresis Anthropomorphitarum in Syria, & Macedonia, & Constantinopoli nascitur. Donatus artis Grammaticæ scriptor, ac [o] præceptor Hieronymi, Romæ illustris habetur. Antonius Monachus moritur. [p] Ossa Andreæ, & Lucæ Apostolorum Constantinopolin transferuntur.

Iulia-

Anni ab orb. c.

VMDLXI. Iulianus regnat annis [q] II. Hic ex clerico Imperator, ac Paganus effectus, ad idolorum cultum conuertitur, ac Christianis martyria intulit. Liberales litteras Christianos docere, vel discere vetuit. Qui etiam, dum in odium Christi templum Ierosolymis Iudæos reparare permisisset, atque ex omnibus prouincijs Iudæi collecti, noua templi fundamenta iacerent, subito nocte oborto terræ motu, saxa ab imo fundamentorum excussa, longè lateque sparsa sunt. Igneus quoque globus ab interiori æde templi egressus, plurimos eorum suo prostrauit incendio. Quo terrore reliqui pauefacti, Christum confitebantur inuiti. Et, ne hoc casu crederent factum, sequenti nocte in vestimentis cunctorum crucis apparuit signum. Iulianus autem contra Persas procedẽs, facta cõgressione, iaculo suscepto, [r] interijt.

VMDLXII. Iouianus regnat anno [r] I. Qui, dum se ab exercitu Imperatorem legi conspiceret, seque Christianum affirmans, Paganis præesse non posse adfereret: & nos, inquit omnis exercitus, qui per Iulianum nomen Christi abiecimus, tecum Christiani esse volumus. Quibus ille auditis imperij sceptra suscepit, firmataq. pace cũ Persis, redijt: [s] qui lege protinus data, Christianis priuilegia reddidit, ac templa Idolorum claudi præcepit.

VMDLXXVI. Valentinianus, & Valens frater eius regnãt annis [u] XIV. Gotthi apud Istrum bifariè, in duobus Fridigerno & Athalarico diuisi sunt Regibus. Sed [x] Fridigernus Athalaricum Valentis, Arriani Imperatoris auxilio superans, suadente eodem, in huius beneficij gratiam, ex Catholico Arrianus cũ omni gente Gotthorum effectus, errorem sequutus est ipsius. Tunc quoque [y] Gilfulas Gotthorum Episcopus, ad instar Græcarum litterarum, Gotthis tunc reperit litteras, & vtrũque testamentum linguam in propriam transtulit. [z] Photinus quoque, & [a] Eunomius, atq. Apollinaris Hæresiarchæ eodem tempore agnoscuntur.

VMDLXXXII. Gratianus, cum fratre Valentiniano, regnat annis [b] VI. Ambrosius, Mediolanensis Episcopus in Catholicorum dogmate claruit. [c] Prisscillianus hæresin infandam nominis sui in Hispaniam inuexit. Martinus, Episcopus Turinorum Galliæ ciuitatis, multis miraculorum signis effulsit.

VMDXC. Valentinianus cum Theodosio regnat annis [d] VIII. Synodus Constantinopoli. CL. sanctorum patrum colligitur à Theodosio, in qua omnes hæreses condemnantur. Hieronymus presbyter in Bethlehem toto mundo clarus habetur. Prisscillianus, accusante Itacio, à Maximo tyranno gladio cæditur. Per idem tempus caput Ioannis Baptistæ Constantinopolin est perductum, & in septimo milliario ciuitatis humatum. Gentium quoque templa per totum orbem, iubente Theodosio, eodem tempore subuertuntur. Nam adhuc intemerata manebant.

VMDXCIII. Theodosius, cũ Arcadio & Honorio regnat annis [e] III. Per idem tempus Ioannes Anachorita virtutum miraculis habetur insignis; qui etiam, Theodosio consulente, de [f] Eugenio tyranno victoriam illi prædixit.

VMDCVI. Arcadius, cum fratre Honorio regnat annis [g] XIII. Huius temporibus Augustinus Episcopus, doctrinæ scientia in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni ab orb. c.

signis habetur. Ioannes quoque Constantinopolitanus, & Theophilus Alexandrinus, illustres Episcopi prædicantur. Per idem tempus [h] Donatus Epiri Episcopus, virtutibus insignis est habitus. Qui draconem ingentem, expuens in ore eius, peremit, quem octo iuga boum ad locum incendij vix trahere potuerunt: ne aërem putredo eius corrumperet. Per idem tempus corpora sanctorum, Habacuc, & Micheæ Prophetarum, diuina reuelatione produntur. Gotthi Italiam deprædantur. Vvandali atque Alani Gallias aggrediuntur.

VMDCXXI. Honorius, cum Theodosio minore, fratris filio, regnat annis [i] xv. His imperantibus Gotthi Romam capiunt, Vvandali quoque, & Alani, & Sueui, Hispanias occupant. Hac tempestate Pelagius, aduersus Christi gratiam erroris sui dogmata prædicat; ad cuius damnationem Concilium, apud Carthaginem, ccxv. Episcoporum congregatur. Hoc tempore Cyrillus, Alexandriæ Episcopus insignis est habitus.

VMDCXLVIII. Theodosius minor, Archadij filius, regnat annis [k] xxvii. Vvandali ab Hispania, ad Africam transeunt. Ibi Catholicam fidem Arriana impietate subuertunt. Per idem tempus Nestorius, Constantinopolitanus Episcopus, suæ perfidiæ molitur errorem: aduersus quem Ephesina Synodus congregata, eius impium dogma condemnat. Hoc etiam tempore Diabolus in specie Moysi Iudæis in Creta apparens, dum eos per mare pede sicco ad terram repromissionis promittit perducere, plurimis necatis, reliqui, qui saluati sunt, confestim ad Christi gratiam conuertuntur.

VMDCLIIII. Martianus regnat annis [l] vi. Cuius initio Chalcedonense Concilium geritur: vbi Eutyches cum Dioscoro Alexandrino Episcopo condemnantur. Huius autem sexto imperij anno, [m] Theodoricus Rex Gotthorũ cum ingenti exercitu Hispaniam ingreditur.

VMDCLXX. Leo maior, cum Leone minore regnat annis [n] xvi. Alexandria, & Ægyptus Synodum Chalcedonensem detestans, errore Dioscori hæretici languens, immundo repleta spiritu, canina rabie latrat. Per idem tempus apparuit hæresis Acephalorum Chalcedonense Concilium impugnantium, qui ideo [o] Acephali, id est, sine capite nominantur, quia, quis primus eam hæresin introduxerit, non inuenitur: cuius hæresis peste plurimi hactenus orientalium languent.

VMDCLXXXVII. Zenon regnat annis [p] xvii. Ab isto Acephalorum hæresis defenditur, & decreta Chalcedonensis Concilij abdicantur. Iste [q] Zenon Leonem Augustum filium suum interficere quærens, pro eo mater eius alium figura simile obtulit, ipsumq. Leonem occultè clericum fecit, qui in clericatu vsq. ad Iustiniani tempora vixit. Per [r] idē tempus Barnabæ Apostoli, & Euangeliũ Matthæi eius stylo scriptum, ipso reuelante, repertum est.

VMDCCXIIII. Anastasius regnat annis [s] xxvii. Iste Acephalorum errorem vindicans, Episcopos Chalcedonensis Synodi defensores exilio damnat: Euangelia quoque, tanquam ab idiotis Euangelistis composita, reprehendit, atque emendat. Eo tempore Fulgentius Episcopus in confessione Dei, & scientia claruit. Trasemundus Vvandalorum Rex, in Africa Catholicas Ecclesias claudit, & cxx. Episcopos in Sardiniam mittit, contra Catholicos sæuit. Per idem tempus apud Carthaginem Olympus quidam Arrianus in balneis sanctam Trinitatem blasphemans tribus igneis iaculis Angelo immittente, visibiliter est combustus. [t] Barbas quoque quidam Arrianus Episcopus, dum contra regulam fidei quendam baptizans dixisset: baptizat te Barbas, in nomine Patris, per Filium, in Spiritu sancto, statim aqua fontis illius, quæ fuerat ad baptizandum deportata, nusquam apparuit. Quod aspiciens qui baptizandus erat, confestim ad Catholicam Ecclesiam abijt, & iuxta morem Euangelicæ fidei baptismũ Christi suscepit.

VMDCCXXIII. Iustinus maior regnat annis [u] ix. Iste Synodi Chalcedonensis amator Acephalorum hæresin abdicat. Huius tempore, post Trasemundum Childericus, ex Valentiniani Imperatoris [x] captiua filia genitus, in Vvandalis regnum suscepit: qui sacramento à Trasemundo astrictus, ne Catholicis in regno suo faueret, antequam regnum susciperet, Episcopos ab exilio reuerti iussit, eisque proprias Ecclesias reformare præcepit.

VMDCCLXII. Iustinianus regnat annis [y] xxxix. Iste Acephalorum hæresin suscipiens, omnes in regno suo Episcopos [z] tria Chalcedonensis Concilij capitula damnare compellit. In Alexandria Theodosiana, & Gaiana hæreses oriuntur. In Hispaniam, per Athanaildum tyrannum, Romanus miles ingreditur. Belisarius Patritius mirabilitèr de Persis triumphauit. Qui deinde à Iustiniano in Africam missus, Vvandalorum gentem deleuit. In Italia quoque Tottila Ostrogotthorum Rex, à [a] Narse Romano Patricio superatur. Per idem tempus corpus sancti Antonij monachi diuina reuelatione repertum Alexandriam perducitur, & in Ecclesia S. Ioannis Baptistæ humatur.

VMDCCLXXIII. Iustinus minor regnat annis [b] xi. Hic ea, quæ aduersus Chalcedonensem Synodum fuerant edita, destruxit, & [c] Symbolum cl. Patrum sacrificij tempore concinendum populo præcepit. Armenij tunc primùm fidem Christi suscipiunt. Gepidæ extinguntur à Longobardis. Per idem tempus Martinus, Bracarensis Episcopus, apud Galleciam prudentia, & doctrina Catholicæ fidei clarus habetur. Narses Patritius, postquam sub Iustiniano Augusto, Tottilam Gotthorum Regem in Italia superauit, Sophiæ Augustæ Iustini coniugis minis perterritus, Longobardos à Pannonijs inuitauit, eosq. in Italiam introduxit. Hac tẽpestate Leouigildus Rex Gotthorum, quasdam Hispaniæ regiones sibi rebelles, in potestatem sui regni, superando redegit.

VMDCCLXXX. Tiberius regnat annis [d] vii. Longobardi, pulsis Romanis, Italiam adeũt: Gotthi, per Hermenegildũ Leouigildi Regis filium, bifariè diuisi, mutua cæde vastantur.

VMDCCCI. Mauricius regnat annis [e] xxi. Sueui à Leouigildo Rege obtenti Gotthis subijciuntur: ijdem quoque Gotthi, Recaredo religiosissimo principe prouocante, ad fidem Catholicam conuertuntur. Abares aduersus Romanos dimicantes auro, magis quàm ferro pelluntur. Ab Hunnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anni ab orb.c.

VMDCCCIX.

VMDCCCXIIII.

Thracia occupatur. Hoc tempore [f] Leander Episcopus in Hispanijs ad gentis Gotthorum conuersionem doctrina fidei & scientiarum claruit.

Phocas, regnat annis 8 VIII. Iste seditione militari Imperator effectus, Mauricium Augustum & multos nobilium interfecit. Huius tempore [h] Prasini, & Veneti per Orientem, & Ægyptum ciuile bellum faciunt, ac sese mutua cæde prosternunt. Prœlia quoque Persarum grauissima aduersus Rempub. excitantur: à quibus Romani fortiter debellati, prouincias plurimas, vsque ad Euphratem fluuium, & ipsam, vt dicunt, Hierosolymam amiserunt.

Heraclius dehinc quintum agit imperij annum. Cuius initio Sclaui Græciam Romanis tulerunt. Persæ Syriam, & Ægyptum, plurimasq. prouincias. In Hispania quoq. Sisebutus Gotthorum Rex quasdam eiusdem Romanæ militiæ vrbes cepit, & Iudæos sui regni subditos ad Christi fidem conuertit.

Fiunt igitur ab exordio mundi vsque in præsentem annum DCLIV. hoc est in anno quinto Imperatoris Heraclij, & [k] quarto gloriosiss. Principis Sisebuti, anni quinquies mille octingenti quattuordecim.

Residuum seculi tempus humanæ inuestigationi incertum est: omnem enim de hac re quæstionem Dominus noster Iesus Christus abstulit, dicens: non est vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Et alibi: De die autem, inquit, illa, & hora, nemo scit, neq. Angeli cœlorum, nisi Pater solus. Vnusquisque ergo de suo cogitet transitu: sicut sacra Scriptura ait: In omnibus operibus memorare nouissima. Quando enim vnusquisque de seculo migrat, tunc illi consummatio seculi est.

---

a *Augusti nomen inde sumptum ait Suetonius in Augusto, quod loca religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab auium gestu, gustuve. Dio etiam in Monarchia,* Augustum dictum *ait*, quasi qui hominum naturam excederet, propterea quod ea, quę sacrosancta, & in maximo honore sunt, augusta esse dicuntur: quamobrem, *inquit*, eum Græci σεβαστὸν nominabant, scilicet cultu & honore dignissimum. *Cuius nominis appellatio, quemadmodum Imperatoris, ad cæteros, qui eum subsequuti sunt, pertinuit propter summum, & amplissimum eorum imperium.*

b *Sic Eusebius, Victor, & alij. Nicephorus, & Cassiodorus menses sex adijciunt Clemẽs 1. Strom. an. 46. menses 4. die 1.* Dion mortuus est, *inquit* 14. Calend. Septembris, quo die primùm Consul factus fuerat vixitq. annos septuaginta quinque, menses decem, dies 26. *Erat enim nono Calendas Octobris natus. Regnauit, postquã victoria potitus est apud Actium, quattuor & quadraginta annos, diebus tredecim exceptis. Verum Eusebius, & Isidorus eius Imperium numerant à morte Iulij Cæsaris.*

c *Septuaginta hebdomadæ, al.* Septuaginta nouem. *Vid. Dan. c. 9.*

d *Locus est insignis Danielis 9. quem Tertull. aduersus Iudæos multo aliter interpretatur, quam cæteri Chronographi, sic enim inquit:* A primo anno Darij debemus cõputare, quãdo hãc visionẽ vidit Daniel. Videam° igitur anni quomodo impleãtur vsq; ad aduentũ Christi. Darius enim regnauit an. 19. Artaxerxes regnauit an. 40. Deinde Rex Ochus, qui & Cyrus, regnauit an. 24. Argus anno vno. Alius Darius, qui & Medus nominatus est an. 22. Alexander Macedo ann. 12. Deinde, post Alexandrum, qui & Medis & Persis regnarat, quos reuicerat, & in Alexandria regnum suum firmauerat, quando & nomine suo eam appellauit. Post eũ regnauit illic in Alexandria Soter annis 35. cui succedens Philadelphus regnauit annis 38. Huic succedit Euergetes annis 25. Deinde Philopator annis 17. Post hunc Epiphanes, an. 24. Item alius Euergetes, ann. 29. Soter ann. 38. Ptolemæus ann. 38. Cleopatra annis 20. mensibus 6. Item adhuc Cleopatra conregnauit sub Augusto an. 13. Post Cleopatram Augustus alijs an. 43. Nam omnes anni Imperij Augusti fuerunt anni 56. Videmus autem quoniã quadragesimo & primo anno Imperij Augusti, quo post mortem Cleopatræ imperauit, nascitur Christus. Et superuixit idẽ Augustus, ex quo nascitur Christus, annis 15. Et erunt reliqua tempora annorum in diẽ natiuitatis Christi & in annũ Augusti 41. post mortem Cleopatræ anni 437. menses 6. Vnde adimplentur 62. hebdomadæ, & dimidia quę efficiunt annos 437. menses 6. in diem nauitatis Christi. Et manifestata est iustitia æterna, & vnctus est sanctus sanctorum, & est, Christus, & signata est visio & prophetes, & dimissa

dimissa sunt peccata, quę per fidẽ nominis Christi, omnibus in eum credentibus remittuntur. *Et infra.* Itaque ostendentes & numerum annorum, & tempus 60. duarum & dimidiæ hebdomadarum adimpletarum, tunc venisse Christum, id est, natũ, videamus quid aliæ 7. & dimidiæ hebdomades, quæ sunt subdiuisæ, in abscisione priorum hebdomadarũ, in quo actu sint adimpletæ. Post enim Augustum, qui superuixit post natiuitatem Christi, anni 15. efficiuntur, cui succesit Tiberius Cęsar, & imperium habuit annis 22. mensibus septem, diebus viginti: huius quinto decimo anno imperij passus est Christus, annos habẽs quasi 30. quum pateretur. Item Caius Cæsar, qui & Caligula, annis 3. mensibus 8. diebus 13. Nero Cæsar annis 9. mensibus 9. diebus 13. Galba mensibus 7. diebus 6. Otho mensibus 3. diebus 5. Vitellius mensibus 8. diebus 10. Vespasianus anno primo imperij sui debellauit Iudæos, & fiunt anni 42. menses 6. Nam imperauit annis 9. atque ita in diem expugnationis suæ Iudæi impleuerunt hebdomadas 70. prædictas à Daniele. Igitur expletis his quoque temporibus, & debellatis Iudæis, postea cessauerunt illic libamina, & sacrificia, quæ exinde illic celebrari non potuerunt. Nam & vnctio illic exterminata est post passionem Christi. Erat enim prædictum exterminari illic vnctionem, sicut est in Psalmis prophetatum. Exterminauerunt manus meas, & pedes. Quæ passio huius exterminij intra tempora 70. hebdomadarum perfecta est sub Tiberio Cæsare, Coss. Rubellio Gemino, & Rufio Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die 8. Calendarum Aprilium, die prima azymorum, quo agnum vt occiderent ad vesperam, à Moyse fuerat præceptum: Itaque omnis synagoga filiorum Israel eum interfecit, dicentes ad Pilatum, quum vellet eum dimittere: Sanguis huius super nos, & super filios nostros, &, si hunc dimiseris, non es amicus Cæsaris: vt adimpleri possent omnia quæ de eo fuerant scripta.

Hæc Tertullianus, verùm Clemens Alexand. 1. Strom. existimat, natum Dominum nostrum 28. anno Augusti, cum primum tuberet censum, descriptionemque fieri; hebdomadasque Danielis, ita ferè connumerat, vt Tertullianus, passumque Christum quinto decimo anno Imperij Tiberij, dum ageret annum 30. quamuis in annorum computatione discrimen est inter eos. Eusebius vero ab vtroq. dissentit, & 10. anno imperij Augusti existimat Danielis vaticinium in Hyrcano vltimo Iudæorum Sacerdote completum, & hebdomadas facere annos 483. Ita in annorum ratione nihil est constans, neque certum. De hac re vide etiam Augustinum lib. de ciuitat. Dei 18. cap. 34. & Cedrenum in compend. & inter nostros neotericos Finum, atque Galatinum, & Burgensem Hispanum in doctissimo Scriptorum scriptura rum.

e Adoptione intellige. Erat enim filius Liuiæ vxoris ipsius, & Cæij Drusi Neronis.

f Sic Eusebius vel 21. (inquit) vt aiunt nonnulli. Nicephorus, Orosius, Victor, Cedrenus, Tertull. aduersus Iudæos ei tantum annos 22. tribuit menses 7. dies 20. Dion Niceus an. 22. mens. 7. dies 5. Sic Zonaras nisi quod dies 7 habet.

g De hoc ita Eusebius in Chron. Tiberius multos Reges ad se, per blanditias euocatos, nunquam remisit; in quibus Archelaum Cappadocem, cuius in prouinciam versam Mazacam nobilissimam ciuitatẽ Cæsaream appellari iussit: *Lege vero ex m.s.* Cuius regno in prouinciam, verso, &c. *Hæc de re scribit Tacitus, & Dion in Tiberio.*

h *De die & anno mortis Christi, varia Sanctorum sunt sententia, vt apud Tertull. aduersus Iudæos, Clementem, & Eusebium, cæterosque antiquos Patres, quæ omnia Onuf rius Panuinus Augustinianus in vnum collegit eleganti edito Schollio, lib. 2. comment. in Fastos.*

i *Dion in Tiberio Caligulæ cognomen propterea huic datum scribit quod quã fuisset magna ex parte in exercitu educatus, caligis militaribus pro vrbanis vteretur. Augustum etiam Cæsarem Caligam à militibus per illusionẽ ab vsu caligarum vocatum fuisse testatur Dion in Augusto.*

k *Eusebius, Clemens, Nicephorus, & Cassiodorus ann. 3. mens. 10. Iosephus lib. 2. belli Iudaici c. 10. ponit ann. 3. mens. 6. Aliter lib. 19. antiquit. c. 2.* Extinctus est (*inquit*) Caius quarto imperij sui anno, minus mensib. quattuor. *Tertul. aduersus Iudæos an. 3 men. 8. dies 13. ponit.*

l *Græcène, an Hebraice scripserit Matthæus quæri solet. Hieronymus in catalogo. Hebraicum, inquit Euangeliũ eius habetur vsque hodie in bibliotheca Cæsariensi. Idem lib. 3. contra Pelagian. Similiter Eusebius lib. 3. histor. Ecclesiast c. 15. & lib. 4 cap vltimo. Nazianzen. etiam Ireneus & Nicephorus ca. 45. lib. 2. testantur eum patrio sermone Euangelium suum scripsisse.*

m *Nicephorus agnoscit annos dumtaxat 13. mens. 1. Epiphanius annos totidem menses 2. Iosephus lib. 20. c. 10 antiq. imperasse scribit ann. 13. mensibus 8. diebus 20. Sicut Dion & Zonaras. Suetonius simpliciter ait, eum decimoquarto imperij anno excessisse. Euseb. & Cassiod. numerant an. 13. menses 9. dies 28 Tertullia annos 13. menses 7. dies 20.*

n *Eusebius lib. 2. histor. Ecclesiast. c. 5 & 16. Niceph. lib. 2. c. 15. & 16.*

o *Sic Eutropius, Sueto. Chronicũ Gracum, Ado, alij. Euseb. an. 14. mens. 7. dieb. 28. Epiph. an. 13. mens. 7. dieb. 27. Niceph. an. 12. mens. 1. Dion Niceus vixisse ait an. 30. regnasse 13. mens. 8. biduo minus. Paulus Orosius li. 7. principatũ inquit aceptus est, mãsitq. in eo annis nõ plenis 14. Tertull. contra omnium sententiam vndecim tantùm annos mens. 9. dies 13. ponit Cassiod. an. 13. mens. 7. dies 27.*

p *Dion in eius vita existimat eum non habuisse consuetudinem cum matre Agrippina, sed cũ alia huic simili ad quam alludens, dicebat, se cum matre consuetudinem habere. De matris morte Dion copiosè, & Sueto.*

q *Ita Niceph. lib. 2. c. 36. Chrysostomus lib. 1 aduersus vituperatores vitæ monasticæ. Res gestas Petri cũ Simone Mago conscripsit Linus Thuscus.*

r *Mores & mortem Senecæ ita describit Dion in Nerone, nescio an verè & vtraq. maximè aliena fuisse à viro philosopho: Quum enim Tyrannidem, inquit, improbaret, Tyranni præceptor erat: quumq. insultaret ijs, qui cũ principibus versarentur, ipse à palatio nõ decedebat: assentatores detestabatur, quum ipse Reginas coleret, & liberos: diutes reprehendebat is, cuius facultates erant aureorũ tricies centena millia: quiq, luxum aliorum damnabat, quinquentos tripodas habuit de ligno cedrino, pedibus eburneis, similes & pares inter se, in quibus cœnabat. Mortuus demq. est, contra quam philosophum decebat, animo abiecto, atq, imbecillo.*

s *Ante Vespasianum imperauerunt Galba, Otho, & Vitellius annũ vnũ mens. 9. teste Eusebio: qui propterea forte etiam*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab Isidoro omittuntur, & ab Orosio, quod Plutarchus in Galba hos non tam Romani Imperij, quàm comœdiæ cuiuspiam fuisse Imperatores scribat. Ex Dione, Galba imperauit mensés 9. dies 13. Otho dies 90. Vitellius annum vnũ dieb. decẽ exceptis. Ex Clemente vero, Galba mẽses 7. dies 6. Otho mẽses 5. diem vnum, Vitellius menses 7. diem vnum.

v *Eusebius, Nicephor. Chronicon Græcum, & Cassiodorus annis 9. mens. 11. dieb. 22. Epiphanius annis 9. mẽs. 7. diebus 12. Dion annis 10. diebus sex minus: sic & Zonaras Orosius nono principatus anno profluuio mortuum scribit. Tertullianus ait annis 11. regnasse. Cedrenus annis 10. dieb. 8.*

x *Sic Eusebius:* Titus Iudæa capta, & Ierosolymis subuersis, sexcẽta millia virorũ interfecit. *Iosephus vero scribit vndecies cẽtena millia fame, & gladio periisse & alia centum millia captiuorum publicè venundata: hac Eusebius.*

y *Suetonio & Dioni regnauit annis 2. mensibus totidẽ diebus 20. Eusebio annis 2. mens. 8. Euttop. ann. 2. mens. 8. diebus 20. Nicephoro, Cassiodoro, Bedæ & alijs annis 2. mens. 2. Epiphan. ann. 2. mens. 2. diebus 2. cum Isidoro Orosius facit lib. 7. Zonaras ponit annos duos sex diebus minus. Cedrenus ann. 3.*

a *Dion in huius vita: Titus, inquit, non modo Senatorem, quam diu principatũ tenuit, nullũ interficiũsit sed nec alius quisquam sub eius imperio morte affectus est. De crimine impietatis nunquam cognouit, neq. permisit alijs vt cognoscerẽt: Nemo enim, inquit, iniuria me afficere aut insequi cõtumelia potest, propterea quod nihil ago, quod reprehendi mereatur. Ea vero quæ falsò de me dicuntur, prorsus negligo.*

b *Suetonius memorabilem, inquit, meritoq. laudatam vocẽ dedit: Amici diem perdidi.*

c *Euseb. annis 15. mens. 5. sic Epiph. Cassiodor. & Niceph. Suetonius simpliciter decimo quinto imperij anno mortuũ asserit sicut Orosius. Dion Nicæus regnauit inquit, an. 15. dieb. 5. Zonaras an. 15. mensib. 11.*

d *Eusebius:* Primus Domitianus Dñm se, & Deũ appellari iussit. *Idem Dion. Suetonius:* pari, *inquit*, arrogantia, cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolã, sic cœpit. Dominus & Deus noster, sic iubet: vnde institutum posthac, vt ne scripto quidẽ, ac sermone cuiusquam appellaretur aliter.

e *Hæc fuit secunda Ecclesiæ persecutio: prima enim fuit sub Nerone, de qua Eusebius lib. 3. historia Eccles. c. 13. & Aug. lib. 18. c. 52. de ciuit. Dei, & Paulus Orosius lib. 7. & Alex. Monachus libello* εἰς ὑφοσιν τῆς σωσποιῆς ϛαυρῆ, *qui in bibliotheca mea est nondum editus.*

f *Eusebius anno vno mens. 4. Sic Nicephorus, Cassiodorus, Epiphanius, Clemens, & Zonoras. Diũ, Eutropius, Beda, Ado, & alij 9. dies adijciunt.*

g *Mores huius elegãter Xiphilinus ex Dione depinxit: statuas, inquit*, aureas, aut argẽteas sibi fieri vetuit, bonaq. quæcũq. adhuc inuenta sunt in palatio, restituit ijs, quibus ea Domitian⁹ per iniuriã ademerat. Ciuibus Romanis, qui in summa forent egestate, agrũ dedit, ad aureorũ sexcẽta millia; eius agri emptione, diuisioneq. quibusdã viris Senatorij ordinis imperata. Quumq. egeret pecunia, magnũ numerum vestium, multaq. vasa argentea, atq. aurea, & reliquam supellectilem, non modo de priuatis suis, sed etiam de principalibus rebus, multa etiam prædia multasq. domos, atq. in summa omnia, præter ea, quæ necessaria erant, vendidit. Neq. verò in pretijs harũ rerũ sordidus, sed in hoc ipso benignus erga multos & liberalis fuit. *Hæc Dion, qui & alia adiungit, quæ summam huius viri moderationem arguunt.*

h *Sic Epiphanius, Chronicõ Græcũ, Orosius, cũ alijs. Euseb. an. 19. mẽs. 6. vt Nicephorus, & Zonaras, Clemens, 2. ann. 19. mens. 7. diebus 15. A Dione, Eutropio, Beda, Cedreno & Adone ponũntur anni 19. mẽs. 6. dies 15. vt & à Cassiodoro.*

i *In alio m.s erat:* Asiã, Babyloniã, & Arabiã cepit. *Eusebius ita:* Traianus, victo Rege Decebalo, Daciã fecit prouinciã, Heberos Sauromatas Asiæ nos (ege Adiabenos) Arabes Bosphoranos, Colchos in hdem accepit, Seleuciã & Ctesiphõtẽ & Babylonẽ occupauit. *Quod autẽ pro Asiæ nos Adiabenos legam, facit Diõ apud Xiphilinũ, qui ait; hũc Adiabenem emnẽ, quæ pars Assyriæ ad Ninũ pertinuit, in potestatẽ sui redegisse. Fuit autẽ Traianus, vt est apud Xiliphinũ, à Nerua Cæsar & Imperator factus; quũ tamẽ ipsi propinqui nõ deessent. Neq. enim ille ijdẽ iũctione sanguinis anteposuit publicæ vtilitati: Neq. rursus eũ deterruit quod Traianus homo Hispanus, nec Italus erat, nec Italicus, quodq. ante eũ nemo alterius nationis Imperiũ Romanorũ obtinuisset, de Traiano præter alios ex antiquis scripsere: Dõ, Sextus Aurelius, Eutropius, Sextus Rufus, Ammianus Macell. lib. 14. Plinius in panegyrico, & lib. 1. epist. eius.*

k Postquã *(inquit Dion)* Romã venit, multa fecit ad emendandũ, corrigendũq. statum Reip. atq. in gratiã bonorũ, quorũ in primis cutã gessit: nã ciuitatibus Italiæ multa largitus est, ad educationẽ liberorũ in quos magna beneficia contulit. Et mox: Traianus, inquit, nulli inuidebat, perdebatq. nemini: nec haberet odio. Nullã fidẽ habebãt calũniatoribus, nulla ira tenebatur, abstinebat ab aliena pecunia, non minus quàm ab iniquis cædibus, magnosq. sumptus fecit, belli pacisq. temporibus multa cæpit, apprimè necessaria ædificauit. *Lege apud eũdem plura, quæ huius viri mores vitamq. commendant.*

l *De hoc ita Spartianus:* Origo Imperatoris Adriani vetustior à Picẽtibus, posterior ab Hispanijs fuit. Siquidem Adria ortos maiores suos, apud Italicam Scipionum temporibus resedisse, in libris vitæ Adrianus ipse commemorat. Adriano pater Ælius Adrianus, cognomento Afer, fuit cõsobrinus Traiani Imperatoris, mater Domitia Paulina Gaditana orta. *Dion, quod erat municeps Traiani dicit.*

m *Sic Eusebius, Orosius, Nicephorus, alij. Dion, & Zonaras. ann. 20. mens. 9. Eutropius ann. 21. mens. 10. dieb. 20. ita Cassiodorus, nisi quod diem aufert. Libellus de vitis Imperatorum ann. 21. mens. 11. vt Spartianus, Cedrenus ann. 20.*

n *Dion, Æliam, inquit*, Capitolinam appellauit. Si coloniam deduxit: & vbi templum Dei fuerat, alterum Ioui ædificari curauit, Iudæis grauiter interdixit; quod externa gentes in sua vrbe habitarent, sacraq. peregrina in ea fierent.

o *De Basilide hæretico Euseb. li. 4. hist. Eccles. c. 7. & Irenæus lib. 1. c. 27. August. de hæresib. Niceph. diuersis in locis.*

p *Sic Epiphanius: Eusebius vero ann. 23. mens. 3. Orosius & ex eo Ado Viennensis annis 20. & non plenis tribus imperasse tradunt, Eutropius 23. integros agnoscit, vt Chronicon Græcum. Nicephorus 22. tantùm, mens. 3. Libellus de vitis Imperatorum nuper sub Aurelij victoris nomine Antuerpiæ editus 20. dumtaxat agnoscit: contra Xiphilinus ex Dione 24. & cum eo Cedrenus.*

q *Fortè legẽdum ex Eusebio, & Paulo Orosio li. 7. c. 9. Vt* Iẽtinus & Cerdo magister Marcionis. *Quãuis vt ea*

exeodẽ Euse. li. 4. hist. Eccles. c. 10. Marcionem & Cerdonẽ, eodem tempore Romæ peruersa sua dogmata disseminasse.

r *Hic cognomento Philosophus fuit vir bonus, vt ait Dion, quippe in quo nihil ficti, simulatique inesset. Hunc Orosius annis 14 tantũ imperasse ponit. Euseb. Beda, & Ado, ann. 19. mens. 1. Niceph. ann. 19. mens. 2. Zonaras ann. 19. dieb. 11. Cedrenus 19. dies omittit.*

s *De hac hæresi vide Eusebium lib. 4. cap. 27. histor. eccles. & Irenæum lib. 1. aduersus hæres. cap. 9. dicunturque Encratitæ quasi continẽtes, postea Seueriani à Seuero Tatiani successore appellati. De quibus vide prætereà Nicephorum lib. 4. Eccles. histor. cap. 4. & cap. 11.*

t *Sic Eusebius, Orosius, Herodianus, Beda, Nicephorus, alij. Eutropius verò ann. 12. mens. 8. Dion. ann. 12. mens. 9. dieb. 14. vt Clemens & Zonaras, Cedrenus. 14. dies omittit.*

v *Eusebius, Epiphanius, Nicephorus & alij 6. tantum mẽses ponunt, Eutropius 81. dies. Dion 57. vt etiam Zonaras, & Cedrenus.*

x Ita Eusebius *sed aliter Capitolinus:* Pertinax, *inquit*, neque vxoris Augustæ appellationem recepit, & de filio dixit: quum meruerit.

y *Ante Seuerum Pertinacem, ponendus erat Didius Saluius, Iulianus, qui vt tradit Dion, imperauit dies 66. seu, vt Eutropius, & Orosius, mens. 7.*

z *Sic Euseb. Epiphanius, Nicephorus, alijque penè omnes. Eutropius ann. 18. mens. 10. Dion, annis. 17. mens. 8. dieb. 3. Zonaras in Dione annos legis. 16. in diebus, & mensibus ei aliosqui par. Cedren. ann. 17. mens. 8.*

a *Tempore Titi Cn. Iulius Agrippa primus Romanorum Britanniã circunfusam vndiq. mari cognouit. Dion in Tito.*

b *De Symmacho. Eusebius lib. 6. eccles. histor. cap. 13. vbi de Narcisso, & Origene celebris fit mentio.*

c Antoninus Caracallus *dictus, vt scribit Dion, quod primum genus indumenti excogitauit in modum penulæ. Id barbarum discissumque, & consutum erat ex multis partibus, coq. indutus erat semper, ex quo Caracallus cognominatus est. iussitque militibus, vt se eodem genere vestis induerent, vide Eutrop. & alios. Nouerca eius appellabatur Iulia, ex Eusebio & Dione, & alijs.*

d *Sic Epiphanius, Nicephorus, & alij. Spartianus & Cedrenus an. 6. vt & Eusebius, & Eutropio. Orosius in imperio mãsisse, ait annis non plenis. 7. Dion. 6. mens. 2. diebus aliquot.*

e Ita Eusebius, Niceph. Orosius, alij. Dion & Zonaras annos. 1. mens. 2. tribus diebus exceptis, Eutropius ann. 1. mens. 2. pessimè Cedrenus ann. 8.

f Eusebius Chronico: Macrinus occiditur in Archelaide: Herodianus, in Chalcedone Bithyniæ vrbe. Verũ Diõ de eius morte sic habet: Chalcedonẽ nauigauit, vbiq. remansit: eò venere milites missi à Pseudantonino, à quibus comprehensus perductus est in Cappadociã: vbi postquam intellexit filium suum captum esse, deiecit se ex vehiculo (nec enim vinctus erat) fregitque humerum: nec ita multò post occisus est.

h Ita Eusebius, Nicephorus, Orosius, alij. Eutropius ann. 2. mens. 8. Dion. ann. 3. mens. 9. dieb. 4. Herodian. ann 6. Zonaras & Cedr. ann. 3. mens. 9. dieb. 4.

i Eusebius Chronico: Antoninus Romæ occiditur tumultu militari cũ matre Semasyra. Semiamira, Lũpridius, Soenida, Herodianus, Semea, Eutropius.

k *Sic plerique omnes: vnus Herodianus annos 14. Eutropius ann. 13. dies 8. Cedrenus ann. 13. mens. 8. Zonaras 10. tantùm annos habet.*

l Euseb. in Chron. Alexand. Xerxẽ Regem Persarũ gloriosissimè vicit, *vbi ex Lãpridio & Herodiano, Artaxerxẽ videtur legendum, sicut & in Orosio, & Cassiodoro*

m *Sic Eusebius, Niceph. Chronicon Græcum, & alij. Eutropius ann. 3. & diebus aliquot. Zonaras & Cedrenus, nescio quomodo, ann 6.*

n *In alio erat:* militari cohorte: *verum censui legendũ:* ex militari corpore, *authoritate Eusebij: sic enim inquit*, primus ex corpore militari, *& aliorum codicum.*

o *De hac persequutione prater alios scribit Aymon lib. 6. cap. 7. & Alexander Monachus περὶ ἐυρέσεως ϛαυροῦ.*

p Ita *Eusebius, Niceph. Paulus Eutropij interpollator, Orosius, atque alij omnes.*

q *In alio m.s est* Flauianus, *verũ id lego Zepherino accidisse apud Eusebiũ lib. eccle. hist. c. 21. & apud Niceph. lib. 5. c. 26. Idẽ vtiã Fabiano euenisse refert Aymõ lib. 6. c. 10. In m.s etiã vbi* Flauianus *legitur post dictionẽ* ordinatur, *adijcitur:* Licet quidã hoc veri⁹ de Zepherino adfirmẽt.

r *Sic Eusebius, Nicephorus, Orosius, Cedrenus alijq. penè omnes. Zonaras à quibusdam traditum ait annos 5. imperasse à nonnullis 6. & totidem menses.*

s *Sic Chronicon Græcum m.s Eusebius verò, Nicephorus, Ado, & alij annum vnum ponunt, & 3. menses Eutropius ipsum cum filio imperasse tradit biennio: Orosius triennio: Cassiodorus biennio, mensibus 4.*

t *Beda ac ceteri ferè omnes 4. mẽses adijciunt. Nam quod in Nicephoro legitur imperasse vno dumtaxat anno, & mensibus 4. sine mendo non puto: vt liquet ex enumeratione Consulum, apud Cassiodorum.*

v *De Nouato hæretico scribit Eusebius lib. 6. eccles. histor. cap. 33. & Pacianus epistola tertia ad Symphor. & Socrates lib. 4. cap. 23. qui in concilio Romano condemnatur: vt constat ex Eusebio lib. 6. cap. 39. Theodoret. lib. 3. Cypria. lib. 2. epist. 1. & lib. 4. epist. 2.*

x *Sic & in Eusebio scribendũ, testis est Zonaras, in Claudio: pro quo nunc legitur ann. 1. mens. 9. vt in Nicephoro. Eutropius intra biennium morbo periisse ait.*

y *De Paulo Samosateno, vide Euseb. lib. 7. histor. Eccles. c. 25. Epiphan. hæres. 69. & in concilio Antiocheno conuictus est. Aymon. lib. 7. c. 7. & 10. Niceph. lib. 6. cap. 26. & 29.*

z Ita *Cedrenus: verum Eusebius, Nicephorus, Orosius, Eutropius, & Zonaras imperio sex annos potitum tradunt, paucis mensibus exceptis.*

a *Eusebius in Chronico sic habet:* Aurelianus cũ aduersus nos persequutionẽ mouisset, fulmen iuxta eũ, comitesq. eius ruit: ac nõ multò post inter Constãtinopolin, & Heracleã in Cænophorio viæ veteris occiditur. *Flauius Vopiscus ita:* cum iter faceret apud Cænophorium mansionẽ, quæ est inter Heracleã, & Byzantium, malitia notarij interemptus est. *Vide prætereà de eius morte Euseb. lib. 7. eccles. hist. cap. 26. Aymon lib. 7. cap. 2. Niceph. lib. 6. cap. 19. Ado, Beda, & reliqui omnes à suis interisse scribunt.*

b *Ab alijs sex menses ei assignantur, à Cedreno anni. 2.*

c *Menses 4. Eusebius, Niceph. Eutropius, Orosius, alijq. adijciunt. Zonaras non integris sex annis imperasse scribit.*

d *De hæresi Manichæorum à Mane Persa exorta scribit Eusebius, lib. 7. eccles. histor. cap. 25. Hilarius de Trinitate lib. 6. Cyrillus Catechis. 6. Epiphan. hæres. 66.*

e *Eusebius Chronico ita habet:* Carinus prælio victus apud Murgũ occiditur: Vopiscus apud Murtium.

f *Sic Eusebius, Niceph. Orosius, alij. Cedrenus 22. Aurelius victor. 25. non sine mendo, vt liquet ex supputatione Consulum, in Cassiodoro.*

g *Eusebius Chronico*, Galerius, *inquit*, biennio Au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gustus imperium tenuit, mox cum alio annis sex.

h Eusebius, Beda, & Ado 10 menses addunt. Nicephorus 31. annos habet Chronicon Græcum m.s. 30. ann. & mensem 1. Ex Aurelio Victore colliguntur anni 32. Cedrenus trigesimo tertio imperij anno mortuum scribit. Aurelius etiã Victor ponit post Galerium alios duos Galerios, Armentariũ, & Galerium Maximinum, & Alexandrum.

i De baptismo Constantini, præter Eusebium, & Zonaram, initio tomi 3. scripsit copiosè Cedrenus, in eius vita. Quod fuerit à Sylvestro sanctissimo Romæ Papa baptizatus septimo imperij sui anno, & à lepra liberatus, refert Niceph. lib. 7. cap. 45. Ambrosius verò de obitu Theodosij, quod in vitæ extremo baptismi gratiam obtinuerit, affirmat. Idem testatur Alexander Monachus lib. de inuentione salutiferæ crucis; quem Nicomediæ obijsse ait, hoc opportunè adeptum, vt in Iordane, quod summopere desiderauerat, baptizaretur; quam sententiam etiam probat Hermes, Socrates, & Theodoretus, vt auctor est Nicephorus lib. 8. cap. 54. quibus consentiunt Ruffinus, Oros. Cassiodor. & alij.

k An crux, in qua salus nostra, vitæq; auctor pependit, habuerit quattuor brachia: & an corpus Domini nostri, quattuor fuerit clauis transfixum, disputat piè & eleganter Lucas Episcopus Tudensis Hispanus aduersus Albigenses, quem m.s. in bibliotheca habeo. De eius inuentione Alexand. Monachus nondum editus, qui apud me est Græcè m.s.

l Hanc sententiam doctè refellit Cedrenus in compendio histor. in vita Constantini.

m Sic Orosius, Niceph. Cedren. & Chronic. Græcum. Hieronymus in suo ad Eusebium Chronico, menses. 5 dieque 12. addit. In Adone ponuntur anni 18. mens. 5. dies 14.

n De morte Arrij Ruffinus lib. 10. eccles. histor. cap 13. & Cedren. cum Epipha. lib. 2. contra hæres. sic inquit: noctu Arrius ad sellam progressus, necessarij oneris deponẽdi gratia, crepuit, quẽadmodũ & Iudas quondam. Idem Theodoretus lib. 1. eccles. histor. cap. 14.

o Hieronymus Donatum vocat præceptorem suum multis in locis; præsertim in commentarijs in eccles. cap. 1. in illud: quid est quod fuit: & in Apologia, aduersus Ruffinũ. Et scripsisse commentarios in Virgilium ait.

p Postea Melphin ossa Andreæ Apostoli translata sunt. Caput Pio secundo Romam allatum, & in basilica D. Petri collocatum.

q Consentit Nicephorus, & Chronicon Græcum. Hieronymus à quibusdam anno 1. mens. 7. ab alijs annis 2. mens. 8. regnasse traditum ait. Orosius. 1. ponit imperij annum, & mens. 8. Paulus Diaconus 3. imperij anno extinctũ asserit.

r De morte Iuliani variæ sunt opiniones, vt est apud Niceph. lib. 10. cap. 24 & Hieronym. in additionibus in Chronicon Eusebij, & Zonar. lib. 3. & Cedrenum. & Aimonem de Christianarum rerum memoria lib. 9. Paulus Orosius sic lib. 7. c. 30. Itaque postquam à Ctesiphonte castra mouit, dolo cuiusdam transfugæ in deserta perductus, cum vi sitis, & ardore Solis, atque insuper labore arenarum confectus, periret exercitus, Imperator tanto rerum periculo anxius, dum per vasta deserti incautius euagatur, ab obuio quodam hostiũ equite, conto ictus, interijt.

s Menses. 8. Hieronymus, & Orosius 9. Niceph. Cedrenus amplius 15. dies ponunt. Chronicon Græcũ mens. 10. dies. 15.

t Cedrenus ait edictum per totum Romanum imperium emisisse, idem Niceph. lib. 10. cap. 39. Ammianus Marcellin. Christianæ legis studiosum fuisse asserit.

u Sic & Chronicon Græcum ἐβασίλευσεν, inquit, ῥωμαίων ἐπὶ ὁ αὐτὸς θεώτατος ἀναλεντινιανὸς ἔτη 10 Niceph. ann. 10. mens. 9. Orosius lib. 7. cap. 32. in imperio mansisse ait annis 11. Cedrenus Valentinianum 11. annis imperasse, Valentem, posteà triennio, scribit.

x In alio m.s. erat, sed Fridigernũ Alaricus superãsse: verũ corruptè, vt constat ex Eutropio in Valente, qui Athalaricum à Fridigerno, auxilio Valentis victum affirmat.

y Eutropius lib. 12. in Valente, Vlfias Episcopus Arrianus quimoratus sub Constantio fuerat, & cum Eudoxio & Aëtio Arrianis. Niceph. lib. 11. cap. 48. eum vocat Vlphilam. Rodericus Toletanus in sua historia Gudilam lib. 2. cap. 1. Ado Vlfilam. Sunt qui Gulfilam, & Gulfilam.

z Concilium Syrmiense aduersus eum congregatur Niceph. lib. 9. cap. 3. Socrat. lib. 1. cap. 29. Sozomenus lib. 4. c. 5. & 6. A Damaso damnatur Niceph. lib. 12. cap. 7. 1. & 15.

a Ruffinus lib. 10. cap. 25. Augustin. lib. de hæres. cap. 54. Hieronym. in 4. Oseæ. Aduersus eum scripsit Basilius, & primum Concilium Constantinopolitanum in eum est habitum Damaso P.M. De hæresi Apollinaris, est apud Augustin. hæres. 55. & Theodor. lib. 5. cap. 10.

b Concordãt Orosius, Prosper, Paulus Diaconus, Zonaras, & alij. Ado 7.

c De Priscilliano vide D Augustinum lib. de hæres. hæres. 7. & Hieronymum, ad Ctesiphontem, & in Catalogo: Leonem Papam epist. 93. Seuerum Sulpitiũ lib. 2. eccles. historiæ. Concilium Toletan. 1. & Bracarense: vbi eius errores, & impietas recensentur.

d In alio exemplari 9. sed 8. scribendum existimo ex supputatione Coss. qui apud Cassiodorum recensentur. Prosper 7. tantùm ponit. In Etymologiarum m.s. codd. nunc 6. nunc 7. aliquoties etiam 8. & 9 habentur.

e Conuenit Prosper, & ipse in Etymologijs. Eutropius lib. 13 mansitque in imperio annis vndecim, cum iam in Orientis partibus sex annis, Gratiano largiente, & simul imperante regnasset. Idem Paulus Orosius lib. 7. cap. 35. Idem Paulus Diaconus lib. 13. in princip.

f De isto Eugenio Grammatico, & litterarum doctore, postea milite, vide Paulum lib. 13. in principio. De Iamne autem Anachorita est insignis mentio apud Ruffinum lib. 11. cap. 32. & 19. & Prosperum cum Zonara, & Paulo Diacono lib. 13.

g Ita Prosper, Cassiodorus, Sigibertus, & Tudens. Nicephorus addit mẽs. 3. Cedrenus, & Chronicõ Græcũ 1. annum ponũt. Epitome Chronicorũ Severi cognomẽto Sulpitij, quæ apud me est m.s. 12. tantum agnoscit. Paulus Orosius lib. 7. cap. 36. post patris excessum 12. annis regnasse affirmat.

h Ex Sozomeno lib. 7. cap. 25. conflat Sanctum Donatum Eudreæ, in Epiro fuisse Episcopum, & Nicephoro lib. 12. cap. 45. vbi Eureæ, in Epiro dicitur Episcopus.

i Ita Cassiodorus, Tudensis, Ado, & ipse in Etymologijs. Sigebertus annum vnum detrahit: Prosper vnum adijcit.

k Ita Cassiodorus, Paulus Diaconus, Tudensis, & alij. Sigebertus tradit eum vtrique regno solum 3. annis imperasse, posteaq; sibi Valentinianum Placidæ amitæ suæ, ex Constantio filium adsciuisse. cum eodemq; alijs 24. annis regnasse, qui simul collecti nostrum numerum explent, Prosper 25. annos ponit. Beda 26. Martinus Polo 27. vt noster hist.

l Ita Paulus Diaconus, Sigebertus, Tudens. & alij. Cassiodorus cũ Cedreno 7. Ado Viennensis. Martianus, Imperator obijt sexto imperij sui anno, sexto mense completo.

m In alio m.s. Theudoricus, August. & Sigebertus Theodoricus. similiter Ado Viennensis, Rodericus Toletanus lib. 2. cap. 8. Theudoricus.

n Ita Nicephorus, Cassiodorus, Paul. Diacon. Sigebertus, Palmerius, & alij. Beda cum Cedreno 17. Zonaras. 18.

o Nicephorus lib. 18. cap. 45. Ducem huius hæresis facit Seuerum Antiochenum, & subdit Acephalos ob eã caussam sic dictos, quod sub Episcopis non essent.

p Ita Nicepho. Cassiod. Ado, & alij. In Sigeberti Chronicos scribitur. 19 annis regnasse. Sunt qui dicãt ann. 17. mens. 6. Consule Chronicon Mercatoris, & Onuphrij fastos. Cum Isidoro faciunt Græci nostri annales ἐβασίλευσε Ζήνων αὐτοκράτωρ ἔτη ιζ.

q Gotfridus in Pantheo, historicus non indiligens, Conradi III. à sacris scrinijs præfectus Chron. part. 16. versibus id extulit.

Zeno pater patriæ regna paterna tenet,
Inclytus eius erat Leo filius, vnicus hæres,
Militia validus, proelia sæpe gerens
Ille necem quæsisse patris falso reputatur.
Zeno pater, cui dicta patent, iubet, vt moriatur,
Mater ab oppositis obuiat arte satis, &c.

r Cedrenus eo, inquit, tempore reliquiæ B. Apostoli Barnabæ inuentæ sunt. In Cypro iacebat cadauer id sub arbore ceraso, euangelium, quod S. Matthæus compositerat, in pectore gerens manu Barnabæ scriptum.

s Sic ipse in Etymologijs, Tudensis, & Ado, cũ Paulo Diacono. Nicephorus verò, & Cedrenus mens. 4. addunt: Zonaras 5. Euagrius lib. hist. 3. cap. 44. imperij anno vigesimo septimo, mensibus, & diebus 3. additis, excessisse tradit. Consule Onuphrium. Godofredus anno imperij 28. fulmine ictũ interisse scribit. Pöponius Lætus ponit ann. 24. mẽs. 2. dies. 29.

t Legendum, contra omnium exemplarium scripturam, historiæ veritate cogente, Barbam quoque quidã Arrianus Episcopus, dum contra regulã fidei baptizans, dixisset: baptizo te Barba, &c. Ex Paulo Diacono lib. 15. Cæterùm, inquit, Deuterius Episcopus Arrianorum Byzantij baptizans quendam virum Barbam nomine, cum contra regulam fidei, &c. & Cedren.

v Sic Beda, Cedrenus, Chronicon Græcum, Palmerius, & alij. Nicephorus 3. menses adiungit. Zonaras 20. dies, Marcellinus, Theodorus Lector, & Euagrius lib. 4. histor. c. 9. ann. 9. dies 23. Sigebertus ann. 10. Paulus Diaconus. 11.

x Ex Eudoxia Valentiniani Principis filia, quæ Trasemũdo nupsit, ex quo Childericum suscepit.

y Conuenit Tudensis, Ado, & ipse in Etymologijs. Sigebertus 30. tantum habet annos: quibus Nicephorus dies 7. adũdit. Zonaras, & Cedrenus ann. 38. mens. 7. dies 13. Paulus Diaconus 38. ann. mens. & dies omittit lib. 16.

z Isidorus de viris illustribus in Iustiniano: De synodo Chalcedonẽsi. Tria capitula dãnare contendit, id est, Theodori Mopsuesteni Episcopi dicta, & rescripta Theodoreti, & epistolã, quę dicitur Ibę Edes. Episcopi Edessæ. Narses Eunuchus, Cubicularius Iustiniani, Exarchus Italiæ factus Paulus lib. 16. & Ado.

a Iustinus minor Sigeberto 12. annis imperauit. Nicephoro 12. ann. mens. 2. dieb. 20. Zonaræ, & Cedreno ann. 13.

b Tempore Iustini sub Vigilio Papa congregatum est concilium Constantinopolitanum: verum nõ intelligitur, nisi de prima synodo Constantinopolitana 150. Patrum sub Theodosio seniore celebrata, in qua Symboli forma data est, quam tota Græcorum, & Latinorum prædicat confessio in ecclesijs. Vide de hac re Valesidium, de rebus eccles. cap. 22. & concil. Tolet. 4.

c Conuenit Beda, Ado, & ipse in Etymologijs, Cedrenus, & annales Græci ann. 4. Zonaras, ann. 4. mens. 10. dies 8. Niceph. ann. 5. Sigebert. & Tudens. ann. 6. De varietate annorum Tiberij, Contius in notis ad Nicephori chronologiam disserit.

d Concordat Sigebertus, Ado, & Beda. Niceph. ann. 20. mens. 4. Cedr. an. 20. mẽs. 3. die. 2. Palmerius an. 20. sic Zonaras, & ipse Niceph. eccles. hist. similiter Pöponius Latus.

e Leandri vitã describit. D. Isidorus libello de viris illustribus.

f Sic Niceph. Zonaras, Cedrenus, Ado, Tudens. & alij. Onuphrius ann. 8. mens 4. dieb. 9.

g Antiquis quattuor aurigantiũ, teste Cassiodoro, factiones à colore nominatæ fuere, Veneta, Prasina, Alba, Rosea, quibus, vt scribit Suetonius, duas alias addidit Domitianus, alteram aurati, alteram purpurei panni. Igitur id genus hominum seditiosorum à coloribus nomina accepit. Xiphilinus in Caligula tradit huic Imperatori aurigam quendam, à colore vestis viridis, Prasinũ appellatũ, maxime in delicijs fuisse.

h Sisebutus Rex optimus, & religiosissimus fidei Catholicæ propugnator, & cultor acerrimus, Gundimari Regis successor Concilium quartũ Toletanum, quæ magna synodus appellatur, congregauit: vbi cap. 55. dicitur temporib. religiosissimi Principis Sisebuti Iudæos ad fidem Christianam coactos fuisse. Ad hunc Isidor. librum de Natura rerum scripsit.

i In alio m.s. erat quinto: verum male cum ex Isid. ipso in historia Gothorum constet, Sisebutum Heraclij anno 2. ad publica gubernanda euectũ. Obserua autem esse quosdã, qui existimant, Isidorum bis Chronicon suũ edidisse, primo vsque ad annum quintũ Heraclij, & quintũ Sisebuti, nẽpe ad annũ mundi 5814. deinde vero additis ann. 13. vsq. ad 18. Heraclij, & 7. Suintil. nẽpe ad annũ ab orbe condito 5827. In multis exemplaribus primã inuenio conclusionẽ huius Chronici: In exemplari autẽ Sorensi, quod omniũ antiquiss. est, duplex eius conclusio legitur, prior quidem, quã nos posuimus, posterior verò hoc modo: Heraclius de hinc 18. agit imperij annũ, cuius initio Sclaui, &c. Fiunt igitur ab exordio mundi vsque in præsentẽ æram 665. hoc est in anno 18. imperij Heraclij, & 7. religiosi Principis Suintilani 5826. Residuum seculi tempus, &c. vt supr. Vasæus lib. 1. annalium Hispanicorum capit. 4. affirmat se inuenisse Chronicon Isidor. vsq. ad 5. annũ Suintilani, qui fuit annus Domini 626. Est etiã apud me Chronicon Isidori m.s. diuersum ab omnibus alijs conclusionẽ habens. Verũ de hac duarum editionũ opinione dicam quod sentio: Existimo Chronicõ hoc D. Isid. semel dũtaxat ab eo euulgatũ fuisse, cùm in præfatione dicat (vt in antiquiss. quibusq. & emendatissimis exemplarib. legitur) se scribere vsq. ad Sisebuti tẽpora: aliquot verò annis post, librum Etymologiarum ab eodem fuisse conscriptum, in cuius lib. 5 cap. 37. vsque ad 5. (aliàs 7.) Suintilani annum, & Heraclij 18. progreditur. Nam illud certũ est, Isidorum vltimo librum Etymologiarum ad Braulionis Cæsaraugustani petitionem scripsisse, vt testatur D. Illefonsus in additione virorum illustr. Scripsit quoq. inquit, vltimo, ad petitionẽ Braulionis Cæsaraugustani Episcopi, librũ Etymologiarum; quẽ cum multis annis conaretur perficere, inexpleto opere, diẽ extremum visus est clausisse. Idem affirmat Braulio ipse in eius vita, ait q, opus hoc relictũ fuisse titulis, non libris distinctũ, quod postea ab ipso factũ est. Puto itaq, conclusionem, quæ est in Etymologijs, ab aliquo in Chronicõ translatã, & vicissim Chronici in Etymologias: & in Chronico legendum vsque ad 5. Sisebuti annum, in Etymologijs vsque ad 7. Suintilani. Hæc mihi occurrunt: qui secus sentit, non reijcio eius coniecturam.

DIVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. de Viris Illustribus LIBER.

PRÆFATIO.

QVamuis [a] superius plurimi veterum tractatorum inter Græcos, & Latinos scriptores, doctissimi annotẽtur: tamen reor ipse etiam paucorum memoriam facere, quorum lectionem recolo me attigisse.

[a] Superius, *id est, in Hieronymo & Gennadio.*

I Sixtus Papa Romanus.
II Macrobius Diaconus.
III Philastrius Episcopus Brixien.
IIII Theodorus Episc. Mopsuestenus.
V Osius Episc. Corduben.
VI Toranius Rufinus presbyter Aquileien.
VII Verecundus Episc. Africanus.
VIII Victorinus Episcopus.
IX Iratius Episcopus Galleciæ.
X Eusebius Episc. Dorolitanus.
XI Cerealis Episcopus Castellanen. in Africa.
XII Ferrandus Diaconus Carthagin.
XIII Petrus Episcop. Ilerden.
XIIII Marcellinus presbyter.
XV Iratius Clarus Episc. Hispanus.
XVI Siricius Pont. Romanus.
XVII Paulinus presbyter Mediolan. postea Eiscop. Nolanus.
XVIII Proba vxor Adelphij.
XIX Ioannes Chrysostomus Episcop. Constantinop.
XX Sedulius presbyter.
XXI Possidius Episcop. Africanus.
XXII Primasius Episcop. Africanus.
XXIII Proterius Episcop. Alexandrinus.
XXIIII Paschasinus Episcop. Sicilien sis.
XXV Iulianus Pomerius.
XXVI Eugipius Abbas Lucullanensis.
XXVII Fulgentius Episcopus Ruspen. in Africa.
XXVIII Eucherius Episc. Lugdun. Fraciæ.
XXIX Hilarius Episcop. Arelaten.
XXX Apringius Episc. Pacen. in Hisp.
XXXI Iustinianus Imperator.
XXXII Facundus Episc. Hermianen.
XXXIII Iustinianus Episc. Valentinus.
XXXIIII Iustus Episc. Vrgellitanus.
XXXV Martinus Episc. Dumiensis.
XXXVI Auitus Episcop. Viennensis.
XXXVII Dracontius.
XXXVIII Victor Episcop. Tunnensis.
XXXIX Ioannes Episc. Constantinop.
XL Gregorius Papa Romanus.
XLI Leander Episc. Hispal.
XLII Lucinianus Episc. Carthagin.
XLIII Seuerus Episcop. Malacitanus.
XLIIII Ioannes Episc. Gerunden.
XLV Eutropius Episc. Valentinus.
XLVI Maximus Episc. Cæsaraugustan.
Hactenus Isidorus.
Hinc Braulio Epis. Cæsaraug.
XLVII. Isidorus Episc. Hispal.

Cap. I.

SIXTVS [a] Episcopus Romanę vrbis & Martyr, composuit ad instar Salomonis librum Proverbiorũ, tam breui eloquio, vt in singulis versiculis singulæ explicentur [b] sententiæ. Cui quidem opusculo hæretici quædam contra Ecclesiasticam fidem inseruerũt, quò facilius sub nomine tanti Martyris, peruersorũ dogmatum reciperetur assertio. Sed is, qui Catholicum sese meminit, probando legat, & ea, quæ veritati contraria non sunt, recipiat. Quidam autem putant eundem librum [c] ab hæreticis, non à Sixto, fuisse dictatum. Refellit autem hanc opinionem beatissimus Augustinus, qui in quodam opere suo, ab eodem Martyre, hoc opus compositum esse fatetur.

[a] *Vel primus anno Christi. 117. Vel secundus ann. 257. uit, & qui sequuntur tredecim vsque ad Marcellinum, ex vnico exemplari Fontis sancti, apud Galistæum Caurien sis diœcesis descripti sunt. In reliquis libris desiderabantur, qui ab Osio incipiebant, & ex ipso, & Marcellino vnum fecerant caput.*

[b] *Sententias esse Xysti Philosophi, non Martyris, ait Hieronym. ad Ctesiphontem, & 18. Ezech. & 1. lib. in Iouinianum, in quo deceptus Russinus, & retractat Augustinus.*

[c] *Ab hæreticis ait Gelasius 15. distinct.*

Cap. II.

MAcrobius [a] Diaconus studium sancti Cypriani, ingeniumque sequutus, cõplexus est congrua ex vtroque testamento aduersus versutias hæreticorũ capitula, de scilicet Dei Patris maiestate, & Filij Dei aduentu, eius Incarnatione, siue Passione, Resurrectione, & Ascensione in cælos, pariq. modo, & de electione gentium, & reprobatione Iudæorum. Deinde subiecit etiã cætera ad vtilitatẽ vitæ, & disciplinæ religionis pertinentia, omnia hæc in centum distincta capitulis.

[a] *Apud Gennadium dicitur presbyter Afer, hæreticus, Donatianus, siue Montensis.*

Cap. III.

PHilastrius Brixiensis Episcopus, hic [a] longe ante beatissimum Augustinum edidit librum de hæresibus, singulas quasq. demonstrans, siue quæ in populo Iudæorum ante Incarnationem Christi, fuerunt, quas viginti octo enumerat, siue quæ post Domini Aduentum Saluatoris, aduersus Catholicam fidem exortæ sunt, quas idem centũ viginti octo esse describit, sicut de eo idem vir magnæ gloriæ [b] Augustinus & Doctor clarissimus meminit.

[a] *Anno Christi 380.*

[b] *August. ad Quoduult Deum, de hæresibus.*

Cap. IIII.

THeodorus [a] Mopsuestenæ vrbis Episcopus, ita clare copioseq. scientiæ doctri-

na refulsisse refertur, vt prædicaretur (si referre fas est) mille voluminum summam in Græco conscripsisse, aduersus omnium hæreticorum errores. [b] Hunc Acephalorum Episcopi in præiudicio Chalcedonensis Cõcilij, Iustiniano Principe compellente, dãnare post mortem cum Iba, & Theodoreto Episcopis censuerunt. Dum constet, eũ laudabilium virorum testimonijs clarissimæ ecclesiæ Doctorem fuisse: vixit vsq. ad Imperium senioris Leonis.

[a] *Etiam laudatur à Theodoreto Sozomeno & Euagrio, sed damnatur à Synodo Constantinop. 5. & à Gregorio lib. 6. epist. 195.*

[b] *Isidorus aliquot locis huius libri, nempe agens de Theodoro, Iustiniano imperatore, Facundo, & Victore Tunnensi, quin & lib. 8. Etymolog. cap. 5. & in Chronico, loquens de Iustiniano, aliquibus videri potest non satis fuisse æquus Concilio quinto Oecumenico Constantinopolitano. Res tota sic gesta est: Theodoretus Cyrensis Episcopus, cuius multa habemus doctissima opera, & Ibas Episcopus Edessenus, anno Christi. 448. in Concilio hæretico Ephesino secundo (factione Dioscori Episcopi Alexandrini qui fuit hæreticus Eutychianista) absentes damnati sunt, suisque ecclesijs pulsi. Vide Euagrium lib. 1. hist. eccles. cap. 10. Caussa est addita, quod Theodoretus aduersus duodecim anathemata Cyrilli scripsisset: Ibas verò ad Marin Persam Epistolã haud Catholicã misisset. Deinde anno 451. in Chalcedonensi Synodo generali sub Leone Papa Romano illa secunda Ephesina synodus abrogata, & Theodoretus atque Ibas Episcopi ecclesijs suis restituti sunt. Euagr. lib. 1. capit. 4. & lib. 2. cap. vlt. Inde magnæ Tragœdiæ ortæ prouincijs & Imperatoribus ipsis diuersa sentientibus de recipienda Synodo Chalcedonensi, quæ in hoc ipso Euagrio, & Liberato Carthaginiensi, atque Paulo Diacono leges. Donec tandem in quinta Synodo generali Constantinopoli habita sub Vigilio Papa, & Iustiniano Imperatore anno 553. damnata sunt scripta Theodoreti aduersus Cyrillum & Ibæ Edesseni, epistola ad Marin Theodorique Mopsuesteni Episcopi opera, quæ in ea epistola valde laudabantur. Hæc quidem grauiter à multis accepta sunt, quasi in eo Chalcedonensis Synodi auctoritas improbaretur. Euagr. lib. 4. cap. 37. Legentes enim in Chalcedonensi Synodo illos ecclesijs suis restitutos, simul illorum opera approbata fuisse existimarunt. At distinguere auctores ab operibus valde oportuerat, vt docet Iustinianus Imperat. in fidei suæ professione, & Proclus Constantinopolitanus in epistola quæ in ista Synodo Constantinopolitana recitatur. Inde postea diutinæ contentiones in ecclesia viguerunt, de recipienda hac Synodo Constantinopolitana. Cuius defensores ab aduersa parte per calumniam vocabantur hæretici Acephali, & impugnatores trium capitulorum Synodi Chalcedonensis. Itaque Ægyptus, & Africa, vt Liberatus, & Victor Tunnẽsis, nondum editus, testantur: Illyricum quoque, vt est apud Paulum Diaconum Aquileien. lib. 18. Romanis Pontificibus hoc concilium Constantinopolitanum probantibus aliquandiu restiterunt. Ausi etiam sunt hi duo auctores, Africani Liberatus Carthaginiensis, & Victor Tunnensis Vigilio Papæ imponere: illum opera Theodora Augustæ eorum trium capitulorum defensorem extitisse. Quæ calumnia ex tribus Vigilij epistolis*

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ in quinta Synodo recitantur, facile conuincitur, & ex ijs quæ Patres in sexta Synodo falso de Vigilio confícta-que-runtur. Hispaniam porrò in Africanorũ aliquando fuisse sententia suspicor ex tam multis verbis Isidori ad defensionem trium capitulorum inclinantibus. Nisi fortasse Isidorus hæc verba ex sui Victoris Tunnensis Chronico hausit, quo auctore libens vtitur, vel certe serò ad Isidorum, & Hispanos peruenire potuit Constantinopolitanæ Synodi approbatio à Romanis Pontificibus Vigilio, Pelagio, & Gregorio in primis facta. Præsertim cum ignorasse aliquanto tempore Hispania eius Synodi auctoritatem potuerit, in qua noluisse adesse Vigilium Papam Romanum audiuisset. Hinc factum puto, vt Isidorus sexto lib. Etymolog. cap. 16. post quattuor Synodos generales huius quintæ Constantinopolitanæ iam pridem habita non meminerit, quam tamen Papa Gregorius eius æqualis cæteris quattuor prioribus parem esse auctoritate definiuit. Plura leges in ipso Gregorio de huiusmodi defensoribus trium capitulorum, nempe 2. lib. Registri, Epistol. 36. & Indictione 11. Epistol. 10. & lib. 3. epistol. 4. Nam vitiatum fuisse exemplar Synodi Chalcedonensis à Constantinopolitanis, ait Gregorius 5. lib. Regist. epist. 14 & lib. 7. epist. 52. Indictione 2.

c Ann. Christi 457. At Theodoretus ait, sub Teodosio iuniore.

Cap. V.

OSius Cordubensis ecclesiæ ciuitatis Hispaniarum Episcopus, eloquentiæ viribus exercitatus. Scripsit ad sororem suam de laude virginitatis epistolam pulchro ac diserto comptam eloquio: composuitque & aliud opus de interpretatione vestium sacerdotalium, quę sunt in Veteri Testamẽto, egregio quidem sensu, & ingenio elaboratum. In [a] Sardicensi etiam concilio, quã plurimas edidit ipse sententias. Hic autem post longum senium vetustatis, id est, post centesimum primum annum in ipso iam limine vitæ à fidei limitibus subruens, serpentis iaculo concidit. Nam accersitus à Constantio principe, miniſque perterritus, metuens, ne senex & dies damna rerum, vel exilium pateretur, illico Arrianæ impietati consensit, & vocabulum homousion, quod simul cum Patribus sanctis cæteris ecclesijs sequendum tradiderat, arreptus impietatis furore, damnauit: [b] cuius quidem vitam, vt meruit, confestim exitus crudelis finiuit.

[a] *Anno Christi 347.*
[b] *Vide infra in Marcellino.*

et ad Lect. §. 18

Cap. VI.

TOranius [a] Ruffinus scripsit ad quendam Paulinum presbyterum de benedictionibus Patriarcharum triplici intelligentia librum satis succinctum, & clara breuitate compositum. Hic autem iuxta mysticũ sensum, ea quæ de Dan filio Iacob, scripta sunt, non rectè de Domino nostro interpretatur, dum proculdubio ad Antichristum eadem pertinere sanctorum Patrum probet assertio.

[a] *Meminit Gennadius, vide Gelas. dist. 15.*

Cap. VII.

VErecũdus [a] Africanus Episcopus studijs liberalium litterarum disertus edidit carmine dactylico duos modicos breuesq. libellos, quorum primum de resurrectione, & iudicio scripsit, alterum verò de pœnitẽtia, in quo lamentabili carmine propria delicta deplorat.

[a] *Anno Christi 552. Verecundus quidam Iuncensis Episcopus in prouincia Africæ Bizacena defensor trium capitulorum, anno ante habitã Synodum Constantinopoli, quam tam generalem iussu Iustiniani Imperatoris exul Chalcedone moritur. Hæc Victor Tunnẽsis narrat. Puto autem eumdem hunc fuisse, de quo loquitur Isidorus. Vidi porrò huius Verecũdi, ipsum libellum de pœnitentia hexametris scriptum, cuius hoc est initium.* Quis mihi mœsta dabit lacrymosis imbribus ora. *Is liber Gothicis litteris descriptus fuit olim Ecclesiæ Ouetensis, posteà apud Michaelem Kayzium Azagrium amicum meum, Rodolphi Imperatoris secretarium.*

Cap. VIII.

VIctorinus [a] Episcopus composuit & ipse versibus duo opuscula admodum breuia: vnum aduersus Manichæos reprobantes Veteris Testamenti Deum, veramque incarnationem Christi contradicẽtes; alterum autem aduersus [b] Marcionistas, qui duo principia, id est, duos Deos fingunt: vnum malum iustum creaturarũ conditorem, & retributorem factorum: alterum bonum, animarum susceptorem, & indultorem criminum.

[a] *Victorini duo referuntur à Hieronymo, vnus Episcopus Pitabionensis Martyr: alter Rhetor Afer. Alij quoque duo à Gennadio, vnus Rhetor, & Poeta Massilienſis, qui cõmentariam Geneſin versibus scripserit, quæ ad nos, vsque peruenerunt, & postremus Aquitanus. Ego opus Victorini aduersus Manichæos, & Marcionistas, quod ab Isidoro refertur, non vidi, neque vsquam scio extare, sed puto fuisse illius Massiliensis Poetæ, nam Episcopum fuisse non meminit Gennadius.*
[b] *Vide Augustin. de hæres. lib. 1. cap. 21. & Irenæum, lib. 1. cap. 28.*

Cap.

Cap. IX.

ITatius [a] prouinciæ Galleciæ Episcopus, sequutus Chronicam Eusebij Cæsarien. Episcopi, siue Hieronymi presbyteri, quæ vsque hodie in Valentis Augusti imperium edita declaratur, dehinc ab anno primo Theodosij Augusti, vsque in annum imperij Leonis octauum subiunctã sequitur historiam, in qua magis Barbararum gentiũ bella crudelia narrat, quæ premebant Hispaniam. Decessit sub Leone Principe, vltima iam penè senectute, sicut etiam præfationis suæ demonstratur indicio.

[a] *Anno Christi 481.*
[b] *Idacios siue Itacios, duos ponit Isidorus, quos quia falsò in vnum multi etiam nostrates confundunt, facturus rem gratam videbor, si Idacios omnes distinguam. Reperio enim quinque hoc nomine Hispanos, qui ad tres redigi posse videntur. Vide Scholion de Idacijs tribus. Primus est Itacius (sic enim hic scribitur in vetustis omnibus codicibus) cognomento Clarus Episcopus Ossonobensis, relegatus ob eadem Priscilliani cum Vrsacio, anno fere Christi 390. de quo Sulpitius Seuerus in historia ecclesiastica, Hieronymus, & Isidorus. Is scripsit contra Priscillianum, vt ait Isidorus, sed non extat. Secundus Idacius Episcopus Emeritensis ijsdem temporibus cum superiore, persequutor quoque Priscilliani, ex eodem Sulpicio Seuero. Vterque verò subscribit in Synodo Cæsaraugustanã. Tertius Idacius, siue Itacius (nam vtroque modo scriptum reperio) Episcopus Lamecensis in Gallæcia, auctor Chronici nondum editi, quod manu scriptum habeo. Is se conuersum ait anno Christi 417. scripsisse verò, vsque ad octauum annum Leonis, ait Isidorus, nempe annum 481. Sigebertus ait vsque ad annum 490. Trithemius primum cum tertio confundit. Poterat, & videri quartus Idacius, Clarus, cuius opus extat aduersus Varidamum Arrianum. Sed is, vt puto, idem est cum primo Ossonobensi exule. Potuit enim duas peregrinatur, opus Varidami videre Neapoli vrbe Campaniæ, quod de se ipse narrat. Quantum etiam adderet alicui Idacium Episcopum, qui cum Turibio Asturicensi Concilium celebrauit aduersus Priscillianistas, iussu Leonis Papæ, anno 447. vt est in Epistola Leonis ad Turibium, & in altera epistola ipsius Turibij ad Idacium & Ceponium, quam habeo manuscriptam. Sed hic Idacius ex comparatione temporis, & Gallæciæ Prouinciæ potuit esse idem cum tertio illo Lamecensi Chronographo.*

Cap. X.

EVsebius Borolitanæ vrbis Episcopus, hic in cœtu [a] Chalcedonensis Concilij contra Dioscorum hæreticum Alexandrinæ vrbis Episcopum librum obtulit, ac præsenti Synodo omnes Dioscori errores, & blasphemias recitauit. Hunc enim ac sanctum Flauianum Constantinopolitanum Episcopum idem Dioscorus in [b] Ephesina secunda Synodo excommunicationis sententia deiecerat, eò quòd pro orthodoxa fide contra hæresin repugnarent. Vnde postea idem Eusebius in [c] Chalcedonensi Synodo innumerabilium malorum eius crimina, vel blasphemias detegẽs, damnationis eius sententiam super eũ à sancto Concilio imprecatur, scilicet, vt quod iustè ille alijs intulerat, in eo iustè retorqueretur.

[a] *Actione 3. Concil. Chalced.*
[b] *Anno Christi 448.*
[c] *Anno 451.*

Cap. XI.

CErealis Castellanensis ecclesiæ Episcopus. Hic, dum apud Carthaginiensem Africæ prouinciæ vrbem veniſſet, de fide sanctæ Trinitatis cum Maximiano Ammonitarum Episcopo, concertatus est, respondens propositionibus eius, non eloquiorũ argumentis, sed de testimonijs sanctarum scripturarum [a] Extat hoc ipsum eiusdem opusculum nouem & decem responsionũ capitulis præsignatum.

[a] *Extat cum alijs in hæresiologia.*

Cap. XII.

FErrandus Carthaginiensis ecclesiæ Diaconus, multùm in sacris scripturis floruisse asseritur, multasque cum beato Fulgentio propositiones alternis epistolis habuisse narratur. Iste ad Pelagium, & Anatolium Romanos Diaconos consulentes eum, vtrum liceat quenquam damnare post mortem, edidit [a] rescriptum, vbi inter alia sic loquutus est, dicens. [b] Quid prodest dormiẽtibus Ecclesiam perturbare? Si quis adhuc in corpore mortis huius accusatus & damnatus, antequã mereretur absolui, de ecclesia raptus est, absolui non potest humano iudicio. Si quis accusatus & absolutus in pace Catholicæ ecclesiæ transiuit ad Deum, condemnari non potest vlterius humano iudicio. Si quis accusatus ante diem sacri examinis, repentina vocatione præuentus est, intra sinum matris ecclesiæ constitutus, diuino intelligendus est iudicio reseruari, & de hoc nullus homo potest manifestam

Universidad de Deusto
Biblioteca

proferre sententiam, cui si Deus indulgen- A tiam dedit, nihil nocet nostra seueritas, sed si supplicium præparauit nihil prodest nostra benignitas.

[a] *Editus est Romæ ab Achille Statio.*
[b] *Idem scripsit Pontianus Episcopus Afer ad Iustinianum Imp.*
[c] *Contra definit Concil. 5. Constantinopol. act. 5. de Theodoro Mopsuesteno, vide 24. quæst. 2.*

Cap. XIII.

PEtrus Ilerdensis Hispaniarum eccelsiæ Episcopus, edidit diuersis solemnitatibus congruentes orationes, & missas elegãti sensu, & aperto sermone.

Cap. XIIII.

MArcellinus [a] Italiæ presbyter, scripsit Theodosio minori Arcadioque Imperatoribus opusculum vnum: in quo retexit gesta Episcoporum, qui ad destructionem homousion Arimini [b] conuenerunt: quique ita totum mundum perfidia impij dogmatis turbauerunt, vt vix pauci antistites existerent, qui in inuiolabili fidei cultu perseuerarent. Exponit quoque de Arrio, dum ad Synodum pergeret cum Alexandro disputaturus, qualiter conuersus in via ad necessariam caussam, viscera eius fuissent diffusa. De fine quoque Osij [c] Cordubensis vrbis Episcopi, qui metu Imperatoris fidem præuaricatus, perfidiæ assertor & impietatis effectus fuerat assequutor, sic talia profert. Nam post impiam, inquit, Osij præuaricationem, dum Sanctus Gregorius Eliberitanus Episcopus in Cordubensi vrbe iuxta imperiale decretum fuisset adductus, ac minimè vellet illi communicare, commotus Osius dicit Clementino Constantij præfecto Vicario, vt mitteret eum in exilium. At ille inquit: Non audeo Episcopum in exilium mittere, nisi prius eum ab Episcopatu deieceris. Vt autem vidit Sanctus Gregorius, quod Osius vellet ferre sententiam, appellat Christum totis fidei suæ visceribus, exclamans ita: Christe Deus, qui venturus es iudicare viuos & mortuos, ne patiaris hodie humanam proferri sententiã aduersus me minimum seruum tuum, qui pro fide nominis tui, vt reus assistens spectaculum factus sum: sed tu ipse, quæso, in caussa tua hodie iudica, ipse sententiam proferre dignare per vltionem. Non ego, quasi metuens exilium, fugere cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum supplicium graue sit: sed vt multi præuaricationis errore liberentur, cum præsentem viderint vltionem. His dictis, ecce repente Osius residens fastu, quasi regalis Imperij, cum sententiam conaretur exprimere: os vertit, distorquens pariter & ceruicem, ac de sessu in terram eliditur, atque illico expirauit. Tunc admirantibus cunctis B etiam Clementinus ille Gentilis expauit, & licet esset iudex; tamen timens ne in se simili supplicio iudicaretur, prostrauit se ad pedes sancti viri obsecrans, vt sibi parceret, qui in eum diuinæ legis ignorantia peccasset, & non tam proprio arbitrio, quàm mandantis imperio. Inde est, quod solus Gregorius ex numero [d] vindicantium integram fidem, nec in fugam versus est, nec passus est exilium, vnusquisque enim timuit de illo vlterius iudicare.

[a] *Huius meminit Gennadius in Faustino presbytero.* C
[b] *Anno 559.*
[c] *Marcellini historia de Osij Cordubensis morte ijsdem verbis, sed paullò fusior extat in Codice Gothico bibliothecæ Complutensis ad finem Isidori de Viris illustribus, sine nomine auctoris Marcellini. Porrò Osius nobilissimus olim confessor, & doctissimus, ab Augustino, & Athanasio laudatus, Constantino Imperatori etiam per litteras familiaris (vt est in Cod. Theodos. titul. de sacrosanctis ecclesijs) quique in Concilijs Eliberitano, Nicæno & Sardicensi, cum magna sui laude fuerat Catholicorum propugnator, tandem senio delirans, in Syrmiensi Synodo ad Arrianos defecit. De quo vide etiam Hilarium, lib. de Synodis: Athanasium, lib. de vnitate Trinitatis: Sulpitij Seueri historiam, & Honorium Augustodunen. lib. de scriptoribus eccles.* D
[d] *Vindicat Martyres apud Optatum, lib. 1.*

Cap. XV.

ITatius Hispaniarum Episcopus, cognomento & eloquio Clarus, scripsit quendã librum sub Apologetici specie, in quo detestanda [a] Priscilliani dogmata & maleficiorum eius artes, libidinumq. eius probra demonstrat: ostendens Marcum quendam Memphiticum Magicæ artis scientissimum, simum, discipulum fuisse [b] Manis, & Priscilliani magistrum. Hic autem cum Vrsatio Episcopo ob necem eiusdem Priscilliani, cuius accusatores extiterant, Ecclesiæ communione priuatus, exilio condemnatur, ibique die vltimo fungitur, Theodosio maiore, & Valentiniano regnantibus. A

[a] *Vide Epiphan. lib. 1. capit. 34. & Iren. lib. 1. cap. 8. & 9.*
[b] *De Mane Cyrillus cateches. 60. & Epiphan. lib. 2. capit. 661.*

Cap. XVI.

SIricius [a] clarissimus Pontifex & Romanæ sedis antistes scripsit [b] decretale opusculum directum ad [c] Eumerium Tarraconensem Episcopum. In quo inter alias ecclesiasticas disciplinas, constituit hæreticorum baptisma nequaquam ab ecclesia rescindendum. Reperimus & [d] aliam eius epistolam ad diuersos Episcopos missam, in qua condemnat Iouinianum hæreticũ, atque Auxentium, cæteroscque eorundem sequaces. Præfuit Romæ annos quattuordecim: Obijt Theodosio & Valentiniano regnantibus. B

[a] *Anno 385.*
[b] *Extant epistolæ.*
[c] *Eumerius semper vocatur in v.c. non Himerius.*
[d] *De qua vide Ambros. epist. 8. & 81.*

Cap. XVII.

PAulinus [a] presbyter explicuit in benedictionibus Patriarcharum triplici intelligentiæ genere librum satis succincta breuitate compositum. Idem etiam, petente Augustino, conscripsit Ambrosij vitam signis florentem atque doctrinis, & meritis Apostolorum non imparem. Siquidem & Constantius Episcopus Germani vitam contexuit: obitumque Paulini Oranius edidit. D

[a] *Anno 410. fuit Episcopus Nolanus.*
[b] *Paulinus hic est Episcopus Nolanus, de quo multa mentio apud Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Gregorium, & Gennadium. Frustra enim multi nostra ætate Honorium Augustodunensem sequuti Paulinos duos faciunt, vnum Nolanum Episcopum, alterum presbyterum Mediolanensem auctorem vitæ sancti Ambrosij. Cum ipse Paulinus in epistola ad*

Alypium scribat, se licet in Hispania ordinatus fuerit presbyter à Lampio Episcopo Barcinonensi, tamen beneficio Sancti Ambrosij adsequutum esse, vt, vbicumq; terrarum degeret, Ambrosij presbyter diceretur. Porrò huiusmodi vitæ, quæ ab Isidoro commemorantur, nempe Ambrosij Mediolanensis, Germani Antisiodorensis, & Paulini Nolani Episcoporum edita à Paulino, Constantio, & Oranio extant in vetustissimo exemplari ecclesiæ Toletanæ, & feruntur impressæ apud Laurentium Surium. A

Cap. XVIII.

PRoba [a] vxor Adelphij Proconsulis, fœmina, idcirco inter viros ecclesiasticos posita sola, pro eo quod in laude Christi versata est, componens [b] centonem de Christo Virgilianis coaptatum versiculis. Cuiusquidem non miramur studium, sed laudamus ingenium. [c] Quod tamen opusculum inter apocryphas scripturas inseritur. B

[a] *Anno Christi 410. extat cognomine Falconia Valeria.*
[b] *Meminit Hieron. Ad Paulinum.*
[c] *Apocryphum vocat Gelasius, dist. 15.*

Cap. XIX.

IOannes [a] sanctissimus Constãtinopolitanæ sedis Episcopus, cognomento Chrysostomus: cuius oratio & plurimam cordis compunctionem, & magnam suauiloquentiam tribuit, condidit Græco eloquio multa & præclara opuscula. E quibus vtitur Latinitas duobus eius delapsis libellis, scriptis ad quendam Theodorum lamentis, & exhortationibus plenis, vtpote illum à bona conuersatione deiectum. Et quia monachi vitam cum eo in vno eodemque monasterio exercuerat, ideo conuersationis ibi factæ eum in libris ipsis admonuit, prouocans eum ad propositum, atque ostendens, nulli peccatori vel impio, si ad pœnitentiam redeat, desperandum. Legimus eiusdem & librum alium, cuius prænotatio est: Neminem posse lædi ab alio, nisi à semetipso. Ad personam quoque cuiusdam nobilissimæ matronæ Gregoriæ reperitur opus eius insigne de conuersatione vitæ, & institutione morum, siue de compugnantia virtutum & vitiorum. Est etiam, & alius liber eiusdem apud Latinos de compunctione cordis. Alter quoque scriptus ad quendam Eutropium, cum palatio pulsus ad altarium C

[a] *Ad Rom. 9. 13*

Universidad de Deusto
Biblioteca

confugisset. Multos præterea composuit A diuersosque tractatus, quos enumerare per longum est. Cuius quidem studij, etsi non omnia, tamen quam plurima eloquentiæ eius fluenta de Græco in Latinum sermonem trãslata sunt. Hic autem [b] decimo tertio anno Episcopatus sui discordia Theophili Alexandrini Episcopi oppressus. Fauentes Episcopi nostri Arcadio Imperatori damnauerunt eum innocentem, atque ab Episcopatu [c] deiectum Pontum in exilium retruserũt. [d] Corpus trigesimo quinto anno, die functionis ab exilio Constantinopolin reuocatur, etiam in Apostolorum B ecclesia sepelitur.

[a] Anno 398.
[b] Fortè anno 7. nam annos 6. sedisse constat ex Marcellino, & Niceph. Constantin.
[c] Deiectus anno Christi 404. ex Marcellino mortuus exul, anno 407. ex Paulo Diac.
[d] Hæc addantur in vno exemplari.

Cap. XX.

SEdulius [a] presbyter edidit [b] tres libros, dactylico Heroico metro compositos, C quorum primus signa, & virtutes veteris Testamenti potentissimè resonat, reliqui verò gestorum Christi Sacramenta vel miracula intonant.

[a] Anno 430.
[b] Laudat Gelasius dist. 15.

Cap. XXI.

POsidius [a] Africanæ prouinciæ Episcopus. Hic stylo persequutus est vitam Sancti Augustini, cui etiam operi subiecit indiculum scriptorum eius, enumerans quanta idem beatissimus Doctor scri- D psit, vbi plusquam quadringentorum librorum volumina supputantur. Homiliarum verò, & epistolarum, quæstionumque infinitus modus est, vt penè vix possit quisquam articulo suo aliena tanta scribere, quanta ille proprio labore composuit.

[a] Ita v. c. non Posidonius fuit Episcopus Calamensis in Numidia, in 7. Concil. Carthag. anno 413. extat.

Cap. XXII.

PRimasius [a] Africanus Episcopus, composuit sermone scholastico de hæresibus tres libros directos ad [b] Fortunatum Episcopum, explicans in eis quod olim beatissimus Augustinus in libro hæreseon imperfectum, morte interueniente, reliquerat. In primo namque ostendens quid hæreticum faciat: in secundo, & tertio, digerés quid hæreticum demonstret.

[a] Anno 553.
[b] Prouinciæ Byzacenæ dicitur in 5. Concil. Constantinop. collat. 2.
[c] Extant eius comment. in Apocalyps.

Cap. XXIII.

PRoterius [a] Alexandrinæ ecclesiæ antistes scripsit epistolas ad Leonem Romanæ sedis Episcopum de festiuitate Paschali. Hunc autem Leonis Augusti temporibus Dioscori hæretici successores, auctore Timotheo, seditione facta crudelissime peremerunt, ipsumque Timotheum sibi pro Alexandrino Episcopo statuerunt.

[a] Nicephorus lib. 15. cap. 15. Liberatus cap. 16. Anno 457.

Cap. XXIIII.

PAschasinus Sicilienses Episcopus, edidit vnam [a] epistolam Paschalem ad Leonem supradictum Papam directam, in qua refert Paschalis mysterij miraculum his verbis: Est, inquit, possessio, quæ appellatur Meltinas, in montibus arduis ac syluis densissimis constituta, illic perparua atque vili opere constructa ecclesia est, [b] in cuius baptisterio nocte sacrosancta Paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis sit, vel fistula nec aqua omnino vicina, fons ex sese repletur: pauciscque, qui fuerint, consecratis, cum deductorium nullum sit, vt venerat aqua, ex sese discedit. Claruit sub Theodosio Iuniore Arcadij Imperat. filio.

[a] Anno 445. scripta est epistola. Extat cum epistolis Leonis, tom. 1. Concil. contigit anno 417. Paschasinus his Lilybetanus Episcopus fuit, legatus Leonis Papæ in Concil. Chalcedonen. anno 451.
[b] Simile miraculum in Hispania, anno 583. ex Gregor. Turonen. lib. 10. cap. 22. & Sigeberto. Cæ-

Cap. XXV.

IVlianus [a] quidam [b] Gallus, cognomento Pomerius, hic octo libros de animæ natura in Dialogi morem conscripsit. Horum primus continet, quid sit anima, vel qualiter credatur ad Dei imaginem facta. In secundo loquitur, vtrum anima corporea, an incorporea sit. In tertio disserit, primo homini vnde anima sit facta. In quarto, vtrum noua anima sine peccato fiat: an peccatum primi hominis ex illo propagata originaliter trahat. In quinto describit, quæ sit facultas animæ. In sexto eloquitur, vnde sit illa discordia, qua carni spiritus, vel B caro spiritui aduersatur. In septimo autem scribit de differentia vitarum, & mortium, vel resurrectione carnis & animæ, siue de morte carnis, ac de eius resurrectione. In octauo loquitur de his, quæ in fine mundi futura sunt, vel de quæstionibus, quæ solent de resurrectione proponi, siue de finibus bonorum, atque malorum. Hic tamen in secundo eiusdem operis libro, Tertulliani erroribus consentiens, animam corpoream esse dixit, quibusdam hoc fallacibus argumentis adstruere contendens. Edidit etiam vnum libellum de virginibus instituendis, alios quoque tres de futuræ C vitæ contemplatione, vel actuali conuersatione, necnon de vitijs, atque virtutibus.

[a] Anno 450.
[b] Mansum ait fuisse Gennadius. Falsò ergo confundunt quidam Pomerium cum Iuliano Episcopo Toletano, qui obijt anno 690.

Cap. XXVI.

EVgipius [a] Abbas Lucullanensis oppidi, Neapoli Campaniæ. Hic ad quendam Pascha sium Diaconum libellũ de vita sancti monachi Seuerini trãsmissum breui stylo composuit. Scripsit & regulam monachis consistentibus in monasterio sancti Seuerini, quam eisdem moriens quasi testamentario iure reliquit. Claruit post consulatum [b] Importuni Iunioris Anastasio Imperatore regnante. D

[a] Extat vita apud Surium. De Seuerino Grego. lib. 7. epist. 82. Paul. Diac. lib. 1. cap. 12.
[b] Importunus cos. Anno Christi 509. ad Eugipiũ extat epist. Fulgentij Ruspensis. Eugipium se vidisse, ait Cassiodor. lib. 1. diuin. inst.

Cap. XXVII.

FVlgentius Afer ecclesiæ Ruspensis Episcopus, in confessione fidei clarus, in scripturis diuinis copiosissimè eruditus, in loquendo quoque dulcis, in docendo ac disserendo subtilis, scripsit multa. E quibus legimus, de gratia Dei, & libero arbitrio libros responsionum septem, in quibus Fausto Galliæ Regiensis vrbis Episcopo Pelagianæ prauitati consentienti respõdens, obnititur eius profundam destruere calliditatem. Legimus & eiusdem librum de sancta Trinitate ad Felicem directum Notarium. Librum quoque regulæ veræ fidei; & alium de Sacramento Incarnationis Domini nostri Iesu Christi. Extant & duo eiusdem libri de veritate prædestinationis ad Episcopos missi, in quibus demonstratur: quod gratia Dei in bonis voluntatem humanam præuenit, & quod Deus quosdam prædestinationis suæ munere iustificans præeligit, quosdam verò in suis reprobis moribus occulto quodã iudicio derelinquit. Est & liber altercationis eius, quo de fide cum Thrasamundo rege idem beatus Fulgentius disputauit. Ad Ferrandum quoque ecclesiæ Carthaginiens. Diaconum vnum de interrogatis quæstionibus scripsit libellum. Inter hæc composuit multos tractatus, quibus sacerdotes in ecclesijs vterentur. Plurima quoque feruntur ingenij eius monumenta. Hæc tantùm ex pretiosis doctrinæ eius floribus carpsimus. Sors melior, cui delicias omnium librorum eius præstiterit Dominus. Claruit sub Thrasamundo rege VVandalorum Anastasio Imperatore regnante.

Anno 500.

Cap. XXVIII.

EVcherius Franciæ Episcopus, elegans sententijs, ornatus in verbis, edidit ad Hilarium Arelatensem antistitem eremi deserta petentem vnum opusculum de laude eiusdem eremi luculentissimum, & dulci sermone dictatum, in quo opere laudamus Doctorem, & si pauca, tamen pulchra dicentem. [b] Breuitas, vt ait quidam, laus est interdũ in aliqua parte dicendi, in vniuersa eloquentia laudem non habet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] Anno 450. *Lugdunensis Episcopus fuit apud Gennadium, & Marcellinum.*
[b] *Ciceronis sunt verba.*

Cap. XXIX.

HIlarius [a] Arelatensis Episcopus scripsit vitam parentis, & prædecessoris sui sanctissimi ac venerabilis Honorati Episcopi, suaui ac præclaro prædictatam eloquio.

[a] *Anno 432. De hac Gennadius.*

Cap. XXX.

APringius [a] ecclesiæ Pacensis Hispaniarum Episcopus, disertus lingua, & scientia eruditus, interpretatus est Apocalypsin Iohānis Apostoli subtili sensu atq. illustri sermone melius penè, quā veteres ecclesiastici viri exposuisse videntur. Scripsit & nonnulla quæ tamen ad notitiā nostræ lectionis minimè peruenerunt. Claruit temporibus Theudis principis Gotthorum.

[a] *Anno Christi 540. Apringij nomine multorum manibus circumfertur opus ingens manuscriptum in Apocalypsin. Sed ego, cum viderem codicem ipsum Gotthicum Legionensem scriptum ara millesima octaua, animaduerti inde auctoris nomen non constare, sed editum opus in gratiam cuiusdam Eterij. Quin & in præfatione ille auctor ait, se collegisse sua ex libris Victorini, Isidori, & Apringij. Vt manifesto constet non esse illum Apringium cuius Isidorus meminit.*

Cap. XXXI.

IVstinianus [a] Imperator, quosdam libros de Incarnatione Domini edidit, quos etiā per diuersas prouincias misit. Cōdidit quoque & rescriptum contra [b] Illyricianā Synodam & aduersus Africanos Episcopos Chalcedonēsis Synodi defensores peruerso studio: in quo tria capitula damnare contendit, id est, Theodori Mopsuesteni Episcopi dicta, siue rescripta Theodoreti, & epistolam, quæ dicitur Ibæ Edesseni Episcopi.

Anno 553.
[a] *Sumpta hac ex Liberato, & Victore Tunnensi.*
[b] *Illyriciana anno 549. Damnat etiam Iustinianus in fidei suæ professione, quæ extat 1. tom. Concil.*
[c] *Vide Scholion de Theodoro sup. Mopsuesteno ad caput quart.*

ex addit. §. 18

Cap. XXXII.

FAcundus [a] Afer, Hermianensis ecclesiæ Episcopus, duodecim libros pro defensione trium capitulorum scripsit, quorum stylo elicuit; præfata tria capitula in præscriptione Apostolicæ fidei, & Chalcedonensis Synodi impugnatione, fuisse damnata. Id est, epistolam Ibæ Edesseni Episcopi ad Marim Persam directam, & Theodorum Mopsuestenum Episcopum, & Theodoreti Cyri Episcopi dicta. [b] Claruit postconsulatum Basilij, anno decimo regnante Iustiniano Imperatore.

[a] *Sumpta ex Victore Tunnensi.*
[b] *Anno Christi 551.*

Cap. XXXIII.

IVstinianus de Hispania, ecclesiæ Valentinæ Episcopus, ex quattuor fratribus Episcopis eadem matre progenitis vnus, scripsit librum responsionum ad quendam Rusticum de interrogatis quæstionibus: quarum prima responsio est de Spiritu sancto: secunda est contra Bonosianos, qui Christum adoptiuum filium, & non propriū dicunt: tertia responsio est de baptismo Christi, quod iterare non licet: quarta responsio est de distinctione baptismi Iohānis, & Christi: quinta responsio est, quia Filius sicut Pater inuisibilis sit. Floruit in Hispanijs temporibus Theudis Principis Gotthorum.

Anno 531.

Cap. XXXIIII.

IVstus Vrgellitanæ ecclesiæ Hispaniarum Episcopus, & frater prædicti Iustiniani, [a] edidit libellum expositionis in Cantica Canticorum, totum valde breuiter atque aperte per allegoriam sensum discutiens. Huius quoque fratres [b] Nebridius, & Elpidius quędam scripsisse feruntur, è quibus, quia incogniti sumus, magis reticenda fatemur.

[a] *Extat.*
[b] *Nebridius Episcopus Egarensis subscribit in 2. Concil. Tolet. anno Christi 527. & in Concil. Tarrac. anno 516.*

Cap. XXXV.

MArtinus [a] Dumiēsis monasterij sanctissimus Pōtifex, ex Oriētis partibus nauigans,

gans, in Gallæciam venit, ibiq. conuersis ab Arriana impietate ad fidē Catholicā Sueuorum populis, regulam fidei & sanctæ religionis constituit; Ecclesias cōfirmauit, monasteria cōdidit, copiosaq. præcepta piæ institutionis composuit. Cuius quidem ego ipse legi librum de differētijs quattuor virtutum, & aliud volumē epistolarum in quibus hortatur vitæ emendationem, & conuersationem fidei, orationis instantiam, & elemosynarum distributionem & super omnia cultum virtutum omnium & pietatem. Floruit, regnante Theodemiro Rege Sueuorum, temporibus illis, quibus Iustinianus in republica, & Athanagildus in Hispanijs imperium tenuerunt.

[a] *Martinus Episcopus Dumiensis, natione Pannonius fuit, vt ex Gregorij Turonensis historia constat, & ex ipsius Martini epitaphio ab se compositio, quod ex vetusto libro descriptū habemus. Eius hoc est initium.*

Pannonijs genitus transcendens æquora vasta
Galleciæ in gremium diuinis nutibus actus &c.

Fundauit monasterium Dumiense in Gallacia, vt dicitur in decimo Concil. Tolet. itaque subscribit Martinus Episcopus in Concil. primo Bracar. anno Christi 561. inde factus Archiepiscopus Bracaren. subscribit in secundo Concil. Bracar. anno 562. præfuit vero his Ecclesijs annos triginta ex Gregorio Turonens. in Chron. & lib. primo de miraculis Martini Turonensis cap. 11. & Aimoino lib. 3. cap. 39. Eius aliqua opuscula feruntur impressa: plura nos habemus nondum edita.

Cap. XXXVI.

AVitus [a] Viennensis Episcopus, scientia secularium litterarum doctissimus edidit quinq. [b] libellos heroico metro compositos, quorum primus est de origine mundi, secundus de originali peccato, tertius de essentia Dei, quartus de diluuio mundi, quintus de trāsitu maris rubri. Scripsit & ad Fuscinam sororem de laude virginitatis librum vnum pulcherrimo compositum carmine, & eleganti epigrammate coaptatum.

[a] *Anno Christi 490. vide Gregor. Turonens. Sigebertum, & Adonem.*
[b] *Extant impressa.*

Cap. XXXVII.

DRacontius cōposuit heroicis versibus [a] Hexameron creationis mundi, & luculenter quidem composuit & scripsit.

[a] *Extat impress. vide infra in Eugenio 3.*

Cap. XXXVIII.

VIctor [a] Tunnensis Ecclesiæ Africanus Episcopus. Hic à principio mundi vsq. ad primum Iustini Iunioris imperij annum breuem per Consules annuos bellicarū, Ecclesiasticarumq. rerum nobilissimā promulgauit historiam, laude & notatione illustrē, ac memoria dignissimam. Hic pro defensione trium capitulorum à Iustiniano Augusto Ecclesia sua pulsus, exilio in Ægyptū transportatur. Inde rursum Constantinopolin vocatus, dum Iustiniano Imperatori & Eutychio Constātinopolitanę vrbis Episcopo obtrectatoribus eorundem trium capitulorum resisteret, rursus in monasterio eiusdem ciuitatis custodiendus mittitur, atq. in eadem damnatione (vt dicunt) permanens, moritur.

[a] *Victoris Tunnensis Episcopi habeo Chronicon manuscriptum, in quo, post Eusebium Hieronymum, & Prosperum, tēpora prosequitur à consulatu XVIII. Theodosij Iunioris, id est, anno Christi 444. vsq. ad annū primū Iustini Iunioris, id est Christi 567. Ibi suum deplorat exilium, quo mihi valde dignus fuisse videtur. Restitit enim Vigilij Papæ Iustiniani Imp. & Synodi Constantinopol. decretis; dum tria capitula, de quibus supra diximus, mordicus defendit. Hic apud Isidorum lib. 5. Etymolog. c. 38. falso Turonensis scribitur, ab alijs Tununensis, Trithemio Cummenensis, sed ipse se in vetusto codice Tunnensem vocat. Puto esse oppidum Africæ Proconsularis, quod Tunis Polybio & Strabone vocatur, Tunisense Plinio, Liuio autem Tunes Tunetis inflectitur. Nobile his tēporibus ob expeditionē Caroli Quinti Cæsaris. Huius Victoris meminerunt etiā Ado Viennensis & Otho Frisingen. li. 5. c. 4.*

Cap. XXXIX.

IOhānes sanctæ memoriæ Constātinopolitanus Episcopus, natione Cappadox, ad quem beatus Gregorius librum regulæ pastoralis scripsit, vir [a] inæstimabilis abstinentiæ, & eleemosynis tantùm largissimus, vt zelo auaritiæ aduersus eū Imperator Mauritius permotus, vrbe pauperes pellendos ediceret. Hic Græco eloquio edidit de sacramento Baptismatis rescriptum ad bonæ recordationis dominum nostrum & prædecessorem Leandrum Episcopum, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina mersione sententias. Claruit temporibus Mauritij Principis, defunctusque est Augusto eodem regnante.

[a] *Ieiunator vocatur à Niceph. Constantinop.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. XL.

GRegorius Papa Romanæ sedis Apostolicæ Præsul, compunctione timoris Dei plenus,& humanitate summus,tantoq. per gratiam Spiritus sancti scientię lumine prędituS,vt non modo illi in presentibus tęporibus quisquam Doctorũ,sed nec in præteritis quidem par fuerit vnquã. Hic in exordio Episcopatus edidit librum regulæ pastoralis,directum ad [a] Iohãnem Constantinopolitanæ sedis Episcopũ.In quo docet, qualis quisq. ad officium regiminis veniat, vel qualiter, dum venerit, viuere, vel docere subiectos studeat. Idem etiam,efflagitante Leandro Episcopo, librum beati Iob mystico ac morali sensu disseruit, totamque eius propheticam historiam triginta quinq. voluminibus largo eloquentiæ fonte explicuit. In quibus quidem quanta mysteria sacramentorum aperiantur,quantaque sint in amorem vitæ æternæ præcepta, vel quãta clareant ornamenta verborum,nemo sapiens explicare valebit, etiam si omnes artus eius vertantur in linguas. Scripsit etiam [b] & quasdam epistolas ad prædictum Leandrum,è quibus vna in eisdem libris Iob,titulo præfationis adnectitur: [c] altera eloquitur de mersione Baptismatis,in qua inter cætera ita scriptum est. Reprehensibile, inquit, esse nullatenus potest infantẽ in Baptismate mergere,vel semel, vel ter,quando in tribus mersionibus personarum Trinitas & in vna potest diuinitatis singularitas designari.Fertur tamen idẽ sanctissimus vir, & alios libros morales scripsisse,totumque textum quattuor [d] Euangeliorum sermocinando in populis exposuisse, incognitũ scilicet nobis opus.Felix tamẽ,& nimium felix,qui omnia studiorum eius potuit cognoscere: Floruit autem Mauritio Augusto Imperatore:obijt in ipso exordio Phocatis Romani Principis.

A virsuauis eloquio, ingenio præstantissimus, vita quoq. etiam atq. doctrina clarissimus, vt & fide eius atq. industria populi gentis Gotthorum [b] ab Arriana insania ad fidem Catholicam reuerterentur. Hic namq. in exilij sui peregrinatione cõposuit duos aduersus hæreticorum dogmata libros, eruditione Sacrarum scripturarum ditissimos,in quibus vehementi stylo Arrianæ impietatis confodit atq. detegit prauitatem: ostendes scilicet,quid contra eosdem habeat Catholica Ecclesia, vel quantùm distat ab eis religione,vel fidei sacramentis. Extat & aliud laudabile eius opusculum aduersus instituta Arrianorũ, in quo, propositis eorum dictis, suas responsiones opponit. Præterea edidit vnum ad Florentinam sororem [c] de institutione virginum, & contemptu mundi libellum, titulorum distinctionibus prænotatum. Siquidem & in Ecclesiasticis officijs idẽ nõ paruo laborauit studio : in toto enim Psalterio duplici editione orationes conscripsit:in sacrificio quoque, laudibus,atq. psalmis multa dulci sono composuit.Scripsit & epistolas multas : ad Papam Gregorium de baptismo vnam, alteram ad fratrem,in qua prẽmonet,cuiq. mortem non esse timendã. Ad cæteros quoq. Episcopos plurimas promulgauit familiares epistolas,& si non satis splendidas verbis, acutas tamen sententijs. [d] Floruit sub Reccaredo viro religioso ac Principe glorioso, cuius etiam temporibus mirabili obitu [e] vitæ terminum clausit.

[a] *Ita 1.lib.Regist.epist.4.non ergo ad Iohannem Rauennatem,vt in impress.*
[b] *Et alia lib.4.Regist.epist.46.c.90.& lib.7.epist.125.*
[c] *Primo lib.Regist.epist.41.*
[d] *Extant homil.40.in Euangelia.*
Anno Christi.604.

[a] *Falsò Lucas Tudensis & alij addunt,* Duce.
[b] *In Concil.3.Tolet.an.589.Greg.3.dialog. cap 31.& Gregor.Turon.*
[c] *Lib.de Virgin.extat Oueti.*
[d] *Anno Christi.600.*
[e] *Leander Hispalensis quo anno fuerit mortuus; ambigunt nostri historici.Itaq. libet in gratiam nostri Isidori,qui & illius germanus, & successor in Ecclesia Hispalensi fuit,eundem mortis Leandri certò constituere.Ego,Leandrum anno Christi 600.mortuum,colligo ex his coniecturis.Primùm quod illum,ait Isidorus frater, vita functum tempore Reccaredi Regis,quem Regem constat obijsse anno Christi 600.Nam successisse Reccaredo Liuui Regem era 639. id est Christi 601. tradit Isidorus libro de Gotthis.Non verò mortuum Leandrũ ante istum annum 600.ex eo liquet,quod Gregorius Papa ad Leandrum Hispalensem scribat 7.lib.Regist.Epist.125.Indictione 2.anno nono sui Pontificatus,nẽpe anno Christi 599. Ita constabit summa annorum Episcopatus Isidori,qui fratri Leandro successit,vt diximus.Præfuit enim Isidorus suæ Ecclesiæ Hispalensi prope quadraginta annos,auctore sancto Ildefonso. Cum verò certissimum sit Isidorum mortuum anno Christi 636.id quod paullò post in Isidoro cõfirmabimus.Si quis retrocedat,facilè & mortem Leandri,& initium Isidori reperiat, verèq; illud de quadraginta prope annis ab Ildefonso dictum cognoscet.*

Cap. XLI.

LEander genitus patre Seueriano Carthaginiẽsis prouinciæ, [a] professione monachus, & ex monacho Hispalensis Ecclesiæ prouincię Bethicæ cõstitutus Episcopus,

Cap. XLII.

LVcinianus [a] Carthaginis Spartariæ Episcopus,in scripturis doctus: cuius quidẽ multas epistolas legimus, de sacramẽto denique baptismatis vnam, & ad Eutropium Abbatẽ(qui posteaValentiæ Episcopus fuit) plurimas.Reliqua vero industriæ,& laboris eius ad nostram notitiam minimè venerũt. [b] Claruit temporibus Mauritij Augusti: occubuit Constantinopoli,veneno(vt ferunt) extinctus ab æmulis,sed,vt scriptum est, iustus quacunq. morte præoccupatus fuerit, anima eius in refrigerio erit.

[a] *Lucinianum siue Licinianum (vtroque enim modo scriptum reperio) quidam ex nostris nuper tradiderunt Carthagine translatum fuisse ad Episcopatum Valentinum, non satis intellectis verbis Isidori,qui non Lucinianum,sed Eutropium ait fuisse Episcopum Valentinũ,ad quem scripserit Lucinianus multas epistolas. Huius Luciniani epistola ad Papã Gregorium edita est cum ipsis Moralibus. Ego verò præterea habeo & huius Lucimiani,atq. Seueri eius collegæ doctissimã epistolam manuscriptam ad Epiphanium Diaconum,vbi Angelos probat esse incorporeos,& alteram ad Vincentium, non Cæsaraugustanum,sed Ebusitana insulæ Episcopum,credentẽ epistolas quasdam de cælo cecidisse.*
[b] *Circa ann.590.Sapien.4.*

Cap. XLIII.

SEuerus Malacitanæ sedis antistes, collega & socius Luciniani Episcopi, edidit libellum vnũ aduersus [a] Vincentium Cæsaraugustanæ vrbis Episcopum,qui ex Catholico ad Arrianam prauitatem fuerat deuolutus. Est & alius eiusdem de virginitate ad sororem libellus,qui dicitur annulus: cuius quidem fatemur cognouisse titulum, ignorare eloquium. [b] Claruit tẽporibus prædicti Imperatoris,quo etiam regnãte vitam finiuit.

[a] *De Vincentio Isidorus lib.de Gotthis in Leouigildo.*
[b] *Anno 590.*

Cap. XLIIII.

IOhãnes [a] Gerũdensis Ecclesiæ Episcopus natiuitate Gotthus, prouinciæ Lusitaniæ Scalabi natus.Hic,cum esset adolescẽs, Cõstantinopolin perrexit, ibiq. Græca & Latina eruditione munitus,post decem & septem annos in Hispanias reuersus est, eodẽ tempore, quo, incitante Leouigildo rege, Arriana feruebat insania. Hunc supradictus

rex, cum ad nefandæ hæresis crudelitatem compelleret, & hic omnino resisteret, exilio trusus,& Barcinonem relegatus, per decem annos multas insidias & persequutiones ab Arrianis perpessus est.Qui postea cõdidit monasteriũ quod nomine Biclaro dicitur, vbi, congregata monachorum societate,scripsit regulam ipsi monasterio profuturam, sed & cunctis Deum timentibus satis necessariam.Addidit in libro Chronicorum ab anno primo Iustini Iunioris principatus,vsq.in annum octauum Mauritij Principis Romanorum, & quartum Reccaredi regis annum,historico compositoq. sermone valde vtilem historiam:& multa alia scribere dicitur quæ ad nostram notitiam non peruenerunt.

[a] *Iohannis Biclarensis Abbatis Chronicon cuius Isidorus meminit habeo descriptum ex vetustissimo libro Gotthico,nisi auctor,vt de se ipse ait,Victoris Tunnensis Chronicon vlterius perduxit ab anno Christi 566.vsque ad 590.vbi nostrorum Regum Leouigildi & Reccaredi historiam per singulos Imperatorum annos doctissimè persequitur.*

Cap. XLV.

EVtropius [a] ecclesiæ Valẽtinæ Episcopus, dũ adhuc in monasterio [b] Seruitano degeret, & pater esset monachorum, scripsit ad Papam Lucinianum,cuius supra fecimus mentionem,valde vtilem epistolam,in qua petit ab eodem,quare baptizatis infantibus chrisma,post hæc vnctio tribuatur. Scripsit & ad Petrum Episcopum [c] Ircauicensem de districtione monachorum salubri sermone compositam epistolam, & valde Monachis necessariam.

[a] *Penes Eutropium Abbatem Seruitanum, & Leandrum Episcopum fuit summa Concilij tertij Tolet.ait Iohan.Biclar. ann.589.*
[b] *De Seruitano Ildefonsus in Donato.*
[c] *Forte Ercauicensẽ.*

Cap. XLVI.

MAximus [a] Cæsaraugustanæ ciuitatis Episcopus multa versu prosaque componere dicitur. Scripsit & breui stylo historiolam de ijs,quæ temporibus Gotthorũ in Hispanijs acta sunt,historico & compositosermone, sed & multa alia scribere dicitur,quæ necdum legi.

[a] *Subscribit in tribus Concil.m s.Barcinoñ. Tolet. & Egarẽñ. anno 599.610.614.Itaq. Isidorus scribit hunc librum vsq.ad annum 610.*

Cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. XLVII.

PRAENOTATIO librorum D. Isidori à Braulione Cæsarauguſt. Epiſcopo edita.

ISidorus [a] vir egregius, Hiſpalenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Leandri Epiſcopi ſucceſſor, & germanus, floruit à tẽpore Mauritij Imperatoris & Reccaredi regis, in quo quiddã ſibi antiquitas vindicauit, immo noſtrum tempus antiquitatis in eo ſcientiam imaginauit, vir in omni locutionis genere formatus, vt imperito doctoq. ſecundum qualitatem ſermonis exiſteret aptus, congrua vero opportunitate loci, incomparabili eloquentia clarus. Iam verò quantus ſapientia fuerit, ex eius diuerſis ſtudijs, & elaboratis opuſculis perfacilè prudens lector intelligere poterit. Deniq. de ijs, quæ ad notitiam noſtram venerunt, iſta commemoraui. Edidit libros Differentiarum duos, in quibus ſubtili diſcretione ea, quæ confuſè vſu proferuntur, ſenſu diſcreuit. Proœmiorum librum vnum, in quo, quid quiſque liber ſanctæ contineat ſcripturæ, breui ſubnotatione diſtinxit. De ortu & obitu Patrum librum vnum, in quo eorum geſta, dignitatẽ quoq. & mortem eorum atq. ſepulturam ſententiali breuitate ſubnotauit. Ad germanum ſuum Fulgentium Epiſcopum Aſtigitanum officiorum libros duos, in quibus originem officiorũ, cur vnumquodq. in eccleſia Dei agatur, interprete ſuo ſtylo, non ſine maiorum auctoritate elicuit. Synonymorum libros duos, quibus ad conſolationem animę, & ad ſpem percipiendę veniæ, intercedente rationis exhortatione, erexit. De natura rerum ad Siſebutum Regem librum vnum, in quo tam de Eccleſiaſticorũ Doctorum, quàm etiam de philoſophorũ indagine obſcura quædam de elementis abſoluit. De numeris librum vnum, in quo Arithmeticã propter numeros Eccleſiaſticis ſcripturis inſertos ex parte tetigit diſciplinã. De nominibus Legis, & Euãgeliorum librum vnum, in quo oſtẽdit: quid memoratæ perſonæ myſterialiter ſignificent. De hæreſibus librum vnum, in quo maiorum ſequutus exempla, breuitate qua potuit, diffuſa collegit. Sententiarum libros tres, quos floribus ex libris Papæ Gregorij moralibus decorauit. Chronicorũ à principio mundi vſque ad tempus, A ſuum, librum vnum, nimia breuitate collectum. Contra Iudęos, poſtulante Florentina germana ſua propoſito virgine, libros duos, in quibus omnia, quæ fides Catholica credit, ex legis & prophetarum teſtimonijs approbauit. De viris Illuſtribus librum vnum, cui nos iſta ſubiunximus. Monaſticæ regulæ librum vnum, quem pro patriæ vſu, & inualidorum animis decentiſsimè temperauit. De origine Gotthorum, & regno Sueuorum, & etiam Vvandalorum hiſtoria, libru vnum. Quæſtionum libros duos, quos B qui legit, veterum tractatorum multam ſupellectilem recognoſcit. Etymologiarum codicem nimia magnitudine, diſtinctum ab eo titulis, non libris: quem quia rogatu meo fecit, quamuis imperfectum ipſe reliquerit, ego in viginti ibros diuiſi. Quod opus omnimodo philoſophiæ conueniens quiſquis crebra meditatione perlegerit, nõ ignotus diuinarum humanarumque rerum ſcientia meritò erit. Ibi redundans diuerſarum artium elegantia, vbi quæcunq. fere ſciri debentur, reſtricta collegit. Sunt & alia eius viri multa opuſcula, & in eccleſia Dei C multo cum ornamento inſcripta. Quem Deus poſt tot defectus Hiſpaniæ, nouiſſimis temporibus ſuſcitans, credo ad reſtauranda antiquorum monumenta, ne vſquequaque ruſticitate veteraſceremus, [b] quaſi quandam appoſuit deſtinã. Cui non immeritò illud philoſophicum à nobis aptatur: Nos, inquit, in noſtra vrbe peregrinantes, erranteſque tanquã hoſpites, tui libri quaſi domum reduxerunt, vt poſsimus aliquãdo, qui & vbi eſſemus, agnoſcere. Tu ætatem patriæ, tu deſcriptiones temporũ, tu ſacrorum iura, tu ſacerdotum, tu domeſticã publicamque diſciplinam, tu ſedium, regionũ, locorum, tu omnium diuinarum humanarumque rerũ nomina, genera, officia, cauſſas aperuiſti. Quo vero flumine eloquętiæ, & quot iaculis diuinarum ſcripturarum ſeu Patrum teſtimonijs Acephalitarum hæreſin confoderit, Synodalia geſta coram eo Hiſpali acta declarant. In qua contra Gregorium præfatæ hæreſis antiſtitem eam aſſeruit veritatem. Obijt temporibus Heraclij Imperatoris, & Chriſtianiſsimi [c] Chintilani Regis, ſana doctrina præſtantior cunctis, & copioſior operibus charitatis.

[a] *Braulio Epiſcopus Cæſaraugustanus, cuius Ildefonſus meminit, auctor eſt huius vitæ Iſidori, vt ex libris vetuſtis conſtat, & ex his epiſtolis Braulionis, quæ Etymologijs Iſidori ſolent præponi. Nam & hic teſtatur rogatu ſuo Etymologiarum librum ab Iſidoro compoſitum.*

[b] Quaſi quandam appoſuit deſtinam, &c. *Ita omnino in vetuſto codice, quem locum alij non intelligentes, ex ingenio repoſuerũt:* Quandã appoſuit lucẽ deſtinare. *Vtitur ea voce Corippus Poëta Afer libro de laudibus Iuſtini Iunioris nuper edito à doctiſsimo Ruyzio Azagrio:*

Et Thomas Libycæ nutantis deſtina terræ.

[c] *Iſidorum mortuum ſub Chintila Gotthorũ Rege ait Braulio. Ex quo multorum noſtratium errores conuincuntur de anno mortis Iſidori, in quo miram eſt, quàm varient inter ſe Hiſpani hiſtorici. Itaq. in gratiam noſtri auctoris Iſidori, quẽ in primis illuſtrandum ſuſcepimus, diem & annum, quo mortuus fuerit, definiamus. Aio, certiſsimè mortuum anno Chriſti 636. Primùm quia Redemptus eius diſcipulus, qui olitum Iſidori, quem præſens viderat, deſcribẽs ait, mortuũ æra 664. de quo nemo dubitat, quin ſit annus Chriſti 636. Idem quoque Redemptus Iſidorum inducit populum alloquentem quatriduo ante mortem his verbis. Ita (inquit) ſacri fontis vnda, quã hodie deuotus eſt populus percepturus, ſit vobis in remiſsionẽ peccatorũ. Cũ vero cõpertum ſit ex omnibus Martyrologijs, Iſidorũ mortuũ pridie nonas Aprilis, ſi Paſchales Cyclos conſulas, reperies planè iſto anno 636. Paſcha fuiſſe pridie Kalendas Aprilis, & ita baptiſmum Catechumenorum ſolẽnem quattriduo præceſsiſſe mortem Iſidori. Præterea ſi mortuus eſt ſub Chintila, vt ait Braulio, neceſſe eſt anno primo Chintilæ mortuum, nam Chintilam cœpiſſe æra 674. id eſt Chriſti 636. cognoſcitur ex Concilio quinto Toletano, anno autem ſecundo Chintilæ videmus habitũ ſextum Concilium Toletanũ, cui iam non Iſidorus (erat enim vita functus) ſed Honoratus Iſidori ſucceſſor interfuit. Itaq. verè dictum ab Ildefonſo cognoſcimus, floruiſſe Iſidorum vſq. ad Siſenandum Regem, nullo omnino facta mentione Chintilæ, qui Siſenandum ſequutus eſt: nempe quod ipſo primo ano Chintilæ Iſidorus deceſſerit. Verè quoq. illud ab eodem Ildefonſo dictum, præfuiſſe Iſidorum eccleſiæ Hiſpalenſi fere quadraginta annis: nempe quod omnino triginta ſeptem anni fuerint, ab anno 600. vſq. ad 636. vt paullò ante in Leandro, & nunc in Iſidoro ſupputauimus.*

D. ILDEFONSI TOLETANAE SEDIS EPISCOPI, DE VIRORVM Illuſtrium ſcriptis

PRÆFATIO.

VIRORVM [a] adnotationem illorum, quorum edictis atq. doctrinis ſancta Eccleſia toto terrarum orbe diffuſa illuſtratur in bonis, atq. defenditur ex aduerſis, mox poſt Aſcenſionem Chriſti ab Apoſtolorum exordio, vir beatus atq. doctiſsimus Hieronymus presbyter plenè dicitur adnotaſſe, qui ſingulatim nomina eorum, ſeriem temporum, monumenta librorum, diuerſitates opuſculorum, in laudabilem neceſſariamque memoriam vſq. ad ſeipſum ſtylo euidenti conſcribens, & innoteſcendo monſtrauit, & retexendo poſteris cõmendauit. Hunc ſequutus Gennadius, renotationis ordinẽ textu ſimili percucurrit. Deinceps vir prudentiſsimus Hiſpalenſis ſedis Iſidorus Epiſcopus eodem ductu quoſque viros optimos reperit, in adnotationem ſubiunxit. Siquidem non omnia perſcrutatus abſceſsit. Poſt hunc in noſtris partibus incuria cunctos inuaſit, ita vt quædã vetuſta antiquitas operiret, & quamplurima noua neglectus obliuionis abſconderet. Aſt ego procul valde impar, & his quos adnotatio retinet, & illis quos renotatio delectauit, indignuſque ſatis & abſque ſubſtantia totius boni operis, ſucceſſorque ſanctæ memoriæ alterius Eugenij factus in ſede illa glorioſa Toletanæ vrbis (quam non ex hominum immenſo conuentu glorioſam dico, cum hanc & glorioſorum illuſtret præſentia Principum, ſed ex hoc, quod corã timentibus Dominum iniquis atq. iuſtis habetur locus terribilis, omniq. veneratione ſublimis) conatus ſum, & ſi non elegans ſtudium, vel obſequelam voluntatis bonæ illorũ miſcere memoriæ glorioſæ ſedis: ne incurrerem ex ſilentio damnum, ſi tam glorioſæ ſedis, tamq. glorioſorum virorum clareſcentem memoriæ lucem tenebroſa nube ſilentij contexiſſem. Fertur namq. ex antiquitate veteri, quod potuiſſe fieri cernitur exemplo temporis noui. Nam Montanus ſedis eiuſdem beatiſsimus Præſul, vt à ſe coniugalis conuerſationis infamiam propulſaret, tandiu adſumptos veſte candentes narratur tenuiſſe carbones, donec Dominico confecrans oblationem, totius per ſemetipſum compleret Miſſæ celebritatem. Quo ſacrific.o

Universidad de Deusto
Biblioteca

crificio expleto, prunarũ ignis cũ decore vestis adeò in cõcordiã venit, vt nec vestis vim extingueret ignis, nec vis ignis statũ læderet vestis. Rursum cũ Helladio Episcopo sedis eius Iustus Diaconus fastu superbiæ insultaret, post mortẽ quidẽ sui Pontificis vixit Episcopus, & ipse tabefactus sed in reprobũ versus sensum, ob intẽperantiam morum à ministris altaris sui dormiens, strãgulatus laqueo expirauit. Itẽ cũ successori eius Iusto Episcopo Gerontius presbyter, Principis oblectamine fotus, cõtemptũ aduersitatẽq. deferret, tã repẽtino motu vim perdidit intellectus, vt multis medicorũ curationibus acto quicquid in medelã fieret, totum in pestis augmentum crescceret. Sicq. perinualuit commotio mentis, vt vsq. ad obitũ suum horror esset homini eius vel participatio visionis, vel colloquium oris. Adhuc etiam successori in locum eius Eugenio priori Lucidius Diaconus suus, cũ innexus amicitię seculari, violenter honorẽ presbyterij, & quædã prædia extorsisset, tã in reprobum sensum tãq. in languoris supereminentẽ peruenit statum, vt cũ viuere recusaret, tã mori esset quod vi-
ueret, quàm viuere, quod mori vellet. Horum ergo bonorũ studijs prouocatus, quæq. vetera antiquorũ relatu reperi, quæq. noua exhibitione tẽporis didici, orsu linguæ, quo potui subnotaui, vt illorũ bonæ memoriæ iungar, à quibus praua operatione disiungor. Et qui cũ illis in templo Dei non infero doctrinæ copiam, offerentium cõmendem fideli obsequela memoriã, obsecrans omnes, vt me diuinæ ingerant pietati. Quare illos humanæ memoriæ ex qua labi poterant, tenaciter cõmendaui. Sanè beatissimũ Gregoriũ sanctæ memoriæ Isidorus adnotauerat: sed quia non tantũ de operibus eius dixit, quantum nos sumus experti, ideo renotationem illius submouentes, quæq. de illo nouimus stylo pleniore notamus.

[a] *Sancti Ildefonsi librum de Viris illustribus addidimus, quoniam propter argumenti similitudinem in omnibus nostris libris Isidoro adiunctus reperitur. Quin & Ildefonsus ipse eum se Isidoro addidisse præfatur.*

I	Gregorius Papa Romanus.
II	Asturius Episcopus Toletanus.
III	Montanus Episcopus Toletanus.
IIII	Donatus Monachus Afer.
V	Aurasius Episcopus Toletanus.
VI	Iohannes Episcopus Cæsarauguſt.
VII	Helladius Episcopus Toletanus.
VIII	Iustus Episcopus Toletanus.
IX	Isidorus Episcopus Hispalensis.
X	Nonnitus Episcopus Girundensis.
XI	Conantius Episcopus Palentinus.
XII	Braulio Egiscopus Cæsarauguſt.
XIII	Eugenius Episcopus Toletanus.
XIIII	Eugenius alter Episc. Toletanus.

Cap. I.

GRegorius [a] Papa Romanæ sedis & Apostolicæ Præsul, compunctione timoris Dei plenus, & humilitate summus, tantoq. per gratiam Spiritus sancti scientiæ lumine præditus, vt non modo illi præsentium temporum quisquam, sed nec in præteritis quidem par fuerit vnquam. Ita enim cunctorũ meritorum claruit perfectione sublimis, vt exclusis omnibus illustrium virorum comparationibus, nihil illi simile demonstret antiquitas. Vicit enim sanctitate Antoniũ, eloquentia Cyprianum, sapientia Augustinum. Hic namq. in exordio Episcopatus sui edidit librum regulæ pastoralis, directũ ad Iohannẽ [b] Constantinopolitanæ sedis Episcopum, in quo docet qualis quisq. ad officium regiminis veniat, vel qualiter dum venerit, viuere vel docere subiectos studeat. Scripsit præterea, exceptis opusculis de quibus Isidorus beatæ memoriæ mentionẽ fa- A cit, idem excellẽtissimus Doctor, & alios libros Morales, videlicet super Ezechielẽ Prophetã Homelias viginti duas in libris duobus compactas, in quibus multa de diuinis scripturis mystico ac morali sensu luculentè necnon, & facũdo sermone disseruit. Super librum Salomonis, cui titulus est Canticum Canticorum, quammirè scribẽs, moorali sensu opus omne exponendo percurrit. De vitis Patrum per Italiam commorantiũ edidit etiam libros quattuor, quos volumine vno compegit, quem quidem codicem Dialogorũ maluit appellari. In quibus libris, quanta diuinitatis lateant sacramenta, & in amore cælestis patriæ mira documenta, studiosus potest facile cognoscere lector. Extãt & ipsius ad diuersos epistolæ plurimæ, lima-
to quidem, & claro stylo digestæ, quas qui perlegerit, liquidò aduertet, & in eo ad Deũ rectam fuisse intentionem, & ad animarum zelum omni vigilantia, & cura extitisse solertem. Has itaq. vno volumine artãs, in

libris duodecim distinxit, Registrũ nominãdum esse decreuit. Fertur & alia opuscula edidisse egregia, sed ad manus nostras nondum peruenerunt. Felicissimus tamen & nimium felix, cui dedit Deus studiorum eius omnia perpẽdere dicta. Floruit namq. vir iste sublimis ac beatissimus Doctor, & Præsul Mauritio Augusto regnante.

[a] *Gregorij Papa vita, quam se scripsisse Ildefonsus ait, in omnibus desiderabatur exemplaribus Ildefonsi, prater vnum illud monasterij Fontis sancti, vnde nos bonam partem libelli Isidori de viris illustribus sumpsimus.*

[b] *Ita Isidorus, licet in impressis*, Rauennatem.

Cap. II.

ASturius [a] post [b] Audentium in Toletana vrbe, sedis metropolis prouinciæ Carthaginis Põtifex successor obuenit, vir egregius adsignans opera virtutum plus exẽplo viuendi, quàm calamo scribentis. Hic & sacerdotio beatus, & miraculo dignus, quia quibus iungeretur in cælo, eorum terreno reperire membra meruit in sepulcro. Nam cum sedis suæ sacerdotio fungeretur, diuina dicitur reuelatione cõmonitus Cõplutensi sepultos municipio, quod ab vrbe eius fermè sexagesimo milliario situm est, [c] Dei Martyres perscrutari. Qui cõcitus adcurrẽs, quos & tellus aggeris, & obliuio temporis præsserat, in lucem, & gloriã terrenæ cognitionis prouehẽdos inuenit. Quibus repertis, redire in sedẽ renuẽs, seruitute simul & assiduitate sanctis innexus, diẽ clausit extremũ. Cuius tamẽ sedem, donec vixit, nemo adijt. Inde, vt antiquitas fert, in Toleto sacerdos nonus, & in Compluto agnoscitur primus.

[a] *Asturius, forte qui in 1. Concil. Tolet.*

[b] *Audatij Episcopi Hispani meminit Gennadius.*

[c] *Sanctos Iustum & Pastorem passos sub Datiano, de quibus Prudentius.*

Cap. III.

MOntanus [a] post Celsum primæ sedis prouinciæ Carthaginis, Toletanæ vrbis cathedram tenuit: homo & virtute spiritus nitẽs, & eloquij opportunitate decorus, regimen honoris retẽtauit ac disposuit, cõdigno cęlestiq. iure simul & ordine. Scripsit epistolas duas Ecclesiasticæ vtilitatis disciplina conſertas, è quibus vnã Palentinæ habitatoribus, in qua presbyteros chrisma cõficere, Episcoposque alienæ diœcesis alterius territorij ecclesias consecrare, magna perhibetur prohibere auctoritate, sacrarũ litteratũ testimonijs affirmans, id ipsum fieri penitus non licere. Amatores quoq. Prisillianæ A sectæ, licet nõ operarentur eadẽ, quia tamen memoriam eius amore retinerẽt, abdicat & exprobrat cõmemorans quod in libris beatissimi Turibij Episcopi ad Leonẽ Papã missis, eadẽ Prisillianorũ hæresis detecta, conuicta, atq. decenter maneat abdicata. Aliã vero epistolã ad Turibiũ religiosum, in qua collaudans eũ, quod culturam destruxerit idolorũ, cõmittit ei sacerdotalis auctoritatẽ vigoris, per quã presbyteros chrisma cõficere, & Episcopos alienę sortis alterius diœcesis ecclesias cõsecrare magna cõpescat inuectione. Hic vir antiquissima fideliq. relatione narratur, ad exprobrationẽ infamię tamdiu prunas tenuisse in vestimento ardẽtes, B donec corã sedis suæ sacro altari totius Missę celebritatẽ per semetipsum expleret. Peractis autẽ sollemnibus, nec prunæ ignẽ, nec vestis inuẽta est amisisse decorẽ. Tunc Deo relatis gratiarum actionibus, per simplicem naturã ignis cõuicta est, & fallacia detestabilis accusantis, & innocẽtia beatissima sacerdotis. Gloriosus habitus fuit [b] tẽporibus Amalarici regis: annis nouem Pontificatus tenuit dignitatem.

[a] *Montani Archiepiscopi Toletani duas epistolas, quarũ Ildefonsus meminit, nos habemus nondum editas. Is vero Turibius, ad quem Montanus scribit, monachus, fuit Palentinus, valde diuersus à sancto Turibio Asturicensi Episcopo, cuius corpus Lebanæ apud Astures colitur. Est & tertius Turibius notarius Romanæ sedis, cuius mentio fit primo Concilio Bracarensi.* C

[b] *Et ita subscribit Montanus in 2. Concil. Tolet. anno 5. Amalarici.*

Cap IIII.

DOnatus [a] & professione, & opere monachus: cuiusdam eremitæ ferturin Africa extitisse discipulus. Hic violentias barbararum gentium imminere conspiciens, atque ouilis dissipationẽ, & gregis monachorum pericula pertimescens, ferme cũ septuaginta monachis, copiosisq. librorum codicibus nauali vehiculo in Hispaniam commeauit. D Cui ab illustri religiosaq. fœmina Minicea, subsidijs ac rerum opibus ministratis, [b] Siruitanum monasterium visus est constituisse. Iste prior in Hispaniam monasticæ obseruantiæ vsum, & regulam dicitur adduxisse: tam viuens virtutum exemplis nobilis, quã defunctus memoriæ claritate sublimis. Hic in præsenti luce subsistens, & in crypta sepulcri quiescens, signis quibusdam proditur effulgere salutis, vnde & monumentum eius honorabiliter colere perhibentur incolæ regionis.

[a] *Donatum mirabiliũ operatorẽ vocat Iohã. Biclar. an. 572.*
[b] *De Sirutano Isidorus in Eutropio.*

Cap. V.

AVrasius Toletanæ ecclesiæ Põtifex, Metropolis vrbis, post Adelphium in loco ascisciturs acerdotis, vir bonus, regiminis auctoritate præclarus, domesticis rebus bene dispositus, aduersitatibus infixis constanter erectus: qui quãtò extitit tẽperatior mãsuetis, tantò fortior semp fuit inuẽtus aduersis. Plus illi intẽtio in defensione veritatis, quã in scribendi exercitio mãsit: vnde perfectissimis viris cõpar habetur, quia, quę de verbo illorũ prędicatio seminauit, defensionis huius custodia præmuniuit. Vixit in sacerdotio temporibus Vvitterici, Gũdemari, & exordijs Sisebuti regum, annis ferme duodecim.

Cap. VI.

IOhãnes [a] in Pontificatu [b] Maximũ sequutus, ecclesiæ Cæsaraugustanæ sedem ascẽdit. Primo Pater monachorũ, & ex hoc Præsul factus in regimine populorum: vir in sacris litteris eruditus, plus verbis intendens docere, quam scriptis; tam largus & hilaris dato, quã hilaris & vultu. Vnctionem namq. spiritus Dei, qua fouebatur interius, tam largitate muneris, quàm habitudine vultus adeo præferebat, vt & datum gratia commendaret, & non datum gratia excusaret. In Ecclesiasticis officijs quædam eleganter, & sono, & oratione composuit. Annotauit inter hæc, inquirendę Paschalis sollemnitatis tam subtile, atq. vtile argumentũ, vt lectori & breuitas cõtracta, & veritas placeat patefacta, duodecim annis tenuit sedem honoris, adeptus vitam gaudio, ad quam anhelauit desiderabili voto. Substitit in sacerdotio tẽporibus Sisebuti, & Suinthilani regũ.

[a] *Iohannes frater Braulionis infra c. 12.*
[b] *De Maximo Isidorus de viris illustribus. c. 46.*

Cap. VII.

[c] *Bar. in Marty. p. 172. e.*

HElladius, post Aurasium, sedis eius adeptus est locum. Hic, cum regiæ aulæ illustrissimus, publicarumq. rector existeret rerum, sub seculari habitu monachi votum pariter explebat, & opus. Nam ad monasterium nostrum (illud, Agaliẽse dico, cuius me susceptio monachum tenuit, quod munere Dei perennisq. ac patentis sanctitatis decore, & opinabile cunctis, & palam est totis) quam sæpe discursantium negotiorum ductus itinere perueniret, remota cliẽtum seculiq. pompa decoris, adeo monachorũ peculiaritatibus inhærebat, vt turmis iunctus eorum, stipularum fasciculos ad clibanũ deportaret. Cumq. inter decorẽ insolentiamq. seculi, solitudinis & amaret, & sectaretur arcana, celeri fuga, relictis omnibus, quæ esse nouerat mundi, adijt sanctum monasteriũ, quod frequentauerat voto, venit permansurus optabili vsu. Ibi factus monachis Pater, meritis studijsq. sanctis, & vitã monachorũ debitè rexit, & statum monasterij totius, cõmunis rei diuitias cumulauit. Ex hoc fessis penè senio artubus, ad Pontificatus apicem euocatur, & quia vocaretur vi coactus, pariter & ignotus, illic maiora virtutum exẽpla, quàm monachus dedit. Quia statũ mũdi, quem contempsit virtute, magna perhibetur rexisse discretione, miserationes, elee mosynarumq. copias tam largiter egenis intulisse probatur, ac si de illius stomacho putasset inopum & artus descendere, & viscera confoueri. Scribere renuit, quia quod scribendum fuit, quotidianæ operationis pagina demonstrauit. Me ad monasteriũ recẽs memoratum, vltimo vitæ suæ tempore Leuitam fecit. Senex obijt, decem & octo annis sacrũ regimẽ tenuit. Tẽporibus Sisebuti Suinthilani, & exordijs Sisenãdi regũ beatus habitus fuit: qui post beatior gloriã cælestis regni bona plenus senectute promeruit.

Cap. VIII.

IVstus Helladij discipulus, illiq. successor innexus est: vir habitudine corporis, ingenioq. mentis decorus atq. subtilis, ab infantia monachus, ab Helladio ad virtutem monasticæ institutionis affatim educatus, pariter & instructus, in Agaliẽsi monasterio tertius post illũ rector est factus. In Pontificatu autem mox illi successor inductus, vir ingenio acer, & eloquio sufficiẽs, magna spe pro futurus, nisi hũc ante longæuam vitam dies abstulissẽt extrema. Scripsit ad Richilanem Agalien sis monasterij Patrem epistolã debita, & sufficiẽti prosequutione constructã, in qua patẽter adstruit susceptũ gregẽ relinquere penit⁹ nõ debere. Extitit rector annis tribus, [a] tempore Sisenãdi obijt, qui rex post hunc die nona decima defunctus abscessit.

[a] *Subscribit in 4. Concil. Tolet. an. 3. Sisenandi.*

Cap. IX.

ISidorus post Leãdrum fratrem Hispalensis sedis prouinciæ Bethicæ cathedrã tenuit, vir decore simul & ingenio pollens: nam tantę iucunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, vt vbertas admiranda dicendi ex eo in stuporem verteret audientes, ex quo audita bis, qui audisset non nisi repetita sæpius cõmendaret. Scripsit opera, & eximia, & nõ parua, id est librũ de genere officiorũ, librũ proœmiorũ, librũ de ortu & obitu Patrum, librũ lamẽtationis quẽ ipse synonymorũ vocauit, libellos duos ad Florentinã sororem contra nequitiã Iudæorũ, librũ de natura rerũ ad Sisebutũ prin cipẽ, librũ differentiarũ, librum sententiarũ, collegit etiam de diuersis auctoribus quod ipse cognominat, secretorũ expositiones sacramentorũ: quibus in vnũ congestis, idẽ liber dicitur quæstionũ. Scripsit quoq. in vlti mo ad petitionẽ Braulionis Cęsaraugustani Episcopi librũ Etymologiarũ, quem cũ multis annis conaretur perficere, in eius opere diẽ extremũ visus est concludisse. Floruit tẽporibus Reccaredi Liuuanis, Vvitterici, Gũdemari, Sisebuthi, Suinthilanis, & Sisenandi regũ, annis fere quadraginta tenens Pontificatus honorem, insignemq. doctrinæ sanctæ gloriam pariter & decorem.

Cap. X.

NOnnitus post [a] Iohannẽ in Gerundensi sede Pontifex accessit, vir professione monachus, simplicitate perspicuus, actibus sanctus; non hominũ diutina deliberatione, sed Dei per homines celeri definitione in Põtificatum adscitus: adhęrẽs instãter obsequijs sepulchri sancti [b] Felicis martyris. Rexit Ecclesiã Dei meritorũ exẽplis amplius, quã verborum edictis. Hic & in corpore degens, & in sepulcro quiescens, fertur saluationis operari virtutes. Subst itit tẽporibus Suinthilanis & Sisenandi regum.

[a] *Iohannem Biclarensem Abbatem, de quo Isidorus c. 44.*
[b] *Felix Gerundensis martyr, de quo Prudẽtius in 18. martyr. & Eulogius.*

Cap. XI.

COnantius [a] post Murilanẽ [b] Ecclesiæ Palentinæ sedem adeptus est, vir tã ponderis quã habitudine speciei grauis, cõmuni eloquio facundus, & grauis ecclesiasticorũ officiorũ ordinibus intentus, & pronidus: nã melodias soni multas nouiter edidit. Orationũ quoq. libellũ de omniũ decẽter conscripsit proprietate Psalmorũ. [c] Vixit in Põtificatu amplius triginta annos, dignus habitus fuit ab vltimo tempore Vvitterici per tempora Gũdemari, Sisebuthi, Suinthilanis, Sisenandi, & Chintilæ regum.

[a] *Conant. in Concil. Tolet. 456.*
[b] *Murila subscribit in 3. Concil. Tolet. Episcopus Palentinus non Amalensis, vt in impress.*
[c] *Itaq. moritur circa annum 638.*

Cap. XII.

BRaulio [a] frater Iohãnis in Cæsaraugusta decedentis adeptus est locum, vir sicut germanitate coniunctus, ita non [b] minimũ ingenio minoratus. Clarus & iste habitus canoribus, & quibusdam opusculis. Scripsit [c] vitam Æmiliani cuiusdam monachi, qui & memoriam huius, & virtutem illius sancti viri suo tenore commendat pariter, & illustrat. Habuit sacerdotium ferme viginti annis: quibus expletis clausit diem vitę prę sentis. [d] Durauit in regimine temporibus Si senandi, Chintilę, Tulganis, & Chindasuinthi regum.

[a] *Ad quem scribit Isidorus.*
[b] *al.* nimium.
[c] *Extat manuscripta.*
[d] *Itaq. moritur circa annum 646.*

Cap. XIII.

EVgenius [a] discipulus Helladij cõlector, & cõsors Iusti, Pontifex post Iustũ accedit, ab infantia monachus, ab Helladio cũ Iusto pariter sacris in monasterio institutionibus eruditus. Hunc secum Helladius à monasterio tulit ad Pontificatum tractus, qui rursus ab eo clericalibus institutus ordinibus, sedis eius post illum tertius rector accesit. Et bonum meritum senis, qui duobus discipulis sanctisq. filijs ecclesiæ Dei hęreditatem meruit relinquere gubernãdam. Idem Eugenius moribus incessuq. grauis, ingenio callens. Nam numeros, statum, incrementa, decrementaq. cursus recursusq. lunarum tanta peritia nouit, vt cõsiderationes disputationis eius auditorem, & in stuporem verterent, & in desiderabilem doctrinam inducerent. Vixit in sacerdotio fere vndecim annis, regnantibus Chintila, Tulgane & Chindasuintho regibus.

[a] *Eugenios Archiepiscopos Toletanos videntur Gotthi cognouisse duos tantum. Itaq. secundum, siue alterum vocant Ildefonsu, Iulianus, & Felix illum, quem nos tertium. Temporis enim vetustas oblitione obruerat Eugenii primum Martyrem à Dionysio Areopagita Toletanis missum, de quo meminit Ilduinus Abbas, & sancti Gerardi vita, & concors deniq. ecclesia Parisiorum atq. Toletanorum. Anno tandem Christi 1148. Raymundus Archiepiscopus Toletanus ad Concilium Remense profectus in Eugenij monumentum Lutetiæ incidit, & rei gestæ historiam sepulcriq. locum nostris primus nuntiauit. Nuper autem Philippus secundus Rex Hispaniarũ religiosissimus, huius S. Eugenij Martyris corpus ex Gallia ad se alla-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

allatum anno 1565. celeberrima pompa excepit, & ecclesiæ donauit Toletanæ. Dracontius porro Poëta cuius hic fit mentio iam diu fertur impressus, non tamen vt fuerat ab Eugenio emendatus, sed hanc Eugenij emendationem vidi in illo vetusto codice Ruyzij Azagrij, cuius supra mentionem feci.

Cap. XIIII.

ITem Eugenius alter post Eugeniũ Pontifex subrogatur. Hic cũ Ecclesiæ regiæ clericus esset egregius, vita monachi delectat[a] est. Qui sagaci fuga vrbẽ Cæsaraugustanam petens, illic Martyrũ sepulcris inhæsit, ibiq. studia sapiẽtiæ, & propositũ monachi decẽter incoluit: vnde principali violentia reductus, atq. in Pontificatũ adscitus, vitam plus virtutũ meritis, quã viribus egit. Fuit nãq. corpore tenuis, paruus robore, sed validè fer uescẽs spiritus virtute, studiorũ bonorũ vim persequẽs, cãtus pessimis vsibus vitiatos, melodię cognitione correxit, officiorũ omissos ordines, curamq. discreuit: Scripsit de sancta Trinitate libellũ, & eloquio nitidũ, & rei veritate perspicuũ, qui Libyę, & oriẽtis partib[9] mitti quãtocius poterat, nisi procellis resultãtia freta incertum pauidis iter viatoribus distulissent. Scripsit & duos libellos, vnũ diuersi carminis metro, aliũ diuersi operis prosa, cõcretos, qui ad multorũ industriã, eius ex hoc tenaciter sanctã valuerunt cõmendare memoriã. Libellos quoq. [a] Dracõtij de creatione mũdi cõscriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea, quę inconuenientia reperit, subtrahendo, immutãdo, vel meliora cõijciendo, ita in pulchritudinis formã coegit, vt pulchriores de artificio corrigẽtis, quàm de manu processisse videantur auctoris. Et quia de die septimo idem Dracõtius omnino reticendo, semiplenum opus visus est reliquisse, iste & sex dierũ recapitulationẽ singulis versiculis renotauit, & de die septimo, quæ illi visa sunt, eleganter dicta subiunxit. Clarus habitus fuit tẽporibus Chindasuinthi, & Recessuinthi regum, fere duodecim annis tenens dignitatem simul, & gloriã sacerdotis, sicq. post lucis mũdialis occasum, in Basilica S. Leocadię tenet habitatione sepulcrum.

[a] De Dracontio Isido. cap. 37.

Hactenus Ildefonsus.

Hinc [a] Iulianus.

ILdefonsus memoria sui temporis clarus, & irriguis eloquentię fluminibus exornãs secula ætatis nostræ, nouissimè Toletanę sedis ascitus in cathedram, Præsul post secundum Eugeniũ in sacerdotium consecratur, vir tanta laude dignissimus, quãta & virtutum gratia numerosus. Fuit deniq. timoris Dei instantia prędítus, religione cõpunctus, cõpunctione profusus, incessu grauis: honestate laudabilis, patientia singularis, secreti tacitus, sapientia summus, disserẽdi ingenio clarus, eloquẽdi facultate præcipuus, linguæ flumine copiosus, tantoq. eloquentiæ cothurno celeber habitus, vt disputationũ eius profusa oratio dũ porrectè dirigitur, merito nõ homo, sed Deus per hominẽ affatim eloqui crederetur. Hic igitur sub rudimẽtis adhuc infantiæ degẽs, diuino tactus spiritu, vita delectatus est monachorũ, cõtemptisq. parentum rerumq. mundanarũ affectibus, Agalienſe monasteriũ petijt, cuius fugã rabido furore insequens pater, vno tantũ maceriæ impeditus est obice, quo & furẽtis est delusa quęsitio, & fugientis saluata deuotio. Nempe parentis furor dũ percitus in interiora prætenderet, latibulũ, quo hic vir oculebatur, reliquit. Sicque præterita incurata pertransijt, & in anterioribus, quæ præterierat, inquisiuit. Armata deinde manu Agaliẽsem cellã impetens gladio, dum quæsitũ nõ inuenit, rediens in propriã, vt perditum deplorauit. Percognita igitur præfatus vir absentia parentali, Agalienſe illico monasteriũ adijt, monachũq. se in eo multis fere annis decenter exhibuit. Cœnobiũ quoq. virginũ in Deibiẽsi villula cõstruxit, ac proprijs opibus decorauit. Rector deinde effectus Agaliẽsis Cœnobij, monachorũ mores exercuit, rem discreuit, vitãq. seruauit. Principali post hæc violentia Toletum reducitur, atq. inibi post decessoris sui obitũ Põtifex subrogatur. Scripsit sanè quã plurimos libros luculẽtiori sermone potiſsimos, quos idẽ in tot partib[9] censuit diuidẽdos, id est librũ Prosopopeiæ imbecillitatis proprię, libellũ de virginitate S. Marię cõtra tres infideles, opusculũ de proprietate personarũ Patris & Filij, & Spiritus sancti, opusculũ annotationũ actionis diurnæ, opusculũ annotationũ in sacris, librũ de cognitione baptismi vnũ, & de progressu spiritualis deserti aliũ. Quod totum primę iuuentutis voluit volumini cõnectendũ. Partis quoq. secũdę liber epistolarũ est, in quo diuersis scribens, ænigmaticis formulis egit, personasq. interdum induxit. In quo etiam à quibusdam luculentiora scriptorũ responsa promeruit. Partem sane tertiam missarum esse voluit, hymnorũ, atq. sermonum, vlteriorisque deniq. partis liber est quartus versibus prosaq. concretus, in quo epitaphia, & quędam sunt epigrammata annotata. Scripsit autem & alia multa quæ varijs rerũ ac molestiarũ occupationibus impeditus, aliqua cœpta, aliqua semiplena reliquit. A scitus autẽ in Pontificatum nono glorioſi Recceſuinthi Principis anno, nouem annis, & duobus ferè mẽsibus, clarus habitus fuit vitæ meritis, & retẽtatione regiminis, expletoq. octauo decimo prædicti Principis anno, sequẽti die decimo Kalendas Februarij, domicilio carnis exuitur, atq. in ecclesia beatæ Leocadiæ [b] tumulatur ad pedes sui cõditus decessoris, cum quo creditur æterno frui receptaculo claritatis.

[a] Iulianus Archiepiscopus Toletanus, de quo infra. Felici hæc etiam tribuuntur in aliquibus codicibus.
[b] Nunc corpus est Zamoræ.

Hactenus Iulianus.

Hinc [a] Felix.

IVlianus discipulus Eugenij secundi, Carthaginis prouinciæ Metropolitanus, post beatæ memoriæ Quiricum quarto in loco præceptorẽ suum sequens, vrbis regiæ pontificale culmẽ adeptus est: cuius videlicet ciuitatis proprius ciuis extitit, atq. in eiusdem vrbis principali ecclesia sacrosancti baptismatis fluentis est lotus, & illic ab ipsis rudimẽtis infantiæ enutritus. Deniq. dũ ad puerilis formæ deuenisset ætatẽ, sanctæ memoriæ collegæ sui [b] Gudilanis Leuitæ ita sociali vinculo est innexus, & indiuiduæ charitatis vnione coniunctus, vt & ambos inuiolabilis charitas vnũ esse ostenderet, & vnitas in ambobus præfixa nõ duas animas, sed vnã his inesse monstraret. Tanta itaq. erat inter eos adeptæ vnanimitatis cõmunio, vt secundũ Actuũ Apostolorũ historiã in duobus corporibus vnũ cor tantũ putaretur, & anima vna: sistebãt quippe in cõsilio prouidi, in definitione vni, in laudabili operatione cõcordes. Quiq. diuino affiante Spiritu theoreticæ, id est contẽplatiuæ quietis delectati sunt pergi repagulo. Sed quia aliter in superni numinis fuit iudicio, eorũ est nihilomin[9] frustrata deuotio. Quamquã tamen minimè peregissent desiderati itineris cursum, nõ tamen desierunt à piæ deuotionis studio. Et dũ sibi mallent tantũ prodesse perfugã, cœperunt postmodũ proximorũ salute votis gliscẽtib[9] niti. Erãt enim in subditis docendis operosæ virtutis, in profectu eorũ desiderabiles, in seruitute Dei feruẽtes, in desiderio decoris domus Dñi strenui, in seniorũ obedientia præsto, atq. si fieri posset, vt omniũ emolumentũ obtinerent virtutũ, animis feruentioribus studebãt. Igitur diuinorũ iudiciorũ dispẽsatione, sanctæ recordationis Gudila Diacon[9], sexto idus Septẽbris funestæ mortis euentu, anno octauo Vvãbanis Principis sub digna cõfessione Dei clausit supremũ curriculum, cuius corpusculum in monasterio S. Felicis quod est Cabẽsi in villula dedicatũ, dilectissimi socij sui exhibitione honorificè requiescit humatũ. Post eius itaq. discessum aliquã tula intercapedine tẽporum, post sanctę memoriæ Quiricũ idẽ egregius Iulianus præfatæ vrbis est vnctus primatu, tãto laudis titulo prædicandus, quanto diuersarũ virtutum ope suffult[9], suis tẽporibus mirificè cõposuit ecclesiã Dei. Quinimmo vt ex quo tẽpore claresscere cœperit, per hunc textrinũ, & telã stamine piæ relationis pandã. Post decessoris sui obitũ diuinæ memoriæ Ildefonsi, à [c] decimo septimo ferme anno Recceſuinthi Principis, necnõ & per omne Vvãbanis Imperij tẽpus vsq. ad tertiũ regni gloriosissimi Egicanis regis annũ, in Leuitici presbyterij, ac Pontificatus honore consistẽs, celebre nomẽ obtinuit. Fuit enim vir timore Domini plenus, prudentia summus, consilio cautus, discretionis bono præcipuus, eleemosynis nimium deditus, in reuelatione miserorum prõptissimus, in suffectu oppressorum deuotus, in interueniendo discretus, in negotijs dirimendis strenuus, in prouidẽdis iudicijs æquus, in sententia parcus, in vindicatione iustitiæ singularis, in disceptatione laudabilis, in oratione iugis, in diuinarum laudũ exolutione mirabilis. Quod si forsan in officijs diuinis, quicquã, vt solet, difficultatis occurreret, ad corrigendũ facillimus, pro sacris luminibus vehementer admonitus, in defensione omnium ecclesiarũ eximius, in regendis subditis peruigil, in comprimendis superbis erectus, in sustẽtatione humiliũ apparatus, debita auctoritate munificus, amplectendæ humilitatis bono opimus, ac generaliter vniuersa morũ probitate conspicuus, in pietate affluens, vt non esset, cui in angustijs constituto non subuenire vellet: ita vnius charitatis exuberãs, vt nõ à se boni quidpiã cuiq. postulanti ex charitate prestare desisteret, sic deniq. se Deo charũ maluit exhibere in omnibus, & præstabilẽ hominibus cunctis ostendere, vt & illi

[c] Egicanis regis annũ, in Leuitici presbyterij, ac Pontificatus honore consistẽs, celebre nomẽ obtinuit. Fuit enim vir timore Domini plenus, prudentia summus, consilio cautus, discretionis bono præcipuus, eleemosynis nimium deditus, in reuelatione miserorum prõptissimus, in suffectu oppressorum deuotus, in interueniendo discretus, in negotijs dirimendis strenuus, in prouidẽdis iudicijs æquus, in sententia parcus, in vindicatione iustitiæ singularis, in disceptatione laudabilis, in oratione iugis, in diuinarum laudũ exolutione mirabilis. Quod si forsan in officijs diuinis, quicquã, vt solet, difficultatis occurreret, ad corrigendũ facillimus, pro sacris luminibus vehementer admonitus, in defensione omnium ecclesiarũ eximius, in regendis subditis peruigil, in comprimendis superbis erectus, in sustẽtatione humiliũ apparatus, debita auctoritate munificus, amplectendæ humilitatis bono opimus, ac generaliter vniuersa morũ probitate conspicuus, in pietate affluens, vt non esset, cui in angustijs constituto non subuenire vellet: ita vnius charitatis exuberãs, vt nõ à se boni quidpiã cuiq. postulanti ex charitate prestare desisteret, sic deniq. se Deo charũ maluit exhibere in omnibus, & præstabilẽ hominibus cunctis ostendere, vt & illi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vsquequaq. placeret, & hominibus propter A Deũ, si fieri potest, deuota satisfaceret mẽte. Tantò nobiliũ præcedentium virorũ dignis meritis coæquans, quãtò ab eis in nullo virtutũ corpore extitit infimus. Ecclesiasticos itaq. bene habitos ordines in sui regiminis sede sollicitiori cura seruauit; vitiatos vtiliter subcorrexit: minus habitos prudenti dispositione instituit, ac de officijs quam plurima dulcifluo sono cõposuit. At nunc, quoniã sancti Spiritus vbertate repletus, & irrigui fontis affluentia præditus fulsit, summã librorum eius, quos per eũ Deus ad vtilitatẽ Ecclesiæ suæ deprompsit, istinc lector addisce. Conscripsit etenim librum Prognostico rum futuri seculi ad beatæ memoriæ Idaliũ Episcopũ directum, habẽtem in capite epistolã, quæ ipsi est directa, & orationẽ. Cuius codicis opus discretũ in tribus libris habetur. Ex quibus, primus de origine mortis humanæ est editus: secũdus de animabus defunctorũ, quomodo se se habeant ante suorum corporum resurrectionem: tertius de suprema corporum resurrectione. Item librum respõsionum ad quem supra directũ, in defensionem canonum & legum, quibus prohibentur Christiana mancipia dominis infidelibus deseruire. Item Apologeticum C fidei, quod Benedicto Romanæ vrbis Papæ directũ est. Item aliud Apologeticũ de tribus capitulis, de quibus Romanæ vrbis Prẽsul frustra visus est dubitasse. Itẽ libellum de remedijs blasphemiæ cũ epistola ad Adrianũ Abbatem. Item librũ de sextæ ætatis cõprobatione, qui habet in capite orationẽ, & epistolam ad Dominum Eruigium Regẽ. Et tamen idem codex tribus libris distinctus. Nam primus eorũ habet Veteris Testamẽti quãplurima documẽta, quibus absq. aliqua supputatione annorũ, Christus Dei filius nõ nasciturus, sed iam natus patulè declaratur. Secundi vero series libri decurrit per ostensam Apostolorum doctrinam, quæ dilucidè monstrat, Christum in plenitudine tẽporis de Maria virgine natũ, non in annis à principio mundi collectis. Tertij quoq. libri excursus sextam ætatẽ, in qua Christus natus est, haud dubiè adesse veris documẽtis ostẽdit. In quo quinque præteritæ ætates seculi nõ in annis, sed præfixo generationum limite, distinguũtur. Item librũ carminũ diuersorum, in quo sunt hymni, epitaphia, atq. de diuersis causis epigrammata numerosa. Itẽ librum plurimarũ epistolarũ. Item librum sermonum, in quo est opusculum modicum de vindicatione domus Dei, & eorũ qui ad eam confugiunt. Item librum de contrarijs quod Græcè ἀντικειμένων voluit titulo adnotari, qui in duobus diuisus est libris, ex quibus primus dissertiones cõtinet Veteris Testamenti, secũdus Noui. Itẽ librum historiæ de eo quod Vvãbæ Principis tẽpore Gallijs extitit gestũ. Item librum sententiarum, ex decade psalmorũ B. Augustini breuiter summatimq. collectũ. Item excerpta de libris S. Augustini contra Iulianum hæreticum collecta. Itẽ libellum de diuinis iudicijs, ex sacris voluminibus collectum, in cuius principio est epistola ad Dñm Eruigiũ, comitatus B sui tempore, pro eodem libello directa. Itẽ librum responsionum cõtra eos, qui confugientes ad ecclesiam persequũtur. Itẽ librũ missarum de toto circulo anni, in quattuor partes diuisum: in quibus aliquas vetustatis incuria vitiatas ac semiplenas emendauit atq. cõpleuit, aliquas vero ex toto cõposuit. Itẽ librũ orationum de festiuitatibus, quas Toletana ecclesia per totum circulũ anni est solita celebrare, partim stylo sui ingenij deprõptum, partim etiã inolita antiquitate vitiatũ, studiosè correctũ in vnũ congesuit, atq. ecclesiæ Dei vsibus ob amorẽ reliquit sanctę religionis. Præsulatus autem honorẽ, & sacerdotij dignitatẽ annis decẽ obtinuit, mense vno, diebus septẽ. Quiq. etiã ineuitabilis mortis præuentus occasu, anno tertio [d] Egicanis Principis pridie nonas Martij, era septingentesima vigesima octaua die vitæ clausit extremũ, ac sic in basilica gloriosissimæ S. Leocadiæ virginis sorte sepulcrali est tumulatus.

[a] *Felix Archiepiscopus Toletanus.*
[b] *Gudila in Concil. Tolet. 11.*
[c] *18. dicitur in Ildefonso.*
[d] *Iuliani Archiepiscopi Toletani feruntur iã aliquot operis typis excusa: nempe Prognosticon ad Idalium Barcinonensem Episcopum, & de sextæ ætatis comprobatione ad Eruigiũ Regẽ Gothorũ: quãquam hoc falsò inscribitur contra Iudæos. Sed illud multo minus ferendum, quod aliqui hũc nostrum vocent Pomeriũ, cũ ille Pomerius, cuius Gennadius, & Isidorus meminere, longè sit nostro antiquior, & sæpe ab ipso citetur. Itémque damus quoq. nostro Iuliano Toletano, vt vero auctori, librum ἀντικειμένων, siue contrariorũ, qui hactenus sine nomine auctoris fertur cũ Iumilio Africano. Eum nos Iuliani esse deprehẽdimus admoniti verbis Felicis, & multis locis, quos ex libro ἀντικειμένων Iuliani citat Samson Abbas libro aduersus Vincentium Egiscopum Malacitanũ, quod opus scriptũ anno Christi 864. legi in bibliotheca ecclesiæ Toletanæ. Habeo & historiam à Iuliano editam de rebellione Pauli Ducis Narbonensis in Vvambam Regem Gothorum. Eum librum cum aliis veteribus cogito, volente Deo: in lucem dare.*

DIVI

DIVI ISIDORI

HISPAL. EPISCOP.

DE ORTV ET OBITV Patrum, qui in Scriptura laudibus efferuntur

PRÆFATIO.

QVORVNDAM Sanctorum Patrum nobilissimorumq. virorum ortus vel gesta cum genealogijs suis in hoc libello indita sunt: dignitas quoque & mors eorum, atque sepultura, sententiali breuitate notata. Quæ, quamuis omnibus nota sint, qui per amplitudinem percurrunt scripturarum: facilius tamen ad memoriam redeunt, dum breui sermone leguntur.

Ex vet. Testament.

I	Adam.	XXXIIII	Salomon.
II	Abel.	XXXV	Elias.
III	Enoch.	XXXVI	Eliseus.
IIII	Noe.	XXXVII	Isaias.
V	Melchisedec.	XXXVIII	Ieremias.
VI	Abraham.	XXXIX	Ezechiel.
VII	Isaac.	XL	Daniel.
VIII	Iacob.	XLI	Osee.
IX	Lot.	XLII	Ioel.
X	Ioseph.	XLIII	Amos.
XI	Iudas.	XLIIII	Abdias.
XII	Ruben.	XLV	Ionas.
XIII	Simeon.	XLVI	Micheas.
XIIII	Leui.	XLVII	Nahum.
XV	Zabulon.	XLVIII	Habacuc.
XVI	Issachar.	XLIX	Sophonias.
XVII	Dan.	L	Aggæus.
XVIII	Gad.	LI	Zacharias.
XIX	Aser.	LII	Malachias,
XX	Nephthalim.	LIII	Nathan.
XXI	Beniamin.	LIIII	Achias.
XXII	Ephraim.	LV	Addo.
XXIII	Manasses.	LVI	Azarias.
XXIIII	Iob.	LVII	Zacharias.
XXV	Moyses.	LVIII	Tobias.
XXVI	Aaron.	LIX	Tres pueri.
XXVII	Iosue.	LX	Esdras.
XXVIII	Phinees.	LXI	Zorobabel.
XXIX	Gedeon.	LXII	Esther.
XXX	Iephte	LXIII	Iudith.
XXXI	Samson.	LXIIII	Machabæi.
XXXII	Samuel.		
XXXIII	Dauid.		

De his vid. Hieron. Epiphan. Doroth. Synopsin, & Iosephum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. I.

ADAM protoplastus, & colonus paradisi, princeps humani generis & delicti, ad imaginẽ Dei factus, vniuersitati prælatus, qui creaturis nomina dedit, atq. in eis poteſtatem dominandi accepit. Hic in delicijs florentis paradisi constitutus, inter redolẽtes aromatum syluas, ac vernantia floribus arua, ruris habitator, nouæ vitæ gaudia perB agebat: vbi tellus fœcunda viret perpetuo vere, vbi fons decurrens quadrifluo labitur amne. Sed postquam serpentis dolo, lingua etiam pollutus fœminea, per tactum ligni, loci beatitudinem profanauit: paradiso proiectus, terram sentibus squallentem operarius gemens incoluit. Amissaque immortalitate, in puluerem, vnde carnis sumpserat ortum, post cursum annorum nongentorũ triginta redijt. Hinc iam posteritas in crimine huius parentis exulem se paradiso factam, ac labori mortique subactã ingemuit. Sepultus est autem in loco Arbee, qui locus nomẽ à numero sumpsit, hoc est quattuor; nam tres Patriarchæ ibidem sunt sepulti, & hic quartus Adam. Distat autem locus C iste non procul ab Hebron metropoli vrbe Allophylorum, in qua fertur quondam fuisse habitatio gigantum, vbi etiam & Dauid postea vnctus est in regem. Est autem ciuitas sortis Iudæ in sacerdotibus separata, distans ad Australẽ plagam millibus XXII. ab Hierusalem.

Cap. II.

ABel filius Adam & pastor ouium, in vita innocens, in morte patiens, post mortẽ non silens, in martyrio primus, in obedientia summus, in sacrificijs Deo placens, in D meritis fratri discipliceus; quem Cain impius & parricida nouus, stimulante inuidia innocuum ferro nondum sanguine maculato prostrauit, cum adhuc innocens ferrũ cruoris humani facinus non haberet.

Cap. III.

ENoch filius Iared, septimus ab Adam, placens Deo, malorum nescius, mortis ignarus, qui sceleratorum hominum non A ferens angustias, à pernicioſis [a] contractibus mundi subſtractus, meruit in eum locũ transferri viuens, vnde fuerat protoplastus expulsus. Sublatus est autem annorum trecentorum sexaginta quinque. Manet autẽ hactenus in corpore, in consummatione mundi restituet [b] cum Elia mortalem vitæ conditionem.

[a] *Alias* contactibus.
[b] *al.* Seculi restituens.

Cap. IIII.

NOe filius Lamech decimus ab Adam, secundus pater orbis atque reparator, iustitia insignis, longanimis in spe, sapiens in opere, solus in terris iustus. Iste iussus arcam cõdidit, admonitus introiuit, nec horuit turbulentos diluuij fluctus, nec fragores ventorum, vel murmura cæli expauit, gestaturq. per procellas, nec mergitur, serpentibus sociatur & bestijs, nec terretur: cui feræ colla submittunt, alites famulantur. Namque auem misit, redeuntem sustinuit, sed perfida fraude corui decipitur, ministerio columbæ gestantis ore ramum paciferæ arboris edocetur. Reseratisque foribus arcæ bestias, & cuncta animantia per septem dies abire permittens, ipse postmodum egressus cum liberis, Deum collaudat ac lætus victimas immolat. Cuius arcam reteres resedisse testantur in Armenia super montes Ararath. Hic nongentesimo quinquagesimo anno mortuus est.

Cap. V.

MElchisedech rex Salem, sacerdos Dei altissimi primus, verique oblator sacrificij, cuius origo secreta. [a] Hunc esse aiunt Hebræi Sem primogenitum Noe, tritauum Abrahæ. Ipse est enim Pater patrum, Pontificum, & Apostolorũ origo, ipse est qui paternæ pietatis benedictione, dominus fratris esse promeruit. Quique versis incedens vestigijs patris genitalia texit, nec derisit ebrium, vt procax & reprobus filius, sed velauit vt verecundus. Vnde accidit, ut videri nudatos. Iste Abrahæ reuertẽti post victoriam benedixit, idem in typo veri sacrificij de frugibus terræ prior panem & vinum Deo hostiam obtulit, quia sacerdotiũ & regnũ verè primogenitis debebatur, antequàm Aaron sacerdotio fungeretur. Hic etiam prior omnium post diluuium vrbem Salem condidit, in qua etiam & regnauit, quæ postea Iebus siue Solyma dicta est, & nunc deriuato vocabulo Hierosolyma vocitatur, vixit annis sexcentis & perdurauit vsque ad septuagesimum ætatis Isaac annũ, mortuusque est, ac sepultus in ciuitate sua Hierusalem.

[a] *Hieron. epist. Ad Euagrium. Isidorus, 15. lib Etymo. c. 1.*

Cap. VI.

ABraham pater gentium filius Thare, de stirpe Sem, natione Chaldæus fide primus, exul spontaneus, obediens in præceptis, credulus in promissis, pauper in patria, in peregrinatione locuples, in prœlijs victorioſus, in victoria non auarus, reges quinq. superauit & spolijs exuit, captiuumque [a] parentem reduxit. Eo summus vt trinitatem in typo videret & vnitatem in mysterio veneraretur: eo fidelis vt in promisso genere contra spem naturæ Deo crederet: adeò iustus atque deuotus, vt indulgentiam vnici pignoris diuinitati non præponeret. Sed incunctanter præcipienti parens ad immolandum filium religiosus parricida gladio dexteram armaret. Qui dum distrinxit ferrum, vnicum pignus in victimam oblaturus, nec natum perdidit, nec hostiam amisit. Filium enim in sacrificium obtulit, & arietem pro filio immolauit. Vixit autem centum septuaginta quinque annos, sepultusque est in agro Ephron, in spelunca duplici: in cuius interiori parte sepultum ferunt Adam, in exteriori verò Abraham. Distat autem hic locus vt Iosephus edocet, septimo ab vrbe Hebrõ stadio, ibique adserit Abraham & filios eius sepulcrum habere pulcherrimo instructum marmore. Illic etiã & terebintum magnam arborem à constitutione mundi fuisse adseuerat. Hanc beatus Hieronymus vsque ad Constantini Imperij perdurasse scribit, ipsa est enim quercus Mambræ Amorrhæi, qui fuit amicus Abrahæ, quæ apud Gentiles in tanta extitit veneratione, vt eam muri ambitu circũdarent sollemni veneratione colerent.

[a] *Parentem, id est, cognatum vel consanguineum, vt infr. cap. 9.*

Cap. VII.

ISaac filius Abrahæ ex promissione in terra Chanaan genitus, semen æternum vocatus, coniugalis vitæ castimonia clarus, promptus ad gratiam, ad ignoscendum paratus, qui excludentes non armis expulit, sed patientia vicit, qui [a] pœnitentes cum bonitate recepit, qui per amorem Dei eo vsque detulit honorem parenti, vt ad aram sponte sacrificandum accederet, atque in figuram Christi mortem non recusaret. Obijt centum octoginta annorum, sepultusque est iuxta patrem suum.

[a] *Pœnitẽtes Abimelech, & Ochozach, & Phicol. Genes. 26.*

Cap. VIII.

IAcob filius Isaac, natus in terra Chanaan, dilectus matris, supplantator fratris, humilis quoque & simplex, & [a] innocentem habitans domum. Hic autem, postquam primogeniti præripuit benedictionẽ, obediuit matri, & fraternæ iracundiæ patienter cessit, patriamque & parentes relinquens, exul effectus seruitutem longam sustinuit, laborem famis pertulit & frigoris, seruiuit socero, vt pastor mercenarius pauit gregẽ, expectans non de diuisione, sed de gregis lucro mercedem: qui peregrè profectus, dum consortio egeret hominum, comitatum meruit angelorum. Hic Domino colluctatus prævaluit, hic facie ad facie n Deũ vidit: hic famis inopia pulsus, cum præclara progenie ingressus est in Ægyptũ. Emẽsis centum quadraginta septem annis, naturæ reddidit debitum, sepultusque est cum patribus suis.

[a] *al.* Innocens habitans domi. *al.* Innocenter.

Cap. IX.

LOt filius Aram consanguineus Abrahæ, pater Moab & Amon apud Chaldæos natus, homo iustus, hospitalis, in Sodomis piè castèque inter nefariam gentem conuersatus, qui propter solum hospitalitatis officium etiam susceptor effectus est Angelorum. Sulphureumque exitium ac Sodomitarum euasit incendium: mansitq. postmodum in vrbe Segor, quæ est iuxta Mare mortuum, vbi balsamum gignitur, & copiosa poma palmarum.

Cap. X.

IOseph Princeps Ægypti, filius Iacob ex Rachel, ortus in terra Chanaan, benedictus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus in primogenitum Israel, & accipiens A primatum Ruben, dilectus patri & solus præ cæteris hæres paternæ possessionis. Hic zelo sublatus à fratribus in lacum mittitur, ob inuidiam venditur, factus humilis vsque ad seruitutem, patiens vsque ad carcerem, pudicus vsque ad passionem, fit in interpretatione sapiens, in consilio futuri prudens, in regno particeps, in fœcunditate ordinator prouidus, in fame dispensator iustus, ad reddendam pro malo bonæ retributionis gratiam promptus, dum iniuriam fratribus nõ repẽdit, sed fame depulsa necessitatis subsidia contulit. Principatus est in Ægypto annis octoginta. Exactisque ætatis centum & B decem annis, longæ quietis gratia diem vltimum clausit. Sepultusque est in Ægypto, cuius ossa transtulerunt filij Israel in Sichẽ ciuitatem patris sui Iacob, quam nunc tam Latini, quàm Græci Sichimam vocant. Ipsa est autem quæ nunc vocatur Neapolis vrbs Samaritanorum, vbi sepulcrum eius vsque in hodiernam diem cernitur.

Cap. XI.

IVdas regalis successionis insignis prosapia, cui ducatus bellorum & Israel tradi- C turregnum, qui nomen genti ex suo nomine dedit, præpotens vt leo in regni virtute, & clarus splendore potentię. Cuius quidem Imperij posteritas non cessauit, quousque Christus, quasi catulus Leonis, ex germine eius ortus ascenderet, atque spes gentium ex virginali procedens vtero mirabiliter coruscaret.

Cap. XII.

RVben primogenitus filius Israel, ætate fratribus maior, sed posteritatis numero D minor: paternum torum polluit, atque ordinem primogenitæ dignitatis amisit.

Cap. XIII.

SImeon princeps scribarum, & violatæ pudicitiæ vindex, non habens hæreditatẽ, sed manens in tribu Iuda, particeps in possessione.

Cap. XIIII.

LEui sacerdotalis auctor originis, cum tribu Iuda permixtione generis iũctus sed in Israel toto diuisus, carens propriæ sortis funiculo, & habitans in vniuersis sortibus fratrum.

Cap. XV.

ZAbulon, possessor maris magni, & littorum, & dominans in cunctis vrbibus Phœnicum, & Sidoniorum.

Cap. XVI.

ISachar studiosus in laboribus terræ, possidens Galilæam, & de benedictionis suæ B fructibus dona porrigens regibus.

Cap. XVII.

DAn, cuius ex germine Samson, sceptrũ tenet Israel, fortis Nazaræus, & triumphator in hostibus, obsidens in morem serpentis Philistinorum semitas, & equitatum eius, vt regulus, spiritu oris sui depopulans.

Cap. XVIII.

GAd, in procinctu prælij expeditus, pro fratribus trans Iordanẽ relictis aduersus C hostes gentesque dimicat, & forti brachio victor triumphat.

Cap. XIX.

ASer, diuitijs insignis, replens delicijs principes.

Cap. XX.

NEphthalim in pinguedine terræ vbertimus, & in doctrina legis abundans.

Cap. XXI.

BEniamin inter fratres ortu posterior, imperio prior, cuius natiuitatis processus, matri dedit occubitum. Ipse est lupus vorax & sanguinarius, qui super basem sortis suæ mane hostiæ sanguinem fudit, & ad vesperam escas principibus & sacerdotibus diuidit.

Cap. XXII.

EPhraim semen Ioseph, & adoptiuus filius Israel, atque in numero Patriarcharum

rum benedictionis testamento relictus: minor A dùm quod in exordio voluminis eius notatur: Vir erat in terra Hus nomine Iob.

ætate fratre, sed maiori prælatus gratia benedictionis, in cunctis tribubus fortior, & inter fratres dominator inuictus. Hic partem tribus Leuitarum accepit.

Cap. XXIII.

MAnasses dilatatus in millibus, vna cum Ioseph patre suo mysticè [a] passus tributum. Hi sunt [b] patres Apostolorum, & principes populi Iudæorũ, tribus Iacob, & præclara progenies Israel. Quibus pater moriens pro diuitiarum copijs, sanctifica- B tionis gratiam dereliquit. Quique, regnante Ioseph in Ægypto, regnauerunt, ibique etiam post longam vitæ quietem occubuerunt atque sepulti sunt.

[a] *al.* Possedit tribum.
[b] *al.* Propagines.

Cap. XXIIII.

IOb [a] filius Zaræ de Bosra rex Idumæorum, quartus post Esau, successor Balach filij Beor, homo gentilis, fide clarus, humilita- C te summus, hospitalitate præcipuus, in disciplina mansuetus, in eleemosynis largus, diues in censu, extemplo factus egenus, locuples in liberis, repente orbus: tentationi traditur, sed contra tentationem fidei [b] lorica armatur, factus gloriosus in certamine, æquanimis in dolore, damna rerum pertulit, funera pignorum doluit, corporisq. vulnera patienter [c] accepit, & inter supplicia semper Deum glorificauit, malè [d] suadentem insuper sapienter sustinuit coniugem: verba amicorum ratione superauit, vnde & pro tanta virtute patientiæ, duplici in fine remuneratione subleuatur, recipiens post rerum casum multiplicem claritatem [e] bo- D norum. Post noctẽ enim tristitię, Diem getiam edidit, post abiectionẽ, Cornu vnctionem regni promeruit, & tibiam in accentu laudis adsumpsit. Vixit autem post plagam centum quadraginta annis, & fuerunt omnes dies vitæ eius ducenti quadraginta octo annis, & mortuus est atque sepultus in regione sua. Hunc Hebræi adserunt nõ fuisse de genere Esau, sed de Nachor fratris Abrahã descendisse stirpe, & fuisse eum temporibus Patriarcharum. Nachor enim genuit Hus, de cuius stirpe creditur generatus, secun-

[a] *Isidorus cum Ambrosio & August. putat eundem Iob & Ioab Genes. 36. aliter Hieron. in Hebr. quæst. & quæst. 36. in Genes.*
[b] *al.* Fide religionis armatur.
[c] *al.* Excepit.
[d] *al.* Sua damna, insuper patientem sustinuit cõiugem.
[e] *al.* Donorum.

Cap. XXV.

MOyses [a] filius Amram ex tribu Leui, Dux & Propheta Israel, regis filiæ adoptiuus, Dei amicus, Pharaonis dominus, in rubo flammante & nõ vrente, vocibus Angelicis euocatur, quem vt exemplo firmaret Deus, insinuatam eius manum iussit emori, & rursus retractæ vigorem & motus reddidit & [b] caloris: cui° facies [c] spe futuræ gloriæ illuminatur, humilis, vt ait quidam sapiens, in recusando ministerio, subditus in susciendo, in conseruando fidelis, in exquirendo peruigil, in regendo populo vigilans, in corrigendo vehemens, in amando ardens, in sustinendo patiẽs, qui pro subiectis se Deo interposuit consulenti, opposuit irascenti. Hic pro populi libertate propriã obiecit salutem, regis sæuissimi non minas, non tela trepidauit. Quin etiam extulit cõtra dracones eius virgam, ac per manum Dei oppugnatores Israel decem plagis eius imperium verberauit. Primùm in cruorem vertit fontes & flumina, de hinc ranarum multitudine vrbes, muscarum nubibus aëra compleuit, locustis vastauit cuncta virẽtia, mortem intulit iumentorum, percussit vlcere homines, vastauit grandine terras, obduxit tenebris cælum, eorumque primogenita valido terrore peremit. Post hæc expoliauit Ægyptios, eductisque populis eremi pandit iter flammea præcedente columna. Nec mora, mare trãsiẽs diuidit, refrenatisque hinc inde aquarum cumulis, pergenti populo viam sicco vestigio præbuit. Hostes de hinc operuit fluctibus, atque amaras aquas per tactum ligni in suauitatem conuertit. Quin etiam inter hæc esurienti Israel cæleste præbuit pabulum, volucrumque escis repleuit loca castrorum. Percussit insuper petram, atque extẽplo dura saxorum crepidine, copiosa fluenta manarunt. Ascẽdit quoque verticem montis Sinai, faciem Domini contemplaturus, ibi quadraginta die

[a] *Isidorus cum Ambrosio & August. putat eundem Iob & Ioab Genes. 36. aliter Hieron. in Hebr. quæst. & quæst. 36. in Genes.*
[b] *al.* Fide religionis armatur.
[c] *al.* Excepit.
[d] *al.* Sua damna, insuper patientem sustinuit cõiugem.
[e] *al.* Donorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dierum ieiunia pertulit: descendens incendit vitulum,sacrilegos prostrauit gladio, legem acceptam à Deo populo tradidit, ritumque religionis instituit. Inter hæc quoque bella gesit,victorijs claruit, virgam in manu tenens;hostes quos non contigit, superauit:lethiferos aspidum morsus ærei serpentis adspectu sanauit. Dathan & Abiron, terræ compagibus ruptis, viuentes profundo hiatu deiecit. Ad extremum conscendit montem Nebo,terramque repromissionis,demonstrãte Domino,aspicit.Mortuusque est,iubente Domino,in monte Abarim: sepultusque est à Domino in valle Moab, quæ est in Arabia.Rexit autem populũ Dei in eremo annis quadraginta, obijtque annorum centum viginti.Quidam autem eũ viuere testantur, pro eo quod sepulcrum eius non reperitur.Et quia apparuit Dominoin monte Thabor cum Elia: mortuum autem illum esse,non raptum,certissimè sacra Scriptura testatur.

a *Nomen esse Ægyptiacum Moyses aiunt Philo, Iosephus, & Auen Ezra.*
b *al.* Coloris.
c *Fortè* specie.

Cap. XXVI.

AAron frater Moysi, & insignis miraculorum socius, atq. in lege sacerdos Domini primus,cuius virga sorte electa, fronde & germine floruit. Quique thuribulum in dextra gestans, furenti se flammæ opposuit, atque stans inter viuos & mortuos, obiectu sui corporis transire ignem ad agmen viuentium non permisit. Hic per hostiam victimarum & sacrificium sanguinis, futuram Christi passionem expressit: hic ius & principatum sacerdotij per ordinem generis & successionis suæ trãsmisit. Anno autem quadragesimo egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, cum esset annorum centum viginti trium, mortuus est iuxta præceptum Domini in monte Hor, qui est iuxta Petram insignem Arabiæ vrbem. Ibi & sepulta iacet soror eius Maria, vbi etiam & nunc vsque ostenditur rupes,qua percussa, Moyses aquas sitienti populo præbuit. Est autem hic locus in extremis finibus Idumæorum.

Cap. XXVII.

IOsue filius Nun, ex tribu Ephraim in Ægypto natus,Moysi discipulus, & potestatis successor, nouique prælij triumphator.Qui,quousque expediret victoriam, vt Sol staret, cælo imperauit. Iordanis etiam cursum transitu suo [a] resistere fecit.Hiericho inexpugnabiles muros clangentium tubarum sono deiecit. Chananęorum euertit regna, reges extinxit, ac populum Dei solus in terram repromissionis induxit, eãque sorte distribuit. Viginti septem annis præfuit in Israel. Occubuitque centum & decem annorũ,atque sepultus est in Tamnathsare ciuitate sua, quæ sita est in latere montis Gaas,contra Aquilonem, vbi vsque hodie insigne monumentum eius ostenditur.Est autem in tribu Dan.

a *al.* Stare.

Cap. XXVIII.

PHinees sacerdos filius Eleazari sacerdotis filij Aaron,zelum Domini agens, Zambri coeuntem impudicum simul cum scorto Madianitide telo percussit,atque perpetuas sacerdotij infulas, præmiumque victimarum in generationibus Israel meruit, pro eo quod zelo diuini amoris accensus iram Domini feriendo placauit.

Cap. XXIX.

GEdeon filius Ioas ex tribu Manasse,genitus in solitudine, liberator populi, & multorum pater extitit filiorum, manu fortis,consilio strenuus,signis explorans futurę documenta victoriæ,pótentiamque Dei in vellere. Hic cum trecentis viris aquam lingua lambentibus,non tela in dextris,sed tubas:nec læua clypeum,sed hydrias præferentibus, hostem terrore perculit, ac victor de Amalech fortiter triumphauit. Iudicauit Israel annos quadraginta, mortuusque est senex,& sepultus in sepulcro Ioas patris in Ephra de familia Ezri.

Cap. XXX.

JEphte Galaadites, felix in prælijs, fidelis in promissis, affectum pietatis exuperans tolerantia mentis. Hic enim vouerat Deo, vt,si quid illi post victoriam reuertenti primum occurreret,immolaret. Nam rediens ex hostibus Ammonitarum triumphator, ne pollueretur labe periurij, pollicitam sponsionem compleuit,ac filiam,quę victori occurrerat, immolauit. Iudicauit Israel sex annis,& mortuus est,sepultusq. in ciuitate Galaad, quæ est in dimidia tribu Manassæ.

Cap. XXXI.

SAmson,filius promissionis, genitus patre Manue ex tribu Dan,Nazaræus vocatus, liberator Israel,& omnium fortissimus. Iste rugientem mactauit leonem,fauumque ab ore mortui tulit,feras quoque portarum humeris tollens, in vertice montis imposuit. Vulpium caudis igne vinctis, totam regionem Philistinorũ succẽdit. Vinctus etiã resolutis funibus, maxilla asini mille viros peremit.Neruis intexta vincula, vt lanea fila, disrupit. Post hæc auaritia illecebrosæ mulieris deceptus, deronsis crinibus, vim suæ virtutis amisit:nec mora effossis oculis, columnas templi concutiens, ruina oppressus pariter cum hostibus defecit. Iudicauit Israel annis viginti, & positus est in sepulcro patris sui in ciuitate [a] Esthaol, quæ est in tribu Iuda,decimo procul lapide ab Eleutheropoli, contra Septentrionalẽ plagam, iuxta viam quæ ducit Nicopolim.

a *al.* Inter Sara & Esthaol. *Iud. 16.*

Cap. XXXII.

SAmuel Propheta, filius Eleana,de Ramatha, ex tribu Ephraim, connumeratus Moysi in sacerdotibus Dei,ab ipsis cunabulis Domino consecratus,sedulus in ministerio,in gente princeps, in templo vates, cuius verbo obtemperauerunt cæli, occurrerunt nubila, effusi sunt imbres. Hic triũphator ex hostibus, Adiutorij lapidẽ posuit: hic primum Principem in regno vnxit. Sepultus est autem in vico suo Ramatha, quę est in Beth-lehem:cuius ossa Arcadius Augustus de Iudæa in Thraciam transtulit:& super tumulum eius Christi aram erexit.

Cap. XXXIII.

DAuid,Rex idem atq. Propheta,ortus de genere Iuda,filius Iesse, natus in Bethlehẽ, puer pastor ouium inter fratres ætate minor,virtute præstantior,à Domino in regnũ vocatus, à Propheta in regem vnctus, bellliger iuuenis,in certamine singularis, in triumpho gloriosus,vincẽdo veteranus,patiens in aduersis,prudẽs in periculis, in peccato proprio dolens,in alieno funere lugẽs, pronus ad pœnitentiam,velox ad veniam, in conuicio mitis,ad misericordiam facilis. Qui inimicum regem, dum posset, innocuum non tantùm reseruauit traditum,sed & vindicauit occisum. Hic leonẽ & vrsum sine gladio interfecit,citharæ suauitate immundum spiritum depulit,Gigantem expugnauit. Igitur quadragesimo regni & septuagesimo ætatis anno diem vitæ supremum consummauit, sepultusq. est in ciuitate sua Beth-lehem,quæ alio vocabulo dicitur Ephrata, vbi etiam Dominus noster Iesus Christus secundum carnem est natus. Ibi quoque & Rachel, cum Ben-iamin peperisset,occubuit. Ibi etiam sepulcrum Iesse patris Dauid ostenditur.Est autem hic locus in tribu Iuda sexto ab Ierusalem milliario,positus contra meridiem in itinere,quo pergitur in Hebron.

Cap. XXXIIII.

SAlomon filius Dauid editus ex Beth-sabee in Ierusalem, antequàm nasceretur, vocatus sapientissimus omnium,& Dominici dedicator templi, felix imperio, paternis meritis impar,dilectus à Deo, sapiens in iudicio,in sententia iustus, pacificus in regno.Qui popposcit sapiẽtiam & impetrauit, vt sciret dispositionem orbis terrarum, & virtutes elemẽtorum, naturas animalium, & cogitationes hominum. Hic quoq. mores composuit, rerum naturas reperit, sacramenta Christi & Ecclesię reuelauit.Cuius principia bona fuerunt,nouissima verò mala.Nam,post multarum virtutum gloriã, amore deprauatus fœmineo, & acceptam sapientiam perdidit, & in profundum idolatriæ flenda ruina demersus est. Quadraginta annis regnauit,quinquaginta & duobus ætatem peregit.Dehinc finem imperio & vitę dedit,sepultusq. est in ciuitate patris sui Beth-lehem.

Cap. XXXV.

ELias Thesbites Sacerdos magnus atque Propheta,habitator solitudinis,fide plenus, deuotione summ?, in laboribus fortis, industria sollers,excellẽti ingenio prędituss, in exercitatione disciplinę structꝰ,in sancta meditatione assiduus, metuq. mortis intrepidus,verberauit tyrãnos,sacrilegos interfecit,multisq. signis virtutum effulsit. Triẽnij

Universidad de Deusto
Biblioteca

namq. ſiccitate clauſit imbribus cælũ. Ora A uit rurſum, & cælum dedit pluuias, mortuumq. mulieris filium ſuſcitauit. Cuius virtute hydria farinæ non defecit, vas olei perpetuo fonte manauit. Cuius verbo ſuper ſacrificium ignis de cęlo deſcendit. Hic duos quinquagenarios cum militibus cæleſti igne combuſsit. Iordanem tranſiẽs, tactu melotis abrupit. Poſt igneo curru in cælum raptus aſcendit, venturus iuxta Malachiam prophetam in fine mundi, ac præceſſurus Chriſtum, nuntiaturus vltimum eius aduẽtum cum magnis virtutibus prodigijſq. ſignorum: ita vt etiam in terra bellum gerat Antichriſtus aduerſus eum, vel qui cum eo venturus eſt, & occidet eos, cadauera B quoq. eorum in platęis inſepulta iacebunt. Dehinc ſuſcitati à Domino regnum Antichriſti plaga magna percutient. Poſt hæc veniet Dominus & interficiet Antichriſtũ gladio oris ſui, & eos qui adorauerũt eum. Et regnabit Dominus cum omnibus ſanctis ſuis in gloria ſempiterna.

ITem [a]Elias Thesbites de terra Arabũ, de tribu Aarõ, cum eſſet in vtero matris ſuæ Galaath, Sobac pater eius ſomnium vidit, quòd naſcentem Eliam viri candidis veſtibus ſalutabant, ig neiſq. eum [b] veſtimentis obuoluebant, atq. pro cibo ignem ei ad nutriendum ſubminiſtrabant. Hoc viſum pater eius prophetis in Ieroſolymis indicauit, C hocq. ab eis accepit reſponſum. Ne timueris (inquiunt) erit enim natio eius lumen, verbũq. eius fixis ſententijs. Iudicabit enim Iſrael in gladio & igne.

[a] *Hæc addebantur in tribus exemplarib. Iſidori, & habet Epiphan. in vita Eliæ.*
[b] *al.* inſtitis.

Cap. XXXVI.

ELiſæus Eliæ diſcipulus, ex [a] Abel Meula oppido, ex tribu Rubẽ in cuius ortu aurea vitula in Galgalis mugitum dedit, eiuſq. D vox in Ieruſalem perſonauit. Tunc quidam præſagus vates prædixit, hodie in Iſrael natus eſt Propheta, qui cũcta eorum deſtruet idola. Hic gemino Eliæ glorificatus ſpiritu, plurimis atque magnis virtutum ſignis emicuit. Iordanem tranſitu ſuo diuiſum, refrenatis vndis, retro conuertit: aquas Iericho ſteriles, demerſo vaſculo, ad fœcunditatem perduxit: pueros inſultantes ſibi verbo, tradidit beſtijs repente vorandos: ſanguineas aquas in necem hoſtium decurrere fecit: inter hæc ſterilem conceptionem verbo fœcũdauit, eiuſq. filium mortuum ſuſcitauit: ciborum temperat amaritudinẽ: deniq. ex decem panibus, plebe refecta, reliquias collegit. Et Naaman lepræ ſtigmatibus lauacro Iordanis purgauit; lepra quoq. maledictum aſperſit diſcipulum: ferrum ſecuris in Iordane merſum, ligno in aquas miſſo, ſupernatare fecit. Hoſtes Syriæ cæcitate percuſsit, mortem incredulo prædixit, fragore quadrigarum fugauit hoſtem, obſidionem diſperſit, famem repulit. Poſtremò poſt mortem exanimi cadaueris vitam dedit. Cuius ſepulcrum vſq. hodie in [b] Sebaſtia ciuitate oſtenditur honore ſatis digno, & digna habitum veneratione.

[a] Abel Meula *3. Reg. 19.* Abel Muth. *in Epiphanio.* Abel Buel *in Dorotheo.*
[b] Sebaſtopoli Samariæ, *ait Epiphanius.*

Cap. XXXVII.

ISaias filius [a] Amos, non Amos Prophetæ, ſed alterius, qui ſimili nũcupatus eſt nomine: Ille enim ex numero paſtorum fuit de oppido Thecue: Hic autem genere nobili ortus in Ieruſalem: quem etiam aiunt Hebræi ſocerum fuiſſe Manaſſe. In quo cũta fuit ſanctitatis & vitæ excellentia: vt vna tantum dicatur habuiſſe tunicam, & hanc cilicinam, quaque etiam poſtmodum pro delicto populi abiecta, ſacco membra cooperuit. Sed &, hoc ad extremum depoſito, nu iuxta Domini imperium nudo corpore, nudoq. veſtigio in conuentu populorum verſatus eſt, ſicq. feruorem æſtiuum, hyemisq. pruinas atque imbrium tempeſtates ſuſtinuit, vt & Dei præceptis obediret, & populi deploraret delicta. Hic quindecim gradibus aſcendentem vmbram, retro deſcendere iuſsit. Huius oraculo rex Ezechias mortis dilationem promeruit. Hunc autem Manaſſes extenſum à vertice per medium ſecuit, atrociq́ue ſupplicio excruciatum extinxit. Tradunt [b] autem Hebræi duabus ex cauſsis interfectũ fuiſſe Iſaiam: vna, quod eos appellauerit principes Sodomorum & populum Gomorrhæ: altera, quòd teſtante Domino ad Moyſem, Non poteris videre faciem meam: iſte auſus eſt exclamare, Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum. Non animaduertẽtes cæcati mente Iudæi, quod A inſequentibus faciem & pedes Dei Seraphim texiſſe narrauerat, ac media tãtũ eius vidiſſe propheta adſcribat. Iacet ſub quercu Ragel, iuxta decurſus aquarum, quas Ezechias rex Iuda mole conſtructa terræ [c] expoſuerat.

[a] *Hebræi aſſerunt Amos patrem Iſaiæ fuiſſe fratrem Amaſiæ regis Iudæ, de quo 4. Reg. 14.*
[b] *Origen. in Iſaiam, & Hieron.*
[c] Obſtruxerat *ait Hieron.*

Cap. XXXVIII.

IEremias ex tribu ſacerdotali ortus, in vi- B co Anathot, qui eſt tribus millibus ab Hieruſalem, ſacerdos in Iudęa poſitus, Propheta in gentibus conſecratus, antequam plaſmaretur agnitus, antequam procederet ſanctificatus, &, vt virgo permaneret, admonitus. Hic prędicare puer cœpit, arguẽs populum ob delicta, & ſæpius cohortans ad pœnitentiam, ſed plebis perfidæ ſæuientis crudelitate afficitur ſæpe, atque ligatur, in carcerem etiam mittitur, proijcitur in lacũ, catenis cingitur, ad vltimũ apud Taphnas in Ægypto à populo lapidatur. Sepultus eſt in eo loco, vbi Pharao rex Ægypti habitauit. Veruntamen quia precibus ſuis, ſerpentibus ab eo loco effugatis, Ægyptios à noxio [a] aſpidum morſu eripuit, inſigni cũ veneratione, ampliſimoque honore ijdem Ægyptij colunt, ſepulcrumq. eius inſigni cultu hactenus venerantur.

[a] Aſpidũ *Hieron.* crocodilorũ *ait Epiphan. & Doroth.*

Cap. XXXIX.

EZechiel ſacerdos, filius Buzi, genitus in terra Sarira, in typo Chriſti filius hominis nũcupatur. Hic captiuus cum Ioachim D in Babyloniam ductus, ad concaptiuos prophetauit, corripiens eorum offenſiones, & zelo Dei motus cũcta eorum crimina turpitudineſq. arguens. Quem Dux populi Iſrael interfecit, pro eo quod ſeueritate, & auctoritate pontificali corriperetur ab eo ob impietatem ſacrilegij. Sepultus eſt à populo in agro Maurim in ſepulcro Sem, & Arphaxat.

Cap. XL.

DAniel, [a] de tribu Iuda in Betheron ſuperiore natus, genere nobilis, princeps omnium Chaldæorum, regumque proſapia, & florens patriæ nobilitate. Hic ſub Ioachim rege Iuda, poſt excidium Ieruſalem, cũ tribus pueris admodum puer in Babylonem tranſlatus, & Princeps Chaldæorum effectus eſt, vir glorioſus & aſpectu decorus, mente humilis, corpore caſtus, perfectus in fide, egregius in opere, in virtute ſummus, in prodigijs clarus, terribilis in ſignis, cognitor ſecretorum cæleſtium, præſcius futurorum, viſionum interpres, vindex caſtimoniæ; qui cõtinuatis ieiunijs & orationis inſtantia, futura prænoſcere meruit ſacramẽta. Hic inter cætera viſionum myſteria, his virtutum geſtis, atq. ſignis effulſit. Principio ſceleratorum ſenum mendaciũ reprehendens, caſtitatem fœminæ reuelauit: tribus hebdomadibus dierum exorãs pro populo ieiunauit; ſimulacrum Bel diuinæ aſpirationis argumentis eliſit: draconem Babyloniæ numen eiuſdem gentis, offa pice, & adipe, & capillis confecta, diuinæ mentis inſtinctu, incredibili admiratione diſrupit: in lacum quoque miſſus, rabiem mitigauit ferarum, atque virtute animi fortis, inter frementes ſecurus epulatur leones. Hunc Darius, poſtquam Babylonium ſubuertit imperium, honore maximo habitum, ſecum tulit, & in Medos abduxit. Qui etiam fertur dediſſe ſigna in montibus ſuper Babyloniam, dicens: Dum montes à Borea fumauerint, finem inſtare Babyloniæ: dum viſi fuerint incendijs conflagrare, finis erit totius mundi. Item dum ad partẽ Nothi refluxerit Tigris, regreſsio erit populi ad Ieruſalem. Vixit autem vſque ad tempus Darij regis Perſarum, annis centum & decem: Sepultuſq. eſt iam ſenex in ſpelunca regia, ſolus in captiuitate cum gloria.

[a] *Vid. Epiph. Hieron. Ioſeph.*

Cap. XLI.

OSee de tribu Iſſachar, ortus in [a] Belemoth; hic prænuntians dedit ſignum: Veniet Dominus in terram ſuam ſi [b] quercus, quæ eſt in Silo, ex ſemetipſa in duodecim diuiſa fuerit partes, totidemq. quercus effecerit. Hic in terra ſua ſepultus, placida quiete dormiuit.

[a] Belemoth *etiam Epiphan. & Doroth.*
[b] *al.* Quaſi quercus quę eſt in ſilo, cũ ex ſemetipſa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. XLII.

IOel, [a] hic fuit de tribu Ruben, natus in agro Betheron, vbi etiã in pace mortuus est, atque sepultus.

[a] *Hieron. Epiphan.*

Cap. XLIII.

AMos, pastor & rusticus & ruborum mora distringens, Propheta nõ genere, sed gratiæ vocatione. Hic autem fuit ex oppido Tecue, quod distat ad Australem plagã sex millibus cõtra Beth-lehem. Vltra autem nulla est habitatio, sed sola eremi diffusa vastitas patens, vsque ad Mare rubrum, atque [a] Iudæorum fines, solis tantum pastoribus conscia, & latè vagantium pecorum. Ex hac itaque pastorali regione fuit Amos, vnus de numero pastorum, quem Dominus ablatum inde misit ad populum Israel, præcipiens ei, vt in Samariã pergeret, & ibi, quæ ventura erant prophetaret, quem Amasias rex frequenter plagis affecit; nouissimè Ozias filius eius, vecte per tẽpora transfixo, crudeli morte necauit. Post hæc semiuiuus euectus in terram suam, post aliquot dies dolore nimio vulneris animam [b] cunctanter efflauit, sepultusque est cũ patribus suis.

[a] al. Indorum.
[b] al. Cunctantem.

Cap. XLIIII.

ABdias, de terra Sichem, ortus in agro Bethacaram. Iste est ille, qui sub Ochozia rege Samariæ, centum pauit Prophetas. Iste est, tertius ille dux, cui pepercit Elias, qui postmodũ, relicto Ochoziæ regis ministerio, Eliæ factus discipulus prophetauit. Quiq. etiã morte propria obijt, sepultus cũ patribus suis in Sebastia ciuitate, vbi & Elisæus Propheta, & Iohãnes Baptista venerabiliter requiescunt.

Cap. XLV.

IOnas, columba, & dolens, filius Amathi, qui fuit de Geth, quæ est in Opher, ad gẽtium præconia mittitur, missus contemnit, contemnens fugit, fugiens dormit: propter quem periclitabatur nauis, sed magister nauis latentem reperit, cetus abiectum deuorauit, orantem reuomuit: reiectus prædicauit subuersionem. Sed contristatus in pœnitentia vrbis, & saluti gentium inuidit: gaudet etiam sub hederæ virentis vmbraculo, & dolet subito arescente. Traduntur Hebræi, hunc esse viduæ filium, quem à mortuis suscitauit Elias. Cuius sepulcrum in quodam vrbium Geth viculo demonstratur, quod est in secundo milliario à Sephorim in itinere, quo pergitur Tiberiadem.

Cap. XLVI.

MIchæas, de tribu Ephrem in Morasthi ortus est. Hic, quoniam peccantem Achab sæpius arguebat, sub Ioram filio eius de præcipitio magno proiectus occubuit. Sepultus est in terra sua iuxta Polyandrum, quod est prope Naim.

Cap. XLVII.

NAhum, de tribu Simeon, in Helceti trans Betharim natus, ibiq́ue mortuus, suo iacet in tumulo.

Cap. XLVIII.

HAbacuc, de tribu Simeõ in agro Bethsachar ortus est, hic ante biennium regressionis filiorum Israel de captiuitate, in agro Sabarith, qui est in Ceila à vita decessit.

Cap. XLIX

SOphonias, de tribu Simeon, filius Chusi, in agro Sarabath ortus, & glorioſa maiorum suorum stirpe progenitus, prophetauit, mortuusq. est atq. sepultus in agro suo.

Cap. L.

AGgeus, natus in Babylonia, iuuenculus Ierusalem venit, ædificationem templi ex parte aspexit, ac iuxta sacerdotum monumenta glorioſè sepultus requiescit.

Cap. LI.

ZAcharias, [a] de regione Chaldæorũ valde senex in terrã suam reuersus est, in qua & mortuus est, ac sepultus iuxta Aggæum, quiescit in pace.

[a] Hoc caput deest in alijs vide, infra cap. 57. Cap.

Cap. LII.

MAlachias post egressionem populi, in Sophia est genitus, vir iustus & aspectu decorus, quem Iudæi Malachiam, id est, angelum Domini ideo asserunt vocitatum, quia quæcumq. prædicebat, confestim, angelo de cælis veniente, cõfirmabantur. Hic autem admodum iuuenis moritur, atque in agro proprio sepelitur.

Cap. LIII.

NAthã Propheta, ex Gabaonitis, qui Dauid regem legem Dei docuit, & peccatum, quod esset in Bethsabee præuaricatus, manifestauit. Hic etiam quod nõ ædificaret Dauid Domino templum, prædixit. Hic Salomonem vngens in principem consecrauit. Obijt autem senex in terra sua: sepultusque est cum dignitate.

Cap. LIIII.

AChias Silonites de ciuitate Eli sacerdotis, vbi primùm tabernaculum & arca Dei erat, Salomoni regi prædixit, quòd per mulieres gentium à mandatis Dei declinaret, & diuisionẽ populi in prole non tacuit. Mortuus est ergo Achias, atque sepultus iuxta quercum in Silo.

Cap. LV.

ADdo in [a] Samaria natus est. Hic est qui ad Ieroboam immolantẽ vitulum missus, in sermone Domini venit, eumq. arguit immolantem. Hunc ad propria reuertentẽ propter inobedientiam leo in via strangulauit, sepultumque tenet Bethel, & Prophetam illum, qui eum fefellerat.

[a] al. Sama Samariæ.

Cap. LVI.

AZarias in terra oritur Sabatha, mortuusque est, ac sepultus in agello suo.

Cap. LVII.

ZAcharias Propheta atque sacerdos, filius Ioiadæ sacerdotis, qui & Barachias cognominatus est, quem congregatus in atrio domus Domini populus, iuxta Ioas regis imperium, missis in eum lapidibus extinxit, A Hunc subleuatũ continuo sacerdotes iuxta patrem suum sepelierunt in Ierusalem.

Cap. LVIII.

TObias filius Ananiel, ex tribu Nephthalim de ciuitate Cibel, quę est in regione Galilææ. Hic captiuus ductus est à Salmanasar rege Assyriorum in Niniue: vir in timore Dei summus, in opere magnificus, in misericordia glorioſus, in exequiarum curis deuotus: qui dum mortuos sepeliret, & inopes pasceret, cæcitate lumine caruit, & post tenebras reseratis oculis, lumen claritatis promeruit. Iacet in Niniue ciuitate sepultus in pace.

Cap. LIX.

TRes pueri, ex stirpe regia clari, memoria glorioſi, scientia eruditi, fide pares, deuotione stabiles, incorrupti corpore, sobrij mente, iudices prouinciarum, & regionum principes, paternarũ quoque memores legum, & à cibis gentilium vel immolatis nequaquam polluti, leguminibus vitam degentes & oleribus. Hi vigore virtutis contẽpserunt mortẽ, idolorum non adorauerũt ritum, regem sæuissimũ fidei virtute vicerunt, restinxerunt quoque camini flammãtis incendia, & inter horrendas spissa caligine flammas hymnum apertis vocibus cecinerunt. Iacẽt in Babylonia pariter sub vno specu positi, & cum magna veneratione sepulti.

Cap. LX.

ESdras sacerdos Dei, qui à plerisque Malachias, id est, angelus Dei vocatur. Hic sacræ scriptor extitit historiæ, atq. alter lator legis post Moysen, namq. post captiuitatem legem incensam ex gentibus renouauit, Hebraicarumq. litterarum elementa inuenit. Hic reduxit Israel, & reędificare fecit Ierusalem. Mortuus est autem ac sepultus cum patribus suis, humatus in Ierusalem.

Cap. LXI.

ZOrobabel & Nehemias, ex tribu Iuda, sub Dario rege templum Dñi ædificant, muros Ierusalem exstruunt, atque Israel ad pristinum statum reducunt, cultum quoq. religionis, iusq. Sacerdotum & Leuitarum restituunt. Item & ipsi in Ierusalem sepulti quiescunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. LXII.

ESther regina filia fratris Mardochæi, de stirpe Ben-iamin, captiua de Ierusalem in vrbem Susim translata est, atque aspectu formæ & perspicua virginitatis excellentia regi Persarum connubijs copulata. Hæc, vt populum suum à periculo liberaret, mortiſe obtulit, amicumq. regis aduersus populum Dei nefaria persuadentem, cruci tradendum persuasit, gentemq. liberã ab excidio eruit, atq. à seruitute eripuit. Iacet sepulta in Susis vrbe Medorum, in qua etiã regnauit.

Cap. LXIII.

IVdith vidua, filia Merari, de tribu Simeõ, magnanimis in gloria, viris præstantior. Hæc pro salute populi morti se obtulit, nec trepidauit furorem regiũ. Nam dormientẽ necauit principẽ, saluo pudore suis ciuibus triumphum victoriæ reportauit. Vixit autem annis centum & quinque, sepultaque est in spelunca viri sui Manasse in [a] Bethulia ciuitate, quæ est in tribu Iuda inter Dothain & [b] Balmon.

a Apali.
b al. Babylon.

Cap. LXIIII.

MAchabæi septem fratres, in fide stabiles, in spe fortes, diuinæ legis constantissimi obseruatores, inter tormenta acerbissima patientes, ab Antiocho rege pro lege Dei cum matre eorum atrociter interempti, coronas martyrij meruerunt.

Machabæi [a] quoque, quos triumphos gesserint aduersus gentẽ Persarũ, vel de circunfinitimis alijs nationibus, & quomodo pro legis obseruantia plurimùm sunt puniti, eorum plenissimè narrat historia.

a *In sex exemplaribus hoc posterius tantùm legitur.*

Ex nouo Testamento.

LXV	Zacharias.
LXVI	Iohannes.
LXVII	Maria.
LXVIII	Simon Petrus.
LXIX	Paulus.
LXX	Andreas.
LXXI	Iacobus Zebedæi.
LXXII	Iohannes.
LXXIII	Philippus.
LXXIIII	Thomas.
LXXV	Bartholomæus.
LXXVI	Matthæus.
LXXVII	Iacobus Alphæi.
LXXVIII	Iudas Iacobi.
LXXIX	Matthias.
LXXX	Simon Zelotes.
LXXXI	Duodecim Apostoli.
LXXXII	Lucas Euangelista.
LXXXIII	Marcus Euangelista.
LXXXIIII	Barnabas.
LXXXV	Timotheus.
LXXXVI	Titus.

Cap. LXV.

ZAcharias, & Elisabeth ante Deum iusti, steriles in iuuentute, fœcundi in senio, requieſcunt in Ierusalem.

Cap. LXVI.

IOhãnes Baptista filius Zachariæ, ex tribu Leui, in Ierusalem ortus, angelo denuntiante conceptus, prænuntius Christi, præco iudicis, Propheta Altissimi, vox Verbi, amicus Sponsi, testis Domini, lucerna Luminis, terminus Prophetarum, baptismatis initium: qui prænuntiatus parentis vocem abstulit: genitus officium linguæ resoluit, qui necdum editus Christum prophetauit, qui necdum editus Christum prophetauit, salutauit in vtero, in columba agnouit, in deserto monstrauit. Cuius vestimentum lanugo fuit camelorum, habitatio eremus, victus mellis & locustarum cibus. Hic, dum Herodi prohiberet fraternum violare connubium, carceralibus tenebris mancipatur. Cuius caput regis filia ludi præmium à patre postulauit: at ille defectum malè posceſcenti filiæ ebrius inter pocula dedit. Sepultus est in Sebastia oppido Palęstinæ, quæ olim Samaria vocabatur: quam Herodes rex Iudææ, Antipatri filius, ob honorem Cæsaris Augusti Græco sermone Augustam vocauit.

Cap.

Cap. LXVII.

MAria (quæ interpretatur domina, siue illuminatrix) clara stirps Dauid, virga Ieſſe, hortus conclusus, fons signatus, mater Domini, templum Dei, sacrarium Spiritus sancti, virgo sancta, virgo fœta, virgo ante partum, virgo post partum, salutationem ab Angelo accepit, & mysterium cõceptionis agnouit: partus qualitatem inquirit, & contra legem naturæ obsequij fidem nõ renuit, quam Dominus ipse in cruce positus, per sanguinem testamenti virgini commẽdauit discipulo, vt ipsum mater haberet vitæ comitem, quem filius nouerat integritatis esse custodem. [a] Hãc quidam crudeli necis passione asserũt ab hac vita migrasse, pro eo quod iustus Simeon cõplectens brachijs suis Christum, prophetauerit, matri dicens: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Quod quidem incertum est, vtrum pro materiali gladio dixerit, an pro verbo Dei validiore, & acutiori omni gladio ancipiti. Specialiter tamen nulla docet historia, Mariã gladij animaduersione peremptam, quia nec obitus eius vspiam legitur. Dum tamen reperiatur eius sepulcrum, vt aliqui dicunt, in valle Iosaphat.

a *Vid. Ambros.*

Cap. LXVIII.

SImon Petrus filius Iohãnis, frater Andreę, ortus in vico Bethsaida prouinciæ Galilęę, qui est iuxta stagnum Genesareth, cuius prima vocatio nominis Bar-Iona, legis directa generatio est. Petrus in Christo ecclesiæ firmamentum est. Cephas corporis Christi principatus & [a] caput est. Simon Iohannis, virginitatis regeneratio in corrupta est. Qui dum iuxta Iohannem habeatur tertius, iuxta Matthęum eligitur primus: nec immerito, quia Apostolorum princeps est. Et confessor primus filij Dei, & discipulus, & pastor humani gregis, petra ecclesiæ, clauicularius regni, amator Domini, atq. negator; confitendo laudatus, præsumendo elatus, negando lapsus, lacrymando purificatus, confitendo probatus, patiendo coronatus, cui nomẽ ex opere datur, titulus ex merito potestatis imponitur. Hic in Galatia, Ponto, Cappadocia, Bithynia, Asia, atq. Italia Euangeliũ prędicauit, atq. harum virtutum signis effulsit. Pendulo gressu feruidũ mare calcauit, prætereũtes vmbra sua mortuos animauit, claudis

a Principium reiterauit officiũ, paralyticis fluida membra in proprium reparauit statum. Inter hæc defunctam viduã suscitauit. Ananiam & Saphiram reos perfidiæ, mortis animaduersione damnauit. Simonem etiã magicis artibus cęlum conscendentem ad terram elisit. Hic postquam Antiochenam ecclesiam fundauit, sub Claudio Cæsare cõtra eũdem Simonem Magum Romam pergit, ibiq. prædicans Euangelium vigintiquinq. annis, eiusdem vrbis tenuit Pontificatum. Sexto autem & tricesimo anno post passionem Domini, à Nerone Cæsare in vrbe Roma deorsum, vt ipse voluit, crucifixus est. Sicq. post Apostolicũ meritum, etiam martyrio coronatur. Sepultus Romæ in Vaticano, secus viam triumphalẽ, tertio lapide ab vrbe, ad orientalem plagam.

Quasi κεφαλὴ.

Cap. LXIX.

PAulus, qui ante Saulus, Apostolus gẽtiũ, aduocatus Iudæorum, à Christo de cælo vocatus, in terram prostratus, qui oculatus cecidit, cæcatus surrexit, ex persequutore effectus est vas electionis, ex lupo ouis, inter Apostolos vocatione nouissimus, prædicatione primus. In lege Gamalielis discipulus, in Euangelio Christi seruus. Cuius patria Tharsus fuit, genus Ben-iamin. Hic secundo post Ascẽsionem Domini anno baptizatus, dignitatem meruit Apostolatus, atque plus omnibus laborans, multo latius inter cæteros verbi gratiam seminauit, atq. doctrinam Euãgelicam sua prædicatione impleuit. Incipiens enim ab Ierosolymis, vsq. ad Illyricum, & Italiam Hispaniasq. processit, ac nomen Christi multarum manifestauit gentium nationibus, quibus ante nondum fuerat declaratum, cuius miracula ista esse noscuntur. Raptus sursum in tertium cælum conscendit, demersus deorsum nocte & die in profundo maris fuit, seducentem Pythonis spiritũ imperata discessione damnauit, adolescenti mortuo vitalem redintegrauit spiritum, cæcitate percussit magum, claudo proprium reformauit incessum: diri quoq. serpẽtis nec sensit, nec horruit morsum, sed igni dedit arsurum, patrem etiam Publij à febribus orando sanauit. Hic ob amorem Christi multas passiones, grauiaq. corporis sustinuit tormenta. In primis Iudaicas persequutiones, & gentium miserias, & laborẽ, famem, sitim, frigus, & nuditatem, naufra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gia, & mille pericula, rabiem ferarum, A verbera, carcerales tenebras, & tormenta catenarum, squallores, & vincula. Inter hæc ligatur à Iudæis, traditur gentibus, lapidatur ad necem, in sporta per murum demittitur, virgis cæditur, pœnis arctatur, in carcere vinctus terræmotu facto resoluitur, ad vltimum à Nerone gladio cæditur eo die, quo & Petrus crucifixus est. Sic enim oportuerat: vt hi, qui simul confessi sunt, vno die coronarentur. Sepultus Romæ in via Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimo sexto, tertio ab vrbe milliario, contra Occidentalem plagam.

B

Cap. LXX.

ANdreas, qui interpretatur decorus, frater Petri, secundum Iohannem primus, iuxta Matthæum à primo secundus. Hic in sorte prædicationis Scythiam, atq. Achaiã accepit, in qua etiam ciuitate Patris cruce suspensus occubuit.

Cap. LXXI.

IAcobus filius Zebedæi, frater Iohannis, quartus in ordine, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione gentium [a] scripsit, C atq. Hispaniæ & occidentalium locorũ gentibus Euangelium prædicauit, & in occasu mundi lucem prædicationis infudit. Hic ab Herode Tetrarcha gladio cæsus occubuit. Sepultus in [b] Marmarica.

[a] *Assentimur ijs, qui verbum* scripsit *alienũ censent. Reliqua ex ijs, quæ Hieronymi Catalogo à Græcis adiecta sunt, sumpta videntur.*

[b] *al.* Carmarica *vel* Archis Marmaricæ, *vel* Achimarmarica.

Cap. LXXII.

IOhannes Apostolus & Euangelista, filius Zebedæi, frater Iacobi, virgo electus à D Domino, atq. inter cæteros magis dilectus, qui etiam super pectus Magistri recumbẽs, & Euangelij fluenta de ipso sacro Dominici pectoris fonte potauit, & quasi vnus de Paradisi fluminibus, verbi Dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit. Quiq. in locũ Christi, Christo iubente, successit, dum suscipiens matrem Magistri discipulus, etiã ipse pro Christo alter quodammodo derelictus est filius. Hic, dum Euangelium Christi in Asia prædicaret, à Domitiano Cæsare in Pathmos insulam metallo relegatur, vbi etiam positus Apocalypsim scripsit. Interfecto autem à Senatu Domitiano, exilio resolutus, recessit Ephesum, ibiq. ob hæreticorũ refutandas versutias, efflagitatus ab Asiæ Episcopis Euangelium nouissimus edidit. Cuius quidem inter alias virtutes, magnitudo signorum hæc fuit. Mutauit in aurum syluestres frondium virgas, littoreaq. saxa in gemmas. Item gemmarum fragmina in propriam reformauit naturam, viduam quoq. ad precem populi suscitauit, & rediuiuum iuuenis corpus reuocata anima reparauit. Bibens lethiferum hausturn, nõ solum euasit periculum, sed eodem prostratos poculo in vitæ reparauit statum. Hic anno sexagesimo septimo post passionem Domini Saluatoris sub Traiano principe longo iam vetustatis senio fessus, cum diem transmigrationis suæ imminere sibi sentiret, iussisse fertur effodi sibi sepulcrum, atq. inde valedicens fratribus, facta oratione, viuẽs tumulum introiuit, deinde tanquam in lectulo in eo requieuit. Vnde accidit, vt quidam eum viuere asserant, nec mortuum in sepulcro, sed dormientem iacere contendant, maximè pro eo quod illic terra sensim ab imo scaturiens, ad superficiem sepulcri conscẽdat, &, quasi flatu quiescentis, deorsum ad superiora puluis ebulliat. Quieuit autem apud Ephesum sexto Kalendas Ianuarij.

Cap. LXXIII.

PHilippus à Bethsaida ciuitate, vnde & Petrus, Gallis prædicat Christum, Barbarasq. gentes, vicinasq. tenebris, & tumenti Oceano coniunctas, ad scientiæ lucẽ fideiq. portum deducit. Deinde in Hierapoli Phrygiæ prouinciæ vrbe crucifixus lapidatusque obijt, rectoq. sepultus cadauere, simul cum filiabus suis ibidem requiescit.

Cap. LXXIIII.

THomas Apostolus Christi, Didymus nominatus, & iuxta Latinam linguã Christi geminus, ac similis Saluatori, audiendo incredulus, videndo fidelis. Hic Euangeliũ prædicauit Parthis, & Medis, & Persis, Hyrcanisq. ac Bactrianis, & Indis tenentibus Orientalem plagam, & intima gentium penetrans, ibiq. prædicationem suam visq. ad titulum suæ passionis perducens, lanceis enim transfixus occubuit in Calamina ciuitate Indiæ, vbi & sepultus est in honore.

Cap. LXXV.

BArtholomæus Apostolus, nomen ex Syra lingua suscipiens, Lycaoniam in sorte prædicationis accepit, atq. Euangeliũ iuxta Matthæum apud Indos in eorum linguam conuertit. Ad vltimum in [a] Albano maioris Armeniæ vrbe, viuens à crudelissimis gẽtibus Barbaris decoriatur, sicq. terræ cõditur.

[a] al. Abano.

Cap. LXXVI.

MAtthæus Apostolus & Euangelista, qui etiã ex tribu sua Leui sumpsit cognomen, ex publicano à Christo electus, ex peccante translatus. Hic primùm quidem in Iudæa Euangelizat, postmodum in Macedonia prædicat, requiescit in montibus Parthorum.

Cap. LXXVII.

IAcobus Alphæi, Episcopus Ierosolymorum primus, cognomento Iustus, sororis matris Domini filius, vnde & frater Domini vocatus, homo lucis, & operarius veritatis, tantæq. etiam sanctitatis vt fimbriam vestimenti eius certatim cuperent attingere populi. Hic, dum in Ierusalem Christum Dei filium prædicaret, de templo à Iudæis præcipitatus, lapidibus opprimitur, ibiq. iuxta tẽplum humatur. Quem Iosephus tantæ sanctitatis & venerationis in Iudæa perhibet extitisse, vt propter eius interfectionem Ierosolyma credatur esse diruta.

Cap. LXXVIII.

IVdas Iacobi frater in Mesopotamia atque interioribus Ponti Euangelizans, feras & indomitas gentes quasi belluarum naturas suo dogmate mitigat, & fidei Dominicæ subiugat, sepultus est autem [a] Berytho Armeniæ vrbe.

[a] *Sic Dorotheus, alij* Nerito.

Cap. LXXIX.

MAtthias, de septuaginta discipulis vnus, & pro Iuda Iscarioth duodecim inter Apostolos subrogatus, electus est sorte, & solus sine cognomine. Huic datur Euãgelij prædicatio in Iudæa.

Cap. LXXX.

SImon Zelotes, qui priùs dictus est Chananæus, zelo Domini feruens, par in cognomento Petri, & similis in honore, accepit Ægypti principatum, & [a] post Iacobum Iustum cathedram tenuit Ierosolymorũ. Post annos autem centũ viginti meruit sub Traiano per crucem sustinere martyrij passionem. Iacet in Bosphoro.

[a] *Ex adiectis Hieronymi Catalogo à Græcis, quæ tamen non huic Simoni, sed Symeoni conueniunt.*

Cap. LXXXI.

HI fuerũt Christi discipuli, prædicatores fidei, & Doctores gentium, qui cũ omnes vnum sint, singuli tamen eorũ proprijs, certisq. locis in mundo ad prædicandũ sortes proprias acceperunt. Petrus namq. Romam accepit, Andreas Achaiam, Iacobus Hispaniam, Iohannes Asiam, Thomas Indiam, Matthæus Macedoniam, Philippus Galliam, Bartholomæus Lycaoniam, Simon Zelotes Ægyptum, Matthias Iudæam, Iacobus frater Domini Ierosolymã, Iudas frater Iacobi Mesopotamiam. Paulo autem cũ cæteris Apostolis nulla sors propria traditur, quia in omnibus gentibus magister, & prædicator eligitur. Nam sicut Petro & reliquis, circuncisionis est Apostolatus datus: ita Paulo præputij in gentibus. Hic autem septem Ecclesijs, & tribus Euangelizat discipulis.

Cap. LXXXII.

LVcas Antiochenus, Euangelista, & Apostolicæ conscriptor historiæ, natione Syrus, arte medicus, Græco eloquio eruditus, quem pleriq. tradunt proselytum fuisse, & Hebræas litteras ignorasse. Hic tamen fuit Pauli discipulus & indiuiduus comes peregrinationis eius. Quiq. ab ineunte pueritia castissimus fuit, & Euangelicæ prædicationis opus exercuit. Obijt septuagesimo quarto vitæ suæ anno. Sepultus in Bithynia, cuius quidem ossa regnante Constantino Constantinopolim fuerunt translata.

Cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. LXXXIII.

MArcus Euangelista Petri discipulus, eiusq. in baptismate filius. Cuius quidem Euangelium nonnulli à Petro Romæ dictatum ferunt. Hic, ne ad sacerdotium promoueretur, abscidisse sibi pollicem fertur. Primus autem Alexandriæ cathedram tenuit, primusq. Ecclesias Ægyptiorum fundauit, tantis doctrinæ & continentiæ virtutibus florens, vt omnes discipuli Christi eius imitationem sequerentur. Mortuus est octauo Neronis anno in Alexãdria, placida quiete sepultus.

Cap. LXXXIIII.

BArnabas, qui & Ioseph, natione Cypriæ ciuitatis à Cyro rege Persarum cõditæ, cum Paulo in gentibus Apostolatum adeptus, deinde propter Iohãnem discipulum, qui etiam cognomento Marcus appellatur, seiunctus à Paulo, nihilominus Euangelicæ prædicationis iniunctum sibi opus exercuit.

Cap. LXXXV.

TImotheus Ephesiorum Episcopus de ciuitate Listrensiũ, patre Græco, id est Ethnico, matre autem Iudæa, vt refert Apostolus dicens: quia habitauit fides in auia tua Loide & matre tua Eunice, certum autem scio quod in te quoq. Hic autem fuit discipulus Pauli, eiusq. spiritualis filius, quẽ puerum propè secum idem Paulus assumpsit. Qui pudicus & virgo permansit: quiq. apud Ephesum in mõte qui vocatur Phion, cum magno honore sepultus quiescit.

Cap. LXXXVI.

TItus Pauli discipulus, & in baptismo filius, natione Græcus, ex gentibus solus à Paulo Apostolo post Euangelium circumcisus, quem ad instruendas Cretæ Ecclesias præfatus reliquit Apostolus. Ibiq. in pace defunctus est, atq. sepultus.

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
HISTORIA DE REGIBVS Gotthorum, VVandalorum & Sueuorum.

GOTTHORVM anti quissimam esse gentẽ certum est: quorũ originem quidam de Magog--filio Iaphet suspicantur educi à similitudine vltimæ syllabæ, & magis de Ezechiele Propheta id colligentes. Retro autem editio eos magis Getas quam Gog--& Magog--appellare cõsueuit. Gens fortissima etiam Iudææ terram vastatura describitur. Interpretatio autem nominis eorum in linguam nostram tecti, quo significatur fortitudo: & re vera, nulla enim gens in orbe fuit, quæ Romanum Imperiũ adeo fatigauerit, vt hi. Isti [b] enim sunt quos etiam Alexander vitandos pronũtiauit, Pyrrhus pertimuit, Cæsar exhorruit. Per multa quippe retro secula ducibus vsi sunt, postea Regibus, quorum oportet tempora per ordinem cursim exponere, & quo nomine actuq. regnauerint, de historijs libata retexere.

[a] *Hieronym. in quæst. hebr. Gen. 10.* Et certé Gothos omnes retro eruditi magis Getas, quam Gog, & Magog, appellare consueuerant.
[b] Ex Oroso.

ANNO ante æram conditam. XII. dum pro arripiendo reipublicę Imperio, Gn. Pompeius, & C. Iulius Cæsar arma ciuilia commouissent: Gotthi, ad prębẽdum Pompeio auxilium, in Thessaliam aduersus Cæsarem pugnaturi venerunt. Vbi dum in Pompeij

Pompeij exercitu Æthiopes, Indi, Persæ, Medi, Græci, Armeni, Scythæ, ac reliquæ Orientis gentes euocatæ aduersus Iulium dimicassent, isti præ cæteris Cæsari fortius restiterunt. Quorum Cæsar copia & virtute turbatus, fertur fugam meditatus esse, nisi nox prælio finem dedisset. Tunc Cæsar ait: nec Pompeium scire vincere, nec Cæsarem posse vinci. Nam si Põpeius vincere nosset, hõdie cum tam asperis viris Cæsarem superasset.

Æra CCXCIV. Anno Imperij Valeriani & Gallieni secũdo, Gotthi descẽsis mõtibus Alpibus quibus inhabitabant, Græciã, Macedoniam, Pontum, Asiam, atq. Illyricum, vastauerunt. Ex quibus Illyricum & Macedoniam. XV. ferme annis tenuerunt. Deinde à Claudio Imperatore superati sedes proprias repetunt. Romani autem Claudium Augustum pro eo, quod tam fortissimam gentem à finibus reipublicæ remouisset, insigni gloria honorãtes, in foro illi aureum clypeum, in capitolio auream statuam collocauerũt.

Æra [a] CCCLXVIIII. anno XVI. Imperij Cõstãtini, Gotthi Sarmatarũ regionem aggressi copiosissimis super Romanos irruerũt agminibus, vehementi virtute cuncta gladio, & deprædatione vastantes. Aduersus quos idem Constãtinus aciem instruxit, ingentiq. certamine vix superatos vltra Danubium expulit, de diuersis gentibus virtutis gloria clarus, sed de Gotthorum victoria amplius glorioSus. Quem Romani acclamante senatu publica laude prosequuti sunt, quòd tantam gentem vicerit, quod patriam rempublicam reformauerit.

[a] al. CCCLXXII.

Æra [a] CDVIII. Anno V. Imperij Valentis, primus Gotthorum gentis administrationem suscepit Athanaricus regnans annos XIII. qui persecutione crudelissima aduersus fidem commota, voluit se exercere cõtra Gotthos, qui in gente sua Christiani habebantur, ex quibus plurimos, qui idolis immolare non acquieuerunt, martyres fecit: reliquos autem multis persecutionibus affectos, dum pro multitudine horreret interficere, dedit licentiã, immo magis coẽgit de regno suo exire, atq. in Romani soli migrare prouincias.

[a] al. CDVII.

Æra CDXV. anno XIII. Imperij Valentis, A Gotthi in Istrium aduersus semetipsos in Athanarico & Fridigerno diuisi sunt, alternis sese cædibus depopulantes. Sed Athanaricus Fridigernum Valentis Imperatoris suffragio superat. Huius rei gratia legatos cum muneribus ad eundem Imperatorem mittit, & doctores propter suscipiendam Christianæ fidei regulam poscit. Valens autem à veritate Catholicæ fidei deuius, & Arianę hæresis peruersitate detentus, missis hęreticis sacerdotibus, Gotthos persuasione nefanda sui erroris dogmati adgregauit, & in tam præclaram gentem virus pestiferum B semine pernicioso transfudit, sicq. errorem, quem recens credulitas ebibit, tenuit diuq. seruauit. Tunc Gulfilas eorum Gotthorum Episcopus Gotthicas litteras condidit, & scripturas noui ac veteris Testamenti in eandem linguam conuertit. Gotthi autem, statim vt litteras & legem habere cœperũt, instruxerunt sibi dogmatis sui Ecclesias, talia iuxta eundem Arium de ipsa diuinitate documentate nentes: vt crederent: filium Patri maiestate esse minorem, & æternitate posteriorem. Spiritum autẽ sanctum C nec Deum esse, neq. subStãtiam Patris existere, sed per Filium creatum esse, vtriusq. ministerio deditum, & amborum obsequio subditum. Aliam quoq. Patris sicut personã, sic & naturam asserentes: Aliam Filij, aliam deniq. Spiritus sancti, vt iam non (secundum sanctæ scripturæ traditionem) vnus Deus & Dominus coleretur: sed iuxta idolatriæ superstitionem tres dij venerarentur. Cuius blasphemiæ malum per decessum temporum, Regumq. successum annis CCXIII. tenuerunt. Qui tandem reminiscentes salutis suæ, renuntiauerunt inolitæ perfidię, & per Christi gratiam ad vnitatem fidei Catholicæ peruenerunt. D

Æra CDXVI. anno XLV. Imperij Valentis, Gotthi, qui primum Christianos à terra sua expulerant, rursus ipsi ab [a] Vgnis cum rege suo Athanarico expulsi sunt, transitoq. Danubio, cum vim ferre non possent Valentis Imperatoris, se se non depositis armis tradunt, & Thraciam ad inhabitandum accipiunt. Sed vbi viderunt se opprimi à Romanis contra consuetudinem proprię libertatis ad rebellandum coacti sunt. Thraciam ferro incendij sq. depopulantur, deiectoq. Romanorum exercitu ipsum Valentem iaculo vulneratum, in quadam villa fugientem succenderunt, vt meritò ipse ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

eis viuus temporali cremaretur incendio, A qui tã pulchras animas ignibus æternis tradiderat. Inuenerunt autẽ eo prœlio Gotthi confessores priores Gotthos, quos dudum propter fidem à terra sua expulerant, & voluerunt eos sibi ad prædæ societatem coniungere. Qui, cum non acquieuissent, aliquanti interfecti sunt. Alij [b] montuosa loca tenentes & refugia sibi qualiacumq. construentes, non solùm perseuerauerũt Christiani catholici, sed etiam in concordia Romanorum, à quibus dudum excepti fuerãt, permanserunt.

[a] *al.* Hunnis.
[b] *Vide Eutropium.*

Æra CDXIX. anno Imperij Theodosij Hispani III. Athanaricus cum Theodosio ius amicitiamq. disponens, mox, Constantinopolim pergit, ibiq. quinto decimo die postquã fuerat à Theodosio honorabiliter susceptus, interijt. Gotthi autem, proprio Rege defuncto, aspicientes benignitatem Theodosij Imperatoris, inito fœdere, Romano se imperio tradiderunt, & fuerunt cum Romanis XXVIII. annis.

Æra CDXX. anno Imperij Theodosij IV. Gotthi p atrocinium Romani fœderis recusantes, Alaricum Regem sibi constituunt, C indignum iudicantes Romanæ esse subditos potestati, eosq. sequi, quorum iam pridem leges imperiumq. respuerant, & de quorum se societate prœlio triumphantes auerterant.

Æra CDXXXVII. anno Imperij Honorij, & Arcadij quarto, Gotthi in Alarico, & Radagaiso diuisi, dum semetipsos in duabus regni partibus varijs cædibus lacerarent, ob excidium Romanorum concordes effecti, consilium in commune constituunt, pariq. intentione ad prædandas quascunq. regiones Italiæ ab inuicem diuiduntur.

Æra CDXLIII. anno Honorij & Arcadij X. D Rex Gotthorũ Radagaisus genere Scytha, cultui idolatriæ deditus, barbaricæ immanitatis feritate sæuissimus, cum ducẽtis armatorum millibus Italiæ partes vehementi vastatione aggreditur, spõdens in cõtemptum Christi Romanorum sanguinem Dijs suis libare, si vinceret. Cuius exercitus ab Stilicone duce Romano in mõtuosis Thusciæ locis circũclusus, fame est potiùs, quàm ferro consumptus. Ipse postremùm rex captus & interfectus est.

Æra [a] CDXLVII. An. Imperij & Arcadij XV extincto Radagaiso Alaricus consors regni nomine quidẽ Christianus, sed professione hæreticus, dolens tantam multitudinem Gotthorum à Romanis extinctam, in vindictam sanguinis suorum, aduersus Romam prœlium gessit, obsessamque impetu, igne, gladijs irrumpit: sicq. vrbs cunctarum gentium victrix, Gotthicis triumphis victa succubuit, eisq; capta subiugataq. seruiuit. Tã autem Gotthi clementes ibi extiterunt, vt votum antea darent, quod si ingrederentur vrbem, quicumque Romanorum in locis Christi inuenirentur, in vastationem vrbis non mitteretur. Post hoc igitur votum, aggressi vrbem omnibus & mors, & capiuitas indulta est, qui ad Sanctorum limina confugerunt. Sed & qui extra loca Martyrum erant, & nomen Christi & Sanctorum nominauerunt, & ipsis simili misericordia pepercerunt. In reliquis autem, etsi prædã hostium patuit, feriendi tamen immanitas refrenata est. Incursantibus autem in illa vastitate per vrbem Gotthis, dum quidam potens virginem consecratam ætate prouectam reperisset, eamq. honestè admoneret vt, si quid apud se auri argentiq. esset, proferret: illa fideli conscietia quod habuit protulit: cumq. ille vasorũ formam & pulchritudinem, ex illa antiqua Romanorum opulentia miraretur, virgo ait: Hęc vasa mihi de sacrario Petri Apostoli deposita sunt: præsume, si audes. Ego sacram hostiam dare nõ audeo. Gotthus ille ad nomen Apostoli magno pauore perterritus, Regi hoc per nuntium refert, qui confestim Rex reportari omnia ad sacrarium sancti Petri, per virginem illam summa cum reuerentia iussit, dicens: Cum Romanis gessi bellum, non cum Apostolis Dei. Redit igitur virgo reuerentissimis officijs honorata, redeunt & cum illa omnes, qui ei se sociauerant, superi capita sua vasa illa aurea & argentea cum hymnis & canticis reportantes. Exercitus vndiq. iussu Regis ob defensionem armatorum custodijs concurrunt. Vndiq. ad vota canentium de latibulis agmina Christianorum. Concurrunt etiam & pagani, atq. admisti inter eos, dum seruos Christi se esse fingunt, etiam & ipsi calamitatis eius exciduum euaserunt. Hac tempestate Gotthi [b] Placidiam Theodosij Principis Imperatoris filiam, Arcadij & Honorij Imperatorum sororem, cum ingenti auri argentiq; thesauro Romæ capiunt. Adeptisq. multis opibus Romanorum, tertia die, incensa euersaq in partibus vrbe, discedunt, inde conscensis nauibus, cum ad Siciliam exiguo ab Italia freto diuisam transire disponerent, infesto mari periclitati, multum exercitum perdiderunt. Quibus tanta fuit gloria de Romanæ vrbis obtentu, vt in eius comparatione nihil se mali passos tempestate illa arbitrarentur, damna naufragij euentu victoriæ compensantes. Mors Alarici confestim sequuta, vigesimo octauo regni anno defunctus est in Italia.

[a] *Vide Procopium, Iornandem, Marcellinũ, Paulum Diaconum.*
[b] *al.* Placidam.

Æra CDXLIX. anno imperij Arcadij, & Honorij XVII. & sexto Theodosij Minoris, Alarico post captam vrbem, defuncto, Athaulfus à Gotthis Italiæ regno præficitur annis VI. Iste quinto regni anno de Italia recedens, Gallias adijt, Placidiam Theodosij Imperatoris filiam, quam Romæ Gotthi ceperant, coniugem sibi assumpsit. In qua prophetia Danielis à quibusdam creditur fuisse completa, quibus ait: filiam Regis Austri coniungendam Regi Aquilonis, nulla tamen de germine eius C sobole subsistente. Sicut & idem in sequentibus Propheta subiungit dicẽs: nec stabit semen eius. Nullus enim de vtero illius extitit genitus, qui patris in regno succederet. Athaulfus autẽ dum, relictis Gallijs, Hispanias peteret, à quodam suorum apud Barcinonam inter familiares fabulas iugulatur.

Æra CDLIV. ann. imperij Honorij, & Arcadij XXII. post obitũ Athaulfi, à Gotthis Sigericus Princeps electus est, qui dũ ad pacem cum Romanis esset promptissimus, mox à suis est interfectus.

Æra & anno, quo supra. VValia Sigerico D succedens, tribus annis regnum tenuit, belli caussa Princeps à Gotthis effectus, sed ad pacem diuina prouidentia ordinatus, mox enim cum regnare cœpit, fœdus cũ Imperatore Honorio pepigit, Placidiam sororem eius, quæ à Gotthis Romæ capta fuerat, ei honorificè reddidit, promittens Imperatori propter Rempublicam omne certamẽ implendum. Itaque ad Hispanias per Constantium Patritium euocatus, Romani nominis caussa cædes magnas barbaris intulit. VVandalos, Selinguos in Bæthica omnes bello extinxit. Alanos, qui VVandalis & Sueuis potentabantur, adeò cecidit: vt extincto Atace Rege ipsorum, pauci qui super fuerat, oblito regni nomine, Gunderici Regis VVandalorum, qui in Gallecia resederat, se regimini subiugarent. Confecto igitur VValia bello Hispaniæ, dum instructa nauali acie, in Africam transire disponeret, in freto Gaditani maris vi grauissimæ tempestatis effractus, memor etiam illius sub Alarico naufragij, omisso nauigationis periculo, relictis Hispanijs, Gallias repetit. Datąq. ei ab Imperatore ob meritũ victoriæ se cũda Aquitania, cũ quibusdam ciuitatibus confiniũ prouinciarum vsq. ad Oceanum.

Æra CDLVII. anno imperij nono Theodosij Minoris, Rege VValia defuncto, Theuderedus successit in regno annis XXXIII. Qui regno Aquitanico non contentus, pacis Romanæ fœdus recusat, pleraq. municipia Romanorum vicina sedibus sus occupat, [a] Arelas nobilissimum Galliæ oppidum multa vi obsessum oppugnat. A cuius obsidione, imminente virtute Aetij Romanæ militiæ Ducis, non impunitus abscedit. Remoto igitur Valentiniani Imperatoris iussu à potestate militari Aëtio, dum Theuderedus Narbonensi vrbi diutina obsidione, ac C fame esset infestus, rursus à Litorio Romanę militiæ Duce, Vgnis auxiliãtibus, effugatur. Litorius autem dum primùm res prosperas aduersus Gotthos gessisset, denuo dæmonum signis aruspicumque responsis deceptus bellum cum Gotthis imprudenter inijt, amissoq. Romano exercitu, miserabiliter superatus interijt. Fecitq. intelligi, quantùm illa, quæ cum eodem perijt multitudo, prodesse potuerit; si fide potius quàm, fallacibus dæmoniorum ostentis vti maluisset. Extincto igitur Litorio, pace deinde Theuderedus cum Romanis inita, denuo aduersus Vgnos Galliarum prouincias sæua populatione vastãtes, atque vrbes plurimas euertentes in campis Catalaunicis, auxiliante Aëtio Duce Romano, aperto Marte conflixit, ibique prœliãdo victor occubuit. Gotthi autem, dimicante Thurismundo Theuderidi Regis filio, adeò fortiter cõgressi sunt: vt inter primum prœlium, & postremũ trecẽta ferè millia hominum in eo certamine prostrarentur. Multa eodem tempore cæli & terræ signa præcesserunt, quorum prodigijs tam crudele bellum significaretur. Nam, assiduis terræmotibus factis, à

Universidad de Deusto
Biblioteca

parte orientis luna fuscata est,à solis occasu A stella cometes apparuit, atq. ingenti magnitudine aliquādiu fulsit.Ab Aquilonis plaga cælum rubens,sicut ignis aut sanguis,effectus est, permistis per igneū ruborē lineis clarioribus in speciē hastarū rutilantiū deformatis. Nec mirū,vt tam ingēti cæsorum strage, diuinitus tam multa signorū demōstraretur ostēsio.Vgni aūt vsq.ad internicionem penè cæsi cum Rege suo Athila, relictis Gallijs, Italiam perfugiunt , aliquantis ciuitatibus irruptis.Qui & ibi partim fame, partim cælestibus plagis percussi interierunt. Misso insuper à Martiano Imperatore exercitu , forti plaga cæduntur,affectiq. nimiū ac diminuti,sedes proprias repetūt , ad quas Rex eorū Athila,mox vt remeauit,occubuit.Post eius obitū Vgnorū gēs proprio se insuper excidio deuastauit.Statimq.inter filios eius de obtinendo regno magna sunt exorta certamina.Atq. ita Vgni,qui tot cladibus antea diminuti fuerāt,rursum mutuis se se gladijs cōciderunt.In quibus illud mirū est:vt,dum omne prœliū detrimentū habeat populorū isti vice versa cadendo, proficiāt.Sed proinde est, quia in disciplinā fideliū positi sunt, sicut populus est gētis Persarū.Virga enim furoris Dei sunt,& quoties indignatio eius aduersus fideles procedit, per eos flagellantur , vt eorū afflictionibus emendati,à seculi cupiditate , & peccato semetipsos coërceant , & cælestis regni hæreditatē possideāt. Adeò aūt hæc gens horrida est: vt cum famē in bello fuerit passa, venam tangat equi, & sic excludat hausto sanguine famem.

Æra CDXC. ann.primo imperij Martiani,Turismundus filius Theuderedis,prouehitur ad regnū anno vno. Qui,dum in ipsis regni sui exordijs feralis ac noxius hostilia inspiraret , & multa ageret insolentiùs, à Theuderico, & Frigdarico fratribus est occisus.

Æra CDXCI.ann.II.imperij Martiani Theudericus,post fraternā necē,in regnū,succedens imperauit annis XIII.qui pro eo quòd Imperatori Auito sumendi imperialis fastigij cū Gallis auxiliū præbuisset , ab Aquitania in Hispaniā, cum ingenti multitudine exercitus, & cum licētia eiusdē Auiti Imperatoris ingreditur anno regni quinto. Cui cū magna copia Rex Sueuorū Recchiarius occurrens duodecimo ab Asturicēsis vrbis milliario apud fluuiū , qui Vrbicus appellatur, inito mox certamine,superatus est,cæ- B sis Sueuorum agminibus, aliquantis captis, plurimisq. fugatis. Ipse postremo Rex telo saucius fugit , præsidioq. suorum carens ad locum Portucale capitur, Regiq. Theuderico viuus offertur.Quo perēpto,multis,qui de priore certamine superfuerant se se trādētibus , aliquantis nihilominus trucidatis, regnū penè destructū est,finitumq. Sueuorū regnū.Reliqui aūt Sueui, qui remāserant in extrema parte Galleciæ,Masilæ filiū nomine Masdrā sibi Regē constituunt, regnū reparatur Sueuorum. Occiso Recchiario, Theudericus de Gallecia ad Lusitaniam victor succedens,dum Emeritensem vrbē deprædari moliretur, Sanctæ Martyris Eulalię ostentis perterritus,cū omni protinus exercitu discedit,& Gallias repetit.Mox deinde partē vnam exercitus duce Ceurila ad Bethicā prouinciā mittit: partē aliā sub Singerico, & Nepotiano ducibus ad Gallecią dirigit, qui Sueuos apud Lucū sæua depræ- C dātione vastauerūt.In Galli js aūt Agrippinus Comes & ciuis , Ægidio Comiti Romano æmulus, vt Gotthorum mereretur auxilia, Narbonā tradidit Theuderico .Pòst aliquot legati à Remismundo Masdræ filio Regę Sueuorū missi,ad Theudericū venerūt,pacē amicitiamq. poscētes.Similiter Theudericus ad Remismundū remittit cū armorū adiectione,vel munerū,directa etiā cōiuge, quā haberet.Sallanē quoq. legatum denuo Theudericus mittit ad Remismūdum.Qui reuersus ad Gallias Thedeuricum ab Eurico fratre suo reperit interfectum.

Æra DIV.ann. imperij Leonis IIX.Euricus pari scelere,quo frater succedit in regnū anno XVII. In quo honore prouectus & crimine, statim legatos ad Leonē Imperatorē dirigit. Nec mora partes Lusitaniæ magno imperu D deprædatur.Exercitū inde alium mittit,qui captā inde Pāpilonā, & Cæsaraugustā,misso exercitu,capit, superiorē quoq. Hispaniā in potestatē submittit.Tarraconensis etiā prouinciæ nobilitatē,quæ ei repugnauerat,exercitus irruptione euertit. In Gallias autem reuersus Arelatū vrbē,& Massiliam bellādo obtinuit , suoque regno vtraque adiecit. Iste quodam die, congregatis in colloquio Gotthis , tela, quæ omnes habebant in manibus,à parte ferri vel acie alia viridia, alia roseo,alia croceo, alia nigro colore naturalem ferri speciem vidit aliquandiu habuisse mutatā.Sub hoc Rege Gotthi legum statuta in scriptis habere cœperunt. Nam antea

antea tātùm moribus,& cōsuetudine tenebantur. Obijt Arelati Euricus Rex morte propria defunctus.

Æra [a] DXXI.ann.X. imperij Zenonis,Eurico mortuo,Alaricus filius eius, apud Tolosanā vrbē Princeps Gotthorum constituitur,regnās ann. XXIII.aduersus [b] quem Fluduius Francorū Princeps Galliæ regnū affectans, Burgundionibus sibi auxiliantibus,bellum mouet,fusisq. Gotthorum copijs,ipsum postremò Regē apud Pictauiū superatum interficit.Theudericus autē Italiæ Rex,dum interitum generi comperisset,confestim ab Italia proficiscitur,Francos proterit,partem regni , quam manus hostium occupauerat, B recepit,Gotthorum iuri restituit.

[a] al.DXI.
[b] al.Fluduildus Clodoueum *ait Aimonius.*

Æra DXLIV.an.XVII.imperij Anastasij Gisaleic[a],superioris regis filius ex cōcubina creatus,Narbonę princeps efficitur regnans annos quattuor,sicut genere vilissimus,ita infelicitate & ignauia summus. Deniq. dum eadē ciuitas à [a] Gundebado Burgundionū Rege direpta fuisset,iste cum multo sui dedecore , & cum magna suorum clade apud Barcinonā se cōtulit, ibiq. moratus,quousq. etiā regni fascibus à Theuderico fugæ ignominia priuaretur.Inde profectus ad Africā,VVādalorū suffragiū poscit,quo in regnū posset restitui. Qui,dū nō impetrasset auxilium,mox de Africa rediens ob metū Theuderici Aquitaniā petijt, ibiq. anno vno delitescēs, in Hispaniā reuertitur,atq. à Theuderici Regis duce duodecimo à Barcinona, vrbe milliario,cōmisso prœlio, superatus in fugā vertitur, captusq.trans fluuium Druētium Galliarum interijt, sieq. prius honorem,postea vitam amisit. C

[a] al.Gundebaldo.

Æra DXLIX.anno XXI. imperij Anastasij Theudericus Iunior, cum iam dudū Cōsul, D & Rex à Zenone Imperatore Romę creatus fuisset,peremptoq.Odouacro Rege Ostrogothorū, atq. deuicto fratre eius Honoulfo,& trans confinia Danubij effugato,XIIX. annis in Italia regnasset,rursus extincto Gisaleico Rege Gotthorū,Hispaniæ regnū XV. annis obtinuit, quod superstiti Amalarico nepoti suo reliquit. Inde Italiā repetens aliquandiu omni cū prosperitate regnauit, per quē etiā vrbi Romę dignitas nō parua est restituta.Muros nāq.ei[9] iste redintegrauit,cui rei gratia à Senatu inauratā statuā meruit.

Æra DLXI V.ann.imperij Iustiniani I.regressus in Italiā Theuderico, & ibidē defuncto, Amalaric[9] nepos eius V.annis regnauit.Qui, cū à Childeberto Frācorū Rege apud Narbonā prœlio superatus fuisset, ad Barcinonā trepidus fugit,effectusq. omnium contemptibilis ab exercitu iugulatus Narbonæ in foro interijt.

Æra DLXIX. anno imperij Iustiniani VI. post Amalaricū Theudis in Hispania creat[9], in regnū annis XVII.mēsibus V.qui dū esset hæreticus,pacē tñ concessit Ecclesiæ. Adeò vt licentiam Catholicis Episcopis daret,in vnū apud Toletanā vrbē cōuenire,& quæcumq. ad Ecclesiæ disciplinā necessaria exiterūt, liberè licēterq. disponere.Eo regnāte, dū Frācorū Reges, cū infinitis copijs in Hispaniā cōuenissent,& Tarraconēsem prouinciā bello depopularent:Gotthi,duce Theudisclo obicibus Hispaniæ interclusis,Francorū exercitū multa cū admiratione victoriæ prostrauerunt. Dux idem,prece atq. ingenti pecunia sibi oblata, viā fugæ hostibus residuis vnius diei noctisq. spatio præbuit. Cætera infeliciū turba,cui transitus collatī tēporis nō ocurrit,Gotthorū perēpta gladio cōcidit. Post tam felicis successum victorię, trans fretū in consultè Gotthi se gesserunt: Deniq. dū aduersus milites , qui [a] Septē oppidū,pulsis Gotthis,inuaserant,Oceani freta transissent, idemq. castrū magna vi certaminis expugnarēt:aduenięte die Dominico, depositis armis, ne diē sacrū prœlio funestarent. Hac igitur occasione reperta,milites repentino incursu aggressi , exercitum mari vndiq. terraq. conclusum , ignauum atque inermen adeò prostrauerunt , vt ne vnus quidē superesset,qui tantę cladis excidiū prēteriret.Nec mora præuenit mors debita Principē.Vulneratur enim à quodam in palatio,qui iam dudū dementis speciem, vt Regem deciperet,simulauerat.Finxit enim arte insaniā,perfoditq. Principem,quo vulnere ille prostratus occubuit,& vi gladij indignantē animā exhalauit. Fertur aūt inter effusionem sanguinis coniurasse,ne quis interficeret percussorem dicens,se congruam meriti recepisse vicissitudinē , quòd & ipse priuatus ducē suum sollicitatus occiderat.

[a] al.Septam.

Æra DLXXVI.ann.imperij Iustiniani XXII. interēpto Theudi Theudisc[9] superioris Principis dux Gotthis prę ficit,regnās ann.I.mē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ses. III. qui dum plurimorũ potentũ connubia prostitutione publica macularet, & ob hæc instrueret animũ ad necẽ multorũ, prędętus cõiuratorũ manu Hispali inter epulas iugulatur, cõfossusq. gladio extinguitur. [a] Æra [b] DXXCVII. Imp. Iustiniani XXIII. extincto Theudiselo, Agila Rex constituitur regnãs ann. V. iste aduersus Cordubẽsem vrbẽ prœliũ mouẽs, dũ in contemptũ Catholicæ religionis, beatissimi Martyris Aciscli iniuriã inferret, hostiumq. ac iumentorum cruore sacrũ sepulcri eius locũ, vt profanator, pollueret, inito aduersus Cordubenses ciues certamine, pœnas dignas Sãctis inferẽtibus meruit. Nam belli præsentis vltione percussus, & filium ibi cum copia exercitus interfectũ amisit, & thesaurũ omnẽ cũ insignibus opibus perdidit. Ipse victus ac misera bili metu fugatus Emeritã se recepit. Aduersus quẽ interiecto aliquanti tẽporis spatio, Athanagildus tyrannidẽ regnandi cupiditate arripiens, dũ exercitũ eius cõtra se Hispali missum virture militari prostrasset: videntes Gotthi proprio se euerti excidio, & magis metuentes, ne Hispaniam milites Romani auxilij occasione inuaderent: Agilanẽ Emeritæ interficiunt, & Athanagildi se se regimini tradiderunt.

[a] DLXXXVII.
[b] XXIV.

Æra DXCII. ann. Imp. Iustiniani XXIX. occiso Agilane, Athanagildus regnũ, quod inuaserat tenuit ann. XIV. Hic cum iã dudum sumpta tyrannide, Agilanẽ regno priuare conaretur, militũ sibi auxilia ab Imperatore Iustiniano popposcerat, quos postea submouere à finibus regni molitus non potuit. Aduersus quos huc vsq. conflictũ est. Frequentibus antea prœlijs cæsi, nunc vero multis casibus fracti atq. finiti. Decessit autẽ Athanagildus Toleti propria morte vacante regno mensibus V.

Æra DCV. ann. II. Imperij Iustini minoris post Athanagildum Liuua Narbone Gotthis præficitur, regnans ann. III. qui secũdo anno, postquã adeptus est principatũ, Leuuigildum fratrẽ nõ solum successorẽ, sed & participẽ regni sibi cõstituit, Hispaniæq. administrationi præfecit, ipse Galliæ regno cõtẽtus. Sicq. regnũ duos cepit, dũ nulla potestas patiẽs cõsortis sit. Huic aũt vnus tãtũ annus in ordine tẽporũ reputatur Liuuæ Regis, reliqui Leuuigildo fratri annumerãtur.

A Æra DCVI. ann. III. Imp. Iustini minoris Leuuigildus adeptus Hispaniæ & Galliæ principatũ, ampliare regnũ bello & augere opes statuit. Studio quippe eius, exercitus concordante fauore, victoriarũ multa præclarè sortitus est. Cãtabros namq. iste obtinuit, Aregiã iste cepit, Sabaria ab eo omnis deuicta est, cesserũt etiã armis illius plurimę rebelles Hispaniæ vrbes. Fudit quoq. diuerso prœlio milites, & quædã castra ab eis ocupata dimicãdo recepit. Herminigildũ deinde filiũ imperijs suis tyrannizantẽ, obsessum exuperauit. Postremũ bellũ Sueuis intulit, regnumq. eorũ in iura gentis suæ mira celeritate trãsmisit. Hispania magna ex parte potitus. Nã antea gens Gotthorũ angustis finibus arctabatur, sed obfuscauit in eo error impietatis gloriã tantæ virtutis.

Deniq. Arianæ perfidiæ furore repletus, in Catholicos persecutione cõmota, plurimos Episcoporũ exilio relegauit. Ecclesiarũ reditus, & priuilegia abstulit, multos quoq. rectoribus in Arianã pestilentiam impulit, plerosq. sine persecutione illectos auro rebusq. decepit. Ausus quoq. inter cætera hæreseos suæ cõtagia, etiã rebaptizare Catholicos, & non solum ex plebe, sed etiã ex sacerdotalis ordinis dignitate, sicut Vincentiũ Cæsaraugustanũ de Episcopo apostatã factũ, & tanquam à cœlo in infernum proiectũ. Extitit autem & quibusdã suorũ pernicios us: nam quoscumq. nobilissimos, ac potẽtissimos vidit, aut capite truncauit, aut, opibus ablatis, proscripsit, & proscriptos in exiliũ misit. Filiũ quoq. primus iste locupletauit, primusque ærariũ de rapinis ciuiũ, hostiumq. manubijs auxit. Primusq. etiã intet suos regali veste opertus in solio resedit. Nã ante eũ & habitus & cõsessus cõmunis, vt populo ita & regibus erat. Cõdidit etiã ciuitatẽ in Celtiberia, quam ex nomine filij Reccopolim nominauit. In legibus quoq. ea, quæ ab Furico incõditè cõstituta videbãtur, correxit, plurimas leges prætermissas adijciẽs, pleraq. superfluas auferẽs. Regnauit autẽ ann. XVIII. defunctus propria morte Toleti.

Æra DCXXIV an. III. Imp. Mauritij, Leuuigildo defuncto, filius eius Reccaredus regno est coronatus, cultu prædictus religionis, & paternis moribus longè dissimilis. Mamq. ille irreligiosus, & bello pròptissimus. Hic fide pius, & pace præclarus, ille armorũ artibus gentis imperium dilatans, hic gloriosus eandem gentem fidei trophæo sublimans.

A mãs. In ipsis enim regni sui exordijs Catholicã fidem adeptus, totius Gotthicæ gentis populos, inoliti erroris labe deserta, ad cultum rectę fidei reuocat. Synodum deinde Episcoporum ad condemnationẽ Arianæ hæresis, de diuersis, Hispaniæ & Galliæ provincijs congregat. Cui concilio idem religiosissimus Princeps interfuit, gestaq. eius præsentia sua & subscriptione firmauit. abdicans cum omnibus suis perfidiam, quam huc vsq. Gotthorum populus, Ario docẽte, didicerat, & prædicans trium personarum vnitatem in Deum, Filium à Patre consubB stantialiter genitum esse, Spiritum sanctum inseparabiliter à Patre Filioq. procedere, & esse amborum vnũ Spiritum, vnde & vnum sunt. Egit etiã gloriose bellum aduersus infestas gentes fidei susceptо auxilio. Francis enim sexaginta ferme milliũ armatorũ copijs Gallias irruentibus, misso Claudio duce aduersus eos, glorioso triumphauit euentu. Nulla vnquã in Hispanijs Gotthorũ victoria, vel maior in bello vel similis extitit. Prostrati sunt enim & capti multa millia hostiũ, residua verò exercitus pars præter spem in fugã versa, Gotthis post tergũ insequẽtibus, C vsq. in regni sui finibus cæsa est. Sæpè etiã & lacertos cõtra Romanorũ insolentias, & irruptiones Vasconũ mouit. Vnde non magis bella tractasse, quàm potius gẽtem quasi in palestræ ludo pro vsu certaminis videtur exercuisse. Prouincias autẽ, quas pater bello cõquisiuit, iste pace cõseruauit, æquitate disposuit, moderamine rexit. Fuit aũt placidus, mitis, egregiæ bonitatis, tantamq. in vultu gratiã habuit, & tantam in animo benignitatem gessit, vt omniũ mentibus influens, etiã malos ad affectũ amoris sui attraheret. Adeò liberalis, vt opes priuatorũ & Ecclesiarum prædia, quæ paterna labes fisco assomens, vt populi tributa sæpè indulgentiæ largitione laxaret. Multos etiã ditauit rebus, plurimos sublimauit honoribus. Opes suas in miseris, thesauros suos in egenis recõdẽs, sciens ad hæc illi fuisse collatũ regnum, vt eo salubriter frueret, bonis initijs bonũ finẽ adeptus. Fidẽ enim rectæ gloriæ, quam initio regni percepit, nouissimè publica confessione pœnitentiæ cumulauit. Toleti fine pacifico transijt, qui regnauit an. XV.

Æra DCXXXIX. an. Imperij Mauritij XIX. post Reccaredũ Regẽ regnat Liuua filius eius an. II. ignobili quidẽ matre progenitus, sed virtutis indole insignitus. Quem in primo flore adolescẽtię VVictericus, sumpta tyrannide, innocuũ regno deiecit, præcisaq. dextra occidit, anno ætatis XX. regni vero II.

Æra DCLXI. an. Imp. Mauritij XXI. extincto Liuuane, VVictericus, regnũ quod viuẽte illo inuaserat, vindicat ann. VII. vir quidẽ strenuus in armorũ arte, sed tamẽ expers victoriæ. Namq. aduersus militẽ Romanum prœliũ sæpè molitus, nihil satis gloriosè gessit præter quod milites quosdã Sagõtia per duces obtinuit. Hic in vita plurima illicita fecit, in morte autem, quia gladio operatus fuerat, gladio perijt. Mors quippe innocẽtis inulta in illo nõ fuit: inter epulas enim prãdij cõiuratione quorũdã est interfectus, corpus eius viliter est exportatum atq. sepultũ.

Æra DCLIX. an. Imp. Phocatis sexto Gundemarus post VVictericũ regnat an. II. Hic Vascones vna expeditione vastauit, alia militem Romanum obsedit morte propria Toleti decessit.

Æra DCL. an. Imperij Heraclij II. Sisebutus Christianissimus post Gũdemarũ, ad regale fastigiũ euocat. regnat ann. IIX. mẽs. VI. qui initio regni Iudęos ad fidẽ Christianã permouẽs æmulationẽ quidẽ habuit sed nõ secũdũ sciẽtiam, potestate enim cõpulit, quos prouocare fidei ratione oportuit. Sed, sicut est scriptũ, siue per occasionẽ, siue per veritatẽ, donec Christus aũnũtiatur. Fuit autẽ eloquio nitidus, sentẽtia doctus, sciẽtia litterarũ magna ex parte imbutus. In iudicijs iustitia & pietate strenuus ac præstantissimus, mente benignus, splendore regni præcipuus, in bellicis quoq. documẽtis, ac victorijs clarus. Astures enim rebellãtes, misso exercitu, in ditionem suã reduxit. Ruccones mõtibus arduis vndiq. cõseptos perduces euicit. De Romanis quoq. præsens bis feliciter triũphauit, & quasdã eorũ vrbes expugnãdo sibi subiecit, residuas inter fretũ omnes exinaniuit, quas gens Gotthorũ post in ditionẽ suã facile redegit. Adeò post victoriã clemẽs, vt multos ab exercitu suo, hostili prãda in seruitutum redactos, pretio dato, absoluetet, eiusq. thesaurus redemptio existeret captiuorũm. Hunc alij proprio morbo, alij immoderato medicamenti haustu, alij veneno asserũt interfectum. Cuius exitus non modo religiosis, sed etiã optimis laicis extitit luctuosus. Relicto Reccaredo filio paruulo, qui post patris obitum Princeps paucorum dierum morte interueniente, habetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Æra DCLIX. an. Imperij Heraclij x. glorioſiſsimus Suintila gratia diuina regni ſuſcepit ſceptra. Iſte ſub rege Siſebuto ducis nactus officium Romana caſtra perdomauit, Ruccones ſuperauit. Poſtquã vero apicẽ faſtigij regalis cõſcẽdit, vrbes reſiduas, quas in Hiſpanis Romana manus agebat, prœlio cõ ſerto obtinuit, auctamq. triumphi gloriam præ cæteris regibus felicitate mirabili reportauit. Totius Hiſpaniæ infra Oceani fretum monarchia regni primus idem potitus, quod nulli retro Principum eſt collatum. Auxit eo prœlio virtutis eius titulum duorum Patritiorum obtẽtus, quorum alterum prudẽtia ſuum fecit, alterum virtute prœlij ſibi ſubiecit. Habuit quoque & initio regni B expeditionem contra incurſus Vaſconum Tarraconenſem prouinciam infeſtantium, vbi adeò montiuagi populi terrore aduentus eius perculſi ſunt, vt confeſtim, quaſi debita iura noſcentes, remiſsis telis & expeditis ad precẽ manibus ſupplices ei colla ſubmitterent, obſides darent, [a] Ologitin ciuitatem Gotthorũ, ſtipendijs ſuis & laboribus conderent, pollicentes eius regno ditioniq. parere, &, quidquid imperaretur, efficere. [b] Præter has militaris gloriæ laudes plurimẽ in eo regiæ maieſtatis virtutes, fides, prudentia, induſtria, in iudicijs examinatio, C ſtrenua in regendo regno cura, præcipua circa omnes munificentia largus, erga indigentes & inopes miſericordia ſatis prõptus. Ita vt non ſolùm Princeps populorum, ſed etiã pater pauperum vocari ſit dignus. Huius filius Racimirus in conſortium regni aſſumptus, pari cum patre ſolio conlętatur, in cuius infantia ita ſacræ indolis ſplendor emicat, vt in eo, & meritis, & vultu paternarum virtutum effigies prænotetur. Pro quo ex orãdus eſt cœliatq. humani generis rector, vt ſicut extat conceſſu patrio ſocius, ita poſt longęuum parẽtis imperium ſit & regni ſucceſsione digniſsimus. Cõputatis D igitur Gotthorum regum temporibus ab exordio Athanarici regis, vſq. ad quintum glorioſiſsimi Suintilę Principis annum, regnũ Gotthorum per annos CCLVI. Deo fauente, reperitur eſſe porrectum.

a al. Theologitim.

b Hæc vino Suintila ſcripta. Atqui damnatur in concilio. 4. Toletano, in quo ſubſcribit Iſidorus.

ITEM RECAPITVlatio eiuſdẽ Iſidori in Gotthorum laudem.

GOtthorum antiquiſsima origo de Magog-filio Iaphet fuit, vnde & Scytharũ genus extitit. Nam ijdem Gotthi Scythica probantur origine ſati. Vnde nec longè à vocabulo diſcrepant. Demutata enim ac detracta littera, Getæ, quaſi Scythæ, ſimt nũcupati. Hi igitur Septentrionis glacialia iuga inhabitantes circa Scythica regna, quęq. ſunt ardua mõtiũ cũ cæteris gẽtibus poſsidebant, quibus ſedibus impetu gentis Vgnotũ pulſi, trangreſſoq. Danubio, Romanis ſe dederunt. Sed, dum iniurias eorũ non ſuſtinerent, indignati regẽ ſibi ex ſua turba legũt, Thraciã irruunt, Italiã vaſtant, obſeſſam vrbẽ capiunt, Gallias aggrediuntur, patefactiſq. Pyrenæis mõtibus Hiſpanias vſq, perueniũt, ibiq. ſedẽ vitæ, atq. imperiũ locauerunt. Populi natura pernices, ingenio alacres, conſciẽtiæ viribus freti, robore corporis validi, ſtaturæ proceritate ardui, geſtu habituq. cõſpicui, manu prõpti, duri vulneribus, iuxta quod ait Poëta de ipſis: Morrem contẽnunt laudato vulnere Getæ. Quibus tanta extitit magnitudo bellorũ, & tam extollens glorioſæ victoriæ virtus, vt Roma ipſa victrix omniũ populorũ, ſubacta capitatis iugo Geticis triumphis accederet, & domina cunctarũ gentiũ illis, vt famula, deſeruiret. Hos Europæ omnes tremuere gẽtes, Alpium his ceſſere obices. VVãdalica & ipſa crebrò opinata barbaries, non tantùm præſentia eorum exterrita, quàm opinione fugata eſt. Gotthorũ vigore Alani extincti ſunt, Sueui quoq. hactenus intra inacceſſos Hiſpaniarũ angulos coarctati, etiã eorũ armis periculum finis experti ſunt, & regno, quod deſidioſo torpore tenuerunt, turpiori nũc diſpendio caruerũt, quãquam tenuiſſe huc vſq. valde ſit mirum, quo ſine experimẽto defenſionis carere potuerũt. Sed quis poterit tantã Gotthicæ gẽtis edicere virũ magnitudinẽ, quandoquidẽ dũ multis gẽtibus vix precum cauſſa, & munerũ, regnare licuerit. His tamen libertas magis de congreſsione quam depetita cõtigit pace. Atq; vbi ſe ſe neceſsitas bellandi oppoſuit, vires eos potiùs, quàm preces adhibuiſſe. Porrò in armorũ artibus ſpectabiles ſatis ſunt, & non ſolùm haſtis, ſed & iaculis equitando confligunt. Nec equeſtri tantùm prœlio ſed A & pedeſtri incedunt: veruntamen magis equitum præpeti curſu confidunt, vnde & Poëta: Getes, inquit, quo pergit equo. Exercere enim ſe telis ac prælis præludere maximè diligunt. Ludorum certamina vſu quotidiano gerunt. Hac ſola tantùm armorum experientia huc vſque carebant, quòd claſsica bella in mari gerere non ſtudebãt. Sed poſtquã Siſebutus Princeps cæleſti gratia regni ſumpſit ſceptra, eius ſtudijs ad tãtam felicitatis virtutem profecti ſunt: vt nõ ſolum terras, ſed & ipſa maria ſuis armis adeant, ſubactuſque ſeruiat illis Romanus miles, quibus ſeruire tot gentes, & ipſam B Hiſpaniam videt.

VVandalorum [a] hiſtoria.

Æra CDXLIV. ante biennium irruptionis Romanæ vrbis excitatæ per Stiliconẽ gentes Alanorum, Sueuorum, & VVãdalorum, traiecto Rheno fluuio, in Gallias irruunt, Francos proterunt, directoq. impetu ad Pyrenæum vſq. perueniunt, cuius obice per Didymum & Verenianum Romanos nobiliſsimos, ac potentiſsimos fratres occupato, ab Hiſpania tribus annis repulſi, per circũ- C iacentes Galliæ prouincias vagabãtur. Sed poſtquam ijdem fratres, qui priuato præſidio Pyrenęi clauſtra tuebantur, ob ſuſpicionem tyrannidis inſontes, & nulla culpa obnoxij à Conſtantio cæſare interfecti ſunt. Æra CDXLVI. memoratæ gentes Hiſpaniarum prouincias irrumpunt.

a Chronicon in v. c.

Æra [a] CDLVI. VVãdali, Alani & Sueui Hiſpanias occupantes, neces vaſtationeſque cruentis diſcurſionibus faciunt, vrbes incendunt, ſubſtantiam direptam exhauriũt, D ita vt humanæ carnes vi famis deuorarentur à populis. Edebant filios ſuos matres, beſtiæ quoq. morientium gladio, fame, ac peſte cadaueribus aſſuetæ, etiam in viuorum efferebantur interitum, atq. ita quattuor plagis per omnem Hiſpaniam ſęuientibus, diuinæ iracundiæ per Prophetas ſcripta olim prænunciatio adimpletur.

a al. CDXLVI.

Æra CDLIX. poſt plagarum diram pernicẽm, quibus Hiſpania cęſa eſt, tandem barbari, ad pacem ineundam, Deo miſerante, cõuerſi, ſorte in poſſeſsionem ſibi eius prouincias diuidunt. Galleciã enim VVandali, & Sueui occupant: Alani Luſitaniã, & Carthaginiẽſem prouinciam: VVandali autẽ, cognonomine Silingi, relicta Gallecia, & poſtquam Tarraconenſis prouincię inſulas deuaſtarunt, regreſsi, Bethicam ſortiuntur. Hiſpani autem per ciuitates & caſtella reſidua plagis afflicti barbarorum dominantium ſeſe ſeruituti ſubijciunt. Primus autẽ in Hiſpania Gundericus Rex VVandalorũ ſucceſsit regnans Galleciæ partibus annis XIIX. Qui, dum rupto fœdere pacis, Sueuorum gentem in Erbaſis montibus obſideret, relicta obſidione Sueuorum, Balearicas Tarraconenſis prouinciæ inſulas deprædatur. Deinde, Carthagine Spartaria euerſa, cum omnibus VVandalis, ad Bethicã tranſit, Hiſpalim diruit, actaq. cęde, in direptionem mittit. Qui cum auctoritate regiæ poteſtatis irreuerenter manus in baſilicam Vincentij Martyris ciuitatis ipſius extendiſſet, mox Dei iudicio in foribus templi dæmonio correptus interijt.

Æra CDLXIIX. [a] Giſericus frater Gunderici ſuccedit in regnum annis XL. Qui ex Catholico effectus apoſtata in Arianam primus fertur tranſiſſe perfidiam. Hic de Bethicæ prouinciæ littore cum VVandalis omnibus, eorumque familijs ad Mauritaniã & Africam, relictis Hiſpanijs, transfretauit. Cui Valentinianus Iunior Occidentis Imperator nõ valens obſiſtere, pacem mittit, & partem Africæ quam VVandali poſsiderent, tanquam pacificè dedit, cõditionibus ab eo ſacramẽti acceptis, ne quid vltra inuaderet. Ille autem, de cuius amicitia nihil ambigebatur, violata ſacramenti religione, Carthaginem dolo pacis inuadit, omneſq. opes eius, excruciatis diuerſo tormentorum genere ciuibus, in ius proprium vertit. Deinde Siciliã deprædatur, Panhormũ obſedit, Arianam peſtilentiam per totam Africam intromittit, Sacerdotes Eccleſijs pellit, Martyres plurimos facit, & iuxta prophetiam Danielis, demutatis myſterijs, ſanctorum Eccleſias Chriſti hoſtibus tradidit. Nec iam diuini cultus loca, ſed ſuorum eſſe habitacula iuſsit. Aduerſus quem Theodoſius Minor Orientis Imperator bellum parauit, quod ad effectum non venit. Vgnis enim Thraciam Illyricumque vaſtantibus, exercitus ad VVandalos miſſus ad defendẽdos Thraces Illyrianoſq. ex Sicilia reuoca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Maiorianus autem Imperator de Italia Hispanias veniens cũ in Carthaginiensem prouinciam aliquantas naues sibi ad transitum aduersus VVandalos præparasset, eas de littore Carthaginiensi cõmoniti VVandali per proditores arripiunt. Sicq. Maiorianus à sua dispositione frustratus Italiam reuertitur, atq. à Ricchimiro patritio fraude circumuentus occiditur. Quo comperto, Gisericus non contentus solis Africę vastationibus, nauibus aduectus Romam ingreditur, direptisq. per XIV. dies opibus Romanorum relictã Valentiniani & filias eius, & multa millia captiuorum secũ tulit. Mox Carthaginem redit: & per legatos ab Imperatore, postulata pace, Valẽtiniani relictam Constãtinopolim remittit: quarum vnam ex filiabus suis filio suo Hugnerico iure matrimonij copulauit. Sicq. post multarũ prouinciarum clades Christianorumq. spolia atq. neces moritur regni sui anno XL.

a Ginsericus *in v.c.*

Æra DIIX. post Gisericum Vgnericus Giserici filius regnat annis VII. mensibus V. habens in coniugio Valentiniani filiã, quã pater eius ex Roma cum matre captiuã adduxerat, qui & ipse Ariano susceitatus furore, Catholicos per totam Africam atrocior patre persequitur, Ecclesias tollit, sacerdotes & cũcti ordinis clericos in exilium mittit. Monachos quoque atq. laicos quattuor circiter millia exilijs durioribus relegauit, Martyres fecit, Confessoribus linguas abscidit, qui linguis abscisis perfectè vsq. ad finem loquuti sunt. Tunc Lætus Neptensis ciuitatis Episcopus glorioſè martyrio coronatur. Qui dum Ariani contagij labe varijs pœnis maculari non potuit, victor repente cælos obtinuit. Vgnericus autem inter innumerabiles suarum impietatum strages, quas in Catholicos exercuerat, octauo regni anno, vt Arius pater eius, interioribus cunctis effusis, miserabiliter vitam finiuit.

Æra DXV. Vgnerico succedit Guntamũdus, regnãs ann. XII. qui statim Ecclesię pacem reformans, Catholicos ab exilio reuocauit.

Æra DXXVII. Guntamũdo mortuo, Trasemũdus regnat ann. XXVII. mẽs. IV. Iste Ariana insania plenus Catholicos insectatur, Ecclesias claudit, Sardiniam exilio ex omni Africana Ecclesia CXX. Episcopos mittit, Carthagine moritur. Cuius tempore Fulgentius Ruspensis Episcopus in nostro dogmate claruit.

Æra[a] DLIV. post Trasemundum Ildericus Vgnerici filius ex Valentiniani Imperatoris filia natus, regnat ann. VII. men. III. Iste sacramento à decessore suo Trasemundo obstrictus, ne Catholicis in regno suo aut Ecclesias aperiret, aut priuilegia restauraret, pruisquam regnaret, ne religionem sacramenti violaret, præcepit & sacerdotes Catholicos ab exilio reduci, & Ecclesias aperiri, quem Gilimer, assumpta tyrannide, regno priuat, & cum filijs carceris custodiæ mancipat.

a *al.* DLIII.

Æra DLXI. Gilimer regnum cum tyrannide sumpsit, multos nobilium Africæ prouinciæ crudeliter extinguens, multorumq. substantias tollens, aduersus quem Iustinianus Imperator visitatione Læti Episcopi, qui ab Vgnerico VVandalorum Rege martyr fuerat factus, exercitum cum Belisario magistro militum duce mittit. Initoq. ídẽ Belisarius prœlio Gũtemirum & Gebamũdum Regis fratres primo prœlio superatos interficit, deinde ipsum Gilimirum in fugã versum. Africam capit nonagesimo septimo VVandalorum ingressionis anno. In ipso autem Belisarij occursu priusquam cõgressio fieret, Gilimer tyrannus Ildericum Regem cum quibusdam generis eius affinibus occidit. Belisarius autem Gilimirum tyrannum capit, eumq. cum diuitijs ex rapinis prouinciarum, & Africæ conquisitis Constantinopolim Iustiniano Imperatori adducit. Sicq. regnum VVandalorum cum populo atq. stirpe deletur æra[a] DLXIV. quod permãsit CXIII. ann. à Gunderico Rege vsque ad Gilimiri interitum.

a DLXIII. *in v.c.*

SVEVORVM historia.

Æra CDXLVI. Sueui, Principe Hermerico, cum Alanis & VVandalis simul Hispanias ingressi sunt, atque omnem Galleciam cum VVandalis occupant. VVandalis autẽ Africam transeuntibus, Galleciam soli Sueui sortiti sunt, quibus præfuit in Hispanijs Hermericus annis XXXII. Galleci autem in

in parte prouinciæ regno suo vtebantur. Quos Hermericus assidua vastatione deprædans, tandem morbo oppressus, pacem cum eis fecit, Recchilanem filium suum in regnum substituit, qui cum magna parte exercitus missus, Andeuotum Romanę militiæ ducem cum multis copijs ad[a] Singiliũ Bethicę prouincię fluuium, inito bello, prostrauit, magnis eius auri argentique copijs occupatis. Inde Emeritam obsessam ingreditur, atq. obtẽtam proprio regno associat. Hermericus autem pater eius per annos VII. diuturno langore affectus interijt.

a *al.* Singilim.

Æra CDLXXIIX. Hermerico defuncto, Recchila filius eius regnat ann. [a] VII. qui post obitum patris, Hispali obtenta, Bethicã & Carthaginensem prouincias in suam potestatem reducit, atque inde Emeritã, sub cultu, vt ferunt, gentilitatis vitam finiuit.

a Annis VIII. *in v.c.*

Æra CDXXCVI. Recchiarius Recchilanis filius Catholicus factus succedit in regnũ annis IX. accepta in coniugium Theudere di Regis Gotthorũ filia. Initio regni auspicatus Vasconias deprędatur, mox ad Theuderedum socerum suum profectus, Cæsaraugustanam regionem remeans Gotthis auxiliantibus vastat. Tarraconensem prouinciam, quæ Romano Imperio deseruiebat, inuadit. Carthaginiẽses regiones quas Recchila pater eius Romanis reddiderat, in prædam mittit. Ad vltimum, dum Theudericus Rex Gotthorum in Hispaniam ingrederetur, inito prœlio aduersus eum primo fugatur, deinde captus occiditur.

Æra CDXCV. extincto Recchiario, Sueui, qui remãserant in extrema parte Gallecię, Maldram Masilæ filium Regem sibi constituunt. Mox bifariam diuisi, pars Frantanem, pars Maldram Regem appellant. Nec mox, Frãtane mortuo, Sueui qui cũ eo erãt, Recchimũdum sequuntur, &, cum Maldra pace inita, pariter partes Lusitaniæ depræ-
dantur. Maldra autem tertio regni anno à suis iugulatur.

Æra CDXCIIX. Maldra interfecto, inter Frumarium & Rechimundum oritur de regni potestate dissensio: sed Frumarius cum Germann Sueuorum, quam habebat, Flauiensis vrbis conuentum graui cuertit excidio. Recchimundus autem vicina sibi pariter Aurienſium, & Lucensis conuentus maritima populatur.

Æra DII. Frumario mortuo, Remismundus, omnibus Sueuis in suam ditionem regali iure reuocatis, pacem cum Gallecis reformat, legatos fœderis ad Theudericũ Regem Gotthorum mittit, à quo etiam per legatos & arma & cõiugem, quam haberet, accepit. Inde [a] ad Lusitaniam transit. Conimbriam pace deceptã diripit. Olysipona quoq. ab eo occupatur, ciue suo, qui illi præerat, tradente Lusidio. Huius tempore Aiax natione Galata effectus apostata Arianus inter Sueuos regis sui auxilio, hostis Catholicæ fidei, & diuinæ Trinitatis emergit, de Gallicana Gotthorum regione hoc pestiferum virus afferens, & totam gentẽ Sueuorum lethalis perfidiæ tabe inficiẽs. Multis deinde Sueuorum Regibus in Ariana hęresi permanentibus, tandem regni potestatem Theudemirus suscepit. Qui confestim, Arianæ impietatis errore destructo, Sueuos Catholicæ fidei reddidit, innitente Martino monasterij Dumiensis Episcopo, fide & scientia claro, cuius studio, & pax Ecclesiæ ampliata est, & multa in Ecclesiasticis disciplinis Galleciæ regionibus instituta. Post Theudemirum [b] Miro Sueuorũ princeps efficitur, regnãs ann. XIII. Hic bellum secundo regni anno cõtra [c] Ruccones intulit. Deinde in auxiliũ Liuuigildo Gotthorum Regi aduersus rebellem filium expugnandum Hispalim pergit, ibique terminum vitæ clausit.

a *Citatur in epistola Innocen* III. *ad Petrum Compostell. Isidorus in Chronicis de Gotthis, titulo de Sueuis.*
b *Miro cœpit æra* DCIX. *ex Concil. 2. Bracchar.*
c Ruccones *in v.c.*

Huic Heboricus filius in regnum succedit, quem adolescentem [a] Andeca, sumpta tyrannide, regno priuat, & monachum factum in monasterio damnat, pro quo non diu est dilata sententia. Nam Liuuigildus Gotthorum Rex Sueuis mox bellum inferens, obtento eodẽ regno, Andecanẽ deiecit, atq. detonsum, post regni honorẽ, presbyterij officio mancipauit. Sic enim oportuit, vt quod ipse regi suo fecerat, rursus idẽ congrua vicissitudine pateretur. Regnum autẽ Sueuorum deletũ in Gotthos tranfertur, quod mansisse CLXXVII. annis scribitur.

a Audeca *in v.c.*

GOT-

Universidad de Deusto
Biblioteca

GOTTHORVM HISPANIAE REGVM CATALOGVS.

Visum est addere Catalogum Gotthorum Hispaniæ Regum ex Isidoro & Iuliano (quem Vulsum alij crediderunt) & ex Conciliis vetustis non sine labore collectum: & alterum quoq. Catalogum veterum Archiepiscoporum Toletanorũ ex Gotthico codice Monasterij Sancti Æmiliani in primis descriptum, ad historiæ Gotthicæ, & libri S. Ildefonsi de Viris Illustribus intelligentiam.

Æra.	Anno Christi	REGES VVISEGOTthorum in Hispania.
407	369	AThanaricus regnauit ann. 13.
420	382	Alaricus ann. 28.
449	411	Athaulfus, ann. 6.
454	416	Sigericus.
454	416	VVallia, ann. 3.
457	419	Theuderedus, ann. 33.
490	452	Turismundus, ann. 1.
491	453	Theudericus ann. 13.
504	466	Euricus, ann. 17.
521	483	Alaricus, ann. 23.
544	506	Gesaleicus ann. 4.
549	511	Theudericus, ann. 15.
561	523	Amalaricus, ann. 5.
vel	vel	
564	526	
569	531	Theudis, ann. 17. mens. 5.
586	548	Theudisclus, ann. 1. mens. 5. dies 13.
587	549	Agila, ann. 5. mens. 3.
592	554	Athanagildus, ann. 15. mens. 6.
605	567	Liuua, ann. 1.
606	568	Liuuigildus, ann. 18.
624	586	Reccaredus, ann. 15. mens. 1. dies 10.
639	601	Liuua, ann. 2.
641	603	VVitericus, ann. 6. mens. 10.
648	610	Gundemarus ann. 1 mens. 10. dies 13.
650	612	Sisebutus, ann. 8. mens. 6. dies 16.
659	621	Reccaredus, mens. 4.
659	621	Suinthila, ann. 10.
669	631	Sisenandus, ann. 3. mens. 11. dies 16.
674	636	Chintila, ann. 3. mens. 8. dies 9.
678	640	Tulga, ann. 2. mens. 4.
680	642	Chindasuinthus, ann. 6. mens. 8 dies 10.
687	649	Recceſuinthus, ann. 23. mens. 6. dies 11.
710	672	VVamba, ann. 8. mens. 1. dies 14.
718	680	Eruigius, ann. 6. mens. 10.
725	687	Egica, ann. 15.
739	701	VVitiza, ann. 10.
749	711	Rudericus, ann. 1. *Alij aiunt 3.*
750	712	Mauri inuadunt Hispaniam.

ARCHIEPISCOPI Toletani veteres collecti potissimum ex libello sancti Ildefonsi de Viris illustribus, & Catalogis veteribus Ecclesiæ Toletanæ, & codice Gotthico monasterij Sancti Æmiliani.

Æra	Anno Christi		
	circa		
150	112	S. Eugenius.	*Missus à S. Dionysio, & Martyr Parisijs.*
350	312	Melantius.	*In Concilio Eliberitano.*
	circa		
363	325	1. Pelagius.	*Hinc numerat S. Ildefonsus & Catalogus S. Æmil. forte à pace Constantini.*
		2. Patrunus.	
		3. Turibius.	
		4. Quintus.	
		5. Vincentius.	
		6. Paulatus.	
		7. Natalis.	
		8. Audentius.	*De quo Gennadius: octauum vocat Ildefonsus.*
443	405	9. Asturius.	*Subscribit, vt puto, in primo Cõcil. Tolet. Reperit Compluti reliquias SS. Iusti & Pastoris, ex Ildef.*
		10. Isicius.	
		11. Martinus.	
		12. Castinus.	
		13. Campeius.	
		14. Sinticio.	
		15. Praumatus.	
		16. Petrus.	*Hic aliqui Hecteremin seruns ex Concilij Tarraconensis vetusto codice.*
		17. Celsus.	
565	527	18. Montanus.	*Annos 5. ex Ildef. Subscribit in 2. Concil. Tolet.*
		19. Iulianus.	
		20. Bacauda.	
		21. Petrus.	
627	589	22. Euphimius.	*Subscribit in 3. Concil. Tolet.*
		23. Exuperius.	
635	597	24. Adelphius.	*Suscribit in quodam Concil. Tolet. ann. 12. Reccaredi.*
641		25. Conantius.	
653	603	26. Aurasius.	*Ann. 12. ex Ildef.*
671	615	27. Helladius.	*Ann. 18. ex Ildef.*
674	633	28. Iustus.	*Ann. 3. ex Ildef. Subscribit in 4. Concil. Tolet.*
685	636	29. Eugenius.	*Ann. 11. ex Ildef. Subscribit in Concil. Tolet. 5. 6. 7.*
	647	30. Eugenius alter.	*Ann. 12. ex Ildef. Subscribit in Concil. Tol. 8. 9. 10. magister S. Iuliani, à quo sæpe citatur.*
697			
706	659	31. S. Ildefonsus	*Ann. 9 mens. 2. ex Iuliano, sanctitate & scriptis clarissimus.*
719	668	32. Quiricus.	*Subscribit in Concil. 11. Tolet.*
	681	33. S. Iulianus.	*Ann. 10. mens. 1. dies 7. ex Felice. Subscribit in Concil. Tolet. 12. 13. 14. 15.*
729	691	34. Sisibertus.	*Depositus in Concil. Tolet. 16.*
731	693	35. Felix.	*Subscribit in Concil. Tolet. 16.*
738	circa		
750	700	36. Guntericus.	
	712	37. Sinderedus.	*Romã Sarracenorũ tẽpore fugiẽs, subscribit in Cõcil. Rom. sub Greg. II.*

HINC

Universidad de Deusto
Biblioteca

Æra.	Anno Christi	HINC SEQVENTES EPISCOPI SVB IVGO Sarracenorum.	
	circa		
778	740	Sunieredus.	Hic Oppa intrusus, & Vrbanus functus munere absentis Episcopi.
798	760	Concordius.	
813	775	Cixila.	Scribit vitam S. Ildef. & ad illum scribit Adrianus Papa.
822	784	Elipandus.	Eius opinio damnata in Conc. Francfordien. ann. 794.
858	820	Gumesindus.	
888	850	VVistremirus.	De quo & meminit S. Eulogius Corduben. hoc tempore.
		Bonitus.	
988	950	Iohannes.	Obijsso æra 994. dicitur in codice S. Æmiliani. Hinc caret Toletũ epis. donec Sarracenorũ iugo liberatur ann. 1085.

FINIS.

MATRITI,
Apud Ioannem Flandrum.

M. D. XCVII.

OPERVM

DIVI ISIDORI

HISPAL. EPISCOPI

Pars altera.



MADRITI,
Ex Typographia Regia.

CIↃ IↃ XCIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI
Theologica.

	pag.
Sententiarum libri III.	1
Mysticorum expositiones sacramentorum.	112
Allegoriæ ex veteri & nouo Testamento.	237
Contra Iudæos libri II.	256
Procœmiorum lib.	310
De Ecclesiasticis officijs libri II.	324
Synonymorum libri II.	367
Epistolæ aliquot.	391
Regula Monachorum.	402
De conflictu vitiorum & virtutum.	413
Expositio in Canticum Salomonis.	423

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOPI
SENTENTIARVM
LIBRI TRES.

PER GARCIAM DE LOAISA
Sacræ Theologiæ Doctorem, Archidiaconum de Guadal. Eccles. Tolet. Canonicum,
Emendati, et notis illustrati.

PHILIPPO HISPANIARVM
PRINCIPI.

Garcia de Loaisa. S. P. D.

SCIENTIAM morum,quam ἠθικὴν Græci appellant,à iuuenilis ætatis ardore, & inconstantia alienam esse sapientes Physici docent. Verùm in viris principibus alia est conditio:ijs enim virtus ante diem contingit, præsertim Christiana fide, & religione imbutis, qua appetitiones rebellantes in adolescentiæ flore molliuntur, & humani mores diuinis institutis in officio retinentur.Nouerat id aptius is,qui adolescenti scripsit,iuuenilia desideria fuge,sectare verò iustitiam, fidem,charitatem,& pacem,cum ijs,qui inuocant Dominum de corde puro. Vnde,iucundissime Princeps, hos libros sententiarum à D. Isidoro,sanguine Gottho Regio orto,Episcopo Hispalensi conscriptos tibi in hac ætate dicandos censui, quos adhibitis M. SS. CC. emendaui, & notis obscuris locis aliquam lucem, & nouis erratis vetustatem dedi. In illis vniuersum officium Christianum leges, quo animum ad omne virtutis genus informabis; vt adolescentiam honestè, & splendidè possis agere, à libidinibus arcere, & in labore, & animi patientia litterarumque meditatione sedulò exercere: vt in prouida senecta in amore rerum diuinarum summa cum auctoritate, & expectatione conquiescas. Duæ cum sint viæ, quibus ad sapientiæ regiam tendimus,vox,& lectio: in vtraque te laborare cupio. Cum enim sis ad humani imperij fastigium vocatus, principatu adepto, debes orbem tibi subditum difficili disciplina regendi, ad tranquillam viuendi rationem, seu in portum tutissimum dirigere; quod præsidio diuino fretus consequêris, si ad præceptoris vocem, & librorum lectionem (quod potissimùm est) vsum rerum addideris, quem à sapientissimo, potentissimoque patre tuo, veluti à regendi peritissimo artifice cognosces; cui melius, quàm Portio conuenit illa nobilis M. Ciceronis exclamatio. O te fœlicem, à quo rem improbam petere nemo audet; simulque addisces fortunæ amplitudine,hoc vno animum mutari, vt prodesse populis tantùm possis, quantum optimo imperio velis. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI SENTENTIARVM.

QVOD Deus summus & incommutabilis sit. Cap. 1.
Quod immensus et omnipotens sit Deus. 2
Quod inuisibilis sit Deus. 3
Quod ex creatura pulchritudine agnoscatur creator. 4
Quod ex vsu nostro quadam species ad Deum referantur. 5
Quod Deo nulla temporum successio ascribatur. 6
De temporibus. 7
De mundo. 8
Vnde malum. 9
De Angelis. 10
De homine. 11
De anima caterisque sensibus. 12
De sensibus carnis. 13
De Christo. 14
De Sancto Spiritu. 15
De Ecclesia et hæresibus. 16
De gentilibus. 17
De Lege. 18
De septem regulis. 19
De differentia Testamentorum. 20
De symbolo et oratione. 21
De Baptismo et Communione. 22
Cap. 23
De martyrio. 24
De sanctorum miraculis. 25
De Antichristo et eius signis. 26
De resurrectione. 27
De iudicio. 28
De gehenna. 29
De pœnis impiorum. 30
De gloria sanctorum.

INDEX CAPITVM Libri Secundi.

DE sapientia. Cap. 1
De fide. 2
De charitate. 3
De spe. 4
De gratia. 5
De prædestinatione. 6
De conuersis. 7
De primordijs Conuersorum, 8
De conflictu conuersorum. 9
De remissa conuersione. 10
De exemplis Sanctorum. 11
De compunctione cordis. 12
De confessione peccatorum, et pœnitentia. 13
De desperatione peccantium. 14
De his, qui à Deo deseruntur. 15
De his, qui ad delictum post lacrymas reuertuntur. 16
De peccato. Cap. 17
De leuioribus peccatis. 18
De grauioribus peccatis. 19
De manifestis, occultisq; peccatis. 20
De peccati amore. 21
De peccandi necessitate. 22
De peccandi consuetudine. 23
De peccati recordatione. 24
De cogitatione. 25
De conscientia. 26
De intentione mentis. 27
De sensibus carnis. 28
De sermone. 29
De mendacio. 30
De iuramento. 31
De vitijs. Cap. 32
Quod ex vitijs, vitia, et ex virtutibus virtutes oriuntur. 33
De malè vsis virtutibus. 34
De simulatis virtutibus. 35
De appetitu virtutum. 36
De pugna virtutum aduersus vitia. 37
De superbia. 38
De fornicatione. 39
De continentia. 40
De cupiditate. 41
De gula. 42
De ebrietate. 43
De abstinentia. 44

INDEX CAPITVM Libri Tertij.

DE flagellis Dei. Cap. 1
De gemina percussione Dei. 2
De infirmitate carnis. 3
De tolerantia diuinæ correptionis. 4
De tentationibus Diaboli. 5
De tentamentis somniorum. 6
De oratione. 7
De lectione. 8
De assiduitate legendi. 9
De doctrina sine gratia. 10
De superbis lectoribus. 11
De carnalibus lectoribus, et hæreticis. 12
De libris gentilium. 13
De collatione. 14
De contemplatione, et actione. 15
De contemptoribus mundi. 16
De Sanctis, qui se à consortio seculi separant. Cap. 17
De præceptis altioribus monachorum. 18
De humilitate monachi, vel opere. 19
De tepore monachorum. 20
De monachis, qui curis seculi occupantur. 21
De his, qui à Deo mundi amore præpediuntur. 22
De iactantia. 23
De hypocrisi. 24
De inuidia. 25
De simulatione. 26
De odio. 27
De dilectione. 28
De fictis amicitijs. 29
De amicitia ex munere orta. 30
De malorum concordia. 31

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De correptione fraterna. 32
De præpositis Ecclesiæ. 33
De indignis præpositis. 34
De indoctis præpositis. 35
De doctrina et exemplis præpositorum. 36
De his, qui bene docent, et male viuunt. 37
De exemplis prauorum sacerdotum. 38
De præpositis carnalibus. 39
De iracundis doctoribus. 40
De superbis doctoribus. 41
De humilitate præpositorum. 42
De doctrinæ discretione. 43
De silentio doctorum. 44
De præbenda sacerdotali protectione in plebe. 45
De disciplina sacerdotum in his, qui delinquunt. 46
De subditis. 47
De prælatis. 48
De iustitia Principum. 49
De patientia Principum. 50
Quod Principes legibus teneantur. 51
De iudicibus. 52
De acceptione personarum. 53
De muneribus. 54
De testibus. 55
De causidicis. 56
De oppressoribus pauperum. 57
De tribulatione iustorum. 58
De amatoribus mundi. 59
De amatoribus misericordiæ. 60
De breuitate vitæ. 61
De exitu. 62

FINIS.

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. SENTENTIARVM

LIBER PRIMVS.

Quod Deus summus, & incommutabilis sit. CAP. I

SVMMVM [a] bonum Deus est, quia incõmutabilis est, & corrũpi ominò non potest. [b] Creatura verò bonũ, sed non summum est; quia mutabilis est: & dũ sit quidé bonum, non tamẽ esse potest & summũ. [c] Quid est Dei immortalitas, nisi eius incõmutabilitas? Nã [d] & Angeli, & animę immortales sunt, sed immutabiles non sunt: Ideoq. solus Deus dicitur immortalis, quia solus incõmutabilis est. Nã [e] anima moritur, dum deserẽte Deo, de bono in malum mutatur, sic & Angelus, dũ, deserente Deo, est lapsus. [f] Quod materiã habet, vnde existat, mutabile est: quia de informi ad formã transit. Quòd verò non habet materiã, immutabile est, sicut Deus vtiq. est. Benè g, ac substãtialiter sunt ista in Deo, id est, incorruptio, immortalitas, incommutabilitas. Vnde & meritò cunctæ præponitur creaturæ.

[h] Opus non consiliũ apud Deũ (credimus) mutari: nec variari eũ, quia per varia tempora diuersa præcipit, sed manens idem incõmutabilis, & æternus, quid cuiq. cõgruum esset tempori, ab ipsa tamen æternitate in eius manfit dispositione consilij.

[i] Non vsu nostro aliud Deũ putare, aliud pulchritudinẽ eius, atq. aliud magnitudinẽ ipsius (debemus) sicut aliud est homo, aliud pulchritudo; quia, desistẽte pulchritudine, homo manet. Ac per hoc, qui ita intelligit Deum, corporeum esse credit: dũ pulchritudo, & magnitudo Dei ipse Deus sit.

[k] Ideo Deus dicitur simplex, siue nõ amittẽdo quod habet, seu quia nõ aliud est ipse, & aliud quod in ipso est. Inordinatè [l] dici, seu conferri vitijs ea, quæ ordinata sunt in Deo (patet) vt potè [m] simplicitas, quę aliquãdo dicitur pro stultitia, & nõ est. Apud Deũ A verò summa simplicitas est. Iuxta hanc regulam, & cætera æstimanda sunt.

[a] Hinc ortum habuit, vt hic liber de summo bono à quibusdã appellaretur, à prima voce titulum libro imponentibus, more Hebræorum: cũ tamen à B. Isidoro inscriptus sit sententiarũ liber, vt auctor est Braulio Cæsaraugustanus Antistes, cõsentientibus etiam omnibus cc. m. ss. & Gratiano, Iuone Carnotensi, aliisq. Decretorum collectoribus. In Concil. etiã Tolet. 8. sic scriptum est: Nostri sæculi Doctor egregius, Ecclesiæ Catholicæ nouissimum decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinę cõparatione nõ infimus: atq. quod maius est, iã seculorũ finitorum doctissimus, cũ reuerentia nominãdus Isidorus, in libro sententiarum 2. Quo in loco Petrus Crabbe & Ioannes pro seculorum finitorũ, legunt in seculorũ fine. Sententia autẽ Isidori, quæ illic citatur, est li. 2. c. 31. de iuramẽto & habetur apud Grat. 22. q. 4. c. Nõ est obseruãdũ. a 5. 10. b.

[b] Fulg. de fid. ad Petr. c. 3. 21. 22. & Aug. de nat. boni in princip.

[c] Ex D. Gregorio, quem in his sententijs potissimè sequitur Isidorus, cũ propter admirabilẽ in eo sanctissimo viro morum doctrinã (quæ in eius scriptis præter cæteras quã plurimas maximasq. virtutes mirè elucet) tum propter amoriẽ ex mutua familiaritate fratris Leandri & Gregorij conceptum, vt ex lib. 1. epist. Greg. indict. 9. epist. ad Leandrũ liquidò, cõstat. Inde eius script. a velut augustissima colit, ac veneratur. Greg. itaq. lib. Moral. 25. c. 4. Quid enim, inquit, mutabilitas, nisi mors quædã est? &c. Totius sententiæ explicationem vide apud August. lib. 3. contra Maximum. c. 12.

[d] Omnes m. ss. cc. coniunctionem priorem reiecit. Nã Angeli & animæ, sed retinenda, vt in editis. Locus est apud Greg. lib. Moral. 25. c. 4.

[e] August. lib. de duabus animabus. c. 8. mortẽ animæ auersionem esse à Deo dicit, & lib. 4. de Trinitate. c. 3. Sicut anima Deo deficiente, &c.

[f] Aug. 8. sup. Gen. ad litt. c. 20. 22. Omnis variatio & permutatio rerũ à materia ortum habet, eo quod materia habet concretã priuationẽ: ex priuatione autem nascitur appetitus, & ex appetitu impulsus ad aliã formã, vt Aristoteles docuit lib. 1. Physic. Deus verò alienus est ab omni materia, vt præclarè docet D. Thom. lib. 1. contra gentes. c. 16. & 17.

[g] August. lib. 5. de Trinit. c. 1. probat, quod aliqua sint, quæ proprie prædicẽtur de Deo, vt est illud. Ego sum, qui sum. &, quod sit immortalis.

[h] Ex Greg. lib. Moral. 16. c. 4. Et hoc est quod eleganter asserit Aug. li. 1. de Ciuit. Dei. c. 13. Nouit quiescẽs agere & agẽs quiescere, & potest ad opus nouum, nõ nouũ, sed sempiternũ adhibere consiliũ. D. Ambros. lib. 1. offic. c. 10. probat Deum frequenter mutare sententiã, reprehendens iuramentũ Herodis, & impium Iephte facinus. Est de hac re longa disputatio in Concil. Tolet. 8.

i D. Greg. li. 18. Moral. c. 28. & Aug. lib. 6. de Trin. c. 6. & lib. 5. c. 8.
k Ex Eucherio de formul.
l Est apud Magistrum sententiarum lib. 1. dist. 3. ex Greg. lib. 16. Moral. c. 20.
m Hieronymus in libello de his, quæ Deo in scripturis attribuuntur. Et Isidorus ipse fusè explicat hanc sententiam. lib. 7. Etymol. c. 1. de Deo. Quem locum sumpsit ex Greg. lib. 32. Moral. c. 6. dum interpretatur illud Iob: Commouisti me aduersus eum, ibi enim inquirit, an sit in Deo commotio.
n Gregorius epist. 78. ad Mauritium Augustum, simplicitatis vocabulo, inquit, me fatuum appellat. Et simplex sumitur pro non malo, non versuto. Matth. 10. Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut colúbæ. Et Prouer. 10. Benedicta omnis anima simplex. Et: qui simpliciter ambulat, in fiducia ambulat.

A vsu nostro f sumpsit humana inopia, sicut & reliqua verba: quatenus id quod ineffabile est, vtcumque dici possit: quoniam de Deo nihil dignè humanus sermo dicit.

Dū localis non sit Deus, localiter tamen in 8 suis ambulat sanctis, dum de loco in locum prædicatur ab eis. Nam Deus, qui nec loco mouetur, nec tempore, in seruis tamé suis & tempore, & loco mouetur, quoties ab eisdem localiter prædicatur.

Dum de Deo nec secūdum quantitatem, nec secundum qualitatem, nec secundū situm, nec secundū habitum, aut motum aliquid dignè dicatur: ineſt tamen ei h quodámodo latitudo charitatis, qua nos & ab errore colligit, & cōtinet in veritate. Ineſt ei & longitudo, qua nos longanimiter malos portat, donec emendatos patriæ futuræ restituat. Ineſt ei & altitudo, per quam omnē sensum suæ scientiæ immensitate exuperat. Ineſt ei & profundū, quo damnandos inferius iuste & æquitate disponens præordinat.

Quod immensus & omnipotens sit Deus. CAP. II.

NOn a ideo cælum, & terrā implet Deus, vt contineant eū; sed vt ipsa potius contineantur ab eo. b Nec particulatim Deus implet omnia, sed cum sit idem vnus, vbiq. tamen est totus. Non ita putandus est esse in omnibus Deus, vt vnaquæque res pro magnitudine portionis suæ capiat eum, id est maxima maius, & minima minus; dum sit potius ipse totus in omnibus, siue omnia in ipso.

Omnipotentiæ diuinæ maiestas cuncta potestatis suæ immensitate concludit, c nec euadendi potētiam eius quisquam aditum inuenire poterit, quia ille omnia circūquaque constringit. Cuncta enim intra diuini iudicij omnipotentiā coarctantur; siue quę continenda sunt, vt salua sint: siue quæ amputanda sunt vt pereant. Nullatenus ergo (dicimus) posse effugere Deum quempiam. Qui enim eum nō habet placatum, nequaquam euadere potest iratum.

Immēsitas diuinæ magnitudinis ita d est, vt intelligamus eum intra omnia, sed non inclusum; extra omnia, sed non exclusum. Et ideò interiorem, vt omnia cōtineat: ideò exteriorem, vt incircumscripta magnitudinis suæ immensitate omnia concludat. Per id ergo, quod exterior est, ostenditur esse creator; per id verò quod interior, gubernare omnia demonstratur. Ac ne ea, quę creata sunt, sine Deo essent, Deus intra omnia est. Verùm ne extra Deum essent, Deus exterior est vt omnia concludantur ab eo.

e Cōsummatio alicuius facti dicitur perfectio: Deus autem qui non est factus, quomodo est perfectus? Sed hūc sermonem de

f Interpretatur locum Iere. 25. Cælū & terram ego impleo, dicit Dominus. Quem locū sic ferè ad verbū explicat auctor Specul. apud Aug. c. 21. & 22. Greg. hom. 1. super Ezech. Et Chrys. in hom. de Sancto, & adorando Spiritu. tom. 3.
g Phrasis est auctoris Spec. c. 2. & 3. Vide Hilar. 2. de Trinitate.
e Ex auctore Spec. c. 22.
d Ex auctore Spec. c. 23. & de essent. diuin. c. 1. & Greg. 2. Moral. cap. 16.
e Ex auct. Spec. c. 7.
f August. super Iohan. tract. 13. eleganter hoc dixit: Omnia, inquit, possunt dici de Deo, & nihil dignè dicitur de Deo: sed nihil latius hac inopia, quę congestum nomen non inuenit.
g Ex lib. de cognit ver vitæ apud Aug. c. 29. & de Ess. diuin. cap. 1. Et August. epist. 28. ad Hieron. de origine animæ ostendit, quo pacto Deus in suis ambulet sanctis.
h Locus Pauli ad Ephes. c. 3. in Spec. c. 13. & 14. & in epist. ad Paulinum 112. c. 13. & à Greg. li. Moral. 10. c. 7. sicut ab Isidoro explicatur.

Quòd inuisibilis sit Deus. CAP. III.

DVm a de Deo loquens Scriptura plerúq. dicit: Ecce Deus; non quasi visibilē ostēdit, sed vbiq. esse præsentem significat. Per id quod dicit: Ecce Dominus; vel quod magnitudinem diuinitatis eius nullus possit sensus attingere etiam nec Angelicus: quāuis vsq. ad parilitatem Angelicam humana post resurrectionem natura proficiat, & ad contemplandum Deū indefessa consurgat videre

videre tamē eius essentiā plenè non valet, quā nec ipsa perfectio Angelica in totū attingit scire; b secūdùm Apostolū, qui ait: Pax Dei, quæ exuperat omnē sensum, vt subaudias etiā Angelorū. c Solaenim Trinitas sibi integrè nota est, & humanitas à Christo suscepta, quæ tertia est in Trinitate persona.

d Intelligibiliter quodam miro modo Dei essentia sciri potest, dū esse creditur. Opus e verò ei 9, quod vtiq. æquari ei nō potest, atq. iudicia à nullo penitus sciūtur. Dei secreta iudicia, nō posse sensu penetrari vel Angelico, vel humano (cōstat.) f Et ideò quia occulta, sed iusta sunt, tantundē venerari ea opus est, & timere, nò discutere aut inquirere, secūdùm Apostolū, qui ait: Quis enim cognouit sensum Dñi, aut quis cōsiliarius eius fuit?

a Ex Greg lib. 27. Moral. c. 4. vbi exponit illud: Ecce Deus magnus, vincens scientiam nostram.
b Locus est Pauli ad Philip. 4. Aug. in Enchir. ad Laur. c. 63. Pax Dei, inquit, quæ præcellit omnem intellectū: vt in eo, quod dicit omnē, necipse intellectus sanctorum Angelorū esse possit exemptus, sed Dei solius.
c Videtur respexisse ad incarnationis mysterium, aut etiam ad aliud missionis genus, quo Verbum à Patre & Spiritu Sancto mitti perhibetur, qua ratione Christus tertia dicitur ab eodem Isidoro persona. lib. 1. aduers. Iud. c. 4. Cuius Trinitatis sacramentū & Aggęus Propheta ita aperuit, ex persona Domini dicēs: Spiritus meus erit in medio vestri. Ecce Deus, qui loquitur, ecce Spiritus eius. Post hæc de tertia persona, id est, de Filio ita subiecit. Et mox ex Isai. & nunc Dñs meus misit me, & Spiritus eius: ecce duæ personæ: Dñs, & Spiritus eius qui mittūr, & tertia persona eiusdem Dñi qui mittitur. Mitti autē Filiū non tantū à Patre, sed etiā ab Spiritu sancto idē cōfirmat hoc li. c. 15. ex eod. Isa. loco Et nūc Dñs misit me, & Spiritus ei 9. Volait fortasse Isid. hoc genere locutionis Arianorū, & Nestorianorū hæresim refellere: quorū illi secundā Diuinitatis personam impiè negabant: hi quartā quoq. (vt Maxentius aduersus eodem ait) nefariè addebant.
d Greg. lib. Moral. 5. c. 20. & lib. Moral. 27. c. 2.
e Ex Greg. lib. 2. Dialog. c. 15.
f Gregor. lib. 32. Moral. cap. 5. vnde locus Isidori desumptus. Superna, inquit, sententia, & si non est cognita, non tamen creditur iniusta, sed eo saltem iustum creditur omne, quod patitur, quo nimirum constat, quod, Deo auctore, patitur.

Quòd ex creaturæ pulchritudine agnoscatur creator. CAP. IIII.

SÆpè a ad incorporeā creatoris magnitudinē creaturarū corporea magnitudo cōponitur, vt magna considerentur ex paruis, & ex visibilibus inuisibilia æstimētur, atq. ex pulchritudine factorū effector operum agnoscatur; nō tamē parilitate cōsimili, sed ex quadam subdita, & creata specie boni. b Sicut ars in artificem retorquet laudē,

A ita rerū creator per creaturam suā laudatur; & quantò sit excellentior, ex ipsa operis cōditione monstratur. Ex pulchritudine circūscriptę creaturæ pulchritudinem suā, quę circumscribi nequit, facit Deus intelligi: vt ipsis vestigijs reuertatur homo ad Deū, quibus auersus est; vt, qui per amorē pulchritudinis creaturę, à creatoris forma se abstulit, rursum per creaturæ decorē ad creatoris reuertatur pulchritudinem. Quibusdā gradibus intelligētię per creaturam progreditur homo ad intelligēdū Deū creatorē, id est, ab insensibilibus surgēs ad sensibilia; à sensibilibus surgēs ad rationabilia; à rationabilib 9 surgēs ad creatorē. Intelligibilia per se collaudāt Deū; c irrationabilia, & insensibilia non per se, sed per nos, dū ea considerantes Deū laudamus. Sed ideò dicuntur laudare ipsa, quia eadem laudem eorum parturit caussa.

d Dixerūt antiqui, q9 nihil tā hebes sit, qđ nō sensum habeat in Deū. Hinc est illud, q9 ex silice duro scintilla excutit. Et si ignis in saxo, vtiq. ibi sentiē sensus, vbi se vita non sentit.

a Ex Gregor. lib. Moral. 26. c. 8.
b Similis est sententia in August. lib. 2. de libero arbit. c. 7.
c Ex Aug. psal. 148. Ipsa quidē per se (loquitur de irrationabilib 9) voce sua, & corde suo nō laudāt Deū, sed ab intelligētib 9 cōsiderātur, p ipsa laudatur Deus.
d Antiquos Philosophos vocat, qui de Dei natura variè scripserunt, & senserunt; vt Cicero in libris de natura Deorum docuit. & inter alia, esse Deum animum per omnes mundi partes vndiq. diffusum, & per omnē naturam cōmeantem, à quo cuncta, quæ nascuntur, animalia vitam, & spiritum capiant, quam sententiam Virgilius mirè expressit.

Principio cælum, ac terras, camposq. liquentes,
Lucentemq. globum Lunæ, Titaniaq. astra
Spiritus intus alit, totamq. infusa per artus
Mens agitat molē, & magno se corpore miscet.

Vide Saluianum lib. 1. de Prouidentia.

Quòd ex vsu nostro quædam species ad Deum referantur. CAP. V.

NOstro a vsu zelare Deus dicitur, vel dolere. Horum enim motuum apud Deū b perturbatio nulla est, apud quē trāquillitas summa est. Nō ita est præcipitāda mētis sentētia, vt credamus posse Deo furoris, vel mutationis accidere perturbationē; sed ipsam æquitatē iustitiæ, qua reos punit, b iram sacra lectio nominauit: quoniā quod iudicantis æquū est, furor est, & indignatio patiētis. Ita ergo intelligere opus est & alias passiones, quas de affectione humana ducit scriptura ad Deū; vt & iuxta se incōmutabilis sit credēdus, & tamen pro caussarū effectibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt facilius intelligatur, nostræ locutionis, & mutabilitatis genere appelletur.

[c] Tam clementer Deus humanæ cõsulit infirmitati: vt quia eum, sicut est, nõ possumus agnoscere: nostræ locutionis more se ipsum nobis insinuet. Vnde & membrorum nostrorum qualitatem habere describitur, & passionum indigna dici de se voluit: quatenus ad sua, per nostra nos traheret, & dum condescendit nobis, consurgeremus ei.

Multis modis Deus ad significandum se hominibus de inferioribus rebus species ad se [d] trahit: quem re vera iuxta propriã substantiam inuisibilem esse, & incorporeum constat. Plerumq. de corporibus ad Deum sumuntur qualitatum species, quæ tamẽ in Deo non sunt: quia in propria natura incorporeus est, & incircumscriptus, sed pro efficiẽtijs caussarum in ipsos species rerum scribũtur, vt quia omnia videt, dicatur oculus: & propter quod audit omnia, dicatur auris: [e] pro eo autem quod auertitur, ambulat: pro eo quod expectat, stat. Sic & in cæteris horum similibus ab humanis motibus trahitur similitudo ad Deum, sicut est obliuiscẽs, & memorans. Hinc est, quod [f] Propheta dicit. Iurauit Dominus exercituum per animam suam. Non quod Deus animam habeat, sed hoc nostro narrat affectu. Et alibi simili figura & [g] vermis, & scarabeus intelligitur. Nec mirum si vilibus significationibus figuretur: qui vsq. ad nostrarum passionũ seu carnis contumelias descẽdisse cognoscitur. [h] Nam & Christus agnus, non pro natura, sed pro innocentia: & leo, pro fortitudine, non pro natura: & [i] serpens, pro morte, & sapientia, non pro natura scribitur. Nam & in Propheta [k] plaustri portãtis fœnum species ducitur ad Deum. Et hæc omnia ideò per figuram Christus, quia nihil est horũ ad proprietatem substantiæ eius.

[l] Falluntur quidam stultorum, dum legunt, ad imaginem Dei factum esse hominem: arbitrantes Deum esse corporeum: dum non caro, quod est, corpus, sed anima, quod est, spiritus Dei imaginẽ habeat. Nõ ergo esse corporis formam in Deo credamus, qui hominem ad imaginem suam fecit: quia mentem, non carnem ad similitudinem suam creauit. Cogita igitur quale corpus habeat veritas, & dum non inueneris, hoc est Deus.

[m] Facies Dei in scripturis sacris, non caro, sed diuina cognitio intelligitur, ea quidem ratione, qua per faciem conspectam quisque cognoscitur. Hoc enim [n] in oratione Deo dicitur: Ostende nobis faciem tuam, ac si dicatur: da nobis cognitionem tuam.

[o] Os Dei, Vnigenitus eius est. Nam sicut pro verbis, quæ per linguam fiunt, sæpe dicimus illa, & illa lingua: ita pro Dei verbo, os ponitur: quia mos est, vt verba ore formentur. Et si volueris genere locutionis illo demonstrare, [p] quo is qui efficit, per id quod efficitur, nominatur, benè os pro verbo ponis: sicut linguã pro verbis, sicut manum pro litteris.

Vestigia Dei sunt, quibus nunc Deus per speculum agnoscitur. Ad perfectum verò omnipotens reperitur, dum in futuro facie ad faciem quibusque electis præsentabitur, vt ipsam speciem contemplentur, cuius nũc vestigia comprehendere conantur: & hoc est, [q] quod per speculum videri Deus dicitur. Sic & cætera.

a Ex D. Greg. li. 20. Moral. c. 23. & Aug. li. quæst. ad Simplic. q. 2. De nominibus, quæ Deo attribuũtur, D. Hieronymus librum scripsit. Est etiam apud August. liber de essentia diuinitatis, qui de spiritualib. formulis apud Eucherium appellatur, à quibus Isidorus hìc frequenter sententias accipit.

b August. lib. 1. cõtra aduersarium legis, & Prophe. c. 20. Ira Dei non habet perturbati animi ardorem. Et psal. 78. Ira & zelus, non sunt perturbationes Dei.

c Duo cc. m. ff. Iram sacra lectio nominauit, vnus m. s. consentit cum excuso. Iram, & iracundiam promissæ in diuinis litteris inuenio Deo attribui. De ira, Iob. 9. Deus, cuius iræ nemo resistere potest. Et psal. 2. Loquetur ad eos in ira sua. Paulus: reuelabitur ira Dei. Et. Thesaurizas tibi iram in die iræ: & alia. De iracundia, apud Isaiam. c. 1. & 30. Me ad iracundiam pronocastis. Et Ierem. 4. Et Apocalyp. 15. Plenas iracundiæ Dei.

e Tam clementer Deus. Ex auctore Spec. c. 12.

d Locum mutilum in excus. ex fide omnium m. s. restituì, & lib. de Speculo apud August. cap. 13. ex quo tota sententia Isidori desumpta est. Multis siquidem modis inquit, ad significandum te hominibus, de rebus inferioribus ad te species ducis, quem re vera, iuxta propriam naturam, inuisibilem constat esse, & in totum incomprehensibilem & incircumscriptum.

e Eucherius de spiritualib. formul. dupliciter explicat significationẽ huius vocis in Deo. Ambulare dicitur Deus, inquit, non de loco ad locum transeundo, quod impium est, ita credere, sed deambulatio eius est in cordibus sanctorũ delectari, sicut scriptũ est, & inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero illorũ Deus. Vel certè ambulare Dei est in sanctis prædicatoribus suis de loco in locũ trãsire. Hæc Aug. Huius posterioris acceptionis Isidorus meminit supra capit. 2. sententia quinta. Dum localis, inquit, non sit Deus, localiter tamen in suis ambulat sanctis, dum de loco ad locum

locũ prædicatur ab eis. *Aliter verò deambulare Dei interpretatur ab Augustino sermone 3. de verbis Apostoli, super illud*: Spiritu ambulate, & desideria carnis, ne perfeceritis. Deambulat, *inquit*, in nobis præsentia maiestatis, si latitudinem inuenerit charitatis.

f Locus est apud Hieronymum ibidem c. 51. Iurauit Dominus exercituum per animam suam. *Iurare Dei, Augustino auctore, promissionis est firmamentum. Sic super illud psalm.* 109. Iurauit Dominus, *& sermone* 17. *de Aduentu Domini in carne, & lib. de Ciuit. Dei.* 16. *cap.* 32.

g Vermis dicitur psalm 21. Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiecto plebis. Et Oseæ 5. Ego, quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iacob. Et Iob. 25. Homo putredo, & filius hominis vermis. *Exponuntur hæc ab Augustino, super Iohã. tom.* 2. *vermis significatur abiectus, & contemptus, & sine specie, & decore, Isa.* 53 *&* psal 108. Et non homo, id est, non vir fortis, *& robustus, quam emphasim Chaldæus paraphrastes expressit*: Ego autẽ sum vermis, & debilis, & nõ fortis, porcãs vituperationes hominũ. *Greg. li.* 30. *Moralium. c.* 29. *sic inquit, exponens illud Iob.* 39. Quis dimisit onagrum liberum? Nec indignum quis iudicet, per tale animal Dominum posse figurari: dum constat omnibus, quia per significationem quãdam in scriptura sacra, & vermis, & scarabæus ponuntur. Sicut scriptum est: Ego autem sum vermis, & nõ homo. Et sicut apud Septuagintã interpretes dicitur: Scarabæus de ligno clamabit. *Hæc Gregorius. Est autem locus, quem innuit apud Habacuc. ca.* 2. Lapis de pariete clamabit. *Pro quo Septuaginta posuerunt.* Καὶ Κάνθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται ταῦτα. Id est, Scarabæus de ligno loquetur ea. *Symmachus aliter*: iũctura ædificij lignea, loquetur ea. *Vide D. Hieronymum.*

h De diuinis nominibus prolixa, & varia est disputatio. Nam alia essentialiter dicuntur de Deo, vt sunt affirmatiua, quæ perfectionem significant: alia de Deo Patre, alia de Filio, alia de Spiritu Sancto per appropriationem; alia similitudine sumpta ex passionibus, & perturbationibus creaturarum: alia verò per figuram, qualia sunt, agnus, leo, vermis. De his omnibus Dionysius Areopagita primus occultè & latenter differuit, posteà Hieronymus, & Eucherius: vltimò. D. Thomas via, & ratione animum informauit. Neoterici aliqui non indoctè in eodem argumento versantur, quamuis à Thoma recedunt, nec sibi, nec alijs sunt adiumento.

i Pessima distinctione locus erat corruptus in aliquibus exemplis. Frequens autem est in diuinis litteris mortem, & sapientiam serpentẽ appellari. August. li. 3. de Trinitate. c. 10. Per serpentem enim intelligitur mors, quæ facta est à serpente in Paradiso, modo locutionis per efficientem, id quod efficitur, demonstrante.

k Ex Greg. 32. Moral. c. 6.

l Ex authore Speculi. c. 13. Fallũtur, *inquit*, Anthropomorphitarum hæresis sectatores, qui dum legũt hominem ad imaginem, &c. Idem Greg. lib. Moral. 32. cap. 6. Cassianus de origine huius hæresis disserit collat. 10. Niceph lib. 11. c. 14. & Cyrillus ad Episcopũ Calosirium.

m Locus est apud Hieronymum & Euch. de formul. & Gregor. lib. Mor. 24 c. 3. & adducit illud Gen. 32. Et postquam Iacob cum Angelo loquutus est, ait: Vidi Dominum facie ad faciem: ac si dicat: Cognoui Dñm, quia me cognoscere ipse dignatus est.

n *Vt nunc in orationibus Ecclesiasticis præponũtur hi versus.* Ostende nobis faciem tuam. Et salutare tuum da nobis. Ex *psalm.* 79. Et *August. vel Eucherius lib. de essentia diuinitatis*: Ostende nobis Domine faciem tuam, & salui erimus, hoc est, *inquit*, da nobis cognitionem tuam.

o *Os Dei, ex Euch. & Greg.* 27. *Mor. c.* 10.

p *Huius figuræ vsum agnoscit Augustinus lib.* 3. *de Trinitate c.* 10. *explicans locum illum Iohãnis* 3. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, *&c.* Sic, *inquit*, per serpentem intelligitur mors quæ facta est in Paradiso, modo locutionis per efficiẽtem, id quod efficitur, demonstrante. *Et rursus eodẽ lib. c.* 11. *sic exponit locũ illum Genes.* 22. Nunc cognoui, quia times Deũ.

q *Interpretatur locũ Pauli* 1. *ad Corinth.* 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, vt *Augustinus vltimo de Trinitate c.* 8. *&* 9. *Gregorius vestigia Dei, quibus ad speciem supernam tendimus, multipliciter interpretatur, lib. Moral.* 10. *c.* 6.

Quod Deo nulla temporum successio adscribatur.

CAP. VI.

OMnia [a] tẽpora præcedit diuina æternitas: nec in Deo præteritum, præsens, futurumúe aliquod creditur: sed omnia præsentia in eo dicuntur, quia æternitate sua cuncta complectitur. Alioquin mutabilis est Deus credendus, si ei successiones temporum adscribuntur. [b] Si semper aliqua essent cum Deo tempora, non esset tempus, sed æternitas: nec mutarentur tempora, sed starent.

Præsens, præteritum & futurum nostrum est habere, non Dei. Verbi caussa, dicimus pro præsenti, teneo codicem, pro præterito, tenui; pro futuro, tenebo. Vniuersitatem verò Deus tenet: & pro tenuit, & tenebit, tenet dicitur.

Sed nec ipsis Angelis [c] decessio, accessioue est temporum. Nam duas esse in creaturis res, quibus vicissitudo temporum non valet, Angelis scilicet, propter quod incõmutabili inhærent creatori: siue materię illi informi, priusquam ex ea omnia ista, quę tẽporaliter iam voluũtur, formarẽtur, nec ipsi vtiq. valebat tempus. Tempus igitur nõ ad eas creaturas, quæ supra cælos sunt, sed ad eas, quæ sub cælo sunt, pertinere (cognoscitur) Non enim Angelis accedunt tempora, vel succedunt, sed nobis, qui sub cælo versamur in hoc infimo mundo.

a Ex Aug. in Dialog. ad Oros, & Gregor. lib. 20. Moral. cap. 23.

b August. lib. de ciuit. Dei, 11. c. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[c] *Ex Augustino lib. 12. confess. cap. 12.* Duo reperio, inquit, quæ fecisti, &c. *vbi interpretatur locũ Genes. 1.* In principio creauit Deus cælum & terram. *Et per cælũ, intelligit naturam intellectiuam: per terram, primam materiam informem. Terra enim erat inanis, & vacua. Est quippe materia prima, auctore Aristotele 1. Physicorum, ab omni expoliata, & denudata forma, ac specie.*

De Temporibus. Cap VII.

NVlla [a] ante principium mundi fuisse tempora manifestum est: quia, dum sit ipsum tempus creatura, in principio tamen mundi factum esse credendum est. [b] Ideo ergo principium dicitur, quod ex ipso cœpit rerum vniuersarum exordium.

[c] Nullum spatium corporaliter habẽt tẽpora, quia ante abscedunt penè, quàm veniant. Ideoque in rebus nullus status est tẽporum, quia celeri creaturæ motu mutantur. Nec cẽtum anni, vnum tempus est: nec vnus annus vnũ tempus est: nec vnus mensis, vnum tẽpus est: nec dies, nec hora: quia, dum hæc omnia particulis accedunt suis & decedunt, quomodo vnum dicendum est, quod non simul est?

[d] Vtrum sit præteritum, futurumúe tempus, sicut præsens: & si est, scire oportet, vbi est: sed aduerte, quòd cuncta, & futura, & præterita & præsentia in animo sunt potius requirenda.

[e] Tria ista præterita, præsentia, & futura in animo tantum inueniri constat: præterita reminiscendo, præsentia contuendo, futura expectando. Speramus igitur aduenientia, intuemur præsentia, recolimus trãseuntia. Hæc non ita in Deo sunt, cui simul omnia adsunt.

[a] *Ex August. lib 1. super Genes ad lit. c. 5.*

[b] *Genesis primo dicitur*: In principio creauit Deus cælum, & terram. *Ex multis huius loci interpretationibus, quæ à Basilio, Hilario, Hieronymo, & Ambrosio traduntur, illam amplecti.ur, vt* in principio *significet in exordio temporis formatum cælum & terram fuisse.*

[c] *Ex Augustino lib. 11. confess c. 12. & sequentibus: vbi dissoluit hanc quæstionem quòd præteritum, & futurum, & præsens non est spatium in rebus sed cognoscuntur in animo, qui spectat futurum, attendit præsens, præteritorum meminit. Philosophi mirè se torquent in intelligentia illius sententiæ Aristotelis 4. Phy.* Tempus non est sine anima. *Vide Gregor. lib. Moral. 4. c 2.*

[d] *Ex August. lib. 11. confess. c. 20. Sunt enim hæc in anima tria quærenda.*

[e] *Ex Augustino in eodem loco.*

De Mundo. Cap VIII.

MVndus ex rebus visibilibus, sed tamen inuestigabilibus cõstat. Homo autem ex rerum vniuersitate compositus, alter in breui quodam modo creatus est mundus.

[a] Ratio mundi de vno considerãda est homine. Nam sicut per dimensiones ætatũ ad finem homo vergit: ita & mundus, per hoc quod distenditur tempore, deficit: quia vnde homo, atq. mundus crescere videtur, inde vterque minuitur.

[b] Frustra dicitur per tanta retro tempora Deo vacanti nouam pro mundo faciendo ortam fuisse cogitationem, quando in suo æterno maneret consilio huius mundi cõstructio: nec tempus ante principium, sed æternitas. Tempus verò à substitutione creaturæ, non creatura cœpit à tempore.

[c] Quidam aiunt: Quid faciebat Deus antequam cælos faceret? Cur noua volũtas in Deo, vt mundũ conderet, orta est? Sed noua voluntas in Deo exorta non est, quia etsi in re mundus non erat in æterna tamen ratione, & consilio semper erat.

[d] Dicunt quidã: Quid subitò voluit Deus facere mundũ quem ante non fecit? voluntatem Dei immutari arbitrantes, qui aliquãdo voluit, quod aliquando non voluit. Quibus respondendum est. Voluntas Dei Deus est; quia non ipse aliud est, aliud voluntas eius; sed hoc est illi velle, quod ipse est: & quod ipse est, vtiq. æternum, & incommutabile est. Hæc est ergo voluntas eius.

[e] Materies, ex qua formatus est mundus, origine, non tẽpore res à se factas præcessit, vt sonus cantum. Prior enim est sonus cantu: quia suauitas cantilenæ ad sonum vocis, non sonus pertinet ad suauitatem: ac per hoc vtrumq. simul sunt, sed ille, ad quẽ pertinet cantus, prior est, id est, sonus.

Materia, ex qua cælum, terraq. formata est, ideo informis vocata est, quia nondum ea formata erant, quæ formari restabãt, rerum ipsa materia ex nihilo facta erat.

Aliud est aliquid fieri posse, aliud fieri necesse esse. Fieri necesse est, quod Deus naturis inseruit: fieri autẽ posse est, quod extra cursum inditum naturarum creator, vt fieret, quando voluit, reseruauit.

[f] Non ex hoc substantiam habere creditè dicimus, fiat aliquid, sic Deus dixit: Fiat cælum in principio. Illud enim sempiternè in Verbo vnico dictum est. [n] Si trãsitoriè dictum est à Deo, fiat, erat vtiq. creatura aliqua, vnde iam talis fieret vox. Sed quia ante quam diceret, fiat: nulla extitit creatura, ipsum fiat, quod dictũ est, in æternitate Verbi, non in vocis sono enuntiatum est.

Non septies à Deo visa, septiesq. laudata est creatura, quæ antequam fieret, perfectè ab illo est visa: sed dum nos singula videntes laudamus, fit tanquam ipse videat, laudetq. per nos, sicut est illud: Non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Proinde sicut ipse & per nos loquitur, ita videt, & laudat per nos: sed per se perenniter, ac sempiternè videt, per nos verò temporaliter.

Attende vniuersalitèr creaturam in principio valdè bonam vocari, singularitèr verò tantùm bonam: quia & membra corporis, cùm sint singula bona, maius tamẽ bonum faciunt, dum singula omnia valdè bonum corpus efficiunt.

Decor elementorum omniũ in pulchro, & apto consistit: sed puchrum ei, quod per se ipsum est pulchrũ: vt homo ex anima, & membris omnibus constans. Aptum verò est, vt vestimentum, & victus. Ideoq. hominem dici pulchrum ad se: quia non vestimẽto, & victui est homo necessarius, sed ista homini: ideò autẽ illa apta, quia non sibi, sicut homo, pulchra, aut ad se: sed ad aliud, idest, ad hominẽ accõmodata, nõ sibimet necessaria. Hoc, & de cæteris elementorum naturis dicendum est.

Cuncta, quæ sunt, & facta sunt, mira valde sunt, sed cõsuetudine viluerunt. Ideoq. sic diuina scrutare opera, vt semper ea cogites immensa.

[a] *Vnde à Paulo appellatur creatura mundi, ad Rom. 1.* Inuisibilia Dei à creatura mundi, *eo quod sua natura cõplectatur omnia. Quamuis hunc locum aliter interpretatur Hieronymus, & Theophyl* à creatura mũdi *inquiunt, id est, à creatione & constitutione, id enim etiam significat vox Græca κτίσις: sed prima expositioni fauet illud:* quod continet omnia, scientiam habet vocis. *& Gregorius libr. Moral. 6. c. 7. dum de homine interpretatur Marci locũ c. 6.* Prædicate Euãgeliũ omni creaturę *id est homini, qui commune aliquid habet cum omnibus creaturis; esse, augeri, sentiendo viuere, & intelligere.*

[b] *Augustin. de Ciuit. Dei lib. 11. c. 6. & lib. 5. super Genes. c. 5.*

[c] *Augusti lib. 3. contra Maxim. c. 2.*

[d] *Augusti. lib. de Gen. contra Manich. c. 2.*

[e] *Augusti lib. 12. confess c. 29. & lib. 1.*

[f] *Ex Augustino lib. 11. de Ciuit. Dei c. 9. & Augusti. lib. de Gene. ad lit. c. 3.*

[g] *Ex Augusti. lib. 3. confess. c. 9.*

[h] *Querit B. Athanasius in quæstion. ad Antiochum Principem, quæstione prima: vnde facti sunt Angeli. Creatos verò Angelos ante mundi constitutionem censuere multi ex antiquis patribus, Dionysius Areopagita lib. de cælesti hierarchia*

Deus creauit, inde dicitur: Formans lucẽ, & creans tenebras. Verumtamen bonos Angelos non tantùm creans, sed etiam formans; malos verò tantùm creans, non formans. Hoc & de hominibus bonis, malisq. accipiẽdum est.

Post annumeratam cæli terræq. creaturã, ideò nominatur in Genesi Spiritus Sanctus, vt quia superferri eum dici oportebat, ante illa nominarentur, quorum creator Spiritus Sanctus superferri diceretur. Quod & Apostolus indicat, dum supereminẽtem viam charitatis demonstrat.

[g] Ideò superferri aquis Sanctus dicitur Spiritus, quia donum est Dei, in quo subsistentes requiescimus, atq. protegendo nos superfertur nobis.

Vnaquæq. natura suo pondere nititur. Ignis autem & oleũ meritò superiora semper appetunt, quia per ipsorum figuram superferri vniuersæ creaturæ Spiritus Sanctus probatur.

[h] Dies prior factus Angeli sunt, quorum propter vnitatem insinuandam non dies primus, sed dies dictus est, vnus; & idcirco ipse repetitur semper in executione [i] creaturæ. Qui dies, hoc est natura Angelorum, quando creaturam ipsam contemplabatur, [k] quodammodo vesperascebat: non autem permanendo in eius creaturæ contuitu, sed laudem eius ad Deum referens, eamque melius in diuina ratione conspiciens, continuò manè fiebat. Si verò permaneret neglecto creatore in creaturę aspectu iam non vespera, sed nox, vtique fieret.

[i] Dum se creatura melius in Deo, quàm in se ipsa nouerit, ipsa sui cognitio, quæ maior in Deo est, dies & lux dicitur. Cognitio verò sua in seipsa, ad compensationem cognitionis illius, quæ est in Deo, quia longè inferior est, vespera nominatur. Ideoque post vesperam mane fiebat. Quia dum suã in se cognitionem sibi satisfacere non agnosceret, vt se plenius nosse potuisset, ad Deum sese referebat creatura, in quo dies, se agnoscendo melius, fieret.

[m] Non sic quemadmodum nos transitoriè dicimus, fiat aliquid, sic Deus dixit: Fiat cælum in principio. Illud enim sempiternè in Verbo vnico dictum est. [n] Si trãsitoriè dictum est à Deo, fiat, erat vtiq. creatura aliqua, vnde iam talis fieret vox. Sed quia ante quam diceret, fiat: nulla extitit creatura, ipsum fiat, quod dictũ est, in æternitate Ver

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. 10. & D. *Maximus in prima centuria Theolog. & Cõ-* A *luntatem malam, ipsa voluntas mala testis*
stitut. Apostolorum. Clemens lib. 8. & Gregorius Nazian. in *est naturæ bonæ: quæ in tantùm testatur*
sermone de natali Christi, & in secundo de Pascha, & Da- *eam esse bonam, vt illam Deus pro malo*
mascenus lib. 2. Orthodoxæ fidei, & Ephiphanius aduersus *non relinquat inultam.*
hæreses, disputans contra hæresim Pauli Samosateni, & in
synodica epistola Sophronij Patriarchæ Ierosolymitani missa
ad Honorium Principem. Quæ epistola recitata fuit in Sexta
synodo, actione vndecima. Versat quæstionem hanc Augusti-
nus lib. 1. super Genesim ad litteram c. 2. & concludit rem
esse secretissimam & humanis coniecturis impenetrabilem.
Atq. hi omnes in eo consentiunt, quod affirment Angelos
creatos ante mundi formationem.

[i] Creaturarum *apud Luc.*

[k] *Hæc ex Augustino. Nã, vt auctor est D. Thomas in p. 1. q.*
58. art. 6. hoc, quod dicitur de cognitione matutina, & ves-
pertina Angelorum, introductum est ab Augustino libr.
4. super Genesim capit. 22. & libr. 5. cap. 4. & libr.
11. de Ciuitate Dei cap. 9. Quæ de re subtiliter & doctis- B
sime disseruit Iohannes Picus Mirandula in Heptaplo. D.
Thomas sic explicat sententiam Augustini, vt hic Isidorus:
sicut in die consueto (*inquit*) mane est principium diei, vesperè autem terminus; ita cognitio ipsius primordialis esse rerum, dicitur cognitio matutina. Et hæc est, secundum quod res sunt in verbo. Cognitio autem ipsius esse rei creatæ, secundum quod in propria natura consistit, dicitur cognitio vespertina.

[l] *Augusti. lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 9. & lib. 4. super Gen.*
ad lit.

[m] *Legebatur antea*: Nã sic *verùm malè, consentientibus omnibus vv. cc. & sequenti sententia, & Augustino lib. 1 super Genes. ad litteram c. 2. & c. 9. vbi de hac re accuratè agit.*

[n] *Pro quo D. Augustinus dicit*, vtrum tẽporaliter, an in verbi æternitate *libr. 1. super Genesim ad litteram c. 2. & 9.*

Vnde malum. Cap. IX.

MAlum à diabolo non est creatum, sed inuentum: & ideò nihil est malũ, quia sine Deo factum est nihil: Deus autẽ [a] malum non fecit. Non quia alicubi, aut aliquando erat malum, vndè fieret diabolus malus, sed quia vitio suo, dum esset Angelus bonus, superbiendo effectus est malus: & ideò rectè dicitur ab eo inuentum malum.

[b] Nullam esse naturam mali constat, D
quia natura omnis aut incommutabilis, vt Deus est: aut commutabilis, vt creatura, est. Malum verò ideò natura nulla est, quia accedendo in bonam naturam efficit eam vitiosam, quod cùm discedit, natura manet, & malum, quod inerat, nusquam est. Ex eo quod vitium nocet naturæ, agnoscitur vitium naturam non esse: quia nihil, quod naturale est, nocet.

Dum natura bona damnatur propter vo-

Creditur ab hæreticis mentẽ à Deo, vitia à diabolo fuisse creata. Vnde & ab ipsis duæ naturæ, bona, & mala putantur. Sed vitium natura non est: & dum verè à diabolo sit, non tamen creatum est.

Quam ob caussam permiserit Deus mali oboriri statum, nisi vt ex contrarijs malis bonæ naturæ decor emineret? Modus iste etiam in verbis esse comperitur. Qui modus antitheton Græcè dicitur, quod Latinè oppositum, vel contrapositum nominatur, & fit pulchra locutio, quando mox contraria positis proferuntur. Ita & in rebus permixtum est malum, vt naturæ bonum ad comparationem excelleret mali.

Fecit Deus omnia valde bona. Nihil ergo natura malum: quando & ipsa, quæ in creaturis videntur esse pœnalia, si bene vtãtur, & bona & prospera sunt: si malè vtantur, nocẽt. Ita ergo perpẽdẽda est creatura ex nostro vsu non bona: nam ex sua natura valdè bona.

Si radas supercilium hominis, paruam rem demes, sed totius corporis ingeris fœditatem: Ita & in vniuersitate creaturæ est: si extremum vermiculum natura malum C
dixeris, vniuersæ creaturæ iniuriam facis.

Cuncta mala per peccatum primi hominis, pro pœna sunt translata in vniuersum genus humanum: Proinde quæcumque videntur mala, partim nobis sæuiunt origine, partim culpa.

Mala dicunt multa in creaturis peruersi, vt ignem, quia vrit: vt ferrum, quia occidit: vt feram, quia mordet: sed commoda ipsorum non intendens homo accusat in illis, quod sibi debet potius imputare: cuius pro peccato ista effecta sunt noxia, quę illi omni ex parte fuerunt ante peccatum subiecta. D
Nostro vitio, non sua natura nobis mala sunt ea, quæ nobis nocent. Nam lux, dum sit bona, infirmis oculis noxia est: & tunc oculorum vitium, non lucis est, sic & cætera.

Cum creaturarum stimulis, & elementorũ aduersitatibus homo verberatur, peccati hoc exigere pœnam, vt Deo superbiens homo, ea quæ infra ipsum sunt, patiatur aduersa. Vnde & in Sapientia legitur pro Deo. Pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensa-

sensatos. Merito ergo peccatorum hoc actũ A
est, vt naturaliter prospera mutentur homini in aduersa. Vnde & [c] Salomõ, Creatura exardescit in tormentum, aduersus iniustos, & lenior est ad benefaciendum his, qui in Deo confidunt.

Non erit caro subiecta animæ, nec vitiũ rationi, si animus non est subditus conditori. Tunc autem rectè subijciuntur nobis omnia, quæ sub nobis sunt: si nos subijcimur ei, à quo nobis illa subiecta sunt: Nam & quæ videntur esse subiecta ei, qui Deo subiectus non est: ille potius subijcitur eis, qui suam voluntatem subiugat amori eorum, quæ sibi subiecta existimat.

IN [a] *codice Goth. secunda sententia est.* Creditur ab B
hæreticis mentem à Deo, vitia à Diabolo fuisse creata; vnde ab ipsis duæ naturæ, bona & mala putantur. Sed vitium natura non est, & dum verè à Diabolo sit, non tamen creatum est; non quia alicubi, aut aliquando. *Verum hæc sententia est, quarta in-*
fra. Augustinus Tract. 2. expositionis in Iohannem interpre-
tatur illud: Sine ipso factum est nihil, *de peccato &*
malo, quod nihil est. Et lib. de natura boni.

[b] *Ex Augustino in Enchir. ad Laur. c. 12. & lib. de nat.*
boni.

[c] *Locus est Sapientiæ 16.* Creatura (*inquit*) tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos, &c. pro exardescit *autem; in aliquibus m. ss. est* exandescit.

De Angelis. Cap. X.

ANgelorum [a] nomen officij est, non naturæ: nam secundum naturam spiritus nuncupantur. Quando enim de cælis ad annuntiandum hominibus mittuntur, ex ipsa annuntiatione Angeli nominantur: natura enim spiritus sunt. Tunc autem Angeli vocantur, quando mittuntur.

[b] Natura Angelorum mutabilis est, quia ineest illis mutabilitas in natura: sed facit eos incorruptos [c] charitas sempiterna. Gratia dicimus, nõ natura esse incommutabiles Angelos. Nam si natura incõmutabiles essent, Diabolus nõ vtique cecidisset. Mutabilitatem itaq; naturæ suffragatur in illis cõtemplatio creatoris: inde & priuatus est [d] apostata Angelus: dum fortitudinem suam, non à Deo, sed à se voluit custodiri.

Ante omnẽ creaturam Angeli facti sunt, dum dictum est: Fiat lux: de ipsis enim dicit Scriptura: Prior omnium creata est sapientia. Lux enim dicuntur participando lucem æternæ. Sapientia enim dicuntur ingenitæ inhærendo Sapientiæ. Et dum sunt mutabiles natura, non tamen finit eos contemplatio mutari diuina.

[c] Ante omnem creationem mũdi creati sunt Angeli: & ante omnem creationem Angelorũ Diabolus conditus est: sicut scriptum est: ipse est principium viarum Dei. Vnde & ad comparationem Angelorum Archangelus appellatus est. Prius enim creatus extitit ordinis prælatione, non temporis quantitate.

Primatum habuisse inter Angelos Diabolum, ex qua fiducia cecidit, ita vt sine reparatione laberetur. Cuius prælationis excellentiam Propheta his verbis adnuntiat: Cedri non fuerunt altiores illo, in paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem illius: Omne lignum paradisi non est assimilatum illi: quoniam speciosiorem fecit eum Deus.

[f] Distat conditio Angeli à cõditione hominis: homo enim ad Dei similitudinem cõditus est: Archangelus verò, qui lapsus est: Signaculũ Dei similitudinis appellatus est: testante Domino per Ezechielẽ: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delicijs paradisi Dei fuisti. Quãto enim subtilior est eius natura, tantò C
plenius extitit g ad similitudinem diuinæ veritatis expressa.

[h] Prius de cælo cecidisse Diabolum (creditur) quàm homo conderetur. Nam mox vt factus est, in superbiã erupit: & præcipitatus est de cælo. Nam iuxta veritatis testimonium ab initio mendax fuit, & in veritate non stetit: quia statim vt factus est, cecidit. Fuit quidem in veritate conditus, sed non stando confestim à veritate est lapsus.

Vno superbiæ lapsu, dum Deo per tumorem se conferunt, & homo cecidit, & Diabolus: sed homo reuersus ad pœnitentiam Deo se inferiorem esse cognoscit. Diabolus verò non solùm hoc cõtentus, quod se Deo æqualem existimans cecidit, insuper etiam D
superiorem Deo se dicit: secũdum Apostoli dictum, qui ait de Antichristo: qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.

Diabolus ideò iam non petet veniam, quia non compungitur ad pœnitentiam: membra verò eius per hypocrisim deprecantur, quod tamen pro mala conscientia adipisci non merentur.

[i] Discat humana miseria, quod ea caussa

citius

Universidad de Deusto
Biblioteca

citius prouocetur Deus præstare veniam, A dum infirmo compatitur homini: quia ipse traxit ex parte inferiori peccandi infirmitatem, hoc est, ex carne, qua inclusa anima detinetur.

Apostatæ Angeli ideò veniam non habent, quia carnalis fragilitatis nulla infirmitate grauati sunt, vt peccarent: homines autem post peccatum idcircò reuertuntur ad veniam, propter quod ex lutea materia pondus traxerunt infirmitatis. ideoque pro infirma carnis conditione, reditus patet homini ad salutem; sicut & Psalmus dicit: ipse scit figmentum nostrum. [k] Memento Domine, quod terra sumus. Et iterum: Memorare, inquit, quæ mea substantia. B

Postquam apostatæ Angeli ceciderunt, cæteri perseuerantia æternæ beatitudinis solidati sunt. Vnde & post cæli creationem in principio repetitur: Fiat firmamentum, & vocatum est firmamentum cælum. Nimirùm ostendens quòd post Angelorum ruinam, hi, qui permanserunt, firmitatem meruerunt æternæ perseuerantiæ, & beatitudinis, quam antea minus acceperãt. Vnde oportet agnosci, quòd malorum iniquitas sanctorum seruiat vtilitati: Quia vnde mali corruunt, inde boni proficiunt.

Bonorum Angelorum numerus, qui post ruinam Angelorum malorum est diminutus, ex numero electorum hominũ supplebitur: qui numerus soli Deo est cognitus. C

Inter Angelos distantia potestatum est, & pro graduum dignitate ministeria eisdẽ sunt distributa: alijque alijs præferuntur, tam culmine potestatis, quàm scientia virtutis: subministrant igitur alij aliorum præceptis, atque obediunt iussis. Vnde & ad Prophetam Zachariam: Angelus Angelum mittit, & quæcumque annuntiare debeat, præcipit.

[l] Nouẽ esse distinctiones, vel ordines Angelorum, sacræ Scripturæ testãtur: id est, Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Cherubim, & Seraphim. Horum ordinũ numerum etiam Ezechiel Propheta describit, sub totidem nominibus lapidum, cum de primatu apostatæ Angeli loqueretur. Omnis, inquit, lapis pretiosus operimentum tuum: Sardius, Topazius, & Iaspis, Chrysolytus, & Onyx, Berillus, Saphirus, & Carbunculus, & Smaragdus. Quo numero lapidum ipsi ordines designati sunt Angelorum, quos apostata Angelus ante lapsum, quasi in vestimento ornamẽti sui affixos habuit: ad quorum cõparationem, dum se clariorem cunctis aspexit, cõfestim intumuit, & cor suum ad superbiam eleuauit. D

Angeli semper in Deo gaudent, non in se. Malus verò ideò est Diabolus, quia non quæ Dei, sed quæ sua sunt, requisiuit. Nulla autẽ maior iniquitas, quàm non in Deo, sed in se velle quempiam gloriari.

[m] Angeli in verbo Dei cognoscunt omnia, antequàm in re fiant: & quæ apud homines adhuc futura sunt, Angeli iam, reuelante Deo, nouerunt. Pręuaricatores Angeli, etiam sanctitate amissa, nõ tamẽ amiserunt viuacem creaturæ Angelicæ sensum. Triplici enim modo præscientiæ acumine vigẽt: id est, subtilitate naturæ, experiẽtia temporum, reuelatione superiorum potestatum.

Quoties Deus quocumque flagello huic mundo irascitur, ad ministerium vindictæ apostatæ Angeli mittuntur: qui tamen diuina potestate coërcentur, ne tantùm noceant, quantùm cupiunt. Boni tamen Angeli ad ministerium salutis humanæ deputati sunt, vt curas administrent mundi, & regant omnia iussu Dei, testante Apostolo: Non ne omnes, inquit, sunt administratorij spiritus, in ministeriũ missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis?

[n] Angeli corpora, in quibus hominibus apparent, de superno aëre sumũt, solidamq; speciem ex cælesti elemento induunt, per quam humanis obtutibus manifestiùs demonstrentur.

Singulæ gentes præpositos Angelos habere creduntur, quod ostenditur testimonio Angeli Danieli loquentis: Ego (inquit) veni, vt nuntiarem tibi: sed princeps regni Persarum restitit mihi. Et post alia: Nõ est, qui mecum adiuuet, nisi Michael princeps vester.

[o] Item omnes homines Angelos habere probantur, loquente Domino in Euangelio: Amen dico vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui est in cælis. Vnde & Petrus in Act. Apost. cùm pulsaret ianuam, dixerunt intus Apostoli: Non est Petrus, sed Angelus eius est.

[p] Si Deum Angeli contuentur, & vident, cur Petrus Apostolus dixit: In quem desiderant Angeli Dei conspicere? Iterum, si eum non contuentur, nec vident, quomodo iuxta sententiam Domini, Angeli eorũ semper vident faciẽ Patris, qui in cælis est? Sed bene vtrumque est. Nam veraciter credimus, A quòd Deum Angeli & vident, & videre desiderant, & habent, & habere festinant, & amant, & amare nituntur. Si enim sic videre desiderant, vt effectu desiderij nõ perfruantur, desiderium hoc necessitatem habet; necessitas ista pœnalis est: sed à beatis Angelis omnis pœna longè est, quia nunquam simul pęna & beatitudo conueniunt. Rursùm si eos dicimus Dei visione satiari, satieras fastidiũ habere solet; & scimus illos Dei visionem, quam & desiderãt, fastidire nõ posse: Quid ergò est nisi vt miro modo, simul vtrumque credamus, quia & desiderant, & satiantur: sed desiderãt sine labore, B & satiãtur sine fastidio. Ne enim sit in desiderio necessitas, desiderãtes satiãtur. Et iterum, ne sit in satietate fastidium, satiari desiderant. Vident ergò Angeli faciem Patris per satietatem: sed quia satietas ista fastidium nescit, Angeli desiderant in eũ prospicere semper.

[q] Vbicumq. in Scripturis sanctis, pro Deo Angelus ponitur, non Pater, non Spiritus Sanctus sed, pro incarnationis dispensatione, solus Filius intelligitur.

[r] Ante Dominicæ incarnationis aduentum discordia inter Angelos, & homines fuit. Veniens autem Christus pacem in se, & C Angelis, & hominibus fecit. Eo quippe nato clamauerunt Angeli: In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Per incarnationem igitur Christi non solùm Deo reconciliatus est homo, verùm etiam pax inter homines, & Angelos reformata est. Discordia igitur ante aduentum Christi hominum, & Angelorum fuisse per id maximè agnoscitur, quod salutati in veteri Testamento ab hominibus Angeli, despiciunt se salutari ab eis. Quod in nouo Testamento à Iohanne factum non solùm reuerenter Angelus suscipit, verum etiam ne faciat, interdicit.

Ob hoc homo in veteri Testamento de- D spicitur, nec resalutatur ab Angelo, eò quòd homo ad huc nondum transisset in Deum.

Suscipitur autem homo à Deo, & reuerenter salutatur ab Angelo. Nã & Mariam Angelus Gabriel legitur salutasse: & Iohanni Angelum salutanti ab eodem Angelo dicitur: Vide ne feceris, cõseruus enim tuus sum, & fratrũ tuorũ. Per quod agnoscitur, per incarnationem dominicam pacẽ hominibus fuisse, & Angelis redditam.

[a] *Ex Gregor. hom. 34. in Euang.*

[b] *Gregor lib. Moral. 5. c. 29. & lib. 15. cap. 4. & Fulg. de Fid. ad Pet. c. 23.*

[c] *In aliquibus mss. cc. est*, claritas sempiterna: *verùm legendum, vt in editis*, charitas; *sic enim habet Gregor. libr. Moral. 5. c. 29. Vnde sentẽtia hæc desumpta est*, quia ergo ipsa quoq. natura Angelica est in semetipsa mutabilis, quam videlicet mutabilitatẽ vicit, per hoc quod ei, qui semper idem est, vinculis amoris alligatur, &c.

[d] *Gregorius lib. Moral. 4. c. 13. de apostata Angelo interpretatur illud Apoc. 20.* Vidi Angelum descendentem de cælo, & habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum. *Et illud, quod est infra*: Cum completi fuerint mille anni, soluetur Satanas; *vbi sic inquit*: Ille enim apostata Angelus, qui ita conditus fuerat, vt Angelorum cęteris legionibus emineret ita superbiendo succubuit, vt tunc ſtãtium Angelorum ditioni subſtratus sit. Quatenus vel nunc ad vtilitatem nostram eis ministrantibus religatus lateat, vel tunc ad probationem nostram, eis relaxantibus totis se suis contra nos viribus solutus exerceat.

[e] *Gregor. lib. Moral. 32. c. 18.*

[f] *Ex Gregor. ibid.*

[g] *In editis erat* virtutis, *verũ posui* veritatis *cõsentiẽtibus omn. m. ss. cc. Et, quamuis locus sit deductus ex Gregor. hanc vocem Isidorus addit sententiæ Greg. sic enim est apud eum lib. 32. Moral cap. 18.* vt quo subtilior est eius natura, eo in illo similitudo Dei plenius creditur expressa.

[h] *August. 11 de Gen. ad litteram.*

[i] *Ex Gregor. lib. Moral. 22. c. 5.*

[k] *Locus est Psal. 102. In vulgata habetur*, Recordatus est, quoniam puluis sumus.

[l] *Ex Gregor. homil. 34. in Euang. & libr. 32. Moral. cap. 18.*

[m] *Augustin. idem lib. 12. de Ciuit. c. 1.*

[n] *Augusti. lib. 15. de ciuitat. c. 23. & lib. de mirab. sacræ Scripturæ lib. 3. & Gregor. lib. 18. Moral. c. 2. Greg. lib. Moral. 17. c. 8.*

[o] *Augus. serm. 68. ad fratres in erem. Matth. 18.*

[p] *Ex Gregor. tota sententia lib. 18. Moral. c. 28.*

[q] *August. lib. 2. de Trinit.*

[r] *Gregor. lib. 27. Moral. c. 8.*

De Homine. CAP. XI.

OMnia sub cælo propter hominem facta sunt, homo autẽ propter se ipsum: inde & omnia per figuram ad eius similitudinẽ referuntur. [a] Communia homini omnia naturalia esse cum omnibus, quæ constãt, & in homine omnia contineri, atq. in eo omniũ rerum naturam consistere (patet.) Vniuersitatis creaturæ homo magna quædam portio est: tantoque gradu est cæteris excellentior, quãtò imagini diuinæ vicinior. [b] Quãtùm cæteris creaturis præstat homo dignitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate virtutis, ex ipsa reuerentia discitur creationis, dum per omnia dixit Deus: Fiat, & facta sunt. Creare verò hominem cum quadam æterni consilij deliberatione voluerit, dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

Quia enim boni sumus naturaliter conditi, culpæ quodam modo meritò contra naturam mali sumus effecti.

Sicut præsciuit Deus hominem peccaturum: ita & præsciuit qualiter illum per suã gratiam repararet, qui suo arbitrio deperire potuisset.

[c] Originaliter Adam, & Eua simul creati sunt, specialiter verò, postea mulier de latere viri formata est. Pariter ergo conditi sunt vterque, rationis ordine, non pariter temporis vnitate.

[d] Vir ad imaginem Dei factus est: mulier ad imaginem viri formata est: Vnde & illi lege naturæ subiecta est.

Item vir propter semetipsum factus est, mulier ob adiutorium viri creata est.

Homo propter peccatum tunc traditus est Diabolo, quando audiuit: Terra es, & in terram ibis. Tunc enim dictum est & Diabolo: Terrã mãducabis. [f] Vnde & Prophetait: serpenti puluis panis eius. Serpens enim Diabolus est: puluis, impij: & ipsi sunt cibus Diaboli.

Quia praua volũtate ad ima collabimur, rectè ab benè agendũ cũ labore cõsurgimus: quod non ita esset, si delectatio flagitium primorum hominum non persuasisset, quibus ad benè viuendum tantũm velle sufficeret: & sine difficultate statim actio obtemperaret.

Diuisio, & pugna, vt sit in hominis animo, pœna peccati est, ex primo homine in omnes eius filios propagata: vt qui noluit cum Deo esse vnitus, esset in semetipso diuisus: & qui imperanti Domino noluit esse subiectus, fieret sibimetipsi rebellis, atq. cõtrarius. Vnde nec sibi poterit subiugari, si priùs Deo non fuerit subiugatus: sibiq. seruiet nolens, qui Deo noluit volens.

Quàm variè per diuersa humanum defluxit genus, dum se ab vna stabili semperque manente diuinitatis soliditate subtraxit. Nã dum opus quodlibet appetit, quasi ibi iam requiẽ mentis infigit. Sed dum ei non sufficit, mutata intentione ad alias atque alias actiones transit: dumque per diuersa requiẽ solidam quærit, nec inuenit, in labore miser & varietate viuit, & vacuus à requie manet. Quamuis eadem mutabilitas non sit homini concreata, sed pro merito primę prævaricationis illi accesserit; iã tamẽ naturalis facta est, quia originaliter, à primo homine, sicut & mors, in omnes homines transit.

[a] *Ita Sancti interpretantur illud sapientiæ 1. hoc quod continet omnia scientiã habet vocis. Et illud Matth. vltimo;* Prædicate Euangelium omni creaturæ: *vt nomine omnis creatura homo intelligatur; præsertim Gregorius homil. 29. in ascensione Domini: & lib. 6. Mor. c. 7. De hac re supra c. 10.*

[b] *Gregor lib. Mor. 9. c. 36. & August. super Gen. in lib. imperfecto.*

[c] *Id patet ex illo Genes. 1.* Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. *Homo enim vtrumq. sexum comprehendit. Vnde Deus, vocatur virago, & imago viri, homo verò imago, & gloria Dei, à Paulo 1. ad Corint. c. 11. Ita interpretatur August. lib. de Trinit. 12. c. & Gen. 5. dicitur;* hic est liber generationis Adã. In die quæ creauit Deus hominẽ, ad similitudinẽ Dei fecit illũ masculũ, & fœminã creauit eos. Et *Paul. 1. ad Corinthios. 11. cum dicat:* Sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem *concludit;* Omnia autem ex Deo. *Ambros. ibi:* ambo vnum sunt in natura: *id vocat Iudæus originaliter esse vnum, specialiter verò postea mulier de latere viri formata est. Hanc sententiam probat Gregorius lib. 33. Mor. c. 10.* Rerum quippe, *inquit,* substantia simul creata est; sed simul species formata non est, *&c. Obserua obiter Augustinum, & Gregorium in rerũ formatione dissentire: cum Augustinus multis in locis super Genesim probet, omnia esse facta simul secundum substantiam, & secundum speciem, præsertim lib. 4. super Genes. ad litteram c. 34. Gregorius verò dicit in substantia esse facta simul, non in specie. In qua sententia est Isidorus hic, & lib. 2. differentiarum cap. 10.* in creatione, *inquit,* mundi, & formatione, in qua hæc est differentia, quod originaliter secundum materiæ substantiam simul cuncta creata sunt, secundum distinctionem verò rerum per sex dierum alteratiorem formata sunt. *Philo lib. 1. legis allegoriarum, rusticanæ simplicitatis esse, inquit, putare sex diebus, aut vtiq. certo tempore mundum constitutum. Refellit his Isidorus sententiam eorum, qui dicunt Androgynos creatos Adam & Heuam, id est, hominem in quo duæ corpora maris, s. & fœminæ circa dorsum copulatos: ita vt esset homo à principio geminus, vt Plato in conuiuio seu de amore asserit, postea verò sectus, vt ex aduerso ad prolis procreationem coniungerentur: è latere enim protoplasti mulier costa mulierem formatam affirmant, voce Hebræa, Zelah. Latetus, & costam significante: In hac sententia fuit Erasmus Georgius. Verum D. Augusti. Platonicos insectatur lib. 2. Genes. ad lit. c. 22. inquiẽs:* rursus, ne in homine virtij sexus esse putaretur, sicut in his, quos Androgynos vocant: pluraliter subiecit masculum, & fœminam, creauit eos.

[d] Ex *Paul. 1. ad Corint. c. 11.* Vir imago & gloria Dei est, mulier aũt gloria viri. *mulier dicitur gloria viri, dicut opificium ex viro. August. de catechiz. rudibus expresse, quo pacto vir potissimum dicatur imago Dei per subiectionem. vnde Actorum 17.* fecit ex vno omne genus hominum.

[e] *Ita interpretatur Gregorius in enarratione in septem psalmos pœnitentiales psal. 4. exponens illud:* Et terræ ibis miserebitur: per terrã, *inquit,* accipimus peccatores: vnde serpenti à Dño dictũ est: Terrã comedes omnibus diebus vitæ tuæ. *Idẽ li. 2. Mor. c. 30. Idẽ & Ambros. lib. de pœnitentia. c. 13. & Aug. lib. de agone Christ. c. 1.*

[f] *Hieronymus interpretatur locum eodem modo.*

De Anima, caterisq. sensibus. CAP. XII.

VIta [a] corporis, anima: vita animæ, Deus est. Et sicut corpus mortuũ est sine anima, sita anima mortua est sine Deo.

[b] Anima hominis, nõ est homo: sed corpus, quod ex humo factum est, id tantum homo est. Inhabitãdo autem in corpore anima, ex ipso participio carnis, hominis nomen accepit: sicut Apostolus, interiorem hominẽ dicit animam, non carnem conditam esse ad Dei imaginem. [c] Malè ergo à quibusdam creditur animam hominis esse corpoream, quæ propter id ad Dei imaginem facta est, vti non incommutabilis, vt Deus, esset: tamen incorporea, vt Deus, existeret.

Sicut Angeli, ita & animæ: habent enim initium, finem verò nullum. Nam quædam in rebus temporalia sunt, quædã perpetua, quædam verò sempiterna. Temporalia sunt, quibus inest ortus, & obitus. Perpetua, quibus ortus, non terminus. Sempiterna, quibus, nec ortus, nec terminus.

[d] Animã nõ esse partẽ diuinę substãtię, vel naturæ, nec esse eã priusquã corpori misceatur, constat; sed tunc eam creari, quando & corpus creatur, cui admiscerí videtur. [e] Philosophorũ sententiæ dicunt esse animam, priusquã nascatur in corpore. Quod verum esse nullis approbatur indicijs. Nã vtrũ anteà fuissemus, nec ipsi nouimus, nec quis hominũ dicat, habemus. Non est ergo quærendum, quod quærendo magis est irridendũ.

Gentiles & hæretici de anima dísputare conantur, sed quomodo de illa aliquid rectè sentire possunt, qui auctorem, ad cuius imaginem facta est, non nouerunt? Et ideò multa errore digna dixerunt.

[f] Mutabilis est anima, non localiter, sed temporaliter suis affectionibus. Corpus autem & loco & tempore mutabile est: quia & tempore mutatur, & loco variatur. Quod est ad corpus mutatio locorum, hoc est ad animã mutabilitas cogitationum. Quæ varia & æternorũ contemplatione prima homo recedẽs in illo stare noluit, à quo quando ab æternorũ contemplatione primus homo recedẽs in illo stare noluit, à quo male recessit; & iusta damnatione inconstans, per terrã raptus varietatem defluxit.

Multum ex sua natura splendorẽ possidet anima, sed fuscatur cõmixtione carnis, qua retinetur inclusa. Ex eius enim parte vertitur ad peccãdi infirmitatem, Salomone docente: Corpus corruptibile aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem,

[a] *Ex Aug. de spiritu & anima.*

[b] *Isidorus vocis etymologiam considerauit in hac sententia, vt homo dicatur ab humo, quod est corpus, & non ab anima. Id explicat lib. Etymolog. 11. c. 1.* Homo propriè ab humo dicitur, abusiuè verò pronuntiatur ex vtraque substantia totus homo, id est, ex societate animæ & corporis: Nam propriè homo ab humo. *Idem lib. d. differentiarum. c. 1. D. Greg. li. 12. Mor. c. 16.* Eo enim, *inquit,* quod dicitur homo, terrenus exprimitur & infirmus: homo enim ab humo appellatus est. *Cicero de naturâ Deorum.* Deus hominem, *inquit,* hũmo excitatum, celsum, & erectum constituit. *Verùm August. li. 19. de Ciuitate Dei, c. 3. diluit hanc quæstionẽ ex sententia Varronis, qui hominem dici putat proprie ex vtraq. substantia compositum anima, & corpore: & lib. de moribus Eccles. c. 4. difficile dixit esse, hanc controuersiam diiudicare, aut si ratione facile, oratione longum est. Idem Hieronymus ad Damasum in explanatione symboli, & Magister sententiarum in 3. dist. 2. errare eos affirmat, qui dicunt hominem non à substantia, sed à proprietate dici. Verùm noster Isidorus vocis etymon explicat, non hominis naturam. Et de homine exteriori disserit, de quo Paulus 2. ad Corinth.* Licet is, qui foris est, noster homo corrũpitur, tamẽ is, qui intus est, renouatur de die in diẽ.

[c] *Id D. August. lib. de hæres. c. 86. attribuit Tertulliano. Et refellit lib. de quantitate animæ. De Tertulliano autem Africæ prouinciæ presbytero, qui primo illic illustris habitus est, postea verò in turpem hæresim Montani impostoris, & aliorum prolapsus est, Hieronymus in epistola ad Magnum Oratorem. Niceph. li. 4. c. 34. Vincentius Lirinensis, & Hilarius in commentarijs ad Matthæum.*

[d] *Aug. de spiritu, & anima. Et idem Isid. lib. 2. differen. c. 27. & Conc. Bracarens. 1 can. 5.*

[e] *Animam esse corporis formam probauit Conc. Viennense, sub Clemente V. & Conc. Lateranense. sess. 8. sub Iulio II. & Leone X. August. lib. de Eccles. dog. cap. 13. & Greg. li. 7. epist. Regist. c. 33. Secundinc. Omnes fere hæreses de anima, in hac sententia Isidorus complexus est, quas neoterici copiosè refellunt.*

[f] *Greg. li. 25. Moral. c. 3. & Aug. de veræ vita cognitione c. 5.*

De Sensibus carnis. CAP. XIII.

NOn virtute, non sensu corporis: sed ratione mẽtis excellimus animalibus cæteris.

[a] Pro rebus corporeis vtẽdis sufficit sensus carnis, non pro spiritualibus capiẽdis. Illecti autẽ homines vsu corporearũ rerũ nihil putãt aliter esse, præterquã quod carnis sensu concipiunt. [b] Sicut præcellunt sibi corporei sensus diuersitate locorũ: ita sibimet virtu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te sentiendi præcellũt: Nã sicut præstãtior est odoratus sapore,& positione loci, & sentiendi longinquitate:sic auris odoratu. Lõgiùs enim audimus,quàm odoramus: & sic oculi,auribus:longiùs enim videmus,quàm audimus. Animus aũt & loco,& merito, his vniuersis sensibus superfertur. In arce enim capitis cõstitutus, quod illi corporaliter nõ attingũt,iste intellectualiter cõtuetur. Amplius, [e] excellit oculorũ sensus cæteris sensibus: quandoquidẽ quæ ad alios pertinent sensus [d] inde dicam⁹, veluti cũ dicim⁹:Vide, quomodo sonat: vide,quomodo sapit. &c.

Quemadmodũ oculus,ita & animus cætera videt,se se nõ intuetur. Aliarũ enim rerũ origines,species,& magnitudines perspicit: de se aũt tãta veri ignorãtia inficitur, vt in his omnibus nihil incertius contempletur.

[e] Homo, qui miraris siderũ altitudinẽ & maris profunditatẽ, animi tui abyssũ intra, & mirare,si potes. Multa cogitãtes sine sensu carnis, & sine imagĩb⁹ visis,animo tãtũ cernentes intuemur, memoriaq. mente sibi eas figẽte,tenemus,Multa quoq. intelligimus sẽsu,quæ lingua explere nõ possum⁹.

Innoxios esse infantes opere,nõ esse innoxios cogitatione,quia motum,quem gerunt mente,nondum possunt explere opere:ac per hoc in illis ætas est imbecillis,non animus. Ad nutũ enim volũtatis nõdũ obtẽperat illis fragilitas corporis:nec adeò opere nocere possũt,sicut cogitatione mouentur.

Ex caussa [f] vocabulum sortita est cogitatio. Cogendo enim animũ reminisci quod memoriæ commendatum est,dicitur cogitatio. Rerum [g] omniũ thesaurus memoria est. Ipsa est enim custos rebus inuentis , ipsa cogitatis:de qua ad liquidum difficile est aliquem disputare,quia grandis eius perplexitas est,[h] & animus ipsa est.

[i] Imago à sensibus corporis remota, suæ speciei similitudinem relinquit in memoria:[k] beatitudinem autem nõ per imagines sicut cætera,sed sicut gaudium sine imagine reminiscimur. Dum obliuionem memoramus,non per seipsam adest. Quod si per seipsam adesset,vtiq. non obliuisceremur.

[l] Communẽ hominis animaliumq. esse memoriam,nullum autem animalibus irrationabilibus intellectum inesse,nisi homini tantùm prędito ratione. Cęteris enim in ipsa qualitate considerationis suę,sensus carnis,non intelligentia mentis est.

[a] Ex *August. lib. confess. 10. c. 35.*

[b] *De varia humanorũ sensuũ positione, & præeminẽtia inter se Galenus de vsu partiũ, Cicero in libris de natura Deorũ, Basilius, & Ambr. in Hexaemero, & Greg. li. Moral. 11. c. 9.*

[c] *Id Aristoteles probat lib. 2. de anima. c. vlt.* visus, *inquit*, maximè est sensus.

[d] *Integra sententia est ex August. lib. epistolarũ, epist. 112.*

[e] *August. confess. 10. c. 8.*

[f] *Cogitatio à cogendo dicta, vt August. docet lib. 10. confess. c. 11. Lactantius lib. 6. de vero cultu*: cogitatio nihil aliud est, quàm mentis agitatio. [g] *Vocata ab Aristotele vocatur, in brutis æstimatiua, & inter sensus communes reponitur.*

[g] *De memoria accuratissimè scripsit August. lib. 10. confess. c. 8. à quo hæc omnia fere deprompta sunt ibidẽ c. 14. quod sit venter animi. Et lib. 4. de Trinitate, c. 11. quod non solùm sit præteritorum sed etiam præsentium. Idem ibidem lib. de differẽt. c. 21. Aristoteles, quod sit præteritorum (libr. de memoria & reminiscentia) resumptio alicuius apprehensi sensu, vel intellectu.*

[h] *August. id probat lib. 10. confess. c. 14.*

[i] *Aristoteles lib. de memoria, & reminiscentia c. 1. imaginis naturam exprimens, sic inquit*: Vt enim animal pictum in tabula animal est, & imago: & cũ vnum, idemq. sit, vtraq. est; sed tamen ratio diuersa existit, cõsideranti potest vt animal est, & vt imago. Sic de phãtasmate, quod in nobis est, cẽsere oportet, & ipsum quippiã in se, & alterius simulacrum esse. Nã quatenus in se, seorsumq. spectatur, ipsum est: quatenus verò ad aliud refertur, imago, & monumentũ. *Hæc de imaginis natura ex Aristotelis sententia, maximè ad huius loci intelligentiã conducũt, & ad quæstionẽ de imaginũ adoratione euolandã aduersus hæreses nostri tẽporis, & tandem D. Thomæ versum sententiam explicandam.*

[k] *In editis est*: similitudinem, *sed Gothicus beatitudinẽ habet. & alij m.ss. cc. quam lectionẽ posui, ductus auctoritate August. lib. confess. 10. c. 21. vnde locus iste desumptus est. Ibi enim probat, quod memimus eorũ, quorũ nunquam speciẽ habuimus, vt beatitudinis, & gaudij. Et infra c. 23. inquirẽs, in quo memoriæ gradu reperiatur Deus, sic inquit*: Quia sicut nõ est imago corporalis, nec affectio vt cum gaudemus, contristamur, cupimus, metuimus, meminimus, obliuiscimur.

[l] *Aristoteles id probat lib. de memoria & reminisc.*

De Christo. Cap. XIIII.

[D] Filij [a] Dei perfecta natiuitas, nec cœpisse,nec desijt:ne præterita sit,si desijt: & ne imperfecta sit,si adhuc sit : sed sit æterna,sic & perfecta[a] quatenus in ea natiuitate æternitas,& perfectio habeatur.

Ex vtero virginis minor dicitur Pater Christus, videlicet iuxta humanam assumptionem,non iuxta diuinitatem.

Christus & in forma serui seruus, & in forma serui non seruus. In forma quippe serui Dñi seruus : in forma serui omnium Dñs. Christus in forma serui,propter conceptionis excellentiam, Dñs est omnium: quia & si susceptit carnem, non tamen ex carnis libidinosa contagione.

[b] Mediator Dei, & hominũ, homo Christus Iesus nequaquam alter in humanitate, alter in deitate est:sed in vtraq. natura idẽ vnus est. Nec purus homo conceptus est, nec purus homo editus est,nec posteà meritũ,vt Deus esset,accepit: sed Deus verbũ manente incommutabili essentia, quæ illi cũ Patre,& Spiritu Sancto est coæterna, assumpsit carnem pro salute humana, in qua & impassibilis pati,immortalis mori,& æternus ante secula temporalis posset ostendi.

[c] Mediator Dei,& hominum homo Christus Iesus,quamuis aliud sit ex patre, aliud ex virgine:non tamẽ alius ex patre alius ex virgine:sed ipse æternus ex patre,ipse temporalis ex matre:ipse qui fecit, ipse qui factus est:ipse de patre sine matre,ipse de matre sine patre:ipse conditoris templum,ipse cõditor templi:ipse auctor operis,ipse opus auctoris : manens vnus de vtroque , & in vtraq. natura,nec naturarũ copulatione cõfusus,nec naturarũ distinctione geminatus.

Ideò Deus in homine venit, quia per se ipsum ab hominibus cognosci non potuit. Sed vnde nobis consuluit,inde despectionẽ tulit:quia infirmitatẽ,quam pro nobis susceperat; homo superbus despexit: Ob hoc infirma,& stulta mũdi elegit,vt fortiora & sapiẽtiora,per quæ nõ cognoscebat, cõfunderet: Sicut cibum fortem inualidus infans capere non potest, nisi à matre [d] prius editus, in lactis succum vertatur : vt quod in cibo non potuit vti,sugendo potetur in lacte per carnem:ita & nos,dum essemus infirmi ad conspiciendam verbi æternitatem, factum est ipsum verbum caro,vt enutriti per carnem,fortioresque effecti , cibum solidum, ideſt,verbum Domini cum Patre sempiternum contemplando, vt Angeli satiemur.

Prima Dei dona esse, quibus nos nobis reos esse ostendit. Qui dum iaceremus sub reatu culpæ,iustos nos esse credebamus. Venit medicus,patefecit vulnus,composuit se metipsum, & de sua morte nobis medicinam aptauit,vt non esset ostensor tantùm vulneris,sed & sanator.

Primùm ad Israel venit Christus,sicut & ait:Non sum missus nisi ad oues,quæ perierunt domus Israel. Ad populum enim Israël prius venit, sed quod non essent creditури. Propheta non tacuit dicens. Primus ad Sion dicet : adsum: & Ierusalem Euangelistam dabo:& vidi, & non erat neq. extitit qui/quã qui iniret consiliũ, & interrogatus resp̃ideret verbũ. Sed quia ad gẽtes trãsiuit

sequitur: Ecce seruus meus suscipiã eũ, electus meus, cõplacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritũ meũ super eũ, iudiciũ gẽtib⁹ proferet.

[e] Quãuis ordinẽ nostrę liberationis nescierit Diabolus, sciuit tñ, quòd pro saluatione hominũ Christus aduenit: sed q̃ sua idẽ nos morte redimeret, ignorauit: vnde & eũ occidit. Nã si ille Christũ per mortẽ redimere humanũ gen⁹ scisset, nõ eũ vtiq. peremisset.

Quòd nouerit Diabolus pro salute humani generis Christum venisse, Euangelij testimonio docetur, quem vt vidit, cognoscẽdo pertimuit, dicens: Quid nobis & tibi fili Dei? venisti ante tempus perdere nos.

[f] Christus, sicut peccatũ, quod pœna dignum est, nõ admisit; ita pœnã peccati nostri suscepit : vt per indebitã pœnam suam, debitã aboleret culpam nostrã: vt per hoc amitteret Diabolus, quos reos tenebat, dũ vnum interfecit, qui nihil peccati admiserat. Ideoq. quos quasi iustè tenuit, amisit: quia iniustè redemptorẽ nostrum occidit.

Illusus est Diabolus morte Dñi, quasi auis. Nã ostensa Christus suæ carnis mortalitate, quã interimendã ille appetebat, absconditam diuinitatẽ, vt laqueũ: quo eũ, velut auẽ improuidã, prudẽti irretiret decipula. Nam si innox Christus nõ occideretur, homo Diabolo addictus per preuaricationẽ non absolueretur.

[h] Diabolus dũ in Christo carnẽ humanitatis impetit, quæ patebat, [i] quasi hamo diuinitate eius captus est, quæ latebat. Est [k] enim in Christo hamus, diuinitas: esca autẽ caro, linea genealogia , quæ ex Euangelio recitatur. Tenẽs verò hanc lineã Deus Pater est: de quo Apostolus : Caput Christi De⁹. Et Lucas lineã generationis Christi ab imis ad summa cõtexẽs inchoat à Ioseph,& consummat in Deũ, dicẽs: Qui fuit Heli,& perficiens lineã generis, ait: Qui fuit Dei.

Idcirco Dominus in inferno descendit, vt his qui ab eo nõ [l] pœnaliter detinebãtur viam aperiret reuertendi ad cælos, secundũ testimoniũ Isaiæ dicentis: Posuisti profundũ maris viam, vt transirent liberati. Viam quippe Christus in profundũ maris posuit, quando in infernum descendens , sanctis iter ad cælos reuertendi monstrauit.

[m] Sancti ex tẽpore resurrectionis Christi, statim vt de corpore exeunt, mox ad cælestem habitationem ascendunt, quod antiquis patribus nõ dabatur. Nam ante aduẽtum Saluatoris , quanquam sine pœna supplicij: tamen non in cælo , sed [n] in inferno

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctorũ animæ tenebãtur: pro quibus absoluendis Dñs in infernum descendit.

Christus in cælũ ascẽdens, discesit quidem carne, sed præsens est maiestate, secũdũ illud, quod ait: Ecce ego vobiscum sum vsq. ad consummationem seculi.

Sedet Christus ad [o] dexterã Patris, nõ vt dexterã corporeã habeat Pater: sed dextera Patris, beatitudo est, sicut sinistra, miseria.

a *Tota sententia est ex Greg. li. Moral. 29. c. 1. Verùm de duplici Christi: natiuitate, Lactan. lib. 4. de vera sapiẽtia eleganter disserit, c. 8. Et Damasc. li. 3. de Orthodox. fide. c. 7.*

b *Et Greg. lib. Moral. 18. c. 27. Aug. lib. Medit. c. 16.*

c *Ex Gregor. vbi supra.*

d *Editũ in aliquibus m. ss. Similitudo hæc desumpta est ex Paul. 1. epist. ad Corinth. 3. & ad Heb. 5. & Petri. 1. epist. 2.*

e *Ex Greg. lib. Moral. 33. c. 7. & 9.*

f *Gregor. lib. 3. Moral. c. 11.*

g *Eodem modo infr. cap. 27. consumitur à Deo innox. &c. & paullò post: consumitur innox & impius. Et Etym-log. lib. 10. Innox, quod non noceat. Et gloss. Innox, ἀβλαβὴς.*

h *Ex Greg. lib. 33. Moral. c. 7.*

i *Ita in m. ss. omnibus. Quam lectionem amplector testimonio Gregor. ductus lib. 33. Moral. c. 10.* Quasi hamus quippe fauces glutientis tenuit; dum in illo & esca carnis patuit, quam deuorator appeteret, & diuinitas passionis tempore latuit, quæ noceret.

k *Ex eodẽ Greg. lib. 33. Moral. c. 12. vbi exponit illud Iob. an extrahere poteris Leuiathan hamo. Quod etiam Ezechiel. c. 32. futurum prædixerat:* Extrahã te in hamo meo, & extendam te super terrã. *Et Habac. 1.* totum in hamo subleuauit, traxit illum in sagena sua.

l *Refutat hæresim eorum, qui dicebant Dñm in infernum descendisse, & omnes ibi eum confitentes extraxisse, & saluasse. Quam Greg. improbat lib. 6. epistolarum. epist. 179.*

m *Totus sententiæ sensus, & ordo est apud Gregor. libr. 4. Moral. c. 32.*

n *De duplici inferno ita Greg. lib. Moral. 12. c. 7.* Nec tamen ita iustorũ animas ad infernum dicimus descendisse, vt in locis pœnalibus teneantur. Sed esse superiora inferni loca, esse alia inferiora credenda sunt, vt & in superioribus iusti requiescerent, & in inferioribus iniusti cruciarentur. *Vnde & psalmista psalm. 85. propter præuenientẽ se Dei gratiam dicit:* Eruisti animam meã ex inferno inferiori.

o *Greg. lib. 2. Moral. c. 21.* Dextera Dei, Angelorum pars electa, sinistra aũt Dei, pars Angelorũ reproba designatur. *Idem Isidorus lib. officiorum. 2.*

De Sancto Spiritu. CAP. XV.

Spiritus Sãctus creator est, sicut Pater, & Verbum: testante Propheta: Spiritus Domini fecit me, & spiraculum omnipotentis viuificauit me.

Spiritus Sanctus Patris, & Filij est: & inde vnũ sunt Pater, & Filius: quia nihil habet Pater, quod nõ habet Filius. Nõ enim res vna, & duorum cõsubstantialis poterit simul abeis procedere, & simul inesse: nisi vnum fuerit, à quibus procedit.

Spiritum Sanctum pignus accepit Ecclesia, vt per eum in vno corpore vnum fierẽt credẽtes, per quem Pater, & Filius vnum essentialitèr sunt, ipso Saluatore ad Patrem dicẽte: Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.

Christus non tantùm à Patre sed etiam à Spiritu Sancto se missum testatur, dicente Propheta: Accedite ad me, & audite hoc: Non à principio in abscondito locutus sum ex tempore, antequam fieret, ibi eram: & nunc Dominus misit me, & Spiritus eius.

Spiritus Sanctus, pro eo quòd consolator sit, Paracletus nũcupatur. Nam Latinè paraclesis, consolatio dicitur. Et re vera, dum dona sacramentorum distribuit, consolationẽ animæ præbet. Credo equidem, quod magnam lætitiam sentit, qui aliquid [d], reuelante spiritu Dei, discit.

c Donum Sancti Spiritus in membris Ecclesiæ singillatim diuiditur, & in singulis singula dona tribuntur. Christus aũt omnem plenitudinem gratiarum habuit, [f] de quo ita legitur: Plenus gratia, & veritate. In Christo ergo omnis plenitudo gratiarum est. Nam singulis electis, singula dona tribuuntur.

In Spiritu Sancto omnis gratia donorum cõsistit. Ipse enim, prout vult, g gratiã donorũ largitur, alijs dans sermonem sapientiæ, alijs scientiæ, alijs fidẽ: atque ita vnicuique virtute Spiritus sancti diuisio gratiarum tribuitur: & in omnibus idem vnus habetur. Ipse enim etiam ineffabilia docet, quæ proferre humanus sermo non potest.

h Ante aduentum Domini tantùm Prophetæ, & pauci ex omni populo iusti, donum sancti Spiritus merebantur: post aduentum autem Domini Spiritus Sanctus cunctis est credentibus distributus: iuxta quod [i] per prophetã Dominus loquitur, dicens: Et erit in nouissimis diebus, effundam de Spiritu meo super omnẽ carnẽ, & prophetabũt filij vestri, & filij vestræ. Cũctis enim nũc gẽtibus gratia Sancti Spiritus tradita est, neq. in paucis vt in populo Israël, sed in omni credentium multitudine Spiritus Sancti gratia manet.

Aliquando non dignis, & reprobis donatur Spiritus Sãcti cõferũtur, [k] sicut Sauli data est prophetia, & Balaã. [l] Vnde & multi in fine dicturi sunt: [m] Dñe virtutes in tuo nomine fecimus: Quibus dicturus est Dominus: Nescio vos, vnde sitis.

Christi aduentum non tantùm plebis Iudeæ, sancti prophetantes expectauerũt, sed fuisse etiam in nationibus plerosq. sanctos viros prophetiæ donum habentes; quibus per

per Spiritum Sanctum Christus reuelabatur, & à quibus eius expectabatur aduẽtus, [n] sicut Iob, [o] sicut Balaam: qui Christi vtiq. prædicauerunt aduentum.

p Cõuersio gentiũ veteri populo latebat, sed tamen in consilio Dei erat, vt fieret: & tunc à sanctis Prophetis occultè per Spiritum Sanctũ prædicabatur aduẽtus Christi, sicut dicit Propheta: Cum appropinquauerint anni cognoscẽris, dũ aduenerit tẽpus, ostendẽris. Nunc verò reuelatũ patet, quod tunc carnalibus latebat, spiritualibus verò notũ erat, nondum tamen manifestè dicebatur, cèo quòd tẽpus ostensionis non esset.

a *Ex Augst. in epistola. ad Donatum 106.*

b *Locus est apud Isaiam c. 48. Hieron. in eodẽ loco:* breui versiculo, *inquit*, Trinitatis nobis ostẽdit mysteriũ.

c Idem *Cyprianus in libello de Spiritu Sancto.* Adesto, *inquit*, Sancte Spiritus, & paracletum tuam expectantibus illabere cælitus. *Idem Isidor. etym. lib. 7. c. 3.*

d *Gothibus vnus habet:* reuelante Spiritu Sãcto. *Alij cc. consentiunt cum edito.*

e *Ex Augst. super Iohan. tract. Et Greg. lib. 24. Moral. c. 10.*

f *Iohan. 1. c.* plenus gratia & veritate. *Vulgata editio* plenũ gratiæ & veritatis. *sint qui legant* πλήρης *id est,* plenæ (scilicet) gratiæ & veritatis.

g *Paul. 1. ad Corimth. 12. ad Galat.*

h *Ex Tertull. deductũ puto libr. de Trinitate, sic, inquit,* vnus ergo & idẽ spiritus, qui in Prophetis, & in Apostolis, nisi quoniã ibi ad momentũ, hic semper. Cæterum ibi, nõ vt semper illis in esset: hic, vt, in totus effusus, *& affert Ioelis Prophetæ testimoniũ vt Isid. Ioel. 2. & habetur Actorum. 2. vbi dicitur à Petro,* & erit in nouissimis diebus. Effundam, &c. *Apud Ioelẽ est:* Et erit, post hæc effundam. *Hieronymus in comment. in Ioel adducens locum Actorum. 2. legit, &* erit post hæc, μετὰ ταῦτα, *sicut est apud Ioelem. Ipsas clarius eandem sententiam expressit. c. 44.* Effundã aquas super sitientem, & flumina super aridã: Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionẽ meã super stirpẽ tuã, & germinabunt inter herbas quasi salices, iuxta præterfluentes aquas. *Hæc Isaias. Quod verò dicitur apud Ioelẽ* antequã veniat dies Dñi magnus, & horribilis *dicitur Actor.* 2. Antequam veniat dies Dñi magnus, & manifestus. *Sic Græca Complutensis editio bibliorum* τὴν μεγάλην ἐπιφανῆ. *vertit magnus, & illustris. Theophylacti interpres in Act. Apostolorum:* Antequam veniat dies Dñi ille magnus, & illustris. *In Hebraica veritate, dicitur* horribilis. *In versione 70. illustris. Hieron. diẽ hunc resurrectionem putat esse, aut certè multa post tempora diem iudicij; qui verè magnus, & horribilis erat.*

i *Sic est apud Tertu l. lib. de anima.* Deniq. *inquit, Saulem, inquit* àm Dei spiritus postea vertit in aliũ virũ, id est, in Prophetẽ; cùm dictũ est. Quid hoc filio Cisan Saul & in Prophetis? Quẽ & malus spiritus postea vertit in aliũ virũ; *scilicet, id constat. 1. Reg. 10.*

k *Causa damnationis Saul sunt apud Gregorĩũ lib. Moral. 34. c. 15. nempe quia falsu susceptæ potestatis intumuit: vt cõstat ex diuina increpatione Reg. 1. c. 15. Nec verè à Iudæis excusatur vocabuli ambiguitate, vt in bibliotheca Sixtus Senẽs. adnotauit lib. 3. & alij super lib. 1. Regũ. Augst. lib. 17. ciuitatis Dei elegantissimè interpretatur disruptionem regni Israelis in persona Saulis.*

l *Tertull. lib. 4. aduersus Marcionem. Et Gregor. lib. 1. super Ezech. homil. 10. Origenes homil. 13. innumeros affirmat libros diuinationum suarum reliquisse. Eius doctrinã recenset Apocalyp. c. 10.*

m Dicturi sunt Dño habent. *cc. m. ss. locus est Matt. 7.* In nomine tuo virtutes multas fecimus. *illud quod sequitur:* Nescio vos vnde estis. *Est apud Lucam cap. 13.* quoquò sitis, *habent cc. m. ss. sic & ipse Lucas.*

n *Quod probat Gregor. libr. 14. Moral. c. 29. ex illis verbis:* Scio enim quod redemptor meus viuit.

o Numerorũ 24. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel. *Quæ locũ ita exponit Cyprianus in libr. aduersus Iudæos, & in libello de stella, & Magis in principio.*

p *Vt habet Paulus ad Ephes. 3.* quod alijs gentibus, *inquit*, non est agnitũ filijs hominũ, sicut nunc renelatum est, gentes esse cohæredes & concorporales, & cõparticipes promissionis eius in Christo Iesu per Euangeliũ. *Et Actor 10. dicitur in conuersione Cornelij Centurionis cohortis Italicæ, quod* stupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerãt cum Petro; quia & in nationes gratia Spiritus Sancti effusa est. *Et c. 11. dictũ est Petro:* Quare introisti ad viros præputiũ habẽtes? Et, audito Petro, tacuerũt omnes, & glorificabant Deũ dicentes: Ergo & gentibus pœnitẽtiã dedit Deus ad vitã. *Greg. lib. 10. Moral. c. 38. probat, quod vocatio gentiũ ab antiquo in Dei consilio abscondita sit. De gentium vocatione, vide Isidori elegantem libellum.*

De Ecclesia & hæresibus. CAP. XVI.

Gemina est Ecclesiæ pulchritudo: vna, quã hic benè viuẽdo cõsequitur: altera, per quã illic ex retributione glorificabitur:

b Ecclesiæ propter Christum geminæ tribulationes existunt: id est, siue quas à paganis pertulit in martyribus: siue quas ab hæreticis perfert in diuersis cõcertationibus. Vtrasq. autem per gratiam Dei exsuperat, partim ferendo, partim resistendo.

Sancta Ecclesia Catholica, sicut malè viuentes in se patienter tolerat: ita malè credentes à se repellit.

c Sancta Ecclesia contra Gentilium, atq. hæreticorum peruicaciam summopere sapientiam, & patientiam opponere studet: sed exercetur eius sapientia, cùm tentatur verbis: exercetur patientia, cum tentatur gladijs. [d] Nunc enim persecutionibus appetitur, nũc falsis assertionibus lacessitur.

e Causa prauitatis hæreticæ doctrinis est propagata Ecclesia; nam antea simplici tantũ fide vigebat. Hæreticorum igitur occasione propagati sunt doctores in fide: & per

Universidad de Deusto
Biblioteca

acumina hæresum Ecclesiæ magistri creuerunt.[f] Nam tunc clariùs manifestatur veritatis assertio, quando patuerit quælibet dissensio.

g Sancta Ecclesia ideo dicitur Catholica, pro eo quod vniuersaliter per omnem sit mundum diffusa. Nam hæreticorum Ecclesiæ in partibus mundi coarctãtur: hæc verò in toto orbe diffusa expãditur,[h] Paulo attestante Apostolo, Gratias (inquit) ago Deo meo, pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. [e] Hæreses autem in aliquo angulo mundi, aut in vna gente inueniuntur versari. Ecclesia verò Catholica, sicut per totum mundũ extenditur, ita & omnium gentilium societate construitur.

[i] Qui sunt hæretici, nisi qui relicta Dei Ecclesia, priuatas elegerunt societates? De quibus Dominus dicit: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquę viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

Caussa hæresis ob quam rem fit:[k] Ad exercitationem fidei. [l] Via verò per quam fit, obscuritas est diuinarũ scripturarum, in qua caligantes hæretici aliud, quàm se res habeat, intelligunt: nec esse possunt, quia id ipsum quod existunt hæreses, iam non sunt. Malè enim sentiendo scientiam non adquirunt, ad nihilũ enim tendunt.

Hæretici ingenti studio mẽdacia sua discunt, & labore vehementi, ne ad vnitatem Ecclesiæ veniant, decertant: de quibus per Prophetam congruè dicitur, Docuerunt linguam suam loqui mendacium, &, vt iniquè agerent, laborauerunt.

Dum vicissim hæretici mutuò se lacerãt, quandoalterutrũ sese in proprias sectas inducunt: sic tamen inuicem sese collidunt, vt contra Ecclesiã pari erroris spiritu decertent. Et qui inuicem diuisi sunt, in aduersitate Ecclesiæ [m] simul existunt vni: eisq; , qui, pro eo quòd tantùm valeant hæreses, videntur habere veritatem, hoc respondendum est: Non ideo saluti præponendi sunt morbi, quia plerumq; ita generaliter mundum occupant, vt parum saluti loci relinquant. [a] Non posse hæreticos habere veniam, nisi per Ecclesiam Catholicam (cõstat): sicut & amici Iob non per se placare sibi Deum potuerunt, nisi pro eis Iob sacrificium obtulisset.

[o] Opera bona, quæ hæretici faciunt, & iustitia eorum, nihil eis prodest, restante [p] Domino per Isaiam: Quia mei oblitus es, ecce ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.

Hæretici, quãuis legẽ, & Prophetas adimpleant, ex eo tamen quod Catholici non sunt, non est Deus in eorum conuentibus, ipso Domino testante: Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populũ istum. Eijce eos à facie mea, & egrediantur. Per Moysem quippe, & Samuelem Legem, accipe, & Prophetas: quos quamuis hæretici opere implere contẽdunt, propter erroris tamẽ impietatem à vultu Dei proijciuntur, & à iustorum cœtibus separantur.

Paganus, & hæreticus: ille, qui nunquam fuit cum Dei populo: iste, quia recessit à Dei populo: vterque recedentes à Christo, ad Diabõli pertinent corpus.

[q] Qui ab idolatria ad Iudaismum, vel hæresim transeunt, iuxta Prophetam, de malo ad malum egressi sunt, & Dominũ non cognouerũt: quia de infidelitatis errore in errorem alium transierunt.

Cuius doctrinam quisq. sequitur, huius [r] & filius nũcupatur, sicut & per Prophetam Amorrhæum patrem & Gethæam matrem esse Israël Dominus dicit, nõ vtiq. nascendo, sed imitando. Sic & in meliorem partem filij Dei nuncupantur, qui præcepta Dei custodiunt. Vnde & nos, non natura, sed adoptione clamamus Deo dicentes: Pater noster, qui es in cælis.

Non solùm natiuitate, sed etiam imitatione filios posse alicuius vocari. Nam Iudæi secundùm carnem, filij Abrahæ: secundùm conuersationem, filij Diaboli nuncupantur: ac per hoc illi sunt semẽ Abrahæ, qui eius imitantur fidem, non qui ex eius generati sunt carne.

De erroris auctore trahitur à quibusdam & nomen, & culpa: vt ipsius vocabulo censeatur, cuius & errorem insequitur, sicut Ecclesiæ Pergami in Apocalypsi dicitur: Habes tenentes doctrinam Balaam, & Iezabel. Doctrinam igitur Balaam dicitur habere Thyatiris, propter imitationẽ, non propter præsentiam corpotalem.

a Ex D. Greg. Moral. lib. 9. c. 9.
b Gregor. ibid.
c Apud Greg. lib. 18. Moral. c. 3. & 19. c. 8.
d Hæc nullo m. s. extant. Verum retinenda pro eo quod sunt in antiquo edito, & apud Gregorium, qui lib. 18. Moral. cap. 1. Sancta, inquit, Ecclesia summopere habere sapientiam, & patientiam studet: sed exercetur eius sapientia, cum tentatur gladijs. Nũc verò de ea persequutione loquitur, in qua nõ gladijs, sed falsis assertionibus lacessitur. Hactenus Gregorius.

e Idem Gregorius. lib. 7. epistolarum, epistola ad Anastasium indict. 1. Leãder Hispalẽsis Episcopus sanctissimus Isidori frater in homilia habita in tertio Concilio Toletano in conuersione gentis Gotthorum, quam apud me habeo nondũ typis excusam, elegantissimè propagationem Ecclesiæ depinxit, dum ab hæreticis infestatur.

f Augustinus tract. in cons. Matth. & Lucæ: tales sunt, inquit, hæretici ad inueniendam veritatem, dum calumniantur ad seducendum in errorem: negligẽtius enim veritas quæreretur, si mendaces aduersarios non haberet.

g Quid vox Catholica significet, docuit Pacianus in epist. 1. ad Sempronianum, & Vincentius Lirinensis Gallus in illo libello aureo aduersus hæreses. Clemens Alexandrinus libro Strom. 7. vnam esse Catholicam Ecclesiam, hæreticorum verò Ecclesiam, seu potius conciliabula, non esse vnam, neque Catholicam. Nam hæreses hanc vnitatem in multitudinẽ scindunt. Vnde aliæ appellãtur ex nomine, vt ex Valentino, Marcione, & Basilide: aliæ ex loco, vt Peratici: aliæ autẽ ex gente, vt Phrygũ hæresis: aliæ autem ex operatione, vt Encratitarũ: aliæ autẽ ex propriis dogmatibus, vt Docitarum, & Hæmatitarum, &c. In quo loco ad vnum aspicere licet nostri temporis hæresum nomina varia, & ancipites, repugnãtesq. sectas, in quas insanum vulgus, & indoctum scinditur.

h Ad Romanos 1. Gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Cyprianus vocat Ecclesiam Romanam sortem in fide, eo quod in Cathedra Petri sit fundata, & in eius vnitate lib. de vnitate Ecclesiæ. Notas verò Ecclesiæ Catholicæ Augustinus esse in Romana Ecclesia docuit libro contra epistolam Manichæi c. 4. Multa sunt, inquit, quæ me in Ecclesiæ gremio iustissimè tenent. Tenet me consensio populorum, atque gentium: tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata: tenet me ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem suam Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum: tenet postremò ipsum Catholicæ nomẽ, quod non sine caussa inter tam multas hæreses sola obtinuit. Hæc Augustinus.

i Hæresis ab electione dicitur, teste Hieronymo in epistolam ad Galatas cap. 5. Et Clemens Alexandrinus lib. Strom. 7. Hæresis, inquit, electio est. Et Tertullianus lib. de præscrip. aduersus hæreticos. Elegans descriptio hæreticorum est apud Cyprianũ lib. de vnitate Ecclesiæ. Et inter alia, hi sunt, inquit, qui se vltro apud temerarios cõuenas sine diuina dispositione præficiunt, qui se præpositos sine vlla ordinationis lege constituunt, qui, nemine Episcopatum dante, Episcopi sibi nomen assumũt. Et infra. Hos eosdem denuo Dominus designat, & denotat, dicens: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & effoderunt sibi lacus detritos, qui nõ possunt aquam portare. Augustinus lib. de vtilitate credendi ad Honoratum c. 1. Hæreticus est, qui alicuius temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ, principatusque gratia, falsas ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur. Viuam huius rei his calamitosis temporibus habemus imaginem.

k Sic Paulus 1. ad Corinth. 11. Oportet hæreses esse, vt &, qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Tertullianus li. aduersus hæreses in principio. Hæreses, inquit, ad languorem, & interitum fidei productas.

l A veritatis obscuritate ortas esse hæreses docet elegãtissimè Clemens Alexandrinus lib Strom. 7. & Tertull. lib. præscrip. aduersus hæreticos. Augustinus originem, & progressam hæreseon variè tradit. Nam lib. de Genesi contra Manichæos, hæreses ortas dicit à superbia: Mater, inquit, omniũ hæreticorum est superbia. lib. 83. quæst. quod manant à falsa scripturæ intelligẽtia. Nõ posset, inquit, error oboriri palliatus nomine Christiano, nisi de scripturis non intellectis. Vide Hieronymum in epistolam ad Galatas. c. 5. & habetur q. 3. c. Hæresis, hæreticum appellat eum qui aliter scripturam intelligit, quàm sensus spiritus efflagitat. & Hilarius. De intelligentia, inquit, hæresis, non de scriptura est: sensus, & non sermo facit crimẽ. Tertull. de præscript. aduersus hæreticos à Philosophia esse natas hæreses tradit ipsæ denique hæreses, inquit, à Philosophia subornantur.

m Innocentius tertius elegãter hoc idem dixit. facies quidem diuersas habere, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conuenirent in id ipsum. Habetur de Hære. lib. 5. c. excommunicauimus.

n In excusis legebatur, per Ieremiam, verùm emendaui Isaiam, consentientibus omnibus m.ss. & veritate. Locus est Isaiæ c. 57.

o Ex D. Greg. lib. 35. Moral. c. 7.

p Fulgen. de fide ad Petrum.

q Cyprian. de vnitate Eccles. Aug. li. 18. de Ciuit Dei. c. 5.

r Iustorum variæ sunt in diuinis litteris appellationes. Vocantur filij Dei, vt Iohã. 8. Illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, Iohann. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ad Roman. 5. In spẽ gloriæ filiorũ Dei, & 8. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Et Genes 6. vocantur filij Dei, qui in fide vnius Dei altissimi, & eius cultu virtute, pietate, & obseruantia, mortalibus reliquis ventri deditis, qui vitam ducunt impiam, & ex legem & idolatris longe excellunt: vnde & per excellentiã sunt appellati filij Dei. Vocatur etiam Christus D. N. filius Dei altissimi, per naturam: iusti autem per gratiã adoptionis. Aliis etiam nominibus iusti appellantur, vt filij resurrectionis, Lucæ 20. Et filij regni Matt. 13. filij nuptiarum, Matt. 2. filij sponsi, Luc. 5. filij pacis, Luc. 10. filij lucis, Luc. 16. & Iohann. 20. Iustinus Martyr, Iosephus Hebræus, Tertullianus, & Lactantius Firmianus Angelos Genes 6. filios Dei appellatos existimant. Quam sententiam grauissimè refellit Theodoretus quæst. in Genes. quæst. 47. & sic interpretatur illud de Enos, Genes 4. iste cœpit inuocare nomen Domini, ex versione Aquilæ: Tunc exorsus est appellatione in nomine Domini, quæ verba significare videtur, quod hic sua pietate primus diuinum nomen adeptus est, vt à consanguineis Deus appellaretur, à quo deinceps posteri filij Dei, perinde ac nos à Christo Christiani. Hæc Theodoretus.

De Gentibus. CAP. XVII.

PHilosophi [a] gentium non, sicut oportet, Deum quærentes, in Angelos inciderũt præuaricatores: factusq. est illis mediator Diabolus ad mortem, sicut nobis Christus ad vitam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multùm mundi Philosophi prædicantur in dimẽsione temporum, cursuq. siderum, ac discussione elementorum; & tamen hoc non nisi à Deo habuerunt. Volando enim superbè, vt aues aërem; & demergẽtes se in profundum, vt pisces, mare; & vt pecora gradientes, terram descripserunt: verumtamen tota mẽte auctorem eorum intelligere noluerunt.

Quare nõ possunt animalia bruta interrogare? quia nesciunt ratiocinari. Ideo nõ dissimiles gentiles homines animalibus extiterunt; qui talia non considerantes, & ipsa amplius diligentes vsque ad eorum cultum [b]euanuerunt.

Via Christus est: si quis in ea non graditur, non est, quomodo veniat ad Deũ. Philosophi autem mundi vtiq. Deum cognouerunt, sed quia displicuit illis humilitas Christi, [c] in inuio transierunt, & non in via. Ideoq. euanescentes gloriam Dei in mendacium mutauerunt: & rectitudinem viæ relinquentes, in anfractus inciderunt errorum.

Primum vnicuiq. est scire, quid appetat: secundum vero est, vt id quod appetit, apprehendat. Imperfecta quippe sapientia est, quò tẽdas scire: & nescire iter, per quod expediat ire. Quid enim prodest, si quis famis tempore vbertatis regionem videat; & viam per quam ad illam pergat, ignorat? Ecce patriam quisque quærit, sed qui viã perdidit, errando graditur, non proficiendo: quantoq. plus ambulat, tanto magis ab eo, quod quærit, elongatur.

Qui viam regiam hóc est, Christum deserit; etsi videat veritatem, à longè videt: quia nisi per viam, non est, quomodo ad eã appropinquet. Quod si gradiens per desertum, leonem incurrerit, semetipsum redarguat, dum in Diaboli faucibus hæserit.

[a] *Greg. lib. Moral. 25. c. 12.*
[b] *Ad Rom. 1.* euanuerunt in cogitationibus.
[c] *Psalm. 6. Rom. 1.*

De Lege. Cap. XVIII.

VIa, per quam itur ad Christum, lex est; per quam vadunt ad Deũ hi, qui, vt est, intelligunt eam.

Sanctarum scripturarum altitudo, [a] quasi montes pascuæ sunt: ad quos dum quisque iustorum conscendit, pascuæ indeficientis refectionem inuenisse se congaudet.

[b] In scripturis sanctis, quasi in mõtibus excelsis, & viri perfecti habent sublimia intelligẽtiæ, quibus gressus contẽplationis, quasi cerui erigant: & simplices quasi parua animalia inueniunt modicos intellectus, ad quos humiles ipsi refugiant.

[c] Scriptura sacra infirmis, & sensu paruulis, secundùm historiam humilis videtur in verbis: cum excellentioribus autem viris altiùs incedit, dum eis sua mysteria pandit; ac per hoc vtrisq. [d] manet cõmunis, & paruulis, & perfectis.

[e] Scriptura sacra pro vniuscuiusq. lectoris intelligẽtia variatur, sicut manna, quod populo veteri pro singulorum delectatione varium dabat saporem. Iuxta sensuum capacitatem singulis sermo Dominicus congruit. Et dum fit pro vniuscuiusq. intellectu diuersus, in se tamen permanet vnus.

[f] Ideo in libris sanctis quædam obscura, quædam aperta reperiuntur: vt intellectus lectoris, & studium augeatur. Nam si cuncta paterent, statim intellecta vilescerent. Rursus si cuncta clausa existerent, cõfestim diffidentiam gignerent. Ne ergò de obscuris desperatio fiat, ea quæ manifesta sunt, sapiant: & ne de intellectis fastidium existat, ea quæ clausa sunt, desiderium excitant. Nã pleraque quantò magis latent, tantò magis exercitium præbent.

[g] In scripturis sanctis sæpè ea, quæ futura sunt, quasi facta narrãtur, sicut est illud: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Sed cur futura, quasi præterita, scribuntur, nisi quia ea, quę adhuc facienda sunt in opere; iam facta sunt in diuina prædestinatione? Nobis igitur temporaliter accidunt, quæ conditori omniũ sine tempore prouidentur.

Propterea Prophetia rerum futurarũ gesta præsentibus miscet rebus, vt ita credatur illa futura, quemadmodum ista cernuntur esse completa. More enim suo per præsentia de futuris loquitur: sicut in persona [h] Ierusalem de Ecclesia: Et sicut in persona [i] Ephraim de hæreticis.

Pro factis diuinis plerumq. & dicta ponũtur; idcirco, quia non operatione manuum Deus, sed dicendi imperio operatur, [k] sicut scriptum est: Dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt.

[l] Quod in scripturis sacris vna bis repetitur sententia, aut cõfirmationis caussa est, aut

aut mysterij: sicut lex, & gratia: sicut initiũ, & perfectio: sicut bonum, & melius.

[m] Lex diuina in tribus [n] distinguitur partibus: in [o] historia, in præceptis, & in prophetia. Historia est in his, quæ gesta sunt: Præcepta in his, quæ iussa sunt. Prophetia in his, quæ futura prænuntiata sunt.

[p] Lex diuina triplici sentiẽda est modo. [q] Primò, vt historicè: Secundò, vt [r] tropologicè: Tertiò, vt [s] mysticè intelligatur. Historicè namq. iuxta litteram: tropologicè, iuxta moralem scientiam: mysticè, iuxta spiritalem intelligentiam. Ergo sic historicè oportet fidem tenere, vt eam & moraliter debeamus interpretari, & spiritaliter intelligere.

[t] Tria, & septem, decem præcepta sunt: sed tria ad amorem Dei pertinent, septem ad homines. Illa tria, quæ ad Deum pertinent, [v] in vna tabula scripta fuerunt: reliqua septem in secũda. In prima tabula triũ mandatorum hoc primum est: Diliges Dominum Deum tuum. In secunda: Honora patrem tuum, & matrem. Hinc est, quod Saluator scribæ interroganti, quod præceptum est primum in lege? ait: Audi Israël; Dominus Deus tuus Deus vnus est, hoc primum est. Secũdum verò simile est huic; Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Vnũ namque præceptum de prima tabula dixit quod ad Dei pertinet amorem; alterum verò de alia tabula, quod ad hominis pertinet dilectionem.

[m] *Est apud Gregorium lib. 30. Moral. c. 15. dum interpretatur locum illum Iob. 39.* Circunspicit mõtes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirit.
[n] Sensus est apud *Augustinum, dum exponit locum illum psal. 103.* montes excelsi ceruis: petra refugium hircis, lutinacijs. *Vbi Augustin. legit:* Petra refugium hircis, & leporibus. *Perpendit hunc locum* D. *Hieronymus super Ezech. lib. 13. c. 43.* Hircus, *inquiens,* animal est semper ad excelsa festinans, & nihil periculi sustinens in præcipitijs: Et ibi inuenit viã, vbi cæteris animãtibus interitus est: vnde & Græco sermone, caprarũ, & hircorũ grex, sublimiũ conuersatio dicitur, hoc est, τραγήλιον quasi αἰπεινόλιον siquidẽ αἶπος excelsum, τὸ λίον cõuersationẽ significat. *Idẽ ad Demetriadẽ,* sic ait, statui supra petrã pedes meos, & petra refugium leporibus: pro quo multi herinacios legũt. Animal paruum, ac fugax, & spinarũ sentibus præmunitũ. *Et ad Suniã, Sephanim animal esse ait, non maius hericio, habens similitudinem muris, & vrsi, & in Palæstina ἀκροτόμους dici magnãq. illorum in ea regione esse abundantiam, ac semper in cauernis petrarum, & terræ foueis habitare. Hæc ex Hieronymo. Alij cuniculum.*
[o] Grego. lib. 1. Moral. c. 21. & *August. lib. 1. super Genes. ad litteram. c. vltimo.*

[d] *Gregorius probat homil. 10. super Ezechiel. lib. 1. & homil. 6.* Quid autem rota, *inquit,* nisi sacram scripturã designat, quæ ex omni parte ad auditorum mẽtes voluitur?
[e] *Gregor. lib. 1. super Ezechiel. homil. 6. & lib. 31. Moral. cap. 12.*
[f] *Greg. lib. 1. Moral. c. 21.*
[g] *De vsu præteriti, & futuri disserit* Gregorius *lib. 34. Moral. c. 3. &* Augustinus *lib. de verbis Apostoli ser. 2. & lib. 4. super Num. & in enarratione psal. 103. &* Tertull. *lib. 3. aduersus Marcionem. Quam temporis enallagen frequentè esse in diuinis litteris, vt futurum pro præterito ponatur, probat psalmus 6.* Lauabo per singulas noctes lectum meũ, pro laui. *Et psal. 65.* In flumine pertransibunt pede. *Et Isa. c. 38.* Sicut pullus hirundinis sic clamabo, & meditabor vt columba. *pro: meditatus sum, & clamaui. Præteritum ponitur aliquando pro futuro, vt psalm. 54.* Ego autem ad Deum clamaui, & Dominus saluauit me. *hoc est, saluabit me. Sequitur enim:* Et exaudiet vocem meam. *Futurum pro præsenti psalm. 144.* Gloriã regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur.
[h] *Id frequens est in diuinis litteris, vt constat ex Gregorio in Cant. c. 6 & Hieronymo super Ezech. c. 16. & ex Augustino lib. 17. de Ciuitate Dei. c. 3.* Tripartita, *inquit,* reperiuntur eloquia Prophetarum: siquidem aliqua sunt ad terrenam Ierusalem spectantia, aliqua ad cælestem, nonnulla ad vtramque. *Hieronymus super Ezech. c. 16. Quod quattuor modis dicitur Ierusalẽ. Exempla nos ponemus: Primo modo dicitur, iuxta Iudæos, illa ciuitas terrestris, quam planxit Christus, Matth. 23.* Ierusalẽ, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. *Secundò, Sanctorum est congregatio psal. 36.* Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dñs portas Siõ super omnia tabernacula Iacob. *Tertiò, est multitudo Angelorum, Dominationum, Potestatũ, & cælestis paradisi, Paulus ad Galatas 4.* Quæ autẽ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater omniũ nostrũm, *ad Hebræos 12.* Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cælestem *& hæc est, quæ describitur Apocalyp. 12. Quartò pro Ecclesia militante & triumphante, Apocalyp. 21.* Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem, *Hieronymus etiam in Ezech. c. 23. affirmat, quod quidquid de Ierusalem τροπικῶς dicitur, ad animam referri posit.*
[i] *Osea 4.* Particeps Ephraim idolorum dimitte eũ. Et *c. 5.* Calumniã patiens Ephraim, fractus iudicio, quia cœpit abire post sordes. Et *illud:* Ero tinea Ephraim, & putredo Iacob: *Tinea enim totum vestimẽtum consumit Iob 13.* Sicut vestimentũ, inquit, quod comeditur à tinea. *Putredo non ita. Sic enim hæresis, est tinea Ephraim: peccatum verò, putredo Iacob.*
[k] *Psalm. 32. Dicere enim iussionem importat multoties in diuinis litteris, vt est illud Pauli ad Rom. 12.* Dico autem per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quàm oportet sapere. *Græcè λέγω, vt Latini dicunt: iubeo saluere, & dico salutẽ. Et illud.* Dic, vt lapides isti, panes fiant, *id est, iube,* vt lapides, *&c.*
[l] *Hieronymus super Ezech. ca. 33. admonuit in scripturis sacris hoc obseruari debere: vbi videtur aliqua similitudo esse sententiæ, non in omnibus eadem dici, sed vel subtrahi plerumque vel addi, & singulorum inter se verborum

Universidad de Deusto
Biblioteca

horum discrepantium haberi rationem.

m *Lex à delectu dicta iubet siquidem quæ eligenda, faciendaque sunt: vt Cicero lib. 1. de legibus docuit. Vnde Paulus ad Rom. 3* per legē, *inquit*, cognitio peccati. *Lex accipitur pro veteris testamenti libris. Isai. 2.* de Sion exibit lex. Et *apud Paulum in epistol. ad Roman. cap. 1.* Si autem Iudęus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora, instructus per legem. Et *c. 7.* Lex Sancta. *Et liber psalmorum, lex à Christo D.N. appellatur Iohan. 10.* In lege vestra scriptum: Quia ego dixi, dij estis. *Vt Aug. ibid. tract. 48. adnotauit. Et Amalarius Tauriensi. li. de officio missæ. Distinguitur etiā Lex à Psalmis, & Prophetis. Matth. 11.* Lex, & Prophetæ vsq. ad Iohannē. *Et illud:* oportet impleri quę scripta sunt in Lege, & Prophetis & psalmis de me. *Matth. 22.*

n *De partitionibus veteris & noui testamenti, vide Epiphanium lib. de mensuris, & ponderibus, & Iohannem Damascenum lib 4. de orthodox. fid. & Gregor. Nazian. in carminibus, & Hieron. in præfatione lib. Regum, & Isidor. lib. 6. Etymolog. cap. 1. Obiter admonendum duxi, non aliter hic Isidorū de partibus diuinæ legis disserere, quàm in lib. 6. Etymol. Namibi post veteris testamenti partitionem in legalia, prophetica, & hagiographa, sic inquit,* summa vtriusq. testamenti trifariè distinguitur, id est, in historia, in moribus, in allegoria. Hæc ille: vt intelligas præcepta, *ad mores: Prophetas, ad allegoriam pertinere. Nam diuisio illæ celebris ac peruagata, in tres explanationis species: seu partes allegoricam, tropologicam, anagogicam, iuxtà triplicem præteriti, præsentis, ac futuri differentiam, ab antiquis patribus traditur: ita vt allegorica expositio, præteritarum in veteri lege vmbrarum ac figurarum prænotiones, & prodigia manifestet, vnde Prophetæ ad allegoricam exponendi rationem pertineāt. Adde etiam meritò Prophetis tribui dicendi genus allegoricum, propter tropos, verborum ænigmata, & transiationes, vt Tertullianus adnotauit aduersus Marcionem. lib. 3.*

o *Ita habent omnes cc. m. ff.*

p *Augustinus lib. vnico saper Genesim ad literam cap. 2.* Quattuor modi, *inquit*, à quibusdam scripturarum tractatoribus traduntur legis exponendæ: secundum historiam, secundum allegoriam, secundum analogiam, secundum etymologiam. Historia est, cum siue diuinitus, siue humanitus, res gesta commemoratur. Allegoria, cùm figuratè dicta intelliguntur. Analogia cum veteris, & noui testamenti congruentia demonstratur. Etymologia, cum dictorum, factorumque caussæ redduntur. *Idem de vtilitate credendi ad Honoratum cap. 3. duidit scripturam secundum Historiam, Etymologiam, Analogiam, & Allegoriā.*

q *Sensus historicus scripturæ, qui literalis est, inter omnes est potentissimus, & efficacissimus, & ad probandam fidei auctoritatem, reliquis multò illustrior: estque fundamentū, & basis omnium expositionum diuinæ scripturæ, cuius difficultatem adnotauit Hieronymus in præfatione commentariorum in Abdiam, & Augustinus lib. 1. retractationum. Verùm si sola historia, & nuda legatur, non intellectus literæ spiritus, modicam habet vtilitatem, & ita appellatur à Hieronymo Ezech. 4. vilior intelligentia, & Augustinus lib. 15. de Ciuitate Dei. ca. 27. non esse illis consentiendum asserit, qui solam historiam recipiunt sine Allegorica significatione: nec illis, qui solas figuras defendunt repudiata historia veritate. Sensus enim vtilis scripturæ ad docendum, arguendum, ad corrigendum, & ad iustā eruditionem, vt perfectus sit homo Dei, ex littera & spiritu constat: littera enim sola occidit, spiritus autem viuificat, animumq. in omne opus bonum instruit. Vnde Gregorius lib. 16. Moral. c. 10. vt, inquit,* modo nos nuda pascat historia, modò sub textu litteræ velata medullitus nos reficiat spiritualis allegoria.

r *Tropologica expositio idem est, quòd moralis. Exempsimus penamus aquæ ex illo Geneseos. 1.* Congregatæ aquæ in locum vnum, *significat aquam elementalem, verū tropologicè tribulationes significat, vt in illo psalmi 68.* Transiuimus per aquam, & ignem, & eduxit nos in refrigerium. *Et Isai. 43.* cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operientte. *Et illud:* Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. *Significat etiā tropologicè sapientiam. Prouerb. 18.* Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redundans, fons sapientiæ. *Et illud:* Fiet ei fons aquæ salientis in vitam æternam. *Eccles.* Aqua sapientiæ salutaris potabit eos. *Significat etiam hæreses: Prouerb. 9.* Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Et *humanas prosperitates. Iohan. 4.* Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. *Spiritus Sancti infusionem Iohann. 7.* Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina aquæ viuæ de ventre eius fluent. *Euangelista id interpretatur*, hoc autem, *inquit*, dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. *Significat etiam populos. Apocal. 17.* Aquæ verò populi sunt. *De sensu tropologico Hieronymus sic scribit in Ezech. c. 4.* Eisdē litteris historia constat, & tropologia, sed illa humilior est, ista subtilior, illa hæret terræ, ista ad cælestia subleuat.

s *Mysticum sensum hic Isidorus vocat spiritualem intelligentiam. Hieronymus, cuius diuinæ scripturæ partitionem Isidorus sequitur, sic habet in 12. quæst. in Abdiam.* Triplex in corde nostro descriptio, & regula scripturarum est: prima vt intelligamus eas iuxta historiam: secunda iuxta tropologiam: tertia iuxta intelligentiā spiritualem. In historia eorum, quę scripta sunt, ordo seruatur. In tropologia de littera ad maiora consurgimus, & quidquid in priori populo carnaliter factum est, iuxta moralē interpretamur locū, & ad animæ nostræ emolumenta conuertimus. In spirituali θεωρία ad sublimiora transimus, terrena dimittimus, de futurorum beatitudine, & cælestibus disputamus, vt præsentis vitæ meditatio vmbra futuræ beatitudinis sit. *Hactenus Hieronymus. D. Eucherius in libro spiritualium formularum, quattuor prænit diuinarum expositionum genera, historicum, tropologicum, allegoricum, anagogicum. De historica, tropologica & allegorica expositione, iam ex mente Augustini disseruimus. Nunc de anagogica expositione, quam Eucherius vocat, quæ ad sacratiora cælestium figurarum secreta pertingit: vt si aquam exponamus de aterna beatitudine: vt Ieremia 2.* Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. *Et de Angelis, psal. 148.* Aquæ, quæ super cælos sunt, laudent nomē Domini. *Poteris sub mystica, & spiritali intelligentia allegorica, & anagogica collocare. Ita Eucherius, Hieronymus, Augustinus, & Isidorus consentiūt in multiplici, & varia scripturarum partitione.*

t Tria, & septem decem præcepta *habent omnes cc. m. ff. quam lectionem maximè probo. Sic enim est apud Aug. lib. de decem chordis c. 5. (vnde sententiam desumpsit Isid.) & lib. 15. contra Faustum. c. 4.*

u *Hanc*

v *Hanc partitionem præceptorū in tabulis, nēpe quod fuerint tria in vna, & septem in alia scripta, sequuntur plurimi Latinorum Sanctorum, vt Augst. in locis citatis, & lib. de decem chordis. c. 5. probat suam sententiam ex illo Pauli:* Primum mandatum in repromissione. *Verùm in hac sententia non est constans, cum lib. quæstionum veteris Testamenti q. 7. quattuor verba affirmet esse exarata in prima tabula, quorū primū statuit.* Nō sint tibi Dij alieni prēter me. *secundū,* Nō facies tibi vllā similitudinē. *Tertium:* Nō sumes nomē Dei tui in vanū: *Quartū:* Sabbathū Dñi Dei tui seruabis, & non facies in eo vllū opus seruile. *Reliqua in secūda, ita, vt primū verbū secundæ tabulæ sit,* Honora patrem tuum, & matrem tuam, *ex illo Apostoli ad Ephes. 6.* Honora patrem tuum, & matrē, quod est mandatum primum in repromissione, *Quomodo, inquit, esset primū, nisi in secūda tabula ab ipso cæpisset?* In repromissione *autem ideo dicitur, quia statim subiicitur,* vt sis longæuus super terram, & benè sit tibi, *hæc est promissio facta ijs, qui mandata custodiunt. Iosephi. lib. 3. Antiq. c. 6. & Philo. in lib.* Quis rerum diuinarum hæres sit, *in vtraque tabula quinque esse præcepta tradita affirmāt. Sunt qui dicunt has tabulas tēpore vltimi Iosuę, mutatis excidij sub Romanis Imperatoribus in tēplo Dei fuisse, indeq. à Tito Augusto, inter cætera captæ vrbis spolia, in triumphum allatas.*

De septem Regulis. Cap. XIX.

SEptem [a] esse, inter cæteras regulas locutionum sanctarum Scripturarum quidā sapientes dixerunt.

Prima regula est, de Domino, & ejus corpore, [b] quæ de vno, aut ad vnum loquitur: atque in vna persona, modò caput, modò corpus ostendit, [c] sicut Isaias ait: Induit me vestimento salutari, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. In vna enim persona duplici vocabulo nominata caput, id est, sponsum & Ecclesiam, id est, sponsam manifestauit. Proinde notandum in scripturis, quādo specialiter caput describitur, quando & caput, & corpus: aut quando ex vtroq. transeat ad vtrumque, aut ab altero ad alterum: sicque quid capiti, quid corpori conueniat, prudēs lector intelligat.

Secunda regula est, de Domini [d] corpore vero, & permixto. Nam videntur quædam vnius conuenire personæ, quæ tamen non sunt vnius, vt est illud: Puer meus es tu Israēl, ecce deleui, vt nubem, iniquitates tuas, & sicut nebulam peccata tua: conuertere ad me, & redimam te. Hoc ad vnū non congruit. Nam altera pars est, cui peccata deleuit, & cui dicit: Puer meus es tu. Et altera, cui dixit: Cōuertere ad me, & redimam te. Qui si conuertantur, eorum peccata delētur. Per hanc enim regulam, sic ad omnes loquitur scriptura, vt & boni redarguantur cum malis, & mali laudentur pro bonis. Sed quid ad quem pertineat, qui prudenter legerit, discet.

e Tertia regula est, de littera, & spiritu, id est, de Lege, & gratia: Lege, per quā præcepta faciēda admonemur; gratia, per quā; vt operemur, iuuamur. Vel quod Lex nō tātùm historicè, sed etiam spiritaliter sentienda sit. Namq. & historicè oportet fidem tenere, & spiritaliter Legem intelligere.

f Quarta regula est, de specie, & genere, per quam pars pro toto, & totum pro parte accipitur: veluti si vni genti, vel ciuitati loquatur Deus, & tamen intelligatur omnem contingere mundum: sicut in psalmis: Et adorabunt, inquit, eum filiæ Tyri in muneribus. Filiæ Tyri, filiæ gentium, ab specie ad genus: per Tyrum enim vicinam tunc huic terræ, vbi prophetia erat, significabat omnes gentes crediturus Christo: vnde & benè sequitur: Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites terræ. Sic & per [h] Isaiam Prophetam dum aduersus Assyrium Dominus comminatur, dicens: Vt cōteram Assyrium in terra mea; & in montibus meis conculcē eum. [i] Et erit Babylon illa gloriosa, & regnis inclyta, sicut subuertit Dominus Sodomā, & Gomorrhā. Nam licet aduersus vnam ciuitatem Babylonem, per Isaiam præfatum Dominus comminetur, tamen dum contra eam loquitur, transit ad genus de specie, & conuertit generaliter contra totum mundum sermonem. Certè si non diceret aduersus vniuersum orbem, non adderet infra generaliter: Et dispersdā omnē terram, & visitabo super orbē mala, & cętera quę sequūtur ad internecionem mundi pertinentia: vnde & adiecit: Hoc est consilium, quod cogitaui super omnem terram, & hæc est manus eius extenta super vniuersas gentes. Item, dum sub persona Babyloniæ arguit vniuersum mundum, dicens: Dispersdam omnem terram, & visitabo super orbis mala, & cætera, quæ sequuntur, ad internecionem mundi pertinentia: rursus ad eandem quasi de genere ad speciem reuertitur, dicens: quæ eidem ciuitati specialiter contigerūt. Ecce ego susciabo super eos Medos. Nam regnante Balthasar, à Medis est obtēta Babylonia. Sic & onus Ægypti ex persona eiusdem, totum vult intelligere mundū, dicendo: Et concurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios, regnū aduersus regnū: cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Ægyptus non multa regna, sed vnum habuisse scribatur regnum.

k Quinta regula est, de temporibus, per quam aut pars maior temporis per partem minorem: aut pars minor temporis per partem maiorem inducitur. l Sicut est de triduo Dominicæ sepulturæ: dum nec tribus plenis diebus, ac noctibus iacuerit in sepulcro: sed tamen à parte totum triduum accipitur. Item pars à toto, vt est illud: m Et erunt dies vitæ hominis anni centum viginti: dum tantùm centum vsque ad diluuium inueniantur, ex quo hęc à Domino statuta sunt. Vel n sicut illud; quod quadringẽtos annos prædixerat Deus, filos Israël in Ægypto seruituros, & sic inde egressuros: qui tamẽ quadringẽtos annos nõ seruierunt, quia, dominante Ioseph, Ægypto dominati sunt: vbi iterum à parte totũ subiungitur, quia non statim post quadringentos annos egressi sunt, vt fuerat repromissum; sed, quadringentis triginta peractis, ab Ægypto recesserunt. Ad o hanc temporum regulam pertinent & illa, quæ dum adhuc futura sunt, quasi iam gesta narrantur, vt est illud: Foderũt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea; & diuiserunt sibi vestimenta mea, & his similia. In quibus, quæ adhuc facienda erant, iam facta narrantur. Sed quando aliquid faciẽdum esse pronuntiatur, secundùm nos dicitur: quando vero quæ futura sunt, iam facta dicuntur, secundùm Dei æternitatem accipienda sunt; quia quæ nobis p adhuc futura sunt, apud Dei prædestinationem iam facta sunt, apud quem omnia facta sunt, quę futura sunt.

q Sexta regula est, de recapitulatione. Recapitulatio enim est, dum scriptura redit ad illud, cuius narratio iam transierat: r sicut cum filios filiorum Noë scriptura commemorasset, dixit, illos fuisse in linguis, & gentibus suis: & tamen postea, quasi hoc etiam in ordine temporum sequeretur: Et erat, inquit, omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus erat. Quomodo ergo secundùm suas gentes, & suas linguas erant, si vna lingua erat omnibus? nisi quia ad illud, quod iam transierat, recapitulãdo est reuersa narratio? s Recapitulatio enim est, dum rerum pręteritarum caussę futuris miscẽtur gestis, sicut & in Genesi, dum sexto die hominem dicit factum fuisse, denuò recapitulat formatum dicens: Formauit Deus hominem ad imaginem suam. Nec non & vbi expletis omnibus operibus, dum Deum dicit septimo die requieuisse, recapitulando subiũgit: Istæ generationes cæli, & terræ, quando creatæ sunt, in die quo creauit Deus cælum, & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur super terram. Nondum enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat, qui operaretur terram: sed fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ. Hæc omnia recapitulando in serie narrationis rebus futuris nectuntur; cum intrà sex dies etiam hæc patrata videantur.

Septima regula est, de Diabolo, & eius corpore; quia sæpe dicuntur ipsius capitis, quæ suo magis conueniunt corpori: sæpè verò eius videntur dicta membrorum, & non nisi capiti congruunt (Sicut t in Isaia, vbi dum cõtra Babyloniam, hoc est, contra Diaboli corpus multa dixisset sermo propheticus, rursus ad caput, id est, ad Diabolum, oraculi sententiam deriuat dicens: Quo modo cecidisti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris?) Ex nomine quippe corporis intelligitur caput, vt est illud in Euangelio de zizanijs tritico admixtis, dicente Domino: Inimicus homo hoc fecit, hominem ipsum Diabolum vocans, & ex nomine corporis caput designans. Item ex nomine capitis significatur corpus, sicut in Euangelio dicitur: Duodecim vos elegi, sed vnus ex vobis Diabolus est; Iudam vtique indicans, quia Diaboli corpus fuit. v Apostata quippe Angelus omniũ caput est iniquorum, & huius capitis corpus sunt omnes iniqui. Sicque cum membris suis vnus est, vt sæpè, quod corpori eius dicitur, ad eum potius referatur: rursum quod illi, ad membra iterum ipsius deriuetur.

a *Has septem regulas veluti claues aperiendi sensus diuinæ scripturæ reconditos excogitauit Ticonius. Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana cap. 30.* Ticonius, inquit quidam, qui contra Donatistas inuictissimè scripsit, cum fuerit Donatista, *& lib. 2. contra epist. Parmeniani. c. 28. vocat eũ magistrum, eiusque interpretationes diuinam scripturam leges & formulas tantì fecit, vt Cypriani expositionibus prætulerit: vt constat li. 2. retractat. & lib. 3. de doctrina Christiana c. 30. vbi de harũ regularũ vtilitate sic inquit:* Necessarium duxi ante omnia quæ mihi videntur, libellum regularum scribere & secretorum leges, veluti claues & lumina, fabricare: sunt enim quædam regulæ mistæ, quæ vniuersas legis recessus obtinent, & veritatis thesauros aliquibus visibiles faciunt. Quarum si ratio regularum, sine inuidia, vt communicamus, accepta fuerit, clausa quæque patefient, & obscura dilucidabuntur, vt quisque prophetiarum immensam sylvam perambulans, his regulis quodammodo quasi lucis tramitibus deductus ab errore defendatur. Et subdit: cautè sanè legendus est, non solùm propter quædam, in quibus, vt homo errauit, sed maximè propter illa, quæ sicut Donatista hæreticus loquitur. *Meminit & Cassiodorus harum regularum in præfat. comment. in psal. Scripsit idem Ticonius expositiones in Apocalyp. Iohannis, vt auctor est Gennadius & Beda in Apoc. extat nunc liber regularũ editus in Bibliotheca sanctorum à Margarino Theologo Parisiẽsi compilata tom. 6. floruit Theodosio & filijs eius imperantibus anno Domini cccxc.*

b Quæ de vno ad vnum loquitur, *in excus. est. Quã lectionem nõ probo. Nam sensus ita est, vt sola ratione discernatur, cum in vna persona duo distinguuntur, ratione & cogitatione ostacia. Vnde sola ratione complectetis quãdo à capite ad corpus transitum sit.*

c *Est hoc exemplum Isa. c. 61. apud Ticonium & Augustinum; quamuis 70. vtuntur versione* sicut sponso imposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamentis: ὡς νυμφίῳ περιέθηκε μοι μίτραν, καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησε κλέεσι μου. *Isidorus vulgatum semper amplectitur versionem.*

d *Ticonius dixit: de Domini corpore bipartito: quam vocem Augustinus correxit, affirmans quod non debuit ita appellari, sed potius de Domini corpore vero atq. mixto, aut, vero atq. simulato, vel de permixta Ecclesia.*

e *Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana ita sentit, quod potius sit magna quæstio, quàm regula. Ticonius appellat hanc regulam tertiam, de promissis & lege, Aug. de spiritu & litera, vel de gratia & mandato.*

f *Tota hæc regula corruptè legitur in excus. eũ restitui ex mss. 26. in Euãg. super illud:* Tulerunt Dominum meũ, & nescio vbi posuerunt eum.

g *psal. 44.* Adorabunt eũ filiæ Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabũtur omnes diuites plebis. Sic Aug. *super psalmos legit* Adorabunt eũ filiæ Tyri, *ita vt sententia periodus non claudatur in* adorabunt eũ, *vt in multis codicibus inter punctũ inuenio. Idem,* filiæ Tyri filiæ gẽtium à parte refertur ad totũ. Tyrus vicina erat hiturus Christo. *Theod. super psal. sic legit.* Quoniã ipse est Dñs Deus tuus & adorabis eũ: & filię Tyri in muneribus. *Et adfert interpretũ diuersas sententias, & per filias Tyri totam impietatẽ significari affirmat.* Mos est inquit, sacræ scripturæ à parte totum demonstrare. Sic alibi per Libanum omnem superstitionis cessationem prædicit: Nam Libanus, *inquit,* cum excelsis cadet. *Sic etiam D. Basilius à quo Theodoretus scholia in psalmos ferè collegit.*

h *Cap. 14. vbi Hieron.* Hoc loco quidã arbitrantur generalẽ esse contra omnem orbem prophetiam. Quibus nequaquam cõtradicimus, dũ sciamus hìc omnem terram Assyriorum propriè significari.

i *Locus est apud eundem Isa. c. 13.*

k *Duobus modis dicit Ticonius hanc vigere regulam, aut per Synedochen, aut per legitimos numeros. Vocat legitimos numeros eos, quos eminentius scriptura commendat, vt est senarius, denarius, duodenarius, vide ipsum Ticon. & Aug.*

l *Augustin. li 3. de doctrina, & lib. 4. de Trinit. c. 6. & Ticonius in regulis, hunc locum latè versant.*

m Et erunt dies vitæ hominis cxx. dum tantùm centum vsque ad diluuium inueniantur ex quo hęc à Domino statuta sunt. Vel sicut illud quadringentis, *&c. Est verò locus ille Genes. 6. dixitq. Deus: non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, eruntq. dies illius centum viginti annorum. Quem locum Lactantius Firmianus lib. 2. diuinarum institution. cap. 14. ita exponit: vt dicat Deum iratum breuiori spatio vitam hominum circumscripsisse, & abrogata viuendi longitudine, quam ante diluuium habuerant, intra centum & viginti annorum spatium cõercuisse. Idque ex Ioseepho accipit Firmianus lib. 1. antiquit. Verum aliter interpretatur locum Hieronymus lib. quæst. Habraic.* Hoc est, *inquit,* dabo centum viginti annos ad pœnitentiam. Non igitur humana vita, vt multi errant, in centum viginti annos contracta est, sed generationi illi centum viginti anni ad pœnitentiam dati sunt. Quia verò pœnitentiam agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum, sed viginti annorum spatijs amputatis, induxit diluuium anno centesimo agendæ pœnitentiæ destinato. *Quam etiam expositionem Chrysostomus est amplexus, Homil. 22. in Genes. verùm eam improbat Gennadius veluti absurdam, & à Deo penitus alienam, cum semper Deus ad vindictam tardo ingrediatur passu. Vide catenam Græcorum patrum in pentateuchum. Quod verò Deus, vt censet Hieronymus, viginti annos amputauit ex decreto tempore liquet. Nam Genes. 5. dicitur.* quingẽtorum annorum erat Noë cũ genuit Sem, Cham, & Iaphet. *c. 6. dicitur* erunt dies vitæ illius centum viginti annorum. *deinde c. 7.* Sexcentorum annorum erat Noë, cum aquæ diluuij inundauerunt super terram.

n *Genes. 15. dicitur quod quarta generatione reuerterentur in terram promissionis, quod etiam ita impletum est. Nam primus Iacob cum filijs ingressus est Ægyptum, Moses verò quartus à Iacob populum eduxit. De computatione horum annorum lege scholium nostrum in* Chronicon Isidori.

o *In excusis legitur:* est & alia de temporibus figura, per quam quædam, quæ futura sunt, quasi iam gesta, *&c. Verum m. ss. lectionem probo. Omniaque supra cap. 18. de lege numer. 7. posita sunt, ibique adnotatum; sententiam esse ab Augustino desumptam lib. de verb. Apostoli.*

p *Gotthus & alij duo Cod. antiqui sic habent:* In quibus quæ adhuc facienda erant, iam facta narrantur: Sed quando aliquid faciendum pronuntiatur secundum nos dicitur, *&c. Reliqua verba, quæ in editis & alijs m. ss. reperiuntur, in his duobus non extant.*

q *Aug. de hac regula sic scribit:* Sextã regulã Ticonius recapitulationẽ vocat in obscuritate scripturarum satis vigilanter inuẽtam: Sic enim dicuntur quædã, quasi sequantur in ordine temporis, vel rerum cõtinuatione narrentur, cum ad priora, quæ prætermissa fuerãt, latenter narratio reuocetur, quod nisi ex hac regula intelligatur, erratur.

r *Codex Guadal. sic habet*, sicut in Isaia, vbi dum contra Babylonem, hoc est, contra Diaboli corpus multa dixisset sermo propheticus, rursus ad caput, id est, ad Diabolum, oraculi sententia deriuatur, dicens: Quomodo cecidisti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucifer qui mane oriebaris: Sicut cum filios filiorum Noé scriptura commemorasset, &c. Hæc habentur Isai. 14. *Verùm ad hanc regulam non pertinent, sed ad septimam de Diabolo & eius corpore, vt patet ex Augustino.*

f *Hæc omnia in nullo extant c. m. sorum, quos nactus sum ad huius operis correctionem, inter quos duo erant membranei antiquissimi litteris Gothicis scripti, vnus Ecclesiæ Toletanæ ara 953. exaratus, alius ex insigni collegio Onetensi apud Salmaticam eo antiquior, vt ex litteris miram vetustatem præ se ferentibus colligere licet. Quapropter omnia velut aliena à germana lectione reieci.*

g *Quæ in parenthesi includuntur in Gothico tantũ Cod. Ecclesiæ Toletanæ in margine addita inuent, locus est Isaiæ. c. 14. & apud D. August. in exempla septimæ regulæ & apud Ticonium.*

v *Angelus apostata est Lucifer de quo Isa. 14. Quomodo cecidisti de cælo Lucifer. Idem vocatur & draco, & serpens antiquus, Diabolus, & Satanas, Apoc. 12.*

De Differentia testamentorum. CAP. XX.

QVidam ideo non recipiunt vetus testamentum, pro eo quòd aliud in tempore prisco, aliud agatur in nouo. Non intelligentes, quòd Deus quid cuique congruerit tempori magna quadam distributione concesserit: sicut in Lege imperat nuptias; in Euangelio virginitatem commendat: in Lege oculum pro oculo auferre; in Euangelio alteram præbere percutiẽti maxillam. Sed illa pro tempore fragili populo, ista verò perfecto; vtrique tamen pro tempore sua quæq. conuenientia commodans. Et tamen pro ista mutatione non est credẽdus Deus mutabilis, sed potius inde admirabilis prædicandus est: quia manens incommutabilis, quid cuiq. (vt diximus) tempori commodum fuit, magna cum distributione concesit.

Sub veteri testamento minoris culpæ erãt peccata; quia in eo non ipsa veritas, sed vmbra veritatis aderat. Nam in testamento nouo præceptis altioribus manifesta facta quædam, quæ in illo populo vmbræ veritatis deseruierant, deserenda nobis præcipiuntur. Illic enim fornicatio, & retributio iniuriæ permissa sunt, nec nocebant; in testamento autem nouo graui animaduersione damnantur, si admittantur.

De Symbolo, & Oratione. CAP. XXI.

FIdei [a] Symbolum, & [b] Dominica oratio pro tota lege paruulis Ecclesiæ ad cælorum regna sufficit capescẽda. Omnis enim latitudo scripturarũ in eâdem oratione Dominica, & Symboli breuitate concluditur. Vnde &[c] Propheta Isaias dicit: Abbreuationem audiui à Domino Deo exercituum, super vniuersam terram: Attendite, & audite eloquium meum. Sed hæc abbreuatio, aut illud intelligitur, quod Dominus dicit: Omnem Legẽ, & Prophetas in duobus præceptis dilectionis Dei, & proximi pendere: aut propter ipsam orationem Dominicam, vel Symboli breuitatem, in quibus (vt prædictum est) omnem scripturarum coarctari (cernimus) latitudinem.

[a] *Symbolum, & Dominicam orationem continere fidem, spem, charitatem, docet, Aug. in Enchir. c. 6. & 7. Symbolum autem illud ab ipsis editum magna cum cura & Spiritus Sancti instinctu, apertum est ex Ruffino in expositione Symboli, & Aug. in sermone secundo Dominicæ Palmarum: vbi quam singuli Apostoli partẽ contulerint docet in hunc modum: Quod Græcè symbolum dicitur, Latinè collatio nominatur. Collatio ideo dicitur, quia collata in vnum totius Catholicæ legis fides, Symboli colligitur breuitate, cuius textum vobis modo Deo annuente dicemus. Petrus dixit: Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem. Iohannes dixit: Creatorem cæli & terræ. Iacobus dixit: Credo & in Iesum Christum Filium eius vnicum, Dominum nostrum. Andreas dixit: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Philippus ait: Passus sub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus & sepultus. Thomas ait: Descendit ad inferna, tertia die resurrexit à mortuis. Bartholomæus dixit: Ascendit ad cælos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Matthæus dixit: Inde venturus est iudicare vivos & mortuos. Iacobus Alphæi: Credo & in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Simon Zelotes dixit: Sanctorum communionem: remissionem peccatorum. Iudas Iacobi: Carnis resurrectionem. Matthias compleuit: Vitam æternam, Amen. Ambrosius etiam sermone 38. de tempore & quadragesimæ Symbolum appellat fidei clauem ducentum artificum operatione constatam: Irenæus lib. 1. capit. 2. tesseram fidei vnanimem, & Leo in epistola ad Palchariam Augustam. Ambrosius lib. 3. de Virginitate vocat signaculum cordis, & esse antelucanis horis quotidie recitandum. Pro fidei autem Symbolo, Apostolorum intelligitur: vt in Concil. Laod. capit. 46. Baptizatos oportet fidei Symbolum dicere, & capit. 47. Similiter in Concilio Agathensi can. 9. in Concilio Magnentino sub Carolo Magno cap. 45. De Symbolo Apostolorum legge Hieronymum in epistola ad Pammachium, & August. lib. ad Catech. & Clementem Romanum in epist. ad Iacobum fratrem Domini.*

[b] *A patribus quotidiana oratio dicitur vt Cyprianus ex eius expositione, & Augustino lib. 21. Ciuit. cap. 27. Et Concilio Toletano 4. c. 9. Quia quotidie dicitur, & quia delet nostra quotidiana peccata.*

[c] *Locus est apud Isaiam cap. 10. vbi Hieronymus sic inquit:*

quit: Pro cunctis lacinioſæ legis cæremonijs dedit præceptum breuissimum dilectionis & fidei. Cyprian. in expositione orationis Dominicæ locũ interpretatur de Symbolo fidei, & August. lib. de perfectione iustitiæ hominis respons. 11. Et contra Faustum. lib. 15. c. 4. diptychium Ecclesia appellat duo dilectionis præcepta.

De baptismo, & communione. CAP. XXII.

SOlam Ecclesiam Catholicam habere baptismum ad salutem Zacharias Prophetа testatur; In die (inquit) illa erit fons patẽs domui Dauid, & habitantibus in Ierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatę. Domus quippe Dauid, & Ierusalem, Christi Ecclesia est, in qua manat fons in ablutionem peccatorum. [a] Hæretici autem id solùm imaginaria ostentatione faciunt: ideoque illis baptismus non ad remissionem peccatorum, sed ad supplicij testimonium datur.

Pro solo originali reatu luunt [b] in inferno nuper nati infantuli pœnas, si renati per lauacrum non fuerint. [c] Proinde cum causſa nuper natus damnatur infans, si non regeneratur: quia originis noxietate perimitur.

Cur paruuli peccato originali carentes per baptismum, & nec dum propriũ habentes delictum, à bestijs, pœnisque cæteris laniantur? Hæc igitur causſa est. Baptismus enim à pœna æterna, non à præsentis vitæ supplicio liberat. Quòd si à pœna præsenti homines liberarẽtur per baptismum, ipsum putarent baptismi præmium, non illud æternum. Ergò, soluto reatu peccati, manet tamen quædam temporalis pœna; vt illa vita feruentius requiratur, quæ erit à pœnis omnibus aliena.

Nullus negat fidelium etiam post baptismum, quo peccata delentur, quotidie quãdiu in isto seculo sumus, ad Deum nos debere conuerti. Quod quamuis sine intermissione fit quotidie agendum, nunquam tamen feciſſe sufficiet.

[a] Qui in maternis vteris sunt, ideo cum matre baptizari nõ possunt; quia qui natus adhuc secundùm Adam non est, renasci secundùm Christum nõ potest. Neque enim dici regeneratio in eo poterit, quem generatio non præcesit.

Qui intra Ecclesiã non ex dignitate Ecclesiæ viuunt, sed fidem, quam verbo tenẽt, operibus destruunt, [c] de ipsis legitur: Multiplicati sunt super numerum, vt subaudias, [f] in regno prædestinatorum.

[g] Qui scelerate viuunt in Ecclesia, & cõmunicare non desinunt, putantes se tali cõmunione mundari: discant, nihil ad emundationem proficere sibi, dicente Propheta: Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas? & Apostolus: Probet, inquit, se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

[a] *Isidorus non damnat baptisma hæreticorum, vt Cyprianus cum Episcopis Africæ, de quo Hieronymus in dialogo contra Luciferianos sic inquit*; Cyprianus lacus contritos fugere, nec bibere de aqua aliena voluit: idcirco hæreticorum baptisma reprobans ad Stephanum tunc Romanæ vrbis Episcopum, qui à beato Petro vigesimus sextus fuit super hac re Africanam Synodum direxit: sed conatus eius frustra fuit. *Verùm hic Isidorus loquitur de baptismo adultis collato ab hæreticis cum inuocatione sanctissimæ Trinitatis, qui licet sit sacramentum, characteremque in animo obsignet, nihil tamen illis ad salutem remissionemque peccatorum prodest, quousque ab Ecclesia suscipiatur.* Non enim illis ad remissionem peccatorum, *inquit*, sed ad supplicij testimonium datur. *Quam sententiam probat Augustinus. lib. 3. contra Donatistas. ca. 14. & lib. de baptismo. capit. 12. & habetur de consecrat. D. 4. c.* Tũc valere incipit ad salutẽ baptismus, cum fictio à veraci confessione recesit. *Idem Gregorius ad Quiriacum epistola 61. li. 9. Registri. Et Nicolaus Pontifex ad consulta Bulgarorum. cap. 3. Quid verò de baptismo ab hæreticis collato senserit Isidorus inquet lib. 2. de officijs. cap. 24. dum inquit:* Hæretici autem, si tamen in Patris & Filij & Spiritus Sancti attestatione docentur baptisma suscepisse, non iterum sunt baptizandi, sed solo chrismate, & manus impositione purgandi. Baptismus enim non est hominis meritum, sed Christi: Ideoque nihil interest hæreticus, an fidelis baptizet: quòd sacramentum tam sanctum est, vt nec homicida ministrante polluatur. Habet enim hæreticus baptismum Christi; sed quia extra fidei vnitatem est, nihil prodest. At vbi ingressus fuerit, statim baptisma, quod habuerat foris ad perniciem, incipit illi iam prodesse ad salutem. Quod enim accipitur approbo, sed quia foris accipitur improbo; dum autem venerit, non mutatur, sed agnoscitur. Character est enim Regis mei, non error sacrilegus: recorrigo desertorem, non muto characterem. *Hæc Isidorus. Notissimè sacra Tridentina Synodus sess. 7. c. 4. Verum esse baptisma, inquit, quod datur in canone formæ Ecclesiæ ab hæreticis.*

[b] *Infernus multiplex est, vt adnotauit doctissimè, sicut omnia, D. Thomas Aquinas*, Infernus, *inquit*, quadruplex: scilicet damnatorum, puerorum, purgatorium, & sanctorum patrum. In primo sunt tria, tenebræ gratiæ, tenebræ gloriæ, & pœna sensus: A quo æterno supplicio vtinam liberemur. In

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundo sola duo primi, tenebræ gratiæ, & gloriæ. In tertio tantùm secundum & tertium, tenebræ gloriæ, & pœna sensus. In quarto tantùm secundũ, tenebræ gloriæ, vocaturq. hic sinus Abrahæ. *De quo Tertullianus aduersus Marcionem lib. 4. Diuus Gregor. lib. 7 epistolarũ epist. 53. ad Secundinum de receptaculo agit animarum parulorum, qui sine baptismo discedunt.*

c Ita Codex Gotth. & alij. m. s. Locus manifestus ad probandam originis maculam esse in pueris à parentibus contractam, & esse omnes natura procreatos filios iræ.

d Habetur hæc sententia in collectaneis Gratiani de Cons. D. 4 & apud Inon p. 1. c. 185. & apud Magistrum libr. 4. sent. dist. 6.

e Psal. 39. Ita interpretatur & Augustinus: Verum Basilius & Theodoretus aliter locum interpretantur in scholijs psalmorum.

f Sic habent omnes ec. m. ſſ & editus antiquus, quam lectionem posui & deleui in regno reproborum: ex Gregorio & Augustini expositione, vnde Gregorius subiungit de illis qui sunt super numerũ: Hic enim fidelibus per cõfessionem admixti sunt, sed propter vitam reprobam illic numerari in sorte fidelium non meretur.

g Habetur tota sententia de consecr. D. 2. c. Qui scleratè viuunt: fragmentum verò eius de cons. D. 4. c. Qui in maternis vteris. *in fine capitis.*

De Martyrio. Cap. XXIII.

DEI seruus aduersitate vlla non frangitur, sed pro veritatis defensione vltro se certamini offert, nec vnquam pro veritate diffidit.

Sæpè ex discipulis [a] ad martyrium eligũtur, qui suos doctores ad coronam præcedunt: &, qui sunt ordine postremi, fiunt nõ nunquam in certamine primi.

[b] Vir sanctus vltrò se pro agone certaminis debet offerre iustitiæ: sed tamen agonis fructum videns vberrimum, non debet declinare laboris periculum. Quod si maior est labor, quàm animarum lucrum, declinandus est labor, quem minimum comitatur augmentum. Vtrumq. enim fecit Apostolus, qui & periculis se vltro dedit, vbi maximum animarum lucrum vidit; & sapienter se periculo abstulit, in quo potiorẽ laborem, quàm lucrum esse perspexit. Vltro se Paulus apud [c] Ephesum periculis obtulit, quia potius periculo lucrum vidit. Damasci autẽ ideò periculo subtraxit semetipsum, quia nullum periculi ipsius arbitratus est fructum.

Disce quomodo ad martyrium se offerat quisq. vltro, vel quomodo iuxta sententiam Dei cingatur ab altero, &, quò nõ vult ipse, ducatur, nisi quod & propter gloriã futurã de certamine iustus gaudet, & propter passionis violentiã refugit subire, quod dolet.

Accipe exemplum adeundi sub trepidatione martyrij de vsu bellandi, in quo exercitatus quisq. in prœlio, & per audaciam certamen aggreditur, & per timorem cunctatione mouetur.

Item accipe exemplum martyrij de preparatione humani corporis ad salutem; dum quisq. & de spe reparationis gaudet, & de incisionib⁹ ceu amarissimis poculis mœret.

I Sidorus martyris nomen hoc capite non tantum illis tribuit, qui extremam mortem gloriosè pro Christo passi sunt, sed illis etiã, qui à confessione nominis Christi multa tormentorum atrocitate abduci potuerunt. Idem facit Hieronymus, Cyprianus martyrum eximius laudator. Tertullianus autẽ hos designatos martyres appellat, illos verò absolutè martyres.

b *VV.* CC. *ad vnũ omnes legunt:* vir sanctus vltro se in agone pro certamine debet offerre iustitiæ. Tollatur enim negatione nõ, *Verũ ita sensus non conuenit ijs, quæ sequuntur,* sed tñ si agonis fructũ videns vberrimũ, nõ debet declinare laboris periculũ. *Qua propter exigimo negationẽ, vt in editis est, retinendã.* Thomas 2. 2. quæst. 124. Martyrium, *inquit,* oblatum debet tolerari patienter, sed non debet quæri: quia non debet illata occasio agendi iniustè, *Hæc ille. Vnde* Cyprianus *martyrium, vt constat ex primo lib. epistol. Et* Athanasius, *vt patet ex homilia super Matthæum c. 10. & ex apologeta de fuga sua, prope medium. Hinc eleganter* Cyprianus *epist. 83.* Dominus cõfiteri nos magis voluit, quàm profiteri. *Verum quid de virginibus illis dicemus, quæ ob castitatis & pudicitiæ amorem, ne turpiter violarentur, mortem sibi aqua, vel ferro, vel laqueo conscierunt? Quas etiam sancta Ecclesia inter diuas martyres connumerat, vt constat ex D. Ambrosio lib. 3. de virginibus, ad Marcellinam sororem, & Pelagiæ & filiarum morte, & Eusebio Cæsariense libr. 5. Eccles. histo. de virginibus Antiochiæ; & Sophroniæ, quæ se occidit, ne vim à Maxentio pateretur: hieronymus super Ionã exponẽs illud c. 1. Tollite me & mittite me in mare sic inquit:* Non est nostrum, mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter accipere, vnde in persecutionibus nõ licet propria perire manu, absque eo vbi castitas periclitatur, sed percutienti colla submittere. *Augustinus verò lib. 1. de Ciuit. Dei multis exemplis probat nulla prorsus causa fas esse sibi mortem inferre. Quod si dixeris id licere, ne virginitatis integritas omittatur: respondet corporis sanctitatem, animi sanctitate manente non amitti. Verum eodem libr. velut de sententia sua vsque nonnihil remittens, quæstionem hanc sic cõcludit.* Sed quodam, inquiũt, sanctæ fœminæ tempore persequationis, vt insectatores suæ pudicitiæ declinaret, in rapturum actq. necaturum se flumen protecerunt, eoque modo defunctæ sunt: earumque martyrijs in Ecclesia catholica, veneratione celeberrima frequentantur. De his nihil temerè audeo iudicare. Vtrùm enim Ecclesiæ aliquibus fide dignis testificationibus, vt earũ memoriã sic honoret diuina persuasit auctoritas, nescio; Et fieri potest, vt ita sit. Quid si hoc fecerũt nõ humanitus deceptæ, sed diuinitus

uinitus iussæ, nec errantes sed obedientes? sicut de Samsone aliud nobis fas non est credere. Cùm autem Deus iubet, seque iubere sine vllis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? quis obsequium pietatis accuset? *Hæc Augustinus: ex cuius verbis, illud aduersus hæreticos nostri temporis obiter notandum,* Ecclesiam sanctos suos diuina persuasione actam honorare. *Hic etiam in quæstionem factam Raziæ (de quo Machabæorum 2. capit. 14.) solet volari. Quod D. Augustinus improbat li. 2. contra secundam epist. Gaudentij c. 23. & epist. 61. ad Dulcitium, vbi eum laudari ait, nõ quia seipsum interfecit, sed quod esset vir strenuus, ciuitatisq. ac patriæ amator. Nam alioqui turpe est, & animi impatientis, sibi manus inferre, vt docet Aristot. 3. Ethicorum c. 10. vnde laudatur Cicero Offic. 1. dum Catonis mortem laudans, honestũ ac licitum esse asserit, virum fortẽ, vbi res postulauerit, se violenta manu petimere.*

c Id liquet ex Actorum c. 19. Paulo enim volente egredi ad populum, non permiserunt discipuli eius.

De Sanctorum miraculis. Cap. XXIV.

ETsi [a] Apostolis virtus data est signorum, propter fidem gentiũ nutriendam; Ecclesiæ tamẽ data est virtus operum, propter eandem fidem ornandam. Et tamen in ipsis Apostolis [b] plus erat mirabilis virtus operum, quàm virtus signorum. Ita & nunc in Ecclesia [c] plus est bene viuere, quàm signa facere.

d Quod nunc Ecclesia non ea miracula faciat, quæ sub Apostolis faciebat, ea caussa est: quia tunc oportebat mundum miraculis credere, nunc verò iam credentẽ oportet bonis operibus coruscare. Nam ideò tũc signa fiebant exterius, vt interius fides roboraretur.

e Iam in fide miracula quicumq. requirit, vanam gloriam, vt laudetur, quęrit. Scriptum est enim: linguæ in signũ sunt, non fidelibus, sed infidelibus. Ecce signum non est fidelibus necessarium, qui iam credidérunt, sed infidelibus, vt conuertantur. Nam Paulus pro non credentiũ infidelitate patrẽ Publij de infirmitate febriũ virtutibus curat: infirmãtem verò Timotheum fidelem, nõ oratione, sed medicinaliter temperat, vt noueris miracula pro incredulis, non pro fidelibus fieri.

f Antequam Antichristus appareat, virtutes ab Ecclesia, & signa cessabunt: quatenus eam quasi abiectiorem persequatur audacitius. Ob hanc vtilitatem cessabunt sub Antichristo ab Ecclesia miracula, & virtutes; vt per hoc & sanctorum clareat patientia, & reproborum, qui scandalizabuntur, leuitas ostendatur, & persequentium audacia ferocior efficiatur.

a *Ex Gregor. Homil. 29.*

b *Id constat ex Lucæ 10.* Ecce dedit vobis potestatem calcandi serpẽtes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciũtur: Gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis: *Quod dostè etiam probat venerabilis & sanctus Beda super Iohan. c. 1.*

c *Id eleganter probat Cyprianus in oratione de vnitate Ecclesiæ ex illo Matth. 7.* Multi enim dicent in illa die: Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc dicam illis; nunquam vos cognoui: recedite à me, qui operamini iniquitatem. *Sic enim legitur apud Cyprianum; pro quibus in editione vulgata est:* Multi dicent in illa die *&c.* Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Discedite à me. *Idem probat D. Ambrosius in comment. epist. 1. ad Corinth. c. 12. exponens illud:* & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

d *Quare miracula in Ecclesia nunc cessauerint, caussas etiam reddit Augustinus lib. 1. Retract. cap. 13. & li. de vera religione cap. 25. & Ambros. super primam epistolam ad Corinth. cap. 12. in fine. D. Gregorius lib. 27. Moralium, docet etiam Ecclesiam olim adminiculis miraculorum indiguisse, nunc verò non item.* Paulus, *inquit,* egregius prædicator Miletum veniens, plenam infidelibus insulam, sciens patrem Publij dysenteria, febribusq. vexatum, orando saluauit; & tamen ægrotanti Timotheo præcepit dicens: modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.

e Ex Gregor. lib 27. Moral. c. 14.

f Ex Gregor. lib 34. Moral. cap. 2.

De Antichristo, & eius signis. Cap. XXV.

OMnis, qui secundùm Christianæ professionis normam aut non viuit, aut aliter docet, [a] Antichristus est.

Plerique autem Antichristi tempora nõ visuri sunt, & tamen in membris Antichristi inueniendi sunt.

Antequàm [b] veniat Antichristus, multa eius membra præcesserunt, & prauæ actionis merito caput proprium præuenerunt, secundum [c] Apostoli sententiam, qui iam iniquitatis mysterium operari illũ affirmat, etiam antequam reueletur.

Magnitudo signorũ faciet sub Antichristo, vt electi, si fieri potest, in errorem mittãtur. Sed si electi, quomodo sunt in errorẽ mittẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

di: Ergo ibunt in errorẽ titubationis ad modicum præ multitudine prodigiorum, non tamen deijciẽdi sunt ab stabilitate sua terrorum impulsu, atque signorum. Vnde & ideò ponitur, si fieri potest: quia electi perire non possunt, sed citò resipiscentes cordis errorem religione coërcebunt: scientes prædictum à Domino esse, vt dum hoc fecerint aduersarij, non conturbentur sancti.

[d] Tã mira facturus est prodigia, & signa, dum venerit Antichristus, vt etiam electis quidam cordis gignatur scrupulus; quòd tamen citò exsuperet in illis ratio: per quam scient in deceptionem reproborum, & electorum probationem eadem fieri signa. In quo tempore per patientiam glorioſi erunt sancti, non per miracula, sicut martyres fuerunt priores. Illi enim & persecutores sustinebunt: & facientes prodigia. Proinde & [e] durius bellum sustinebunt: quia non solum contra persequentes, sed etiam contra miraculis coruscantes dimicaturi sunt.

Grauiùs sub Antichristi temporibus cõtra Ecclesiam desæuiet Synagoga, quàm in ipso aduentu Saluatoris Christianos est persecuta.

Dum in martyres Diabolus iam exercuerit magnam crudelitatem etiã ligatus, crudelior erit tamen sub Antichristi temporibus, quando etiam erit soluendus. Nam si tanta ligatus: quanta solutus faciet?

Quanto propinquius finem mundi Diabolus videt, tanto crudelius persecutiones exercet: vt quia se continuò damnandum cõspicit, socios sibi multiplicet, cum quibus gehennæ ignibus addicatur.

[f] Quanto breue tempus videt sibi restare Diabolus, vt damnetur: tantò in magna persecutionis ira mouetur, diuina iustitia permittente: vt glorificentur electi, sordidentur iniqui, & vt Diabolo durior crescat damnationis sententia.

[a] *Antichristus Latinè dicitur contrarius Christo, vt auctor est Augustinus in primã Canonicam Iohã. tract. 3. & in libello de Antichristo, si modo eius est, & Greg. li. 29. Moral. cap. 6. Rebellis Christo vocatur à Tertul. lib. de præscript. aduersus haret. A Iohanne epist. 1. c. 2. mendax dicitur.* Quis est *inquit*, mendax, nisi qui negat, quoniã Iesus non est Christus, hic est Antichristus. *Apoc. 13. Bestia nominatur: Homo peccati, & filius perditionis, à Paulo 2. ad Thessal. c. 2. Hec aliaq. multa nomina illi per translationem, & allegoriam in diuinis litteris tribuuntur.*

[b] *Membra Antichristi sunt haretici, & improbi Christiani; qui ore Christum confitentur, factis autem negant ex Augustin. tract. 3. super primam epist. Iohann.* Quisquis factis, *inquit*, negat Christum, Antichristus est. *Quotquot enim habet Ecclesia periuros, fraudatores, adulatores, ebriosos, fœneratores, aliosq. id genus scelerato homines, Antichristos, hoc est, aduersarios Christi esse, idem recte asserit. Quod ipsum etiam de hareticis censet, ex illo eiusdem loci* Antichristus est, qui negat Patrẽ, & Filium. Omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo nõ est, & hic est Antichristus.

[c] *Locus Pauli est 2. ad Thess. c. 2.* Nam mysterium iã operatur iniquitatis. *In quem locum D. Thomas Aquinas sic ait:* sicut omnia bona sanctorum ante Christum, fuerant figura Christi, sic in omni persequutione Ecclesiæ, Tyranni fuerunt quasi figura Antichristi. *Graci hunc Pauli locum de Nerone dictum accipiũt, in qua sententia etiam D. Ambros. est in hunc locum.*

[d] *Num vera futura sint miracula ac prodigia Antichristi vide Aug. lib. 20. de Ciuit. Dei. c. 19.*

[e] *Quàm atrox Antichristi bellum futurum sit, patet ex illo Isa. 14.* Hic homo qui concitat terram, commouet Reges, qui ponit orbem terræ totum desertũ. *Sic enim legit Cyprianus, interpretaturq. de Antichristo lib. 3. testimoniorum ad Quirinum. Vulgata editio ita habet:* Nunquid iste est vir, qui turbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit?

[f] *Ita in m. ss. & in editione veteri de tẽpore aduentus Antichristi. Vide piam ac prudentem sententiam Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei. c. 53. & Greg. 34. Moral. c. 10.*

C De Resurrectione. Cap. XXVI.

INchoatio [a] pacis sanctorum est in hac vita, non perfectio. Tunc autem erit plenitudo pacis, dum ad Dei contemplationem absorpta carnis infirmitate conualuerint.

[b] Resurrectio mortuorum, vt Apostolus ait, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi futura est: in ætate, scilicet iuuentutis, quæ profectu non indiget, & absque inclinatione defectus in perfectione ex vtraque parte & plena est, & robusta.

[c] Quamuis nunc filiorum Dei nomine homines fideles vocentur, tamẽ ex eo quòd hanc seruitutem corruptionis patiũtur adhuc iugo seruitutis addicti, sunt accepturi plenam filiorum Dei libertatem, dum corruptibile hoc induerit incorruptionem.

Nunc Deus per speculum agnoscitur, in futuro autem quisque electus facie ad faciem præsentabitur: vt ipsam speciẽ contempletur, quam nunc per speculum videre conatur.

In hac vita electorum numero ad dexteram pertinẽtium, & reproborum, qui ad sinistram ituri sunt, Ecclesiam Dei comple-
ri (dicitur) in fine autem seculi sicut zizania à frumento disiungi.

[a] *Ex Gregor. lib. 4. Moral. c. 22. & 23.*

[b] *Aug. lib. 22. de Ciuit. c. 14. & 15.*

[c] *Fideles vocantur filij Dei per adoptionẽ epist. 1. Iohã. c. 3.* Videte, *inquit*, qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus. *Et statim:* Nũc filij Dei sumus (*per gratiam videlicet*) & nondum apparuit, quid erimus. Scimus quoniam quum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum, sicuti est.

De Iudicio. Cap. XXVII.

IVdicij diem nouit Christus, [a] sed in Euãgelio dicere, & scire discipulos noluit. Nãdum dicit idem Dominus per Prophetam: Dies vltionis in corde meo, indicat se non nescire, sed nolle indicare.

[b] De domo Domini, sicut scriptum est, incipit iudicium, quãdo electi, id est, domus Dei, hic per flagella iudicantur. Impij verò illic ad damnationem iudicandi sunt. Vnde & sequitur: Si autem primũ à nobis, quis finis eorum, qui non crediderunt?

Ad [c] districti examen iudicis, nec iustitia iusti secura est, nisi pietate diuina: [d] vt & ipsa iustitia, qua quisque iustus est, Deo iustificante, iustificetur. Alioquin apud Deum, & ipsa peccatum est. Inde est, quod ait Iob: Innocentẽ, & impium ipse consumit. Consumitur quippe à Deo innox, quando ipsa innocentia liquidius requisita, & diuinę innocentiæ comparata nihil efficitur, nisi & ibi per diuinæ misericordiæ pietatem homo iustificetur. Cõsumitur item à Deo impius, quando examinis diuini subtilitate requiritur, eiusque detecta impietas iudicata damnatur.

Consummitur innox, & impius simul fine carnis, non pœna damnationis.

Doctus pariter, & indoctus moriuntur; sed morte carnis, non pœna damnationis. Omnia autem pergunt ad vnum locum, dũ morte corporali in terram & iustus, & impius reuertuntur. Retributio autem disimilis, sicuti per eundem Salomonem dicitur: Quid plus habet sapiens à stulto, nisi quod illuc pergit, vbi vita est? Ergo omnes in terram pariter redeũt. Nam vbi vita est, non pariter pergunt.

Gemina punitur sententia impius, dum aut hic pro suis meritis, mentis cæcitate percutitur, ne veritatem videat: aut dum in fine damnabitur, vt debitas pœnas exoluat.

Geminum est diuinum iudicium: vnum, quo & hic iudicantur homines, & in futuro: alterũ, quo propterea hic iudicãtur, ne [e] illic iudicentur. Ideoq. quibusdam [f] ad purgationem tẽporalis proficit pœna; quibusdã verò hic inchoat damnatio, & illic perfecta speratur perditio.

[g] In iudicio reprobi humanitatem Christi, in qua iudicatus est, videbunt, vt doleant, [h] diuinitatem verò eius non videbunt, ne gaudeant. Quibus enim diuinitas ostenditur, vtique ad gaudium demonstratur.

Pro [i] diuersitate conscientiarum, & mitis apparebit in iudicio Christus electis; & terribilis reprobis. Nam qualem quisque cõscientiam tulerit, tale & iudicium habebit: vt manente in sua trãquillitate Christo, illis solis terribilis appareat, quos conscientia in malis accusat.

[k] Duæ sunt differentiæ, vel ordines hominum, in iudicio, id est, electorum, & reproborum; qui tamen diuiduntur in quattuor. Perfectorum ordo vnus est, qui cũ Domino iudicat, & alius, qui iudicatur: vtriq. tamen cum Christo regnabunt. Similiter ordo reproborum partitur in duobus: dũ hi, qui intra Ecclesiã sunt mali, iudicandi sunt, & damnãdi: qui verò extra Ecclesiam inueniendi sunt, [l] non sunt iudicandi, sed tantùm damnandi.

Primus igitur ordo eorum, qui iudicantur, & pereunt, opponitur illi ordini bonorum, de quo sunt, qui iudicantur, & regnant. Secundus ordo eorum, qui non iudicantur, & pereunt, opponitur illi ordini iustorum, in quo sunt hi, qui non iudicantur, & regnant. Tertius ordo eorum, qui iudicantur, & regnant, illi ordini est contrarius, de quo sunt qui iudicantur, & pereunt. Quartus ordo eorũ, qui non iudicantur, & regnant, opponitur illi contrario ordini, in quo illi sunt, qui non iudicantur, & pereunt.

[a] *Sed in Euangelio dicere se scire discipulis noluit. m. ss. legunt nonnulli, Caterum Gotthus Toletanus omnium fidelissimus cum edito consentit. Locus verò est Marc. cap. 13. his verbis:* De die autem illo vel hora nemo scit: neque Angeli in cælo, neque filius, nisi solus Pater. *Et Matth. 24.* De die autem illa, & hora nemo scit, neque filius hominis. *Quorum locorum interpre-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tationem vide apud Aug. 83. quæst. q. 6. & Hieron. in Matth. Ambros. lib. 5. de fide. c. 8. Theophil super Marcum. c. 13. Gregor. lib. 3. super 1. Reg. c. 3. Qui omnes patres ideo dicunt filium iudicij diē nescire; quia cum iudicare noluit hominibus. Alij Doctores neotherici, dicūt Christum, quatenus homo erat, diem iudicij non cognouisse naturali notitia. Nam solus Deus nouit ex sua naturali notitia tempora, & momēta, quæ pater posuit in sua potestate. Vnde apud Matth. c. 24. additur, neq. filius hominis. Nam, quatenus verbum, nouit sicut pater. Quam interpretationem videtur etiam sequi Basilius in epistola ad Amphilochium, dum Matthæi & Marci hæc loca interpretatur cæteris vero omnibus occultum esse, multis sacrarum literarum testimonijs confirmatur. Matth. 24. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. *Luc. 16.* Sicut in diebus Lot, *&c. & 1. ad Thess. c. 5* cum dixerint homines, pax & securitas, veniet repentinus interitus. *Et ibidem.* Dies Domini sicut fur in nocte, *& Luc. 12.* Quando non putatis filius hominis veniet. *Et alibi:* Vigilate, quia nescitis diem neque horam. *Apocalyp. 3.* Veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.

[b] *1. Petri c. 4.* Quoniam tempus est vt incipiat iudicium de domo Dei, *vbi iudicium Græcè κρῖμα* pro afflictionibus accipiendum.

[c] *Ex Gregor. lib. 9. Moral. c. 11. & 12.*

[d] *Pulchrè differentiam iustitiæ, qua Deus & homo iusti dicuntur, expressit aduersus vasana hæreticorum huius temporis dogmata, de qua sic etiam in Conc. Trid. sess. 6. c. 7. scriptum est.* Demum vnica formalis causa est iustitiæ Dei, nō qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit: qua videlicet à Deo donati, renouamur spiritu mētis nostræ; & non modo reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus, iustitiā in nobis recipientes.

[e] *Ita est in omnibus m. ss. quæ lectio videtur cum illo Pauli quadrare 1. ad Corin. 11.* si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur: *Et cum illo Sapient.* Ante iustitiam, præpara iudicium.

[f] *Iohan. 15.* Omnem palmitem in me non ferētem fructū, tollet eum, & omnem, qui fert, purgabit eū. *Greg.* Palmes fructuosus purgari dicitur, *quia per disciplinā reciditur ad vberiorem gratiam.*

[g] *Gotthus* in qua iudicatus est, videbūt; *nō malè: sententia hæc est apud Augustinum super Iohan. tract. 23. & de Trinit. lib. 1. c. 3. & 16. & 17. Est etiam in magistro sentēt. lib. 4. dist. 48.*

[h] *Ex illo Isa. 26.* Tollatur impius, ne videat gloriā Dei.

[i] *Gregor. lib. 25. Moral. c. 5. & 6. desumitur autem sententia ex illo Pauli ad Rom. 2.* Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die cùm iudicabit Deus occulta hominum. *Quem locū ita etiam Ambros. interpretatur.*

[k] *Ex Greg. lib. 26. Moral. c. 24. & Magist. in 4. dist. 97.*

[l] *Secundum illud Iohan. 3.* Qui non credit iam iudicatus est, *& illud Pauli ad Rom. 2.* Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.

De Gehenna. CAP. XXVIII.

DVplex damnatorum pœna est, in [a] gehenna, quorum & mētem vrit tristitia, & corpus flamma iuxta vicissitudinem: vt qui mente tractauerunt, quod perficerent corpore, simul & animo puniantur, & corpore.

[b] Ignem gehennæ ad aliquid lumen habere, ad aliquid non habere: hoc est, habere lumen ad damnationem, vt videant impij vnde doleant, & non habere ad cōsolationem: ne videant, vnde gaudeant.

[c] Apta fit comparatio de camino trium puerorum, ad exemplum ignis gehennæ. Nam sicut ille ignis non arsit ad trium puerorum supplicium, & arsit ad comburenda ligamina vinculorum: ita ignis gehennæ, & lucebit miseris ad augmentum pœnarum, vt videant, vnde doleant; & non lucebit ad consolationem, ne videant, vnde gaudeant.

[d] Inter huius vitæ, & futuræ infelicitatis miseriam, multa discretio est. Illic enim & miseria est propter cruciationem dolorum, & tenebræ propter lucis auersionem: quorū vnū in hac vita, id est, miseria est, aliud non est: in inferno autem vtrumq. est.

[a] *Theophylactus super Matth. c. 10. exponens illud:* Timete autem magis eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennā. Gehennam, *inquit*, quū dixit, significat perpetuam pœnam; *Gehenna enim dicitur à semper nascendo. Hic est ille vermis, de quo ait Isaias:* Vermis eorū nō morietur, & ignis eorum non extinguetur: *Cui conuenit illud Tityi (vt est in fabulis.)*

Rostroq. immanis vultur obunco,
Immortale iecur tundens, fœcundaq. pœnis
Viscera, rimaturq. epulis, habitatq. sub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.

[b] *Ex Gregor. lib. 9. Moral. c. 39.*

[c] *Gregor. ibidem.*

[d] *Ex Gregor. lib. 9. Moral. c. 38.*

De Pœnis impiorum. CAP. XXIX.

SIcut [a] fasciculi lignorum ad combustionem, de similibus colligantur, ita in iudicij die similis culpæ rei suis similibus iungentur: vt ex æquo pœna constringat quæsi in fasciculum, quos actio similes fecit in malum.

[b] Sicut vnusquisq. sanctus in futuro iudicio pro quantitate virtutum glorificabitur: ita & vnusquisq. impius, pro quantitate facinorum condemnabitur; [c] nec deerit in supplicio futuro damnationis ordo, sed iuxta qualitatem criminum, Prophera affirmāte, discretio erit pœnarum.

De charorum quoq. suorum supplicijs additur etiam pœna defunctis: sicut apud inferos, diuiti sermo prædicat Euangelicus; sicut pro augendo Iudę supplicio, dicit etiam [d] Psalmus: Commotione moueantur filij eius, & mendicent.

Impij ex hoc durius in iudicio puniendi sunt mentis dolore, ex quo visuri sunt iustos gloriæ beatitudinem meruisse.

[e] Cunctis videntibus est præcipitandus Diabolus, quando sub aspectu omnium bonorum Angelorum, & hominum cum eis, qui de parte eius erunt, in ignem æternum mittendus est.

Dum sublatus fuerit Diabolus, vt damnetur, multi electi, qui in corpore sunt inueniendi, Domino ad iudicium veniente, metu concutiendi sunt, videntes tali sententia impium esse punitum: quo terrore purgandi sunt, quia, si quid eis ex corpore adhuc peccati remanserit, metu ipso, quo Diabolum damnari conspiciunt, purgabuntur. Hinc est, quod ait Iob: Cum sublatus fuerit, timebunt Angeli, & exterriti purgabuntur.

Multos posse perire ex eis in die iudicij, qui nunc electi esse videntur, & sancti: [f] dicente Prophera: Vocabit Dominus iudiciū ad ignem, & deuorabit abyssum multam, & comederet partem domus. Pars quippe domus deuorabitur, quia illos etiam infernus absorbebit, qui nunc se esse in præceptis cælestibus gloriantur; de quibus Dominus dicit: Multi dicēt mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus; & in tuo nomine dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Tunc confitebor illis, quia nūquam noui vos. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem, nescio, qui estis.

[a] *Ex Gregor. lib. 9. Moral. c. 39.*

[b] *Ex Gregorio ibidem.*

[c] *Ita in Gotth. & alijs m. ss. in vno vero perantiquo sic legitur, nec deerit in supplicij die futurus damnationis ordo.*

[d] *Psalm. 108. legitur q. in editione vulgat:* mutantes trāsferantur filij & mendicēt. *Hebræus sermo habet:* oberrent liberi eius. *Nutantes autem est, instabiles vagentur, errantes mendicent, fiant vagi, & errantes.*

[e] *Apoc. cap. 20. ponitur ordo iudicij & apud Paulum 1. ad Corinth. c. 15.*

[f] *Locus est Amos c. 7.* Ecce vocabit iudicium ad ignē Dominus Deus, & deuorabit abyssum multam, & comedet simul partem. *Vox autē* domus, *quæ apud Isidorū est, in nullo bibliorū exemplari legitur, neq. in versione LXX. cuius hæc sunt verba* καὶ ἐκάλεσεν τοῦ δικαν ἐν πυρὶ καὶ κατέφαγεν τὸ μερίδα, *vbi Hieronymus:* Comedit partē, *inquit*, hoc est sanctos illius peruenit, qui in peculio Domini, & in eius parte reputantur. *Theodoretus in eundem locum:* partem, *inquit*, appellat Israēl. Sic enim etiam Moses, inquit, & facta est pars Domini populus eius Iacob.

De Gloria Sanctorum. CAP. XXX.

NOn [a] faciet in futurum cor miserum iustorum compassione damnatorum cōdolendi affectio, vbi tantum erit Sāctorum de Dei contemplatione gaudium, vt tristitiæ nullus tribuatur introitus.

Sicut comparatus color candidus nigro colori fit pulchrior; ita & Sanctorū requies comparata damnationi malorum gloriosior erit.

[b] Sic iustitia iniustitiæ, sic virtus vitio crescit. Ergo sanctorum crescet gloria, dum debita damnantur impij pœna.

Post resurrectionem sanctis in carne promissa est cælorum ascensio; dicente ad Patrem Christo. Volo, vt vbi sum ego, & ipsi sint mecum. Si enim membra capitis sumus, & vnus in se, & in nobis est Christus, vtique vbi ipse ascendit, & nos ascensuri sumus.

[a] *Ex Gregorio homilia 40. est apud Magistrum. in 4. distin. 50.*

[b] *In excuso erat* sicut: *verum Gotthus legit* sic iustitia iniustitia, sic virtus vitio crescit. Ergo sanctorum excrescit gloria, *vt sit superioris sententiæ redditio, similiter est in omnibus fere vv. cc.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. SENTENTIARVM

LIBER SECVNDVS.

De Sapientia. Cap. I.

OMNIS, qui secundùm Deũ sapiẽs est, beatus est. Beata vita, cognitio diuinitatis est. Cognitio diuinitatis, virtus boni operis est. Virtus boni operis, fructus æternitatis est.

Qui secundùm sęculum sapiens est, secũdum Deum stultus est.[a] Vnde & Propheta; stultus, inquit, factus est omnis homo à sciẽtia sua.

[b] Primum est scientiæ studium, quærere Deum; deinde honestatem vitæ cum innocentiæ opere.

Nullus sapientiam Dei plenè recipit, nisi qui se ab omni abstrahere actionum cura contendit. Vnde & scriptum est:[c] sapientia scribæ in tẽpere otij, & qui minoratur actu, ipse percipiet eam.

Non ad paruæ intelligentiæ arcem peruenit, qui scit secreta Dei se penetrare non posse. Tunc autem Deum rectè cognoscimus, quando eum perfectè scire nos denegamus.

Interdum quædam nescire cõuenit. Nullus autem in culpa maior est, quàm ille qui Deum nescit.

Inuestigationem veri multorum est quęrere, sed paucorum est inuenire. Ea autem, quæ supra hominis intelligẽtiam sunt, scrutanda non sunt. Quidquid supra hominis intellectum est, quærendum non est. Consilio autem diuino reseruandum est, vt hoc credatur esse iustitia, quod diuinæ placuerit voluntati. Non enim poterit esse iniustum, quod iusto complacet iudici.

Omnis sapientia ex scientia, & opinatione consistit. Melior est autem ex sciẽtia veniens, quàm ex opinatione sententia. Nam illa vera est, ista dubia.

[d] Ad maioris culpæ cumulum pertinet A scire quemquam quod sequi debeat, & sequi nolle, quod sciat. [e] Vnde & Dominus, seruus, inquit, sciens voluntatem Domini sui & non faciens, dignè plagis vapulabit multis. Et Iacobus: scienti bonum & nõ facienti, peccatum est.

Simplicitatem cum ignauia vocari stultiam, simplicitatem verò cum prudentia, vocari sapientiam.

Vtile est multa scire & rectè viuere: Quod si vtrumque non valemus: melius est vt bene viuendi studium, quàm multa sciendi B sequamur.

Non pertinere ad beatitudinem consequendam scientiam rerum: nec esse beatum, multa scire, sed esse magnum beatè viuere.

Nihil prodesse omnem scire prudẽtiam cum ignorantia Dei: & nihil obesse scientibus Deum ignorantiam mundi. Perfectè autem scit, qui potius Deum, & ista non pro se, sed pro Deo scit.

Nihil obesse cuiquam, si per simplicitatem aliquam de elementis indignè sentiat; C dummodo de Deo vera pronuntiet. Nam quamuis de incorporeis corporeisq. naturis nequeat quisq. disputare, beatum tamen illum facit vita recta cum fide.

[a] *Ieremias 10.* Stultus factus est omnis homo à scientia, *in editione vulgata non est*, sua, *neque apud Septuagin.* ἐμωράνθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως. *verùm apud Hebræos est* à sciẽtia sua, *& ita vertit D. Hieron. Iere. 51. quamuis cap. 51.* à scientia *tantùm.*

[b] *Ex D. Greg. ferè ad verbum hæc sententia & sequentes vsq. 18. Moral. c. 25.*

[c] *Locus est Eccles. 38. vbi in editione vulgata sic est,* Sapientia scribæ in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu sapientiam percipiet. *Dictio scribæ non est verbum imperandi, sed genitiuus, vt constat ex Græcis exemplaribus:* γραμματέως ἐν εὐκαιρίᾳ σχολῆς. *Et Complut. editio ita habet:* sapiẽtia scribæ in opportunitate otij, *scilicet ingreditur, aut comparatur. Sunt qui sapientiã legant, & tunc scribæ, est nominatiuus, ita vt sit sensus.* scriba, *hoc est legis doctores sapientiam percipient in tempore quo vacui & liberi sunt ab operibus seruilibus, & illiberalibus, totos se veritatis studio*

culationi tradentes. Sed hæc interpretatio licet à doctis probetur Græcæ editioni nõ conuenit. Isidorus locum desumpsit ex D. Gregor. libr. 18. Moral. cap. 25. Nullus quippe inquit, eam planè recipiet, nisi qui ab omni se abstrahere actionum carnalium fluctuatione cõtẽdit: vnde & aliàs dicitur: sapientia scribæ in tempore otij, & qui minoratur actu ipse percipiet eam.

[e] *Sensum de scriptura sumit & non verba. Locus est Luc. 12.* Ille autem seruus, &c.

De Fide. Cap. II.

NON posse ad veram beatitudinem peruenire, nisi per fidem: beatum autem esse, qui & rectè credendo benè viuit, & benè viuendo, fidem rectam custodit.

Deus, si creditur, meritò inuocatur, & quæritur: ac per hoc tunc perfectè lauda B tur, quando inuocatur & creditur.

Non tãtùm id credendum est quod sensu carnis dignoscimus, sed magis etiam quod intellectu mentis cõspicimus, id est, Deum.

Sine fide nemo potest placere Deo: omne enim quod non est ex fide, peccatum est.

Fides nequaquam vi extorquetur sed ratione atque exemplis suadetur. A quibus autem exigitur violẽter, perseuerare in eis non potest: exẽplo, vt quidam ait, nouellæ arboris, cuius si quis cacumen violẽter im- C presserit, denuò dũ laxatur, in id quod fuerat, confestim reuertitur.

Sicut homo libero arbitrio conditus, sua sponte diuertit à Deo: ità ex propria mentis conuersione credendo, recurrit ad Deum: vt & libertas agnoscatur arbitrij per propriam voluntatem, & beneficium gratiæ per acceptam fidei veritatem.

In corde respicit Deus fidem, vbi se non possunt homines excusare: qui ore simulãt veritatis professionem, & corde retentant erroris impietatem.

Sicut nihil proficit fides, quæ ore retinetur, & corde non creditur: ita nihil profu- D tura fides, quæ corde tenetur, si ore nõ proferatur. De tali enim fide propheta ita quosdam obiurgat dicens: Perijt fides, ablata est de ore eorum. Fides enim quæ corde creditur, [a] confessione oris ad salutem profertur.

Vacuam esse sine operibus fidem: & frustra sibi de sola fide blanditur, qui bonis operibus non ornatur.

[b] Qui crucem portat, debet & mundo mori. Nam ferre crucem & mori, mortificare se ipsum est: ferre & non mori, simulatio hypocritarum est.

[c] Qui per fidem, cognitionem Dei habent, & operibus obscurantur, exemplum Balaam sequuntur; qui cadens opere, apertos oculos habuit per contemplationis fidem.

Carnales fidem non pro virtute animi, sed pro commodo quærere temporali. Vnde & Dominus dicit:[d] Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis de panibus.

Christianus malus, dum secundùm Euangelij doctrinã non viuit, etiam ipsam fidem, quam verbo colit, oborta tentatione, facilè perdit.

[e] Multi fide tantùm Christiani sunt, opere verò à Christiana doctrina dissentiunt. Multi quoque fidem Christi ex corde non amant, sed humano terrore eãdem per hypocrysim tenere se simulant. Et qui esse nõ possunt apertè mali, per terrorem fictè boni noscuntur.

Amatores mundi pugnant aliquando pro fide, & alijs quidem proficiunt: ipsi vero amore terreno implicati, cælestia non requirunt, sed verbo tantùm fidem defendunt.

Quidam pro fide etiam hæreticos insequuntur, sed per arrogantiam eos, qui intra Ecclesiam sunt, contemnunt. Aduersarios quidem fidei confutant pro infidelitate, sed fideles premunt fasce superbiæ.

[a] *In omnibus editis erat,* confessionis oris, *malè: sed in omnibus m. ff.* confessione oris: *quam lectionem probo, sic est apud Paul. ad Rom. 10.* Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit.

[b] *Greg. lib. 8. Moral. c. 26.*

[c] *Greg. lib. 25. Moral. c. 10. ad verbum.*

[d] *Iohan. 6. est etiam apud Greg. lib. 23. Moral. c. 17.*

[e] *Greg. lib. 21. c. 10. & lib. 27. c. 6. Moral.*

De Charitate. Cap. III.

QVamuis nonnulli fide, atque operibus Sanctis videantur esse participes: tamen, quia priuantur charitate fraternæ dilectionis, nullum habent incrementum virtutis. Nam sicut ait Apostolus:[b] Si tradidero corpus meum, vt ardeam, charitatem non habuero, nihil mihi prodest.

Sine amore charitatis, quamuis quisque rectè credat, ad beatitudinẽ peruenire non potest: quia tanta est charitatis virtus, vt

etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam prophetia, & martyrium, sine illa A nihil esse credantur.

[c] Nullum præmium charitate pensatur. Charitas enim virtutum omnium obtinet principatum. Vnde & vinculum perfectionis charitas, ab Apostolo dicitur; eo quòd vniuersæ virtutes eius vinculo religentur.

[d] Dilectio Dei morti comparatur, dicente Salomone: valida est, vt mors, dilectio: idcirco, quia sicut mors violenter separat animam à corpore: ita & dilectio Dei violenter segregat hominem à mundano & carnali amore.

Qui Dei præcepta contemnit, Deũ non B diligit. Neque enim Regẽ diligimus, si odio leges eius habemus.

Tenenda est cum sanctis viris vnitas charitatis: & quantò se quisque subtrahit mũdo, tanto opus est, vt se associet bonorum consortio.

Charitas in dilectione Dei & proximi constat. Seruat autem in se dilectionẽ Dei, qui à charitate non diuiditur proximi. Qui à fraterna societate secernitur, à diuinæ charitatis participatione priuatur. Nec poterit Deum diligere, qui noscitur in proximi dilectione errare. Christus Deus & homo est. Totum ergo Christum non diligit, qui hominem odit.

Bonorum discretionis est, nõ odire personas, sed culpas: & rectè dicta pro falsis non spernere, sed probare.

[e] Qui imperfecti sunt in Dei amore, sæpe vitia superare disponunt; sed pondere vitiorum grauati, rursus ad ea vitia, quæ optant relinquere, reuoluuntur.

[a] *Ex Gregor. lib. 18. Moral. c. 14. adferto. id testimonium Pauli ad Corinth. 13.*
[b] *Sic omnes cc. mss. & Cyprianus de vnitate Eccles. & Cassianus collat. 1. de Monach. destin. c. 6. Locus est apud Paul. 1. ad Corinth. c. 13. Græcè ἵνα καυθήσομαι.*
[c] *Ex Greg. lib. 28. Moral. c. 9.*
[d] *Ex Greg. li. 10. Mor. c. 12. adferto. illud Cãtic. 8. vallida.*
[e] *Greg. lib. 11. Moral. c. 5.*

De Spe. Cap. IIII.

QVi malè agere non desistunt, vana spe indulgentiam de Dei pietate requirunt: quam rectè quærerent, si ab actione praua cessarent.

[a] Metuendum valde est, vt neque per spem veniæ, quam promittit Deus, perseueranter peccemus: neque quia iustè peccata distringit, veniã desperemus: sed vtroq. periculo euitato, & à malo declinemus, & de pietate Dei veniã speremus. Omnis quippe iustus spe & formidine nitet: quia nunc illũ ad gaudium spes erigit, nunc ad formidinẽ terror gehennæ addicit.

[a] *Greg. lib. 20. Moral. c. 7. & ex lib. 33. c. 11.*

De Gratia. Cap. V.

INterdum peccãtibus nobis sua Deus dona non retrahit, vt ad spem diuinæ propitiationis mens humana consurgat. Nam nõ potest conuersum spernere, quem peccantem suis beneficijs prouocat ad se redire.

[a] Confessionem hominis non esse humanæ virtutis. Nam si confessionem boni operis non in nobis Deus operatur, cur per prophetã dicitur: Confessio & magnificentia opus eius? Abillo enim nobis omnia bona, gratia præueniente, donantur. Nã nihil boni operis dedimus, per quod confessionẽ fidei accipere mereamur.

Profectus hominis donum Dei est. Nec à se potest quisquam, sed à Domino corrigi. Non enim quicquam boni habet proprij homo, cuius via non est eius, testante Propheta: Scio Domine, quia non est hominis via eius; nec viri est, vt ambulet & dirigat C gressus suos.

Sciant liberi arbitrij defensores, nihil posse in bonum sua prævalere virtute, nisi diuinæ gratiæ sustententur iuuamine. Vnde & per Prophetam Dominus dicit: [b] Perditio ex te tua Israël, tantùm in me auxilium tuum. Quasi diceret: vt pereas tuo merito, vt salueris meo auxilio.

[c] Hominis meritum, superna gratia non, vt veniat, inuenit, sed postquam venerit, facit: atq, ad indignam mentem veniẽs, facit in ea meritum, quod remuneret, qui solùm inuenerat, quod puniret. Quid enim ex se D ille latro meruit, qui de faucibus Diaboli crucem ascendit, de cruce paradisum adiit? Reus quidem ille, & fraterno sanguine venit cruentus; sed diuina gratia in cruce est mutatus. Sciendum quòd & nostra sit iustitia in his quæ rectè agimus: & Dei gratia, eo quòd eam mereamur. Hæc enim & dantis Dei, & accipientis est hominis: Sicut & panem nostrum dicimus, quem tamen à Deo accipere postulamus.

[d] Spiritualis gratia non omnibus distribuitur, sed tantum modò electis donatur. Non enim omnium est fides, quã quidẽ & plurimi suscipiunt, opus tamen fidei non A consequuntur.

[e] In diuisione donorum diuersi percipiũt diuersa Dei munera: non tamen concedũtur vni omnia; vt sit pro humilitatis studio, quod alter admiretur in altero. [f] Nã quod in Ezechiele animalium alæ altera ad alteram percutiuntur, virtutes designantur sanctorũ mutuo sese affectu prouocãtium, atque alterno exemplo inuicem sese erudientium.

Munera gratiarum alij ista, alij vero donantur illa. Nec dãtur ita habere vni, vt nõ egeat alterius.

Posse fieri non est dubium, vt hi, quos B quidam virtutum excellentia antecedunt, Dei repentina præuenti gratia, quosdam compendio sanctitatis præueniant: & dum sint conuersione postremi, subitò efficiũtur virtutis culmine primi.

Dum quisq. aliquod donum accipit, non appetat amplius, quàm quod meruit: ne dũ alterius membri officium arripere tentat, id quod meruit, perdat. Conturbat enim corporis ordinem totum, qui non suo contẽtus officio subripit alienum.

Mali dona ideo ad damnationem accipiunt, quia non ad Dei laudem, sed ad suam vanitatem vtuntur. Bonis malè vtuntur, C qui ea, quæ à Deo illis donata sunt, in malos vsus assumunt, sicut ingenium, sicut & cætera Dei dona.

Muleis Dei donis gaudemus, quæ nos ab eo percepisse cognoscimus. Nam quòd sapientes sumus, quòd potentes existimus, non alterius, sed potius diuino munere sumus. Vtamur ergo optimè diuinis beneficijs, quatenus & Deum non pœniteat dedisse, & nobis accepisse sit vtile.

Auferre Deus dicitur homini donum aliquod, quod homo non habuit, id est, quod accipere non meruit. [g] Sicut & obdurare dicitur Deus hominem, nõ eius fa- D ciendo duritiam, sed non auferendo eam, quam sibi ipse nutriuit. Non aliter & obcæcare dicitur quosdã Deus, non vt in eis eandem ipse cæcitatem faciat: sed quòd pro eorum inutilibus meritis cęcitatem eorum ab eis ipse non auferat.

Pleriq. Dei dona dantur, perseuerantia verò doni non datur. Et inde est, quòd quidam principia habent conuersionis bonæ, fine verò malo clauduntur. Electi verò accipiunt & conuersionis donũ, & perseuerãtiam doni. Ea ergo caussa est, quod quidam & bene incipiunt, & bene finiunt.

[a] Ex Greg lib. 18 Moral. c. 23.
[b] *Osee 13. vulgata editio sic habet*, Perditio tua Israël: tantummodo in me auxilium tuum. *in Septuaginta est*, corruptioni tuæ Israel quis auxiliabitur? *quem sensum D. Hieron. in Oseam interpretatur.*
[c] Ex D. Gregor. li. Moral. 18. c. 23. fere ad verbum, illud autem de latrone adnotandum propter fratricidium fuisse in supplicium actum.
[d] *Loquitur de Gratia perseuerantiæ, nam de iustificante, Concil. Trid. sess. 6. c. 17.*
[e] *Greg. lib. 24. Moral. c. 6. & homil. 10. in Ezech.*
[f] *Ezech. 1. Ita interpretatur Greg. homil. 3. in Ezech.*
[g] *Exod. 4. ad Mosen dicitur de Pharaone* Ego obdurabo cor eius. *Greg. Moral. 11. cap. 3.* Obdurare *(inquit)* quippe per iustitiam dicitur Deus, quãdo cor reprobum per gratiam non emollit, *& homil. 11. in Ezech. exponens illud*, Ego indurabo cor Pharaonis, non enim cor peccãtis Dominus obdurat, sed obdurare dicitur, cum ab obduratione non liberat.

De Prædestinatione. Cap. VI.

GEmina [a] est prædestinatio, siue electorum ad requiem, siue reproborum ad mortẽ. Vtraq. diuino agitur iudicio, vt semper electos superna & interiora sequi faciat: semperq. reprobos, vt infimis & exterioribus delectentur, deserendo, permittat.

Sicut ignorat homo terminũ lucis & tenebrarũ, vel vtriusq. rei quis finis sit: ita plenius nescit, quis ante suum finem, luce iustitiæ præueniatur, vel quis peccatorum tenebris vsq. in suum terminum obscuretur, aut quis post lapsum tenebrarum, cõuersus resurgat ad lucem. Cuncta hæc Deo patẽt, homini verò latent.

Quamuis iustorum conuersatio in hac vita probabilis sit, incertum tamen hominibus esse, ad quem sint finem prædestinati, sed omnia reseruari futuro examini.

Mira dispositio est supernæ distributionis, per quã hìc iustus amplius iustificatur, impius amplius sordidatur: malus ad bonũ aliquando conuertitur, bonus ad malum aliquando reflectitur. Vult quis esse bonus, & non valet: vult alter esse malus, & nõ permittitur interire. [b] Datur ei, qui vult, esse bonus: alius nec vult, nec datur ei, vt sit bonus. Iste nascitur in errore & moritur: ille in bono, quo cœpit, vsque in finem perdurat. Tamdiu iste stat, quousq. cadat: ille diu malè viuẽdo, in fine saluatur, respectusq; conuertitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vult prodesse in bono iustus, nec præualet: vult nocere malus & valet. Iste vult Deo vacare, & seculo impeditur: ille negotijs implicari cupit, nec perficit.

Dominatur malus bono, bonus damnatur pro impio, impius honoratur pro iusto. Et in hac tanta obscuritate, non valet homo diuinam perscrutari dispositionem, & occultum prædestinationis perpendere ordinem.

a *Ex Gregor. lib. 33. Moral. cap. 20.*
b *Tota sententia desumitur ex D. Greg. lib. 29. Mor. c. 18.*

De [a]Conuersis. CAP. VII.

NOn [b]inchoantibus præmium promittitur, sed perseuerãtibus, sicut scriptum est: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Tunc enim placet Deo nostra cõuersio: quando bonum quod inchoamus, perseueranti fine complemus. Nam sicut scriptum est: [c]Væ his, qui sustinentiam perdiderunt, id est, opus bonum non consummauerunt.

Indulgentia peccatorũ sciendũ, vbi, quãdo, vel qualibus datur. Vbi quippe: nisi intra Ecclesiam Catholicã? Quando, nisi ante vẽturi exitus diem? Quia ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Qualibus, nisi conuersis, qui per humilitatẽ ad paruulorum transeunt imitationem? de quibus dicitur: Talium est enim regnum cælorum.

Nemo perpendere potest, quanti sit põderis in iustitia, vel quãti fulgoris radio iustitia clareat, nisi qui prius toto mentis nisu cõuertatur ad Deum, quatenus ipso lumine, quo illustratur, & suam fœditatẽ agnoscat, & lumen, quod cæco corde nõ intuebatur, intelligat.

Tunc autẽ inattingibilem intelligi posse diuinam iustitiam, dum eam quisque sequi conuersus tentauerit: quia lux non intelligitur, nisi cum videtur.

Iudicium, quod in hominis potestate cõsistit, conuersionis est gratia, per quam nosmetipsos iudicamus, quando flentes mala nostra punimus, & bono, quod ex Deo nobis est, solidiùs inhæremus.

Tripertitus describitur esse vnius cuiusq. conuersi profectus: id est, primus, corrigendi à malo: secundus, faciẽdi bonum: tertius, consequendi boni operis præmium. Nam quod ait Propheta: Solue fasciculos deprimentes, mali est emendatio. Quod verò adiecit: Frange esurienti panem tuum, operis boni est actio. In eo verò quod subiũgit: Tunc erumpet matutinum lumen tuum: operis boni est retributio. Ergo non proficit facere bonum, nisi correctum fuerit malũ. Nec poterit quisquam ad contemplationẽ Dei proficere, nisi se prius in bonis studuerit actibus exercere.

Multis modis terret Deus homines, vt vel serò conuertantur, atque exinde magis erubescant, quòd tamdiu expectati sunt, vt redirent. Nam nunc minis, nunc plagis, nunc reuelationibus quosdam concutit: vt qui voluntate conuerti despiciunt, commoti terroribus corrigantur.

Pleriq. ex sola mentis deuotione cõuertuntur ad Deum: nonnulli verò coacti plagis conuertuntur, qui ex deuotione non cõuertebantur, [e] iuxta capitulũ Psalmi dicentis; In fræno & camo maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

Pleriq. autẽ, dum deuctione non conuertũtur, plagę stimulis feriuntur: qui tamẽ nec sub verbere sentiũt, vt aliquatenus corrigãtur, sicut Ægyptus, qui & pœnas luit, & emẽdari nequiuit. De talibus enim ait Prophetа: Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt suscipere disciplinam.

[f] Nonnulli viri seculares elatione mentis tumentes, postmodum conuersi ad Deum, religiosa sequuntur obedientia Christum: & qui antea celsitudine mundiali tumebant, postea ipsam elationem in studio humilitatis commutant.

[g] Quidam sunt, qui iam secretè conuersi sunt, quorum conuersio, quia non procedit ad publicum, apud æstimationem humanam quales fuerunt, tales adhuc esse putantur; iam tamen in Dei oculis surrexerunt. Item quidam adhuc humano iudicio stare cernuntur; iam tamen in Dei oculis ceciderunt.

Multi apud homines reprobi sunt, & apud Deum electi: atq. item multi apud homines electi putantur, & apud Deum reprobi existunt, Salomone dicẽte: Vidi, inquit, impios sepultos, qui cũ adhuc viuerẽt in loco sancto erant, & laudabãtur in ciuitate quasi iustorum operum. Nullus ergò se putet electũ, ne forte iam apud Deum sit reprobus.

a *Conuersi in vniuersum vocãtur omnes, qui in monastica vitа Deo militãt, vt est apud Pachomiũ in regula apud Cassiа. li. 4. de institutis renuntiantiũ. c. 1. Renunciantes vocãtur conuersi: nũc in monasticis ordinibus laici appellantur conuersi.*

b *Ex veteribus impressis.* Non inchoantibus præmiũ promittitur sed perseuerantibus datur. *m. ss. omnes.*
c *Eccles. 2. Greg. lib. 6. exposit. in pri. regulam. c. 13. interpretatur locum,* sustinentiam, *inquit,* perdũt qui bona, quæ inchoant, non consummant.
d *Id probat Greg. lib. Moral. 5. c. 8. & lib. 9. c. vlt.*
e *Locus est Psal. 31. vbi ita legitur:* In camo & fręno maxillas eorum constringe. *Sic Septuag. legunt & Basil. & Theod. per camum & frænum disciplinã intelligentes. Camus Græcis est genus vinculi, χαλινος. Sunt qui vertãt:* lupato & fræno: *verũ in Psalt. Isid. est,* in fræno & camo.
f *Greg. lib. 2. Moral. c. 19. & lib. 18. c. 12.*
g *Ex Greg. lib. 25. Moral. c. 7. & 10.*
h *Ita Gotth. Tolet.* quasi iustorũ animæ. *Salm. Gotth.*

De primordijs conuersorum. CAP. VIII.

TRimodũ [a]genus est cõuersionis ad Deũ, inchoationis cũ dulcedine, medietatis cum labore, perfectionis cũ requie. Sed tamen plerunque alij incipiunt à dulcedine, alij à tentationum amaritudine.

Omnis conuersus ante ex fletu inchoet peccatorum, & sic transeat ad desiderium supernorum. Prius enim lacrymis purganda sunt vitia quæ gessimus, & tũc [b] munda mentis acie, id quod quærimus contemplemur: vt dum antea flendo, peccati à nobis caligo detergitur, mundatis cordis oculis liberè superna inspiciantur.

[c] Ante necesse est timore cõuerti ad Deũ, vt metu futuratũ pœnarũ carnalesillecebrę deuincãtur. Deinde oportet, abiecto timore, ad amorem vitæ æternæ trãsire. Perfecta enim charitas foras mittit timorẽ: qui autẽ timet, pœnã habet, & nõ est perfectus. Vnde & Apostolus: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis: per quem scilicet iam non peccati pœna seruos comprimit, sed amor iustitiæ liberos reddit.

Necesse est omni conuerso, vt post timorem cõsurgere ad charitatem Dei debeat, quasi filius, nec semper sub timore iaceat, quasi seruus. Tunc enim amorẽ nostræ conuersionis ostendimus, si denuò vt patrẽ diligimus, quem prius seruili mente verè vt Dominum formidabamus.

[d] Primordia conuersorum blandis refouenda sunt modis, ne si ab asperitate inciplant, exterriti ad priores lapsus recurrant. Qui enim conuersum sine lenitate erudit, exasperare potius, quàm corrigere nouit.

Conuersus quisque antea ab opere corrigendus est, postea verò à cogitatione; vt prius refrænet prauum actum, deinde appetitum delictum: vt quod iam in opere non apparet, in cogitatione nequaquam perduret.

Omnis noua conuersio, adhuc pristinæ vitæ habet commixtionem: propterea nequaquam ea virtus procedere ad hominũ oculos debet, donec cõuersatio vetus, funditus ab animo extirpetur.

Quisquis ex deteriore iam melior esse cœpit, caueat de acceptis extolli virtutibus: ne grauius per vanã gloriam corruat, quàm prius per lapsum vitiorum iacebat.

a *Ex Gregor. lib. 24. Moral. cap. 7.*
b *Ita Salm. Gotth.* Mundata. *Tolet.*
c *Gregor. lib. Moral. 9. c. 22.*
d *Greg. lib. 24. Moral c. 7.*

De conflictu conuersorum. CAP. IX.

QVisque conuersus si mox omnes carnis stimulos calcare cupiat, & summa virtutũ subire contendat: si fortè adhuc alia qua aduersa de carnis molestijs tolerat, non frangatur: quia dispensator bonorum nouit aduersitates reprimere vitiorum successione virtutum.

[a] Tunc magis grauari se quisq. impulsu vitiorum agnoscit, dum ad cognitionem Dei accesserit: sicut populus Israël grauiori onere ab Ægyptijs premitur, dum per Moysen diuina illi cognitio aperitur.

Vitia enim ante conuersionẽ quasi pacem in homine habent, quando autem expellũtur, acriori virtute consurgunt. Fiũt autem inimica conuerso, quæ peccatori prosperè blandiebantur: atq. item fiunt blanda conuerso, quæ peccatori aduersa extiterunt.

[a] Multos habet conflictus Dei seruus ex recordatione operum præteritorum: multiq. post conuersionem etiam nolẽtes motum libidinis sustinent, quod tamen ad dãnationem non tolerant, sed ad probationem: scilicet vt semper habeant pro excutienda inertia hostem cui resistãt, dummodò non consentiant. Vnde & nouerint serui Dei, se etiam à peccatis iam esse mundatos: sed tamẽ cogitationum turpium adhuc interpellatione pulsari.

[b] Ante conuersionẽ præcedit turba peccatorum post cõuersionem sequitur turba tentationum. Illa se obijciunt, ne ad Deum conuertamur: ista se ingerunt, ne liberis cordis oculis Deum cernamus: vtriusque

Universidad de Deusto
Biblioteca

tumultus insolentiam nobis gignit, intentionemq. nostram sæpe fraude multimoda intercludit.

Vtile est Dei seruo, post conuersionẽ tentari, quatenus à torpore negligentiæ, solicitantibus vitijs, ad virtutes animum per exercitium præparet vitiorum.

[a] *Gregor. lib. Moral. 24. c. 7.*

[b] *Tota hæc sententia desumpta est ex Gregor. Homil. 2. in Euang. Luc. 18. de cæco illuminato, exponente illud mysticè:* Et qui præibant increpabant eum vt taceret.

De remissa conuersione.
CAP. X.

MVltos remissa conuersio in pristinos errores reducit, ac viuendi tempore resoluit: horum ergo exempla quisque conuersus cuita, ne dum timorem Dei à torpore incipis, rursus mundanis erroribus immergaris.

Tepidus in conuersione otiosa verba, & vanas cogitationes, noxias esse non conspicit: quòd si à torpore mentis euigilauerit, ea, quæ leuia existimabat, confestim quasi horrenda atq. atrocia pertimescit.

[a] Fraus & desidia in omni bono opere formidãda est. Fraudem facimus Deo, quotiens de bono opere nostro nosmetipsos, non Deum laudamus. Desidiam verò agimus, quotiés per torporem, lãguidè ea, quæ Dei sunt, operamur.

Omnis ars seculi huius strenuos amatores habet, & ad exequendum prõptissimos: & hoc proinde fit, quia præsentem habet operis sui remunerationem. Ars verò diuini timoris plerosq. habet sectatores lãguidos, tepidos, pigritiæ inertia congelatos: sed hoc proinde, quòd labor eorum non pro præsenti, sed pro futura remuneratione differtur. Ideoq. dum eorum laborem mercedis retributio non statim consequitur, spe penè dissoluta languescunt. Vnde & magna illorum gloria præparatur, qui bonę conuersionis vitę principia augmento solidiore consummant: atq. eò ad promerendã retributionem clariores præparantur, quò firmius duri itineris labores & inchoant, & consummant.

Quidam primo conuersionis calore ad virtutes sese accingunt, accedẽte verò progressu, dum immoderatè terrenis rebus incũbunt: puluere [b] infimi appetitus obscurãtur; vnde & Dominus de bonis seminibus dicit: quod autem cecidit in spinis, hi sunt qui audiũt verbum Dei, & solicitudine seculi, vel fallacia diuitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficitur.

Nuper conuersi nequaquam debent in curis exterioribus prouehi. Nam si implicẽtur, confestim, quasi plantata arbuscula, & nec dum radice præfixa, concutiuntur pariter & arescunt.

[c] Valet interdum conuersis pro animæ salute mutatio loci. Plerumq́ue enim, dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporaliter auelli vbi quisque illecebris deseruiuit: nam locus vbi prauè quisque vixit, hoc in aspectu mentis opponit, quod semper ibi vel cogitauit, vel gesit.

[a] *De desidia & fraude fusè disserit Greg. li. Mor. 9. c. 17. ex quo loco tota hæc sententia deducitur.*

[b] *Ita Gotth. Tolet. infirmi. Salmant.*

[c] *Est apud Gratianum dist. 81. in editis & in Decreto Gregoriano, est* pro animæ salute. *In Gothicis omnibus mss. est* pro animi salute.

De exemplis Sanctorum.
CAP. XI.

ADconuersionẽ seu correctionẽ mortaliũ, multùm prosunt exempla bonorum.

[a] Mores enim inchoantium, non queunt perficere ad bene viuendum, nisi perfectorum informentur exemplis patrum.

Reprobi autẽ non attendũt documenta bonorũ, quæ imitẽtur ad melius: sed proponunt sibi exempla malorum, quibus ad suorum morũ peruersitatem vtantur in peius.

[b] Ob hanc vtilitatẽ scribũtur sanctorũ ruinæ, & reparationes, vt spem faciant salutis humanæ: ne quisquam post lapsum, pœnitẽdo desperet veniam, dum conspicit sanctorum reparationem fuisse etiam post ruinã.

Sciant flagitio dediti, ad quam vtilitatem eorum exempla proponantur sanctorũ: scilicet, vt aut sint quos imitentur ad reparationem, aut certè ex eorum comparatione duriùs de inobedientia puniantur.

[c] Propterea virtutes sanctorum ad exẽplum nostrum Deus proposuit, vt quantò de imitatione eorum conferri possunt nobis iustitiæ præmia, tantò de perseuerantia mali sint grauiora tormenta.

Si enim ad boni incitamentũ diuina, quibus admonemur præcepta, deessent, pro contrà, dum & nos Deus præceptis suis admoneat, & vitæ Sanctorum boni operis nobis exempla proponat, nulla est iam de reatu excusatio: quia & lex Dei aures nostras quotidie pulsat, & factorum documenta bonorum, cordis nostri intima prouocant.

Et si prauorũ sæpe secuti sumus exempla, cur nõ imitemur sanctorũ digna & Deo placita facta: & si apti fuimus imitari iniquos in malũ, cur pigri sum[e] incitari iustos in bonũ.

Orandus est Deus, vt virtutes, quas sanctis præparauit ad coronam, nobis ad profectum sint positę, non ad pœnam. Proficient autem ad profectum nostrum, si tot exempla voluerimus imitari virtutum. Certè si ea potius auersati, quàm imitati fuerimus, ad damnationem nostrã erunt, [d] qui ea legendo implere negleximus.

Multi vitam sanctorum imitantur, & de moribus alterius effigiem virtutis sumunt: tanquam si imago quælibet intendatur, & de eius similitudine species picta formetur: sicq. fit ad imaginem similis ille, qui ad similitudinem viuit imaginis.

Qui sanctum virum imitatur, quasi exẽplar aliquod intuetur, seseque in illo, quasi in speculo, perspicit, vt adijciat, quod deest se virtutis agnoscit. Minus enim seipsum homo ex semetipso considerat: sed dum alterum intendit, id quod minus est luminis adijcit.

Perfectorum est iam virorum nõ quemlibet sanctorum imitando, sed ipsam veritatem intuendo, ad cuius imaginẽ facti sunt, iustitiam operari. Hoc indicat quod scribitur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, quia ipsam intelligendo imitatur diuinitatem, ad cuius factus est similitudinem. Iste ergò tantus est, vt non egeat homine demonstratore iustitiæ, sed ipsam contemplando imitetur iustitiam.

[c] Exempla sanctorum quibus ædificatur homo, varias (faciunt) cõsectari virtutes: humilitatis ex Christo, deuotionis ex Petro, charitatis ex Iohanne, obediẽtiæ ex Abraham, patientiæ ex Isaac, tolerantiæ ex Iacob, castimoniæ ex Ioseph, mansuetudinis de Moyse, cõstãtię de Iosue, benignitatis de Samuele, misericordiæ de Dauid, abstinentiæ de Daniele: sic & cætera facta priorum, quo labore, quo moderamine, quáue intentione vel compunctione gerantur, vir sanctis imitando considerat.

[a] *Gotthus c. & multi alij ex m. ss. sic habent.* Nam cætera perfectorum exempla mores inchoantium non queunt perficere ad benè viuendum. Reprobi autem non attendunt documenta bonorum, *&c. vnus c. legit:* Nam certa, *Illud verò* nisi perfectorũ informetur exemplis patrum, *in nullo c. m. ss. est. Verũ retinui lectionem excusi c, eo quod sensus est dilucidior, & auctoritate Gregorij nixus; in quo lib. 25. Moral. cap. 7. sic est.* Nam quasi quædam fomẽta igni dare est, in exercitatione charitatis, vel exempla patrum, vel præcepta Dominica ministrare.

[b] *Greg. homil. 25. in Euangel. in fine.*

[c] *Greg. lib. 9. Moral. c. 35.*

[d] *Alludit ad illud Greg. lib. 24. Moral. c. 6.* Viua lectio est, vita bonorum.

[e] *Gregor. lib. 27. Moral. c. 5.*

De Compunctione Cordis.
CAP. XII.

COmpunctio[a] cordis, est humilitas mẽtis cum lacrymis, exoriens de recordatione peccati, & timore iudicij.

Illa est cõuersis perfectior cõpunctionis affectio, quę oẽs à se carnaliũ desideriorũ affectus repellit: & intentionem suam toto mẽtis studio in Dei contemplatione defigit.

[b] Gemina esse compunctionẽ, qua propter Deum anima cuiusq. electi afficitur: id est, vel dum operũ suorum mala considerat, vel dum desiderio æternæ vitæ suspirat.

[c] Quattuor esse qualitates affectionũ, quibus mẽs iusti tædio salubri cõpungitur: hoc est, memoria præteritorũ facinorũ, recordatio futurarum pœnarum, consideratio peregrinationis suæ in huius vitæ longinquitate, desiderium supernæ patriæ, quatenus ad eam quantocyus valeat peruenire.

Quisque peccatorum memoria compungitur ad lamenta, tũc Dei se sciat visitari præsentia: quando id quod se admisisse recolit, interius erubescit, suoq. iudicio pœnitendo iam punit. Nam tunc Petrus fleuit, quando in eum Christus respexit. Vnde & Psalmus:[d] Respexit, inquit, & commota est, & contremuit terra.

Gressus Dei sunt in cor hominis interiorvis, qua bona desideria surgũt, vt calcentur mala. Quando ergo ista in corde hominis fiunt, sciendũ est tunc esse Deũ per gratiam cordi humano præsentẽ: vnde se tũc magis homo acuere ad compunctionem debet, quando sentit & Deum interius operãtem.

Quomodo mẽs hominis iusti ex vera cõpũctione rapiatur, & qualiter infirmata reuertatur degustatæ lucis magnitudine, illũ nosse posse, qui iã aliquid exinde gustauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[e] Sunt qui non ex vera cordis compunctione sui accusatores fiunt, sed tantùm ad hoc esse se peccatores assignant, vt ex ficta humilitate confessionis locum inueniant sanctitatis.

[a] *Greg lib.23.Moral.c.13.& Homil.22.in Ezech.*
[b] *Greg homil.22.in Ezech & alibi.*
[c] *Greg.lib.Moral.23.c.13.*
[d] *Ex duobus psalmis psal.103.* Qui respicit terram & facit eam tremere *& psal.17.* Commota est & contremuit terra, *& psalm.76.* Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, Commota est, & contremuit terra, *In Psalterio Isidoriano, in hoc loco psal.76.sic est:* Illuxerunt fulgura tua orbi terrę, vidit & commota est terra.
[e] *Gregor.lib.Moral.22.c.10.& lib.24.cap.6.*

De confessione peccatorum & pœnitentia. CAP. XIII.

EX [a] eo vnusquisq. iustus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit. Multi autem è contra, semetipsos peccatores fatentur, & tamen semetipsos à peccato non subtrahunt.

Magna iam iustitiæ pars est, [b] seipsum nosse hominem, [c] quod prauus est: vt ex eo diuinæ virtuti subdatur humilius, ex quo suam infirmitatem agnoscit.

Bene se iudicat iustus in hac vita, [d] ne iudicetur à Deo dãnatione perpetua. Tunc autem iudicium de se quisque sumit, quando per dignam pœnitẽtiam sua praua facta condemnat.

[e] Amaritudo pœnitentiæ facit animum, & sua facta subtilius discutere, & dona Dei, quæ cõtempsit, flendo commemorare. Nihil autem peius, quàm culpam agnoscere, nec deflere.

Duplicem habere debet fletum in pœnitentia omnis peccator: siue quia per negligentiam bonum non fecit, seu quia malum per audaciã perpetrauit. Quod enim oportuit, nõ gesit; & gesit quod agere non oportuit.

Ille pœnitentiam dignè agit, qui reatum suum satisfactione legitima plangit: condẽnando scilicet ac deflendo quæ gesit, tantò in deplorãdo profusiùs, quantò extitit in peccando procliuiùs.

[f] Ille pœnitentiam dignè agit, qui sic præterita mala deplorat, vt futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatũ, & iterum admittit peccatum; quasi siquis lauet laterem crudum, quem quanto magis eluerit, tanto amplius lutum fecit.

Quamuis quisq. sit peccator & impius, si ad pœnitentiam conuertatur, consequi posse veniam creditur.

Nullus de bonitate Dei dubitat, sed sola accipientium prauitas conferri sibi indulgentiam abnegat.

In hac vita tantũdem pœnitentiæ paret libertas; post mortem vero nullã correctionis esse licentiam (constat.) Vnde & Dominus dicit: [g] Me oportet operari opera eius qui me misit, donec dies est: veniet autem nox, quãdo nemo potest operari. Hinc [h] & Propheta: Date, inquit, Domino Deo vestro gloriam, antequam tenebrescat: id est, antequam mors æterna præueniat. In hac vita dum estis; Deum per pœnitentiam glorificate.

Adhuc in hoc seculo pœnitentiam operantibus Dei misericordia subuenit. In futuro autem iam non operamur, sed rationẽ nostrorum operum ponimus.

Per id deteriorantur plerumque iniqui, per quod per patientiam Dei spatium accipiunt emendandi: qua illi mora viuendi nõ vtuntur ad pœnitentiam, sed ad peccandi vsurpant audaciam. A malo autem in deterius vadit, qui tempus sibi ad pœnitendum indultum, ad libertatem prauitatis vertit.

Festinare debet ad Deum pœnitendo vnusquisq. dum potest, ne si dum potest, noluerit, cùm tarde voluerit, omnino non possit. Proinde Propheta ait. Quærite Dominũ, dum inueniri potest, inuocate eum, dũ prope est. Et vbi inueniri potest, nisi in hac vita, in qua etiam & prope est omnibus inuocãtibus se? Nam tunc iam longè erit quando dixerit: Ite in ignem æternum. Modo enim non videtur, & prope est: tunc videbitur, & prope non erit, quia videri poterit, & non poterit inueniri.

Si quando quisq. peccare potest, pœnitet, vitamq. suam viuens ab omni crimine corrigit, non dubium, quod moriens ad æternam transeat requiem.

Qui autem prauè viuendo, pœnitẽtiam in mortis agit periculo, sicut eius damnatio incerta est, sic remissio dubia. Qui ergo cupit certus esse in morte de indulgentia, sanus pœniteat, sanusq. perpetrata facinora defleat.

Sunt qui pœnitentibus securitatem circò pollicentur, quibus bene per Propheram dicitur: Curant cõtritionem filiæ populi mei cum

ignominia, dicentes pax pax, & non est pax. Cum ignominia igitur curat [i] contritionem, qui peccanti, & non legitimè pœnitenti promittit securitatem. Vnde & sequitur: Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: id est, confusi sunt non pœnitendo, sed pœnas luendo.

Aliter enim confunditur coram iudice reus, dum plectitur, atq. aliter qui de malo opere erubescens corripitur. Ille enim, quia reprehensus est, confunditur: iste, quia se malum fecisse memoratur.

Quamuis per pœnitentiam propitatio peccatorũ sit, sine metu tamen homo esse non debet: quia pœnitentiæ satisfactio, diuino tantùm pensatur iudicio, non humano. Proinde quia miseratio Dei occulta est, sine intermissione flere necesse est. Neque enim vnquam oportet pœnitentem habere de peccatis securitatem. Nam securitas negligentiam parit: negligentia autẽ sæpè incautum ad vitia transacta reducit.

Dum per pœnitentiam expulsa fuerint ab homine vitia, si fortè post hæc, intercedente securitate, quælibet culpa subrepserit, confestim delectationes pristinæ vitiorum mentem auidius irrepunt, pulsanteq. hominẽ in consuetis operibus grauius pertrahunt: ita vt sint nouissima illius peiora prioribus.

[a] *Gregor.22.Mor.cap.10.& libr.24.Moral.cap.6.circa finem.*
[b] *Gothus & alij m. ff. habent* seipsum nosse homo, *obseruandum est, ad intelligentiam diuinæ Scripturæ & huius loci, quod vox homo in diuinis litteris multis sumitur modis; aliquando pro natura, aliquando pro culpa aliquando pro fragilitate. Pro natura humana, Genes.2.* Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; *Pro culpa, psal.81.* Vos autem sicut homines moriemini, *hoc est sicut inobedientes peccatores, & 1. ad Corinth.3.* Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis? *Pro fragilitate. Ierem.17.* Maledictus, homo, qui spem suam ponit in homine; *ac si apertè dicat in infirmitate, & fragili fundamento innititur, Et Isai.31.* Ægyptus homo & non Deus. *Homo etiam vocatur, qui humana sapit, vt adnotauit Gregorius libr.24. Moral.c.6.& adducit illud.1.ad Corinth.cap.3.* Nonne homines estis? *vocatur & qui carnis illecebris & concupiscentiæ ardore vincitur, Ezech.24.* Vos autem grex pascuæ meæ homines estis, *Et Isai.2.* Incuruauit se homo, & humiliatus est vir. *Inde homines carnales, iumenta vocantur, & affectus bestiarum illis tribuuntur, Ioel.1.* Cõputruerunt iumenta in stercore suo. *Et illud Ierem.5.* Vnusquisq. ad vxorem proximi sui hinniebat. *& Ezech.23.* Vt carnes asinorum carnes eorũ, & fluxus equorum fluxus eorum, *Vt Dauidicum illud exprimatur psal.48.* Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis.
[c] *In omnibus excusis erat* quod prauus est *verum consentientibus omnibus c.m.ff. possit* quod prauus est.
[d] *Ex illo Pauli.* Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non vtiq. iudicaremur, dum iudicaremur autem à Domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur
[e] Ex *Greg.lib.8.Moral.c.11.*
[f] *Est apud Magist sent. libr.4.d.14.& Smaragd.cap.4.in Reg.S. Benedicti. Et in Decreto Gregoriano dist.3.cap.9.sic habetur.* Ille pœnitentiam dignè agit, qui quæ commisit, sic præterita mala deplorat, vt futura iterum non committat: nam qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatum, quasi si quis lauet laterem crudum: quia quanto magis lauerit, tantò magis lutum facit. *Huius canonis lectionem à viris doctis. magno studio, & accurata diligentia per spectam, in summo loco habeo: Tamen ponam aliorum codicum lectiones, vt doctus lector intelligat, me quoq. in emendatione huius libri omnem curam, & studium adhibuisse. Sunt apud me duo cc. verendæ antiquitatis, alter ex bibliotheca sanctæ & augustæ Ecclesiæ Toletanæ, scriptus era* DCCCCLIII. *alter ex insigni Collegio Ouetensi apud Salmanticam antiquior, vterq. litteris Longobardis in pergamino scriptus, qui sic habent.* Ille pœnitentiam dignè agit, qui sic præterita mala deplorat, vt futura iterum non committat (*Alius*, admittat) nã qui plãgit peccatum & iterum committit peccatum, quasi si quis lauet laterem crudum, quem quanto magis abluerit, tanto amplius lutum facit.
[g] *Paulò aliter est in editione vulgata Iohan.9.*
[h] *Locus est Ierem.13. quem Hieronymus de captiuitate Babylonica, aut de extremo iudicio interpretatur.*
[i] *Locus est Ierem.6. & tota sententia videtur ex D. Hieronymo desumpta ibidem.*

De desperatione peccantium. CAP. XIIII.

NOn per locorum spatia, sed per affectũ bonũ vel malũ itur, recedituruè à Deo. Neq. enim gressu pedum, sed gressu morum elongamus, vel propinquamus ad Deum.

Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ est: contemnere pœnitentiam, & permanere in culpa, descendere in infernum post mortem est. Ergo peccare, ad mortem pertinet: desperare verò in infernum descẽdere. Vnde & scriptura ait: Impius dum in profundum malorum venerit, contemnit.

Sæpè Diabolus eos, quos conuerti ad pœnitentiam aspicit, immanitate scelerum perculsos ad desperationem deducit: vt, subtracta spe veniæ, trahat in diffidentiam, quos non potuit retinere perseuerãter in culpa. Sed pœnitens præuidere debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

eallidas contra se hostis insidias: sicque Dei iustitiam metuat, vt tamen, quamuis in magnis sceleribus, de misericordia eius cõfidat.

Amplius lætatur Deus de anima desperata,& aliquãdo conuersa:quàm de ea,quæ nunquam extitit perdita: Sicut de prodigo filio,qui mortuus fuerat,& reuixit,perierat, & inuentus est: de cuius regressu magnum fit gaudium patris.

Non aliter coram Deo & Angelis copiosius est gaudium de eo,qui à periculo liberatur,quàm de eo,qui nunquam nouit peccati periculum. Quantò enim cõtristat res perdita, tantò magis si fuert iinuenta lætificat:Sicut in Euangelio, pastor ille exultat, qui perditam ouem inuẽtam humeris suis gaudens reportat.

Nullus desperare debet veniam, etiam si circa finem vitæ ad pœnitentiã cõuertatur. Vnumquemq. enim Deus de suo fine,non de vita prẽterita iudicat.Hoc quippe & Legis testimonio edocetur: quòd homo de suo extremo iustificatur,quando Deus pro asini primogenito ouem iusit offerri, hoc est immunditiam vitæ prioris mutandam [a] in innocentiam boni finis. Vnde & cauda iubetur offerri in hostiam, id est, vitæ extrema in pœnitentiam.

Multi superna respecti gratia in extremis suis ad Deum reuertũtur per pœnitẽtiam, & quæ cumque mala gesserant quotidianis fletibus purgant, atq. in bonis factis mala gesta commutant;quibus iustè totum quod deliquerant,ignoscitur,quia ipsi quod malè gesserunt,pœnitendo cognoscunt.

In vita hominis,finis quærẽdus est:quoniam Deus non respicit quales antea vximus, sed quales circa finem vitæ existimus.

[a] *In excusis erat*, per innocentiam boni finis, *pro quo posui* in innocentiam, *consentientibus omnibus m. ss. & D. Grego. lib. 27. Moral. c. 11. Ex quo loco desumitur hæc sentẽtia:* asini ergò (*inquit*) primogenita oue mutare, est immundæ vitæ prmiordia in innocentiæ simplicitatem conuertere.

De his, qui à Deo deseruntur. Cap. XV.

DEO deserente,[a] nullum pœnitere:Deo respiciente, sua mala vnumquemq. videre & plangere, & vnde ceciderit cogitare. Nam nonnulli ita despiciuntur à Deo, vt deplorare mala sua non possint etiam si velint.

[b] Consilium immundorum spirituũ, hoc est:vt,quia ipsis negatum est, post præuaricationem regredi ad iustitiã,obserare aditum pœnitentiæ hominibus cupiãt, ne vel ipsi reuertantur ad Deum; eosque socios in perditione habere contendunt, quibus; cumque fraudibus insistentes, vt aut deserantur à Deo, aut flagelli immanitate desperent.

Ingemiscendum est iugiter,& postposita securitate lugẽdum: ne Dei secreto & iusto iudicio deseratur homo,& perdẽdus in potestate dæmonum relinquatur. Nam reuera, quem Deus deserit, dæmones suscipiunt.

[c] Dominici contemptores præcepti, statim vt auertuntur à Deo,à malignis spiritibus occupantur,à quibus etiam,vt mala faciant,persuadentur. Hinc est illud propheticum: Inimicos Dei persequũtur tenebræ, qui intelliguntur dæmones. Vnde & in psalmo legitur: Immissiones per Angelos malos.

Quidam reproborum in potestate dæmonum, occulto Dei iudicio, & iustissimo rediguntur. Isaia testante: Ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eis eam in mensura, vsque in æternum possidebunt eam.

Quidam electorum dimittuntur diuina iustitia incidere in errorem peccati: sed tamen miseratione eius reducti denuò conuertuntur.De talibus enim per Prophetam Dominus loquitur:Et dimisi eum,& reduxi eum,& reddidi ei consolationem.

[d] Nonnunquam enim reuertens Deus hominem, quem deseruerat,rursus affligẽs visitat: & per lamenta lacrymarũ, ac pœnitentiæ afflictionem à peccatis expurgat, dicente Iob ad Deum: propter superbiam, inquit, quasi leænam capies me, reuersus; mirabiliter me crucias. Reuertens enim Deus hominem cruciat,quando quem peccantem deseruerat, flagellando iterum visitat.

Malis actibus contra nos amplius cælestem iracundiam nequaquam prouocare debemus:quin potius, si pœnitendo digna Deo acta gesserimus, seueritatem eius in clementiam commutabimus. Nam ille,qui nos malos tolerat, nõ dubium est,quòd conuersis clementer ignoscat. Nam quòd seruatur nobis tempus pœnitentiæ, vt non simul morte obruamur præcipiti, sed detur locus satisfactionis, hoc totum de Dei procedit clemẽtia,vt nos non damnet crudeliter,sed expectet ad pœnitentiam patiẽter.

[a] *Gregor. lib. 11. Moral. cap. 5.*
[b] *Ex Gregor. li. Moral. 9. c. 25.* Contra bonos *(inquit)* consilium maligni spiritus ineunt.
[c] *Greg. lib. 25. Moral. c. 9.*
[d] *Gregor. lib. 9. Moral. c. 34.*

De his, qui ad delictum post lacrymas reuertuntur. Cap. XVI.

IRrisor[a] est, non pœnitens,qui adhuc agit quod pœnitet:nec videtur Deum poscere subditus,sed subsannare superbus.

Canis reuersus ad vomitum, est pœnitẽs ad peccatum. Multi enim lacrymas indesinenter fundunt, & peccare nõ desinunt. Quosdam ac cipere lacrymas ad pœnitentiam, & effectum pœnitentiæ non habere (constat) quia inconstantia mentis, nũc recordatione peccati lacrymas fundunt, nũc verò reuiuiscente vsu,ea quæ fleuerant,iterando committunt.

Qui & præterita vult plangere, & actionibus secularibus incubare, iste mundationem non habet:quoniam adhuc agit, quæ pœnitendo deflere posit.

[b] Isaias peccatoribus dicit:Lauamini,mũdi estote. Lauatur itaq. & mundus est, qui & præterita plangit, & flenda iterum non admittit.Lauatur itaq. & non est mundus, qui plangit quæ gesit, nec deserit. & post lacrymas, ea quæ fleuerat, repetit. Sic denique: & alibi animam pœnitentem, atq. iterum delinquẽtem sermo diuinus increpat, dicens:Quam vilis facta es nimis,iterãs vias tuas. Quisquis ergo culpas præteritas plorat,hunc necesse est modum teneat: vt sic admissa defleat, ne iterum flenda committat. Væ mihi misero Isidoro, qui & pœnitere retrò acta neglego; & adhuc pœnitenda committo.

[a] *Ex Aug. homil. 41. habetur apud Gratianum de pœnit. dist. 3. c. 11. & apud Mag. in 4. dist. 14. tamen in vtroq.* C. *Veranti quo Gotthico, est* effectum pœnitentiæ non habere, & flenda iterum non admittere.
[b] *Gregor. lib. Pastor. curæ par. 3. admonit. 31. Estq. locus apud Isai. c. 1.*

De Peccato. Cap. XVII.

DVobus[a] modis peccatum cõmittitur,id est,aut vi cupiditatis,aut metu timoris: dum vel quisque vult adipisci quod cupit, vel timet ne incurrat,quod metuit.

[b] Quattuor modis committitur peccatum in corde, quattuor perpetratur & opere.Corde:suggestione dæmonum, delectatione carnis,consensione mentis, defensione elationis.Opere:nunc latenter,nũc palàm,nunc consuetudine, nunc desperatione. Istis ergo gradibus & corde delinquitur,& opere malitia perpetratur.

[c] Tribus modis peccatum geritur,hoc est ignorantia, infirmitate, industria, periculo autem pœnarum diuerso.Ignorãtiæ namq. modo peccauit Heua in Paradiso,sicut Apostolus ait: Vir nõ est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit.Ergo Heua peccauit ignorantia, Adam verò industria: quia non seductus,sed sciens prudenſq. peccauit. Qui verò seducitur,quid consentiat, euidenter ignorat. De infirmitate autem Petrus deliquit, quando ad metum interrogantis ancillæ Christum negauit; vnde & post peccatum amarissimè fleuit.

Grauius est infirmitate,quàm ignorantia quemquã delinquere: grauiusq. industria, quàm infirmitate peccare. Industria namq. peccat, qui studio ac deliberatione mentis malum agit:infirmitate autem,qui casu vel præcipitatione delinquit. Nequiùs autem & de industria peccant, qui non solùm non bene viuunt:sed adhuc & bene viuentes si possiunt,à veritate diuertunt.

Sunt enim qui ignorãter peccant,& sunt qui scienter.Sunt etiam & qui pro ignorantiæ excusatione scire nolunt, vt minus culpabiles habeantur: qui tamen seipsos non muniunt sed magis decipiunt.

[d] Nescire simpliciter, ad ignorantiam pertinet: noluisse verò scire, ad contumacem superbiam. Voluntatem quippe proprj domini velle nescire, quid aliud est quàm velle dominum superbiendo contemnere? Nemo igitur se de ignorantia excuset: quia Deus non solùm eos iudicat, qui à cognitione sua se auertunt: sed etiam illos qui nescierunt: testante eodem Domino per Prophetam:disperdam,inquit, homines à facie terræ, & eos qui auertuntur post tergum Domini, & qui non quæsierunt Dominum, nec inuestigauerunt eum.Et Psalmus:Effunde inquit iram tuam in gentes,quæ te non nouerunt.

[a] *Apud Magist. sentent. lib. 2. distin. 42.*
[b] *Greg. lib. 4. Moral. c. 25.*

Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

c Ex Greg. lib. 25. Moral. c. 11. est apud Magist. sent. 2. dist. 22. 1. ad Timoth. 2.
d Gregor. ibidem.

De leuioribus peccatis. CAP. XVIII.

MVlti [a] vitam sine crimine habere possunt, sine peccato non possunt. Nam quamuis in hoc seculo magna iustitiæ quisque claritate resplendeat, nunquam tamẽ ad purum peccatorũ sordibus caret: Iohanne Apostolo attestante, qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

Quædam sunt facta peccatis similia: sed si bono animo fiant, nõ sunt peccata: vt puta potestas si, non se vlciscendi cupiditate, sed magis corrigendi studio vlciscatur in reum.

Item sunt peccata leuia, quæ ab incipientibus quotidiana satisfactione purgantur: quæ tamẽ à perfectis viris, velut magna crimina, euitantur. Quid autem homines peccatores de magnis sceleribus agere debent, quando etiam perfecti leuia quæq. delicta, quasi grauissima, lugent?

[b] Non solùm grauia, sed & leuia sunt cauenda peccata. Multa enim leuia vnũ grande efficiunt: sicut solent de paruis & minutis guttis immẽsa flumina crescere. Numerositas enim in vnum coacta exundantem efficit copiam.

Peccata, quæ incipientibus leuia sunt, perfectis vitis grauia deputantur.

[c] Tãtò enim maius cognoscitur esse peccatum; quantò maior qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus, iuxta ordinẽ meritorum: & sæpe quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur.

a Ex Greg. lib. Moral. 21. c. 9. Peccatum hic vocat, quod non est capitale scelus, crimen vero quod peccatum ad mortem dicitur. Sic Cassian. explicat collat. 11. capit. 10. Omnis, inquit, qui natus est ex Deo, peccatum nõ facit, quia semen ipsius in eo est; & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Et iterum: Scimus quia omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Quod intelligendum est non de omni genere peccati, sed de capitalibus tantum criminibus dici, à quibus quisquis se abstrahere atque emundare noluerit, pro illo in alio loco prædictus Apostolus ne orari quidem debere pronuntiat; Qui scit, inquiens, fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabit ei vitam peccanti non ad mortem: est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Caterum de illis, quæ pronuntiantur non esse ad mortem, à quibus etiam hi, qui fideliter Christo deseruiunt, quantalibet semetipsos circumspectione custodiãt, immunes esse non possint, ita dicitur: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est: Et iterum: Si dixerimus, quia non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis. Impossibile namque est, quemlibet sanctorum, non in istis minutis, quæ per sermonem, per cogitationem, per ignorantiam, per obliuionem, per negligentiam, per voluntatem, per obreptionẽ, per somnium admittitur, incurrere: quæ licet ab illo peccato, quod ad mortẽ ducit, tuta esse, aliena sint, culpa tamen ac reprehensione nõ carent.

b Posui ex paruis & minutis guttis: vt est in Genes. Ouet. Similitudo est apud Greg. li. 3. Past. curæ admonit. 34.

c Iuuenal. Omne animi vitiũ tantò cõspectius in se
Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur.

De grauioribus peccatis. CAP. XIX.

EXperimento [a] minorum peccatorum maiora cõmitti peccata, vt duriùs feriãtur pro magnis sceleribus, qui de paruis corrigi noluerunt. Iudicio autẽ diuino in reatum nequiorem labuntur, qui distringere minora sua facta contemnunt.

Multi à crimine in crimen corruunt, qui Dei cognitionem habentes, timorem eius neglegũt: & quem nouerũt per scientiam, per actionem non venerantur. Ideoque cõcantur diuino iudicio punienda committere, & in pœnam cõmissi facinoris facinus deterius addere.

Sæpe peccatum, alterius peccati causa est, quod committitur, cũ aliud exipso quasi sua suboles oritur: sicut fieri solet, nasci libidinem ex nimia ventris ingluuie.

Pœna peccati peccatũ admittitur, quando pro merito cuiusq. peccati, Deo derelinquente, in aliud peccatum deterius itur, de quo amplius qui admiserit sordidetur. Ergo præcedens peccatum causa est sequentis peccati: sequens verò peccatum pœna est præcedentis delicti. Præcedentia itaque peccata, sequentium sunt criminum causa, vt illa, quæ sequuntur, sint præcedentium pœna.

Præcedentium peccatorum pœna, ipsa vocatur induratio veniens de diuina iustitia. Hinc est quod ait Propheta: Induratti cor nostrum, ne timeremus te, neq. enim, dum quicumq. iusti sunt, à Deo impellantur, vt mali fiant: sed dum mali iam sunt, indurantur, vt deteriores existant: sicut & Apostolus dicit: [b] Quoniã charitatẽ veritatis Dei nõ receperũt, vt salui fierẽt, immisit illis Deus spiritũ erroris. Facit ergo Deus quosdam peccare, sed in quibus talia iam peccata præcesserint, vt iusto iudicio eius merean tur in deterius ire. Talia quippe peccata præcedentibus alijs peccatis prolabuntur in pœnam, quam peccata merentur.

Quædam de ira Dei veniũt peccata, quę pro merito aliorum compensantur peccatorum. Vnde & Propheta, Ecce, inquit, tu iratus es, & nos peccauimus, in ipsis fuimus semper; tanquam si diceret: quia semper in peccatis fuimus, iratur es, vt deterius peccaremus.

[c] Quid enim sit irã Dei mereri, quid verò prouocare, prudens lector scire debet. Grauior est namque ira, quæ prouocatur, quàm ea, quæ meretur: Nam meremur, quando ignorando peccamus: prouocamus, quando scimus bonum facere, nec volumus.

Nunc iram Dei, dum viuimus, vitare possumus. Timeamus ergò, ne veniente illo terrore iudicij, sentiri possit, vitari non possit.

a Greg. lib. 25. Moral. c. 9. Et est apud Magist. sent. in 2. Distinct. 36.
b Locus est apud Paul. 2. ad Thess. 2. eo quòd charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittit illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.
c Greg. lib. 26. Moral. c. 28.

De manifestis occultisq; peccatis. CAP. XX.

MAioris [a] est culpæ manifestè, quàm occultè peccare. Dupliciter enim reus est qui apertè delinquit: quia & agit & docet. De talibus Isaias dicit: & peccata sua, quasi Sodoma, prædicauerunt, nec absconderunt.

Multi enim publicè delinquentes, sine vllo pudore sua flagitia prædicant, nec vlla verecundia sceleris verecundia.

Quædam enim iam iustitiæ portio est, iniquitatem suam hominẽ abscondere, & in semetipso de peccatis proprijs erubescere.

Peccatum perpetrare crimen est, peccatum prædicare [b] clamor est, de quo etiam dicit Apostolus: Et clamor auferatur à vobis cũ omni malitia, ideſt, cũ ipsis peccatis.

Ex eo ipso quo quisq. peccatũ, quod agit, abscondit, iudicij iam est indicium: quia non erubescitur, nisi de conscientiæ reatu. Ergo ex hoc ipso, quo quisq de facto suo erubescit, ipse sibi iam iudex fit.

a Ex Greg. lib. 4. Moral. c. 25. & alibi in cura Pastor.
b De clamore vide Gregorium in expositione secundi psal. pœnit. in illud, quoniam tacui, & psal. 7. & 3. lib. Pastor. curæ, admonit. 10. ibi, clamorem libertatem peccandi vocat.

De peccati amore. CAP. XXI.

ALiud est non peccare amore dilectionis Dei, aliud timore supplicij. Qui enim amore charitatis Dei non peccat, horrescit omne malum, amplectẽdo iustitiq bonum: nec eum delectat peccatum, etiam si sceleris impunitas promittatur. Qui verò pœna sola supplicij in se vitia reprimit: quamuis non expleat opus peccati, viuit tamen in eo voluntas peccandi: doletq. sibi illicitum, quod lex prohibere dinoscitur. Ille ergo mercedem boni operis percipit, qui amãdo iustitiam facit: nõ is, qui eam solo metu pœnarum inuitus custodit.

Quidam & diligunt peccatum, & faciũt: quidam diligunt tantùm, & non faciunt: plerique verò faciunt tantùm & non diligunt. Nonnulli peccatum non faciunt, & tamen iustitiam odiunt. Grauius autẽ peccat, qui non solùm peccatum diligit, sed & facit, quàm qui nõ facit & diligit: grauiusq. interdum, qui diligit, & nõ facit, quàm qui facit, & odit. Grauissimũ est non solùm facere, sed & diligere peccatum.

[a] Nam sunt quidam, qui cõfestim peracto flagitio confunduntur, & sunt qui non solùm non dolent gessisse malum, sed etiam de ipso malo opere gloriantur. Sicq. ad cõparationem mali fit deterius, dum de vitijs gratulantes, extolluntur in peius. De talibus ait Solomon: qui lętantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.

a Gregor. lib. 6. Moral. c. 11.

De peccandi necessitate. CAP. XXII.

INterdum mali quod sumus, necessitate potiùs, non voluntate existimus. Vertẽda est autem necessitas mali, in voluntatem boni. [a] Pleriq; non voluntate, sed sola necessitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceſsitate peccant: pertimeſcentes tempo- A ralem inopiam. Et dum preſentis ſeculi neceſsitatē refugiūt, à futuris bonis priuātur.

Item nonnulli peccatum voluntate, non neceſsitate committunt, nullaq. coacti inopia exiſtunt iniqui: ſed tantùm gratis cupiunt eſſe mali. Neque enim ipſam rem amant, quam appetunt, ſed ipſa tantùm peccati malitia delectantur.

[a] *Loquitur Iſidorus de neceſsitate, quæ non reijcit voluntarium, cum duplex ſit peccatum abſolutum & ex conditione. Magiſt. lib. 2. diſt. 36.*

De peccandi conſuetudine. CAP. XXIII.

MElius [a] eſt peccatum cauere, quā emēdare. Facilius enim reſiſtimus hoſti, à quo nōdum victi ſumus, quàm ei, à quo iam ſuperati ac deuicti cognoſcimur.

Omne peccatum, antequam admittatur, amplius pertimeſcitur. Quātumuis autem graue ſit, dum in vſu venerit, leue exiſtimatur, & ſine vllo metu committitur.

Iſtis fomitibus, quaſi quibuſdā gradibus, C coaleſcit omne peccatum. Cogitatio namque praua delectationem parit, delectatio conſenſionem, conſenſio actionē, actio cōſuetudinem, conſuetudo neceſsitatē. Sicq. his vinculis homo implicatus, quadam catena vitiorum tenetur aſtrictus, ita vt ab ea euelli nequaquam valeat, [b] niſi diuina gratia manum iacentis apprehendat.

Peccatum admittere, [c] cadere eſt in puteum: conſuetudinem verò peccandi facere, os putei eſt coāguſtare, ne is qui cecidit, valeat exire. Sed interdū etiam tales Deus liberat, dum eorum deſperationem ad conuerſionem libertatis commutat. Ipſo enim miſerante, peccata dimittuntur, quo prote D gente fit, ne in deterius peccando eatur.

Nequiſsimum eſt peccare, peius eſt peccandi conſuetudinem facere. Ab illo facilè, ab hoc cum labore reſurgitur: dum malæ conſuetudini repugnatur.

Malè agendi conſuetudinem, receſſum eſſe, [d] Propheta aſſerit, in profundum, cuius vſu, quaſi quadam lege, homo tenetur aſtrictus, vt etiam quando non vult, peccatum committat. A lapſu verò citò reſurgere, non eſt in profundum ire.

Apoſtolus legem peccati dicit in membris noſtris quæ lex conſuetudo eſt, quam peccando concipimus, & non ab ea, cùm volumus, diſcedimus: quia iam neceſsitatis vinculo per conſuetudinem retinemur.

Multùm veri amor agit in homine, ſed reſultat caro malæ conſuetudinis lege. Bene autem audacter pro bona conſcientia exultat, qui valēter in ſe reprimit, quod inſolenter impugnat.

Frequenter peccare cauendum eſt, nam hoc ipſum, quod de malo noſtro plerunque Deus nobis ſalutem operatur, quantò mirabile eſt, tantò perrarum eſt. Propterea metuendum eſt confidere ita ſaluari, ne fortè B dum expectamus à vitijs ſanari, & vitia multiplicemus, & ſalutem nō adipiſcamur. Ergo ſtudeamus aut non cadere, aut citò conuerſi à lapſu conſurgerę.

Omninò peccare cauendum eſt, quod ſi humana fragilitate peccatum ſubrepſerit, confeſtim erit corrigendum, quod nequiter ſentitur commiſſum. Citò enim corrigitur culpa, quæ cito cognoſcitur: tardius autem ſanatur vulnus quod iam putreſcentibus membris longo poſt tempore curationibus adhibetur.

Iteratio peccati grauior eſt, ſicut ſi morbus ſuper morbum veniat: ſicut ſi imber ſuper imbrem occurrat.

[c] Mora peccandi immanitatem facit ſce leris, vnde & Propheta: væ inquit, qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatū. Trahit enim iniquitatem, vt funiculū, qui tardat conuerti ad Deū. Trahere enim iniquitatē, eſt more facere iniquitati. Vnde & Pſalmus: Prolongauerunt iniquitates ſuas; Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum.

[a] *Ex Gregor. lib. 4. Moral. c. 25.*
[b] *Alludit ad illud Socrus Simonis febricitantis. Marc. 1.* accedens *(inquit)* eleuauit eā apprehēſa manu eius, & continuò dimiſit eam febris.
[c] *Luc. 14.* Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteū cadet, & non cōtinuò extrahet illum die ſabbathi. *vide Auguſt. de quæſt. Euang. lib. 2. q. 29.*
[d] *Locus eſt Iſa. 31.* Cōuertimini, ſicut in profundū receſſeratis filij Iſraēl. *Vbi Symmachus.* Agite pœnitētiam qui profundo conſilio atq. peccato à Domino receſsiſtis. *Ex Hieronymo.*
[e] *Ex Gregor. lib. Moral. 33. c. 9. Iſai. 5.*

De peccati recordatione. CAP. XXIIII.

BOnū eſt homini ſemper ante oculos propria adhibere delicta ſecundum Pſalmi ſententiā: Et peccatū meū ante me eſt ſemper. Sicut enim non oportet reminiſci peccati

cati affectū: ſic ſemper neceſſe eſt vnūquēque ſuū in flendo commemorare peccatū.

Apud iuſtū recordatio peccati facit tædium animi. Qui autē luxuriæ, & cupiditati ſubditi ſunt, contumaci ſuperbia etiam de ipſo peccati opere gloriantur.

[b] Seruo Dei tāta recordatio eſſe debet peccati, vt ea quæ geſsit, ſemper lacrymis confiteatur. Vnde & Pſalmus dicit: conuerſus ſum in ærumna, dū configitur ſpina. Peccatum meum cognitum tibi feci: Dixi, pronūtiabo aduerſum me iniuſtitias meas Domino. Supra enim dixerat: Quoniā tacui, hoc B eſt, non ſum confeſſus: inueterauerunt omnia oſſa mea. dum clamarem tota die. Quid ergo tacuiſſe ſe pœnitet, niſi confeſsionem peccatorū? Quid clamaſſe ſe dolet, niſi defenſionem malorum? Qui ergo peccatorū ſuorū defenſor extitit, neceſſe eſt, vt pœnitēdo accuſet, quod ſuperbiens prauè admiſit.

[a] *Ex Gregor. ibidem & Auguſt.*

De Cogitatione. CAP. XXV.

BIpertita eſt cauſſa peccādi, ideſt, operis & cogitationis, quorū [a] vnū iniquitas dicitur, quod opere geritur: aliud iniuſtitia, C quod cogitatione admittitur.

Prius autē actio reſecāda eſt, poſtea cogitatio, pri⁹ praua opera, poſtmodū deſideria. Viciſsim autē & à cogitatione opera proceduntur, & ab opere cogitatio naſcitur, quāuis & ſi ab opere malo quiſq. vacet, pro ſolius tamē prauę cogitationis malitia nō erit innocēs. Vnde & Dūs per Iſaiā: Auferte, inquit, malū cogitationū veſtrarū ab oculis meis.

Non enim ſolùm factis, ſed & cogitationibus delinquimus, ſi eis illicitè occurrentibus delectemur.

[b] Sicut vipera à filijs in vtero poſitis lacerata perimitur: ita nos cogitationes noſtræ intra nos enutritæ occidūt, & conceptæ interius vipereo veneno conſumunt, animāq. noſtram crudeli vulnere perimunt.

Nō eſt arbitrij noſtri cogitationis prauæ ſuggeſtionibus præueniri: iacere autem in animo cogitationem, noſtræ attinet voluntati. Illud ergo ad culpā non redigitur, iſtud culpæ propriæ imputatur. Nā cogitationes illicitas occurrere, dæmonū eſt: cogitationibus oblectari peruerſis, noſtrum eſt.

Plerumq. fieri ſolet vt immūdæ corporalibus rerū ſpecies, quas didicimus, noſtris mēbris opponātur, & nolētes eas cogitemus: A quātumq. ab eis aciem mentis auertere nitimur, tantò illæ ſe magis animo ingerunt, obſcœniſq. in nobis motibus obrepunt. Sed fit hoc pro conditione mortali, quā meruit primus homo in pœnam ſui peccati.

Dum vnuſquiſque diuina illuminatione præuenitur, ſtatim moleſtijs turpiū cogitationum pulſatur. Sed Dei ſeruus iudicio timoris Dei earum delectamenta à ſemetipſo reijcit, [c] bonisque contra obiectis cogitationib. turpes à ſe repellit.

Magna obſeruantia circa cordis eſt cuſtodiam adhibenda: quia aut bonæ aut malę rei ibi cōſiſtit origo, nam ſicut ſcriptum eſt: Ex corde exeunt cogitationes malæ. Ideoq. ſi prius prauæ cogitationi reſiſtimus, in lapſum operis non incurrimus.

Non eſt timendum, ſi bona malaq. in cogitationem veniāt: ſed magis gloriandum, ſi mens mala à bonis intellectu rationis diſcernat.

Item nihil iuuat, quòd inter bonum & malum ſenſu prudentiori diſcernimus: niſi opere aut mala cognita caueamus, aut bona intellecta faciamus.

[a] *Sic Greg. lib. Moral. 10. c. 11.* Omne peccatum aut ſola cogitatione cōmittitur aut cogitatione ſimul, & opere perpetratur. Iniquitas ergo in manu eſt, culpa in opere.
[b] *Iob. 20.* Occidet cum lingua viperæ, *vbi Gregor. lib. 15. Moral. capit. 9.* Viperæ autem cum conceperint filij earum in ventre ſæuiunt: Qui ruptis lateribus matrum, ex earum ventribus procedunt; vnde & vipera, eo quòd vi pariat nominatur. Vipera itaq. ſic naſcitur, vt violenter exeat, & cum matris ſuæ extinctione producatur. *Quod verò falſum ſit viperarum fœtus viſcera parentis perforare, docet Ariſtoteles li. 5. de hiſt. animal. c. 39.* Vipera, *inquit*, parit catulos obuolutos membranis, quæ tertia die rumpūtur, & ſingulis diebus ſingulos parit, pluſquam viginti. Et euenit interdum, quod qui in vtero ſunt, abroſis membranis, prorumpant. *Hæc Ariſtoteles, quod & adnotauit Albertus Mag. lib. 25. eo in loco. Plin. lib. 10. Natur. Hiſt. c. 62. eadē. Sed addit:* Itaq. cæteræ tarditatis impatiētes prærumpunt latera occiſa parente.
[c] *S. Nicolaus Martyr in ſentētijs;* cogitationes prauas, alijs cogitationibus bonis depelle.

De Conſciencia. CAP. XXVI.

HVmana cōditio, dum diuerſis vitioſitatibus mentem conturbat, etiā ante pœnas gehennæ per incognitum animę appetitum iam pœnas conſcientiæ patitur.

[a] Omnia fugere poterit homo prēter cor ſuum. Non enim poteſt à ſe quiſq. recēdere. Vbicunq. enim abierit, reatus ſui conſciētia illum non derelinquit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[b] Quamuis humana iudicia subterfugiat omnis, qui malè agit: iudicium tamen conscientiæ suæ effugere non potest. Nam etsi alijs cælat, quod egit, sibi tamen cælare non potest, qui plenè nouit malũ esse, quod gesit. Duplex fit ergo in eo iudicium, quia & hîc suæ conscientiæ reatu punitur, & illic perpetuali pœna damnatur.

[c] Hoc enim significat. Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarũ. Abyssum enim abyssum inuocare, est de iudicio suæ cõscietię ire ad iudiciũ dãnationis perpetuę. In voce cataractarũ, id est, in pdicatione sanctorũ

a *Ex Greg. lib. 27. Moral. c. 16.*
b *Gregor. ibidem.*
c *Psalm. 41. & ibi August.*

De intentione mentis. Cap. XXVII.

OCulus [a] hominis intentio operis eius est. [b] Si ergo intentio eius bona est, & opus intentionis ipsius bonum est. Alioquin malæ intentionis etiam si bonum in factis opus appareat, bonum tamen iam non est; quoniam ex sua intentione aut probatur bonũ, aut reprobatur indignũ. Bona est ergo intentio, quæ propter Deum est: mala verò, quæ pro terreno lucro aut vana gloria est.

Qui opus bonum bona intentione non faciunt, per hoc magis cæcantur opere, per quod illuminari potuerant.

Vnusquisq. bonum opus, quod agit, intentione bona agat; quoniam pro mala intentione plerumq. opus bonũ quod agimus, perdimus, & minus à culpa vacamus.

[c] Sæpè quæ apud hominum iudiciũ bona apparẽt, apud examẽ diligentissimi & acutissimi iudicis reproba deteguntur. Ideoq. omnis sanctus veretur, ne fortè bonũ, quod agit, pro aliqua animi intentione in oculis Dei reprobum sit.

a *Alludit ad illud Matth. 6.* Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. *Quem locum de cordis intentione interpretatur Gregor. lib. Moral. 28. c. 6.* vnde benè in Euangelio veritas dicit: Lucerna corporis tui est oculus tuus, *&c.* Quid enim per oculum exprimitur, nisi opus suum prẽueniens cordis intentio? quæ priusquã se in actione exerceat, hoc iã quod appetit, cõtemplatur. Et quid appellatione corporis designatur, nisi vnaquæque actio, quæ intentionem suam, quasi intuentem oculum, sequitur? Lucerna itaque corporis est oculus: quia per bonæ intentionis radium merita illustrantur actionis. Et si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidũ erit; quia si rectè intendimus, per simplicitatẽ cogitationis, bonum opus efficitur, etiam si minus bonum esse videatur. Et si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit: quia cum peruersa intentione quid vel rectum agitur, etsi splendere corã hominibus cernitur, apud examen tamen interni iudicis obscuratur. *Ita etiam interpretatur Chrys. homil. 2 in Matth. & Aug. de serm. Domini, & contra mendacium c. 7. Theologi discrimen statuũt inter finẽ, volũtatẽ, & intẽtionẽ: de quo Magist. li. 2. dist. 39.*

b *Ambrosius idem, sed paullò aliter lib. 1. offic. c. 30.* Ante ctus tuus operi tuo nomen imponit.

c *Supra c. 7. sentent. 13.*

De sensibus carnis. Cap. XXVIII.

PEr sensus carnis morbus irrepit mentis. Vnde & per Propheta Dominus dicit:

[a] Omnes cognationes terræ ab Aquilone veniẽt, & ponet vnusquisq. solium suum in introitu portarum Ierusalem. Regna Aquilonis vitia sunt, quæ sedes suas in portis ponunt, quando per sensus carnis labẽ animæ ingerunt: ideoq. in ipsis portis, id est, in ipsis sensibus regnant.

[b] Neque enim aliunde peccamus, nisi videndo, audiendo, attrectando, gustãdo, atq. tangendo. Vnde & aliàs dicitur; Intrauit mors per fenestras nostras. Et alibi: Extranei ingrediebantur per portas eius, & super Ierusalem mittebãt sortem. Extraneos quippe immundos esse spiritus, qui tanquã per portas, ita per sensus carnis animã irrepunt, & eam illecebrando deuincunt.

a *In excusis* cogitationes, *quod abstuli, & reposui cognationes, ex Ier. c. 1.* Ecce ego cõuocabo omnes cognationes regnorũ Aquilonis. Atq. *ita constanter legunt Hieron. & cæteri neoterici interpretes: Septuaginta autem non habent cognationes, sed tantùm,* Ecce ego conuocabo omnia regna ab Aquilone. *ἰδοὺ ἐγὼ συναγάγω πάσας τὰς βασιλείας ἀπὸ βορρᾶ.*

b *Gregor. lib. Moral. 21. c. 2.*

De Sermone. Cap. XXIX.

DVm [a] quędam parua vitiorum verba nó euitamus, in magnum linguæ prolabimur crimen: & dum facta quædam nõ gramur crimen: & dum facta quædam nõ gramur crimen: & dum facta quædam nõ gram

Universidad de Deusto
Biblioteca

æstuat ignis. Cæcus[i] enim languor vehemẽs A
est, ac nimius: quia tacitum viuit sub pectore vulnus.

a *Ex Gregor. 3. par. cur. Pastor. admonit. 15.*
b *Gregor. ibidem.*
c *Gregor. lib. Moral. 32 c. 2.*
d *Ex Gregor. part. 3. cur. Pastor. admonit. 15.*
e *Alludit ad illud sapient. 7.* Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia. *Quem locum Gregor. interpretatur lib. Moral. 23. c. 10.* Vnde bene quidam sapiens dixit; Mihi autem det Deus hæc dicere ex sententia: sententia quippe ex sensu vocata est, Et recta, quæ intelligit, non ex sola scientia, sed ex sententia dicere appetit, qui nequaquam tantummodo sciendo dicere, sed sentiendo desiderat experiri, quod B
dicit.
f *Ita est apud Gregor. lib. 24. Moral. c. 13. Verùm Hieronymus omnem loquendi rationem his terminis circumscripsit. capit. 4. ad Ephesios.* Quoties verò, *inquit*, loquimur aut non in tempore, aut importuno loco, aut non vt conuenit audientibus, toties sermo malus procedit de ore nostro, ad destructionem eorum, qui audierũt. quæ sententia *habetur 22. q 5. c. Quotiet.*
g *In omnibus excusis erat* sentiendi, *sed non bene. Nam locus est apud Gregor. lib. Moral. 8. cap. 22.* Vis quippe summa loquentium quadrifaria qualitate distinguitur. Nam sunt nonnulli, quos sentiendi simul ac dicendi amplitudo dilatat: & sunt nonnulli, quos sentiendi simul & dicendi inopia angustat. Sunt nonnulli, qui efficaciam dicendi habent, sed acumen sentiendi non habent. Et sunt nonnulli, qui acumine sentiendi subnixi sunt, sed ex inopia locutionis obmutescunt.
h *Alludit ad illud Luce 6.* Bonus homo de bono thesauro cordis profert bonum: ex abundantia enim cordis os loquitur.
i *Ex Ouid. Metamorph. lib. 4. Quæ sequuntur verba:* Cæcus enim languor, vehemens est ac nimius, *putamus versum quoque fuisse ex alio loco pentametrum, ita fortasse conceptum:* Cæcus enim languor, viuidus ah nimiũ.

De Mendacio. Cap. XXX.

MEndaces[a] faciunt, vt nec vera dicentibus credatur. Reddit enim sæpe hominem multa falsitas etiam in veritate suspectum.

Sæpe vera præmittit, qui falsa dicturus est, vt cumprimùm acquisierit fidem, ad reliqua mendacia audientes credulos faciat.

Multis videntur vera esse, quæ falsa sunt: & ideo non ex Deo, sed ex suo mendacium loquuntur.

Nonnunquam falsitas veriloquio adiungitur, & plerunq. à veritate incipit, qui falsa confingit.

Latet sæpe venena circumlita melle verborum: & tandiu deceptor veritatem simulat, quousque fallendo decipiat.

[b] Nonnunquam peius est mendacium meditari, quàm loqui, nam interdum quisq. incautus solet ex præcipitatione loqui mendacium: meditari autem nõ potest, nisi per studium. Grauius ergo ille ex studio mẽti perhibetur, quàm is, qui ex præcipitatione sola mentitur.

Summopere cauendum est omne mendacium, quamuis nonnunquam sit aliquod mendacij genus [c] culpæ leuioris, si quisquã pro salute hominum mentiatur. Sed quia scriptum est: Os quod mentitur occidit animam: &: Perdes eos qui loquuntur mendacium: hoc quoque mendacij genus perfecti viri summopere fugiunt: vt nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne suæ animæ nocent, dum [d] præstare vitã alienæ carni nituntur: quanquã hoc ipsum peccati genus facillimè credimus relaxari. Nam si quælibet culpa [e] sequenti mercede purgatur, quantò magis hæc facilè abstergitur, quam merces ipsa comitatur.

Multa mentiuntur, multaq. fingunt homines propter hominum laudem: sicque fit, vt & isti mentiendo pereant, & eos, quos laudant, ad vanæ gloriæ ruinam perducant.

[f] Sicut bene sibi conscius, non metuit C
alienæ linguæ conuicium, ita & qui laudatur ab alio, non debet errorem alienæ laudis attendere: sed magis vnusquisque testimonium conscientiæ suæ quærat, cui plus ipse præsens est, quàm ille, qui eum laudat.

[g] Opus enim suum vnusquisque probet, vt ait Apostolus. Et tunc in semetipso tantùm quisque gloriam habebit, id est: occultè in sua conscientia, non palàm in aliena lingua.

Perfecti, qui alta radice fundati sunt, & si flamine laudis, ac vituperationis vtcumque quasi ventorum interdum curuẽtur impulsu, funditus tamen non deijciũtur, sed protinus firmitate radicis ad se redeunt. D

Bona mens ad malum, nec præmijs, nec terroribus vincitur. Nam iniqui terrorem blanditijs miscent, vt aut oblectatione quã quam decipiant, aut terroribus frangant.

Qui laudatur, in auditorum amore interitur: sed si veraciter & non fictè laudetur, hoc est, si vera sunt, quæ de illo dicuntur.

a *Locus Hier. epist. ad Iulian. Diac.* Antiquus sermo est: Mendaces faciunt, vt nec vera dicẽtibus credatur.
b *22. quæst. 1. & apud Magist. in 3. dist. 39 & Polyc. lib. tit. 12. Burch. li. 12. c. 20. Iuon p. 12. c. 7. Panorm. lib. 88.*
c *Augustinus* octo genera mendaciorum enumerat *libr. de mend. cap. 14* septimumq. esse ait, quod nulli obest, & prodest alicui; veluti si nolens hominem ad mortem quæsitum prodere, mentiatur. Et *concilio Tolet. 9. c. 2.* duo ponuntur genera mendaciorum in quibus non est magna culpa, sed tamen omnino non sunt sine culpa; cum aut iocamur, aut, vt proximis prosimus, mentimur.
d *Ita quidem apud Greg. & in Gotth. cc. sed rectè fortasse vox vitam, ab excusis abest. Ita enim sæpè aliàs loquitur, vt præstare pro prodesse vsurpet.*
e *Verba Gregorij sensum huius sententiæ explicant lib. Moral. 18. c. 4.* Nam si quælibet culpa sequenti solet pia operatione purgari, quanto magis hæc facillimè abstergitur, quam mater boni operis pietas comitatur?
f *Similitudo hæc deducta est ex Paulo ad Galat. 6.* Opus enim suum (*inquit*) probet vnusquisq. & sic in semetipso gloriam habebit, & non in alio. B

De Iuramento. Cap. XXXI.

SIcut mentiri non potest, qui non loquitur, sic periurare non poterit, qui iurare non appetit. Cauenda est igitur iuratio, nec ea vtendum, nisi in sola necessitate.

[a] Non est contra Dei præceptum iurare, sed dum vsum iurandi facimus, periurij crimen incurrimus. Nunquam ergò iuret, qui periurare timet.

Multi, dum loquuntur, iurare semper delectantur, dum oporteat hoc tantùm esse C
in ore: Est, est: Nõ, non. Amplius enim quam est, & non est, [b] à malo est.

Multi, vt fallant, periurant: vt per fidem sacramenti, fidem faciant verbi: sicque fallendo, dum periurant & mentiuntur, hominem incautum decipiunt.

Interdum & falsis lacrymis seducti decipimur; & creditur, dum plorant, quibus credendum non erat.

Plerumq. sine iuramento loqui dispono mus, sed incredulitate eorũ, qui non credũt quod dicimus, iurare cõpellimur: taliq. D
necessitate iurandi consuetudinẽ facimus.

Sũt multi ad credendũ pigri, qui nõ mouentur ad fidem verbi. Grauiter autem delinquunt, qui sibi loquentes iurare cogunt.

[c] Quacumq. arte verborum quisq. iuret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur, intelligit.

Dupliciter autem, reus fit, qui & Dei nomẽ in vanum assumit, & proximum dolo capit.

Non est conseruandum sacramentum, [d] quo malum incautè promittitur, veluti si quispiã adulteræ perpetuò cum ea permanẽdi fidẽ polliceatur. Tolerabilius est enim

A non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio.

Iurare Dei est illa prouidẽtia, qua statuit non conuellere statuta. Pœnitentia autem Dei, rerũ [e] mutatio est: nõ pœnitere autem, statuta non reuocare, vt illud: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, id est, quæ iurauit, non mutabit.

a *22. q. 1. & apud Magist. in 3 D. 39. & Polycarp. lib. 6. tit. 12. Burch. lib. 12. c. 20. Iuon. p. 12. c. 7. Panorm. lib. 88.*
b *Augustinus in commentarijs super epistolam ad Galat. c. 1. sic hunc Matthæi locum interpretatur.* Quamuis, *inquit*, iuramentum amplius sit, quàm est est, non non, & ideo à malo sit, non tamen à malo tuo: sed infirmitatis, aut incredulitatis eorum, qui non aliter mouentur ad fidem.
c *22. q. 5. Magist. Sent. 3. D. 31.*
d *22. quæst. 4. & concil. Toletan. 8. c. 2. Magist. in 3. D. 39.*
e *Editi libb.* permutatio. *m. ff.* mutatio: *Quorum lectionem sequor: Nam sic habet Augustinus in Psalm. 109.* Pœnitentiã mutatio rerum significatur.

De vitijs. Cap. XXXII.

REcedens homo à Deo, statim vitiorum traditur potestati: vt dum patitur infesta vitia, reuertendo vnde ceciderat, resipiscat.

Et si Sancti toto nisu contendunt superare vitia, nec extinguunt: quid agunt hi, qui non solùm non odiunt vitia, sed toto ea amore sectantur? C

[a] Satis delicatè se palpat, qui vult sine labore vitia superare, dũ peccati legẽ, quam sibi deseruiendo vitijs fecit, sine violentia doloris resecare non possit.

Perfectè renũtiat vitio, qui occasionem euitat in perpetrando peccato. Nam si velis tantundem nõ peccare, & data occasione peccaueris: tu tibi & reus, & iudex es: quia & commissa damnas, & damnata committis. Se autem iudice reus est, qui vitia & accusat & perpetrat. D

[b] Quædam vitia dum non perfectè vitãtur, suos in se faciunt relabi auctores. Nam si vnum vitium districtè vitetur, & alia negligantur, inanis labor est. Non enim potest in vnius obseruatione virtutis fortiter perdurare, cuius alia vitia dominantur in corde.

Nonnunquã hominẽ sua vitia persequũtur: quia nimirũ qui prius volendo ea sibi fecit socia, postea sentit etiam nolẽs stimulosa.

Nõnulli non antea in errorẽ vitiorum labuntur, nisi prius interioris rationis per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

diderint oculos: ſicuti Sãſon, non antea ab A
[d] Allophylis ad erroris ligatus eſt machinã, niſi poſtquam ei ſunt lumina oculorũ extincta.

Quidam vegetãte mentis ratione vitiorum ſuperantur incurſu, ſicq. deinde intentionem bonorum operum perdunt. Sicut Rex Babylonis in oculis Sedechiæ priùs filios ipſius interfecit, & ſic poſtea oculos eius euulſit: ac per hoc poſt maiorum operũ conſuetudinem, & interemptionem bonorum perit quorundam & ratio.

[a] *Ex Gregor. lib. 7. Moral. cap. 12.*
[b] *Gregor. ibidem.* B
[c] *Ex Gregor. lib. 6. Moral. cap. 13.*
[d] *Ambroſ. lib. 1. offic. c. 29. aduerſarios ſuos Hebræi Allophylos, id eſt, alienigenas Latino appellant vocabulo. Hoc nomine dicti ſunt Paleſtini, qui Philiſthæi ꝙ. in u. mutato, auctore D. Hieronymo.*

Quod ex vitijs vitia, & ex virtutibus virtutes oriuntur.

CAP. XXXIII.

SIc [a] gignuntur ex peccato peccata, vt dũ non euitantur parua, incidatur in maximis: & dũ defenduntur admiſſa, nec lamentantur, ex flagitio ad ſuperbiam itur. Vnde C
fit, vt duplicati ſit criminis reus, qui & admittit ſcelera per voluntatem, & defendit ea per contumaciæ tumorem.

Sic vitio vitium gignitur, ſicut virtus virtute concipitur. Ex vitio enim gignitur vitium: Sicuti Dauid, qui dũ non euitat adulterium, perpetrauit & homicidium.

Item virtus virtute concipitur, ſicut per virtutem Euangelicæ prædicationis, virtutem martyrij Apoſtoli meruerunt.

[b] In cordibus ſeculariter viuẽtium inuicẽ ſibi ſuccedũt vitia: vt dum vnũ abierit, ſuccedat aliud, iuxta Ioelis Prophetæ teſtimo- D
nium, qui ait: Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduũ locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo. Per id ergo iſta ſub vitiorum allegoria colligũtur, quia ſequitur: Expergiſcimini ebrij, & flete.

Aliquando vtiliter peccatur in minimis vitijs, vt maiora vtiliùs caueantur. Lege Paulum Apoſtolum minora permittentem peccata, ne maiora perpetrentur. Veraciter autem ſanantur vitia, quæ virtutibus, non vitijs excluduntur. Quorundam autem quædam latentia vitia tunc apparent, quando ab alijs vitijs deſinunt.

[a] *Ex Gregor. lib. Moral. 10. cap. 9.*
[b] *Ex Gregor. lib. 33. Moral. c. 23. & in Ezech. homil. 12.*

De malè vſis virtutibus.

CAP. XXXIIII.

INterdum & malè vſæ virtutes ex ſe vitia gignunt: quod fit per immoderatum animi appetitum, cui nõ ſufficit donum, quod meruit, niſi inde aut laudes, aut lucra damnanda quæſierit.

Interdum virtutes vitia gignunt, dũ aliquando pro tempore opportuno minimè relaxantur: Sicque fit, vt quæ congruo loco virtutes ſunt, incongruo vitia deputentur: veluti ſi pro fratris aduentu canonicum nõ ſoluatur ieiunium.

Virtutum igitur diſcretionem à Paulo Apoſtolo ſume, [a] qui ad tempus egit, quod agendum eſſe omnino prohibuit.

[b] Item quædam virtutes, dum diſcretioni non ſeruiunt, in vitia tranſeunt. Nam ſæpe iuſtitia dum ſuum modum excedit, crudelitatis ſæuitiam gignit: & nimia pietas diſſolutionẽ diſciplinæ parturit: & zeli ſtudium, dum plus eſt, quàm oportet, in iracundiam tranſit: & multa manſuetudo torporis ſegnitiem gignit.

Prudentis autem viri diſcretio ſollerter proſpicit, ne bonum intemperanter agat, & de virtute in vitium tranſeat.

Item apud quoſdam ex virtute vitium gignitur, dum quiſque de caſtitatis & abſtinentiæ meritis gloriatur. Nã & qui electa monachi vanæ gloriæ cauſſa impertit, ex virtute vitium facit. Sed & is, qui de ſapientia arrogantiam habet, & qui pro iuſtitia præmium appetit, & qui aliquod donũ Dei, quod meruit, in ſuam laudem cõuertit, aut in malos vſus aſſumit, proculdubio virtutem in vitium transfert.

Homines de virtutibus vitia nutriunt, ex quibus pereant. Iterum Deus arte potentiſſima ex noſtro vitio virtutes formet, quibus nos ab iniquitate reformet.

[a] *Actorum 15. Nam Paulus Gentiles ad Euangelij libertatem venientes circumcidi prohibuit, & tamen Lyſtram & Iconium tranſiens, Timotheum, qui gentili patre natus fuerat, circumcidit. Gregor. lib. Moral. 24. cap. 6.*
[b] *Ex Gregor. lib. 31. Moralium. capit. 7. & 32. cap. 17.*

De ſimulatis virtutibus.

CAP. XXXV.

QVædam [a] vitia ſpecies virtutum præferunt, ideoq. perniciosiùs ſuos ſectatores decipiũt; quia ſe ſub velamine virtutum tegunt. Nam vitia, quæ ſtatim virtutibus contraria apparent, citò, dum palã venerint, emendantur: propter quod ſequaces eorum de talibus criminibus erubeſcunt.

Carnales autem plerumq. per inſenſualitatem mentis non agnoſcunt vitium eſſe culpabile, quod dignum videtur damnatione. B

[b] Item quædam vitia ſpecies virtutum eſſe videntur, ſed tamen virtutes non ſunt. Nam interdum ſub prætextu iuſtitiæ crudelitas agitur: & putatur eſſe virtus, quod nimirum eſt vitium: ſicut & remiſſa ſegnities mãſuetudo eſſe creditur: & quod agit torpens negligentia, putatur agere indulgentia pietatis. Nonnunquam etiam virtutem largitatis imitatur vitium prodigæ effuſionis: & virtutem parcitatis triſtis tenacitas imitatur: & vitium pertinaciæ abſcõ- C
ditur ſub virtute conſtantiæ. Item timor ſub ſpecie obedientiæ occultatur, & dicitur virtus humilitatis, quod tamen vitium eſt timoris. Sed & procacitas vocis pro veritatis libertate accipitur: & vitium pigritiæ quietis virtutem imitatur. Porrò vitium inquietudinis virtutem ſe vult vocari ſolicitudinis: & præcipitationis facilitas feruoris boni ſtudij creditur: & bene agendi tarditas conſilij mora eſſe videtur, dum tamen iſta ſit virtus, illa vitium. Tali igitur exemplo vitia ſpecies virtutum imitantur: & inde ſe nonnulli eſſe iuſtos confidunt, vnde ma- D
ximè reprobantur.

[c] Aptum exemplum vitiorum de latronis ſpecie ſumitur. Nam ſicut ex inſidijs latro prodit, ſeq. iter agentibus iungit, fingẽs ſe ſociũ, donec decipiat improuiſum, & dũ ſubitò eruperit, ad exitium latro manifeſtus oſtenditur: ita ſe miſcent interdum periculoſe virtutibus vitia, quouſq. omnẽ boni operis efficaciam in ſuis vſibus rapiant, & anima, quæ ſibi erat placens de virtutibus, deceptam ſe conſpiciat vitijs damnabilibus.

[a] *Ex Gregor. lib. Moral. 32. c. 17.*
[b] *Ex Greg. ibid. & lib. Paſtor. cur. par. 3. admonit. 17.*
[c] *Gregor. lib. Moral. 9. c. 13.*

De appetitu virtutum.

CAP. XXXVI.

AD virtutes difficile conſurgimus, ad vitia ſine labore dilabimur. Iſta enim prona, illa ardua ſunt. Grandes enim ſudores perpetimur, vt ad cælum conſcendere valeamus.

Quemadmodum ad virtutum tendentes culmen non à ſummis inchoant, ſed à modicis, vt ſenſim ad altiora pertingant, ita & qui dilabuntur ad vitia, non ſtatim à magnis criminibus incipiunt, ſed à modicis aſſueſcunt, & ſic in maximis proruunt.

Sicut paullatim homo à minimis vitijs in maximis proruit: ita à modicis virtutibus gradatim ad ea, quæ ſunt excelſa, contẽdit.

Qui autem inordinatè virtutes comprehendere nititur, citò periclitatur. Hæc eſt cauſſa in rerum natura, vt quæcunq. velociter ad profectum tendunt, ſine dubio celeriter finiantur: ſicut herbæ, quæ tantò feſtiniùs pereunt, quantò celeriùs creſcunt. At verò contra, arbores alta radice fundatæ, ideo perdurãt diutius, quia gradatim ad profectum perueniunt.

Nihil prodeſt, admixto malo, agere aliquod bonum; ſed prius eſt cohibendum à malo, deinde exercendum bonum. Hoc enim indicat Propheta, cùm dicit: Quieſcite agere peruerſè, diſcite bene facere.

Prius vitia extirpanda ſunt in homine, deinde inſerendæ virtutes. Nam cohærere & coniũgi non poteſt veritas cum mendacio: pudor cum petulantia, fides cum perfidia, caſtitas cum luxuria.

Quædam ſunt ſummæ virtutes, quędam vero mediæ. Fides, Spes, & Charitas ſummę D
virtutes ſunt. Nam à quibus habentur, vtiq. veraciter habentur. Aliæ vero virtutes mediæ ſunt, quia & ad vtilitatem, & ad perniciem poſſunt haberi: ſi de his arroganter quiſq. tumuerit: vtpote doctrina, ieiunium, caſtitas, ſcientia, ſiue temporales diuitiæ, de quibus ſcilicet & bene operari poſſumus, & malè.

Quiſquis ex deteriore iã melior eſſe cœpit, caueat de acceptis extolli virtutibus, ne grauiùs per virtutes corruat, quàm prius ex lapſu vitiorum iacebat.

Quem Deus iuſtificat, ne iterum ſe de virtutibus erigat, quædam illi virtutum dona tribuit, quædam retrahit: vt dum mens de hoc quod habet erigitur, iterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

de hoc quod nequaquam habere cognoſci tur,humilietur.

Quiſquis dono cæleſtis gratię inſpiratus ad virtutes erigitur,ſi fortè moderâtis Dei manu aliqua aduerſitate reprimitur,ne de acceptis virtutibus attollatur, frangi non debet: quia & hoc ipſum quòd plagis humiliatur, æquanimiter ferre proculdubio virtutis eſt magnæ.

[a] *De incremento virtutum Greg. lib. Moral. 22. cap. 14.*

De pugna virtutum aduerſus vitia. Cap. XXXVII.

TVnc ſe viri ſancti veraciùs à vitiorũ colluuione detergunt, dum ab eis contra B ſingula vitia virtutes ſingulæ opponuntur. Interdum vitia cum virtutibus ad vtilitatẽ confligunt,vt ipſo certamine vel mẽs exerceatur, vel ab elatione conuerſus animus reſtringatur.

Aduerſus impetus vitiorum contrarijs virtutibus eſt pugnandum. Contra luxuriam enim cordis eſt adhibenda munditia: contra odium dilectio præparanda: contra iracundiam patientia proponẽda eſt. Porrò contra timorem fiduciæ adhibenda eſt vir C tus,contra torporem zeli prælium: triſtitiæ quoq. gaudium, accidiæ fortitudo,auaritiæ largitas,ſuperbiæ humilitas opponenda eſt.Sicq. ſingulæ virtutes naſcentia contra ſe vitia reprimunt,ac tentationũ motus virtute diuinæ charitatis extingunt.

Libidinẽ abſtinentia domat.Nam quantum corpus inedia frangitur,tantùm mens ab illicito appetitu reuocatur.

Aduerſus iram tolerantia dimicat:ira autem ſemetipſam necat: ſuſtinendo autem patientia victoriam portat.

Triſtitiæ mœrorem ſpes æterni gaudij ſuperat: & quem turbata mens de exterio- D ribus afficit, dulcedo interioris tranquillitatis lenit.

Aduerſus inuidiam præparetur charitas: & aduerſus iræ incendia mãſuetudinis adbeatur tranquillitas.

Superbiam autem Diaboli imitantur ſuperbi:aduerſus quam opponitur humilitas Chriſti,qua humiliantur elati.

[a] Principalium ſeptem vitiorum regina & mater ſuperbia eſt,eademq. ſeptem principalia multa deſe parturiunt vitia, quæ ita A ſibimet quadam cognatione iunguntur,vt ex altero alterum oriatur.

Sicut Princeps ſeptem vitiorum ſuperbia nos eorum poteſtatibus ſubdit: ita Chriſtus ſeptiformi gratia plenus à dominatu vitiorum nos eruit: & quos illa addicit ſeptemplici vitio,iſte liberat ſeptiformis gratiæ dono.

[a] *Ex Gregor. lib. Moral. 31. cap. 17.*

De Superbia. Cap. XXXVIII.

OMni [a] vitio deteriorem eſſe ſuperbiam, ſeu propter quod à ſummis perſonis & primis aſſumitur:ſeu quòd de opere iuſtitię & virtutis exoritur,minuſq. culpa eius ſentitur. Luxuria verò carnis ideo notabilis omnibus eſt, quoniam ſtatim per ſe turpis eſt. Et tamen, penſante Deo, ſuperbiâ minor eſt.Sed qui detinetur ſuperbiâ, & non ſentit labitur in carnis luxuria: vt per hanc humiliatus,& à confuſione ſurgat, & à ſuperbia.

Omnis peccans ſuperbus eſt,eo quòd faciendo vetita contemptui habeat diuina præcepta.Rectè ergo initium omnis peccati ſuperbia:quia niſi præceſſerit mandatorũ C Dei inobedientia, tranſgreſſionis nõ ſequitur culpa.

[b] Omnis ſuperbia tantò in imo iacet,quãtò in altum ſe erigit:tãtoq. profundius labitur,quãtò excelſius eleuatur. Qui enim per propriam ſuperbiam attollitur, per Dei iuſtitiam inclinatur.

Qui inflantur ſuperbia, vento paſcũtur. Vnde & Propheta: Omnes, inquit, paſtores tuos paſcit ventus, [c] hoc eſt ſuperbiæ ſpiritus.

Qui de ſuis virtutibus ſuperbiunt, ex ipſis iudicandi ſunt operibus,quibus pro virtutibus vtuntur:quia rem bonam, non bona voluntate faciunt. Nam reuerà ſine humilitate virtus quęlibet,& ſine charitate in vitio deputatur.

Merito ſuperbiæ Diabolus à ſuperna beatitudine corruit. Qui ergo de virtutibus attolluntur, Diabolum imitantur: & exinde grauiùs corruunt, quia de excelſo labuntur.

Superbia ſicut origo eſt omnium criminum, ita ruina cũctarum virtutum.Ipſa eſt enim in peccato prima,ipſa in conflictu poſtrema.Hæc enim aut in exordio mentem per

per peccatum proſternit, aut nouiſsimè de virtutibus deijcit. Inde & omnium peccatorum eſt maxima, quia tam per virtutes, quàm per vitia humanam mentem exterminat.

Ibi cadere ſuperbiam,vbi & naſci:vt nõ ſit ſuperbis aliud culpa,aliud pœna:ſed ipſa culpa ſit illis & pœna.

De ſuperbia naſci arrogantiã, nõ de arrogantia naſci ſuperbiã.Nã niſi præceſſerit occulta elatio mentis, non ſequitur aperta iactantia laudis. Ita ergò in culpa præponitur ſuperbia arrogantiæ, ſicut præfertur origine.

Plerumq. ad elationis emendationem B prouidentia Dei aliquo caſu nonnulli cadunt, pro quo lapſu reprehenſi à ſemetipſis humiliter ſapiunt, & de muneribus Dei laudari non appetunt:ſed laudant Deum,à quo acceperunt,vnde laudari ſe volunt.

Vtilius eſt arroganti in quocumq. vitio labi,& humilẽ poſt caſum Deo fieri: quàm per elationem ſuperbire, grauioremque ruinæ damnationem per ſuperbiam ſumere.

[a] *De ſuperbia eleganter diſſerit Iohannes Caſsianus Eremita. libr. 12. c. 1. his verbis*: octauum, quod & extremum, aduerſus ſpiritum ſuperbiæ nobis certamẽ eſt. Qui morbus licet vltimus ſit in conflictu vitiorum,atq. in ordine ponatur extremus, origine tamen & tempore primus eſt; ſæuiſsima & ſuperioribus cunctis immanior beſtia, perfectos maximè tentans,& propemodum iam poſitos in conſummatione virtutum morſu dirtore depaſcens.

[b] *Ex Gregor. lib. Moral. 32. c. 7.*

[c] *Gloſſa ordinaria*: paſcet ventus,id eſt, inanis fiducia. *Quod in excuſis ad marginem eſt*: ſuperbus ſpiritus.*id vero m. ſſ. noſtri cc. non agnoſcunt.*

De fornicatione. Cap. XXXIX.

EX [a] culpa ſuperbiæ plerumq. in abomi- D nãdam carnis immunditiam itur. Nam alterum pendet ex altero: ſed ſicut per ſuperbiam mentis itur in proſtitutionem libidinis: ita per humilitatem mentis ſalua fit caſtitas carnis. Deus autem nonnunquam deijcit occultam mentis ſuperbiam per carnis manifeſtam ruinam.

[b] Libidinis naſci immunditiam de animi occulta conſtat ſuperbia, exemplo primi hominis,qui mox, vt per ſuperbiam contra Deum tumuit,ſtatim carnis libidinem ſenſit,& pudenda operuit. Quapropter vnuſquiſq. ſuæ deputet culpæ,quod cecidit,quotiens libidine vincitur: quia niſi præceſſiſſet latens ſuperbia', non ſequeretur libidinis manifeſta ruina.

[c] Nonnunquam gemino vitio Chriſtianus à Diabolo appetitur,& occulto per elationem,& publico per libidinem. Sed dum euitat quis libidinem, caditin elationem. Item dum incautè declinat elationẽ, cadit ſegniter in libidinem:ſicq. ex occulto vitio elationis itur in apertum libidinis, & de aperto libidinis itur in occultum elationis. Sed Dei ſeruus diſcretè vtrumq. penſans,ſic cauet libidinem,vt nõ incurrat elationem: & ſic premit elationẽ, vt non reſoluat animum ad libidinem.

Luxurioſis atque ſuperbis dæmones plus fautores exiſtunt, dumque in cæteris vitijs ſpiritus maligni deſeruiant, his tamen maiori familiaritate iungũtur, eiſque amplius iuxta deſiderium famulantur.

[d] Principaliter his duobus vitijs Diabolus humano generi dominatur, id eſt,ſuperbia mentis,& luxuria carnis.Vnde & Dominus in Iob loquitur de Diabolo dicens:ſub vmbra dormit in ſecreto calami in locis humentibus.Per calamum enim inanis ſuperbia,per loca verò humecta carnis demõſtratur luxuria. Per hæc enim duo vitia Diabolus humanum poſsidet genus: vel dũ mentem in ſuperbiam erigit, vel dum per luxuriam carnem corrumpit.

Multi luxuriæ ſubditi ſunt,& cõtumaci ſuperbia de ipſo luxuriæ opere gloriantur: & inde magis elati ſunt,vnde humiliari debuerant.

[e] Ad comparationem mali fit deterius, quando non ſolùm flagitia committuntur, ſed etiam de ipſis flagitijs vanitate laudis perditi extolluntur, ſicut ſcriptum eſt:laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ. Quid enim peius, quàm in flagitijs miſeros gaudere de quibus iam debent copioſiùs plorare?

Libido tunc magis quæritur, dum videtur. Nam ſicut quidam ſapiens ait: Prima fornicationis oculorum tela ſunt, ſecunda verborum. Sed qui non capitur oculis, poteſt verbis reſiſtere. Sufficit natura, vbi adhuc liber affectus eſt.

Qui delectationem libidinoſæ refrenat ſuggeſtionis,non tranſit ad conſenſum libidinis. Citò enim reſiſtit operi, qui titillanti ſe non accommodat delectationi.

Durius impugnatur,qui vſq. ad conſenſionem, & ſi non vſque ad perpetrationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem tentatur,quàm is, qui sola suggestione pro conditione carnis tentamentis sollicitatur.

[f] Stimuli carnis,qui in Paulo, excitante Satanæ Angelo, inerant, ex lege peccati erant,qui in membris hominum de necessitate libidinis habitant. Quam reluctantẽ, dum in se expugnat,perficitur, & de infirmitate libidinosæ titillationis virtutem suscipit glorioſi certaminis.

Seruis Dei multa certamina de sua carne mouentur: nam quamuis in amore Dei eorũ sit inconcussa intentio,mens tamẽ in carne,quam exterius gestat,interna prœlia tolerat. Deus autem,qui hæc ad probationem permittit,gratia protegente,suos non deserit.

Ideo nonnunquam electi lapsu carnali corruunt,vt à vitio superbiæ, qua de virtutibus tument,sanentur. Et qui de virtutum affectibus existunt superbi, vt cadant: carnis vitio humilientur,vt surgant.

Antequam perficiatur adulteriũ in opere,iam adulterium extat in cogitatione. Ex corde enim primùm fornicationes sunt auferendæ, & non prorumpent in opere. Hinc est quod per Prophetã dicitur: [g] Accingite lumbos vestros,super vbera vestra: hoc est in corde libidines resecate, quæ ad lumbos pertinẽt. Nam cor super vbera est, non in lumbis.

Libidinis immoderata licentia nescit habere modum.Nam dum se vitiosus animus in explenda fornicatione, carne luxuriante, laxauerit: nihilominus ad alia nefanda scelera suadentibus dæmonibus transit: dũque immoderatè metas pudoris excesserit: crimen criminibus adijcit, paullatimq. ad deteriora procedit.

Non ita suauis est amantiũ,immo amentium,inexperta carnis libido,sicut experta: nec ita delectat fornicatio, dum primùm committitur:nam repetita maiorem delectationem ingerit. Iam verò si in vsum venerit,tantò perditis dulcior fit, vt superare difficile sit. Vnde & sæpe ex consuetudine delinquendi, quasi captiui ad peccandum cum quadam violentia trahimur: sensusq. nostros contra rectam voluntatem in nobis rebellare sentimus.

Si plus oblectat mentem delectatio fornicationis, quàm amor castitatis: adhuc in homine peccatum regnat.Certè si amplius delectat pulchritudo intimæ castitatis, iam non regnat peccatum, sed regnat iustitia. Nam non solùm de commissa fornicatione peccatum regnat in homine: sed si adhuc delectatur, atque animum teneat, proculdubio regnat.

Fornicatio carnis,adulterium est: fornicatio animæ,seruitus idolorum est. Est autẽ & spiritualis fornicatio, secũdum quod Dominus ait:Qui viderit mulierem ad cõcupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

[h] Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quamuis quisq. diuersa turpitudinis voluptate prostituatur.Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, & homo à Deo separatur.

Inter cætera septem vitia fornicatio maximi est sceleris: quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membra Christi,facit membra meretricis.

Magis per carnis luxuriam humanum genus subditur Diabolo, quàm per cætera vitia.Cùm enim ille varijs tentamentis illectos homines conetur peruertere, magis tamẽ mœchandi desiderium suggerit,quia vtrunq. sexum in hoc vitio amplius ægrotare intendit.

Dæmones scientes pulchritudinem esse animę castitatem,& per hanc hominẽ Angelicis meritis,è quibus illi lapsi sunt, coæquari, liuore percũlsi inuidiæ inijciunt per sensus corporis opus desideriumq. libidinis: quatenus à cælestibus deorsum deiectam animam pertrahãt, secumq. quos vicerint, gloriantes ad tartara ducant.

Quando impulsu dæmonum mens ad delectationem fornicationis impellitur,diuini iudicij metus,& æterni tormenta incẽdij ante oculos proponãtur: quia nimirum omnis pœna grauioris supplicij formidine superatur.Sicut enim clauus clauum expellit:ita sæpe recordatio ardoris gehennę ardorem remouet luxuriæ.

Quidam in iuuentute luxuriosè viuentes,in senectute continentes fieri delectantur:& tunc eligunt seruire castitati, quãdo eos libido seruos habere contemnit.

Nequaquam in senectute continentes vocandi sunt,qui in iuuentute luxuriosè vixerunt. Tales non habent præmium, quia laboris certamẽ non habuerunt. Eos enim expectat gloria,in quibus fuerint laboriosa certamina.

[a] Ex Gregor. lib. Mora. 26. cap. 13.
[b] Gregor. ibidem.
[c] Gregor. loco citato.
[d] Ex Gregor. lib 33. Mora. cap. 3.
[e] Gregor. lib. 4 Moral. cap. 25.
[f] Paulus 2. ad Corint. 12. Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, vt me colaphizet. *De hoc stimulo Pauli variæ sunt Sanctorum sententiæ. Gregor. lib. 33. Moral. cap. 11.* Paulum, *inquit*, post tot reuelationum sublimia, stimulus, carnis agitabat. Et *infra*: tentatio illa non voragó vitiorum, sed custodia meritorum fuit.
[g] Locus Isaiæ cap. 32. *sic in editione vulgata est*, accingite lumbos vestros, super vbera plangite. *Septuaginta.* περιζώσασθε σάκκους ὀσφύας ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τ μαζῶν κόπτεσθε. Id est, accingimini saccis lũbos vestros, & super vbera plangite, *quem locum, vt instituto suo accõmodaret, decurtauit.*
[h] Augustin. lib. 1. de Serm. Domini in monte, cap. 11.

De continentia. Cap. XL.

A Deo datur cõtinẽtia: sed petite, inquit, & accipietis. Tunc autem tribuitur,quãdo Deus gemitu interno pulsatur.

Prælatam virginitatem esse nuptijs. [a] Illud enim bonum, hoc optimum. Coniugium cõcessum est, virginitas admonita tãtum, [b] non iussa. Sed ideo tantùm admonita,quia nimis excelsa.

Geminum est bonum virginitas, quia & in hoc mũdo sollicitudinem seculi amittit, & in futuro æternum castitatis præmium percipit.

[c] Virgines feliciores sunt in vita æterna, Isaia testante: Hæc dicit Dominus Eunuchis. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum: & nomẽ melius à filijs & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Nec dubium, quòd qui casti perseuerant & virgines, Angelis Dei effi-ciuntur æquales.

Amãda est [d] pulchritudo castitatis,cuius degustata delectatio dulcior inuenitur,quã carnis. Castitas enim fructus suauitatis est, & pulchritudo inuiolata sanctorum. Castitas securitas mentis,sanitas corporis: vnde & aliquos gẽtilium gymnicos(legimus)pertuam Veneris abstinentiam exercuisse, ne virtutem libidine frangerent. Luxuriosa namq. vita carnẽ citò debilitat,fractamque celeriter ducit ad senectutem.

Omne peccatũ per pœnitentiam recipit vulneris sanitatem:virginitas autem,si labitur,nullatenus reparatur. Nam quãuis pœnitendo veniæ fructum percipiat, incorruptionem tamen nullatenus recipit pristinã.

[c] Virgo carne,non mente,nullũ prẽmium habet in repromissione. Vnde & insipientibus virginibus Saluator in iudicio veniens, dicit. Amẽ dico vobis,nescio vos. Vbi enim iudicans mentẽ corruptam inuenerit, carnis proculdubio incorruptionem dãnabit.

Nihil prodest incorruptio carnis, vbi non est integritas mentis. Nihilque valet mundum esse corpore eum,qui pollutus est mente.

Multi sunt reproborum,qui carnalis corruptelæ cõtagium nesciunt: qui sicut infœcundi sunt corpore,ita steriles manent mẽte, operisq. boni fœcunditate: qui rectè de virginitate gauderent, si alijs prauis operibus non inseruirent.

Quisque continentiam profitetur, & ab alijs terrenis desiderijs nõ subtrahitur, quãuis hunc luxuria carnis non polluat, diuersa tamen mundanæ conuersationis operatio maculat.

[f] Virgines de suis meritis gloriãtes hypocritis comparantur, qui gloriam boni operis foris appetunt,quam intra conscientiam humiles habere debuerunt. Tales igitur ad promissa cælestia non peruenient:quia ipsi sibi virginitatis prærnium per elationis vitium auferunt.Hoc est enim in Euangelio non habere virgines in vasis oleum, id est, non seruare intra conscientiam boni operis testimonium:sed in facie gloriari apud homines,non in corde apud Deum.

[g] Ruina adulterij excipitur destinâ matrimonij:meliusq. est vxorem ducere,quàm per libidinis ardorem perire.

Quosdam coniugale decus, non pro gignendis filijs delectat,sed hoc pro turbulẽta carnis,& libidinosa consuetudine appetũt: ficq bono malè vtuntur.

[h] Vitia per se mala sunt, coniugia verò & potestates per se quidem bona sunt:per ea verò quæ circa ea sunt, mala existunt. Coniugia enim per id mala sunt, per quod dicit Apostolus:Qui autem cum vxore est, cogitat, quæ mundi sunt. Et propter fornicationem vnusquisque suam vxorem habeat. Sic & potestates per elationem, per oppressionem,per iustitię quoque præuaricationem malæ existunt. Nocent enim diuitiæ,nocent & potestates,sed per id quod eis iuxta ponitur, non per se: exemplo itineris recti, iuxta quod spinæ nascuntur, quæ surgentes à latere nocent eis, qui recto itinere gradiuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] *Paulus 1. ad Corinth. c. 7.* Igitur qui matrimonio A iungit virginem suam: bene facit, & qui non iungit melius facit. *Ambros. lib. 1. de viduis.*

[b] *Ibidem Paulus*, vnusquisque proprium donũ habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic. *Matth. 19. de Eunuchis propter regnum cælorũ castratis dixit:* qui potest capere, capiat.

[c] *Gregor. lib. pastor. curæ admonit. 29. part. 3. Locus Isai. c. 36.*

[d] *Triplex est castitas, coniugalis, vidualis, & virginalis. Ambros. lib. 1. de viduis. Idem epistola ad Syagrium, castitatem in sacerdotibus in primis esse cebere affirmat, libr. de Patriarch.*

[e] *Gregor lib. 6. exposit. in 1. Reg.*

[f] *Greg lib Moral. 23. c. 4. & lib. 9. Epistolarũ Epistola ad Theotistam.*

[g] *Expressit Augustí sententiã, lib. 2. c. 12. de adulterinis cõ-* B *iugijs ad Pollentium.* Cùm itaque dicebat, volo iunio res nubere, hoc, inquam, monebat propter ruinam incontinentiæ fulciẽdam. *Et ad Iulianum lib. 5. c. vlt.* Non dicimus turpia esse coniugia, quãdoquidem ne incontinentia in damnabile cadat flagitium, fulcienda est honestate nuptiarum. *Et lib. 1. de nup. & concupis. ad Valerium c. 16.* Ac sic infirmitas (*ait*) incontinentiæ, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipiatur honestate nuptiarum. *Verùm obscura verbi* destina, *quo vsus est Isidorus significatio (ita enim exstat in m. s. exemplaribus, Gotthicis præsertim, quorum vt vetustatẽ colo, sic scripturam & fidem lubens sequor) posteriorum temporum ex scriptores vim nominis:* destina, *non satis percipientes in errorẽ induxit, effecitq. vt pro* destina *alij* causſam, *alij* doctrinã matrimonij, *alij* cõtẽptũ, *alij alia perperã subsitituerint. Est autẽ destina, fulcrum quod parieti ruinoso, ne cadat, supponitur: quo vsus est Corippus Poẽta Afer de laudibus Iustini Iunioris--*

Et Thomas Libycæ nutantis destina terræ.

Arnob. lib. 2. Quando (*ait*) siderum motus aut ratio cœpta est genethliaca sciri? non post Atlantem (vt quidam ferunt) gestatorem, baiulum, tibicinẽ illum ac destinam cæli? *Cæli destinam vocat Atlantem, quòd eo, velut firmo præsidio, impendens cæli ruina (vt singebat antiquitas) sustineretur. quo sensu Braulio Cæsaraugustanus Episcopus in vita D. Isidori scribit,* quẽ (*scilicet Isidorum*) Deus post tot defectus Hispaniæ nouissimis temporibus susciatns, credo ad restauranda antiquorum monumenta, ne vsquequaq. rusticitate veterascerемus, quasi quãdam destinam apposuit. *Sic enim restituenda littera ex v. c. m. s. cùm ante non rectè legeretur:* quasi quandam lucem apposuit destinari. *Ab hoc nomine destina, destinari verbum quod firmare & fulcire significat, fluxit. Vitruuius de portubus & structuris in aqua faciendis, lib. 5. c. 12.* Portetur (*inquit*) puluis à regionibus quæ sunt à Cumis cõtinuatæ ad promontorium Mineruæ, isq. misceatur, vti in mortario duo ad vnũ respondeãt. Deinde tunc in eo loco, qui definitus erit, arcæ stipitibus robustis & catenis inclusæ in aquam dimittendæ destinandæq. sunt. *Hoc est destinis fulciendæ & firmandæ. Nam statim subiungit.* Sin autem propter fluctus aut impetus aperti pelagi destinatæ arcæ non potuerint contineri, tunc ab ipsa terra siue crepidine puluis quàm firmissimè struatur. *Philander in c. m. s. legi scribit:* destinæ arcas non potuerint continere, *quod eo in loco ad Vitruuij mentem videtur propiùs accedere. Sicut & in altero, qui sequitur.* In quibus autẽ locis puluis non nascitur ijs rationibus erit faciendum, vti arcæ duplices relatis tabulis & catenis colligatę in eo loco, qui finitus erit, constituantur, & inter destinatas creta meronibus ex vlua palustri factis calcetur. *In m. s.* inter destinas legi ait Philander, quod magis probatur. *Pro destina in alio c. m. s. legitur:* destinatione matrimonij, *relatione facta antiquæ formulæ, qua vxores dicebantur destinari. Vlpian. in l. tutor. ff. de ritu nup.* Tutor vel curator adultam vxorem ducere non potest, nisi à patre desponsa destinatáue testamento, nominata conditione nuptias sequuta fuerit. *Et in l.* Qui pupillam. *ff. ad Legem Iul. de* B *adulteriis.* Nisi à patre deponsa, destinatáue, testamentòue nominata, conditionem nuptiarum sequuta fuerit, *quod frequenter vsurpat in l vltim. §. vltim. ff. de diuortijs. & in l. 7. §. 1. ff. de iure dot. vt diligẽs obseruauit Iacob. Cuiacius lib. 16. obseruat. 33.*

De Cupiditate. CAP. XLI.

NOn posse quempiã spiritalia bella suscipere, nisi prius carnis edomuerit cupiditates.

[a] Non potest ad contemplandum Deũ mens esse libera, quæ desiderijs huius mundi, & cupiditatibus inhiat. Neque enim alta conspicere poterit oculus, quem puluis claudit.

Omni peccato peior est auaritia, & amor pecuniarum. Vnde & per Salomonem dicitur: Nihil est sceleſtius, quàm amare pecuniam: hic enim animam suam venalem fecit, quoniam in vita sua proiecit intima sua.

Cupiditas omnium criminum mater est. Vnde & Apostolus ait: Radix omnium malorum cupiditas est: quam quidam appetentes errauerunt à fide. Si ergo succiditur radix criminum, non pullulant cæteræ suboles peccatorum.

Multi causſa cupiditatis terrenæ, etiam ipsam fidẽ renuntiauerunt. Cupiditas enim D Christum vendidit. Nam & pleriſq. tantũ in rebus alienis est desiderium, vt etiam homicidium perpetrare non vereantur: sicut Achab, qui appetitum cupiditatis suæ sanguinis expleuit effusione.

Sæpe iniqui mala, quæ concupiſcunt, assequuntur; quatenus de affectu mali desiderij fortius puniantur. Electos autem suos Deus non dimittit ire in desideriorum malorum perfectionem, sed in dolorem meritem conuertit eorum, pro eo quòd in seculo nequiter appetunt: vt hac experientia resipiſcant reuerti ad Deum, quod his mẽ-

recesserunt. Deum ergo sibi propitium no- A uerit aduersari, qui quod temporaliter concupiſcit, non permittitur adimplere. Secreto autem Dei iudicio fieri creditur, vt diuiùs pereant hi, quorum cupiditatem effectus statim sequitur actionis.

[c] Nunquam satiari nouit cupiditas. Semper enim auarus eget: quantoq. magis acquirit, tanto amplius quærit: nec solùm desiderio augendi excruciatur, sed etiã amittendi metu afficitur.

Inopes nascimur in hac vita, inopes recessuri sumus à vita. Si bona mundi hujus peritura credimus, cur peritura tanto amore cupimus? B

[d] Pleriq. potentes tãta cupiditatis rabie inflammantur, vt de confinijs suis pauperes excludant, nec habitare permittant. Quibus rectè per Prophetam dicitur: Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſq. ad terminum loci. Nũquid soli vos habitabitis in medio terræ? Tales quippe homines infernum, ideſt, diabolum rapere ad perditionem idem Propheta sequenter annuntiat, dicens, Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absq́ue vllo termino, & descendent fortes eius & sublimes, gloriosiq. eius ad eum. Nec mirum quòd morientes C inferni ignibus deputentur, qui viuentes flammã cupiditatis suę minimè extinxerũt.

Qui desiderio cupiditatis exæstuant, flatu Diabolicæ inspirationis vruntur. Accendit enim mentẽ Heuæ superbia, vt de ligno vetito manducaret. Accendit Caim mentem inuidia, vt fratrem occideret. Accendit Salomonem luxuriæ facibus, vt per amorẽ libidinis idola adoraret. Accendit Achab cupiditate, vt homicidium auaritiæ annecteret. His ergò inspirationibus Diabolus corda hominum occultis deprauat cupiditatibus.

[a] *Greg. lib. 1. Reg. 1.*
[b] *Eccles. 1. & Greg. lib. 20. Moral. c. 12.*
[c] *Greg. lib. Moral. 15. c. 12. Sunt verba Horatij lib. 1. epistolarum epistola 2.*
[d] *Greg. 3 part. Pastor. curæ admonit. 21. Isai. c. 5.*

De Gula. CAP. XLII.

PRima concupiſcentiæ suggestio panis est, cui si minimè ceditur, diuersa edacitatis desideria comprimuntur. Vnde & Daniel, Panem, inquit, desiderij non comedi: hoc est eius concupiſcentiam non impleui.

[a] Prima est luxuriæ materies saturitas panis. Vnde & Propheta Sodomã de panis satietate accusat, dicens: Hæc fuit iniquitas Sodomorũ, superbia, saturitas panis, & abũdantia. Panem quippe Sodomitæ immoderatè sumentes, in turpitudinem defluxere flagitiorum, atq. inde meruerunt, comitante superbia, cælestibus aduri incẽdijs, ex quo modum non tenuerunt edacitatis.

[b] Vtile est cauere gulam, ciborumq. concupiſcentiam. Quid enim tam noxiũ, quàm vt animus seruiat ventri & escæ, quæ sunt destruenda, testante Apostolo, ac dicente: Deus autem & hunc, & hanc destruet.

Proxima est ventri libido: sicut loco, ita vitio. Vbi enim ventris cura, ibi & eorum, quæ circa ventrem sunt proxima. In ordine namq. membrorũm genitalia ventri iunguntur: Dumq. vnum ex his immoderatè reficitur, aliud ad luxuriam excitatur.

[c] Non ad luxuriam, vel ad satietatem: sed tantummodo, vt corpus sustentetur, epulis est vtendum. Nam, vt Philosophi disserunt, cibos inuẽtos esse, vt contineant, animam, non vt corrumpant.

Qui nimiùm cibis vtuntur: quanto magis ventrẽ pascunt, tanto amplius sensum mentis obtundunt. [d] Nam Græci dixerunt, ex crasso vẽtre subtilem sensum gigni non posse. Nam gulæ saturitas nimia aciẽ mentis obtũdit, ingeniumq. [e] euanescere facit.

[f] Libidinis ignes ciborum fomentis increscunt: corpus autem quod abstinẽtia frangit, tentatio non exurit. Vnde & tres pueros abstinentes, flamma Babylonij incẽdij etsi tetigit, non combussit: quia nimirum & si desideriorum carnalium ignis abstinẽtium mentes inflammat, vsq. ad cõsensum tamen cõcupiſcentiæ, vel operis nõ exurit.

[g] Cui abundantia est epularũ, ardẽtis diuitis intendat suppliciũ, cuius tãta in inferno inter ignes erat inopia, quanta hic epularũ fuerat copia. In hoc enim seculo esurire, & sitire noluit, propterea illic inter flammas sitiens, stillam aquæ quæsiuit, nec meruit.

Considerandum, quàm vehementer arguatur comessatio & sumptuosa conuiuia. Nam per Prophetam comminatur Dominus, se non hanc relaxare iniquitatem his qui eam libenter ambiunt. Dicit enim per Isaiam: Ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes: comedere carnes, & bibere vinum. Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

h Sicut omnes carnales cupiditates abstinentia resecantur: ita omnes animæ virtutes edacitatis vitio destruuntur. Inde est quod & princeps coquorum muros Ierusalem subuertit: quia & venter, cui seruitur à coquis, virtutes animæ destruit. Neq. enim posse quempiã virtutũ perfectionẽ attingere, nisi prius ventris edomuerit ingluuiẽ.

Nemo potest dominari cæteris vitijs, nisi prius ingluuiem ventris restrinxerit. Nec quisquam facilè poterit à semetipso spiritus immundos expellere nisi per abstinentiam gulæ. Tunc enim hostes, qui extra nos sunt, à nobis fortiùs superantur, quando priùs, quæ intra nos sunt vitia extinguũtur. Nam frustra foris agit bellum, qui intus habet periculum.

i Non qualitatem ciborum, sed eorum cupiditatem cauendam. Nam sæpè accuratiùs præparata sine gulæ concupiscentia degustantur: & sæpe abiecta, & vilia edẽdi cupiditate sumuntur. Sicq. fit, vt non sit in culpa ciborum qualitas, sed illud reputetur in vitium, quod cum desiderio degustatur.

k Quattuor sunt genera distinctionum in gulæ appetitu, idest: quid, quando, quãtum, & quomodo appetatur. Quid, ad rẽ ipsam pertinet, quæ appetitur. Quando, si ante legitimum tempus quid appetatur. Quantum verò, ad immoderationem refertur. Quomodo ad impatientiam festinationis ascribitur.

l Nullus homini tam importunus exactor est, quàm venter: qui quotidianam refectionem, quotidiana famis exactione adimplet. Cum cæteris enim vitijs, & si interdum nascimur, interdum tamen cum eis non morimur: cum isto autem & nascimur, cũ isto & morimur.

m Plerumq. voluptas vescendi ita sub obtẽtu necessitatis subrepit, vt dum putatur seruiri necessitati, voluptatis desiderio seruiatur: nec facilè discernitur, vtrum quod accipitur gulæ, an indigentiæ deputetur.

a Ex Greg. lib. Moral. 30. c. 13.
b Greg. 3. part. Pastor cura admonit. 20.
c Leo Papa serm. 3. de ieiunio.
d Hinc illud Catonis Maioris apud Ciceronem in libello de senectute. Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. Aliqui, vt rectè confirmat Theognis, πολλῷ τοι πλείονας λιμὸς κόρος ὤλεσεν ἤδη· Ἀνδρας ὅσοι μοίρας πλεῖον ἔχειν ἔθελον. Quorum versum hæc ferè sententia est: longe plures nimia cibi potusq. in gurgitatione, quàm fame periisse. Benè itidẽ Theopompus lib. 5. Philipp. τὸ ἐδίειν πολλὰ, καὶ κρέα φαγεῖν τοὺς μὲν λογισμὸς ἐξαιρεῖ, καὶ τὰς ψυχὰς ποιεῖται βραδυτέρας. Multa, inquit, edere & carnibus vesci, rationis vim tollit, animosq. efficit tardiores. Merito itaq. laudantur Platonicæ illæ cœnæ apud Athenæum libr. 10. Et apud Cicer. libr. 5. Tusculan, propterea quòd non tam præsenti, quàm postero die iucundæ essent.
e Hinc illud quod ex Theopompo iam retuli. Porrò locus hic esse videtur ex Hieronymo, epistola ad Nepotianum de vita Clericorũ. is enim hoc pacto: pulchrè dicitur apud Græcos, & nescio an apud nos æquè resonet: pinguis venter non gignit mentem tenuem. Gracus senarius huiusmodi est. παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.
f Gregor. libr. Moral. 30. c. 13.
g Gregor. homil. 40. in Euang.
h Ex Greg. lib. 3. Past. cura, admonit. 20.
i Greg. lib Moral. 30. c. 13.
k Totius sententiæ summa deducta est ex Greg. lib. Moral. 30. c. Verùm is quintum genus addit: sciendum, inquit, præterea est, quia quinque nos modis gulæ vitiũ tentat. & c. Cassianus lib. quinto c. 23. tria tantum genera enumerat. Triplex, ait, natura est gastrimargiæ: vna, quæ canonicam refectionis horam præuenire cõpellit, alia, quæ tantummodo ventris ingluuie, & saturitate quarumlibet gaudet escarum: tertia, quæ accuratioribus epulis, & esculentioribus oblectatur. Vide eundem latius ibidem.
l Pulchrè Seneca in epistolis: venter precepta nõ audit, poscit, appellat. Non est tũ molestus creditor: paruo dimittitur, simodò das illi, quod debes.

De Ebrietate. Cap. XLIII.

Esca a crapulam, potus ebrietatem generat. Ebrietas autem perturbationem gignit mentis, furorem cordis, flammam libidinis.

Ebrietas ita mentem alienat, vt vbi sit, nesciat: Vnde etiam & malum non sentiatur, quod per ebrietatem committitur. Verum est, quòd iuxta Prophetam dicitur: Fornicatio, & ebrietas auferunt cor. Fornicatio enim, c sicut in Salomone, infatuat sapientem. Ebrietas sicut in Lot, sensum rationis captiuat. Vnde & in Prouerbijs: Potentes, inquit, iracundi sunt, vinum non bibant: ne cùm biberint, obliuiscantur sapientiam.

Plerisq. laus est multum bibere vinum, & non inebriari. Audiant hi aduersum se dicentem Prophetam. Væ qui potẽtes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.

Vino multo deditos, & luxuriosè viuentes, Isaias sic arguit dicens: Væ qui consurgitis mane ad ebrietatẽ sectandã, & potãdi vig. ad vesperum, vt vino æstuetis. De talibus & alio loco dicit. d Væ tibi ciuitas, cuius rex puer, & cuius principes mane comedũt. Conuenis est, & cuius principes mane comedũt. Multi

Multi enim à mane vsq. ad solis occubitum ebrietati, & gulæ voluptatibus seruiunt, nec intelligunt cur nati sunt: sed cõsuetudine belluina detenti, luxuriæ tãtùm tota die epulisq. inseruiunt.

Clamat Ioel Propheta his, qui ebrietati deseruiunt, dicens: Expergiscimini ebrij & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. Quo testimonio non ait tantùm: Flete omnes, qui bibitis vinum, vt bibere omnino non liceat: sed adiecit, in dulcedine: quod ad voluptuosam pertinet & prodigam effusionem. Nam quantum satis est necessitati, edocet Timotheum bibere Apostolus, dicẽs: Vino modico vtere.

Non solùm ex vino inebriantur homines, sed etiã ex cæteris potandi generibus, quæ vario modo conficiuntur. Vnde & Nazoræis, qui se sanctificabant Domino, præceptum est, vinum & siceram non bibere. Vtraque enim statum mentis euertunt & ebrios faciũt: luxuriam quoq. carnis vtraq. æqualiter gignunt.

Quidam continentes, sicut panem cum pondere edunt, ita & aquam cum mensura sumunt: asserentes ad castimoniam carnis, etiam aquæ abstinentiam conuenire.

a Sic intelligo illud Augustini lib. confess. 10. c. 31. Ebrietas longè est à me: miserereberis, ne appropinquet seruo tuo. Crapula verò nonnunquam subrepit seruo tuo; miserereberis, vt longè fiat à me. Aristoteles problem. sect. 3. text. 17. Crapulam apertè ex vino esse resolutur. Addit præterea. Est enim crapula feruor quidã, & desmens inflãmatio, quæ plus conflictat, quàm temolentia, quod mentem illa quatit & alienat: crapula autem, mente sibi constante, dolorem admouet.
b Osea 4. Fornicatio & vinum, & ebrietas, auferunt cor.
c In excusis est, sicut ait Salomon. verum malè. Gotth. Fornicatio enim sicut in Salomone infatuat sapientem: Ebrietas sicut in Lot, sensum rationis captiuat: vnde in prouerbijs, &c. Est enim explicatio verborum Oseæ: Fornicatio & ebrietas auferunt cor: Fornicatio nempe, vt in Salomone, ebrietas, vt in Lot. præterea non extat in prouerbijs hæc sententia.
d Eccles. 10. vbi septuaginta hoc modo: οὐαί σοι πόλις, ἧς ὁ βασιλεὺς σὸς νεώτερος, καὶ οἱ ἄρχοντες σὸς ἐν ὥρᾳ πίνουσι. Id est, væ tibi ciuitas, cuius Rex tuus iunior, & Principes tui in hora matutina comedunt. In vulgata editione ita est, Væ tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Quam verborum sententiam etiam Gregorius sequitur lib. 16. Moral. c. 15.

De Abstinentia. Cap. XLIIII.

Hoc est perfectum & rationabile ieiunium, quando noster homo exterior ieiunat, interior orat. Facilius per ieiunium oratio penetrat cælum. Tunc enim homo spiritalis effectus, Angelis coniungitur, Deoq. liberius copulatur.

a Per ieiunium etiam occulta mysteriorum cælestium reuelantur, diuiniq́ue sacramenti arcana panduntur. Sic namque Daniel, Angelo reuelante, mysteriorum sacramenta cognoscere meruit. Hæc enim virtus & Angelorum manifestationes, & eorũ annuntiationes ostendit.

Ieiunia fortia tela sunt aduersus tentamenta dæmoniorũ. Citò enim per abstinẽtiam deuincuntur. Vnde etiam Dñs & Saluator noster eorũ incursus ieiunijs, & orationibus præmonet superare, dicens: Hoc genus nõ eijcitur nisi per orationẽ & ieiunium. Immundi enim spiritus ibi se magis injciunt, vbi plus viderint escam & potum.

Sancti quamdiu in huius seculi vita habitant desiderio supernorum corpus suum aridum portant. Vnde & Psalmus: Sitiuit, inquit, in te anima mea, quàm multipliciter & caro mea. Caro enim tunc Deum sitit, quando per ieiuniũ abstinet & aresc it. Abstinẽtia & viuificat & occidit: viuificat animam, corpus necat.

b Sæpe abstinentia simulatè agitur, ieiuniaq. per hypocrisim exercentur. Quidam enim mira inedia corpus suũ laniãt, exterminantes, sicut ait Euangeliũ, facies suas, vt appareãt hominibus ieiunãtes. Ore namq. pallescũt, corpore atterũtur, cordis alta suspiria ducũt. Ante mortẽ quoq. mortiferis se supplicijs tradũt: tantumque miseri laboris exercitium, nõ pro Dei amore, sed pro sola humanæ laudis admiratione sectantur.

Quidã incredibiliter abstinent, vt hominibus curiosis sancti appareant: sed hoc bonum abstinentiæ talibus non est virtus reputanda, sed vitium: quia bono malè vtũtur.

c Ieiunium & eleemosyna in abscondito esse amãt, vt solus Deus qui inspicit omnia, meritum operum bonorum rependat. Nam qui ea sub populari manifestatione faciunt, nequaquam à Deo iustificantur: quia iuxta sermonem Euangelicum, mercedem suam ab hominibus receperunt.

d Ieiunia cum bonis operibus Deo acceptabilia sunt. Qui autem à cibis abstinẽt, & prauè agunt, dæmones imitantur: quibus esca non est, & nequitia semper est. Ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim bene abstinet à cibis,qui & à malitiæ actibus, & à mundi ieiunat ambitionibus.

[c] Qui execrationis studio,non abstinentiæ voto ab escis carnium se suspendunt,hi potius execrandi sunt: quia Dei creaturam vsibus humanis concessam reijciunt.Nihil enim fidelibus inquinatum, nihilq. esse iudicatur immundum, Paulo attestãte Apostolo:Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mũdum,quia polluta sunt eorum & mens & conscientia.

Spernitur ieiunium, quod in vesperum repletione ciborum reficitur. Neq. enim reputanda est abstinentia, vbi fuerit saturitas ventris subsecuta.

Spernitur ieiunium,quod in vesperum delicijs compensatur, dicẽte Isaia Propheta:Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluptas vestra: voluptas enim deliciæ intelliguntur. Sicut enim repetitio debiti,& lites,& contentio,& percussio: ita & deliciæ improbantur à Propheta in ieiunio.

Tota enim die epulas in cogitatione ruminat, qui ad explẽdam gulam vespere sibi delicias præparat.

Non est corpori adhibenda immoderata abstinentia, ne dum amplius grauatur caro pondere inediæ, nec malum agat postea, nec bene facere incipiat: & quæ addicitur, vt vsu mali careat, simul & boni officium, dum plus premitur, perdat.[g] Sollicita igitur discretione carnis est moderanda materies, scilicet,ne aut integrè extinguatur, aut immoderatè laxetur.

Infirmitate carnis nimia prævalente, ad perfectionẽ pertingere nemo potest.Nam quamuis sanctitatis amorem quisque habeat: exequi tamen non valet operis meritum, cui intentione cordis deseruire conatur.

Corporis debilitas nimia etiam vires animæ frangit, mentis quoq. ingenium facit marcescere: nec valet quidquam boni per imbecillitatem perficere.

Ne quid nimis. Nam quicquid cũ modo & temperamento fit,salutare est:quicquid autem nimis & vltra modum est, perniciosum fit, studiumque suum in contrarium vertit. In omni ergò opere modum & temperamentum oportet habere. Nam omne, quod excedit, periculosum est; sicut aqua, quæ si nimios imbres præbeat, non solum nullum vsum adhibet,sed etiam periculum exhibet.

[a] *Gregor lib.Moral.30.c.9.*
[b] *Gregor.lib.Moral.8.c.26.*
[c] *Greg.lib.3.Moral.c.24.*
[d] *Pius PP.* Nihil prodest homini ieiunare & orare, & alia religionis bona agere nisi mens ab iniquitate renouetur,*de pœnit.*D.3.
[e] *Leo PP.ser.4.de quadrag.*
[f] *Ita quidem Gotth. & alij ms. & excusi libri. At Hieronymus,*volũtas vestra:*& septuaginta, vt idem auctor ait,* voluntates vestræ.
[g] *Cassianus coll.2.de discret.*

DIVI

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
SENTENTIARVM
LIBER TERTIVS.

De flagellis Dei. CAP. I.

DIVINÆ [a] Sapientiæ subtilitas,sicut interius,vt testis,scrutatur conscientias; sic exterius, vt iudex,irrogat pœnas; vt verum sit testimonium [b] Prophetæ: Quia ipse est,& testis,& iudex.[c] Miserere Domine misero Isidoro in digna agenti,& digna patienti,assiduè peccanti,& tua flagella quotidie sustinenti.

[d] Ordinata est miseratio Dei, quæ prius hic hominem per flagella à peccatis emendat,& postea ab æterno supplicio liberat.

[e] Electus enim Dei doloribus huius vitæ atteritur, vt perfectiora vitæ futuræ lucretur.

[f] Nequaquam Deus delinquenti parcit; quoniam peccatorem aut flagello temporali ad purgationẽ ferit, aut iudicio æterno Punitẽdũ relinquit, aut ipse in se homo pœnitendo punit,quod malè admisit:ac proinde est, quod Deus delinquenti non parcit.

Iusto tẽporalia flagella ad æterna proficiũt gaudia: ideoq. & iustus in [g] pœnis gaudere debet, & impius in prosperitatibus timere.

[h] Neq. iusto neq. reprobo Deus misericordiã & iustitiã abstrahit. Nam & bonos hîc per afflictionem iudicat, & illic remunerat per miserationem: & malos hîc remunerat per temporalem elementiam, & illic punit per æternam iustitiam.

In hac enim vita Deus parcit impijs, & tamen non parcit electis: in illa parcet electis,non tamen parcet iniquis.

Periculosa est securitas in hac vita malorũ,& bonorũ dolor tranquillus. Nã iniquus post mortem ducitur cruciandus: iustus verò dormit post laborem securus.

Nõ tãtum de corporalibus passionibus,sed etiã de spiritualibus oportet intelligi:vt quã to quisq. aut in corpore aut in mẽte flagella sustinet,tãto se in fine remunerari speret.

[i] Sæpe occulto Dei iudicio extra flagelli correptionem sunt reprobi in hoc mundo: dumq. multa damnabilia cõmisisse videantur, despecti tamen à Deo nullo emendationis verbere feriuntur.

[k] Plus corripitur flagello qui à Deo diligitur,si peccauerit, dicẽte Amos Propheta: tantummodo vos cognoui ex omnibus nationibus terræ, idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit.

Valde necessarium est, iustũ in hac vita & vitijs tẽtari,& verberari flagello, vt dum vitijs pulsatur,de virtutibus non superbiat. Dum verò aut animi,aut carnis dolore atteritur,à mundi amore reseruatur. Tẽtari autem oportet iustum sed tentatione plagæ, non tentatione luxuriæ.

Duriùs circa suos electos in hac vita Deus agit,vt dum fortioribus flagelli stimulis feriuntur,nulla oblectamenta præsentis vitæ delectent:sed cælestem patriam, vbi certa requies expectatur, indesinẽter desiderent.

Electos vitæ istius aduersitate probari, vt secundum [l] Petrum, iudicium à domo Dei incipiat: dum in hac vita electos suos Deus iudicij flagello castigat.

[a] *Ex Gregor.libr.9.Moral.c.12. Et in comprobationem testimonij Ieremiæ.* Ego sum testis,& iudex,*affert illud Isaiæ 42.* Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar,*voces autẽ vt iudex absunt à Gotth.& alijs.*
[b] *Ierem.29.Apud Ieremiam sic habetur.* Ego sum iudex,& testis.Et *Greg.lib.Moral.c.12.Codex Cœnobij de la Oliua in Regno Nauarræ,legit:* Ego sum testis,& vindex.*Septuaginta,* ἐγὼ εἰμὶ μάρτυς φησὶν κύριος. Et ego testis dicit Dominus.
[c] *In cod. Gotth. Tolet. hæc non habentur. Codex Cœnobij de la Oliua* indigno Isidoro.
[d] *Greg.lib.7.Moral c.8.exponens illud Iob:* Hæc mihi consolatio est,vt affligens me dolore, non parcat. Ideò inquit, hic quibusdam parcit, vt eos in perpetuum feriat:Ideò me hic feriat non parcendo,vt in perpetuum parcat.
[e] *Greg.lib 26.Moral.c.17.* electorum namq. est, hic conteri, vt ad præmia debeant æternæ hæreditatis erudiri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

f *Vide Greg.lib.26.Moral.17.vbi differit cur quædam à Domino hic feriantur,& quædam ferueatur multa.*
g *Gregor.libr.8.Moral. c. 32. de iustis:* gaudent despici,nec dolent se necessitatibus affligi. *Idem Augustin serm.105. de tempore, & Greg.lib.5.Moral.ca.1.*
h *Ex multis locis Gregorij lib.5. Moral. c.1.& .26.c.18.*
i *Greg.26.Moral.c.17.& lib.12.&.15.*
k *Greg.lib.7.epist.epist.32.& lib.18.Moral.c.13. & .lib.18.c.7.& c.12.*
l *Locus est Petri 1.cap.4.* Tempus est,*inquit*, vt incipiat iudicium à domo Dei. *Hunc locum explicat Isidorus supra lib.1.c.30.senten. 2.& Augustin. super psalm.* 93.Tempus est,*inquit*,vt incipiat iudicium à domo Dei,id est tempus est,vt modo iudicentur,qui pertinent ad domum Dei:si flagellantur filij Dei,quid debent sperare serui nequissimi? *Venerabilis Beda in Psalm.9. explicat Petri locum de occulto & iusto iudicio, quod in præsenti ad purgationem exercetur in domo Dei, id est in infidelibus.Gregor.lib.26.Moral.c.17. vt Isidorus locum interpretatur.*

De Gemina percussione Dei. CAP. II.

GEmina est percusio diuina: Vna in bonam partem, [a] qua percutimur carne, vt emẽdemur.Altera,qua vulneramur conscientia ex charitate, vt Deum ardentiùs diligamus.

[b] Gemino more Deus respicit vel adveniam,vel ad vindictam. Adveniã, [c] sicut Petrum. Ad vindictam, [d] sicut dum facta Sodomorum se descensurum & visurum testatur.

[c] Trimoda ratione Deus quos voluerit, percutit: id est [f] ad damnationẽ reprobos; [g] ad purgationẽ,quos errare videt,electos; ad propagandam meritorum gloriam iustos. Primo namque modo [h] Ægyptus cæsa est ad damnationem. Secundo modo pauper Lazarus ad purgationẽ. Tertio modo percussus est Iob ad probationem.

Flagellatur homo plerumq. à Deo ante peccatum,ne malus sit, [k] vt Paulus,qui,Satanæ Angelo instigante, carnis tolerabat stimulos. Flagellatur autem & post peccatum,vt corrigatur,sicut ille in Apostolo,qui traditus est Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus esset.

[l] Non tamen iustè murmurat',etiam qui nescit,cur vapulat. Nã Deus ideò plerũq.iustũ flagellat,ne de iustitia superbiens cadat.

[m] In hac vita Deus tanto magis studet,vt parcat,quãto magisexpectãdo flagellat:sed alios feriendo corrigit, alios verò feriendo interficit.Feriendo namq. corrigit,de quib. dicit: Ego,quos amo, arguo & castigo. Feriendo perimit, quos incorrigibiliter delinquentes aspicit, quosq. non iam sub disciplina,vt filios pater,sed districta damnatione, vt hostes aduersarius, percutit. De quibus dicit:Flagello inimici percussi te castigatione crudeli.Et iterum: Quid clamas ad me super contritione tua?insanabilis est dolor tuus. Vnde vnusquisq,festinet, & timeat,ne simul feriatur vita eius cum culpa.Flagellum namque [n] tunc diluit culpã, cùm mutauerit vitam.Nam cuius mores non mutat,actiones non expiat.

Omnis diuina percusio, aut purgatio vitæ præsentis est, aut initiũ pœnæ sequentis. Nam quibusdam flagella [o] ab hac vita inchoant, & in æterna percusione perdurant. [p] Vnde per Moysen Dominus dicit: Ignis exarsit in ira mea,& ardebit vsque ad inferos deorsum.

[q] A quibusdã dici solet:non iudicat Deus bis idipsum, qui tamen non attendũt illud, quod alibi scriptum est: [r] Iesus populum de terra Ægypti liberans,secundò eos, qui nó crediderũt, perdidit. Quamuis enim vna culpa bis non percutitur, vna tamen percusio intelligitur, quæ hic cepta illic perficitur,vt in his, qui omnino non corrigũtur, præcedentium percusio flagellorum, sequentium sit initium tormentorum. [s] Hinc est,quod in Psalmo scribitur: Operiantur sicut diploide cõfusione sua. Diplois enim, duplex vestimentum est,quo figuraliter induuntur,qui & temporali pœna, & æterna damnantur.Vnde & Ieremias ait: Contritio super contritionem,id est,gemina damnatio,& hic,& in futuro seculo.Et idẽ alibi Duplici contritione contere eos, id est,gemina pœna,præsenti,scilicet & futura.

Quibusdã secreto Dei iudicio hic malè est,illic benè: scilicet, vt dum hic castigati corriguntur, ab æterna damnatione liberentur. Quibusdam verò hic bene est, illic malè: sicut diuiti illi accidit, qui hic potentiæ claritate conspicuus, post mortem gehennæ incendijs traditur cruciandus.Porrò quibusdã, & hic malè,& illic malè est: quia corrigi nolentes, & flagellari in hac vita incipiunt, & in æterna percusione damnantur.

In tanto immergi quosdam desperationis profundo, vt nec per flagella valeant emendari. De quibus rectè per Prophetam Dominus dicit: Frustra percussi filios vestros,disciplinam non receperunt.

[t] Plerunq.

[t] Plerunq. iustus plangit,& nescit vtrum pro omnibus suis peccatis præsentia patiatur flagella,an pro vno tantũ,& nescit,quæ sit culpa illa, pro qua meruit eiusmodi pati supplicia, & pro ipso ambiguo maximè in mœrore versatur.

Quamuis flagella præsentia iustũ à peccatis absoluũt,adhuc tamen sub metu vindictæ turbatur:ne instantes ei plagæ nõ sufficiant ad purganda delicta. Proinde ergò, dum præsentia patitur, & futura pertimescit:quodammodo,sicut ait [v] Propheta,pro suis peccatis duplicia recipit.

a *Sic omnes cc.m ss.*
b *Ambrosius quomodo respiciat Deus superiustos & peccatores,libro super* Beati immaculati,*& li.1.de Apologia Dauid,& lib.5.*
c *Respexit enim illum oculis gratiæ,non corporis,cum ex Matthæo,& Marco constet Christum tũc fuisse in atrio interiore domus, Petrum verò in atrio deorsum foris. Ex Augusti.c.6.*
d *Genes.* 18. Dixit Dominus, descendam,& videbo vtrum clamorem,qui venit ad me,opere compleuerint.
e *Quinque modis flagella contingunt,teste Beda in Matthæum,& Augustino in sermone de gratia, vel iustis,vt per patientiam merita augeantur,vt Iob.vel ad custodiam virtutum,ne superbia tentet:vt Paulo 2.ad Corinth. 12.vel ad corrigenda peccata,vt Maria Lepra Num.12. vel ad gloriã Dei,vt de cæco nato,Iohãn.9.vel ad iudicium pœnæ vt Herodi Act.12. Quæ omnia hic complectitur Isidorus.*
f *Gregor.lib.7.Moral.cap.*10.*exponens illud Ezech.* 11. Tollam à vobis cor lapideũ,& dabo vobis cor carneum.
g *Idem lib.21.c.4.vbi probat,quod iusti,dum temporaliter flagellantur,probantur;reprobi verò,qui in laboribus hominũ modo non sunt,æterno anathemate condemnãtur, & lib.16. c.16.& lib.*11.*c.*21.
h *Hieron.in Nahum.c.7.exponens illud;* Non consurget duplex tribulatio, *vel*, non vindicabit bis Deus in idipsum,*videtur sentire Ægyptios non flagello damnationis,sed purgationis punitos. Sic enim inquit:* Quod si vobis videtur crudelis,rigidus & cruentus, quod in diluuio genus deleuit humanum,super Sodomam & Gomorrham igne pluit, Ægyptios submerserit fluctibus,Israëlitarum cadauera prostrauerit in ere mo:scitote,ideò ad præsens reddidisse supplicia,ne in æternum puniret. *Quem locum Magister sentent.li.4. distinct.*15. *intelligendum censet, non promiscuè de omnibus,sed de illis tantùm, qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt.*
i *De Iob,quod de gente Idumæa duxerit genus,probat Augustin.lib.*18.*de Ciuit.Dei c.*47.*& de tentatione Abrahæ & Tobiæ,& Iob in lib.quæst.veteris & noui testi.li.*2.*q.*99. *de eius tentatione Psal.*100. Accepit,*inquit*,à Deo tentandum, nõ opprimendum,purgandum, nõ euertendum,aut forte nec purgandum,sed probandũ. *Laudes commemorat Greg.lib.28.Moral.c.1.& exponẽs illud.*In omnib. his nõ peccauit Iob labijs suis, nec stultũ quid contra Deum loquutus est, *& li.2.c.19:*
k *2.ad Corinth.12.*Et ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satan, vt me colaphizet: *vbi Græcè:* καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ ἄγγελος σατᾶ, ἵνα με κολαφίζῃ. *Quo in loco,*σκόλοψ,*est stimulus, per carnem, siue in carne. Quis stimulus quomodo hic intelligẽdus sit, nõ bene inter interpretes cõstat. Alij libidinis affectũ & motũ accipiũt, vt Isid. lib.2.sent.c.39.sent.*11. Stimuli carnis,qui in Paulo, excitãte Satanę angelo,inerãt,ex lege peccati erãt, qui in mẽbris hominũ de necessitate libidinis habitãt.*Idem videtur sentire Greg.in hoc loco. Alij, vt refert Hieronymus,commẽt.in epist.ad Galatas corporis aduersam valetudinem,quòd capitis dolore solitus sit frangi & molestari:atq. ita etiam Theophylactus. Thomas Aquinas, quòd fuerit iliaco morbo obnoxius. Ambrosius stimulum appellat infectationem malorum hominum, & afflictionem ab inimicis illatam. In qua sententia est* Theodoretus:probat verò *ex sequentibus,non esse stimulum carnis corporis infirmitatem:* propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persequutionibus,& angustijs pro Christo. *Athanas.q.*139. *Alexãdrum erarium fabrum,& vocat stimulum carnis, vide locum.Ego existimo carnis stimulum intelligi contradictiones & molestias à Iudæis illatas (qui erant cognati eius secundũ carnem)ne Euangelij doctrina incrementum susciperet; de quorum persequutione,sic ait ad Thessal.cap.*2. Vos enim imitatores facti estis fratres, Ecclesiarũ Dei, quæ sunt in Iudæa,in Christo Iesu:quia eadẽ passi estis & vos à cõtribulibus vestris,sicut & ipsi à Iudæis, qui & Dominum occiderunt Iesum & Prophetas, & nos persequuti sunt,& Deo non placẽt,& omnibus hominibus aduersantur prohibentes nos gẽtibus loqui,vt saluæ fiant; vt impleant peccata sua semper, præuenit enim ira Dei super illos vsque in finem.
l *Greg.lib.33.Moral.c.23.*
m Ex *Greg.lib.Moral.18.c.13.*
n *Gregor.lib.18.Moral.c.*12.Flagellum,*inquit*, tunc diluet culpam,cum mutauerit vitam.
o *Aliqui m.ss.habent,* in hac vita inchoant: *melius;* ab hac vita:*sic est apud Gregor. loco supra adducto.* His flagella ab hac vita inchoant, & in æterna percussione perdurant.
p *Deut.*32.*sic habet vulgatæ editio Latina nostra*: Ignis succensus est in furore meo,& ardebit vsq. ad inferni nouissima.*Isid.legit,vt Greg.lib.18.c.22.*vsq. ad inferos deorsum.
q Ex *Gregor.ad verbum lib.*18.*c.*12.
r *Iud.epist.*1. Quoniam Iesus populum de terra Ægypti saluans : secundò eos, qui non crediderũt perdidit. *Explanat hũc locũ Iudæ Greg.li.*10.*Mor.c.*33.
s *Psalm.*108.*locus ad verbum ex Greg.lib.*Mor.9.*c.*33.
t *Ex Greg.lib.*9.*Moral.c.*24.
v *Est apud Isai.c.*40.susceptt de manu Domini duplicia, pro omnibus peccatis suis.*Et Ierem.*17.dupli ci contritione contere eos.

De infirmitate carnis. CAP. III.

SVnt[a] nonnulli huius qualitatis homines, qui nesciant corrigi,nisi alios viderint flagellari:

Universidad de Deusto
Biblioteca

gellari: sicq. proficiunt comparatione malorum, dum sibi id accidere timent, in quo deperire alios vident.

Quosdam Deus videns, nolle proprio voto corrigi, aduersitatũ tãgit stimulis. Quosdam etiam præsciens, multùm peccare posse, in salutem flagellat eos [b] corporis infirmitate, ne peccent; vt eis vtilius sit frangi languoribus ad salutem animæ, quàm manere incolumes ad damnationem.

[c] Visitatio Dei nec semper in bonum accipitur, nec semper in malum. In bonum enim accipitur, sicut est illud: Visita nos in salutari tuo. In malum verò, iuxta illud; In tempore visitationis suæ peribunt.

Tribus ex caussis infirmitates accidunt corporis, id est, [d] ex peccato, ex tentatione, & ex intemperantiæ passione: sed huic tantùm nouissimæ humana potest medicina succurrere: illis verò sola pietas diuinæ misericordiæ. B

[e] Qui valentiores sunt & sani, vtile est illis infirmari, & non peccare: [f] ne per vigorem salutis illicitis sordidentur cupiditatũ, & luxuriæ desiderijs.

Duritia, quæ mentem premit, nec sentitur, vtiliter mutatur in carne, vt sentiatur, atq. intellecta emendetur. Nam citius vulnera carnis sentiuntur, quàm animæ; ideoq. per carnis flagella errantes citiùs corriguntur. Hoc quippe indicant [g] in Pauli oculis squamæ infidelitatis, quæ dum mutatę sunt per increpationem in oculis carnis, confestim resoluta est duritia mentis. C

Est perniciosa sanitas, quę ad inobedientiam hominem ducit. Est & salubris infirmitas, quæ per diuinam correptionem mẽtem à duritia frangit.

Languor animæ, id est, peccatorum infirmitas pernicios a est, de qua etiã Apostolus ait: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Nam infirmitatem carnis vtilem esse idem Apostolus approbat dicens: Quando infirmor, tunc fortior sum. D

[a] *Fere omnes cc. m. ff.* esse nonnullos eiusdem qualitatis homines. *Codex vnus papyraceus perantiquus:* esse nonnullos eius qualitatis homines. *Locus apud Greg. lib. 18. Moral cap. 13.*

[b] *Theodoretus q. in Genes. ex illis verbis:* & ideo custodiui te, ne peccares in me; *colligit. Abimelech Regem Gerara, ne peccaret in Saram, consilio Dei infirmitate percussum.*

[c] *Pulchrè Isidorus complexus est visitationis in diuinis literis significationem; nam & in malam, & in bonam partem vsurpatur: in bonam, vt illud Luc. 19.* Non cognouit tempus visitationis suæ. *Et Osee 4.* Non visitabo super filias vestras, cum fornicatę fuerint. *Exod. 5.* Visitando visitaui vos, & vidi afflictiones vestras. Et *alia multa loca in sacris litteris occurrũt, in quibus visitare & visitatio demonstrat Dei curã erga genus humanũ, eiusq. prouidentiam, misericordiam, & beneficia hominibus exhibita. Significat etiam visitare, præstare Deum, quod promisit, vt in illo Genes. 21.* Dominus visitauit Sarram. *& Luca 1.* Visitauit, & fecit redemptionẽ populo suo. *In malum etiam nonnunquam sumitur, pro eo quod est punire, castigare, vindicare scelera aduersus diuinam maiestatem cõmissa. Sic Exod. 31.* Ego autem in die vltionis visitabo hoc peccatum. *Et Isai. 10.* Visitabo super fructũ magnitudinis cordis Regis Assur. *Et 13.* Visitabo super orbem mala. *Et Psalm. 88.* Visitabo in virga iniquitates eorũ. *Vbi voces illæ* in virga *supplicij incrementum denotant.* Et *Osee 1.* Quoniam adhuc modicũ visitabo sanguinem Iezrahel. *Et Psal. 18.* Visitationes Domini rectæ lætificantes corda *denotant iustitiam visitationis.* Visitationes *enim Septuaginta verterunt ἐπισκοπὰς.*

[d] *Vt est illud Pauli 1. ad Corinth. 11.* Propter quod imbecilles & infirmi, & dormiunt multi.

[e] *Hoc probat Aug. super Iohannem tract. 7.*

[f] *Ita in omnibus m. ff.*

[g] *Actorum 9. Hunc locum ferè similiter interpretatur ad mores Greg. lib. 33. Moral. cap. 31. Et Ambros. lib. super* Beati immaculati; simul oculus, *inquit,* corporis, ani mæque sanatus.

De tolerantia diuinæ correptionis. CAP. IIII.

MVrmurare [a] in flagellis Dei peccator homo nõ debet; quia maximè per hoc, quod corripitur, emendatur. Vnusquisque autem tunc leuiùs portat, quod patitur, si sua discusserit mala, pro quibus illi infertur retributio iusta.

[b] Discat non murmurare, qui malè patitur, etiã si ignorat, cur mala patiatur: & per hoc iustè se pati arbitretur, per quod ab illo iudicatur, cuius nunquam iniusta iudicia sunt. Qui flagella sustinet, & contra Deum murmurat, iustitiam iudicãtis accusat. Qui verò se cognoscit à iusto iudice pati, quod sustinet, etiã si pro quo patitur ignoret, per hoc iã iustificatur, pro quo & seipsum accusat, & Dei iustitiam laudat.

Dum ex rebus prosperis vtilia iustus exẽpla præstat hominibus, necesse est cum iterum & aduersitatibus tangi, quatenus eius patientia comprobetur; vt denuo fortitudinis documenta ex eo sumant, qui prosperitatis eius temperantiam agnouerunt.

Qui passionibus animæ infidiante aduersario cruciatur: [c] non idcirco se credat alienari

alienari à Christo, quia talia patitur, sed magis per hoc Deo commendabilem se esse existimet, si dum hæc patitur, [d] laudet Deũ potius, non accuset.

[e] Ad magnam vtilitatem diuino iudicio mens iusti diuersis passionum tẽtationibus agitatur, pro quibus si Deo gratias egerit, iuxtà culpæ [f], quòd talibus dignus sit, deputauerit: hoc quod ex passione tolerat, ei pro virtutibus reputabitur, quia & diuinam agnoscit iustitiam, & suam intelligit culpã.

[a] *Ex Gregorio lib. 6. Moralium cap. 17.*

[b] *Greg. lib. 32. Moral. c. 5.*

[c] Si idcirco se *habet codex Tolet. & Cœnobij de la Oliua in Nauarra. Cæteri cum editis consentiunt, quam lectionem probo.*

[d] *Gothus & alius papyraceus Malacitanus correctus habent:* Laudet Deum potius non accuset. *Cæteri m. ff. consentiunt cum editis: qua lectio non displicet.*

[e] *Totus sententiæ sensus desumptus est ex Gregor. lib. 32. c. 3.*

[f] *C. Tolet. Latinus habet* quod talia pati dignus sit, reputauerit. *Cum eo consentiunt duo cc. Malacitanus, & alius, cæteri cum editis.*

De tentationibus Diabuli. CAP. V.

MVltis calamitatum tentationibus mẽs iusti in hac vita pulsatur: [a] vnde & optat ab hoc seculo funditus euelli, quo & ærumnis careat, & fixam illic securitatem inueniat.

[b] Inter eas pœnas, quas iustus in corpore patitur, atq. eas, quas mente per fraudem Diaboli tolerat, multum interest. [c] Nam grauius fert, quas interiùs luget, quàm eas, quas exteriùs sustinet. Has enim & loco euitat & tempore: illas nec loco potest euitare nec tempore.

Non amplius tentat electos Diabolus, quàm Dei voluntas permittit. Tentãdo autem sanctorum profectibus seruit.

Et si nolens: vtilitati tamẽ sanctorũ seruit Diabolus, [c] ãquòdo eos tentationibus suis nõ deijcit, sed potius erudit. Nam tentationes, quas ille ad humanum interitum mouet, interdum Spiritus Sanctus ad exercitium virtutum salubri vtilitate conuertit.

Insidiæ Diaboli, atque astutiæ, quamuis huc atque illuc quærentes, quem deuorẽt, diffundantur, à potestate tamen diuina nõ egrediuntur, ne tantùm noceãt, quantùm malitiosè contendunt. [f] Nam quomodo sanctorum virtus tanta tolerare posset, si superna dispẽsatio pio moderamine nequitiam dæmonum non frænaret. Et licet Diabolus tentationem iustis semper inferre cupiat, tamen si à Deo potestatem non acceperit, nullatenus adipisci potest, quod appetit. [g] Vnde & omnis voluntas Diaboli iniusta est, & tamen, permittente Deo, omnis potestas iusta. Ex se enim tentare quoslibet iniustè appetit: sed eos, qui tentandi sunt, & prout tentandi sunt, non nisi tentari Deus iustè permittit. Vnde etiam in libris Regũ de Diabolo scriptum est: quia spiritus Domini malus irruebat in Saul. Vbi iustè quęritur: si Domini, cur malus? si malus, cur Domini? Sed duobus verbis comprehensa est & Dei potestas iusta, & Diaboli voluntas iniusta. Nam spiritus malus per nequissimam volũtatem: & idem Dominus per acceptam iustissimam potestatem.

[h] Diabolus non est immissor, sed incentor potius vitiorum. Neque enim alibi cõcupiscentiæ fomẽta succẽdit, nisi vbi prius prauę cogitationis delectationes aspexerit, quas si à nobis spernimus, sine dubio ille cõfusus abscedit: statimq. franguntur iacula concupiscentiæ eius, [i] contemptæq. iacẽt, & sine luce faces illius.

Sollicitè hostis insidias intelligere pariter & cauere Dei seruum oportet; sicq. in innocentia vitæ existere simplicem, [k] vt tamẽ oporteat cum simplicitate esse prudẽtem. Qui prudentiam simplicitati non miscet, [l] iuxta Prophetam, columba est seducta, nõ habẽs cor. Sed ideò columba, quia simplex; ideò autem cor non habẽs, quia ignara prudentiæ est.

[m] Sæpe fraus Satanę sanctorum cordibus aperitur, quando per speciem boni Angelũ se simulans lucis, dum nititur electos decipere, detegitur atq. contemnitur. Sic & vera fallacis doctrinæ Deus sanctos suos facit intelligere, quatenus Diabolicũ errorẽ interiùs cognoscant, ac sollicitè caueant.

[n] Discretio sanctorum tanta esse debet, vt inter bonum & malum prædita ratione diiudicent, ne eos Diabolus per speciem boni fallat. Hæc est enim percunctatio Iosue dicentis: Noster es? an aduersariorum? Propter hoc & Ieremiæ dicitur: si separaueris pretiosum à vili, quasi os meũ eris. Tunc enim benè de se iudicant sancti, quando ab eis Deus fallacia dæmonum tentamenta facit intelligi.

[o] Multi decipiuntur à Diabolo, & ignorant

Universidad de Deusto
Biblioteca

rant se esse deceptos, Oseæ Prophetæ testimonio declarante: Comederũt, inquit, alieni robur eius, & ipse ignorauit. Alieni nãq. maligni spiritus significantur, qui virtutes mentis comedunt; sed hoc corda negligentium non intelligunt.

Tanquam inermis Diabolus vincitur, [p] quando de aperta iniquitate hominẽ deprauare conatur: armatus verò tunc incedit, dũ per speciẽ sanctitatis & virtutis, [q] ea, quæ sancta sunt, destruit: quando & qui decipitur, sua detrimenta non sentit, sed tanquam sint virtutes, quæ sunt vitia sectatur & diligit.

[r] In oculis carnalium Diabolus terribilis est, in electorum oculis terror eius vilis est. Ab incredulis, vt leo, timetur: à fortibus in fide, vt vermis, contemnitur, atq. ad momẽtum ostensus repellitur.

[f] Qui suggestiones diaboli non recipit, in eius insidias minimè transit. Nam facilè in cõsequẽti opere repellitur, si prima oblectamẽta illius respuantur. [t] Diabolus enim serpens est lubricus, [v] cuius si capiti, id est, primæ suggestioni nõ resistitur, totus in interna cordis, dum non sentitur, illabitur.

[x] Tentationum Diabolicarum initia fragilia sunt, quæ si non caueãtur, sed per vsum in consuetudinem transeant, in nouissimis fortiter conualescunt: ita vt, aut nunquam, aut cum difficultate vincantur.

Dum in tota vita Diabolus hominẽ præuaricari cupiat, amplius tamen in fine molitur decipere. Hinc est, quòd in principio cõtra protoplastum serpenti est dictum: Et tu insidiaberis calcaneo eius: quia nimirũ hominem, quem Diabolus in cursu præteritæ vitæ non decepit, in nouissimis supplantare disponit. Proinde quamuis quisq. sit iustus, nunquam necesse est, vt sit in hac vita securus: sed semper humilis caueat, semperq. ne in fine corruat, sollicitus pertimescat.

Diabolus suis fautoribus blanditur, [y] Dei verò seruis molitur tentamenta contraria, exemplo Domini, qui se post baptismũ passus est à Diabolo tentari.

Diabolus sanctos omnes [z] non tenendo possidet, sed tentando persequitur. Nã quia non in eis intrinsecus regnat, cõtra eos extrinsecus pugnat. Et qui interiùs amisit dominium, exterius commouet bellum.

[a] Tunc contra eum, quem possidet, Diabolus acriùs sæuit, quando se virtute diuina ab eo expellendum cognoscit. Vnde immũdus spiritus tũc discerpsit grauiùs puerum, in quo habitabat, quando ad Christi imperium exire ab eo coactus est. Quod factum & ad Iob verba respicit, vbi in nouissimis Behemoth caudam suã, quasi cedrus, astringit.

[b] Plus contra eos Diabolus diuersis tẽtationibus insistit, qui possunt & alijs sua vtilitate prodesse: vt, dum illi impediuntur, nõ proficiant, qui docendi sunt.

[c] Maligni spiritus hoc, quod intra nos mũdare cupimus, sine intermissione tentãt: itemq; sordidare. Sãcti autem eorum insidias præsago spiritu præcognoscunt, & quicquid in semetipsis terrenum sentiunt, indesinenter operibus sanctis exhauriunt, vt de intimis puri inueniantur.

[d] Eodem blandimento decipiuntur nũc per Diabolum homines, quo protoplastum in paradiso sunt decepti. Multis enim vitiorũ præstigijs mẽtes reproborum Satanas prætentãdo deludit. Nunc enim promissis decipit, nunc rebus transitorijs, quasi necessarijs, illicit: nunc etiam ipsa inferni supplicia, quasi leuia & transitoria, suggerit; quatenus miserorum corda in cupiditatem lasciuiamque dissoluat, secumque ad tartara ducat.

[e] Argumenta machinationum, malarũque cogitationum semina, quę in cordibus hominum Diabolus fundit, ita sæpe vndiq. captam implicant mentem, vt ex qua parte euadere quisq. tentauerit, sine periculo exire nõ possit: veluti si iures hoc facere, quod si feceris, pecces: si non feceris, reus periurij sis. In tanto ergò mali discrimine, vt euadẽdi aditus pateat, minora potius eligenda sunt, vt maiora vitentur.

Diabolus quando decipere quemquam quærit, prius naturam vniuscuiusq; intendit, & inde se applicat, vnde aptum hominẽ ad peccandum inspexerit.

Ex ea parte Diabolus homines tentat, qua eos per excrescentem humorem facilè inclinari ad vitia cõspicit: vt secundum humoris consperſionem adhibeat & tentatio nem. Lege Balaam qui in figura Diaboli cõtra populum Dei, ex ea parte præcipit pernicioſos prætendere laqueos, ex qua sentit eos facilius esse lapsuros. Nam & quo aquam alicubi deducit, non eam per aliam partem mittit, nisi vbi impetum eius intendit.

[f] Nullus culpam existimet, quam ex consperſione propria sustinet: sed quantum valet, contra id quod tolerat, pugnet. Nam si consperſioni ceditur, tentationi vel vitio nequaquam resistitur.

[g] Ideò Diabolus in sacris eloquijs Behemoth, id est, animal dicitur: quia de cælis lapsus ad terras cecidit, [h] Ideo Leuiathan, id est serpens de aquis: quia in huius seculi mari volubili versatur astutia. [i] Auis verò propterea nominatur, quia per superbiam ad alta sustollitur. Et rectè his tribus vocabulis appellatur, quia pro suo merito aërẽ, quasi auis, pro carcere meruit: terram, vt animal brutum sit: serpens, vt in huius seculi mari insana iactetur fluctuatione. [k] Ex eo enim quòd per membra sua Diabolus operatur, fortitur vocabula: ita vt quod singuli agũt incitante illo, ipse nominetur ex eo. Quem enim non decipit Diabolus: vnde animal est, hoc est, per carnis luxuriam tentat: Vnde serpens est, hoc est cupiditatis ac nocendi malitia. Quem autẽ nec sic decipit, insidiatur ei, vnde auis est: hoc est, superbiæ ruina. Vndiq. enim dolos præparat, quousque inueniat viam, per quam incautum decipiat.

[l] Aliud est intrare mentem cuiusquam Diabolum, aliud verò inhabitare. Nam & in cordibus sanctorum ingreditur, dum malas suggestiones insinuat: sed nõ habitat in eis, quia in suo corpore, non eos trãsducit. Qui verò in corpore eius sunt, ipsos inhabitat, quia ipsi sunt templum eius. Et si subrẽpat mentibus electorum Diabolus, non autem in eis requiescit, sicut in cordibus reproborum: nã calore fidei mox excitatur, vt exeat ab electis.

Nonnulli, quos iam auido ore Diabolus deuorauerat, rursus diuini iudicij occulta miseratione ab eius ore eripiuntur, & saluti restituuntur. Nam sæpe multos, quos antiquus hostis luxuriæ voragine immersos tenuit, potentia diuina per pœnitentiam ab eius faucibus traxit.

[m] Quomodo bonorum interitũ Prophetа electam dicit esse Diaboli escam, dũ alibi scriptum sit de illo, fœnum sicut bos comedet: nisi quòd in oculis Dei fœnum sunt, qui electus cibus secundum homines esse vidẽtur. Ac per hæc, qui de bonorum numero pereunt, apud homines electi, apud Deum fœnum existunt.

[n] Eum Diabolus iam deglutijsse dicitur, quem iam perfecto scelere deuorasse videtur. Eum verò quem non deglutiuit operis perfectione, sed tentationum illecebris mordet, vt deuoret, adhuc [o] quasi in maxilla mandit. Vnde & Paulus habet stimulos carnis, quibus humilietur, non habet peccandi perfectionem, qua deglutiatur.

[p] Os Diaboli verba eius sunt. Verba verò eius inspirationes occultæ sunt, quibus corda hominum alloquens occultis vrit cupiditatibus.

Quidam ob incorreptibilem iniquitatẽ, quia sponte non corriguntur, immũdis spiritibus vexandi traduntur: vt arripiendi eos dæmones corporaliter habeant potestatẽ, terroribusque eorum afflicti humilientur, pœniteant & saluentur: sicut & Apostolus Corinthijs scribẽs dicit: Tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit. Vtile est enim quosdam peccãtes, vt in anima saluentur, [q] Satanæ corporaliter deputari: quatenus ex præsenti correptione futurum iudicium timeant, & de cętero delinquere caueant. Quidam autem potestati dęmonum ad emendationem deputantur: quidam verò despecti ad solã perditionem traduntur.

Nunquam vacat Diabolus aduersus hominem iustum. Aut enim tribulationes cordis illi exaggerat, aut dolores corporis suscitat. Hinc est quod Apostolus ait: Datus est mihi stimulus carnis Angelus Satanæ, qui me colaphizet.

Sæpe mentem iusti varijs vexationum doloribus vis dæmonum cruciat: vnde interdũ vsq. ad desperationis angustiã coarctatur. Permanẽti autẽ in Dei amore animæ, & ipsa talis angustia ad meritum proficit. Nam siue in animo, siue in corpore per instinctum immundorum spirituum quælibet aduersa iustus patiatur, ex Dei vtique permissu id patitur. Quod si hoc ipsum ad Dei gloriam humilis referat, & dicat (quòd pro corporis passione Iob dixit: Si bona suscepimus de manu Domini mala, quare non [r] suscipiamus?) Iste non separatur à Deo, sed coniungitur, quamlibet atroci angustia torqueatur.

Multa iustus aduersa in anima patitur instigatione dæmonũ, sed talibus tentamentis perire vitæ æternæ non potest: quia pius Dominus ad damnationem culpæ non reputat, quod de suæ maiestatis permissu, nolens qui patitur, portat. Nam ibi peccamus, vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi cupiditate vel voluntate deflectimus. A Vbi verò violenter addicimur, & si facinus aut flagitium non est: miseria tamẽ pro flagitio & facinore est. Sed qui Deum pro irrogata laudat miseria, commisso proculdubio caret facinore.

a *Vt est illud Pauli Phil. 1.* Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. *Et rursus:* infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? *Et illud Dauid.* Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. *Vid Greg. 9. Moral. c. 17.*

b *Gregor. ibidem.*

c *Sic habet Gregorius:* cum flagella exterius tolerat, illud est grauius, quod de tentatione aduersarij in intimis portat.

d *De potentia Diaboli, & eius voluntate nocendi electis, rectè dixit Gregor. lib. 2. Moral. c. 6. & c. 25.* Satanæ voluntas semper iniqua est, sed nũquam potestas iniusta: quia à semetipso voluntatem habet, à Domino potestatem. *Vnde Augustin. super Iohann. tractat. 7. capit. 1.* Diabolus non tentat, nisi permissus aut missus. B

e Decipit *excusi libri, haud rectè.*

f *Ita Salmũt. Gotth.* reprimeret. *Tolet. est autem locus è Greg. 10. Moral. c. 34.*

g *Ad verbum ex Greg. lib 2. Moral. c. 6. & legendum:* voluntas, *non* voluptas, *vt est in multis m. ss.*

h *Sic legendum, nõ* inceptor, *vt habent aliquot cc. m. ss. Ex Ambros. lib. super* Beati immaculati. *de Diabolo.* Ipse est incẽtor, ipse accusator, ipse in ludum introiuit. *Immissor autem dixit, quia voluntate nostra vitia amplectimur; Neque ille immittit nisi homo fenestram immissioni aperiat. Vnde August.* Non enim Diabolus cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquer à nobis cõsensum, sed petit. *Homil. 12. to. 10.* Nec obstat illud, *quod est apud Iohann. 13.* Cum Diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes. Nõ enim intrasset, *vt ait August. super Psalm. 136. nisi locum dedisset. Vnde locus interpretãdus de ea missione, quæ allicit & impellit suggerendo, non de ea, quæ efficit imperando. Locus Iohannis Græcè est, τὸ διαβόλᾳ ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν ἵνα σὶ μωνος ἰσκαριώτης ἵνα αὐτὸν παραδῷ* est etiam nominis ratio habenda: Nam aliud est mittere, aliud immittere. C

i *Versus est Ouidij.*

k *Sic Euangelica exhortatio habet:* simplices, vt colũbæ prudentes, vt serpentes. *Et illud Pauli ad Rom. 16.* Volo vos sapientes esse in bono, simplices autem in malo. *Item illud 1. ad Corinth. 14.* Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parui estote. D

l *Osea 7. sic interpretatur Hieronym. in Oseam,* Columba lactata, siue insipiens & insensata. *Septuaginta ἀνόητος.*

m *Greg. lib. Moral. 33. c. 28.*

n *Tota hæc sententia cum testimonijs ex Iosue 5. & Ierem. 15. ex Gregor. est concinnata lib. Moral. 33. cap. 28. & cap. 22.*

o *Ex Gregor. lib. 34. Moral. c. 2. vbi locum Osea interpretatur & alienos in scriptura intelligi affirmat angelos apostatas. Osea autem cap. 7. vulgata editio habet,* & ipse nesciuit.

p *Sic legunt pleriq. m. ss. quam lectionem probo, non vt ex-*

cusi, de aperta, *Cum Gregor. lib. 6. Moral. c. 5. ita habeat (ex quo loco desumpta est sententia hæc)* Antiquus namq. hostis, quasi inermis vincitur, cũ mala aperta suggerens humanæ menti bona omnia simul destruere conatur.

q *Ita habent omnes m. ss.*

r *Diabolus mirmycaleõ dicitur à Septuaginta pro eo quod scriptum est apud Iob.* Tygris perijt, eo quod non haberet prædam, est enim, *inquit Greg. lib. 5. Moral. c. 17.* formica & leo, alijsque leo est, alijs formica, *vide locum.*

s *Gregor. lib. 17. Moral. c. 20.*

t *Coluber lubricus & tortuosus, appellatur in sacris litteris. Iob. 26.* eductus est coluber tortuosus. *Et Isa. 27.* Leuiathan serpentem, vectem tortuosum. *Tota sententia est apud Greg. lib. 17. Moral. c. 20.*

v *Videtur alludere ad illud Geneseos:* Ipsa conteret caput tuum; *quo docetur caput esse cõterendum serpentis, hoc est primũ Diaboli incursum, quo intendit, vt animus dedita nem faciat, esse propulsandum.*

x *Genes. 3. Greg. lib. 1. Moral. c. 38. Calcaneum sinè allegoris interpretatur exponens locum Psalm. 55.* Ipsi calcaneum meum obseruabant. *Et in locum Geneseos.*

y *Alexander primus epist. 2.* Nam sicut leo rugiens, circuit quærens, quem deuoret, sic Diabolus non cessat circuire, & quærere, quos ex fidelibus perdat; & maximè illos, quos ardentiores in seruitio saluatoris, eiq familiares inuenerit.

z *Greg. lib. 3. Moral. c. 6. interpretatur illud Isa. 45.* Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras.

a *Est apud Gregor. lib. 33. Moral. c. 18. Vbi exponit illud Iob 40.* Behemoth caudã suam, quasi cedrus, adstringet: *hoc est mouebit & agitabit, velut cedrus agitatur à vento, vel arriget membrum, veluti cedrus arrecta & ingens.*

b *Greg. lib. Moral. 31. c. 29.*

c *Gregor. lib. 7. Moral. c. 8.*

d *Aug. lib. 2. de Genes. contra Manic. tom. 1.*

e *Totam hanc sententiam mirè versat Greg. lib. 33. Moral. c. 18. & 19. & 20. vbi exponit illud Iob,* nerui testiculorum eius perplexi sunt.

f Ita *quoq. editio antiqua.*

g *Tota hæc sententia deducitur ex Greg. lib. 33. Moral. c. 14. vbi quærit; cur Diabolus Behemoth bestia quadrupes, aut Leuiathan serpens in aquis, qui hamo capitur, dicatur. Quorum nominum rationem hic Isid. ex Greg. reddit, inter nomina bestiarum Diaboli, quæ varia & multa occurrunt in diuinis libris, hæc tria Behemoth, Leuiathan, & Auis, potissima sunt. Dicitur etiam leo, Baal, Aquilo, latro, Satan, cauda, Basiliscus, Belial, malus, tentator, canis, impius, aduersarius, alienus, impius, exactor, aspis, homicida, nequissimus, maligenus, praua pus, exactor, aspis, homicida, nequissimus, maligenus, praua aspser, Lucifer, clibanus, fortis, potestas tenebrarũ, catulus leonis, princeps potestatis, Deus huius seculi, leo rugiens, apostata, & præuaricator, absq. iugo, filius Belial, vt adnotauit Hieronymus. Isa. 28.* Et ita interpretatur illud *Psal. 17.* Torrentes iniquitatis conturbauerunt me, id est, impetuosæ incursiones dæmonis, *Behemoth autem plurale est apud Hebraos (vt hoc obiter annotem) idẽ quod bestiæ, eo quod vnum animal cum sit ex multarum bestiarum magnitudine & immanitate est coagmentatum: est q. animal terrestre robustum, & eximiæ magnitudinis: de eo dicitur Iob 40.* Behemoth, quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet. Iuxta nonnullos est elephas.

h *Leuiathan dixerunt antiqui teste Hieronymo lib. 6. in Isa. c. 14. esse patrem Diaboli, quam sententiam ipse refellit significat. 1. draconem: Vnde illud Ezech. 32.* Leoni gentium assimilatus est, & draconi, qui est in mari. *Aquila pro dracone posuit Leuiathan auctore Hieronymo similiter Psal. 90. dum dicitur,* Conculcabis leonem & draconem, *legitur Leuiathan. Vocatur hic cetus magnus, de quo, quo à Christo capiendus sit, mystico in Iob sermone narratur. Est igitur Leuiathan piscis marinus ingens, Iob 40.* An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? *Septuaginta ibi pro Leuiathan posuerunt cetum & draconem. sicut & in illo Iob c. 3.* qui parati sunt suscitare Leuiathan *vertunt illi cetum, alibi draconem interpretantur, vt Psal. 103.* Draco iste, quem formasti ad illudendum. *De creatione Leuiathã & Henoch habetur Esdræ 4. c. 6.*

i Daniel 7. *& Isai 31. & illud Euangelij* volucres cæli.

k Exinde enim, quod per mẽbra sua: *habent excusi Greg. lib. 33. Moral. c 22. ex quo est hæc sententia:* ex ipso, *inquit,* suarum actionum nomine vocatur, cum iumentum, draco, vel auis dicitur.

l *Gregor. lib. Moral. 33. cap. 28.*

m *Similis est interrogatio apud Greg. lib. 32. Moral. c. 10. in fine, & apud Iulianum Archiep. Tolet. Sanctiss. in Anticimenon lib. ex Iob interrog. 132.*

n *Greg. lib. 33. c. 17. Moral.*

o *Tota sententia ex Gregor. dum interpretatur illud Iob* Armilla perforabis maxillam eius, *lib. Moral. 33. cap. 49 & c. 17.*

p Ex Greg. *dum illud Iob explanat c. 41.* Et flamma de ore eius egredietur *lib. 33. Moral. c. 41.*

q Locum Pauli *1. ad Corinth. 5. Isid. interpretatur de corporali traditione, vt Hier. & Greg li. 33. Moral. c. 11. Et Animus, cum alij sancti patres de separatione à Christi corpo re Spiritus. liq. traditione in Satanæ potestatem intelligant. Vterq. sensus Ecclesiastica excõmunicationis vim atq. auctoritatem probat, eamq. esse pœnã grauissimã & maxime formidãdam, cum ab Ecclesia ejciat hominẽ, Diaboliq. mancipiũ efficiat, & ab omni sacramentali virtute reddat alienũ. vnde illud Pelagij PP. ad Angliæ Epist.* Apostolica auctoritatis exemplo didicimus, errantium, & in errorem nutantium, spiritus tradẽdos esse Satanæ, vt blasphemare dedisc ant, *& Vrban. PP. C.* Notandum *24. q. 3. Cauam. lib. 2. c. 16. Pauli locũ intelligit de eo qui ab oratione suspenditur. Origines tamen homil. 2 ad cap. 2 Iudicum,* quas, quia B. Hieronymus Latinas fecit, ei tribuuntur, explicat etiam hunc locum de excommunicatione Ecclesiastica, & dicit er hominem Satanæ tradi ostendit excommunicationis vinculis irretitum. *Sic & Augustinus de verbis Apostoli Serm. 68.* Omnis, *inquit,* Christianus, dilectissimi, qui à sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur. Quomodo? scilicet quia extra Ecclesiam Diabolus est: sicut in Ecclesia Christus; ac per hoc quasi Diabolo traditur, qui ab Ecclesiast ca communione remouetur.

r *Ita Gotth. Salm. & alij m. s.* sustineamus *Gotth. Tolet.*

De tentamentis somniorum.
Cap. VI.

PLerunque adæmones in noctibus occurrentes humanos sensus per visiones con-

turbant, vt formidolosos & timidos faciant. Aliquoties etiam ex desperatione peccatorum mentem conuersi per soporem conturbãt, horridaq. gehennę supplicia b minitant. Nonnunquam autem & aperta impugnatione grassantes c humana corpora verberant, quod tamen, Deo permittente, malis fit ad vindictam, iustis ad tolerantiæ gloriam. A

Plerunq. immundi spiritus eos, quos incumbere in seculi amore conspiciunt, dormientes quadam vana spei prosperitate illudunt. Quosdam verò, quos formidare aliqua aduersa præsentiunt, dormientes inani terrore concutiunt. Sicq. miserorum corda varijs illusionibus intentantes modo vacua prosperitate demulcent, modo vana formidine terrent.

d Qui aut nullis aut raris conscij sunt delictis, aut nunquam, aut raro terroribus fatigantur nocturnis: sed placato somno quiescentes, e interdum etiam per soporem quædam arcana & mystica contuentur ac vident. Qui verò corda sua grauioribus vitijs polluerunt, conscientiæ pauore illusi species tremendas aspiciunt. Fallax enim imago mentes miserorum diuersis illudit imaginibus: & quos vigilantes in vitia traxit, dormientes fatigat, vt nunquam securos requiescere sinat. C

f Nonnunquam etiam electorũ mentes horrendis imaginibus somniorum spiritus immundi terrificare conantur: & quos vigilantes vitijs tentant nec superant, acriter dormientes impugnant.

Sancti autem etsi ad momentũ huiusmodi visionibus commoueantur: mox tamen euigilantes illusionum vanitates despiciũt, intentionemque suam protinus ad Deum conuertunt.

g Diuersæ qualitates sunt somniorum. Quædam enim ex saturitate seu inanitione occurrunt, quæ etiam per experientiam nota sunt. Quædam verò ex propria cogitatione oriuntur: h nam sæpe quæ in die cogitamus, in noctibus recognoscimus. D

Nonnullæ autem visiones spirituũ immũdorum fiunt illusione, i Salomone probãte: Multos (inquit) errare fecerunt somnia & illusiones vanæ. Porrò quædam iusto fiũt modo, id est supernæ reuelationis mysterio, sicut legitur in lege de Ioseph filio Iacob; qui somnio fratribus præferẽdus prædicitur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vel ſicut in Euangelio de Ioſeph ſpõſo Marię: qui vt fugeret cum puero in Ægyptum, ſomnio admonetur. Nonnunquam etiam & permixtè accidunt viſiones, id eſt cogitatione ſimul & illuſione: atq. item cogitatione & reuelatione, Daniele dicente: Tu, inquit, rex cogitare cœpiſti in ſtratu tuo, quid eſſet futurum poſt hæc, & qui reuelat myſteria oſtẽdit tibi quæ futura ſunt: Etenim ſæpe ea, in quibus cogitationum noſtrarũ ſenſum porrigimus, quodam mẽtis exceſſu reuelantur, dum requieſcimus.

[k] Quamuis nonnulla vera ſint ſomnia, facilè tamen eis credi non opus eſt; quia diuerſis imaginationum qualitatibus oriuntur, & vnde veniant rarò conſideratur. Tam facilè igitur ſomnijs fides adhibẽda nõ eſt, ne forte Satanas in Angelũ lucis ſe trãſformans quemlibet incautum fallat, & aliqua erroris fraude decipiat.

Nonnũquam dæmones deceptoria fraude ita quoſdam curioſos obſeruant, eiſq. illudunt, vt quædam ſomnia non aliter eueniant, quàm oſtẽduntur. Vt enim in multis fallant, interdum & vera pronuntiant. Sed quamuis ita accidant, contẽnenda ſunt, ne forte de illuſione procedant, recolẽtes teſtimonium ſcripturæ dicentis: [l] Si dixerint vobis, & ita euenerit, non credatis.

[m] Somnia ſimilia ſunt augurijs, & qui ea intendunt reuera augurari noſcuntur. Non eſſe vera ſomnia quæ cogitans animus die noctuq. ſibi imaginatur. [n] Mentes enim nõnunquam ipſæ ſibi ſomnia fingunt.

Sæpe dum priora mala per triſtẽ memoriam ad mentem reducuntur, per hæc gehennæ vindictam in nobis ipſis recolendo imaginamur. Huiuſmodi mentis imaginationes, quæ aut de præteritis admiſsis, aut de futuri ſupplicij memoria vigilãtibus fiũt, & per viſiones ſomniaq. occurrunt, & cogitationum mentes concutiunt. Nam vna vi memoriæ fiunt vtraque, ſiue vigilantibus, ſiue dormientibus nobis.

Tali enim animi motione, horribili pauore etiam per quietem cõcutimur: & quã grauia ſunt quæ commiſimus, & quàm dura quæ pertimeſcimus, mẽtis aſpectu etiam in ſomnio contemplamur.

[o] Non eſſe peccatum, quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur: ſed tũc eſſe peccatum, ſi antequam illudamur, cogitationum affectibus præueniamur. Luxuriæ quippe imagines, quas in veritate geſsimus, A ſæpe dormientibus in animo apparent, ſed innoxiè, ſi non concupiſcendo occurrant.

Qui nocturna illuſione polluitur, quãuis & ſi extra memoriam turpium cogitationũ ſeſe perſentiat inquinatum: tamen hoc, vt tentaretur, culpæ ſuæ tribuat, ſuamque immunditiam ſtatim [p] fletibus tergat.

[a] *Gregor. lib. 8. Moral. cap. 18. & lib. 4. Dialog. c. 48. ſex modis docet ſomnia animam tangere, primo ventris plenitudine, ſecũdo inanitate, tertio illuſione, quarto illuſione ſimul & cogitatione, quinto reuelatione, ſexto cogitatione ſimul & reuelatione. Auguſtinus in lib. de diuinatione per ſomnium multa de ſomnijs, quæ dæmones immittunt, tradit. Sex autem illos Gregorij modos hic noſter Iſidorus complexus eſt.*

[b] *Ita Goth. Salm & alij m. ſ.* minant *Toletan.*

[c] *Alludit fortè ad verbera Hieronymi ob Ciceronis & pũtarũ lectionem accepta, qui iuuentes habuiſſe ſcapulas & plagas ſenſiſſe ſe poſt ſomnium ait, ad Euſtochium, de cuſtodienda virginitate, & in apologia ad Ruffinum.*

[d] *Ex Gregor. lib 8. Moral. c. 18. & lib. 1. Dialog. cap 49. Affert de quodam diuite cui Diabolus per ſomnium ligna vitæ ſpatia promiſit: qui cum multas pecunias pro longioris vitæ ſtipendijs collegiſſet, repente defunctus eſt.*

[e] *Sententia eſt Ariſtotelis 1. lib. Ethic. c. vltimo: virtute præditos per quietem meliora habere theoremata, quam improbos. Vnde etiam Eccleſ. 34. ſomnia malè facientium vanitatem vocat ſapiens.*

[f] *Somnia bona immitti à Deo pulchrè demonſtratur Eccleſiaſt. 34.* Et ſicut parturientis cor tuũ phantaſias patitur: niſi ab Altiſsimo fuerit immiſſa viſitatio, ne dederis illis cor tuum. *Sic Salomon in ſomnis cæleſtes illuminam accepit ſapientiã. 3. Reg. c. 3.* Euigilauit Salomon & intellexit, quod eſſet ſomnium. *Aliqui hoc ſomnium non fuiſſe naturale, ſed prophetia dicunt, vt eſt illud Num 12.* Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad eum. *In ſomno tamen prophetiæ vis non ligatur, & exercitium liberi arbitrij, ſed libertum manet. Prophetæ ſimiliter dormiendo erudiebantur à Deo, & de arcanis & myſticis docebãtur, vt Ioſeph. Nam dormiente homine intellectus eius patet: in Deũ ferri; cuius munus eſt percipere & iudicare. Vnde homo dormit de his, quæ antea conſideraſſet, aliquid percipit, & ratiocinatur, & argumentorum nodos diſſoluit. Sic Auguſt. de cura pro mortuis agenda c. 12. Narrat Eulogio diſcipulo ſuo: qui dum Rhetoricos Ciceronis libros Carthagini interpretaretur in quendam locum offendit obſcurum, quo non intellecto, vix potuit dormire ſolicitus, qua nocte ſomnium ſibi exponere viſus eſt, quod non intelligebat. Hinc etiam errores habent venerearum rerum ſomnia, quæ non contingunt vt antea vigilantes, de illis animi vel tentantur vel cogitant, vt tradit Auguſt. lib. 12. ſuper Geneſ cap 15. Aliquando vero intellectus mouetur in ſomno illuſtratione alicuius ſuperioris & nobilioris ſubſtantiæ, ad cuius eruditionem & diſciplinam intellectus quieſcentis eſt promptior & habilior, propter ſenſuum & cogitationum, & phantaſiarum affluentem quietem, cum his tempeſtatibus libera, tota ſibi ſua ſit. Cãt. Ego dormio, cor meum vigilat. & Iob. 38. Per ſomnium in viſione nocturna quando ſopor ſolet occupare homines & grauiant in lectulo ſuo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina. Thomas Aquinas 2. q. 95. art. 6. Ad cauſſas internas animi & corporis, quæ ex Dei reuelatione & cæleſti influxu dimanant, & ad externas, qua ex vigilia &*

humoris copia oriuntur, omnem ſomniorum rationem retulit. Similiter Hippocrat. lib. de ſomnis.

[g] Sic ait de ſe *Auguſtinus lib. 10. Confeſſ. c. 30. Vigilanti illi occurrere imagines rerum, illecebrarum carentes viribus, quæ tamen in ſomnis vſque ad cõſenſionem animam trahebant.*

[h] *Sententia hæc, & ſeptima, eſt apud Gregor. lib. 8. Moral. c. 18. & lib. 4. Dialog. c. 48. Sex ſomniorum cauſſas diſtinguit, vt ſupra diximus.*

[i] *Diurnæ actiones ſæpe repræſentantur in ſomnis, vt tradit Hippocrates, qui etiam exiſtimat huiuſmodi ſomnia corporis ſanitatem indicare. Simile eſt Africani illud ſomnium apud Ciceron. cui earum rerum ſpecies obijciuntur per quietẽ, de quibus Pridie ſermonem habuerat.*

[k] *Eccleſ. 34. ita legitur:* Multos enim errare fecerũt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis. *Greg. tamen lib. 8. Moral. c. 18. vt Iſidorus legit.*

[l] *Auguſt. lib. 22. de Ciuitate c. 22. de falſitate ſomniorum & difficultate ea diſcernẽdi, & quo pacto animam miſeram, ſenſumq. perturbent, differit. Plinius lib. 11. natur. hiſtor. ca. 75. quærit:* Vtrum ne ſint aliquæ præſcita animi quieſcentis, quas fiant ratione, & alia quæ illic vide. Et lib. 7. ca. 50. de Publio Carnelio Raſo, qui dormiens oculorum viſum amiſit, cumq. ſibi accidere ſomniaret. Melancholicos magis vera ſomniare ait Ariſtoteles lib. de ſomn. & vigil. Clemens Alex. li. 2. Pedag. 6. q. ait, ea quæ ſunt vera ſomnia repetari ſobria anima cogitata.

[m] *Apud Matthæum. c. 23. ſic eſt:* Tunc ſi quis dixerit Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. *Idem Marc. 13. & Luc. 17.*

[n] *Artem augurandi per ſomnia non rejcit Hippocrates lib. de ſomnijs, aport. 2. & 3. Ariſtotel. lib. de ſomno & vigil ſomnia reuocat ad cauſſas, ſigna, & accidentia. Plin. lib. 37. natural. hiſt. c. 10. de lapide eumetrite, ait, quod capiti ſuppoſitus ſomnia vera faciat. Ab Eccleſia ſomniorum interpretes damnantur Concil. 2. Ancyran. ca. 23. & in c.* Epiſcopi 26. q. 5.

[o] *Plinius lib 28. c. 8. à Democrito traditum ſcribit ſimilitudinem chamæleontis animum qualiter ſomnia, qua velis & quibus velis, imitantur referre.*

[p] *Gretian.* ſed tunc eſt peccatum in animo. *Sententia deſumitur ex Gregor. in Epiſtol. ad Auguſt. Anglorum, Epiſcopum & habetur diſt. 6. c. Teſtamentum.*

[q] *De pollutionibus, & earum diuerſitate & cauſis diſſerit doctiſſime Thomas Aquinas in opuſculis de puritate conſcientiæ & officio ſacerdotis. op. 64. 65.*

De Oratione. CAP. VII.

HOc eſt remedium eius, qui vitiorũ tentamentis exæſtuat, vt quotiens quolibet tangitur vitio, toties ad orationem ſe ſubdat: quia [a] frequens oratio, vitiorum impugnationem extinguit.

Tam perſeueranter intendere oportet animũ noſtrũ, orãdo atq. pulſando, quouſq. importunas deſideriorũ carnalium ſuggeſtiones, quæ noſtris obrepunt ſenſibus, fortiſſima intẽtione ſuperemus: ac tandiu inſiſtere, quouſq. perſiſtendo vincamus. Nam negligentes orationes, nec ab ipſo homine impetrare valent, quod volunt.

Quando quiſq. orat, ſanctum ad ſe ſpiritum aduocat. At vbi venerit, confeſtim teſtamenta dæmoniorum, quæ ſe mẽtibus humanis immergunt, præſentiam eius ferre non ſuſtinentes effugiunt.

[b] Oratio cordis eſt, non labiorum. Neque enim verba deprecantis Deus intendit, ſed orantis cor aſpicit. Quod ſi tacitè cor oret, & vox ſileat: quamuis hominib. lateat, Deo latere non poteſt, qui conſcientiæ præſens eſt. Meliùs eſt autem cum ſilẽtio orare corde ſine ſono vocis, quã ſolis verbis, ſine intuitu mentis.

[c] Nunquam eſt ſine gemitu orandũ: nam peccatorum recordatio, mœrorem gignit. Dum enim oramus, ad memoriam culpam reducimus, & magis reos tunc nos eſſe cognoſcimus. Ideoque, cum Deo aſsiſtimus, gemere & flere debemus, reminiſcentes, quàm grauia ſint ſcelera quæ commiſimus, quamque dira inferni ſupplicia quæ timemus.

[d] Mens qualem ſe in oratione offert, talẽ poſt orationem conſeruet. Nam nihil proficit oratio, ſi denuò committitur, vnde iam iterum venia poſtuletur. Ille enim precis deſideratum effectum ſine dubio percipit, qui quod orando ablui poſtulat, delinquendo non iterat.

Mens noſtra cæleſtis eſt, & tunc orando Deum bene contemplatur, quando nullis terrenis curis aut erroribus impeditur. Apta eſt enim ad bonum in ſua natura, in aliena verò turbatur.

[e] Pura eſt oratio, quam in ſuo tẽpore ſeculi non interueniunt curæ: longè autẽ eſt à Deo animus, qui in oratione cogitationibus ſeculi fuerit occupatus. Tunc ergò veraciter oramus, [f] quando aliunde non cogitamus. [g] Sed valde pauci ſunt, qui tales orationes habeant. Et licet in quibuſdam ſint, difficile tamen eſt, vt ſemper ſint.

[h] Mens, quæ ante orationẽ vacans à Deo in illicitis cogitationibus occupatur, dũ in orationem venerit, confeſtim illi imagines rerum, quas nuper cogitauit, occurrunt, adituq. precis obſtruunt: ne ſe mens libera ad cæleſte deſiderium erigat.

[i] Purgandus eſt itaq. primũ animus, atq. à tẽporaliũ rerũ cogitationibus ſegregandus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt pura acies cordis ad Deum verè & simpliciter dirigatur. Nam reuera tunc impetranda diuina munera credimus, quando simplici affectu assistimus, cum oramus.

Multis modis interrumpitur orationis intentio, dum se per incuriam vana mũdi ingerunt in cuiuscumq. orantis animo. Tunc autem magis Diabolus cogitationes curarũ secularium humanis mentibus ingerit, quãdo orantem aspexerit.

[k] Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quisque valeat postulata: hoc est, si aut quisq. adhuc mala committit, aut si delinquenti sibi debita nõ dimittit. Quod geminum malum, dum quisq. à semetipso abterserit, protinus securus studio orationis incumbit, & ad ea quæ impetrare precibus cupit, mentem liberè erigit.

Qui læditur, non desistat orare pro se lædentibus: alioquin[l] iuxta Domini sententiã peccat, qui pro inimicis non orat.

[m] Sicut nullum proficit in vulnere medicamentum si adhuc ferrum in eo sit: ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente, vel odium manet in pectore.

Tantus debet esse orantis erga Deũ affectus, vt non desperet precis effectum. Inaniter autem oramus, si spei fiduciam nõ habemus. [n] Petat ergo vt Apostolus ait, vnusquisq. in fide nihil dubitans: nam qui dubitat, similis est vndæ maris, quæ à vento fertur atque dispergitur.

[o] Diffidentia nascitur impetrandi orata, si se adhuc animus sentiat circa peccãdi affectionem versari. Non enim potest habere precis certam fiduciam, qui adhuc in præceptis Dei pigritat, & peccati recordatione delectatur.

[p] Qui à præceptis Dei auertitur, quod in oratione postulat, accipere nõ meretur; nec impetrat ab illo bonum, quod poscit, cuius legi non obedit. Si enim id quod Deus præcipit facimus, id quod petimus sine dubio obtinemus. Nam sicut scriptũ est: qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius execrabilis erit.

[q] Multùm apud Deum vtraq. sibi necessario commendantur, vt oratione operatio, & opere fulciatur oratio. Vnde etiam Ieremias ait: Leuemus corda nostra cũ manibus ad Deum. Cor enim cũ manibus leuat, qui orationem cum opere subleuat. Nam quicunq. orat & non operatur, cor leuat, & manus non leuat. Quisquis verò operatur, & non orat: leuat manus & cor non leuat. Sed quia operari necesse est & orare, bene iuxta vtrunq. dictum est: Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum, ne de negligentia mandatorum corde reprehendamur, dum salutem nostram obtinere aut sola oratione, aut sola operatione contendimus.

Postquam bonum opus agimus lacrymæ orationum fundãtur, vt meritum actionis humilitas impetret precis.

Culpabiliter manus ad Deum expandit, qui facta sua orando iactanter prodit, [r] sicut Pharisæus in templo iactãter orabat, se seq. magis quàm Deum de operibus iustis laudari volebat.

[s] Quorundam oratio in peccatum conuertitur, sicut de Iuda proditore scribitur. Qui enim iactanter orat, laudem appetendo humanam, non solum eius oratio non delet peccatum, sed & ipsa vertitur in peccatum. Sicut Iudæi & hæretici, qui licet iunare & orare videantur, eorum tamẽ oratio non illis ad purgationis proficit meritũ, sed mutatur potius in peccatum.

[t] Ideo interdum oratio electorũ in prefuris eorum differtur, vt impiorum peruersitas augeatur. Verùm dum iusti temporaliter audiuntur, pro eorum sit salute, qui eos affligunt: vt dum illis temporali remedio subuenitur, prauorum oculi, ad conuersionem aperiantur. Vnde & [v] trium puerorum frigidus ignis fuit, vt Nabuchodonosor Deũ verum agnosceret. Sicut & Propheta in Psalmis ait: Propter inimicos meos eripe me.

Proinde tardiùs exaudiuntur quorundã orationes, vt dum differuntur, fortius exercentur maioribus præmijs cumulentur: exemplo pruinarum & repressione messium, in quibus quanto tardius sata semina exeunt, tanto ad frugem cumulatiùs crescunt.

Quoties orantes nõ citò exaudimur, nostra nobis facta in oculis proponamus: vt hoc ipsum quod differtur, diuinæ reputetur iustitiæ, & culpæ nostræ.

Interdum quòd perseueranter orantes non citò exaudimur, vtilitatis nostræ est, non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad salutem.

Multi orantes non exaudiuntur, prouidendo illis Deus meliora, quàm petunt. Scit contingere solet paruulis, qui nescholis vapulent, Deum exorant: Sed nõ datur illis postulationis effectus, quia impeditur talis auditio ad profectum. Non aliter quibusdam contingit electis. Deprecantur enim Deum pro nonnullis vitæ huius commodis vel aduersis. Prouidentia verò diuina temporaliter eorum desiderio minimè consulit: quia meliora illis in æternum promittit.

[x] Oratio priuatis locis opportuniùs funditur, maiusq. obtentum impetrat, dũ Deo tantum teste depromitur.

[y] Proprium autem hypocritarum est offerre se in oratione videntibus: quorũ fructus est, non Deo placere, sed gloriam ab hominibus comparare.

Non in multiloquio exaudiuntur homines à Deo, quasi plurimis eum verbis conẽtur inflectere. Neq. enim conciliat eũ multiplex orantis sermo, sed pura syncera q. orationis intentio.

[z] Bonum est corde semper orare, bonum etiã & sono vocis Deũ spiritualibus hymnis glorificare. Nihil est sola voce canere, sine cordis intentione: sed sicut ait Apostolus: Cantantes in cordibus vestris, hoc est non solum voce, sed & corde psallentes. Vnde & alibi: Psallam spiritu, psallam & mente.

[a] Sicut orationibus regimur, ita psalmorum studijs delectamur. Psallẽdi enim vtilitas tristia corda consolatur, gratiores mentes facit, fastidiosos oblectat, inertes excitat, peccatores ad lamenta inuitat. Nam quamuis dura sint carnalium corda, statim vt psalmi dulcedo insonuerit, ad affectum pietatis animum eorum inflectit.

Dum Christianum nõ vocis modulatio, sed tantùm verba diuina, quæ ibi dicuntur debeant commouere: nescio quo tamen pacto modulatione canentis maior nascitur compunctio cordis. Multi enim reperiuntur, qui cantus suauitate commoti sua crimina plangunt atq. ex ea parte magis fleẽtuntur ad lacrymas, ex qua psallentis insonuerit dulcedo suauissima.

Oratio in præsenti tãtùm vita pro remedio peccatorum effunditur: psalmorum autem decantatio perpetuam Dei laudẽ demõstrat in gloriam sempiternam, sicut scriptum est: Beati qui habitant in domo tua Domine in secula seculorum laudabunt te. Cuius operis ministerium quicumq. fideliter; intentaq. mente exequitur quodammodo Angelis sociatur.

[a] *Idem Augustin. lib. de salutaribus documentis cap. 28. epistol. 1. Petri c. 4.* Estote itaq. prudentes, vigilate, in orationibus. *Est autem* subdat *in m.s.o. & edit. vet. non* conuertat.

[b] *Id Gregor. probat lib. 22. Moral. c. 18. dum exponit illud Iob:* Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum Omnipotens audiat. *Neque tamen reiecit hoc loco Isidorus vocalem orationem. Nam cum duplex in Ecclesia sit oratio, communis & priuata, communis sit in persona totius Ecclesiæ, & ideò est vocalis, & alta voce prolata. Probat id forma orandi à Christo Apostolis præscripta Matthæi 6.* Orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt: putãt enim quod in multiloquio suo exaudiantur. *Et infra:* Sic ergò vos orabitis: Pater noster: *quo in loco orationem haud dubiè in voce constituit. Et Luc. 11. apparet, quod Dominus voce oraret.* Et factum est, *inquit Euangelista*, dum esset in quodã loco orãs, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis suis ad eum: Domine doce nos orare, sicut docuit Iohannes discipulos suos: & ait illis, cum oratis dicite: Pater noster. Dum oratis *inquit* dicite: *quod omnino voce fit. Hinc Concil. Toletan. tertio. c. 2. præcipitur in omnibus Ecclesijs Symbolum fidei recitandum, priusque orationem Dominicam voce clara prædicandam, quò fides vera manifesta sit, & testimonium habeat, & ad Christi corpus & sanguinem præbandum pectora populorum fide purificata accedant. Et Concil. Tolet. 4. c. 9. Orationem Dominicam quotidiè dicendam esse in publico aut priuato officio decernitur, idque probatur auctoritate Cypriani, Hilarij, Augustini.* Et Concil. Gerundens. can. 10. *dicitur post matutinas & vespertinas preces orationem Dominicam proferendam. Hæc omnia & alia complura, quæ à viris doctissimis collecta sunt, ad orationem publicam adstruendam spectant, cuius ratio atque natura requirit vt sit vocalis.* Et *inde ortum habuit Ecclesia cantus, quem Paulus probat ad Ephes. 5.* Loquentes, *inquit*, vobismetipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, *& ad Colos. 3. Idem Actorum etiã 6.* media nocte Paulus & Silas adorantes laudabant Deũ, & audiebant eos, qui in custodia erant. *Hanc antiquã in Ecclesia cantus consuetudinem, præter multa testimonia sanctorum Dionysij, Tertulliani, & vsus antiphonarum & responsoriorum, & hymnorum eorumq. modulationem Nicephorus Apostolis tribuit li. 18. c. 51. Sunt etiam Conciliorũ loca insignia, vt Tolet. 4. c. 14. & 15. & Turon. 2. sub Pelagio primo & Laodic. sub Liberio c. 59. vbi statuitur: quæ psallere & legere in Ecclesia conueniat, & can. 15. psalmistarũ officiũ præscribitur. Atque hactenus de communi, seu publica oratione, in qua excolendâ multum laborarunt Hilarius, Gregorius, Ambrosius, & Isidor. Oratio verò priuata & singularis potest esse sine voce, de qua loquuntur sancti, quum orationem cordis laudant, vt Cyprianus in expositione orationis Dominicæ, & August. psal. 118. & Greg. lib. Moral. c. 18. Quãtus vox cordi adiuncta excitat, & promouet plurimum interiorem animi affectum, vt qui habitat intus in pectore, ipse sit & in voce, & totus homo animo & corpore Deo seruiat, & vt inquit Cyprianus, diuinis oculis placeat, & habitu corporis & modo vocis; dũ Deo reddit labiorum vitulos, vt ait Oseas, & affectum amoremque animo conceptum, ex quadã redũdantia, voce exprimat, vnde Paulus corde creditur, & ore confitetur: &* Dauid psal. 15. lætatũ est cor meum & exultauit lingua mea. *Et Iob:* Cõceptum sermonem tenere quis poterit? *Multæ sunt commoditates, & vtilitates animi,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua ex perfecta oratione vocali homini prouenium. Verùm si ab ea seiungas cordis affectum & intentionem, solumq; sit volubilis & vaga oratio, atq. verbosa, longè præstat ea, quæ cor de tantum sit, quod probat Cyprianus de oratione Dominica, dum ait, non passim oportere ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem commendandam modestè Deo, tumultuosa loquacitate iactare. Quia Deus non vocis, sed cordis auditor est. Et Augustinus lib. de verbis Domini serm. 18. Ne strepentes, inquit, simus vocibus, & muti moribus, & ser. 2. de oratione. Melius est orare corde sine sono vocis, quàm solis verbis sine intuitu mentis. Et Hieron. Cuius verba habentur de consecrat. dist. 5. cap. Non mediocriter.

c Lacrymosa oratio multum valet apud Deum. Gregor. li. 10. Moral. c. 17. Ambros. multis in locis lib. super Beati immaculati. & psal. 37. & Cyprian. egregiè epist. ad Clerum & plebem de precando Deum in fine.

d Ex Greg. ibid. Et in hoc sensu interpretor illud Eccles. 7. Ne iteres verbum in ore tuo.

e Augustinus lib. de salutaribus documentis hinc metitò ait c. 28. Hoc, mi frater, stude in tua oratione, vt orationem puram offeras Domino Christo, &c.

f Paul. 1. ad Cor. 14. Orabo spiritu, orabo mente. Vigilia etiam in oratione requiritur. Hinc Marc. 13. Videte, vigilate, & orate. Et Luc. 21. Vigilate itaque omni tempore orãtes. Et 1. ad Thessal. 5. sine intermissione orate. Et 1. ad Timoth. 2. Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Hinc etiã Hier. ad Rust. de viuẽs forma, Vigilet sensus, nec vagis cogitationibus patẽs corpus, pariterque animus tendat ad Dominum, &c.

g Probat id Augustinus in enarratione psal. 85. exponens illud, Quia tu Domine suauis es, ac mitis: & adducit illud 2. Reg. Quoniam inueni Domine cor meum, vt oratem ad te.

h Ex Gregor. homil. 8. in Ezechiel. Accenditur ad compunctionem animus, sed earum rerũ quas egimus, &c. Et li. 10. Mor. c. 17. est autẽ cogitauit in Gotth. Salm. non agitauit.

i Id tradit Aug. psal. 33. Nam oratio, vt inquit Bernardus, duas alas habet, contemptum mundi, & carnis afflictiones, serm. 3. de Epiphania.

k Est apud Greg. huius sententiæ sensus lib. 10. Moral. ca. 18. Verùm August. ser. 2. de oratione, Tribus, inquit, modis orationes impediuntur, aut cum quis à Deo petit, quod suæ saluti resistit, aut cum orat, & ab iniquitate non cessat, aut si delinquenti in se debita non relaxat. Quod triplex malum, dũ à se vnusquisque studiosiùs abstraxerit, securus studio orationis incumbat, &c. Greg. ita: Tũc igitur verè sine macula faciem leuamus, cũ nec nos prohibita mala committimus, nec ea quæ in nos à proximis commissa sunt ex proprio zelo retinemus. Graui namque mens nostra orationis suæ tempore confusione deprimitur, si hanc aut sua adhuc operatio inquinat, aut alienæ malitiæ seruatus dolor accusat. Existimo itaq. Isidorum ex Aug. potius quam ex Greg. hãc sententiam hausisse.

l Sic enim habetur Matth. 5. orate pro persequẽtibus & calumniatibus vos. Et Luc. 6. pro inimicis itaque orare in orationibus cõmunibus quisq. ex necessitate tenetur, & esset peccatum inimicos excipere. Thom. 22. q. 83. art. 8. specialiùs autem pro illis orare est perfectionis opus. Id probat Augustinus lib. 3. de verbis Domini serm. 16. loquens de vitiatore inimicorum. & Ambr. psal. 38. exponens illud pro eo, vt diligerent me, detrahebant mihi: Ego autẽ orabam. Sic Greg. in epist. ad Vercellensem Episc. lib. 10. Epistolarum epist. 82. Euangelij plenitudo, inquit, pro calumniantibus & persequentibus nos iubet orare, vt peccatis eorum veniam postulemus, &c.

m Greg. lib. Moral. 10. c. 17. idem ait, sed aliis verbis: Mucronem namque, vt gladius figitur, & mucrone illius ipsa viscerũ occulta perforantur. Qui scilicet à transfixo corde si prius non educitur, nihil in precibus diuinæ opis obtinetur.

n Est apud Iacobum c. 1. postulet, inquit, in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur.

o Ita Goth. Tolet. perfectam, Goth. Salm.

p Oratio peccatoris dãnatur in multis sacræ scripturæ locis; psal. 16. Auribus percipe orationem meã non in labijs dolosis. psal. 65. iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dñs. & psal. 144. prope est Dñs omnibus inuocantibus eũ in veritate Eccles. 7. Ante orationem præpara animã tuã: noli esse quasi homo, qui tentat Deũ. Et Eccles. 3. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierũ exaudietur. Prou. 1. Tunc inuocabũt me, & nõ exaudiam eos, &c. 59. & Ier. Thren. 3. Nos iniquè egimus, & ad iracũdiã prouocauimus: idcirco inexorabilis es. Ezech. 8. Cum clamauerint ad aures meas voce magna nõ exaudiã eos. Et Osea 7. Væ eis quoniã recesserunt à me: vastabũtur, quia prævaricati sunt in me; Et subdit, nõ clamauerũt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis. Præcepta orãdi traduntur à Christo Dño nostro. Matth. 6. Quũ oratis, &c. & 13. & Lu. 11. & 20. Et Paul. ad Phil 4. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, & obtestatione, cum gratiarũ actione petitiones vestræ innotescãt apud Deũ. Iacob 4. Petitis & non accipitis, eo quòd malè petitis, vt in concupiscentijs vestris insumatis. Sic Augustinus multis in locis orationem peccatoris infœcundam, & inexaudibilẽ dicit, præsertim libro de vera innocentia cap. 333. & in epist. ad Prob. c. 13. & Ambrosius, quod oramus affectus debeat esse purus, & quietus, & vacuus ab omni onere delictorum, libro super Beati immaculati. & lib. 1. de Cain & Abel c. 9. Cyprianus de oratione Dominica. Extat etiam grauis epistola Gregorij Magni ad Theodericum Francorũ Regem de clericis simoniacis, vbi ait: Maior ergo metuẽda est locis illis calamitas, vbi tales intercessores ad locũ regiminis adducũtur, qui Dei maiestatem in se iracundiã prouocant, quã per semetipsos placare debuerant. Idem c. 6. præfat. in Iob. expensis illius. Vltimæ impiorũ abominabiles Deo sunt: & habentur c. grauibus. 3. q. 7. Bernard. super Cantica serm. 63. explicans illud: Oratio iusti penetrat cælos. Si igitur ita est, quod orationes hominis peccatoris Deus non audit, qua parte intelligendus erit Augustinus, tractat. 44. in Iohannem ad illud cap. 9. Scimus quia peccatores Deus non audit. illud, inquit, verbũ est: Ceci adhuc inũchi, id est, nondũ perfectè illuminati. Nã si peccatores Deus non exaudit, frustra publicanus dixisset: Domine propitius esto mihi peccatori. Idem Chrysostomus homilia 18. In opere imperfecto exponens illud: Omnis qui petit accipit, siue iustus, inquit, siue peccator. Sic hæc loca discrepantia concilianda sunt & interpretanda: peccatorem in peccatum lapsum absq. affectu peccati relinquendi clamantem Deus non audit: at peccatorem humilem ex bono desiderio naturæ petentem, & Deo se prosternentem Deus exaudit, vt inquit Thomas Aquinas 22. q. 83. Hoc verò non ex iustitia fit, quia hoc peccator non meretur, sed ex pura misericordia. Obseruandæ verò sunt in hac peccatoris petitione quatuor leges: prima vt pro se petat; secunda vt necessaria ad salutem: tertia, vt piè, id est ad pietatem spectans: quarta, vt perseuerantèr petat. Ac tunc oratio erit impetratoria, licet non meritoria. Hæc de peccatoris oratione adnotanda duxi, quia ad totius capitis intelligentiam maximè conducunt.

q Ad verbum ex Gregorio lib. Moral. 15. cap. 5. nisi quod apud eum operatione pro opere.

r Habetur simile exemplum apud Cyprianum de oratione Dominica, est autem oratio Pharisæi apud Luc. cap. 18.

s Sic scriptum est psal. 108. de impio. Oratio eius fiat in peccatum. Vbi Hieronymus sic ait: Pœnitentia Iudæ peius peccatum factum est. Quomodo peius peccatum est pœnitentia Iudæ? iuit & suspendio perijt, & qui proditor Domini factus est, hic interemptor sui extitit, pro clementia Domini hoc dico: quia magis ex hoc offendit Dominum, quia se suspendit, quàm quod Dominũ prodidit. Oportebat orationem ipsius esse in pœnitentiam, & versa est in peccatum. Vides hæreticum orantem, vides Iudæum, vides Manichæum: licet ieiunent, licet orent, tamen oratio ipsorum vertitur in peccatum. Hæc Hieronymus: quæ omnia pauculis verbis additis & immutatis, sua fecit Leo Magnus: Eadem Gregor. homil. 27. in Euangel.

t Ex Greg. lib. Moral. 26. c. 15.

u Ex August. in expositione psal. 68. concione 2. Habetur historia Daniel 3. Quod fuerit ille ignis frigidus, apparet ex scripturæ contextu. Angelus autem Dom ni descendit cum Azaria, & sociis eius in fornacem, & ex fornace flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem: & non tetigit eos omnino ignis, neq. contristauit, nec quicquam molestiæ intulit. Et infra dicitur, quod calor ignis non transijt per eos. Nicolaus Lyranus versat hanc quæstionem hoc loco, an ignis ille fuerit actiuus, estq. in ea sententia, vt existimet ignem hunc habuisse quidem ignis formam & naturam, sed comburendi & agendi actum fuisse virtute diuina cohibitum.

x Loquitur de priuata oratione, de qua Christus Dominus Apostolos docuit. Matth. 6. Tu autem, cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: Et pater tuus qui videt in absconditò, reddet tibi. Cyprianus de oratione Dominica causam reddit, quare Christus orationi silentium & secretum indixerit. Magisterio, ait, suo Dominus secretò orare nos præcipit, in abditis & semotis locis, in cubilibus ipsis; quod magis conuenit fidei nostræ: vt sciamus Deum vbiq. esse præsentem, audire omnes, & videre, & maiestatis suæ plenitudine in abdita quoq. & occulta penetrare. Hæc Cyprian. vide etiam Augustin. in psal. 141. & Greg. 8. Moral. c. 29.

y Sic scriptum est Matth. 6. Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in anguliis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus.

z Oratio abscondita & abdita ad cordis salutem spectat;

A hymnorum & psalmorum cantus ad Christi crucifixi gloriam & honorem, vt omnis lingua confiteatur, quod Dominus Iesus in gloria est Dei Patris. Vnde qui catum Ecclesiasticum de medio tollunt, Christi magnificam gloriam obscurant, dulce curarum leuamen euertunt, ordinis Ecclesiastici hierarchiam confundunt, pulchritudinem ornatumq. admirabilem Christi sponsa fœdant. denique hoc eam quasi eméndo tollere minuntur, qui choros ecclesiasticos ab Ecclesia abesse contendunt. Sicut enim luce hac naturali cuncta splenderem, pulchritudinem, ordinem, vitamq. suscipiunt, qua in hac mundana machina continetur, sic choris ecclesiasticis omnia Ecclesiæ munia illustrantur, augentur, amplificantur. & in debito officio conseruantur. Quapropter Sancti, & antiqui patres in statuendis, componendis, ordinandisq. ecclesiasticis officijs multùm diuq. insudarunt. Vid. Aug. psalm. 148. Hier. psal. 146.

a De psalmorum laude multa Basilius homil. 1. super psal. Plura Ambrosius: & Augustinus totius Ecclesiæ (inquit in præfat. psalmorum) vox vna psalmus solemnitates decorat: psalmus tristitiam, quæ propter Deum est, emollit: psalmus etiam ex corde lapideo lacrymas mouet: psalmus Angelorum opus est, exercituum cælestium spirituale thymiama. hæc inter alia adnotare libuit, vt intelligas veram sapientiam à patribus superiori seculi ad inferiores fuisse derivatam, omniaq. eorum sententijs velut firmissimis radicibus, niti. Basilius homil. 1. in psalmos. Vox est, inquit Ecclesiæ psalmus Hic dies festos illustriores reddit, ac perfundit gaudio: quum tristitiam alioquin operetur, sed quæ secũdum Deũ est, è corde lapideo ciet lacrymas: Psalmus opus est angelorum, cælestis illius reipublicæ in communi proposita functio, spirituale thymiama, &c. Et quæ sequuntur pene omnia ad verbum vertit Augustin. Ambrosius etiam laudes psalmorum doctissimè commemorat in præfatione in psalmos, à quibus has sententias de psalmis Isidorus accepit.

De Lectione. CAP. VIII.

ORationibus mundamur, [a] lectionibus instruimur: vtrumq. bonum, si liceat: si non liceat, [b] melius est orare, quàm legere.

[c] Qui vult cum Deo semper esse frequenter debet orare, frequenter & legere. [d] Nam cum oramus, cum Deo ipsi loquimur: cum verò legimus, Deus nobiscum loquitur.

Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit. Quæ enim nescimus, lectione discimus: quæ autẽ didicimus, meditationibus conseruamus.

Geminum confert donum lectio sanctarum scripturarum: siue quia intellectum mẽtis erudit, seu quòd à mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit. Excitati enim sæpe illius sermone, subtrahimur à desiderio vitæ mundanæ: atque accensi, in amorẽ sapientiæ: tantò vana spes mortalitatis huius nobis vilescit, quantò amplius legendo spes æterna claruerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[c] Geminum est lectionis studium: primũ, A quomodo scripturæ intelligantur: secundum, qua vtilitate vel dignitate dicantur. Erit enim antea quisque promptus ad intelligendum, quæ legit: sequenter idoneus ad proferendum quæ didicit.

[f] Lector strenuus potius ad implendum quæ legit, quàm ad sciẽdum erit promptissimus. Minor enim pœna est, nescire quid appetas: quàm ea, quæ noueris, non implere: Sicut enim legendo scire concupiscimus: sic sciẽdo recta, quæ didicimus, implere debemus.

Lex Dei & præmium habet & pœnam legentibus eam. Præmium his, qui eam bene B viuendo custodiunt: pœnam verò eis, qui eam malè viuendo contemnunt.

Omnis qui à preceptis Dei discedit opere, quoties eadem Dei præcepta legere vel audire potuerit, [g] corde suo reprehensus confunditur: quia id, quod nõ agit, memoratur, & teste conscientia interiùs accusatur. [h] Vnde & Dauid Propheta deprecatur, dicens: Tunc non confundar, dum respicio in omnia mandata tua. Grauitèr namque vnusquisq; confunditur, quando mandata Dei vel legendo, vel audiendo respicit, quæ viuendo contemnit. Corde enim reprehẽditur, dum mandatorum meditatione docetur: quia non impleuit opere, quod diuina didicit iussione.

[a] *Timotheum Paulus erudit.* Attẽde lectioni, exhortationi, doctrinæ. Lectio enim frequẽ *(inquit Ambrosius lib. 1. super* Beatus vir) nec intermissione aliqua destituta, doctrinæ munus operatur. *Augustinus etiã serm. 112. de tempore, tom. 10. eruditè de lectione scripturarum disserit.*

[b] *Orationem etiam præponit lectioni Hieronymus ad Furiam.*

[c] *Ex Augustino ad verbum serm. 112. de tempore. Et eodẽ loco sententia quarta est.*

[d] *Ita Gotthus* C. Nam cum oramus ipsi, cum Deo loquimur, *sicq; Augustinus.*

[e] *Id docet Augusti. lib. de doctrina Christiana 4. c. c. 4. officium doctoris diuinæ scripturæ depingens; vbi distinguit inter sapienter dicere & eloquenter: & tria illa eloquentis munera, docere, delectare, flectere, ad scripturarum lectionem detorquet. ibidem c. 12.* Docere *inquit* est necessitatis, delectare suauitatis, flectere victoriæ. *Horum trium quod primo loco positum est, hoc est docendi necessitas, in rebus est constituta, quas dicimus, reliqua duo in modo quo dicimus docendo. Quod hic Isidorus dixit: qua vtilitate & dignitate dicatur, vtilitas ad delectationem, dignitas ad victoriam spectat.*

[f] *Id Augustinus passim docet, præsertim psalm. 11. Et libr. de opere Monachorum in fine, cap. 17.*

[g] *Ad implendum Hieronym. comm in Mich. c. 2.* Tunc scripturæ prosunt legenti, si quod legitur, opere compleatur. *Idq. idem Laudat in Marcella vidua in eius epitaphio ad Principiam.*

[h] *Hieronymus ad Principiam in epitaphio Marcellæ viduæ:* Erubescit enim quamuis præclara doctrina, quam non pia reprehendit conscientia.

[i] *Psalm. 118.* Tũc non cõfundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. *Sic habet editio nostra Latina. Augustin. in enarratione conc. 4. in hunc psalm.* Tunc non confundar, dum inspicio in omnia mandata tua, *Pagninus ita:* Tunc non pudore afficiar, cum respexero ad omnia præcepta tua. *Estq. futuri temporis cum perspexero, id est cum intelligam, & comprehendã, cur illa imperaueris. Nam paucis datum est, vt omnium Dei præceptorum teneant rationes, & causſas, eorumq; mandata diligenter exequantur.*

De assiduitate legendi. Cap. IX.

NEmo potest sensum scripturæ sanctæ cognoscere, nisi legendi familiaritate, [a] sicut est scriptum: Ama illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, [b] cum eam fueris amplexatus.

[c] Quantò quisq. magis in sacris eloquijs assiduus fuerit, tantò ex eis vberiorem intelligentiam capit: sicut terra, quæ quantò amplius excolitur, tantò vberius fructificat.

Quãtò amplius ad quãlibet artem homo conscendit, tantò magis ad hominem ars ipsa descendit, [d] sicut in lege scribitur: Moyses ascendit in montem, & Dñs descendit. C

Verum est de otio spirituali quòd illẽ tantum secreta diuinorum scrutabitur mandatorum: [e] qui ab actione terrenæ curæ auocauerit animũ, & sedula familiaritate scripturis sanctis inhæserit. [f] Nam sicut cæcus, & videns potest quidem vterq. ambulare, sed non consimili libertate, dum cæcus pergens quo non videt, offendat: videns verò offendicula cauet, & quo sit pergendum agnoscat: sic & qui nubilo terrenæ curæ fuscatur, si tentet Dei perscrutari mysteria, non valet: quia caligine curarum nõ videt. D Quod ille tantumdem efficere valet, qui se de exterioribus seculi curis abstrahit, & totũ se in scripturarũ meditatione [g] defigit.

[h] Quidam habent intelligentiæ ingenium, sed negligũt lectionis studium: & quòd legendo scire potuerunt, negligendo cõtemnunt. Quidam verò amorẽ sciendi habent, sed tarditate sensus præpediuntur: qui tamen assidua lectione sapiunt, quod ingenio si per desidiam non nouerunt.

Ingeniũ tardiùs & si non per naturã per assiduitatem tamen lectionis augmẽtatur. Nam quamuis sensus hebetudo sit, frequẽs tamen lectio intelligentiam auget.

Sicut qui tardus est ad capiendum, pro intentione tamen boni studij præmium percipit: ita qui præstitum sibi ex Deo ingenium intelligentiæ negligit, condemnationis reus existit: quia donum, quod accepit, despicit, & per desidiam delinquit.

Quidam Dei iudicio donum scientiæ, quod negligunt, accipiunt: vt duriùs de rebus creditis puniantur. Tardiores autem ideò quod scire cupiunt, difficulter inueniunt, vt pro maximo exercitio laboris maximum præmiũ habeant retributionis.

[a] *Proverb. 4.* Arripe illã, & exaltabit te, glorificaberis ad ea, cum eam fueris amplexatus, *priùs dicerat.* Dilige eam, & conseruabit te. *De assiduitate & perseuerantia legendi sacras scripturas multa traduntur à patribus, in primis à Cypriano in fine de spectaculis, & Augusti. lib. 2. de Doctrina Christiana c. 5.* Erit diuinarum scripturarũ sollertissimus indagator. *Quod habetur D. 19. Et in sermone mirabili 38. ad fratres in eremo. De laudibus scripturæ & diligenti ipsius lectione, Ambrosius libr. super* Beati immaculati in via. *assiduè legẽdũ esse docet:* Beatus, *inquit,* qui in lege Dñi die ac nocte media tur. Sed qui meditatur in lege eruditur in lege, & quẽ lex erudierit, Dñs erudit, qui locutus est legẽ. *Ex epistola 3. ad Sabinum de eius studio. Hieronymus etiam ad Demetriadem in fine:* Ama scripturas sanctas, & amabit te sapientia; Dilige eam, & seruabit te: Honora illam & amplexabitur te. *Ex quo loco videtur desumpta esse hæc sententia.*

[b] *In multis CC. M. ff. deest hoc.*

[c] *Augusti lib. 2. de Doctrina Christi. c. 9. Sollertiùs & diligentiùs in libris sacris præcepta viuendi & regulas credendi* [d] Exod. 19. *& cap. 34. Et videtur desumpta sententia ex Greg. lib. 5. Moral. c. 25. & 26.*

[e] *1. ad Corinth. 2.* Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, &c. *Et infra* anima*lis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus:* spiritualis aũtiudicat omnia. Nos aũt sensum Christi habemus. *Aug. in enarratione psal. 118. exponẽs illud* Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: Beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde, exquirunt eum. *Gregorius etiam idem optimè: & ab eo sentẽtiam deductam existimo. lib. Moral. 23. cap. 20. & 21.*

[f] *Simile exemplum est apud August. serm. 112.*

[g] Gotth. C. addit: illũ plus metuit diabolus, quẽ assiduè legere viderit. *Quã lectionẽ in nullo alio M.S. inuenio ex tredecim antiquissimis, quos ad emendationẽ huius operis iussu Philippi II. Regis Catholici & piissimi ex omnibus bibliothecis Hispaniæ nactus sum.*

[h] *August. lib. de spiritu & anima c. 11. definit ingenium esse vim animæ, sive intentionem, qua se extendit anima, & exercet ad incognitorum cognitionem.*

De Doctrina sine gratia. Cap. X.

DOctrina [a] sine adiuuante gratia, [b] quãuis infundatur auribus, ad cor nũquam descendit: foris quidem perstrepit, sed interius nil proficit. Tunc autem Dei sermo infusus auribus ad cordis vltima peruenit, quando Dei gratia mentem interiùs, vt intelligat, tangit. A

Sicut enim quosdam flamma charitatis suæ Deus illuminat, vt vitaliter sapiant: ita quosdam frigidos torpẽtesq. deserit, vt sine sensu persistant.

Pleriq́ue acumine intelligendi viuaces existunt, sed loquendi inopia angustantur. Quidam vero in vtrisque pollent: quia & sciendi copiam, & dicendi efficaciam habent.

[a] *D. Hilarius in psalm. 125. in principio docet doctissimè non esse sensu nostro scripturas sanctas accipiendas, vt hæretici faciunt, sed eius dono atq. ope intelligendas, qui dixit* Accipite spiritũ sanctũ, *& aperuit scripturarũ abstrusa, & recondita sensa. Docet idem D. Hieronymus epistola ad Paulinum in fine. Vnde Cyprianus de vnitate Ecclesiæ, ferè in medio eos corruptores Euangelij nominat, dum depingit hæreticorum mores elegantissimè, & vt D. Hieronymus de ipso ait ad Paulinum in fine, instar fontis purissimi, dulcis incedit & placidus.*

[b] *Videtur exponere illud psalm. 118.* In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

De superbis lectoribus. Cap. XI.

C

PLeriq́. scientia accepta scripturarum, nõ ad Dei gloriam, sed ad suã laudem vtuntur: dum ipsa scientia extolluntur, & ibi peccant, vbi peccata mundare debuerant.

[a] Numquam consequuntur legendo perfectam scientiam arrogantes. Nam quamuis sapientes in superficie videãtur, medullitùs tamen veritatis arcana non tangunt: quia superbiæ nube præpediuntur. [b] Semper enim superbi legunt, quærunt, & nunquam inueniunt. D

Diuinæ legis penetralia humilibus, & benè ad Deum intrantibus patent: prauis autõ atque superbis clauduntur. Nam quamuis diuina eloquia in lectione arrogãtibus sint aperta, in mysterio tamen clausa sunt, atq. occulta.

Dum sermo Dei fidelibus [c] luxsit, reprobis, autem ac superbis quodammodo tenebrescit: & vnde illi illuminantur, [d] inde isti excæcantur.

[a] *Totum hoc caput desumptum est à Gregor. lib. Moral. 20. c. 11. dum exponit illud Iob:* Qui rodebant in solitudine, squallentes calamitate & miseria.

[b] *Sic*

Universidad de Deusto
Biblioteca

b *Sic Gregorius lib. 20. Moral. cap. 9.* Quo plus appetunt, plus amittunt.

c Luxit *Tolet. Gotth.*

d *Augustin. sermon. de tẽpore 30. de Iudæis ita ait:* apud Iudæos solas diuinas litteras remansuras, quibus gentes instruerentur, illi excæcarentur.

De carnalibus lectoribus & hæreticis. CAP. XII.

NEquaquam [a] legem intelligit, qui carnaliter verba legis [b] percurrit: sed is, qui eam sensu interioris intelligentiæ perspicit. Nam qui litteram legis intendunt, eius occulta penetrare non possunt.

Multi enim nõ intelligendo spiritualiter scripturas, nec eas rectè sentiendo, [c] in hæresim deuoluti sunt, atq. in multis erroribus defluxerunt.

In solis fidelibus religata est lex, testante Domino per Propheram: [d] liga testimoniũ, signa legem in discipulis meis: ne eam, aut Iudæus in telligat, aut hæreticus, quia non est Christi discipulus. Vnitatem quippe pacis quam Christus docuit, non sequuntur: de qua idem [c] Dominus dicit, in hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem inter vos habueritis.

[f] Scripturas hæretici sano sensu non sapiunt, sed eas ad errorem prauæ intelligentiæ ducunt: neq. semetipsos earum sensibus subdunt, sed eas peruersè ad errorem proprium pertrahunt.

Doctores errorum prauis persuasionibus, ita per argumenta fraudulentiæ illigant auditores, vt eos quasi in labyrinthum implicent, à quo exire vix valeant.

g Tanta est hæreticorum calliditas, vt falsa veris malaq. bonis permisceant, salutaribusque rebus plerumque erroris sui virus interserant, quò facilius possint prauitatem peruersi dogmatis sub specie persuadere veritatis.

[h] Plerumque sub nomine catholicorum doctorum hæretici sua dicta conscribunt, vt indubitanter lecta credantur. Nonnunquam etiam blasphemias suas latenti dolo in libris nostrorum inserunt, [i] doctrinamq. veram adulterando corrumpunt: scilicet vel adijciendo quæ impia sunt, vel auferendo quæ pia sunt.

Cautè meditanda, cautoque sensu probanda sunt, quæ leguntur, [k] vt iuxta Apostolica monita, & teneamus quæ recta sunt, & refutemus quæ contraria veritati existunt: sicq. in bonis instruamur, vt à malis illæsi permaneamus.

a *Diuinæ legis intellectus exterior verborum carnalis à Doctoribus dicitur, ex eo, quod est apud Paulum ad Colos. c. 2. de seductoribus scriptum.* Nemo vos seducat volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput. *Inde est apud Augustin. frequens carnaliter intelligere, & terrena, carnalisq. sustitia, præsertim in expositione epist. ad Galatas c. 3. & in expositione psalm. 10.* spiritualiter, *inquit*, legem intelligentibus sacramentum est libertatis: carnaliter autem sentientibus, si Iudæi sunt, iugum est seruitutis, si Pagani aut hæretici, velamen est cæcitatis: *Similiter Hieronymus ad Algasiam quæst. 10.* Frustrà inflatur Iudæus, & tumet sensu carnis suę, carnaliter cuncta intelligęs, & traditionum Iudaicarum deliramenta perquirens, non tenens caput.

b *Vt est illud à Cælestino PP. Gallicarum sacerdotibus inhibitum, qui amicti pallijs, & lumbis præcincti, in Ecclesia ministrabant, vt illud Domini præceptũ: sint lumbi vestri præcincti; ad verbũ implerent epist. 2. ad Episcopos Galliæ.* Qui credunt, *inquit*, se sanctæ scripturę fidem non per spiritum, sed per litteram completuros, &c. Et hoc *non solùm de lege diuina, sed etiam de ciuili dictum est.*

c *Vt de Hebionitis tradit Augustin. lib. de hæres. ad. Quodvultdeum.*

d *In excusis:* signa, *malè, ita enim Isaias 8.* Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. *Hunc locum interpretatur Eusebius Cæsariens. lib. 7. cap. 3. demonstrat. Euang. & Cyprianus lib. 1. aduersus Iudeos cap. 9. de circumcisione legis Mosaycæ quasi dicat, inquit:* Claude legem Moysis, & aperi legem Christi, Apostolis & ecclesiæ traditam.

e *Iohann. 13.* In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. *& ita est Cod. Seguntino.*

f *Legitimum scripturæ sensum & verum corrumpere, primum hæreticorum est:* vt D. Petrus de Epistolis Pauli dicit *Epistol. 2. c. 3.* In quibus, *inquit*, sunt difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & exteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Id q. *etiam annotauit* D. *Gregor. lib. Moral. 20. c. 9.* Augustinus *item in psal. 48. con. 1.* Omnia, *inquit*, diuina eloquia salubria sunt benè intelligentibus. perniciosa verò ijs, qui ea volunt ad sui cordis peruersitatem detorquere, potius quàm suum cor ad eorum rectitudinem corrigere. *Hinc Hieronymus illud: de scientia est hæresis, non de scriptura. Idem Vincentius Lyrinensis monachus in aureo libello aduersus hæreses. Vnde de vero sensu scripturæ tradendo ac retinendo multa in Constitut. D. Clementis inserta sunt. Concil. etiam Constantinop. 8. cap. 2. idem probatur. Idem in Concil. Lateran. 1. sub Martino 1. aduersus Paulum Constant. Epist. sic decretum est:* Si quis non confitetur secũdum sanctos patres propriè & verè, & omnia quæ tradita sunt & præfixa sancta sanctæ & Apostolicæ Dei Ecclesiæ ab ipsis sanctis patribus, & probabilibus & vniuersalibus quinq. concilijs, vsque ad vnum apicem verbo & mente, sit condemnatus. *Et in altero Lateranensi sub Iulio 2. & Leone 10. sess. 10. sub Leone:* Mandamus quòd omnibus, qui prædicandi onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, vt Euãgelicam veritatem, & sanctam scripturam iuxta declarationem, & interpretationem doctorum, quos Ecclesia Dei vel vsus diuturnus approbauit, legendoq. hactenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent, & exponant: nec quicquam eis proprio sensu contrarium vel dissonum adijciant: sed illis semper insistant, quæ ab ipsis sacræ scripturæ verbis ritè ac sanè, & præfatorum interpretationibus intellectis non discordant: *Quam regulã sancti patres Spiritu sancto afflati nouissimo vniuersali concilio Tridentino rursus, ad coercenda pertulantia huius temporis hæreticorum ingenia, tradiderunt sess 4. August. lib. 12. Cõfess. cap. 25. docet quomodo is sit sensus scripturæ, qui sit omnis Doctorum Ecclesiæ, communis, & sententia sit Dei sententia.*

h *Familare est hæreticis pestilens suum virus, non solùm nomine, & auctoritate doctissimorum tegere, verum etiam venenata vesaniæ suæ pocula sub Apostolorum titulo insipientibus propinare, quo dulciùs facilìùsq. ab eis hauriãtur. Hinc Pauli nomine Thessalonicensibus epistola mittitur, sicut ipse B inquit 2. ad Thess. 2.* Neq. per epistolam, tanquã per nos missam. *Hinc etiam pseudepigraphaïlia, liber Seth filij Noe, Scriptura Cham, Euangelium Petri, Thomæ, Matthiæ. Hinc Pauli raptus, Salomonis incantationes, & huius generis infinita alia, vt tradit Euseb. lib. 3. hist. Eccles. c. 19. & concil. Nicen. 2. Priscillianus etiam & Dictinius, hæretici scripturas sub nomine Prophetarum, Apostolorum, & Patriarcharũ publicarunt concil. Brachar. Nicephorus etiam libr. 16. hist. Eccles. cap. 28. asserit Appollinaris hæretici libellos Athanasio, Gregorio, & Iulio attributos; sic & Epiphanio Cypri Episcopo Ibæ epistolam falsò imposuerunt, vt est in Concil. Niceno 2. Et augustino articuli falsò impositi. Prosper ad obiect Vincent. c. 15. Nostris etiam exulceratissimis C temporibus, Oecolampadij volumen aduersus sacramentum Eucharistiæ, Bertramio presbytero ad Carolum Magnum adscribitur: Carolostadij opus aduersus imagines ipsi Carolo Magno. Caluini quidam liber Alcuino Caroli M. præceptori: vt docte adnotauit Sixtus in Bibliotheca sua.*

i *Sic Clementis, Dionysij, Origenis, Athanasij & aliorum nobilium Doctorum scripta depravata ab hæreticis fuere, vt Pamphylius Martyr. Euseb. Cæsariens. Didymus, Ruffinus, & alij tradunt. Concilia etiam eidem iniuriæ fuerunt obnoxia, vt in sexto general. Concil. Constantin. act. 14. constat. At verò Origenis libri ab hæreticis (vt hoc obiter moneam) corrupti fuerunt, longam vicus Mirandulanus disputationem texit. Cõtra eos porrò qui flagitium hoc admittere non verentur, & falsos pro veris libros obtrudere audent, ita D cõstit. Apost. statuitur.* Si quis falsò inscriptos libros, tanquam sacros in Ecclesia ad populi & cleri corruptionem publicauerit, deponitor.

k *Sic habet Apostolus 1. ad Thess. c. 5.* Prophetias nolite spernere: omnia autem probate.

De libris gentilium. CAP. XIII.

IDeò [a] prohibetur Christianus [b] figmenta legere poetarum, quia per oblectamenta inanium fabularum, mentem excitant, ad incentiua libidinum. Non enim solùm thura offerendo dæmonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiendo.

Quidam plus meditari delectantur gentilium dicta, propter tumentem, & ornatum sermonem: quàm scripturam sanctam propter eloquiũ humile. Sed quid prodest in mundanis doctrinis proficere, & inanescere in diuinis? Caduca sequi figmẽta, & cælestia fastidire mysteria? cauendi sunt igitur tales libri, & propter amorem sanctarum scripturarum vitandi.

Gentilium dicta exteriùs verborum elocuentia nitent: interiùs vacua virtutis sapientia manent: eloquentia autem sacra exteriùs incõpta verbis apparẽt: intrinsecus autem mysteriorum sapientia fulgent. Vnde & Apostolus: Habemus, inquit, thesaurum istum in vasis fictilibus.

Sermo quippe Dei occultum habet fulgorem sapientiæ & veritatis repositum in verborum vilissimis vasculis.

Ideò libri sancti simplici sermone conscripti sunt, [c] vt non in sapientia verbi, sed in ostensione spiritus homines ad fidem perducerentur. Nam si Dialectici acuminis versutia, aut rhetoricæ artis eloquẽtia editi essent, nequaquam putaretur fides Christi in Dei virtute, sed in eloquentiæ humanæ argumentis consistere: nec quenquam crederemus ad fidem diuino inspiramine prouocari, sed potius verborum calliditate seduci.

Omnis secularis doctrina spumantibus verbis resonans, ac se per eloquentiæ tumorem attollens, per doctrinam simplicem & [d] humilem Christianam euacuata est, sicut scriptum est: Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?

Fastidiosis atq. loquacibus scripturæ sanctæ minus propter sermonem simplicem placent. Gentili enim eloquentiæ comparata, videtur illis indigna. Quòd si animo humili mysteria eius intendant, confestim aduertunt, quam excelsa sunt, quæ in illis despiciunt.

c In lectione non verba, sed veritas est amanda. Sæpè autem reperitur simplicitas veridica, & composita falsitas: quæ hominem suis erroribus illicit, & per linguæ ornamenta laqueos dulces aspergit.

Nil aliud agit amor mundanæ scientiæ, nisi extollere laudibus hominem. Nam quantò maiora fuerint litteraturæ studia: tanto animus [f] arrogantiæ fastu inflatus maiore intumescit iactantia. g Vnde & benè Psalmus ait: Quia non cognoui litteraturam

Universidad de Deusto
Biblioteca

raturam introibo in potentias Domini.

Simplicioribus litteris non est præponẽdus fucus Grammaticæ artis. Meliores sunt enim communes litteræ, quia simpliciores, & ad solam humilitatem legentium pertinentes: illæ vero nequiores, quia ingerunt hominibus pernicioſam mentis elationem.

h Meliores esse grammaticos, quàm hæreticos. Hęretici enim hauſtũ lethiferi succi hominibus persuadendo propinant: Grammaticorum autem doctrina potest etiam proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vsus assumpta.

a *Citatur in collectis Gratiani Dist. 37. c.* Ideo prohibetur. *In tota illa Distinct. secularium librorũ agitur ex decreto concil. Carthag. 4 c. 16. & Hieronym. & Rabano, & Beda & Clemente.*

b *Paulinus Epist. 7.* Negant Camœnis, nec patent Apollini dicata Christo pectora. *De lectione Episcoporum & Sacerdotum, & quomodo iuxta Apostoli sententiam attendere debeant lectioni, exhortationi, & doctrinæ, est in collectis Gratiani D. 36. c.* Qui Ecclesiasticis disciplinis: *& si quis vult ex Sozimo in epist. 1. ad Nestychium: & Orig. homil. 6. ad caput 8. Leuit.* Et *Gregor. lib. 9. Regist. epistola 48. Desiderium Episcopum reprehendit quod Grammaticam quibusdam exponeret, quia in vno ſe ore cum Iouis laudibus Christi laudes non capiunt. Non omnia tamẽ poetarum figmenta protinus Christianis interdicuntur, sed ea duntaxat, quæ libidinis fomenta excitant. Nam vt Ambros. docet lib. 3. de fide 5. Trinitatis, in principio tom. 2. etiam in diuinis scripturis poëtarum inueniuntur colores, & similitudines, & versiculi poetarum diuinis libris inserti sunt: Nam & gigantes, & vallem Titanum prophetici sermonis series non refugit, & Isaias sirenas, & filias passerum dixit, & Teremias. Vnde Augustinus lib. 2. de Ciuit. Dei c. 8. improbat quidem studium tragœdiarum, & comœdiarum, & poeticarum fabularum, sed earum duntaxat, quæ verborum obscœnitate compositæ sunt, puerisq; earum lectionem interdicit. Idq; non solum ipse atq; alij sancti patres, verum etiam Gentiles, qui virtutum leges tradant, inter quas est Plato lib. de legibus, & alij. Vide Augustinum ipsum lib. 14. de Ciuitat. Dei.*

c *Sic Paulus 1. ad Corinth. 2.* Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostẽsione spiritus, & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

d *Ita Gotth. Salm. & alijs m.s.* humilitatem Christianam, *Toletan.*

e *Ambros. epist. 5. ad Sabinum in princ.*

f *Alludit ad illud Pauli:* scientia inflat, charitas ædificat.

g *Psal. 70. vbi Basilius probat Symmachi versionem,* quoniã adnumerare nequeo ingrediar in potẽtias Dñi: quoniã politius erat illud: Os meũ annũtiabit iustitiam tuã. Hæc aũt promissio, quia maior est viribus humanis subiecit: quoniam cõnumerare nequeo: tales enim scripturas non est natura mea assequuta: Attamen ingrediar in potentias Dñi, vt humanæ naturæ imbecillitatem posibilẽ reddam. *Idem Theodoretus. Augustinus, quod alij CC. habent negotiationem & de litteratura hæreticorum, & negotiatione exponit.* Sunt, *inquit,* qui de omnibus litteris tam sacris, quàm profanis interpretentur, vt est illud *Isai. 29.* Nescio litteras *quasi dicat non satis intelligo scripturas sacras, neq; mysteria, quæ in eorũ sensu abdita latent incognita: litteraturã vocat legem Moysis in cortice & littera: cognoscere interpretatur approbare. Quasi dicat non approbaui literam occidentẽ, intraui in potentias, viuificante spiritus sancti Dei, recolendas, atq; annumerandas, satis mihi erit meditari, & dicere alijs Deum omnia posse; & tota ratio facta mihi erit potentia facientis.*

h *Grãmaticos hic vocat Aristarchos illos, qui sibi de omnis doctrinæ iudicium vendicabant, censores doctrinæ, & ipsius quorum & inanem tumorem reprehendit Augustinus lib. de catechizandis rudibus cap. 9.* sedulò monendi sunt scholastici, vt humilitate induti Christiana, discant non contemnere, quos cognouerint morũ vitia, quàm verborum, amplius deuitare. Et *habetur D. 38. vide de sensu & intelligentia diuinarum litterarum, non de Grammatica certandum docet lib. 2. Doctrinæ Christ. c. 13. Eutropius vtile esse Grammaticorum tropos prænoscere ad intelligentiam litteralis scripturæ sensus docet lib. 3. c. 29. Et d. 37. fusè sub nomine Hieronymi in 1. caput epist. ad Titum.* Siquis, *inquit,* artem nouerit Grammaticam, vel Dialecticam, vt rectè loquendi rationem habeat, & inter falsa & vera dijudicet: non improbamus: Geometria & Arithmetica & Musica habent in sua scienria veritatẽ: sed non est scientia illa scientia pietatis. Scientia pietatis est, nosse legem, intelligere prophetas, Euãgelio credere, Apostolos nõ ignorare: Grammaticorum autem doctrina etiam potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vsus assumpta. *Clemens Alexand. strom. 1. ex sententia Eupolemi tradit, Moysem primum fuisse sapientem, & Grammaticam primò tradidisse Iudæis, & Phœnices à Iudæis accepisse. Idem Basilius homilia* περὶ τῆς πίστεως.

De Collatione. Cap. XIIII.

CVM sit vtilis ad instruendũ lectio, adhibita autem collatione maiorẽ intelligentiam præbet.[a] Melius est enim cõferre, quàm legere.

Collatio autem docibilitatem facit: Nam propositis interrogationibus cunctatio rerũ excluditur, & sæpè obiectionibus latens veritas approbatur. Quod enim obscurum aut dubium est, conferendo citò perspicitur.

b Multùm prosunt in collatione figuræ. Res enim, quæ minus per se aduertuntur, per comparationem rerum facile capiuntur. Nam sæpè sub specie alia, spiritales causas scripturæ diuinæ insinuant; & nisi per aliquam euidentem ostensionem, vix apparent occulta legis mysteria.

Sicut instruere solet collatio, ita contentio destruit. Hæc enim, relicto sensu veritatis, c lites generat, & pugnando verbis etiam in Deum blasphemat. Inde & hæreses & schismata, quibus subuertitur fides, veritas corrumpitur, scinditur charitas.

Contentionosorum studium non pro veritate, sed pro appetitu laudis, certat: tantaque est in his peruersitas, vt veritati cedere nesciant, ipsamq; rectam doctrinã euacuare contendant.

In disputatione fidelium cauenda est propositionũ artificiosa subtilitas, quæ callidis obiectionibus retia tendit: ita enim versutis assertionibus prauorum disputatio innodatur, vt recta esse simulent, quæ peruersa persuadent.

Lectio memoriæ auxilio eget. Quòd si fuerit naturaliter tardior, frequenti tamen meditatione acuitur, ac legendi assiduitate colligitur.

Sæpe prolixa lectio longitudinis causſa memoriam legẽtis[d] obtergit. Quòd si breuis sit, submotoque libro, sententia retractetur in animo, tunc sine labore legitur, & ea, quæ lecta sunt, recolẽdo à memoria minimè excidunt.

Acceptabilior est sensibus lectio tacita, quàm aperta, amplius enim intellectus instruitur, quando vox legentis quiescit, & sub silentio lingua mouetur. Nam clarè legendo, & corpus lassatur, & vocis acumen obtunditur.

a *Augustinus lib. 2. soliloquiorum, non alia ratione melius veritatem queri posse affirmat, quàm interrogando & respondendo. Et lib. 1. Academ. quæst. disput. 1. c. 3.* veritatis sola inquisitio perfectum sapientiæ munus est.

b *Augustinus tradit disputandi normam lib. de vtilitate credendi ad Honoratum,* separatis, *inquit,* nugis locorum communium: res cum re, causſa cum causſa, ratio cum ratione confligat.

c *Sic Paulus 2. ad Timoth. 2.* stultas autem, & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generãt litem. Et *ad Titum ferè idem cap. 3.* stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & vanæ: *vbi quæstiones litem generãtes, & pugnas legis deuitare, sunt enim inutiles & vanæ: vbi quæstiones multas, ineruditas appellat, Ambros. auctore quæ ex contentione sunt, & sine vllo fructu disciplinæ Christianæ.*

d *Ita est in Gotth. Tolet. Nam à Salmant. abest tota sententia, in reliquis omnibus,* oblitterat.

De contemplatione & actione. Cap. XV.

ACtiua[a] vita innocentia est operum bonorum: contemplatiua, speculatio supernorum: illa communis multorum est, ista verò paucorum.

Actiua vita mundanis rebus bene vtitur, contemplatiua verò mundo renuntians, soli Deo viuere delectatur.

b Qui prius in actiua vita proficit, ad contemplationẽ bene conscendit. Meritò enim in ista sustollitur, qui in illa vtilis inuenitur. Quicumq; adhuc temporalem gloriam aut carnalem affectat concupiscentiam, à contemplatione prohibebitur, vt positus in actualis vitæ operatione purgetur. In ista enim priùs per exercitium boni operis cuncta exhaurienda sunt vitia, vt in illa iam pura mentis acie ad contemplandũ Deum quisq; pertranseat.[c] Et licet cõuersus statim ad contemplationem conscendere cupiat, tamen ratione cogitur, vt priùs in actiuæ vitæ operatione versetur.

d Exemplum enim actiuæ, & contemplatiuæ vitæ de Iacob sume; qui dũ ad Rachel, hoc est, ad visum principiũ, destinaret, quæ contemplationem significat: Lia illi, hoc est laboriosa vita supponitur, quæ actiuam demonstrat.

e Sicut sepultus ab omni negotio terreno priuatur: ita & contemplationi vacans ab omni occupatione actuali auertitur. Et sicut ab actuali vita conscendentes in contemplationis quiete sepeliuntur: ita ab actione seculi recedentes eos vita actiua in se, quasi sepeliendos suscipit; ac per hoc vitæ mundanæ actiua vita, & vitæ actiuę contemplatiua sepulcrum est.

f Viri Sancti, sicut à secreto contemplationis egrediuntur ad publicum actionis, ita rursus ab actionis manifesto ad secretũ contemplationis intimæ reuertuntur, vt intus Deum laudent, vbi acceperunt, vnde & foris ad eius gloriam operantur.

g Sicut aquilæ moris est semper oculũ in radiũ solis infigere, nec deflectere, nisi escæ solius obtentu: ita & Sancti à contemplatione ad actualem vitam interdum reflectuntur, considerantes illa summa sic esse vtilia, vt tamen ista humilia sint paullulùm nostræ indigentiæ necessaria.

h In actiuæ vitæ genere humana intentio perseueranter incedit: in contemplatione autem se sepe per interualla resumit, quia diuturnitate contemplandi lassatur.

i Visio animalium in Ezechiele, quæ ibãt, & non reuertebantur, pertinent ad vitæ actiuæ perseuerantiã: & iterum ea animalia, quæ ibant, & reuertebãtur, pertinent ad cõtẽplatiuæ vitæ mensurã: in qua dum quisq. intenderit, sua reuerberatus infirmitate reflectitur: atq. iterũ renouata intentione, ad ea, vnde descẽderat, rursus erigitur. Quod fieri in actiua vita nõ potest, de qua si quisq.

h reflectat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

reflectat, vel ad modicum statim vitiorum excipitur [k] luxu.

1 Oculus dexter scãdalizans, quem euelli Dominus præcepit, vita contemplatiua est. Duo oculi in facie, actiua vita & contemplatiua in homine. Qui igitur per contemplationem docebit errorem, melius est, si euellat contemplationis oculum, seruans sibi vnum vitæ actiuæ obtutum, vt sit vtilius illi per simplicem actionem ire ad vitam, quàm per contemplationis errorem mitti in gehennam.

Sæpe mens ad summa ab imis erigitur: & sæpe à summis ad infima pondere carnis reclinata reflectitur.

Multos Deus ex carnalibus sua gratia visitat, & ad contemplationis fastigiũ eleuat. Multosque à contemplatione iusto iudicio deserit, & lapsos in terrenis operibus derelinquit.

[a] *De vita actiua & contemplatiua passim Gregorius agit, sed præsertim lib. 2 super Ezech. homil. 14. Et lib. 5. expos. in 1. Regum cap. 15. illud:* Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu Deo seruimus. *Ad Philippens. 3. Vita actiua & contemplatiua mirificè depingitur ab Augustino præsertim super Iohann. tract. vlt.* Duas itaq. vitas sibi diuinitùs prædicatas & commendatas nouit Ecclesia: quarum vna est in fide, altera est in specie: vna in tempore peregrinationis, altera in æternitate mansionis: vna in labore, altera in requie; vna in via, altera in patria: vna in opere actionis, altera in mercede contemplationis: vna declinat à malo, & facit bonum; altera nullum habet, à quo declinet, malum, magnum habet, quo perfruatur, bonũ: *Et lib. 2. de verbis Domini serm. 26. & 27. Idem ferè Basilius in regularum monasticarum proœmio: vbi fusè hanc materiam tractat. Clemẽs etiam Alexandrinus lib. strom. 6. veritatẽ in cognitionẽ, & actionem partitur. Et de excellentia vitæ contemplatiuæ libr. 7. Prosper etiam tres libros de vita contemplatiua composuit, & discrimen vtriusq; vitæ statuit, potissimùm lib. 1. c. 12.*

[b] *Greg lib. 6. Moral. c. 17.*

[c] *Conuersus is dicitur, qui seculo renuntians sequitur in vita perfecta Christum. Vnde laici, qui seculo renuntiarunt, in religione conuersi appellantur. Est enim in illis conuersio quædam cordis versio. Impositũ illis nomen videtur ab illo Ezech. 33. quòd Augustinus lib. de vera & falsa pœnitentia ita citat:* Quacumq. hora peccator ingemuerit, & cõuersus fuerit, vita viuet: *Additq; August.* dixit, Conuersum, nõ tantũ versum, vita viuere. Versum quidẽ puto, qui dolet de crimine: cõuersum, qui dolet de animi eius, quã exposuimus, varietate. Vertitur à peccato, qui iã vult dimittere peccatũ. Cõuertitur, qui iam totus, & omnino vertitur, qui iam non tãtùm pœnas non timet, sed ad bonum Dñi contendere festinat. Quæ conuersio si contigerit alicui, etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix vel rarò est tam iusta conuersio, timendum est de pœnitente serò.

[d] *Greg. lib. 2 sup. Ezech. homil. 14.*

[e] *Ex Greg. lib. 6. Moral. c. 17.*

[f] *Ex Greg. lib. 6. Moral. c. 17. Est etiam lib. 6. Epist. 169. ad Cyriacum Ep scopũ. Et habetur 8. q. 1. c. in scripturis.*

[g] *Greg. lib. 9. Moral. c. 16.*

[h] *Greg. lib Moral. 10. c. 10.*

[i] *Greg. ibidem.*

[k] Luxu *ita Goth. Salm. & alij m. s.* fluxu *Tolet. & edit. vet.*

De contemptoribus mundi. CAP. XVI.

EA,[a] quæ seculi amatoribus chara sunt, sancti velut aduersa refugiunt: pluſque aduersitatibus mundi gaudent, quàm prosperitatibus delectantur.

Alienos esse à Deo, quibus hoc seculum ad omne commodum proſperatur. Seruis autem Dei cuncta huius mundi contraria sunt: vt dum ista aduersa sentiunt, ad cælestе desiderium ardentiùs excitentur.

Magna apud Deum refulget gratia, qui huic mundo contemptibilis fuerit. Nam reuera necesse est, vt quem mundus odit, diligatur à Deo.

Sanctos viros in hoc seculo [b] legimus peregrinos esse & hospites, vnde & reprehenditur Petrus, quòd tabernaculum in monte figere cogitauit, quia Sanctis in hoc mundo tabernaculum non est, quibus patria & domus in cælo est.

Sancti viri ideo contemnere cupiunt mundum, & motum mentis ad superna reuocare: vt ibi se recolligant, vnde defluxerint, & inde se subtrahant, vbi dispersi sunt.

[c] Iusti, qui rebus, honoribusque ac vitæ blandimẽtis renuntiãt, proinde se ab omni terrena possessione mortificant, vt Deo viuant: ideoq. seculi huius blanditias calcant, vt validiores ad vitam illam de huius vitæ mortificatione consurgant. Cuncta quippe temporalia, [d] quasi herbæ virentes, arescũt, & transeunt: ideoq. pro æternis rebus, quæ nunquam arescunt, rectè ista Dei seruus contemnit, quia in eis stabilitatem non aspicit.

Qui post renuntiationẽ mundi ad superna patriam sanctis desiderijs inhiat, ab hac terrena intentione, quasi quibusdam pinnis, subleuatus erigitur, & in quo lapsus erat, per gemitũ conspicit, & vbi peruenerit, cum gaudio magno intendit. Qui verò à contemplationis requie reflexus, in curas huius seculi incidit, si ad memoriam sui reuertatur, protinus ingemiscit: quantumque fuerint trãquilla, quæ perdidit, & quam confusa

confusa sint in quibus cecidit, ex ipsa laboris sui difficultate cognoscit. Quid enim in hac vita laboriosius, quàm terrenis desiderijs æstuare? Aut quid hic securius, quàm huius seculi nihil appetere? Qui enim hunc mundum diligunt, turbulentis eius curis & solicitudinibus conturbantur. Qui autem eum odiunt, nec sequuntur: internæ, quietis tranquillitate fruentes, futuræ pacis requiem, quam illic expectant, hic quodam modo habere iam inchoant.

[a] *De tribus vocationum generibus ab homine, à Deo, & ex necessitate disserit Phanutius Antonij discipulus apud Cass. coll. 3. cap. 3. & similiter de tribus abrenuntiationum modis eadem collat. c. 6. ac toto pene libro. Ambrosius de fuga seculi pię omnes ad mundi contemptum adhortatur.*

[b] Paulus 11. *ad Hebræos:* Quia peregrini & hospites sunt super terram. *Et* 1. Petri. Obsecro vos tãquam aduenas & peregrinos.

[c] *In hac sententia triplicem abrenuntiationem complectitur Isidorus, de qua Cassianus collat. 3. cap. 6. vt supra retuli.*

[d] *Allusum ad illud Isaiæ:* Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri.

De Sanctis, qui se à consortio seculi separant. CAP. XVII.

SAncti viri funditus seculo renuntiantes, ita huic mundo moriuntur, vt soli Deo viuere delectentur: quantoque ab huius seculi conuersatione se subtrahunt, tantò internæ mẽtis acie præsentiam Dei & Angelicæ societatis frequentiam cõtemplantur.

Malorum tam praua sunt opera manifesta, vt hi qui supernam patriam desiderant, non solum mores eorum, sed & consortia fugiant. Quidam etiam corporaliter separari desiderant ab iniquis, vt eorum non inuoluantur delictis. Nonnulli etsi non corporali discessu, spirituali tamen ab eorũ intentione recedunt: qui etsi communes sunt conuersatione, discreti tamen sunt corde vel opere. Et licet sæpe in medio carnalium vitam Deus protegat electorũ, tamen satis rarum est, vt quis inter seculi voluptates positus, à vitijs maneat illibatus, in quibus etsi non citò implicetur, aliquando tamen attrahitur. Neque enim diu tutus esse potest, qui periculo proximus fuerit.

Via sine offendiculo, vita monachi, sine cupiditatis & timoris impedimento. Dum enim quisque à consortio mundi abstrahitur, nec cupiditas eum obligat consentientem, nec cruciat sentientem.

Bonum est corporaliter remotum esse à mundo, sed multo est melius voluntate, vtrumque vero perfectum: ille ergo perfectus est, qui huic seculo, & corpore & corde discretus est.

[a] Onager, vt ait Iob, contemnit ciuitatem, & monachi cõmunem secularium ciuium conuersationem. Hi aduersa vitæ nostræ appetunt, prospera contemnunt, vt, dum ab eis hæc vita despicitur, futura inueniatur.

[a] *Est apud Iob c. 39.* Contemnit, *inquit,* multitudinem ciuitatis, & clamorem exactoris non audit; *quem locum, eodem quo Isidorus modo Gregor. interpretatur lib. 30. Moral. c. 12. & Cass. coll. 17. c. 6.*

De præceptis altioribus monachorum. CAP. XVIII.

ALia sunt præcepta, quæ dantur fidelibus communem vitam in seculo agentibus: atque alia seculo huic renuntiantibus. Illis enim dicitur vt sua omnia bene gerant: istis vt sua omnia derelinquant. Illi præceptis generalibus adstringũtur: isti præcepta generalia perfectiùs viuendo transcẽdunt.

[a] Ad perfectum non sufficit, nisi vt abnegatis omnibus suis, etiam se ipsum quisque abneget: sed quid est se ipsum abnegare, nisi voluptatibus proprijs renuntiare? Vt qui superbus erat, sit humilis, qui iracũdus, esse studeat mansuetus. Nam si ita quisq. renuntiet, quæ possidet, omnibus, & suis non renuntiet moribus, nõ est Christi discipulus. Qui enim renuntiat rebus suis, sua abnegat: qui vero renuntiat moribus prauis, semetipsum scilicet abnegat. Vnde & Dominus: Qui vult, inquit, post me venire, abneget semetipsum.

[a] *Greg. homil. 32. in Euang.*

De humilitate monachi vel opere. CAP. XIX.

SVmma virtus monachi humilitas, summũ vitium eius superbia est. Tunc autem se quisq. monachum iudicet, quando se minimum existimauerit, etiam cum maiora virtutum opera gesserit.

Qui mundum deserunt, & tamen virtutes præceptorum sine cordis humilitate sequũtur: isti quasi de excelso grauiùs corruũt

quia deteriùs per virtutũ elationẽ deijciun A tur,quàm per vitia prolabi potuerunt.

Omnis Dei seruus de suis meritis non debet attolli, dum posse videat ex inferioribus sibi prælatiores alios fieri. Nouerit autem omnis sanctus se alterius non pręponere sanctitati. Semper Dei serui conscientia humilis esse debet,& tristis:scilicet,vt per humilitatem non superbiat,& per vtilem mœrorem cor ad lasciuiam non dissoluat.

Dei seruus dum bonum aliquod opus agit, vtrum ei ad boni remunerationem pertineãt quæ facit, incertus est:ne forte discussione cælestis iudicis reus pensetur, & in his quæ Dei sunt, negligenter aut superbè B aliquid operasse inueniatur. Ideóque pro hoc ipso tristis mœrensque efficitur, atque indesinenter turbatur,reminiscens proculdubio scriptum esse:[a] Maledictus qui facit opus Dei negligenter.Nam veraciter condemnamur, si per torporem ea, quæ bona sunt,agimus.

[b] Dei seruum sine intermissione legere, orare,& operari oportet:ne forte mentem otio deditam spiritus fornicationis subripiat.Cedit enim labori voluptas: animum autem vacantem citò præoccupat. Contuere Salomonem per otium multis fornicationibus inuolutum: & per fornicationis vitium vsque in idolatriam lapsum.

[a] *Vulgata editio Ierem. 48.* Maledictus homo, qui facit opus Dei fraudulẽter. *Quomodo etiam legit Cassian.coll.21.de remissione quinquagesimæ.c.22.*
[b] *Augustin.ad frat.in Eremo serm.17.tom.10.*

De tepore Monachorum. Cap. XX.

QVI non rigida intentione monachi professionem sectantur,quantò superni amoris propositum dissolutè appetunt: tantò procliuiùs ad mundi amorem denuo reducuntur. Nam professio non perfecta præsentis vitæ repetit desideria: in quibus etsi nondum se monachus alliget opere, iam tamẽ alligat cogitationis amore. Lõgè quippe à Deo est animus, cui hæc adhuc vita dulcis est. Iste enim,quid de supernis appetat,quid de infimis fugiat,nescit.Nam sicut scriptum est:[a] Qui apponit scientiam, apponit & dolorem.

Quantum enim quisq. potuerit superna scire, quæ appetat, tantò de infimis acriùs quibus inhæret, dolere debet. Propter hoc enim & Iacobus Apostolus dicit: Miseri estote, lugete & plorate, risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorẽ. [b] Hinc etiam Dominus: Beati, inquit, qui lugent,quoniam ipsi consolabuntur.Et rursus:Væ vobis qui ridetis,quoniam flebitis.

Qui ad hoc cõuersionem sanctitatis prætendit, vt alijs quandoq. præesse desideret, iste non discipulus Christi,sed prauitatis sectator existit: quia non pro Deo,sed proseculi honore portare studet crucis Christi laborem.

[a] *In vulgata edit.est*, qui addit scientiam, addit & laborem. *Alij tamen legunt*, dolorem, *vt hic nos. Isidorus.rectius. Ita enim Græcè est*, καὶ ὁ προσβαλὼν γνῶσιν, προσθήσει ἄλγημα.
[b] *In duobus CC. Seguntino, & Toletano est*: Hinc etiã Dñs dixit ad eos, qui pro hoc seculo cõuertuntur, vt honorem sacerdotalem adipiscantur: Væ vobis qui ridetis, quoniam flebitis.

De Monachis,qui curis seculi occupantur. Cap. XXI.

HI qui pro Dei timore seculo renũtiant, & tamen curis rerum familiarium implicantur: quantò se rerum studijs occupant,tantò à charitate diuina seipsos separant. Qui simul & terrenis parere curis, & C diuinis exerceri student:vtrunq. complecti simul nõ valẽt. Nã duas curas pariter ineſſe pectori humano nõ posse:& duobus seruientem dominis,vtriq. placere, difficile est.

Nisi priùs à secretioribus cordis expellatur importuna secularium multitudo curarum, anima quæ intrinsecus iacet, nequaquam resurget.Nam dum se per innumeras seculi cogitationes spargit,ad considerationem sui se nullatenus colligit.

Arguitur eorum tepor, qui Deo vacare volentes,& mundo renũtiant,& curas pro- D priasaspernantur: sed dum propinquorum vtilitates procurant, à Dei amore se separant.

[a] Vir spiritualis ita prodesse debet suæ propinquitati, vt dum illis gratiam carnis præstare studet: ipse à spirituali proposito nequaquã declinet. Multi enim monachorum amore parentum non solùm terrenis curis,sed etiam forensibus iurgijs inuoluuntur,& pro suorum temporali salute animas suas perdunt.

Interdum ordinata discretio est,dum negatur proximo quod præstatur extraneo: vt noueris non prohiberi pietatis officium, A sed negari carnalitatis affectum. Proximis enim carnaliter præstatur, quod extraneis pie impenditur.

Sicut nostra nobis non odienda est anima, sed eius carnales affectus odio debemus habere: ita nec parentes odio à nobis habendi sunt,sed eorum impedimenta,quæ nos ab itinere recto præpediunt:dum tamẽ Dominus ita præcipiat nobis parentes odire,sicut & animas nostras.

[b] Figuram sanctorũ virorum renuntiantium seculo vaccas designasse allophilorũ arcam Dei gestantes. Nam sicut illæ pignerum affectibus à recto itinere minimè digressæ sunt: ita & vir mundo renuntians, parentelæ obtentu non debet à bono præpediri proposito. B

[a]
[b] *Greg.lib.Moral.7.c.17.*
Gregor.lib.7.Moral.c.17.

De his qui à Deo mundi amore præpediuntur. Cap. XXII.

MVlti cupiunt conuolare ad gratiã Dei, sed timent carere oblectamentis mũdi. Prouocat quidem eos amor Christi, sed C reuocat cupiditas seculi. Qui proinde obliuiscuntur voti,quia capiuntur illecebris vanitatis.

Quæcumq. mens procellis mundi huius inuolueris, lignum conscende crucis, vt à mari,idest,tempestate huius seculi liberetis. Nam nullus te à lacu mortis humanæ saluabit,nisi Christus eruerit.

Qui seculo renũtiare disposuit, trãsgressionis reatu astringitur, si votũ mutauerit. Atrociter enim in discussione diuini iudicij arguendi sunt,qui,quod professione sponderant, implere opere contempserunt.

[a] Mirabiliter cõparatur similitudo à voluptatibus mundi conãti redire ad Deũ, retinentibus eum cupiditatibus seculi, ei, qui D dormitãs exurgere conatur,& sopore somni deprimitur. Ille enim ad bonũ nouit redire,& voluptatũ facibus non finitur.Iste meliùs eligit vigilare,sed soporis torpore tenetur.

A bono in deterius lapsos supra carbones frigidos fieri nigriores, quia per torporem nẽtis ab igne charitatis Dei extincti sunt: & per mundi appetitũ à luce supernæ illu-

minationis priuati nigredine peccatorum fuscantur.

Quidam intentionem bonæ operationis metu extinguunt inopiæ, nec permittuntur infirma mente desiderata perficere: & cùm indigere in mundo metuunt, à gloria superna semetipsos [b] abscindunt.

Multis consiliorum argumentis insidiatur eis Diabolus in acquirendo plurima,qui paucis & modicis vouerant esse contenti. Opponit igitur in eorum mentes futuram egestatem filiorum,persuadet habere plura, vnde sibi egenisque sufficiat: quatenus his blandimentis intentionem bonæ deuotionis subuertat, atq. in terrenis lucris deceptam mentem reducat.

Multis argumentis insidiatur Diabolus eis,qui renuntiant seculo, vt eius se iterum amori substernant. Grauiùs autem illos in concupiscentijs seculi ferit,quos post renũtiationem ad mundi amorem reduxerit. [c] Et maximè per cenodoxiam subijcit sibi Diabolus monachum: vt quem per seculi amorem retinere non potuit; ab humilitatis culmine subtrahat, & per superbiæ tumorem sibi subditum faciat.

Dei seruus semper fallentis Diaboli præuidere debet insidias,& magis in bonis operibus cordis debet adhibere cautelam; ne per vanam gloriam perdat semetipsum, ac pereat,cunctaque bona amittat, quæ rectè agendo obtinuerat.

[a] *Tota hæc sententia antea depraua tissima M. ff. ope nostraq; diligentia est restituta.*
[b] *Ita Salm.Gorth,* excedunt, *Tolet.*
[c] *Græcorum cenodoxia Latinis est vana gloria. Cassianus voce ea frequenter vtitur. Et libr. 11. de spiritu cenodoxiæ vanam siue inanem gloriam vocat. Est apud Paulum etiam huius vocis vsus ad Philippen. 2.* Nihil per cõtentionem,neq. per inanem gloriam. *Nam Græcè ita legitur,* μηδὲν κατ' ἐριθείαν, μὴ κενοδοξίαν.

De Iactantia. Cap. XXIII.

TAm in factis,quam in dictis cauendam esse iactantiam: [a] flendam tamen ruinam, qua sibi quenquam magis, quàm Deo placere, & laudem ab hominibus comparare.

Vanus & erroris est animus plenus, famã appetere, & ad capiendã terrenã laudẽ studiũ dare. [b] Circũspice temetipsum homo, nihilque tibi arroges, quæ in te sunt præter peccatum. Non declinat ad dexteram

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui non sibi,sed Deo tribuit bona,quæ agit: A neq. ad sinistrã se vertit, qui de diuina indulgentia peccandi licentiã non præsumit. Hoc est,quod Propheta ait:hæc via,ambulate in ea,neq.ad dexterã,neq. ad sinistram declinantes.

b Verum est, quod natura expetit delectari in laudibus: sed tunc rectè, si in Deo, non in se quisq. laudetur,sicut scriptum est: In domino laudabitur anima mea.

c Sæpè vanam gloriam contemnendo in aliud genus elationis incidimur, dum in se quis gloriatur, pro eo quòd contemnat ab hominibus laudem.

Quibusdam concessum est tantundem B bene agere,& fructum boni operis non habere, quod ipsi sibi auferunt per studium humanæ iactantiæ.

Semper suam aspiciant fœditatem, qui vanæ gloriæ fauores diligunt, & perdidisse bonum opus doleant, quod pro humana ostentatione fecerunt.

d Amator vanæ gloriæ, vnde possit semper laudari,agere non quiescit: & subinde illi vires vanitatis prauus appetitus auget.

e Boni operis inchoatio, non debet citiùs palam ad hominum cognitionem venire: ne dum boni inchoatio humanis oculis reseratur, à virtute perfectionis inanescat cœptio sanctitatis. Ante maturitatis enim tempus messes florentes citò pereunt, germinaq. eorum inutilia fiunt.

f Virtutes sanctorum per ostentationis appetitum dominio dæmonum immundorum subijciuntur, sicut Ezechias Rex, qui diuitias suas Chaldæis per iactantiam prodidit, & propterea perituras per Prophetam audiuit: vt significaret Dei seruum virtutes suas, dum vanæ gloriæ studio prodiderit,perdere & statim dæmones suorum operũ dominos facere, sicut ille per ostẽtationẽ Chaldæos rerũ suarũ dominos fecit.

g Optima est illa discretio, vt & nota sint opera nostra ad Dei augendam gloriam, & occulta pro elatione vitanda humana. Ille autem debet publicare bonum, quod agit, qui perfecta humilitate fundatus,nulla iam elatione contingitur. Nam qui se intelligit adhuc amore laudis pulsari, facta bona in occulto agat,ne forte,quod egerit,perdat.

Interdum viri sancti,dum cupiunt funditus suam mutabilitatem corrigere, aliquando tumore tangũtur elationis suæ cõscij actionis iustitiæ:sed ab huius subreptionis malo humilitatis cõpũctione purgãtur.

Viri Sancti nonnunquam quosdam de se audientes instruunt, & tamen in his alta se consideratione custodiunt:ne dum alios à terrena intentione erigunt, ipsi in terrenæ laudis appetitu demergantur.

Quidã per incautam virtutum iactãtiam relabuntur ad vitia: & quidam,dum vitiorum impulsum frequenter plangũt, de ipsa infirmitate per humilitatem validiùs conualescunt.

Plerumque vtile est arrogantibus deseri à Deo,quatenus suæ infirmitatis conscij ad humilitatem redeant, & humiles post casum existant.

Nonnulli falsa opinione arrogantiæ se esse perfectos existimãt, dum non sint: qui obortis tentationibus innotescunt.

Tantò quisq; fit veritati vicinior, quantò se esse longius ab ea fuerit arbitratus. Hoc enim humilitatis est, quæ Deo hominem iungit.[h] Cæterum iactantia,oculos quibus Deus videri poterat,claudit.

Sicut,Solis radius dum conspicitur, acies oculorum hebetatur:sic & qui immoderatè altiora scrutatur,ab intentione veri obtunditur.

Sicut aquila ex alto ad escas collabitur:sic C homo de alto bonæ cõuersationis per carnalẽ appetitum ad inferiora demergitur.

a *Gotthus. C. Toletan.* Cauendam esse iactantiam, flenda est tamen ruina sibi quem quã magis,quam Dño placere,& laudem ab hominibus comparare.

b *Gregor. lib. 16. Moral. c. 15.*

c *August. lib. Confess. 9. c. 38.*

d *Greg. lib. 8 Moral. c. 3.*

e *Sic Goth. lib. & apud Greg. lib. Moral. c. 8. 35.* Idcirco innotescere citiùs non debet in alijs.

f *Gregor. ibidem.*

g *Greg. ibid. c. 30.*

h Ex *Gotthicis duobus & alijs quibusdam CC. hæc verba adduntur*:iactantia oculos, quibus Deus videri poterat, claudit. *In nullo tamen excusa sunt, neq; in aliquo m. ff. verumtamen à Gregorio esse videntur lib. 24. Moral. c. 28.* Sic quippe in mente, *inquit*, superbia, sicut in oculis caligo generatur.

De Hypocrisi. Cap. XXIIII.

HYpocrita[a] verba sanctorũ habet, vitã non habet: & quos per sermonem doctrinæ genuerit,non fouet exemplis,sed deserit:quia quos verbo ædificat,vita & moribus destruit.

b Hypocritæ simulatores dicuntur, qui iusti non esse quærunt, sed tantùm videri cupiunt.Hi mala agũt,& bona proficentur. Per

Per ostentationem quippe boni apparent, A per actionem vero mali existunt.

c Omnia possunt à simplicibus vitia perpetrari; simulatio vero & hypocrisis non committitur, nisi à malè astutis per calliditatem, valentibus vitia sub specie virtutum celare, & non veram sanctitatem obijcere.

Sancti non solùm gloriam supra modum suum omnino nõ appetunt: sed etiam hoc ipsum videri refugiunt, quod esse meruerunt.Hypocritæ autem malitiæ suæ occulta tegentes ante oculos hominum, quadã innocentię sanctitate se vestiunt,vt venerentur. Quibus bene diuina voce dicitur: Væ B vobis hypocritæ, quia similes facti estis sepulcris dealbatis,quæ foris quidem apparẽt hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum.Ita & vos foris quidem apparetis hominibus iusti, intus verò pleni estis auaritia & iniquitate.

Dupliciter damnantur hypocritæ, siue pro occulta iniquitate, siue pro aperta simulatione. Ex illo enim condemnantur, quia iniqui sunt:ex isto,quia ostẽdunt quod non sunt.

Non semper latent hypocritæ, nam etsi in principio sui quidam non pateant, prius tamen quàm vita eorum finiatur, quàm simulatè vixerint, deteguntur. Omne enim syncerum permanet:nã quæ simulata sunt, diuturna esse non possunt.

Non eorum desperanda est salus, qui adhuc aliquid terrenum sapiunt:dum possint, & in occultis agere,vnde iustificentur. Hi enim meliores sunt hypocritis,eo quòd malì sint in aperto,& in occulto boni. Hypocritæ vero in occulto mali sunt;& bonos se palàm ostendunt.

Hypocritam iustus arguere prohibetur, ne deterior castigatus existat dicente Salomone, Noli arguere derisorem, ne oderit te.

a *Totum hoc caput legitur ad verbum in libro de conflictu vitiorum. & virtutum.*

b *Hypocrita hoc sonat Latinis,quod simulator Greg. lib. 18. cap. 7. in illud Iob c. 27.* Quæ enim est spes hypocritæ. *Hypocrita (inquit) Latina lingua dicitur simulator, iustus esse non appetit, sed videri. August. lib. 1. de serm Domini in monte c. 3. eleganter, vt omnia*: Sunt enim hypocritæ simulatores, tanquam pronuntiatores personarum alienarũ, sicut in theatricis fabulis. *vocatur ab eadem fictus.*

c Ex hac sententia aperte colligo illud quod sæpe mihi persuasi: non solum à D. *Greg. sententias esse desumptas, sed etiã ab alijs patribus maximè verò à D. August. tota hæc sententia est. In libello de conflictu vitiorum & virtutum sic habetur*: Omnia possunt à simplicibus vitia perpetrari. Simulatio autem & hypocrisis non committuntur nisi à malè astutis, per calliditatem valentibus vitia sub specie virtutum celare,& non veram sanctitatem obijcere: Sancti non solùm gloriam supra modũ omnino non appetunt,sed hoc ipsum videri refugiunt, quod esse merentur, &c. *Eadem etiam ferè dicuntur à Greg. lib. 26. Moral. c. 28. Vbi explanat illud Iob c. 36.* Simulatores & callidi prouocant iram Dei: Cum simulatores diceret *inquit*, aptè subiũxit.& callidi: Quia nisi ingenio calleant, quod videri appetunt, congruè simulare non possunt. Sũt enim nonnulla vitia, quę etiam à sensu tardioribus facilè perpetrantur, *&c. Et infr.* Hæc itaque simplicibus minimè congruunt: quia si congruunt, iam simplices non sunt. *Et lib. 18. Moral. cap. 4.* Refugiunt videri, quod sunt,& ante oculos hominum, super inducta quadam innocẽtiæ honestate se vestiunt, vndè rectè per Euangelium voce nostri Redẽptoris increpantur: cum eis dicitur; Væ vobis hypocritæ; quia similes facti estis sepulcris dealbatis: quæ foris quidem apparent hominibus speciosa, intus verò sunt plena ossibus mortuorum,& omni spurcitia. Ita & vos foris quidem apparetis hominibus iusti, intus verò pleni estis auaritia & iniquitate. *Vnde constat D. Greg. etiam à D. Aug. sententias accepisse, Isidorum porrò nostrum ab vtroque.*

De Inuidia. Cap. XXV.

C LIuor[a] alieni boni suum punit auctorem. Nam vnde bonus proficit,inde inuidus contabescit.

b Homines prauè viuentes sicut de bonorum lapsibus gratulantur: ita de eorum rectè factis,bonique perseuerantia confunduntur.

Inuidus membrũ est Diaboli, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum,sicut & superbus membrum est Diaboli, de quo scriptum est: Omne sublime videt: & ipse est rex super omnes filios superbiæ.

Nulla est virtus,quæ non habeat contrarium inuidiæ malum,sola miseria caret inui- D diã: quia nemo inuidet misero, cuire vera nõ liuor objcitur, sed sola misericordia adhibetur.

Multi,& bonos imitari nolunt, & de bonorũ profectibus inuidiæ liuore tabescunt. Quo fit vt nec illi corrigantur à malo suo, sed per inuidentiam deteriorentur, vt bonos à recto studio, quantum in ipsis est, si potuerint,deprauare conentur.

Quando malos boni proficere vident,nõ scandalizentur: sed,quem sint finem habituri,maximè cogitent.

Hoc omnis inuidus alienis virtutibus præstat, quod beato Iob Satã præstitit. Nam dum æmulatur prosperitatibus cõmouit aduersa, sed dum credidit eum Diabolus posse prosterni inde eius aucta sunt merita, atq. inde claruerunt probabiliora patientiæ documenta.

[c] Ita requirũt inuidi aditum malæ famæ, per quam bonorum vitam maculent, sicut quærebant ostium Sodomitæ, quo domum Lot nocituri introirent. Illi verò cæcitate erroris percusi, parietes videbant, ostiũ, non inueniebant. Non aliter inuidendo inuidi, velut parietem, virtutes dissimulant, vitia verò perquirunt, per quæ eorum conscientiam vrant.

[a] *Greg. lib. Moral. 5. c. 32.*
[b] *Ex Greg. lib. Moral. 29. c. 3.*
[c] *Gregor. lib. 6. Moral. c. 13.*

De Simulatione. Cap. XXVI.

FRaudulentiæ [a] genus in modum pharetræ subtiliter insidiarum sagittas celat, vt falsam faciat securitatem, decipiatque callidè eum, contra quem molitur occultè.

Cauendus est inimicus, qui manifestus est, sed magis ille, qui videri non potest. Facilè enim vincimus, quæ videmus: quæ autem non videmus, difficilè à nobis expellimus.

Rarò nocetur homo ab extraneis, si sui eum non lædant. Magis enim insidijs nostrorum, quàm aliorum periclitamur.

Latẽt sæpe venena circumlita melle verborum: & tandiu deceptor bonitatem simulat, quousque fallendo decipiat.

[a] *Tota sententia alludit ad illud Psalm. 10.* Quia ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. *Vbi legit Aug.* in obscura Luna rectos corde *Et philosophatur ibi de Lunæ lumine, an habeat à se, quòd dimidia pars lucida, dimidia obscura sit, sicuti si dimidia pars pila sit candida, dimidia nigra: an verò à Sole illustretur. Alius locus psalmi est, ad quem hic Isidorus allusisse videri potest. Is est psalm. 63.* Quia exacuerũt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. *Vbi Augustinus idem ferè quod Isidorus habet.*

De Odio. Cap. XXVII.

NOn hominem sed vitia odio habenda. Flebiliter autem deplorandi sunt, qui odio in fratrem tabescunt: & contra alios pernicioſum animi dolum seruant.

A regno enim Dei se separant, qui semetipsos à charitate dissociant.

Sicut mater Ecclesia prauè ab hominibus hæreticis premitur, sed tamen eos venientes ad se benigna charitate amplectitur: ita & singuli nostrum quoscunq. inimicos sustinemus, reuertentes materna imitatione amplecti statim debemus.

Citò est ignoscendum cuiquam, dum veniam postulat.

Non enim posse peccata dimitti ei, qui in se peccanti debita nõ dimittit. Formam enim nobis indulgentiæ Deus ex merito conditionis nostræ imposuit, dum ita orare nos præcipit: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Iustum est enim Dei iudicium, tantumque peccatori à se indulgeri ostendit, quantum alterutrum vnusquisq. in se offenso indulget.

Quidam de suis fidentes meritis pigrè in se delinquentibus veniam præstant: sed nihil proficit esse illibatum à culpa, qui non est paratus ad veniam: dum potius hęc magna sit culpa, quando tardiùs relaxantur fraterna delicta.

Qui fratrem sibi tardiùs reconciliat, Deũ sibi tardiùs placat. Fruſtra enim propitiari sibi Deum quærit, qui cito placari in proximum negligit.

De Dilectione. Cap. XXVIII.

DVo sunt erga dilectionem proximi cõseruãda: vnum, ne malum quis inferat alterum, vt bonum impendat. Primum, vt caueat lædere: sequenter vt discat præstare.

Amicitia est animorũ societas. Hæc quippe à duobus incipit. Nam minus quàm inter duos dilectio esse non poterit.

[a] Antiqui dixerunt de societate duorũ, vnam esse animam in duobus corporibus, propter vim scilicet amoris, sicut in actibus Apostolorum legimus: Erat illis cor vnum, & anima vna. Non quia multa corpora, vnã habebãt animam, sed quia vinculo, & igne charitatis coniuncti, vnum omnes generaliter sine dissensione sapiebant.

Amicitia & prosperas res dulciores facit, & aduersas communione temperat, leuioresq. reddit: quia dũ in tribulatione amici consolatio adiungitur, nec frangitur animus, nec cadere patitur.

Tunc verò amicus amatur, si non pro se, sed pro Deo ametur. Qui vero pro se amicũ diligit, insipienter eum amplectitur. Multũ in terra demersus est, qui carnaliter hominem moriturum plus diligit, quàm oportet. Qui enim intemperãter amicũ amat pro se magis illũ, quã pro Deo amat. Quantũ ergo bonus est, qui pro Deo fratrem diligit, tantò pernicioſus, qui eũ pro seipso amplectitur.

Plerunq. diligit in alio homo quod odit in se, vt pote in infantibus. Amamus enim quandam eorum ignauiam, & tamen odimus, quia ignaui esse nolumus. Sic lapides equos & cætera, quæ licet diligimus, sed tamen nolumus hoc esse, etiam si possimus.

[a] *Aug. lib. de Ciuitate c. 2. tom. 4. & lib. 4. Confess. 6.*

De fictis amicitijs. Cap. XXIX.

CItò per aduersa fraudulentus patet amicus: nam in prosperitate incerta est amicitia, nec scitur vtrum persona, an fœlicitas diligatur.

Sæpe per simulationem amicitia colitur, vt qui non potuit apertè decipere, decipiat fraudulenter.

Tunc quisq. magis fit pietati iustitięque diuinæ cõtrarius, quando despicit amicum aliqua aduersitate percussum. Qua in re, & sibi occasionem mercedis tollit, & erga percussionem proximi crudelis existit: veluti actum est inter Lazarum vlcerosum diuitemq. superbũ. Per aduersa igitur, & prospera comprobatur, si vtiq. verè diligatur Deus & proximus: nam dum aduersa procedunt, amicus fraudulentus detegitur, statimque despicit quem se diligere simulauit.

Amicitia certa nulla vi excluditur, nullo tempore aboletur, vbicunq. enim se verterit tempus, illa firma est.

Rari sunt amici, qui vsque ad finem existant chari. Multos à charitate, aut aduersitas temporis, aut contentio quælibet actionis auertit.

Sæpe per honorem quorundam mutantur & mores: & quos ante cõglutinatos charitate habuerunt, postquam ad culmen honoris venerint, amicos habere despiciunt.

De amicitia ex munere orta. Cap. XXX.

INter veros amicos amicitia ex beneuolẽtia oritur, inter fictos beneficio adiũgitur. Non sunt fideles in amicitia, quos munus non gratia copulat. Nam citò deserunt, nisi semper acceperint. Dilectio enim, quæ munere glutinatur, eodem suspẽso dissoluitur. Illa vera est amicitia, quæ nihil quærit ex rebus amici, nisi solam beneuolentiam, scilicet vt gratis amet amantem.

Plerunq. amicitia ex necessitate vel indigentia nascitur: vt sit per quem quisque, quod desiderat, consequatur. Ille autem eã veraciter quærit, qui nihil egendo eã appetit. Nam illa ex inopia breuis est & fucata: ista pura atque perpetua.

De malorum concordia. Cap. XXXI.

AMicitia in rebus tantùm bonis habenda est: nam qui ea in malo vtuntur, non sibi amici, sed inimici existunt.

Concordiam malorum contrariam esse bonorum. Et sicut optãdum est, vt boni pacem habeant in inuicem: sic optandum est, vt mali inuicem sint discordes. Vnanimitatem quippe malorum bonorum esse cõtrariam [a] Paulus Apostolus adprobat, qui malos contra se diuidit, quos in necem suam concordasse conspexit. Inde & in lege mare rubrum, hoc est concordia malorum hominum diuiditur, vt electorum via tendẽs ad beatitudinem non impediatur. Impeditur autem iter bonorũ, si mare, hoc est, vnitas non diuidatur iniquorum.

[a] *Act. 23. Exod. 14.*

De correptione fraterna. Cap. XXXII.

NOn debet vitia aliena corripere, qui adhuc vitiorum contagionibus seruit. Improbum est enim arguere quenquã in alio, quod adhuc reprehendit in semetipso.

[a] Qui veraciter fraternam vult corripere ac sanare infirmitatem, talem se præstare fraternæ vtilitati studeat, vt eũ, quem corripere cupit, humili corde admoneat: & hoc faciens ex compassione quasi communis periculi, ne forte & ipse subijciatur tentationi.

Sicut viri spirituales alieni peccati emẽdationem expectant, ita proterui delinquẽtibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus deridendo insultant, & quantum in ipsis est, eos insanabiles putant: nec declinant cor ad compatiendi misericordiam, sed superbientes detestantur, atq. blasphemant.

Nonnunquam accidit, vt inter amicos aliqua redargutionis enutrita discordia maiorem postea charitatem parturiat: vt potè dum corriguntur ea, quæ displicere in amico videntur, & hoc quidem primũ non sine quadã æmulatione admonitus suscipit, sed correptus postmodùm gratias agit. At contra multi pro parua læsione vim charitatis rescindunt, & ab amore dilectionis se se perenniter retrahunt.

[b] Plerique correptionem suam officiũ charitatis existimant. Plerique verò hoc ipsum, quòd ex charitate corripiuntur, ad iniuriæ contumeliam trahunt. Vnde occurrit, vt ex eo deteriores efficiantur, per quod emendari obediendo potuerunt.

Salubriter accipiunt iusti, quotiẽs de suis excessibus arguuntur. Superflua autem est humilitas eorũ, qui se gessisse accusant, quæ non admiserunt. [c] Qui verò sine arrogãtia bona facta sua pronuntiat, proculdubio nequaquam peccat.

Est quorundam excusatio peruersorum, qui, dũ pro suis facinoribus arguuntur, verba iustorum pro censura declinanda abijciunt: seruantes se diuino iudicio, quo puniendi sunt duriùs, dum temporaliter contemnunt iudicari se ab hominibus.

Iniquis molesta est veritas, & amara disciplina iustitię: nec delectantur nisi placentiâ propriæ imbecillitatis: iniustitiæ fœcundi, & steriles veritati: cæci ad contuendam lucem, & oculati ad tenebrarum aspiciendũ errorem.

Corda reproborum lubrica sunt ad malè consentiendum & fluxa, ad benè consentiendum durissima.

[d] Probat Salomon & iusti emendationẽ correpti, & stulti obstinationem admoniti, dicens: Doce iustum, & festinabit accipere. De stulto autem ait: Qui erudit derisorem, ipse sibi facit iniuriam.

Nonnullos tãtæ esse prauitatis homines, qui dum ipsi à malo corrigi negligũt, correctorũ vitam falsa criminatione detrectant: & ad sui sceleris solatium vsurpãt, si vel falso compererint, quod ad infamiam bonorũ objiciant, sicut est illud ex Salomone: [e] Bona in malum conuertit impius, & in electis imponit maculam. Væ autem illi, qui & suã renuit vitam corrigere, & bonorum nõ desinit detrectare.

Pleriq́ue mali similes sibi in malum defendunt, & patrocinio suo prauos cõtra correptionem bonorum suscipiunt, ne vnde displicẽt emendentur: adijcientes in se aliena delicta, vt non tantùm de suis malis, sed etiam de aliorum facinoribus puniantur, quorum peccata defendunt.

[a] *Gregor. lib. Moral. 23. c. 8.*
[b] *Greg. lib. 10. Moral. c. 3.*
[c] *Greg. lib. 1. sup. Ezech. Homil. 7.*
[d] *Gregor. lib. Moral. 10. c. 3.*
[e] *Vulgata editio habet:* Bona enim in mala conuertens insidiatur, & in electis imponit maculam. *Est verò locus Ecclesiastici* 11.

De Præpositis Ecclesiæ.
Cap. XXXIII.

VIr [a] Ecclesiasticus, & crucifigi mundo per mortificationem proprię carnis debet: & dispensationem Ecclesiastici ordinis, si ex Dei voluntate prouenerit, nolens quidem, sed humilis gubernandam suscipiat.

Multis intercipit Satanas fraudibus eos, qui vitæ, & sensus vtilitate præstãtes præsse, & prodesse alijs nolunt: & dum cis regimen animarum imponitur: renuunt, cõsultius arbitrantes [b] ociosam vitam agere, quã lucris animarum insistere. Quod tamẽ decepti agunt per argumentum Diaboli fallẽtis eos per speciem boni, vt dum illos à Pastorali officio retrahit, nequaquã proficiant, qui eorum verbis atque exemplis instrui poterant.

[c] Sancti viri nequaquam occupationum secularium curas appetunt, sed occulto ordine sibi super impositas gemunt. Et quamuis illas per meliorem intentionem fugiãt tamen per subditam mentẽ portant. Quas quidem summopere si liceat vitare festinant: sed timentes occultam dispensationem Dei suscipiunt quod fugiunt, exercent, quod vitare noscuntur. Intrant enim ad cor, & ibi consulunt, quid velit occulta voluntas Dei: seseq́ue subditos debere esse summis ordinationibus cognoscentes, humiliant ceruicem cordis iugo diuinæ dispensationis.

[a] *Gregor. lib. curæ Pastor. par. 2. cap. 5. & 6. & lib. 5. Moral. cap. 2.*
[b] *Alludit fortè ad illud Augustini ad Eudoxiam epist. 81.*

de his qui blandiente desidia regimen Ecclesiæ respuũt. Nec vestrum otium, *inquit*, necessitatibus Ecclesiæ præponatis. *Idem habet contra Faustum li. 32. c. 10.* Qui electus, *inquit*, ab Ecclesia ministerium Euangelizandi renuit, ab Ecclesia meritò digneq. contemnitur. *Idem Greg. lib. 6. Epistolarum epist. ad Cyriacum Episcopum.* Si is, qui valet, omnipotẽtis Dei oues renuit pascere, ostendit se pastorem summum minimè amare. *Vide Gregor. etiam Pastor. curæ part. 1. c. 5. De his qui in regiminis culmine prodesse exemplo virtutum possunt, sed quietem propriam sectando refugiunt.*
[c] *Greg. lib. Moral. 5. c. 3.*

De indignis præpositis.
Cap. XXXIIII.

NOn [a] sunt promouendi ad regimen Ecclesiæ, qui adhuc vitijs subiacent. Hinc est, quòd præceptum est Dauid non ędificare visibile templum, quia sanguinũ vir: belli frequẽtia esset. Qua figura illi spiritualiter admonẽtur, qui vitiorum adhuc corruptioni sunt dediti, ne templũ ædificent: hoc est Ecclesiam docere præsumant.

Nõ debet honoris ducatum suscipere, qui nescit subiectos tramite vitæ melioris præire. Neque enim quisquam ad hoc tantùm præficitur, vt subditorum culpas corrigat, & ipse vitijs seruiat.

Qui regimen sacerdotij contendit appetere, ante se discutiat, si vita honori sit congrua: quòd si non discrepat, humiliter ad id quod vocatur, accedat: Reatum quippe culpæ geminat, si quisq. cum culpa ad sacerdotale culmen aspirat. Heu me miserum inexplicabilibus nodis astrictũ, si enim suscepti regimen Ecclesiastici ordinis retentem, criminis conscius timore concutior: si deserã, ne deterior sit culpa susceptum gregem relinquere amplius reformido: vndique misser metuo, & in tanto rei discrimine quid sequar ignoro.

Vniuscuiusque casus tanto maioris est criminis, quantò priusquam caderet maioris erat virtutis. Præcedentium namq. magnitudo virtutum crescit ad cumulum sequentium delictorum.

Plerique sacerdotes suæ magis vtilitatis caussa, quà gregis præesse desiderant: nec vt prosint, præsules fieri cupiunt: sed magis vt diuites fiãt, & honorentur. Suscipiunt enim sublimitatis culmen, non pro pastorali regimine, sed pro solius honoris ambitione, atq. abiecto opere dignitatis, solam nominis appetunt dignitatem.

[a] *1. Paralip. 17 ita interpretatur Greg. in Explic. 4. Psal. pœnit. in illud:* Tunc acceptabis sacrif.
[b] *Greg. par. 1. Pastor. curæ c. 1. Osea 8.*

[b] Dum mali sacerdotes Deo ignorante non fiant, tamen ignorãtur à Deo, ipso per Prophetam testante: Principes extiterunt, sed non cognoui, sed hoc nescire Dei reprobare est, nam Deus omnia nouit.

De indoctis præpositis.
Cap. XXXV.

SIcut [a] iniqui, & peccatores ministeriũ sacerdotale assequi prohibentur: ita indocti, & imperiti, à tali officio retrahuntur. Illi enim exemplis suis vitam bonorum corrũpunt: isti sua ignauia iniquos corrigere nesciunt. Quid enim docere potuerunt, quod ipsi non didicerunt? Desinat locum docendi suscipere, qui nescit docere. Ignorantia quippe præsulum vitæ non congruit subiectorum. Cæcus enim si cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt.

Sacerdotes indoctos per Isaiam Prophetã ita Dominus improbat: ipsi, inquit, pastores ignorauerunt intelligẽtiam. Et iterum: speculatores cæci omnes, id est, imperiti Episcopi, nescierunt, inquit, vniuersi, canes muti non valentes latrare, hoc est, plebes commissas non valentes resistendo malis per verbum doctrinæ defendere.

[a] *Greg. par. 1. Past. cur. c. 1.*

De doctrina, & exemplis præpositorũ.
Cap. XXXVI.

TAm doctrina, quàm vita clarere debet Ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine vita arrogantem reddit: vita sine doctrina inutilem facit.

Sacerdotis prædicatio operibus confirmãda est, ita vt quod docet verbo, instruat exemplo. Vera est enim illa doctrina, quam viuendi sequitur forma. Nam nihil turpius est, quàm si bonum quod quisque sermone prędicat, explere opere negligat. Tũc enim prædicatio vtiliter profertur, quando efficaciter adimpletur.

Vnusquisq́. doctor & bonæ actionis, & bonæ prędicationis habere debet studium, nam alterum sine altero non facit perfectũ: sed præcedat iustus benè agere, vt sequenter possit benè docere.

Omnis

[a] Omnis vtilis doctor plebibus subiectis ita se præstare debet, atq. insistere doctrinę, vt quantò claret verbo, tantò clarescat & merito. Nã quod Apostolus Timotheo præcipit cum omni imperio docere: non hortatur ad tumorem superbiæ, sed ad bonę vitę auctoritatem: videlicet, ne libertatem perderet prædicandi, si bene doceret, & malè viueret. Vnde & Dominus: Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & sic docuerit, minimus erit in regno cælorum. Vides quod auctoritate magisterij caret, qui quod docet, non facit.

[b] Sicut in numismate metallum, figura, & pondus inquiritur: ita in omni doctore Ecclesiastico, quid sequatur, quid doceat, quomodo viuat. Per qualitatem igitur metalli doctrina, per figuram similitudo patrũ, per pondus humilitas designatur. Qui verò ab his tribus discrepauerit non metallum, sed terra erit.

[a] *Greg. lib. Moral. 23. c. 7. 2. ad Timoth. 4.*
[b] *Videtur hæc ex Cass. collat. 1. cap. 20. de probabili trapezita.*

De his qui bene docẽt, & malè viuũt. CAP. XXXVII.

INterdum doctoris vitio etiam ipsa verax doctrina vilescit: & qui non viuit, sicut docet, ipsam, quam prædicat, veritatem contemptibilem facit.

[a] Arcus peruersus est lingua magistrorũ docentiũ bene, & viuentium malè. Et ideò quasi ex peruerso arcu sagittam emittunt, dum suam prauã vitam propriæ linguæ ictu confodiunt.

[b] Qui diuina prædicant, & ex eiusdem prædicatiõnis dignitate viuere minus curant, habẽtes verbum Dei in ore, & in opere non habentes, multa bene docentes, nihil autem operantes, imitantur Balaam Ariolum, qui corruẽs opere, apertos habuit oculos ad contuendam lucem doctrinæ.

Qui bene docet, & male viuit, tanquam æs aut cymbalum sonum facit alijs, ipse tamen sibi manet insensualis.

Qui bene docet, & malè viuit, quod docet bene, viuẽtibus proficit: quod verò malè viuit, seipsum occidit. Sicut sacerdos, qui si dignè se agit, vt sacerdotem decet, ministerium eius, & ipsi & alijs vtile est: indignè autem viuens, alijs quidem vtilis est loquẽdo: se autem interficit prauè viuendo: ac per hoc quod in illo mortuum est, proprium eius est: quod vero viuit in eo, id est, sacrum ministerium, quod est vitę, alienum est.

[c] Qui benè docet, & malè viuit, videtur vt cereus alijs, dum bona exponit, lucẽ præstare: se verò in malis suis consumere, atq. extinguere.

Qui bene docet, & malè viuit, videtur bonum malo coniungere, lucem tenebris miscere, veritatem mendacio mutare.

[a] *Exponit illud psalm. 77.* Conuersi sunt in arcũ prauum: *Vbi Gregor. lib. Moral. 27. c. 27.* Peruersum. *Ex quo etiam Isidorus huius sententiæ sensum & verba accepit.*
[b] *Gregor. ibid. c. 20.*
[c] *Sic est in plerisque m.ss.*

De exemplis prauorum sacerdotum. CAP. XXXVIII.

SÆpe per quos iustitia docetur, per ipsos peccati morbus irrẽpit, & mors ad plebes pertransit: scilicet, vel dum mala docent, vel dum praua faciunt.

Pleriq. sacerdotes, & clerici prauè viuẽtes forma cæteris in malum exiſtunt, qui in bonis exemplum esse debuerunt. Hi enim quoscunque exemplo malæ conuersationis suæ perdunt, de illis rationẽ sine dubio reddituri sunt.

Ex carnalium præpositorum exẽplo, plerunq. fit vita deterior subditorum, & plebis merito fiunt tales sacerdotes, qui exẽplo deteriore populum destruant, non ædificent. Ex merito enim plebis nonnunquã Episcopi deprauãtur, quatenus procliuius corruãt, qui sequuntur.

Capite languente cætera corporis membra inficiũtur. Vnde & scriptum est: Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Caput enim languidum doctor est agẽs peccatum, cuius malum ad corpus peruenit, dum eo vel peccante vel prauè docente pestifer languor ad plebes subiectas transfertur.

[a] Deteriores sunt qui siue doctrina siue exemplis, vitam moresq. bonorum corrumpunt his, qui substantias aliorum prædiaq. diripiunt. Hi enim ea, quæ extra nos, sed ra-

men, quę nostra sunt, auferunt: corruptores verò morum propriè nos ipsos decipiunt, quoniam diuitiæ hominum mores eorum sunt. Multùm ergò distant damna morum à damnis temporalium rerum: dum ista extra nos sunt, mores verò in nobis.

[a] *Locus erat in excusis deprauatus qui sine doctrina, sine exemplis, quem nos ex fide m.ss. emendauimus.*

De præpositis carnalibus. CAP. XXXIX.

PRouidentia [a] plerunq. diuini consilij ordinantur præpositi, mũdana & exteriora sectantes: vt dum temporalibus rebus se totos impendunt, spirituales tutiorem vitam contemplationis exerceant: quia durę sunt quietè viuere volentium sarcinæ curarum Episcopalium. Prouidet sæpe Deus curis deditos secularibus ad susceptionem regiminis: vt dum hi exteriora sine tædio procurãt, spirituales rebus interioribus sine impedimento rerum terrenarum deseruiãt. Dei ergo ordinem accusant, à quo institu ũtur, qui Episcopos condemnant: dum minus spiritualia, sed magis terrena sectantur. Ex diuini enim tabernaculi dispositione ob iniurias mundi ferẽdas, & turbines quosdam instituti Episcopos secularibus curis insistentes: vt hi qui interiùs superna desiderant, nullo terreno obsistente negotio, liberiùs hoc, quod amant, intendant. [b] Non est itaque iudicandus à plebe rector inordinatus, dum magis nouerint populi, sui fuisse meriti peruersũ regimen suscepisse põtificis. Nã pro meritis plebium disponitur à Deo vita rectorum, exemplo Dauid peccantis ad cõparationem principum, qui ex merito plebis præuaricantur.

[c] Sententia damnantur Cham filij Noẽ, qui suorum præpositorum culpas in publico produnt: sicut Cham, qui patris pudenda non operuit, sed deridenda monstrauit. Habituri Sẽ meritũ, & Iapheth, qui reuerẽter operiunt, quæ patres suos excelsisse cognoscunt: si tamen patrum facta non diligant, sed tantùm operiant, nec imitentur. Nam sunt qui præpositos suos peruersè iudicant, dum terrenis studijs eos plus viderint esse intentos, si vel parum iam ipsi de spiritualibus cogitauerunt.

[d] Rectores ergò à Deo iudicandi sunt, à suis autem subditis nequaquam iudicandi sunt: exẽplo Domini, qui per se vendentes columbas, & nummulariorum mensas proprio euertit flagello, & proiecit à templo, vel etiam sicut dicit Psalmista: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deos discernit.

[e] Quòd si à fide exorbitauerit rector, tunc erit arguendus à subditis: pro moribus verò reprobis tolerandus magis, quã distringendus à plebe est.

[a] *Hæc sententia non facilè intelligitur, nisi legas Gregoriũ lib. Moral. 25. cap. 16. vnde desumpta est & velut in compendium redacta.*
[b] *Gregor. vbi supra cap. 14.*
[c] *Gregor. vbi sup. c. 16.*
[d] *Gregor. vbi supra cap. 14.*
[e] *Gregor. vbi supra.*

De iracundis doctoribus. CAP. XL.

IRacundi doctores per rabiẽ furoris disciplinæ modum ad immanitatem credulitatis conuertunt: & vnde emendare subditos poterant, inde potiùs vulnerant.

Ideò sine mensura vleiscitur culpas præpositus iracundus, quia cor eius dispersum in rerum curis nõ colligitur in amorẽ vnius deitatis. Mens enim soluta in diuersis, catena charitatis non astringitur, sed malè laxata, malè ad omnem occasionẽ mouetur.

De superbis doctoribus. CAP. XLI.

BOnus [a] doctor & rector est, qui & in humilitate seruat disciplinam, & per disciplinam non incurrit in superbiam.

Elati autem pastores plebes tyrannicè premunt, non regunt: quique non Dei, sed suam gloriam à subditis exigunt.

Multi sunt, qui in verbo doctrinæ nõ humiles, sed arrogantes existunt: quiq. & ipsa recta, quæ prædicant, non studio correctionis, sed vitio elationis annuntiant.

Multi sunt, qui non ex consulto ædificandi: sed ex tumore superbiendi docent: nec, vt prosint, sapientes sunt, sed, vt sapientes videantur, docere student.

Est imitatio praua arrogantium sacerdotum, per quã imitantur sanctos rigore disciplinæ, & sequi negligũt charitatis affectione: videri volunt rigidi seueritate, & formã humilitatis præstare nequeunt: vt magis terribiles, quàm mites aspiciantur.

[b] Superbi doctores vulnerare potiùs, quã

emendare norunt Salomone, attestante: in ore stulti virga superbiæ: quia increpando rigidè feriunt, & compati humiliter nesciunt.

Bene alieni peccati curanda vitia suscipit, qui hoc ex cordis dilectione, & humili conscientia facit. Cæterùm qui delinquentem superbo vel odioso animo corripit, nō emēdat, sed percutit. Quidquid enim proteruus vel indignatus animus protulerit, obiurgantis furor est, non dilectio corrigentis.

a *Gregor. 24. c. 19. 21. & 22.*
b *Greg. lib. 24. Moral. c. 9. Prouerb. 14.*

De humilitate præpositorum. CAP. XLII.

QVi [a] præficitur ad regimen, taliter erga disciplinam subditorum præstare se debet, vt non solū auctoritate, verum etiam humilitate clarescat. Sed tamē ita erit in eo virtus humilitatis, ne dissoluatur vita subditorum in vitijs: atq. ita auctoritas aderit potestatis, ne per tumorem cordis seueritas existat immoderationis. Hæc est enim in Dei sacerdotibus vera discretio, qua nec per libertatem superbi, nec per humilitatē remissi sunt. Hinc est quòd sancti cum multa constantia redarguerunt etiam principū vitia, in quibus cum summa esset humilitas, loco tamen necessario liberè transgressores iustitiæ increpabant.

Aliquando etiā subditis nos oportet animo esse humiliores, quoniam facta subditorum iudicantur à nobis, nostra verò Deus iudicat.

Agnoscat Episcopus seruum se esse plebis, non dominum; verum hoc charitas, nō conditio exigit.

a *Gre. lib. Moral. 26. c. 19. & Past. cura par. 2. c. 6.*

De doctrina discretione. CAP. XLIII.

NOn omnibus vna eademq. doctrina est adhibenda: sed pro qualitate morum, diuersa exhortatio erit doctorum. Nā quosdam increpatio dura, quosdam vero exhortatio corrigit blanda.

Sicut periti medici ad varios corporis morbos diuerso medicamine seruiūt, ita vt iuxta vulnerū varietates medicina diuersa sit: sic & doctor Ecclesiæ, singulis quibusq. congruum doctrinæ remedium adhibebit, & quid cuiq. oporteat, pro ætate, pro sexu, ac professione annuntiabit.

Non omnibus ea, quæ clausa sunt, aperēda sunt. Multi sunt enim, qui capere nō possunt, quibus si indiscretè manifestentur, statim aut detrahunt, aut negligunt.

Prima quippe prudentiæ virtus est, eam quam docere oporteat æstimare personam. Rudibus populis seu carnalibus, plana atq. communia, nō summa atq. ardua prędicanda sunt: ne immensitate doctrinę opprimātur potiùs, quàm erudiantur. Vnde & Paulus Apostolus ait: nō potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Carnalibus quippe animis, nec alta nimis de cælestibus, nec terrena conuenit prædicare, sed mediocriter, vtinitia eorū moresq. desiderant, edocere.

[b] Coruus, dum suos pullos viderit albi coloris, nullis eos cibis alit, sed tantundē attendit donec paterno colore nigrescant, & sic illos frequēti cibo reficit: ita & Ecclesiæ doctor strenuus, nisi eos, quos docet, viderit ad suam similitudinem pœnitentiæ cōfessione nigrescere, & nitore seculari depositō, lamētationis habitum de peccati recordatione induere: vt pote adhuc exterioribus hoc est carnalibus, non aperit intelligentiæ spiritualis profundiora mysteria, ne dū audita non capiunt, prius incipiant contemnere, quàm venerari, mandata cælestia.

Aliter est agendum erga eos, qui nostro committuntur regimini, si offendunt, atq. aliter cum his, qui nobis commissi nō sunt. qui si iusti sunt, venerandi sunt: si verò delinquunt, pro sola charitate, vt locus est, corripiendi sunt: non tamen cum seueritate, sicut hi, qui nobis regendi commissi sunt.

[c] Priùs docendi sunt seniores plebis, vt per eos infrapositi faciliùs doceantur. Vnde & Apostolus: Hæc, inquit, commenda hominibus fidelibus, qui idonei sunt & alios docere.

[d] Ingenium boni doctoris est incipientis à laudibus eorum, quos salubriter obiurgatos corrigere cupit: sicut Apostolus ad Corinthios facit, quos à laudibus inchoat, & increpationibus probat. Sed erant apud Corinthios, qui & laude & increpatione digni essent. Ille verò indiscretè loquitur, qui vtraq. vtraq. omnibus loquitur, vt omnibus vtraq. conuenire videantur.

a *Gre.*

a *Gregor. lib. Past. curæ in prolog.*
b *Aristoteles l. b. 6 de hist. animal. cap. 5. & Gregor. lib. 30. Moral. cap. 8. vbi exponit illud Iob. cap. 35.* Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deū, clamant vagantes, eò quod nō habeāt cibos? Et illud *psal. 146.* Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum; Affirmant eos diuinitus nutriri, dum, veluti nothi & degeneres, ob albicantes plumas à parentibus negligūtur, Ferunt præterea muscarum alimento, quæ sese clamantium in ora ingerunt, prouida Dei benignitate sustentari. *Idem Chrysostomus, Euthimius, alij.*
c *Greg. ibid. 2. ad Timoth. 2.*
d *Greg. 3. part. cur. Past. admonit. 18.*

De silentio doctorum. CAP. XLIIII.

PRo malo merito plebis aufertur doctrina prædicationis. Pro bono merito audientis [a] tribuitur sermo doctori.

In potestate diuina consistit, cui velit Deus doctrinæ verbum dare, vel cui auferre: & hoc aut pro dicentis, aut pro audientis fit merito, vt modo pro culpa plebis auferatur sermo doctoris: modo vero pro [b] vtilib. meritis tribuatur. Nam & bonus docet bonum, & malus malum, & bonus malum, & malus bonum: quod tamen fit iuxta meritum populorum.

[c] Non omnia tempora congruunt doctrinæ secundum Salomonis sententiam dicētis: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Non quidem per timorem, sed per discretionem, propter malorum [d] incorrectibilem iniquitatem nonnunquam electos oportet à doctrina cessare.

Interdum doctores Ecclesiæ calore charitatis ardentes conticescunt à docendo, quia non est, qui audiat, testante Propheta: Ciuitates Austri clausæ sunt, & non est qui aperiat.

Qui docendi accepit officium, interdum ad tempus facta proximi taceat, quæ statim corrigere nequaquam existimat. Nam si corrigere potest & dissimulat, verum est, quòd consensum erroris alieni habeat.

Plerią. sancti doctores pro mali pertinacia, quia iniquos emendare nequeunt, his tacere disponunt: sed calorem spiritus, quo æstuant, ferre nō sustinentes, iterum in increpationem prosiliunt iniquorum.

a *Sic rectè pleriq. mss. Gregor. lib. Moral. 30. c. 18. Vnde hæc sententia desumitur:* Sæpe verbum pro gratia tribuitur auditoris, & sæpe propter auditoris culpam subtrahitur sermo doctori.

A b *Ita Gotthici libri* pro vtilitate audientiū merito tribuatur *alij m. s.* pro vtilitate audiētis *vnus Sal. Ecclesiæ.*
c *Gregor. ibid. Eccles. 3.*
d *Ita Gotthici,* incorrēctibilem *alij.*

De prębenda sacerdotali protectione in plebe. CAP. XLV.

QVibus [a] docendi forma commissa est, multum subeunt periculi, si contradicentibus veritati resistere noluerint: dum Propheta doctorem Ecclesiæ instruat, ad summum vsq. iustitiæ peruenire, cum dicit: Super montē excelsum ascende, qui euangelizas Sion, scilicet, vt ita præmineat merito, sicut & gradu. Sequenter, ne forte debeat à docēdo timore restringi, audiat: Exalta in fortitudine vocem tuam, & noli timere. Vnde & Ieremiæ ita Dominus ait: Accinge lumbos tuos, & surge: loquere ad eos, ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum: vnde apparet, quia & non timere, dei donum est.

Qui personam potentis accipit, & veritatem loqui paueścit, graui mulctatur culpę sententia. Multi enim sacerdotes metu potestatis veritatem occultant, & à bono opere, vel à iustitiæ prædicatione, rei alicuius formidine, aut potestate terrente auertuntur. Sed heu, proh dolor, inde metuunt, quia vel amore rerum secularių implicantur, vel quia aliquo facinoris opere consunduntur.

[b] Multi præsules Ecclesiarum timētes ne amicitiam perdant, & molestiam odiorum incurrant, peccantes non arguunt, & corripere pauperum oppressores verentur: nec pertimescūt de seueritate reddendæ rationis, pro eo quòd conticescunt de plebibus sibi commissis.

Quādo à potētibus pauperes opprimūtur, ad eripiēdos eos boni sacerdotes protectionis auxiliū ferūt: nec verentur cuiusquā inimicitiarū molestias, sed oppressores pauperū palā arguunt, increpant, excōmunicant: minusque metuūt eorum nocendi insidias, etiamsi nocere valeant: bonus enim pastor animam suam ponit pro ouibus.

Sicut peruigil pastor contra bestias, oues custodire solet: ita & Dei sacerdos super gregē Christi sollicitus esse debet, ne inimicus vastet, ne persecutor infestet, ne potētioris cuiusque cupiditas vitā pauperū inquietet. Praui autem pastores non habent curam

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ouibus,sed sicut legitur in Euangelio de mercenarijs,vident lupum venientem & fugiunt. Tunc enim fugiunt,quando potentibus tacent, & malis resistere metuunt:de quibus si tacuerint, pro eorum iniquitate condemnabuntur.

[a] *Ex Gregor.epist.ad Iohan.Constant.lib.indict.9.Isa.40. vide Gregor.super Ezech.homil.11.*
[b] *Greg.lib.29.Moral.c.6.& part.2.Past.cura c.4.*

De Disciplina sacerdotum in his,qui delinquunt. Cap. XLVI.

SAcerdotes [a] pro populorum iniquitate damnantur,si eos aut ignorantes nō erudiant, aut peccantes non arguant, testante Domino per Prophetam: Speculatorem dedi te domui Israēl. Si non fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua, ille in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Sic enim Heli sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus est: & licet eos delinquentes admonuit, sed tamen non, vt oportebat, redarguit.

Sacerdotes exquirere debent peccata populorum, & sagaci sollicitudine vnumquemq. probare:iuxta testimonium Domini ad Ieremiam loquentis: probatorem inquit,dedi te in populo meo [b] robusto, vt scias probare vias eorum.

Sacerdotes studio corrigendi facta perscrutari debent subiectorum,vt emendatos lucrifacere possint. Sicut autem peccatorē conuenit argui:ita iustum non exulcerari.

Sacerdotes curam debent habere de his, qui pereūt,vt eorum redargutione,aut corrigantur à peccatis,aut,si incorrigibiles existunt,ab Ecclesia separentur.

Atrociter arguuntur,qui decipiēdo peccantes,non solum non arguunt pro peccato, sed etiam adulanter decipiunt, dicente Propheta:Et erunt,qui beatificant populum istum,seducentes:& qui beatificantur, præcipitati.

Atrociter iterum arguuntur, qui peccātem non recipiunt, sed despiciunt, & spernunt:nec alterius delictum tanquā propriū ingemiscūt.De talibus per Isaiam Dominus comminans dicit:Qui dicunt,recede à me, non appropinques mihi, quia immūdus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardēs tota die:Inde est,quòd & Apostolus omnibus omnia factus est, nō imitatione erroris, sed compassionis miseratione:scilicet vt ita vitia aliena fleret, quemadmodum si tali & ipse implicaretur errore.

Boni pastores populi debent delicta deflere,& totos se planctibus tradere,imitantes Ieremiam Prophetam dicentem: Quis dabit capiti meo aquam,& oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Tamquam propria igitur delicta, plebis peccata sacerdos flere debet, sed affectu compatiendi,non actione commissi.

Nonnulli præsules gregis quosdā pro peccato à communione eijciunt, vt pœniteāt, sed quali sorte viuere debeant, ad melius exhortando non visitant.Quibus congruè sermo diuinus increpans comminatur: Pastores,qui pascitis populum meū,vos dispersistis gregem meum,eiecistis & non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiā studiorum vestrorum.

Bonorum studia sacerdotum multa diligentia etiam parua plebis facta perquirunt: vt dum in minimis subditorum peccatis se acerrimos præstant, de maioribus malis cautos sibi subiectosq. ac sollicitos faciant.

[c] Sicut medici,morbos imminentes curandos suscipiunt,futuros verò,ne irrepant, medicinæ obiectu quadam prescientia antecedūt:ita & doctores boni,sic ea,quæ malè acta sunt,resecant:vt ea quæ admitti possunt,ne perpetrentur,doctrina succurrente præueniant.

Qui blando sermone castigatus non corrigitur,acriùs necesse est,vt arguatur.Cum dolore enim abscindenda sunt,quæ leniter sanari non possunt.

Qui admonitus secretè de peccato corrigi negligit,publicè arguendus est: vt vulnus, quod occultè sanari nescit, manifestè debeat emendari.

[d] Manifesta peccata nō sunt occulta correptione purganda.Palā enim sunt arguendi,qui palàm nocent: vt dum aperta obiurgatione sanantur,hi,qui eos imitando deliquerunt,corrigantur.

Dum vnus corripitur,plurimi emendantur. Necesse est enim,vt pro multorum salutione vnus condemnetur, quā per vnius licentiam multi periclitentur.

Ita erga delinquentem sermo est prosequendus,sicut eius,qui corripitur,expostulat salus.

Quod si opus est aliquam salutem medicamenti verbo increpationis aspergere, lenitatem tamen corde opus est retinere.

Doctores nonnunquam duriùs feriunt increpationibus subditos: qui tamen à charitate eorum,quos corripiunt,non recedūt.

Sæpe Ecclesiæ censura,arrogantibus videtur esse superbia: & quod à bonis piè fit, crudeliter fieri putatur à prauis: quia non discernunt recto oculo, quod à bonis recto fit animo.

Notandū est vehementer ab omni pontifice, vt tātò cautiùs erga commissos agat, quantò duriùs à Christo se iudicari formidat: nam sicut scriptum est:In qua mensura mensi fueritis,remetietur vobis.

Quotidie namque omnes delinquimus, & in multis erroribus labimur.

Qui enim nostris delictis clementes sumus,in alieno peccato rigorem tenere nequaquam debemus. Multi aliorū vitia cernunt,sua non aspiciūt.Et cùm ipsi maximis criminibus obnoxij teneantur,minora peccata fratribus non dimittunt.

Hypocritę trabem in oculo suo consistētem non sentiunt,& hærentem festucam in lumine fratris intendunt.

Faciliùs reprehendimus vitia aliena, quā nostra.Nam sæpe quæ peruersa in alijs iudicamus, in nobis nocibilia esse minus sentimus,& quod in alijs reprehendimus,agere ipsi non erubescimus.

Faciliùs vitia vniuscuiusq. quàm virtutes intendimus:nec quid boni quisq.gesserit agnoscere, sed quid mali egerit, perscrutamur.

[a] *Ezech.3.& ibi Gregor. homil.11.& par.2.cura Past. cap.6.*
[b] *Ita Gotth. Salm.& alij melioris notæ,cui scripturæ & ueritas & Septuaginta interpretum editio fauet,robustum habet tamen Gotth. Tolet.*
[c] *Lectionem Gotthicor.reposuimus putamus tamē rectam esse.Quod si opus est aliquem salem v.i.asp.*
Ex Gregor.lib.12.epistolarum Petro subd. Siciliæ.

De Subditis. Cap. XLVII.

PRopter [a] peccatum primi hominis humano generi pœna diuinitus illata est seruitutis, ita vt quibus aspicit non congruere libertatem,his misericordiùs irroget seruitutem. Etlicet peccatū humanæ originis per baptismi gratiam cūctis fidelibus dimissum fit:tamen æquus Deus ideò discreuit hominibus vitam, alios seruos constituens,alios dominos: vt licentia malè agendi seruorū, potestate dominantium restringatur.Nam si omnes sine metu fuissent, quis esset qui à malis quempiam prohiberet? Inde & ingentibus principes regesq. electi sunt, vt terrore suo populos à malo coërceret, atq. ad rectè viuendum legibus subderent.

Quantum attinet ad rationem, non est personarum acceptio apud Deum, qui mūdi elegit ignobilia, & cōtemptibilia,& quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret:ne glorietur omnis caro,hoc est carnalis potentia coram illo. Vnus enim Dominus æqualiter & dominis [b] fert consultum & seruis.

Melior est subiecta seruitus, quàm elata libertas.Multi enim inueniuntur Deo liberè seruientes sub dominis constituti flagitiosis, qui etsi subiecti sunt illis corpore,prælati tamen sunt mente.

[a] *Greg.lib.Moral.21,c.11.& Aug. lib.19. de ciuit.Dei. cap.15.*
[b] *Ita Gotth. Salmant. & excusi libri:confert consultum alij m.s.*

De Prælatis. Cap. XLVIII.

VIr [a] iustus aut omni potestate seculari exuitur,aut si aliqua cingitur, non sub illa curuatur, vt superbus tumeat: sed eam sibi subijcit, vt humilior innotescat. [b] Probatur autem hoc Apostolico exemplo, qui data sibi potestate, etiā nec ad hoc vsus est, quod decebat, sed dum posset vti,licita abnuit: seseq. vt paruulum in medio eorum, quibus præerat,ostendit.

Qui in appetendis honoribus seculi,aut prosperitatibus mundi instanti desudat labore, & hîc & in futuro vacuus inuenitur à requie:tantoq. sarcinis peccatorum grauatur, quantò à bonis operibus existit alienus.

Quantò quisq. amplius secularis honoris dignitate sublimatur:tantò grauius curarū ponderibus aggrauatur:eisq. magis mente & cogitatione subijcitur, quibus sublimitatis gradu præponitur.[c] Nam,vt quidam patrum ait:Omne quod supereminet plus mæroribus afficitur,quàm honoribus gaudet.

Quantò quisque curis mundi maioribus occupatur, tantò faciliùs vitijs premitur. Si enim vix valet peccata animus deuitare quietus,quantò minus occupatione seculari deuinctus?

Non statim vtile est omne potestatis insigne,sed tunc verè est vtile, si bene geratur.

Tunc autem benè geritur, quãdo subiectis prodest, quibus terreno honore præfertur. Potestas bona est, quæ à Deo donante est, vt malum timore coërceat, non vt temerè malum committat. Nihil autem peiùs, quã per potestatem peccandi libertatem habere: nihilq. infelicius malè agendi facultate.

Qui intra seculũ bene temporaliter imperat, sine fine in perpetuum regnat: & de gloria seculi huius ad æternam transmeat gloriam. Qui verò prauè regnum exercẽt, post vestem fulgentem, & lumina lapillorũ, nudi & miseri ad inferna torquendi descendunt.

Reges à rectè agendo vocati sunt, ideoq. recte faciendo Regis nomen tenetur, peccando amittitur. Nam & [d] viros sanctos proinde Reges vocari in sacris eloquijs inuenimus, eo quòd rectè agant, sensusq. proprios benè regant, & motus resistentes sibi rationabili discretione componant. [e] Rectè enim illi reges vocantur, qui tam semetipsos, quàm subiectos benè regendo modificare nouerunt.

Quidam ipsum nomen regiminis ad immanitatem transuertunt crudelitatis: dũq. ad culmẽ potestatis venerint, in apostasiam confestim labuntur, tantòque se tumore cordis extollunt, vt cunctos subditos in sui comparatione despiciant, eosque, quibus præesse contigit, non agnoscant. Quibus congruè per Ecclesiastem dicitur: Ducem te constituerunt, noli extolli, sed esto illis, quasi vnus ex ipsis.

Dum mundi reges sublimiores se cęteris sentiunt, mortales tamen se esse agnoscãt: nec regni gloriam, qua in seculo sublimantur, aspiciant, sed opus, quod secum ad inferos deportent, intendant. Si ergo carebunt huius temporis gloria, illa agant, quę post finem sine fine possideant.

Dum Apostolus dicat: Non est potestas nisi à Deo, quomodo Dominus per Prophetam de quibusdam potestatibus dicit: Ipsi regnauerunt, sed non ex me? Quasi diceret, nõ me propitio, sed etiam summè irato. Vnde & inferiùs per eũdem Prophetam addidit: Dabo, inquit, tibi regem in furore meo. Quo manifestiùs elucet, bonam malamq. potestatem à Deo ordinari: sed bonam propitio, malam irato.

Reges quando boni sunt, muneris est Dei: quãdo verò mali, sceleris est populi. Secũdum enim meritum plebium, disponitur vita rectorũ, testante Iob. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Iracẽte enim Deo talem rectorem populi suscipiunt, qualem pro peccato merentur. Nonnunquam pro malitia plebium etiam reges mutantur, & qui ante videbantur esse boni, accepto regno fiunt iniqui.

[a] *Ex Gregor. lib. Moral. 24. c. 30.*

[b] *Paulus ad 1. Thess. cap. 2. sic inquit:* Non quærentes ab hominibus gloriam, neq. à vobis, neq. ab alijs, cum possemus oneri esse, vt Christi Apostoli, sed facti sumus in medio vestrum paruuli. *Qui locus etiam à Gregor. eodem modo interpretatur lib. Moral. 24. c. 30. Legitur verò in Goth. Salm.* quod decebat. *Item. in alijs m. s.* quod licebat *in excusis.*

[c] *Est apud Gregor. lib. 33. Moral. c. 19. & affertur D. 13. cap. Nerui.* Et *ibi non est* supereminet, *sed,* omne quod hic eminet.

[d] *Hinc illud Petri 1. c. 2. & Lucæ 19.* Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatẽ habens super decem ciuitates: *parabolæ etiam quæ sunt de Regibus, de iustis ferè hominibus interpretatur Gregor. lib. Moral. 11. cap. 9. exponens illud Iob 12.* balteum Regum dissoluit, qui membrorum suorum motus benè regere sciunt, non immeritò Reges vocantur.

[e] *Hoc August. in psalm. 75. piè explicat in illud* terribili apud Reges terræ. Esto Rex terræ, *inquit,* & eris tibi terribilis Deus. Quomodo, inquies, ero Rex terræ? Rege terram, & eris Rex terræ. Noli ergo auiditate imperandi ponere tibi ante oculos prouincias latissimas, qua tua regna diffundas: terram quam portas, rege. Audi Apostolum regentem terram. Non sic pugillor, quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.

De iustitia Principum. CAP. XLIX.

QVi rectè vtitur regni potestate, ita se præstare omnibus debet, vt quanto magis honoris celsitudine claret, tanto se metipsum mente humiliet, [a] proponens sibi exemplum humilitatis Dauid, qui de suis meritis non tumuit, sed humiliter sese despiciens dixit: Vilis incedam, & vilior apparebo ante Deum, qui elegit me.

Qui rectè vtitur regni potestate, formam iustitiæ factis magis, quàm verbis instituit. Iste nulla prosperitate erigitur, nulla aduersitate turbatur: non innititur propriis viribus, nec à Domino recedit cor eius: regni fastigio humili præsidet animo: non eũ delectat iniquitas, nõ inflammat cupiditas: sine defraudatione alicuius ex paupere diuitem facit: & quod iusta potestate à populis extorquere poterat, sæpe misericordi clementia donat.

Dedit Deus principibus præsulatum pro regimine populorum, & illis eos præesse voluit cum quibus vna est eis nascendi moriendiq. conditio. Prodesse ergo debet populis principatus, nõ nocere: nec dominãdo premere, sed condescendendo consulere: vt verè sit vtile hoc potestatis insigne, & dono Dei pro tutione vrantur mẽbrorum Christi. Membra quippe Christi fideles sunt populi, quos dum ea potestate, quam accipiunt, optimè regunt, bonam vtiq. vicissitudinem Deo largitori restituunt.

Bonus rex faciliùs ad iustitiam à delicto regreditur, quàm de iustitia ad delictum transfertur: vt noueris hic esse casum, illic propositum. In proposito eius esse debet, numquam egredi à veritate. Quod si casu titubare contigerit, mox resurgere.

[a] *Reg. c. 6. Greg. lib. Moral. 27. c. 26.*

De patientia Principum. CAP. L.

PLerumque princeps iustus etiam malorum errores dissimulare nouit: non quòd iniquitati eorũ consentiat, sed quod aptum tẽpus correctionis expectet, quãdo eorum vitia vel emendare valeat, vel punire.

Multi aduersus principes coiurationis crimine deteguntur, sed probare volens Deus clementiam principum, illos malè cogitare permittit, istos non deserit. De illorũ malo, bene istis facit, dum culpas, quas illi faciũt, illi mira patientia indulgent.

Reddere malum pro malo, vicissitudo iustitiæ est: sed qui clementiam addit iustitiæ, non malum pro malo culpatis reddit, sed bonum pro malo offensis impertit.

Difficile est principem regredi ad melius, si vitijs fuerit implicatus. Populi enim peccantes iudicem metuunt, & à malo suo legibus coërcentur. Reges autem, nisi solo Dei timore metuq. gehennæ coërceãtur: liberè in præceps proruunt, & per abruptum licentiæ, in omne facinus vitiorum labuntur.

Quantò quisq. in superiori constitutus est loco, tantò in maiori versatur periculo: & quãtò splẽdoris honore excelsior quisq. est, tantò si delinquat peccator maior est. Potentes enim potenter tormenta patientur. Cui etenim plùs committitur, plùs ab eo exigitur, etiam cum vsura pœnarum.

Reges vitam subditorum facilè exemplis suis vel ædificant, vel subuertunt: ideoque principem non oportet delinquere, ne formam peccandi faciat peccati eius impunita licẽtia. Nam rex, qui ruit in vitijs, citò viam ostendit erroris, sicut legitur de Ieroboam qui peccauit, & peccare fecit Israël. Illi namque ascribitur, quidquid exemplo eius à subditis perpetratur.

Sicut nonulli bonorum principum Deo placita facta sequũtur: ita facilè multi praua eorum exempla sectantur. Pleriq́ue autem apud iniquos principes, necessitate magis, quàm voto mali existunt, dum imperijs eorum obediunt. Nonnulli autem sicut prompti sunt sequi reges in malum, sic pigri sunt imitari illos in bonum.

Sæpe vnde mali reges peccãt, inde boni iustificantur, dum præcedentium cupiditatem, & malitiam corrigunt. Nam re vera peccatis eorum communicant, si quod illi diripuerunt, isti retentant.

Cuius peccatum quisq. sequitur, necesse est, vt eius pœnam sequatur. Neq. enim impar erit supplicio, cuius erroris quisque par est ac vitio.

Quod Principes legibus teneantur. CAP. LI.

IVstum [a] est principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reuerentiam præbet.

Principes legibus teneri suis, [b] neque in se posse damnare iura, quæ in subiectis constituunt. Iusta est enim vocis eorum auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.

Sub religionis disciplina, seculi potestates subiectæ sunt: & quamuis culmine regni sunt præditi, vinculo tamen fidei tenentur astricti: vt & fidem Christi suis legibus prædicent, & ipsam fidei prædicationem moribus bonis conseruent.

[c] Principes seculi nõnunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent: vt per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant. Cæterùm intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi,vt quod non prævalet sacerdos efficere A per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem.

Sæpe per regnum terrenum cæleste regnum proficit,vt qui intra Ecclesiam positi contra fidem, & disciplinã Ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur: ipsamque disciplinam,quam Ecclesiæ humilitas exercere non prævalet,ceruicibus superborum potestas principalis imponat: [d] & vt venerationem mereatur, virtute potestatis impertiat.

Cognoscãt principes seculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam B siue augeatur pax, & disciplina Ecclesiæ per fideles principes,siue soluatur:ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit.

[a] Apud *Grat. D.9.c.* Iustum est.

[b] Ita *apud Gratian. D.9.c.* Iustum est,*in Decreto Gregoriano recens correcto*: Nec in se conuenit posse dãnare iura, quæ in subiectis constituunt.

[c] *In c.* Principes.*23.q.5.concil. Paris. 1.c.2. & Aquisg. part.3.c.1.*

[d] Apud *Gratianum dict. cap.* Principes, *vbi in Decreto correcto legitur*: & vt venerationem mereatur. *Quam lectionem in scholijs ex concilio Parisiensi sub Ludouico & Lothario lib.2.c.2.CC. Gotthi perantiqui habent*, vt venerationem mereatur virtute potestatis impertiat.

De Iudicibus. Cap. LII.

AD delictum pertinet principum,qui prauos iudices contra voluntatem Dei populis fidelibus præferunt. Nam sicut populi delictum est,quando principes mali sunt:sic principis est peccatum, quando iudices iniqui existunt.

Bonus iudex sicut nocere ciuibus nescit, ita prodesse omnibus debet. Alijs enim præstat censuram iustitiæ, alijs bonitatem. Iudicia sine personarũ acceptione suscipit, D quæ non infirmat iustitiã auaritiæ flamma, nec studet auferre alteri, quod cupiat sibi.

Boni iudices iustitiam ad solam obtinẽdam salutem æternam suscipiunt, nec eam muneribus acceptis distribuunt:vt dum de iusto iudicio temporalia lucra non appetunt,præmio æterno ditentur.

Omnis,qui rectè iudicat,statera in manu gestat,& in vtroque penso iustitiam & misericordiam portat: Sed per iustitiã reddit peccati sententiam,per misericordiam peccantis temperat pœnam:vt iusto libram inequidam per æquitatem corrigat, quædam verò per misserationem indulgeat.

Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timens tremensq. in omni negotio reformidat, ne de iustitiæ tramite deuians, cadat: & vnde non iustificatur, inde potiùs condemnetur.

Neminem stultorũ vel improborũ oportet iudicem esse. Nam stultus per ignauiam ignorat iustitiam:improbus per cupiditatẽ corrumpit ipsam,quam didicit,veritatem.

Grauiùs lacerantur pauperes à prauis iudicibus,quàm à cruentissimis hostibus. Nullus enim prædo tãcupidus in alienis, quàm iudex iniquus in suis.

Latrones inaccessis faucibus, ac latebrosis latentes,insidias ponunt,isti palàm rapacitatis auaritia sæuiunt.

Hostes in alienorum tantum sanguinem intendunt iudices quasi crudelissimi carnifices ciuium oppressione sua subiectorum vitam extinguunt. Qui enim destruant multi sunt, rari sunt autem, qui populos legum moderamine regant.

Plerumq. & boni iudices sunt, sed ministros rapaces habent. Horum figura,[a] vt ait quidam, tanquam Scylla pingitur, atq. describitur: ipsa quidẽ humana specie, sed capitibus caninis accincta,& circũdata. Non aliter quibusdam potestatibus accidit, vt ipsorum humanitatem immanitas iniquorum sociorum perturbet.

Sæpe iudices praui cupiditatis caussa aut differunt, aut peruertunt iudicia: nec finiunt cœpta partium negotia, quouslque marsupia eorum, qui caussantur, exhauriãt. Quando enim iudicant, non causslam, sed dona considerant:& sicut negligentes sunt in discussione caussantium, sic eorũ damno solliciti sunt.

Iudices praui [b] iuxta Prophetæ verbum, quasi lupi vespere, non relinquũt in mane. hoc est de præsentis vitæ tantùm commodis cogitant,non de futuris. Vita enim ista vesperum, futura verò mane accipitur. Et benè ait,quasi lupi: quia luporũ more cũcta diripiunt, & vix pauca pauperibus derelinquunt.

Verbosi iudices, & elati, vt sapientes videantur, non discutiunt causslas, sed assentiunt: sicque conturbant iudicij ordinem, dum non suo contenti officio, aliena præsumunt.

Quidam

Quidam,dum iudicare incipiunt, irascũtur,ipsamq. iudicij sententiã in insaniã vertunt. De quibus rectè per Prophetam dicitur. Qui conuertunt in furorem iudicium. Qui enim iratus iudicat, in furorem iudicium mutat, & ante profert sententiam, quàm agnoscat.

Furor in iudice inuestigationẽ veri non valet attingere, quia mens eius turbata furore ab scrutatione alienatur iustitiæ.

Iracundus iudex iudicij examen plenè contueri non valet: quia caligine furoris non videt. Qui autem repulso furore discutit, faciliùs ad contuendam veritatẽ mentis serenitate consurgit, & sine vlla per- B turbatione ad æquitatis intelligẽtiam peruenit.

[a] *Scylla rapacitatem, cui rapaces iudicium ille quisquis est comparat Virgil.6. Eclog. his verbis indicat.*

Candida succinctã latrantibus inguina mõstris
Dulichias vexasse rates,& gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis.

Vide Seruium in eo loco de duplici Scylla,& Virgilium ipsum de Cyri ad Messalam,& Fulgentium in mythologicis.

[b] Locus *est Sophoniæ 3.* Iudices eius lupi, vesperè non relinquebant in mane. *Atq; ita legunt M.ss.*

De acceptione personarum. Cap. LIII.

NON [a] est persona in iudicio considerãda, sed caussa: scriptum est enim: Non accipias personã in iudicio. Et iterum: Non misereberis pauperis in iudicio. Qui enim cõsanguinitatis, vel amicitiæ fauore, siue inimicitiarum odio iudicium peruertunt,sine dubio in Christum, qui est veritas & iustitia, peccare noscuntur.

Iniqui iudices errant in veritate sententiæ,dum intenduntin qualitatem personæ, & exulcerant sæpe iustos, dum improbè defendunt iniquos: qui autem rectè præsidere studet, nec partem palpare nouit, nec cohibere à iustitia didicit.

[a] *August. tract.30. in Iohann. ad illud.* Nolite iudicare secundum faciem,sed rectũ iudicium iudicate *c.7. Leuit.19.Deuter.1.& 19. Prouerb.24.Eccles.42.*

De muneribus. Cap. LIIII.

QVI rectè iudicat, & præmium inde remunerationis expectat,fraudem in Deum perpetrat:quia iustitiam,quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit.

Bonis malè vtuntur, qui iustè pro temporali lucro iudicant. Tales quippe ad veritatẽ nõ iustitiæ defensio,sed amor præmij prouocat. Quibus,si spes nummi subtrahitur, confestim à iustitiæ defensione tecedunt.

Acceptio munerum prævaricatio veritatis est. Vnde & pro iusto dicitur: Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitat.

[a] Diues muneribus citò corrumpit iudicem. Pauper autem dum non habet quod offerat,non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur.

Citò violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Plus enim obtinet mentem censoris amor lucri,quàm æquitas iudicij.

[b] Tres sunt munerum acceptiones, quibus contra iustitiam humana vanitas militat, id est, fauor amicitiarum, adulatio laudis,& corporalis acceptio muneris. Faciliùs autem peruertitur animus rei corporeæ munere,quàm gratiæ laudisq. fauore.

Quattuor modis peruertitur humanum iudiciũ,timore,cupiditate, odio,& amore. C Timore,dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pauescimus. Cupiditate, dum præmio muneris alicuius corrũpimur. Odio, dum contra quemlibet aduersari molimur. Amore, dũ amico, vel propinquis præstare contendimus. His enim quattuor caussis sæpe æquitas violatur, sæpe innocentia læditur.

[a] *Grat.11.q.3.& Burchar.lib.16.c.23.*

[b] *Ex Gregor. Homil.4.in Euang.*

De testibus. Cap. LV.

D ET si mendacium gratis dicitur, quantò magis si venale quæritur? Neque enim deerit multiplex conuentus falsorum, si tantum præsentia sit nummorum.

Testis falsidicus tribus est personis obnoxius. Primùm Deo, quem periurando cõtemnit:secũdo iudici, quem mentiendo fallit:postremò innocenti, quem falso testimonio lædit.

Vnum penè crimen habent, & qui falsitatem promit, & qui supprimit veritatẽ: quia ille obesse vult, & iste prodesse non vult. Peior est testis, qui lædit, quàm qui præstare

stare non vult. Nam ille malignus est, iste inutilis.

Testibus falsis coniunctis tardè mẽdacij falsitas reperitur. Quod si separati fuerint, examine iudicãtis citò manifestantur. Nã sicut in vnitate prauorum grandis est fortitudo, ita in separatione maior infirmitas.

Fraudulentiæ citò reprehenditur mendacium, falsidicorum enim testimonium sibi non conuenit.

Iniquus testis, quamuis sua falsitate, corpori, rebusque impediat, animo tamen nihil damni conferet. Erit autem ille apud Deum condemnatus, qui aduersus innocentem falsum testimonium, vel dicit, vel dicentibus credit. Nam non solùm ille reus est, qui falsum de alio profert: sed & is, qui citò aurem criminibus præbet.

Qui metu potestatis veritatem occultat, eiusdem veritatis iracundiam sibi cælitus prouocat: quia plus pertimescit hominem, quàm diuinam trepidat indignationem. Beatus, cuius testimonio innocens ab scelere obiecto purgatur: impius, cuius proditione etiam iniquus perimitur. Neq. enim decet Christianum morti obnoxium prodere, & ad effundendum sanguinem infelicium vocem testificationis præbere. Sermo enim iusti hominis, tantum ad ministerium debet esse salutis: ira enim indignationis, & tribulationis & immissiones per angelos malos.

De causidicis. Cap. LVI.

NEgotiorum forensium sectatores propter proximi dilectionem seculare negotium deserere debent, aut certè, manẽte proximi charitate, negotium sequantur terrenum. Sed quia perrarum est, vt inter iurgantes charitas maneat, post ponenda est rei caussatio, vt perseueret dilectio.

Antiqui forensem eloquentiam [a] caninam facundiam nuncupabant, eò quòd causidici in certaminibus caussarũ, omissis quæ agunt, veluti canes alterutrum se lacerant, iurgiaque caussarum ad iniurias suas commutant.

[a] *Hieronym. in epist. ad Augustin.* Sed incidit (*inquit*) tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit, quàm loqui ita, vt studia nostra cessarent, & iuxta Appium, canina exerceretur facundia, *& aduersus. Luciferianos* Proximè accidit, vt quidam Luciferi sectator cum alio Ecclesiæ alumno odiosa loquacitate contendens caninam facundiam execuerit, *& Lactant. lib. 6. c. 18.* Sed quia ipse caninam illam facundiam (sicut Sallustius ab Appio dictum refert) exercuit, voluit quoq. hominem canino more viuere, vt remorderet. *Extantq; duo Sallustij fragmenta in quibus hoc Appij de canina facundia dictum refertur. Prudentius quoq; in Hamartigenia.*

Inde canina foro latrat facundia.

De oppressoribus pauperum. Cap. LVII.

PAuperum oppressores tunc se sciant grauiori dignos sententia, quando præualuerint his, quibus nocere voluerint. Nam tantò atrociùs futuro supplicio condemnandi sunt, quantò hîc fortiùs contra miserorum vitam inualuerint.

Audiant iudices, & qui præsunt populis, quia pro temporalibus molestijs, quas plebibus ingerunt, æterno incendio cremabuntur, testante Domino per Isaiam Prophetam: Iratus, inquit, sum super populum meum, & dedi eos in manu tua, non posuisti eis misericordiam, sed aggrauasti iugum tuum valde. Descẽde in puluere, sede, tace, & intra in tenebras. Veniet super te malum, & nescies: & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare. Veniet super te repentè miseria, quam nescis.

[a] Magis mala facientibus, quàm malapatientibus dolere debemus. Illi enim praua faciendo in malum proficiunt: isti patiẽdo à malo corriguntur. Deus autem per malas voluntates aliorum in alijs multa operatur bona.

Malignantium hominum voluntas nequaquam potest impleri, nisi Deus dederit potestatem. Nam dum homines, Deo permittente, malum, quod concupiscunt, perficiunt: ipse dicitur facere, qui permittit. Inde est, quod scriptum est per Prophetam: Si erit malum quod Dominus non fecit. Verumtamen quod iniqui mala ex voluntate quærunt, ideircò Deus perficiendi dat potestatem per suam bonam voluntatem: quia de nostro malo ipse multa bona operatur.

Quidam, cum Dei voluntati resistunt, nescientes Dei consilium faciunt: quo neq. ueris, sic Deo subiecta esse omnia, vt & ipsi, qui eius dispositioni aduersantur, eius impleant voluntatem.

Propterea

Propterea in hac vita boni iudicantur à malis, vt iterum in illa vita mali iudicentur à bonis: siue vt etiam sit hîc bonis tẽporalis afflictio, & illic æterna remunetario.

Idcircò sunt necessarij mali, vt quoties boni offendunt, flagellentur ab illis. Hinc est, quòd Assur virgam furoris sui testatur Dominus: sed quoties ita fit, de Dei indignatione procedit: vt Deus per illos in eos sæuiat, quos flagellando emendare desiderat. Sed ille iustissima voluntate, illi verò sæpe crudeli intentione, sicut per Prophetam de eodem Assur dicitur: ipse autem non sic arbitratur, sed ad conterendum patratum est cor eius.

Atrocem super eos diuinum furorem venturum, qui existunt persecutores, & violenti fidelibus. Consolando enim per Prophetam Deus suos ita iudicare promittit aduersarios: Eos, inquit, qui iudicauerũt te, ego iudicabo: & cibabo hostes tuos carnibus suis, &, quasi à musto, sanguine suo inebriabuntur.

Habet aliquem vsum, & malorum iniquitas, quòd electos Dei suis morsibus [b] laniant, ac per hoc vita impiorum sibi depereat. iustorum autem non perit, sed proficit, dum eos mali per tribulationis exercitium, ad præsentem odiendam vitam, & futuram desiderandam erudiunt.

[c] Interdum enim prodest peruersorum prauitas vtilitati iustorum, dum eos malitia sua erudiunt: & ad regna cælorum requirenda molestia temporali impellunt. Probatur hoc exemplis Israëliticæ plebis, quæ tunc duriùs agebatur in Ægypto, quando oportebat eam per Moysen ad terram repromissionis vocari: & ex malis, quæ in Ægypto patiebatur, discedere, & ad promissam patriam festinare.

Iniqui, dum constantiam iusti in persecutionibus suis aspiciunt, mentis cõfusione tabescunt. Et dum aduersa ostentant, nec vincunt, tandem de suæ peruersitatis insania confunduntur.

Stulti contra bonos studium semper assumunt, quibus dum prosperitas elũcet, iactanter de suis meritis gloriãtur, & bonorũ aq. iustorũ afflictionibus detrahunt: dumque eis aduersa contigerint, mox ad blasphemiã pusillaminitate animi conuertũtur.

Quidam simplicium nescientes dispensationem Dei, in malorũ profectibus scandalizãtur, dicentes iuxta Prophetã. Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt? Qui ergo hoc dicunt, non mirentur quòd prauorum hominum temporalem, & caducam fœlicitatem aspiciunt; sed magis nouissima eorum intendant, quanta illis post hæc æterna supplicia præparentur, dicente Propheta: Ducunt in bonis dies suos, & subitò ad inferna descendunt.

[a] *Greg. lib. 20. Moral. c. 21.*
[b] *Ita nonnulli m.s.* moribus *vterq. Gotth. & vet. ed.*
[c] *Greg. lib. 26. Moral. c. 9.*

De tribulatione iustorum. Cap. LVIII.

IVstus [a] in aduersis probari se cognoscat, non deijci.

[b] Viri sancti plus formidãt prospera, quàm aduersa: quia Dei seruos prospera deijciunt, aduersa vero erudiunt. Ideoque Sancti viri constantia ita portare debet aduersa, vt frangi non queat.

[c] Tunc magis sunt Dei oculi super iustos, quando eos affligi ab iniquis prouidentia superna permittit. Nam tunc eis gaudia disponuntur æterna, quando præsenti tribulatione probantur.

[d] Omnes vitæ huius tribulationes aquis comparantur prætereuntibus: propterea, quia si quid in hac vita tribulationis acciderit, non stat, sed celeriter transit.

[e] Qui viræ futuræ præmia diligenter excogitat, mala omnia vitæ præsentis æquanimiter portat: quoniam exillius dulcedine huius amaritudinem temperat: & ex æternitate illius breuitatẽ huius despicit transitoriam.

Grauati diuerso malo temporali, pro vtilitatẽ eorũ est, quòd vitæ istius mala perferunt; quia cùm dolore grauantur, cupiditatis & luxuriæ, vitiorumq. cæterorum mala non appetunt.

Plus prodesse saluti tentationes seculi, quàm prosperitates (cõstat) nam ex prosperitate in deterius itur, ex tentationis dolore in melius proficitur.

Vnusquisq. ad tentationem animũ præparare debet. Minùs enim dum speratur tentatio, grauat: durè autem premit, si non sperata aduenerit.

Sapientis est contra omnia aduersa ante meditari: nec inueniri casus debet, quem non consilia eius præueniant.

[a] *Greg.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] Greg. lib. 31. Moral. c. 23.
[b] Idem lib. Moral. 5. c. 1.
[c] Idem lib. 20. Moral. c. 21.
[d] Aquæ significatio multiplex est in diuinis litteris, vt constat ex Gregor. libr. Moral. 19. c. 4. vnde desumpta est hæc sententia, ad illud Iob 29. & aquis appendit mensuras. Aqua, inquit, in scriptura sacra aliquando Spiritum sanctum, aliquando scientiã sacrã, aliquando scientiam prauam, aliquando tribulationem, aliquando defluentes populos, aliquando mentes bonorum fidei prædicamenta sequentium designare solet. Augustin. c. 62 in prima Canonica Iohannis homil. 6. Nonne aquæ multa significant? quibusdam locis Spiritum sanctum, &c. & lib. diuersarum quæstionum ad Oros. q. 51. significatur præter alia nomine aquæ omnis potus: ipse quæst. in Exod. & lib. loquutionum Exodi.

De amatoribus mundi. CAP. LIX.

MVndi amatores non solùm ex eo rei sunt, quòd infima pro summis appetũt: verùm etiam, & miseri per hoc, quòd graui ærumna ad ipsa desiderata pertingunt.

[a] Grauiùs torquetur impius mundi exaggerando commoda, quàm iustus tolerando aduersa. Qui enim hona mundi diligit, velit nolit timoris & doloris pœnæ succũbit. Quiq. plusquã oportet res trãsitorias diligũt, maiorẽ sibi ingerunt dolorẽ res ablatæ, quàm amorem parturiebant possessæ. Cum graui enim dolore amittuntur, quæ cum magno amore habentur. Minùs autem carendo dolemus, quæ minùs possidendo diligimus.

Sciant seculi lucra sectantes, quantũ sint vana vel aduersa, quæ diligunt, quæ etiam nec in hoc seculo sine contritione graui conquirunt, & pro quibus in futuro supplicio pœnas dabunt.

His, qui in voluntate secularium desideriorum persistunt, benè per testimonium Prophetę dicitur: Factus est [b] Ephraim panis subcinericius, qui non reuertatur: id est, ita obruuntur cæcitate secularis amoris, vt nunquam resipiscant ad Deum amorem retorquere mentis.

[c] Multis mortuus est mundus, ipsi tamen vicissim mundo mortui non sunt. Bona enim seculi diligunt, & tamen ipsa quæ diligunt, minimè consequuntur: in vtroque vacui, quia & futura perdunt, & præsentia non acquirunt.

[d] Egestas est electorum, quòd peregrinãtur à bonis sempiternis, & in hoc exilio diutiùs remorantur. Egestas est reproborum, A quòd [e] abundant diuitijs, & virtutibus vacuantur, seque esse inopes nesciunt. Quod probatur per Apocalypsim Iohannis, qui contra huius mundi amatores sic ait: Dicis quod diues sum & locuples, & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

[e] Gloriæ temporalis sequaces, etsi nitidi sunt foris fulgore potentiæ, interiùs tamen vacui sunt elatione superbiæ: sicuti calami exteriùs quidem nitent, sed interiùs vacuantur.

Ob hoc reprobi exteriùs, [f] vt calami, nitidi: interiùs vacui. Electi vero exteriùs, quasi arborũ cortices, fœdi, interiùs verò solidi.

Qui pretioso cultu incedunt, audiant Prophetam, quæ madmodum detestatur B eorum corporalia ornamenta: & quos successus habeat cultus compositus, & ornatus: hoc est, pro suaui odore fœtorem: & pro zona, funiculum, & cætera.

Legant Prophetam diuites, quorũ spes opulentia est, & audiant eum dicẽtem: Væ qui opulenti estis. Quantò enim quisq. potẽtia minor est, tantò magis liber à peccato est. Nam patrimonium grande, tentatio est.

Plus venerantur homines in hoc seculo pro temporali potentia, quàm pro reuerentia sanctitatis. Suspiciunt enim, quòd magis sunt diuites, & quòd homines sunt, omnino despiciunt.

[g] Sunt quidã iusti, qui sine læsione cuiusquam suis rebus vtuntur. Item sunt quidam diuites humiles, quos non inflat superbia rerum: veluti pleriq fuerunt Sancti veteris testamenti, qui & affluebant diuitijs, & tamen humilitate pollebant. At contrà, quosdam superbos diuites rerum copia facit elatos, quorum non sunt opes in vitio, sed voluntas. [h] Nam crimen in rebus non est, sed in vsu agentis.

Est & elatio pauperum, quos nec diuitiæ eleuant, & voluntas sola in eis superba est. [i] His etsi opes desunt, propter mẽ- tis tamen tumorem plusquam superbi diuites condemnantur.

Securus vult esse diues, pauper esse non vult. Sed quomodo erit diues quietus, qué suis stimulis res ipsæ ne careantur, semper faciunt inquietum? Et ideò eligit cupiditas, inquietum esse & timidum diuitem: quàm securum pauco sumptu contentum esse, & pauperem.

Bonis benè vtuntur, qui diuitijs sibi concessis

A cessis in rebus salutaribus perfruuntur. Bonis malè vtũtur, qui aut iustè pro tẽporali lucro iudicãt, aut aliquid boni pro vanæ gloriæ appetitu faciũt. Malis malè vtuntur, qui noxias cogitationes operibus prauis perficiunt. Bene malis vtuntur, qui luxuriam carnis coniugali honestate præstringũt. Sed sicut malo bene vti, bonum est: sic bono bene vti melius est. Et sicut bono malè vti malum est: sic malo malè vti pessimum est.

[a] Ex Greg. lib. Moral. 1. c. 4. & 31. c. 10.
[b] Greg. lib. Moral. 11. c. 7.
[c] Idem lib. 5. Moral. c. 2.
[d] Exod. lib. Moral. 34. c. 2. in illud. Iob. Facies eorum præcodet egestas. c. 41.
[e] Alij CC. abundant diuitijs: malè & præter sententiam Isidori. D. etiam Gregorius, vnde hæc transcripta sunt libr. 34. Moral. c. 2. ita habet: Vnde & egestas eorum propriè dicitur: quia dum replentur vitijs, virtutum diuitijs vacuantur.
[f] Tota hæc sententia cum sequenti ex Gregor. ex lib. Moral. 33. c. 4. vbi calamum vel arundinem, nitorem gloria temporalis significare demonstrat.
[g] Greg. lib. Moral. 10. c. 28.
[h] Greg. ibidem. Non est census in crimine, sed affectus.
[i] Gregor. ibid.

De amatoribus misericordiæ. CAP. LX.

GRauiter in Deum delinquunt, qui diuitijs à Deo concessis, non in rebus salutaribus, sed in vsibus prauis vtuntur. Nesciunt enim impertire pauperibus, oppressis subuenire despiciunt: & inde magis augent delicta, vnde redimere debuerunt.

Hoc habet tantum bonum possessio præsentium rerum, si vitam reficiat miserorum: præter hoc tentatio est mundi lucrum: tantoq. maiora supplicia in futurum dabunt, quantò & ipsa maiora sunt: Potentes enim D potenter tormenta patientur.

[a] Terrena omnia seruando amittimus, largiendo seruamus. Patrimonium enim retentum perit, manet autem erogatum. Diu enim cum rebus nostris durare non possumus, quia aut nos illas moriẽdo deserimus, aut illæ nos viuentes deserunt.

Pro diuersitate vsus, alij de rebus mũdanis pereunt, quas cupidiùs rapiunt: alij verò saltuantur, dum in eorum pulchritudine, conditoris pulchertimam prouidentiam laudantes mirantur: vel dum per misericordię opus eis cælestia bona mercantur.

[b] Misericordia à compatiendo alienæ miseriæ vocabulum sortita est. Nullus autem in alio misericors esse potest, qui prauè viuendo in se misericors non est. Qui enim sibi nequam est, cui bonus est?

[c] Nulla: scelera eleemosynis posse redimi, si in peccatis quis permanserit. Tunc fructu eleemsoynarum indulgentia conceditur, quando ab scelerum opere desinitur. Verum est quod peccata omnia misericordiæ operibus expurgantur, sed si iam caueat peccare, qui misericordiam impertitur. Cæterùm nulla est delicti venia, quando sic præcedit misericordia, vt eam sequantur peccata.

Non est eleemosyna, quæ gloriæ magis caussa, quàm misericordię impertit intuitu.

Quali enim intentione ab vnoquoq. largitur, taliter & apud Deum recipitur. Qui ergo de bono laudem præsentem appetit, spem perdit, & gloriam mercedis in futuro non recipit.

Dum enim caussa iactantiæ pauper pascitur, etiam ipsum misericordiæ opus in peccatum conuertitur.

In tantùm eleemosynarum opera peccata extinguntatque ad regnum seculi futuri proficiunt, vt etiam iudex cælestis in C futuro iudicio veniens, in dextera consistentibus dicat: Esuriui, & dedistis mihi mãducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, hospes eram, & collegistis me, nudus, & operuistis me. Quibus etiam benè promittit dicens: Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum. His autem quos nulla præcedentia eleemosynarũ facta sequũtur, æterni iudicis voce sic dicitur: Esuriui, & nõ dedistis mihi mandvcare: Sitiui, & non dedistis mihi bibere. Quibus iustè dicitur: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo & angelis D eius.

[c] Qui hic misericordiam non impertit, illic pietatis fructum non inuenit: exemplo ardentis diuitis, qui in inferno ad tenuissima petenda compulsus est, qui hic tenuissima negare studuit. Quid retribui subtilius? quid districtius poterat? Guttam aquæardens petijt, qui micas panis negauit. Serò dives oculos aperuit, quando Lazarum pauperem requiescentem vidit, quem iacentem ante ianuas videre despexit.

[c] Nõ solùm qui esurienti, & sitiẽti, & nudo beneficium largitatis impendit, vel si quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliud indigẽti largitur:sed & qui inimicum A ditur: comparata hypocritis, qui non ad ædificationem docent audientium,sed ad suæ [1] gloriæ exaggerandum cothurnum.

Reprehensibilis est superflua effusio largitatis. Nam qui modũ seruat, auarus nulli est,sed omnibus largus est.

Dispensator non debet esse prodigus,sed discretus: largiri enim debet quantũ oportet, vt tenendo mensuram in vno, sufficiat plurimis.

a *Ex Greg. lib. Moral. 18. c. 9.*

b *August. lib. de mor. Eccles. cap. 27.* Nam quis ignoret ex eo appellatam esse misericordiã, quòd miserum cor faciat condolentis alieno malo. *Et lib. 9. de ciuitat. Dei c. 9. damnat Stoicorum disciplinam, eo quòd non animus dolore & tristitia pro afflicto afficiatur: Quod etiam irridet Cicero pro Murena.*

c *Greg. lib. 12. Moral. c. 24.*

d *Greg. lib. Past. curæ p. 3. c. 22.*

e *Ex August. tom. 3. Enchir. ad Laur. c. 72.*

f *Augustin. homil. 6. tom. 10.* Duæ sunt eleemosynæ, vna cordis,alia pecuniæ,eleemosyna cordis est dimittere ei à quo læsus.

g *Gregor. Past. cur. part. 3. c. 22.*

h *Gregor. vbi sup.*

i *In vulgata edit. Eccles. 34.* Qui offert sacrificium ex substantia pauperum,quasi qui victimat filium in conspectu patris. *D. Greg. lib. Past. curæ part. 3. c. 22. aliter affert hoc testimonium:* Qui immolat,*inquit*, sacrificium de substantia pauperis, quasi qui, &c. *Iisdem ita aq. pro* substantia pauperum, *dixit*, de rapina pauperum. *Quod vnde hauserit, dubium est, Græcè sanè legitur* ἐκ χρημάτων πενήτων, *id est, ex diuitijs, siue facultatibus pauperum.*

k *Greg. vbi sup.*

l *Ita pleriq. libri, vnus* gratiæ, *Tolet. Gotth.* gelatiæ, *quam quidem vocem nos alibi legisse non memminimus: nisi quod lib. 13. Etymologiar. idem glaci, quasi gelatiæ, aut gelatiuæ, hoc est gelatũ, aquam dictam voluit. Quid si gelatus, ex quo vox nostra gala abscisa sit? Videndum etiam quid sit in Gloss.* κάλλατία ἄγκιδες, ἀπὸ χρόος ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ γίνεσθαι.

Quicumq. non egens poscit,etiam si indigentem se simulet, ex toto illi corde cõmisereri oportet. Et licet ille fortasse falsam indigentis speciem præferat, is tamen qui simpliciter impertit, fructum misericordiæ non amittit.

Quamuis quisq. sit egens, nullus tamen vnde tribuat indigenti excusationẽ inopiæ potest obtendere,quando ex præcepto Saluatoris etiam calicem aquæ frigidæ præcipiamur indigenti præbere. Nam si aliud nõ B habẽtes,idipsum benignè tribuamus, mercedem proculdubio non amittimus. Cæterùm si amplius possumus, & egestatem simulando minus largimur: non egentem, sed Deum fallimus, cui conscientiam nostram abscondere non possumus.

f Duæ sunt eleemosynæ: vna corporalis, egenti dare quicquid potueris: altera spiritualis,dimittere ei à quo læsus extiteris. Harum prima adhibenda est miseris, secunda malis. Erit ergo,quod semper impertias,etsi C non pecuniam,saltem gratiam.

g Non est eleemosina cum murmuratione præbenda, ne, comitante tristitia, merces pereat dispensata. Tunc autem benè tribuitur, quando cum mentis hilaritate præbetur. Vnde & Apostolus: Hilarem, inquit, datorem diligit Deus. Metuendum est itaque ne pauper aut cum tædio nostra oblata suscipiat,aut ne omnino prętermissus mœrens, tristisq. recedat.

h De rapinis alienis eleemosynam facere, non est officium miserationis, sed emolumentum sceleris. [i] Vnde & Salomon: Qui D offert, inquit, sacrificium de rapina pauperum,tanquam siquis victimet filium in conspectu patris sui. Qui enim iniustè tollit, iustè nunquam distribuit: nec bene alteri præbet, quod ab alio malè extorquet.

Magnum scelus est, res pauperum præstare diuitibus: & de sumptibus inopum acquirere fauores potentum: arenti terræ aquam tollere, & flumina, quæ non indigent,irrigare.

k Nonnunquam largitas diuitũ prodiga, non ad vtilitatem, sed ad elationem effun-

De breuitate vitæ. Cap. LXI.

TAntùm [a] enim in hac vita est licitum operari bonũ:illic namq. non iã operatio expectatur, sed retributio meritorum.

b Hæc vita impijs longa & grata est, in oculis autem iustorũ amara & breuis est. Et licet vita ista breuis sit, moras tamen sibi fieri creditur, quia quantumlibet breue sit temporis spatium, tametsi viuenti parum est,amanti proculdubio [c] longum est.

d Qui vitæ presentis longitudinem nõ de suo spatio,sed de eius fine considerat,quàm sit breuis & misera,satis vtiliter pensat. Vita enim præsens, quia ipsis suis incrementis deficit, breuis est: suo enim augmẽto perit, dum id quod videtur in futuro proficere,in

præterito deficit. Itẽ ex ipso esse breuis vita A præsens ostenditur,ex eo quod non permanet,sed finitur. [d] Tela enim cõsummatur filis,& vita hominis expletur diebus singulis.

Quod diu in hac vita viuitur, quæritur vtrum augmentum,an rectiùs detrimẽtum dicatur. Sed quomodo possit rectè dici augmentum quod per dimensiones ætatum, ad mortis tendit detrimentum?

e Qui vitam longam quæris,ad eam tẽde vitam,pro qua Christianus es,id est,æternã: non ad istã, de qua ad erudiẽdum te, desce- B dit vita æterna, id est, Christus verbũ carni coniunctum. Hæc est enim vita vitalis, nostra ista vita mortalis est.

Mori oportet hominẽ in carne mundo, ne moriatur in anima Christo. Nã verè tunc viuere quisq. creditur, si secũdum seculum moriens in solo Deo viuere delectetur.

De mora vitæ istius, tædiũ patitur iustus, eo quòd ad desideratam patriam tardè perueniat: & vitæ præsentis ærumnam seriùs amittat.

a

b *Greg. lib. 8. Moral. c. 12.*

c *Greg. lib. 1. in Ezech. homil. 10.*

d Congruũ *est Gotth. Toletano, Salmantino verò desunt extrema hæc folia.*

e *Ad verbum ex Greg. lib. 8. c. 11. Moral.*

f *Greg. lib. 11. Moral. c. 27.*

De exitu. Cap. LXII.

QVamuis Sancti ab huius vitæ ærumnis liberari se cupiant, citò volentes exire de corpore, Dei tamen dispositione plerũq. in hac vita versantur: vt per longa tolerantiæ experimenta, solidiùs eorum patientia roboretur.

Multi odio vitam habent,& tamen mori timent: quod plerisq. in angustia cõtingere solet: sicq. contrario affectu, & viuendi habent tædium,& moriendi metum.

Sollicitè debet vnusquisq. viuere,& sem- D per terminum vitæ suæ considerare, vt de contemplatione illius animus se semper ad ea sustollat, & huius seculi blanditias caueat. Scriptum est enim: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

Venturi exitus ignorantia incerta est, & dum mori quis non existimat,tollitur. Vnde vnusquisq. festinet, ne in iniquitatibus suis rapiatur, simulque finiatur vita cum culpa. Nã incentor Diabolus,eos quos viuentes accendit ad vitia, subitò morientes pertrahere nititur ad tormenta.

Sæpe diuites in hac fallaci vita, dum de potentiæ gloria vel rerum abundantia gestiunt, repẽtè hora,qua nesciunt,improuiso exitu rapiuntur, atq. absorbente profundo, cruciandi æternis gehennæ incendijs deputantur. De quibus bene per Prophetam dicitur: ducũt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

b Iniquus moriẽs, qui imitatione sui multos ad culpã traxerat delectatione peccati, multos à culpa reuocat terrore tormenti. Quod etiam Psalmista testatur dicens: Lætabitur iustus cum viderit vindictam impio rum,manus suas lauabit in sanguine peccatorum, In peccatorum enim morientium sanguine [c] iusti lauant manus: quia dum eorum pœna conspicitur, conspicientis vita mundatur. Cuius enim talis crudelis exitus cernitur, non solùm qui viderit,refugit, sed alios etiam ab imitatione illius, quãta valuerit exhortatione cõpescit.

[d] In exitu vitæ animæ electorum nimio terrentur metu, incerti vtrũ ad præmium, an ad supplicium transeant.

Quidam autem electi in fine suo purC gantur à leuibus quibusdam peccatis: quidam verò inipso suo fine hilarescunt æternorum contemplatione bonorum.

Quamuis enim quis in hac vita sit iustus, tamen dum ex corpore isto egreditur pertimescit,ne dignꝰ supplicio sit. Nullus enim homo absque peccato: nec aliquis potest de Dei esse securus iudicio, cùm etiam & de otiosis verbis reddenda sit ratio.

Finem iustorum optimum vocatio tranquilla commendat, vt ex eo intelligantur Sanctorum habere cõsortium Angelorum, ex quo ab hoc corpore sine vexatione dura tolluntur.

Prauos autem homines apostatæ Angeli excipiunt morientes, vt eis sint ipsi tortores in pœnis,qui fuerunt suasores in vitijs.

Etsi pietas pro defunctis fidelibus flere iubeat,fides tamen pro eis lugere vetat. Illi enim deplorandi sunt in morte, quos miseros infernus ex hac vita recipit: non quos cælestis aula lætificandos includit.

a *Greg. lib. Moral. 14. c. 5.*

b *Ex Greg. 18. Moral. c. 13.*

c *Greg. lib. 18. Mor. c. 13. vnde hæc est sententia ad verbũ.*

d *Greg. lib. 24. c. 17.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP.

ad MYSTICORVM EXPOSITIONES SACRAMENTORVM seu QVÆSTIONES IN VETVS TESTAMENTVM.

PRÆFATIO.

HISTORIA sacræ legis non sine aliqua prænuntiatione futurorum gesta, atque conscripta est. Nisi pertineret ad præfigurationis mysteriũ, tã multiplex rerum vmbra gestarum, nec docens Apostolus diceret: lex vmbram habet futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Proinde quædam, quæ in ea figuratim dicta, vel facta sunt,[a] & sunt plena mysticis sacramentis, adiuuante superna gratia, in hoc opusculo exequentes intexuimus, veterumque Ecclesiasticorum sententias congregantes, veluti ex diuersis pratis flores lectos ad manum fecimus: & pauca de multis breuiter perstringentes, pleraque etiam adijcientes, vel aliqua ex parte mutantes offerimus non solum studiosis, sed etiam fastidiosis lectoribus,[b] qui nimiã longitudinem sermonis abhorrent. Breui enim expositione succincta non faciunt de prolixitate fastidium. Prolixa enim, & occulta tædet oratio: breuis, & aperta delectat. [c] Et quia iã pridẽ iuxta litterã à nobis sermo totus cõtextus est: necesse est, vt præcedente historiæ fundamento, allegoricus sensus sequatur. Nam figuraliter quædam ex his intelliguntur, vere tanquam prophetica indicia præcedentia futurorum. [d] Sanè non omnia, quæ in lege & Prophetis scripta sunt, mysteriorum ænigmatibus obtegunrur: sed pro his, quæ aliquid significãt, etiam quæ nihil significant connectuntur. Sicut enim in citharis, & huiusmodi organis musicis, non quidem omnia, quæ tanguntur, canorum aliquid resonant, sed tantùm chordæ: cætera tamen in toto citharæ corpore ideo facta sunt; vt esset vbi connecterentur, & quo tenderentur illa, quæ ad cãtilenæ suauitatem modulaturus est artifex: ita in his propheticis narrationibus, quæq. dicuntur, aut aliquid sonant in significationem futurorum: aut si nihil sonant, ad hoc interponuntur, vt sit, vnde illa significantia, tanquam sonantia, connectantur. Has autem rerum gestarum figuras de mysticis thesauris sapientium, vt prædiximus, depromentes, in vnam formam cõpendio breuitatis cõtraximus: in quibus lector non nostra leget, sed veterum releget. Quod enim ego loquor, illi dicunt: & vox mea ipsorum est lingua. Sumpta itaque sunt ab auctoribus Origene, Victorino, Ambrosio, Hieronymo, [f] Augustino, Cassiano, ac nostri temporis insigniter eloquenti Gregorio.

[a] Et sunt plẽna mysticis sacramentis. *Ex his, & s. Ildefonsi verbis, quæ subijcierus, titulum prorsus iam abolitũ huic operi restituimus. Ita enim Ildefonsus in vita Isidori.* Collegit etiam de diuersis auctoribus, quod ipse cognominat secretorum expositiones sacramentorum: quibus in vnum congestis idem liber dicitur Quæstionum: *plura in præfat. ad opera Isidori.*

[b] Qui nimiam longitudinẽ sermonis abhorret. *Ita Valent. & duo Oxomẽses*: quibus nimia longitudo sermonis abhorret. *Valent.* quos nimia longitudo sermonis abhorret, *Guadalup.* quorũ nimia lõgitudo sermonis abhorret. *Laurentian. & Complut.* Idem *in regul. Monach.* Philargyriæ contagium, vt lethiferam pestem (*monachus*) abhorreat.

[c] Et quia iam pridem iuxta litteram. *Ita Sigebertus de eo:* Totum vetus testamentum simpliciter exponendo percurrit. *Hoc nobis deesse magna diuidia est, nisi forte id Glossæ sunt, quæ vocantur Ordinariæ.*

[d] Sanè non omnia *vsq. ad* connectantur, *verba sunt Augustini duobus ex locis aptata, ex 15. de Ciuit. c. 2. & 22. contra Faust. c. 94.*

[e] Quæq. dicuntur. *Itam. s. o. hoc est, quæcũq; dicuntur, quomodò nõ solum Isidorus, sed interdũ etiã optimi Latinitatis auctores loquũtur. Hoc qui non viderũt, haud veriti sunt addere,* quę obtegũtur. *vt,* quęq. dicũtur *ad necessitatem.*

[f] Cassiano. *Aliqui libri Cassiani loco Fulgentium habent, in alijs vterq. ponitur: & vtriusq. Isidorum perfluxisse constat: Sed in toto hoc opere Fulgentij (quod sciamus) verbum nullum: Cassiani extant aliquot à nobis indicati loci.*

Præmissio operis vsq. ad expulsionem hominis de Paradiso.

CAP. I.

CREATVRA cæli[a] & terræ, quomodo historialiter ab exordio principij condita sit, legimus: sed qualiter in Ecclesia spiritualiter à Doctoribus accipiatur, intelligamus.[b] (In principio fecit Deus cælum & terram.) Principium Christus est: sicut ipse in Euangelio: Iudæis interrogãtibus respõdit.[c] Ego principium, qui & loquor vobis. In hoc igitur principio fecit Deus cælum: id est,[d] spirituales, qui cælestia meditantur, & quærũt: in ipso fecit & carnales, qui necdum terrenum hominem deposuerunt.[e] (Terra autẽ erat inanis & vacua.) Terra scilicet, carnis nostræ inanis erat & vacua, priusquam doctrinæ acciperet formã. (Et tenebræ erãt super faciem abyssi) quia delictorum cæcitas, & ignorãtiæ profunda obscuritas corda nostra tegebat. (Et spiritus Dei ferebatur super aquas:) Spiritus autẽ Dei super cor nostrum tenebrosum & fluidum, quasi super aquas iam superferebatur, in quo subsistentes requiescere mus, cuiusq. viuificaremur flatu; & cui[o] vnda abluueremur. (Dixit quoq. Deus, fiat lux) id est, illuminatio credulitatis appareat.[f] Prima enim die lucẽ fidei dedit, quia prima est in cõuersione fides. Vnde & idipsum primũ in Dei præceptis mandatũ est, Dñs Deus tuus, Deus vnus est. Propter quã fidẽ ipse Dñs etiã visibiliter in mũdo apparere voluit. (Et diuisit lucem à tenebris:) nã tunc Deus iuxta præscientiæ suæ gratiã diuisit iustos, id est, filios Dei & luces, à peccatoribus, tãquam à tenebris, iustos vocãs diẽ, & illos noctẽ: nam & in Ecclesia lucis nomine iusti appellẽtur, audi Apostolũ: fuistis, inquit, aliquãdo tenebræ, nũc aũt lux in Dño.[g] Deinde secunda die disponit Deus firmamẽtũ, id est, solidamẽtũ sanctarũ scripturarũ, firmamẽtũ enim in Ecclesia scripturæ diuinæ intelligũtur, sicut scriptũ est: cælum plicabitur sicut liber. Discreuitq. super hoc firmamentum aquas, id est, cælestes populos angelorũ, qui non opus habent hoc suspicere firmamentũ, vt legentes audiant verbum Dei. Vident enim eum semper & diligunt, sed superposuit ipsum firmamentũ legis suæ super infirmitatem inferiorum populorũ, vt ibi suspicientes cognoscant, qualiter discernant inter carnalia & spiritualia, quasi inter aquas superiores & inferiores.

[h] Post hæc die tertio collegit in vnũ aquas inferiores salsas: hoc est, homines infideles, qui cupiditatũ tempestate, & tentationum carnalium fluctibus quatiũtur, & in se ipsis, quasi amaritudo, includuntur. Segregauitq. ab eis aridã, populũ scilicet fontẽ fidei sitiẽtem, fixitq. de hinc superborum limites, & coërcuit eos, ne turbulentis iniquitatum suarum fluctibus, aridam, id est, animã sitiẽtem Deũ conturbent; liceatq. ei germinare bonorũ operũ fructus, secundũ genus suũ, diligendo proximũ in subsidijs necessitatũ carnaliũ: habeatq. in se semen secundum similitudinẽ, vt ex sua infirmitate cõpatiatur ad subueniendum indigentibus. Producat & lignum forte robore & fructiferũ, id est, beneficium ad eripiendum eum, qui iniuriam patitur de manu potentis, & præbẽdũ [i] protectionis vmbraculum valido robore iusti iudicij.

[k] Deinde quarta die emicuerunt luminaria firmamento legis infixa: id est Euangelistæ & Doctores,[l] scripturæ sanctę cohærentes disputando, & omnibus inferioribus lumẽ sapientiæ ministrantes. Protulit etiam & cæterã micantiũ siderũ turbã: id est, diuersarũ virtutũ in Ecclesia numerositatem, quæ in huius vitæ obscuritate, tanquam in nocte refulgẽtes, diuidãt in hoc firmamẽto scripturę sẽsibilia & intelligibilia, quasi inter lucẽ perfectorũ, [m] & tenebras paruulorũ & sint in signis virtutũ & miraculorũ, sint etiã in tẽpora & annos, [n] quia prædicatores proprijs tẽporibus viuũt: & trãseunt: verbũ aũt. Dñi manet in ęternũ. Quare aũt primo terra germinauit, deinde facta sunt luminaria? nisi quia post opera bona venit illuminatio lucis ad contẽplãdã speciẽ supernę virtutis?

Inter hæc die quinta facta sunt in aquis reptilia animarum viuarum: homines scilicet, renouati in vitam per baptismi sacramentum. Facta sunt & volatilia: id est, sanctæ animæ ad superna volantes.

Post hęc sexta die produxit terra animã vinã, quando caro nostra abstinẽs ab operibus mortuis, viua virtutũ germina parturit, secũdum genus scilicet suum: id est, vitã imitando sanctorũ, sicut Apostolus ait: imitatores mei estote. Secundum nostrum quippe genus viuimus, quando in opere bono sanctos viros, quasi proximos, imitamur. Deinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

produxit terra bestias: homines in potentia rerum siue ferocitate superbiæ. Similiter & pecora: fideles in simplicitate vitæ viuētes. Serpentes quoq. innoxios: sanctos videlicet viros, astutiæ viuacitate bonum à malo discernētes, & in quantū fas est reptando scrutantes terrena, per quæ intelligant sempiterna: non illos venenosos, qui se in huius mundi cupiditatibus terrenis collocant.

Post hæc fecit Deus hominē ad imaginē suam: perfectum scilicet virū, qui nō quemlibet sanctorū virorū imitādo, sed ipsam veritatē contēplabiliter intuēdo, operaturiustitiam: vt ipsam intelligat & sequatur, ad cuius imaginē factus est, veritatē. Iste etiam accepit potestatē piscīū maris & volatilium cæli, pecorumq. ferarū quoq. atq. repentiū: quia spiritualis quisq. effectus, & Deo similis factus, secundū Apostolū, iudicat omnia, ipse aūt à nemine iudicatur. Quod verò sequitur: masculū & fœminam fecit eos: spirituales in Ecclesia, & obedientes ostendit: quia sicut viro subdita est mulier: sic spirituali & perfecto viro obediens est is, qui minus perfectus est: sicut Apostolus ait: Rogamus vos fratres, vt cognoscatis eos, qui in vobis laborāt, & præsunt vobis in Dño. Dicitur aūt eis: crescite & multiplicamini: siue in linguis, siue in spiritualibus intelligētiæ gradibus, vt dominētur per rationis intellectū omniū carnaliū perturbationū: quasi insensibiliū animantiū. Omnis aūt herba seminalis & omne lignū fructuosum, quod hominibus datum est in escā: fideles sunt de oblationibus sanctorum necessitatibus communicātes. Vnde & Apostolus ait: Nā si in spiritualibus participes facti sunt gētiles, debēt & in carnalibus ministrare eis. Hæc sunt fructifera ligna. In istis ergo gradibus, tanquā in quibusdā dieb', vesperа est ipsa perfectio singulorū operū, & mane inchoatio sequentiū.

P Post istorū itaq. quasi sex dierum opera bona valde, sperat homo quietē mentis, cōstitutus in spirituali paradiso: q quo significatur vita beata, vbi fons est sapientiæ, r diuisus in quattuor partes virtutum, vbi edat ligni vitæ gratiā: vbi vtiles disciplinas morum, quasi fructus lignorū carpat. Est namq. paradisus vita beatorū: quattuor flumina, quattuor virtutes: ligna eius, omnes vtiles disciplinæ: lignorū fructus: mores piorum: lignum vitæ: ipsa bonorū omniū mater est sapientia: de qua scriptum est Salomone dicente: lignum vitæ est his, qui apprehēdunt illam, & qui tenuerit eam, beatus. Lignum scientiæ boni & mali, transgressio est mandati.

a Creaturæ cæli & terræ. *Veterem interpretem imitatus est, quod enim Vulgatus*: Istæ sunt generationes cæli & terræ: *ille reddes verba* LXX. *interpretum*: αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς: Hic est liber creaturæ cæli & terræ, *dixit*.

b In principio fecit. Ex LXX. creauit *Valent. & Comp. ex Vulg.*

c Ego principiū qui & loquor: Quod & loquor *Augustī, cuius sunt hæc lib. 1. de Gen. contra Manich. cap. 2. eodemq, modo apud Ambrosium initio operis hexaem.*

d Spirituales carnales. *Ex Augustī. 13. confess. c. 12.*

e Terra autem erat inanis & vacua. *Ita quidē libri omnes manuscripti, & excusi, etiam apud Euchetium & Bedam: sed explicatio, siue allegoria non adhibetur his verbis, sed illis potius, quæ sunt ex* LXX. Terra autem erat inuisibilis & incomposita. *Augustinus loco proximè citato*: quia & apud nos in Christo suo fecit Deus cælum & terram, spirituales, & carnales Ecclesiæ suæ, & terra nostra, antequā acciperet formam doctrinæ, inuisibilis erat, & incomposita, & ignorantiæ tenebris tegebamur, &c.

f Prima die vsq. *ad* apparere voluit. *Augustin. 1. de Genes contra Manich. c. 25.*

g Deinde secunda die vsq. *ad* superiores & inferiores. *Carptim ex eiusd. 13. confess. cap. 15. & ex 1. contra Manich. c. eit.*

h Post hæc die tertio vsq. *ad* valido robore iusti iudicij. *Ex eod. lib. Confess. c. 17.*

i Protectionis vmbraculum. *Ita Augustinus, & sic est apud Bedam.*

k Deinde quarto die. *Ex 13. conf. cap. 15. & 1. de Gen. cont. Manich. c. 25. & Orig. hom. 1. in Gen.*

l Scripturæ sanctæ cohærētes. Appareamus sicut luminaria in mūdo, cohærentes firmamēto scripturæ tuæ. *Aug. 13. conf. c. 18. est autem apud Euch. & Bedam* demonstrantes, *apud Aug. tamen*, ministrantes.

m Tenebras paruulor. *Verba sunt eiusd. Aug. cap. 19* prauorum *tamen habent pleriq. m. s.*

n Quia prædicatores. *Idem c. 16.* transeunt prædicatores verbi tui ex hac vita in aliam vitam; scriptura verò tua vsq. in finem seculi super populos extenditur.

o Pecorumq. ferarū quoq. & repentium. *Ita Bed. & impress. ex vetere translatione, alij aliter ex Vulg.*

p Post istorum vsque *ad*, sperat homo quietem, *Verba sunt Augustī. 1. de Gen. cont. Manich. c. 25.*

q Quo significatur vita beata. *Eiusd. lib. 2. c. 9.*

r Diuisus in quattuor partes vert. *Eiusd. c. 10.*

De operibus sex dierum. CAP. II.

EXpleta hactenus sex dierū opera qualiter in Ecclesia spiritualiter intelligantur, explicata sunt: a deinde, quid in figurā seculi significent, subijciendū est. b Sex diebus cōsummauit Deus omnia opera sua, & septimo requieuit. Sex ætatibus humanū genus in hoc seculo per successiones temporum Dei opera insigniunt. Quarum prima est ab

ab Adam vsque ad Noe: secunda à Noe vsque ad Abraham: tertia ab Abrahā vsq. ad Dauid: quarta à Dauid vsq. ad transmigrationem in Babyloniā: quinta deinde vsque ad humilem aduentū Domini nostri Iesu Christi: sexta quæ nunc agitur, vsque quo mūdus finiatur, donec Excelsus veniat ad iudiciū. Septima vero intelligitur in requie sanctorū, quæ scilicet non habet vesperam: quia eā iam nullus terminus claudet. Pergamus ergo breuiter per eas omnes mūdi ætates, replicantes ordinem temporum eorum, & mystice differentias distinguamus.

Primo enim seculo factus est, tanquam lux, homo in paradiso. In qua ætate filios Dei in lucis nomine diuisit Deus à filijs hominum, quasi à tenebris: fitq. huius diei vespera diluuium.

Secundum seculum factum est, quasi firmamentum inter aquam, & aquā: arca vtiq. illa, quę natauit inter pluuiam maria: huius vesperа fuit confusio linguarum.

Tertium seculum factum est, quando separauit Deus populum suum à gētibus per Abraham, discernens eum quasi aridam ab aquis, vt proferret germen herbarum atq. lignorum: id est fructus sanctarū scripturarum. Huius vesperа fuit peccatum & malitia pessimi regis Saul.

Inde quartum seculum cœpit à Dauid, quando constituit Deus luminaria in firmamento cæli: id est, splendorem regni, tanquam Solis excellentiam, & in Lunæ specie obtemperantem tāquam Lunam Synagogā, & stellas principes eius: Cuius ætatis fit vesperа in peccatis regum, quibus gens illa meruit captiuari.

Porro quinto seculo: id est, in transmigratione Babyloniæ, facta sunt quasi animalia in aquis, & volatilia cęli: quia tunc Iudęi inter gentes, tanquam in mari viuere cœperunt: nec habebant stabilem locum, tanquā volantes aues. Huius diei quasi vesperа est multiplicatio peccatorum in populo Iudæorum, quando sic excæcati sunt, vt etiam Dominum Iesum non possint agnoscere.

Iam sextum seculum fit in aduentu Domini nostri Iesu Christi. Nam sicut in illa sexta die primus homo Adam de limo terræ ad imaginem Dei formatus est: sic in ista sexta ætate seculi secundus Adam, id est Christus in carne de Maria virgine natus est: ille in animam viuentem, hic in spiritum viuificantem. Et sicut in illa die fit anima viua, sic in isto seculo vitam desiderantes æternam. Et sicut in illa sexta die serpentium & ferarum genera terra produxit: ita & in hac sexta ætate seculi gentes vitam appetentes æternam Ecclesia generauit. Quem etiam sensum vas Petro ostensum manifestauit. Et quemadmodum die sexta creatur masculus & fœmina: sic in ista seculi ætate manifestatur Christus & Ecclesia. Et sicut præponitur homo in die illa pecoribus serpentibus, & cęli volatilibus: ita & Christus in hac ętate seculi gentibus, populis, & nationibus, vt ab eo regātur, vel carnali concupiscentiæ dediti, sicuti pecora: vel e terrena curiositate obscurati, quasi serpentes: vel elati superbia, quasi aues. Et sicut in illa die pascitur homo & animalia, quæ cum illo sunt herbis seminalibus & lignis fructiferis, & herbis viridibus: sic & ista seculi ætate spiritualis homo, qui bonus minister est Iesu Christi, cum ipso populo spiritualiter pascitur sanctarū scripturarū alimētis, & lege diuina ad d concipiendam fœcunditatem rationum atq. sermonum, tanquam herbis seminalibus, partim ad vtilitatem morū conuersationis humanæ, tanquā lignis fructiferis: partim ad vigorē fidei, spei, & charitatis in vitam æternam, tanquam herbis viridibus, quæ nullo æstu tribulationū arescūt. f Sed spiritualis sic istis spiritualibus cibis alimentisq. pascitur, vt multa intelligat. Carnalis autem, id est, paruulus in Christo, tanquam pecus Dei, vt multa credat, quę necdum intelligere potest: tamen eosdem cibos omnes habent. Huius autem ætatis quasi vesperа vtinam nos non inueniat. Illa est enim, de qua Dominus dicit, Putas ne veniens filius hominis inueniet fidem super terram?

Post illam vesperam fiet mane, quando ipse Dominus in claritate venturus est. Tūc requiescent cum Christo ab omnibus operibus suis ij, quibus dictum est: estote perfecti, sicut pater vester, qui in cælis est. Tales enim faciunt opera bona valde. Post talia enim opera speranda est requies in die septimo, qui vesperā nō habet. Sequitur: Istæ generationes cæli & terræ, quando creatæ sunt, in die qúa fecit Deus cælum & terrā, & omne virgultum agri, omnemq. herbam regionis, antequam esset super terram. Superiùs septem dies numerati sunt: nūc vnus dies dicitur, quo fecit Deus cælum & terram,

ram,& omne virgultum agri, & omnẽ herbam regionis. Huius[f] diei nomine secundũ prophetam omne tempus huius vitæ significatur, in quo cœlum & terra factum, id est, in quo creaturæ visibiles disponuntur. Sed quid sibi vult, quòd nunc nominato cælo & terra, adiecit virgultum agri, & herbam regionis, & tacuit cætera, quæ sunt in cælo & terra, vel etiam in marinis? nisi quia per virgultum agri inuisibilem creaturam demõstrat intelligi, sicut est anima? Dicta autẽ est virgultum, propter vigorẽ vitæ: herba, propter eandem vitam nunquam marcescentem. Deinde quod addidit (antequam esset super terram) intelligitur antequã anima peccaret. Terrenis enim cupiditatibus fordidata, tanquam super terram nata, vel super terram esse, recte dicitur. Vnde & adiecit: (nondum enim pluerat Dominus Deus super terram) quasi apertè diceret, antequam peccaret anima, nondum nubibus scripturarum pluuiam doctrinæ Dominus ad animam irrigandam concesserat: nondũ propter hominem, qui est terra, Dominus noster nubem carnis nostræ assumpserat, per quam imbrem sancti Euangelij largissimũ infudit. Quod verò subiũxit:[g] (Et homo nõ erat qui operaretur terram) quia nullus homo operatus est in virginẽ, vnde natus est Christus. Ipse est enim lapis de mõte abscissus sine manibus: id est, ablq. coitu & humano semine de virginali vtero, quasi de monte humanæ naturæ, & substantiæ carnis abscissus? (Sed fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ.) Terra mater virgo Domini Maria rectissimè accipitur: de qua scriptum est: aperiatur terra, & germinet saluatorem. Quam terram irrigauit Spiritus Sanctus, qui fontis & aquæ nomine in Euangelio significatur.

[a] Deinde quid in figurã seculi, *&c. Reliqua huius capitis contexta sunt ex eiusdem verbis lib. 1. de Genes. contra Manich. c. 23. ordine tantùm immutato.*

[b] Sex dieb. *vsque ad* nõ habet vesperam *verba sunt Augustini 12. contra Faust. c. 8.*

[c] Terrena curiositate: tenebrosa curiositate *August.*

[d] Concipiendam, *ex Aug.* concupiscẽdam *Euch. & manuscripti mendosè.*

[e] Sed spiritualis *vsque ad* potest. *emendatus est hic locus ex Aug. & Bed.*

[f] Huius diei nom. secũdum Prophetiam *hæ duæ voces* secundum prophetiam *non sunt apud Aug. à quo sunt reliqua li. 2. de Gen. cont. Manich. c. 3. leguntur tamen in omnib. libris, & apud Euch. & Bed.*

[g] Nubem carnis nostræ: nubilum carnis nostræ. *Aug.* nebulam *apud Bedam.*

[h] Homo non erat *vsque ad* significabatur, *ex eod. lib. Augustini cap. 24.*

De Paradisi conditione vel hominis. CAP. III.

FOrmauit igitur Deus hominem de limo terræ: (id est, factus est Christus iuxta quod ait Apostolus, ex semine Dauid secũdum carnem, tanquam de limo terræ.) (Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ) vtique infusionem Sancti Spiritus, qui operatus est hominẽ Christum. (Et factus est homo in animam viuẽtem) scilicet, vt qui perfectus erat Deus, perfectus videretur & homo. (Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio.)[a] Paradisus Ecclesia est: sic enim de illa legitur in cãticis canticorum: Ortus cõclusus soror mea. A principio autem paradisus plantatur, quia Ecclesia Catholica à Christo, qui est principium omnium, condita esse cognoscitur. Fluuius de paradiso exiens, imaginem portat Christi, de paterno fonte fluentis, qui irrigat Ecclesiam suam verbo prædicationis & dono baptismi. De quo bene per Prophetam dicitur: Dominus Deus noster fluuius gloriosus exiliens in terram sitiẽtem. Quatuor autem paradisi flumina, quattuor sunt Euangelia ad prædicationem cunctis gentibus missa.

Ligna fructifera, omnes sancti sunt: fructus eorum, opera eorum: lignum autem vitæ sanctus sanctorum, Christus scilicet, ad quem quisq. si porrexerit manum, viuet in æternum. Lignum autem scientiæ boni & mali, proprium est voluntatis arbitrium, quod in medio nostri est positũ ad dignoscẽdum bonum & malum. De quo, qui relicta Dei gratia gustauerit, morte morietur.

Tulit igitur Deus hominem, & posuit eũ in paradiso. (Assumpsit Deus carnẽ, & factus est caput Ecclesiæ, vt operaretur & custodiret illum: id est, volũtate patris ex omnibus gentibus Ecclesiam impleret. Dixit quoq; Deus: Non est bonum esse hominem solũ.) Arguuntur hæretici, qui Christum solũ hominem putant, & non etiam Deum. Faciamus ei adiutoriũ simile sui) quia in ipso homine susceptо Ecclesia Deo copulata est. Appellauit autem Adã nominibus suis cuncta animantia & volatilia cæli & bestias terræ) significans gentes, quæ saluæ fierent in Ecclesia & per Christum nomen Christianitatis erant accepturæ, quod prius non habuerant, sicut scriptum est: & vocabo seruos meos nomine alio. (Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius.) Vtiq. quoniam quamuis fidelis aut iustus sit quisq. Christo tamen æquari non potest. Quis enim, inquit Moyses, similis tibi in Dijs Domine? nã & Dauid ait: speciosus forma præ filijs hominum. Nemo enim poterat à morte genus humanum liberare, & ipsam mortem superare, nisi Christus, sicut & in Apocalypsi dicitur: nemo inuentus est dignus, neq. in cælo, neque in terra, neque infra terram aperire librum, nisi leo de tribu Iuda. (Immittit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumq. obdormisset, tulit vnã de costis eius, & ædificauit costam, quam tulerat de Adã, in mulierẽ.) Dormit Adam, & fit illi mulier de latere. Patitur Christus in cruce, pungitur latus lancea, & profluunt sacramẽta sanguinis, ex quibus formetur Ecclesia. Hanc dormitionem cantat Propheta, dicens. Ego dormiui & quieui & resurrexi, quoniã Dominus suscitauit me. Sequitur. (Et posuit carnẽ pro ea.) Sic Christus carnem suam moriendo posuit in patibulo crucis pro Ecclesia. (Dixit quoque Adam. Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. (Quia sine sancti spirituales, & fortissimi in tẽtationibus, siue minus perfecti, vtriq. vnum corpus Christi sunt, & vna Ecclesia. (Hæc vocabitur virago: quoniam de viro sumpta est.) Sic & Christus Ecclesiæ nomen dedit Christianum, quæ de eius latere sumpta est. Hæc ergo omnia facta sunt in figura,[b] quæ erant in Ecclesia proditura.[c]) Quamobrem relinquet homo patrem & matrem & adhęrebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna.) Hoc interpretans Apostolus ait sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Ergo quod per historiam completum est in Adam, per prophetiam significatur in Christo, qui reliquit patrem, cum dicit. Ego à patre exiui, & veni in mundum. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Reliquit & matrẽ: id est, Synagogam Iudęorum, veteri Testamento carnaliter inhęrentem, quæ illi erat mater, ex semine Dauid secundum carnem: & adhæsit vxori suæ, id est sanctæ Ecclesię, vt pace noui testamenti essent duo in carne vna: quia cum sit Deus

apud patrem, per quem facti sumus, factus est per carnem particeps noster, vt illius capitis corpus esse possimus.

[a] Paradisus Ecclesia est, *ex eod. lib c. 14.*

[b] Quæ erant in Ecclesia proditura: profutura, *apud Bedam.*

[c] Quamobrem relinq. *vsq. ad* corpus esse possemus, *ex eod. Augustini li. c. 24. vel ex 12. contr. Faust. c. 8. vtrubiq. enim eadem leguntur, atq. vtrumq. locum sibi proposuisse videtur Isid. Legitur verò tam apud Aug. quam apud Paulum* propter hoc *non* quamobrem.

De præceptis Dei & consensione serpentis. CAP. IIII.

JAm [a]dehinc præceptum, quod accepit figuraliter Adam, nos accepimus in Christo, quia vnusquisq. Christianus non incongrue gestat personam Christi dicente ipso Domino: Quod fecistis vni ex minimis meis mihi fecistis. Dicitur ergo illi: (Ex [b]om ni ligno paradisi comede. De ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas.) Præcipitur enim nobis, vt fruamur omni ligno paradisi, quo significãtur spirituales deliciæ, de quibus ait Apostolus: fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, lõganimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, continẽtia, castitas, sicut Apostolus dicit. Et non tanga mus lignum in medio paradisi plantatum scientiæ boni & mali; id est, ne velimus superbire de natura arbitrij nostri, quę media est, vt decepti per scientiam, experiamur & malum. [c]Serpens autem ille sapientior omnium bestiarum, indicat Diabolum: qui inde serpens dicitur, quod volubili versetur astutia. [d]Sed quid est quod ipse per mulierem decepit, & nõ per virum? Quia non potest ratio nostra [e]seduci ad peccandum, nisi præcedente delectatione in carnalis infirmitatis affectu, qui obtemperare debet rationi, tanquam viro dominanti. Hoc enim in vno quoque homine geritur in occulto quodam secretoq. coniugio. Suggestionem quippe, serpentem accipimus: mulierem verò, animalem corporis sensum: rationem autem, virum. Ergo quando occurrit mala suggestio, quasi serpens loquitur. Sed si sola cogitatio oblectetur illa suggestione, & refrænante ratione, consensus explendi operis non succedat, sola mulier videtur comedisse illicitum. Quòd si ipsum peccatũ etiã & mens perpetrandũ decernat, iã vir deceptus est, iam mulier cibum dedisse viro videtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

detur:illecebrę enim cõsentire,de ligno pro A hibito manducare est. Tunc quippe iure à vita beata, tanquam à paradiso expellitur homo,peccatũq. ei imputatur,etiam si non sequatur effectus: quia etsi non est in factis culpa, in consensu tamen rea tenetur conscientia.Hæc secundum anagogem. [f] Cæterùm iuxta metaphoram poterit callidus serpens iste hæreticorum versutiam designare. [g] Nulli enim loquacius atque subtilius promittunt illicita curiositate secretorum adapertionem, atque scientiam boni & mali:& in ipso homine tanquam in arbo te, quæ plantata est in medio paradisi,[h] suã B dignoscentiam nituntur demonstrare.[i] Cõtra hunc serpentem clamat Apostolus,cum dicit:Metuo ne sicut serpens Heuam seduxit astutia sua: sic sensus vestri corrumpantur.Seducitur verbis huius serpentis carnalis nostra concupiscentia, & per illã decipitur Christianus Adam,non Christus.(Dicit ergo serpẽs ad mulierẽ, cur præcepit vobis Deus,vt nõ comederetis ex omni ligno paradisi?)[k] Sic hęreticorũ curiosa cupiditas,sic praui prædicatores ad diligendã erroris fallaciã,auditorũ carnalium corda succẽdunt, dicentes.Quare fugitis scientiã habere latẽ tem? noua semper exquirite,boni maliq; scientiam penetrate.Vnde apud Salomonẽ C mulier illa hæreticorum speciem tenens,dicit: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior?Subiecit deinde idem serpens.(Quacumq. die comederitis ex eo, statim aperiẽtur oculi vestri, & eritis vt dij, scientes bonum & malum.) Sic [l] & omnes hæretici diuinitatis meritum profitentur, atque scientiæ pollicitatione decipiunt & reprehendunt eos,quos simpliciter credentes inuenerint : Et quia omnino carnalia persuadent, quasi ad carnalium oculorum apertionem conantur adducere,vt interior oculus obscuretur. D

[a] Iam dehinc præceptum,*vsque ad*,mihi feciſtis, *eiusd. Aug. sunt verba c. 25. lib. 2. cont. Manich. Quæ ante hæc leguntur in pleriſq. libris.* Post hæc vocatur Heua, &c. *non sunt huius loci, sed capitis sexti, vbi eadem totidem verbis ponuntur.*

[b] Omni ligno paradisi,*vsq. ad* experiamur & malum,*ex eod. Aug. loco. Quod autem Aug. dixerat,ne velle-mus sapevbire de natura nostra. Isidorus interpretatus est de natura arbitrij nostri,quod & superius fecerat.*

[c] Serpens autem,*vsque ad.* astutia. *ex cap. 24. eiusd. lib. 2 contra Manich.*

[d] Sed quid est quod per mulierẽ,*vsque ad* tenetur conscientia. *Ex Aug. c. 14.*

[e] Seduci ad peccandum : deduci ad consensum peccati. *Aug.*

[f] Cæterum iuxta metaphoram,*vsq. ad*, demõstrare,*ex c. 25.*

[g] Nulli enim loquacius,atq. subtilius:loquacius atq. iactantius. *Aug.*

[h] Suam dignoscentiam : eam dignoscentiam, *Augustinus.*

[i] Contra hunc serp. *vsque ad*, non Christus, *ex cap. 26.*

[k] Sic hæreticor. curiosa cupiditas: calliditas, *Valer.* superba & curiosa cupiditas. *Aug. c. 28.*

[l] Sic & omnes hæretici *vsq. ad*, obscurent, *ex c. 25.*

De peccato primor. hominũ siue supplicio. CAP. V.

VIdit igitur mulier quod bonum esset lignum,tulitq. de fructu illius, & comedit.)Mulier comedit antea nõ vir:ideo quia faciliùs carnales persuadentur ad peccatũ, nec tam velociter spirituales decipiũtur: (Et dedit viro suo,& comedit:) vtique quia post delectationẽ carnalis cõcupiscẽtiæ nostræ,etiam nostra ratio subijcitur ad peccandũ. (Cumq. cognouissent se esse nudos cõsuerũt folla ficus.)Folijs [a] ficise cõtegũt,qui seculum asperũ amplectũtur, qui prurigine voluptatis carnalis arantur, quique deceptihæretica prauitate,& gratia Dei nudati,regumẽta mendaciorũ,tanquã ficus folia colligunt,facientes sibi succinctoria prauitatis cũ de Domino vel Ecclesia mẽtiuntur. Cũque audissent vocẽ Dei deambulãtis in paradiso ad auram post meridiẽ.) Deambulat Deus in illis, & non stat, qui stabiles in eius præcepto nõ perseuerãt.[b] Et bene ad auram post meridiẽ:quia iã ab eis aufertur [c] lux illa feruentior veritatis appropinquãtibus errorũ tenebris. (Abscõderunt se à facie Dei in medio ligni paradisi.)In medio nãq. ligni se abscondit,qui auersus à præcepto creatoris, in erroris atque arbitrij sui voluptatibus viuit. Vocauitq. Deus Adã,vbi es?Hic ostẽdit, quòd si qui à fide vel bonis operibus ad mẽdacia sua desideriaq. labuntur,non despicit illos Deus:sed adhuc vt redeãt ad pœnitentiã,vocat:quia nõ vult mortẽ peccatoris,sed vt conuertatur & viuat Ergo non est desperandum quibuslibet peccatoribus, dum & ipsi impij ad spem indulgentiæ prouocantur. Dicitur autem posthæc serpẽti: (Maledictus eris inter omnia animantia. Super pectus tuum & ventrem gradieris) [d] Nomine pectoris significatur superbia mẽtis: nomine autem vẽtris significãtur desideria carnis

carnis:his enim duabus rebus serpit Diabolus aduersus eos, quos vult decipere: id est, aut terrena cupiditate & luxuria,aut superbiæ insana ruina. [e](Et terram manducabis) id est,ad te pertinebunt,quos terrena cupiditate deceperis.Omnibus diebus vitę tuę) id est,omni tempore quo agis hanc potestatem ante illam vltimam pœnã iudicij. (Inimicitias ponam inter te & mulierẽ, & semẽ tuum & semen illius.) [f] Semen Diaboli est peruersa suggestio. Semen autem mulieris fructus est boni operis,quo peruersæ suggestioni resistitur.[g] Ipsa caput illius conteret, si eum mens in ipso initio malæ suggestionis excludit. Ille insidiatur calcaneo eius, quia mentem,quam prima suggestione nõ decipit,decipere in finem tendit. Quidam autem quod dictum est.Inimicitias ponam inter te & mulierem,de virgine,de qua Dominus natus est,intellexerunt,eò quod illo tempore ex ea Dominus nasciturus,ad inimicum deuincendum,& mortem,cuius ille auctor erat,destruẽdam promittebatur. Nã & illud quod subiunctum est: ipsa conteret caput tuũ, & tu insidiaberis calcaneo eius, hoc de fructu ventris Mariæ, qui est Christus intelligunt:id est,tu eum supplantabis, vt moriatur.Ille autẽ te victor resurget,& caput tuum conteret,quod est mors.Sicut & Dauid dixerat ex persona Patris ad Filium: super aspidem & basiliscum ambulabis , & cõculcabis leonem & draconem. Aspidem dixit mortem , basiliscum peccatum,leonẽ Antichristum,draconem Diabolum. [h] De pœna autem mulieris quid significat quod ei dicitur(In dolore paries filios)nisi quia voluntas carnalis cum aliquam malam consuetudinem vult vincere , patitur in exordio dolores , atq. ita per meliorem consuetudinem parit bonum opus,quasi filios. Quod verò adiecit: (& cõuersio tua ad virũ tuũ,& ipse dominabitur tui:) hoc significat , quod illa carnalis voluntas,quæ cum dolore reluctauerat, vt faceret cõsuetudinem bonam, iam ipsis erudita doloribus,cautior fit,& ne corruat,obtemperat rationi,& libenter seruit quasi viro iubenti. Post hæc [i] vocatur Heua vita ; & mater viuorum , quæ de viri sui latere facta est,& dicit Dominus in Euã gelio,si quis non manducauerit carnẽ meã, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam , & omnia,quæ illic intelliguntur, enucleatè minutatimq. tractata Christum & Ecclesiam præloquuntur,siue in bonis Christianis siue in malis.Neq. enim frustra dixit Apostolus: Adam,qui est forma futuri,& illud,Relinquet homo patrem & reliqua. [k] Vocaturq. dehinc mater viuorum id est,recte factorum,quibus contraria sunt peccata,quæ nomine mortuorum significãtur.Iam verò per sententiam, quæ in virum infertur,ratio nostra arguitur, quæ & super peccati concupiscentia seducta, & à paradiso beatitudinis remota , habet maledictiones terrenæ operationis , habet & dolores temporalium curarum,quasi spinas & tribulos. [l] Sic tamen dimittitur de paradiso beatitudinis,vt operetur terrã id est , vt in corpore isto laboret & collocet sibi meritum redeundi ad vitam beatam , quæ paradisi nomine significatur,posit q. aliquando manũ porrigere ad arborẽ vitæ & viuere in æternum. Manus autem porrectio benè significat crucem vel cruciatum pœnitentiæ,per quem vita æterna recuperatur.Accipit etiã tunicam pelliceam diuino iudicio,quo nomine corporis mortalitas significatur in historia.In allegoria autem de carnalibus sensibus [m] abstractæ voluptates, [n] quæ carnaliter viuentem diuina lege consequuntur & contegunt. [o] Qui si aliquando ad Deũ conuertitur per flammeam frameam,id est,per tẽporales tribulationes peccata sua agnoscendo & gemẽdo,& per Cherubim,id est, per plenitudinem scientiæ , quod est Charitas , perueniet ad arborem vitæ Christum, & viuet in æternum.Cherubim namq. plenitudo scientiæ interpretatur.Framea verò versatilis posita ad custodiẽdam viam ligni vitæ,temporales pœnæ intelliguntur. Nemo enim potest peruenire ad arborẽ vitæ nisi per has duas res,tolerãtiam scilicet molestiarum & scientiæ plenitudinem, id est per charitatem Dei & proximi. Plenitudo enim legis charitas est.

[a] Folijs fici, *vsque ad* mentiuntur, *ex cap. 15. est autem* folijs fici *apud Augustinum*: folijs ficus, *apud Ambrosium.*

[b] Et bene ad auram post meridiem. *Quis non videat magis congruere allegoriam, si* ad vesperam *ex* LXX. *legas cum August. c. 16?*

[c] Lux illa feruentior: lux illa interior *Aug.*

[d] Nomine pectoris, *vsque ad* vult decipere, *ex cap. 17.*

[e] Et terram manducabis, *vsque ad*, pœnam iudicij. *ex cap. 18.*

[f] Semen Diaboli, *vsque ad* resistitur, *ex eod. c.*

[g] Ipsa caput, *vsque ad* decipere in finem tendit. *Aug.* Et ideo obseruat ipse plantam mulieris, vt si

quan-

quando in illicita labitur delectatio, tunc illam capiat. Et illa obseruat caput eius, vt eũ in initio malæ suasionis excludat.

h De pœna autem mulieris, *vsque ad*, viro iubenti. *ex c. 19.*

i Post hæc vocatur Heua, *vsque ad*, patrem & matrem. *ex 12. contra Faust. c. 8. Atque huius loci esse verba hæc fraus raq. capite quarto, in quibusd. m. s. legi, cum hic repetenda essent, & res ipsa indicat, & August. 2. de Gen. cont. Manich. c. 21. ita scribens:* Quem autem non moueat, quod post peccatum, & sententiam iudicis vocat Adam mulierem suam vitam, quia viuorum ipsa sit mater, posteaquam meruit mortem, &c.

k Vocatur dehinc mater viuor. *vsque ad*, significatur: *eiusdem sunt verba 2 de Gen. cont. Manich. c. 21.*

l Sic tamen dimittitur, *vsque ad*, recuperatur, *ex cap. 22.*

m Abstractæ voluptates: attracta phantasmata. *cap. 27. August.*

n Quæ carnaliter viuentem, *ita o. l.* quę carnaliter mentientem, *Aug. ibid. quia tunicas pelliceas mentiendi libidinem interpretatus fuerat. itaq. nihil mutamus.*

o Qui si aliquando, *vsque ad*, charitas est, *totus locus concinnatus ex verbis cap. 23.*

De Cain, & Abel, eorumq. progenie.
CAP. VI.

ADam verò cognouit Heuam vxorem suã, quæ concepit & peperit Cain. Rursumq. peperit fratrem eius Abel. [a] Natiuitates duorum filiorum Adam, similitudinẽ habent duorum populorum, qui erant diuersis temporibus ad fidẽ venturi, pari opere & dissimili charitate ante Deum. Fuit autem Abel pastor ouium & Cain agricola. Sed sicut Cain sacrificium ex terræ fructibus reprobatur, Abel autem sacrificium ex ouibus & earum adipe suscipitur: ita noui Testamenti fides [b] ex innocẽtia grata Deũ laudans veteris Testamenti terrenis operibus [c] anteponitur. (Dixit Deus ad Cain, si recte offeras, rectè autem non diuidas peccasti.) Vtiq. quia etsi Iudęi antea rectè illa fecerunt, in eo tamen infidelitatis rei sunt, quia Christo veniente, iam tempus noui Testamenti à tempore veteris Testamenti non distinxerunt. Quod si obtemperasset Deo Cain, dicenti: Quiesce, sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius: ad se conuertisset peccatum suum, sibi hoc tribuens, & confitens Deo: ac sic adiutus indulgentiæ gratia ipse peccato suo dominaretur, non illo sibi dominante seruus esset peccati, nec fratrem occidisset innocẽtem: sic & Iudæi, in quorũ hæc figura gerebantur, si quiescerent à sua perturbatione, & tempus salutis per gratiam in remissionem peccatorũ cognoscentes audirent Christum dicentem: Non veni vocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam: tunc ad se conuerterẽt peccatum suum in confessione, sicut in Psalmo xl. scriptum est, medico dicentes: Ego dixi Domine miserere mei: sana animã meam quia peccaui tibi: [d] eidemq. peccato quamdiu in eorum corpore esset adhuc mortali per spem gratiæ liberi dominarentur. Nunc autem ignorantes Dei iustitiam, & suã volentes constituere, elati de operibus legis, non humiliati de peccatis suis, non quieuerunt, sed offenderũt in lapidem offensionis, & exarserunt iracũdia, aduersus Christum: cuius opera videntes accepta Deo esse doluerũt. Itaq. post hæc occiditur Abel minor natu, à fratre Cain maiore natu. Occiditur Christus caput populi minoris natu, à populo Iudęorum maiore natu: ille in campo, iste in Caluariæ loco. Interrogat De[e] Cain, non tanquam ignarus eum, à quo discat, sed tãquam iudex reum quem puniat, & dicit: Vbi sit frater eius? ille respondit nescire se, nec eius se esse custodem. Vsque nũc quid nobis respondent Iudæi, cum eos sanctarũ scripturarum voce interrogamus de Christo: illi nescire se Christũ respondẽt. Fallax enim Cain ignoratio, Iudæorũ est falsa negatio. Essent autem quodammodo Christi custodes, si Christianam fidem accipere ac custodire voluissent. (Dixit Deus ad Cain. Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.) Sic arguit in Scripturis sanctis vox diuina Iudęos. Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terra, [e] cũ enim, sacramento accepto, ab omnibus gẽtibus [f] respondetur, Amen: hæc est vox clarissima vox sanguinis, quam sanguis iste exprimit ex ore fidelium eodem sanguine redẽptorum. (Dixit Deus ad Cain. Et nunc maledictus eris à terra, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua.) Maledictus est enim populus Iudęorũ infidelis à terra, id est ab Ecclesia quæ aperuit os suum in confessione peccatorum accipere sanguinem Christi, qui effusus est in remissionem peccatorum omnium de manu persecutoris nolentis esse sub gratia, sed sub lege, vt esset ab Ecclesia maledictus: id est vt ostẽderet eum Ecclesia maledictum, testificante Apostolo: Quicunque enim ex operibus legis sunt sub maledicto legis sunt. [g] Deinde cum dixisset, Maledictus, tu à terra quæ aperuit os suũ accipere sanguinẽ fratris tui de manu tua: Nõ dixit, quoniã operaberis eã, sed ait, quoniam operaberis terrã, & non adijciet virtutẽ suã dare tibi. Vnde nõ est necesse intelligere eã de terrã operati Cain, quæ aperuit os accipere sanguinẽ fratris de manu ei[o]. Sed ideo maledictus intelligitur ab hac terra, quoniã operatur terrã, quæ nondum adijciet virtutem suam dare illi. Id est, ideo populum Iudæorum maledictum agnoscit & ostendit Ecclesia: quoniã occiso Christo adhuc operatur terrenam circuncisionem, terrenum sabbathum, terrenum azymum, terrenum Pascha, quia omnis terrena operatio habet occultam virtutẽ intelligendæ gratiæ Christi, quæ non datur Iudæis in impietate, & infidelitate perdurantib. quia nouo Testamento reuelata est. Cũ operatus fueris terram non dabit tibi fructus suos: in ipsa enim terra quam Christus portauit: id est, in eius carne, ipsi operati sunt salutem nostrã crucifigẽdo Christum, qui mortuus est propter delicta nostra. Nec tamen eis dedit eadem terra virtutem suã, quia non iustificati sunt in virtute resurrectionis eius, qui resurrexit propter iustificationem nostram, quia etsi crucifixus est ex infirmitate carnis, sed vigilat in virtute Dei. Hæc est ergo virtus terræ illius, quam non ostendit impijs & incredulis. Vnde nec resurgens eis, à quibus erat crucifixus, apparuit, tãquam Cain operanti terram, vt granum illud seminaretur. Vagus & profugus eris: siue, vt in Septuaginta scriptum est: gemens & tremens eris super terram. Nunc ecce quis non videat? quis non agnoscat? in tota terra quacunque dispersus est ille populus, quomodo sit vagus in gentibus & profugus ab Ierusalem? quomodo gemat mœrore amissi regni, & tremat tremore sub innumerabilibus populis Christianis: ideoq. respondit Cain dicẽs: [h] Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscõdar, & ero vagus & profugus in terra. Igitur omnis qui inuenerit me occidet me.) Verè inde vagus & profugus gemit & tremit, ne etiam regno terreno perdito, ista visibili morte occidatur. Hanc dicit maiorem caussam, quàm illam quod terra nostra nõ dat virtutẽ suã, ne spiritualiter moriatur. Carnaliter enim sapit, & abscondit se à facie Dei, id est, iratũ habere Deũ graue nõ putat: sed hoc timet, ne inueniatur & occidatur. Carnaliter enim sapit, tanquã operans terrã, cuius virtutẽ non accipit. Sapere autẽ secundũ carnẽ mors est: quam non intelligens ille, [i] amisso regno gemit, & corporalẽ mortẽ tremit. Sed quid ei respõdit Dñs? Nequaquã ita fiet: sed omnis, qui occiderit Cain, septuplũ punietur. [k] siue vt Septuaginta transtulerũt, septẽ vindictas exsoluet: id est nõ sic, quomodo dicis, nõ corporali morte interibit genus impiũ carnaliũ Iudęorũ. Quicunq. eos ita perdiderit, septẽ vindictas exsoluet: id est, auferet ab eis septẽ vindictas, quibus alligati sunt propter reatũ occisi Christi, vt hoc toto tempore, q septenario dierum numero voluitur, magis quia non interijt genus Iudæorũ, satis appareat fidelibus Christianis, sed solam dispersionem meruerint, iuxta quod ait scriptura: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur populi mei legis tuæ: disperge illos in virtute tua, & depone eos.

Posuit Dñs in Cain signũ, vt nõ eũ interficeret omnis, qui inuenisset eũ.) Hoc re vera mirabile est, quemadmodum omnes gentes quæ à Romanis subiugatæ sunt in ritum Romanorũ sacrorum transierint, eaq. sacrilegia obseruãda & celebranda susceperint: gens autẽ Iudęorũ siue sub paganis regibus, siue sub Christianis, nõ amiserit signũ legis, & circũcisionis suæ, quo à cæteris gentibus populisq. distinguitur. Sed & omnis imperator vel rex, qui eos in suo regno inuenit, cũ ipso signo eos inuenit, & non occidit: id est, nõ efficit, vt nõ sint Iudæi certo quodam & proprio suæ obseruationis signo à cæterarũ gentiũ communione discreti, nisi quicũq. eorum ad Christum transierit: vt iam non inueniatur Cain, neque exeat à facie Dei neque habiter in terra Naid.

Exijt ergo à facie Dñi, & habitauit in terra Naid: quod dicit interpretatũ, cõmotio, siue instabilis & fluctuãs, & sedis incertæ. Cõtra quod malũ Deus rogatur in psalmo: Ne dederis in motũ pedes meos, & manus peccatorũ nõ moueãt me. Et qui tribulãt me exultabũt, si motus fuero, & Dñs à dextris est mihi ne cõmouear. Nũc vero Iudæi & omnes, qui diuersis erroribus cõtumaces sunt, resistẽdo veritati, exeũt à facie Dei: id est à misericordia dilectionis ei[o]: vel à participatione lucis ei[o]: & habitãt profugi in terra cõmotionis: id est in cõturbatione carnali cõtra iucũditatẽ Dei: hoc est, cõtra Edem, quod interpretatur epulatio, vbi est plãtatus Paradisus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cognouit autē Cain vxorē suā, & concepit, & peperit Henoch, [l] & ædificauit Cain ciuitatem. Quid ergo sibi per figuram vult, quòd impiorum progenies ciuitatem in ipsa mundi origine cōstruxit? nisi quod noueris impios in hac vita esse fundatos: sanctos vero hospites esse, & peregrinos. Vnde & Abel tāquā peregrinus in terris, id est, populus Christianus nō cōdidit ciuitatē. Superna enim est sanctorū ciuitas, quāuis hic pariat ciues, in quibus peregrinatur, donec regni eius tēpus adueniat. Nam & Petrus propterea reprehēditur, quod tabernacula in mōte fieri cogitauit, quia sancti in hoc mūdo tabernaculū nō ædificant. Ædificauit autem eam ex nomine filij sui Henoch. [m] Iste filius in cuius nomine cōdita est Henoch: id est terrestris Ierusalem, quæ interpretatur dedicatio, significat, istam ciuitatem, & initiū & finem habere terrenū, vbi nihil plus, quā quod cernitur, sperātur.

Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiahel, & Mauiahel genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech. Qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen secundæ Sella.) Notādum autem quòd in progenie Seth, [n] cū genuisse filios, filiasq. dicatur, nulla ibi genita fœmina nominatim exprimitur, sed tantum in progenie Cain fœmina cōmemoratur. [o] Quo significatur, terrenam ciuitatem vsque in finem sui carnales habituram generationes, quæ marium ac fœminarum coniunctione proueniunt.

Dixit quoq. Lamech vxorib. suis: audite verba mea, & auscultate sermonem meum. Quōniā occidi virū in vulnus meū, & adolescentulū in liuore meo, septies vindicabitur de Cain, de Lamech septuagies septies.) Iā alibi secūdū historiā dictū est, eo quod ab Adā vsq. ad Christū septuaginta septē generationes inueniātur, in quibus peccatū Lamech, id est, totius mundi, sanguinis Christi effusione solutū est. Siquidē & in populo Iudæorū propter interfectionē Christi septuaginta septē vindictę sunt statutę, iuxta illud Euāgelicum, in quo dictum est Petro Apostolo: non solum septies, sed etiam septuagies septies si pœnituerit, fratri remittendum: id est, Iudæum reuertentem post septuaginta septem vindictas statutas recipiendum ad indulgentiam Christi.

Cognouit quoq. adhuc Adā vxorē suam, & peperit filiū, vocauitq. nomen eius Seth. Sed Seth natus est filius, quē vocauit Enos.) Seth quippe interpretatur resurrectio, qui est Christus, & [p] Enos filius eius interpretatur homo, qui cœpit inuocare nomen Dñi. Quid per hoc intelligitur? nisi quia in cōfessione viuit omnis homo, qui est filius resurrectionis, quādiu peregrinatur in terris. Ité ex duobus illis hominibus, Abel, qui interpretatur luctus, & eius fratre Seth, quod interpretatur resurrectio, mors Christi, & vita eius ex mortuis figuratur. Ergo, vt breuiùs dicā, Abel luctus: Seth resurrectio: Enos homo: quia post luctum resurrectio, de resurrectione homo inuocans Deū. Item Enos genuit Cainam, Cainam autem genuit Malalehel, Malalehel genuit Iared: Iared genuit Henoch. Hic [q] autē Henoch septim[o] ab Adā qui placuit Deo, & translatus est, septimam requiem significat: ad quam transfertur omnis qui tanquam sexta die, id est, sexta ætate seculi, per Christi aduētum formatur. [r] Transactis enim sex millib. annis, facto etiā iudicio, & renouatis, cælo & terra, transferētur sancti in vitā perpetuę immortalitatis. [s] Quod autē per Seth ab Adā vsq. ad Noe denarius numerus insinuatur, cōplementū mādatorum in Ecclesię operibus figuratur, cui numero si adijciantur tres filij Noe medio reprobato, duodenarius cōsummatur, qui in Patriarcharū Apostolorūq. numero insignis habetur propter septenarij partes, altera per alteram multiplicatis. Nā ter quaterni, vel quater terni ipsum faciūt.

Quòd vero progenies ex Adā per Cain vndenario numero finitur, transgressio mādatorum, siue peccatum ostenditur. Nam dum Lamech septimus ab Adam reperiatur scriptus, adduntur ei tres filij, & vna filia, vt vndenarius numerus compleatur: per quod demonstratur peccatum. Nam & ipse numerus fœmina clauditur: à quo sexu initium peccati commissum est: per quod omnes morimur: scilicet vt voluptas carnis, quæ spiritui resisteret, sequeretur. Vnde & ipsa filia Lamech Noëma, id est voluptas interpretatur. Nam quod de Mathusalam secundum septuaginta vltra diluuiū numerantur anni hoc significat, vt quoniā solus est Christus, cuius vita nullam senectutem, in maioribus quoque illis non senfisse diluuium videretur.

[a] Natiuitates duor. filiorum, *vsque ad*, plantatus paradisus, *desumpta sunt omnia ex Augustin. 12. contra Faust. cap. 9. & quatuor sequentibus, vnde sunt quædam emendata.*

[b] Ex

[b] Ex innocentia grata: gratiæ. *Aug.* ex innocētiæ gratia, *impress.*

[c] Anteponitur. *Post hæc verba interiiciuntur quædam in codic. Val. & Compl. quæ aliena esse locus Augustini interruptus, & alij libri m.s. & impressi à quib. absunt, satis ostendunt: & si quid in eis sani est, paullò post repetitur. Quæ tamen hic referri nihil obfuerit.* Iste autem filius Cain, qui vocatur Enoch, in cuius nomine condita est ciuitas, interpretatur dedicatio, impiorum enim dedicatio in hac vita fundata est. Enoch autem iustus ab Adam septimus & ipse dedicatio item dicitur. Sed translatus ostendit iustos (per quod ipse est septimus) in fine, hoc est in septimo millesimo annorum ab hac dedicatione terrenę ciuitatis abituros. *De qua sentētia paullò post hoc eodem cap. & in expositionib. Exo. c. 29. importunè repetita, quid sentiamus, mox dicemus.*

[d] Eidemque peccato: ei denique *Augustinus facili* [B] *lapsu.*

[e] Cum enim sacramento accepto: cum eo accepto *Augustinus.*

[f] Respondetur Amen. *Ita respōdebatur in vtriusq. specie communione. Ambros. de corpore lib. 4. de sacram.* Dicit tibi sacerdos: Corpus Christi, & tu dicis: Amen. Hoc est verum, quod confitetur lingua, teneat affectus.

[g] Deinde cum dixisset, *vsque ad*, reuelata est. *Malè hæc absunt à veterib. libb. Val. & Comp. cum sint Aug. & legantur in excusis, & reliquis m.s.*

[h] Maior est iniquitas mea q. v. v. m. *Mirum, non videre, quisquis vulgatam editionem suffecit: non cohærere quæ sequuntur verba:* Hanc dicit maiorem causam: *legendum ergo:* Maior est causa mea, *ex* LXX. *& August. Idē paullo post coniunxit vtranq. interpretationem, cū dicit:* Vere inde vagus, & profugus, gemit & tremit. *cū August. tantū verba* LXX. *interpretū retulerit:* Verè inde gemit & tremit, ne regno etiam terreno, *&c.*

[i] Amisso regno gemit, & corporalem morte tremit. *Oportuit mendacem memorem esse. Quorsum enim gemit, & tremit? si hæc verba explicanda nusquam sibi proponit. Id tamen prouisum apud Euch.*

[k] Siue vt LXX. transtulerunt. *Hoc rectè: vidit enim nū respondere reliqua verbis Vulg. ed. Vid. Hieronym. epist. 125. ad Damas. q. 1.*

[l] Et ædificauit Cain ciuitatem, *ex Aug. 15. de ciuit. 17. & seq. & Greg. 6. Moral. c. 4. & lib. 16. c. 5.*

[m] Iste filius, *vsque ad*, speratur, *Augustini sunt verba.* [D]

[n] Cum genuisse filios filiasq. dicatur. *Hæc verba deerant in omnib. libris, reposita sunt autem ex Aug. c. 17. & Eucherio.*

[o] Quo significatur, *vsque ad*, proueniunt, *verba sunt August. ibid.*

[p] Enos filius eius interpretatur homo, Enos autē sic interpretatur homo, vt hoc nomine non posse fœminā nuncupari, periti linguæ illius asseuerent, *ex Aug. lib. 15. de ciuit. c. 17.*

[q] Hic autem Enoch sept. *vsque ad*, formatur, *verba sunt eiusdem 12. cont. Faust. c. 14.*

[r] Transactis enim, *vsq. ad*, perpetuæ immortalitatis. *Hæc neque eadem sunt in omnib. libris, & in Val. & Compl. bis in hoc capite ponuntur. Ego vero Isidori hæc esse nequaquam puto. Nam neque August. de his ætatib. sæpius ita, neque eas annor. numero vllo, sextam præsertim, definit: neq.*

[A] *Greg. aut etiā Origenes. Neq. verisimile est Isid. longius progressum, cum lib. 1. sent. c. 31. ita scribat:* Iudicij diem nouit Christus, sed in Euangelio dicere, & scire discipulos suos noluit. *Itaq. hanc annor. circūscriptionem importunè hoc loco & ad Exod. c. 29. in 3. præcepto & lib. 2. ad uers. Iudæos c. 15. repetitam, Isidori esse nunquam ego crediderim. Huius rei magnum etiam indicium, quod apud Euchērium, & in Codic. Oliu. nihil horū visitur. Ambros. ad Luc. c. 9. ita scribit.* Sed Matthæus & Marcus post dies sex assumptos hos esse memorarūt. De quo possemus dicere post sex millia annorū. Millie enim anni in conspectu Dei, tanquam dies vna. Sed plures, quā sex millia computantur annor. Sed malumus sex dies per symbolum intelligere, quod sex diebus mundi opera sunt creata, vt per tempus opera, per opera mundum intelligamus. *Elegantissimè verò D. August. 18. de ciuit. c. 53.* Omniū *(inquit)* de hac re calculātium digitos resoluit, & quiescere iubet ille, qui dicit: nō est vestrū nosse tēpora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, *& lib. 1. de Genes. contra Manich. c. 24.* Senectus verò, sicut in nobis, nullo statuto annorum tempore definitur, sed post quinq. illas ætates quantū quisq. vixerit, senectuti deputatur: sic & in ista ætate seculi non apparent generationes, vt etiam occultus sit vltimus dies, quem vtiliter Dominus latere oportere demonstrauit.

[B] Quod autem per Seth, *vsq. ad*, voluptas interp. *eiusd. lib. 15. de ciuit. c. 20.*

De Arca Noe & diluuio mundi.

CAP. VII.

NOe autē per omnia omnesq. actus eius Christum significat. Noe autē requies interpretatur, & Dominus dicit: discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Solus iustus inuenitur Noe in illa gente: cui septem homines donātur propter iustitiam suam. Solus Christus iustus est, atq. perfectus, cui septem Ecclesię, propter septemplicem spiritum illuminantem, in vnam Ecclesiā condonatur. Noe [a] per aquā & lignū liberatur: lignum quippe & aqua crucem designat & baptisma. Sicut enim ille cum suis per lignum & aquam saluatur: sic familia Christi per baptismum & crucis passionem sanatur. Arcam instruxit Noe de lignis non putrescentibus: Ecclesia construitur à Christo ex hominibus in sempiternū victuris. Arca enim ista Ecclesiam demonstrabat, quæ natat in fluctibus mundi huius. Quòd autem eadem Arca de lignis quadratis fieri iubetur, vndiq. stabilem vitā sanctorū significat, ad omne opus bonum paratam. Quocunque enim verteris quadratum firmiter stat. Quòd bitumine cōglutinantur Arcæ ligna

Universidad de Deusto
Biblioteca

extrinsecus,& intrinsecus,vt in cõpage vni A
tatis significetur tolerãtia charitatis,ne scã
dalis Ecclesiã tentãtibus,siue ab his qui in-
tus sunt,siue ab eis qui foris sunt, cedat fra-
terna iunctura, & soluatur vinculum pacis:
est enim bitumen feruentissimum & vio-
lentissimum gluten, significans dilectionis
ardorem [b] vi magnæ fortitudinis ad tenen
dam societatẽ spiritualẽ omnia tolerantem.
Quòd Arca trecẽtis cubitis longa est,vt se-
xies quinquaginta compleantur: sicut sex
ætatibus omne huius seculi tempus exten-
ditur:in quibus omnibus Christus nunquã
destitit prædicari, [c] in quinq. per prophe- B
tiam prænuntiatus, in sexta per Euangeliũ
diffamatus.Potest quidem & in his trecen-
tis cubitis signum ligni passionis ostendi.
Ipsius enim litteræ numerus crucis demõ-
strat signum: per quod socij Christi passio-
nis effecti per baptismum longitudinem vi
tæ æternæ percipimus. Quòd verò cubitis
quinquaginta latitudo eius expanditur: si-
cut dixit Apostolus:cor nostrum dilatatum
est; vnde nisi charitate spirituali? propter
quod ipse iterùm dicit:Charitas Dei diffu-
est in cordibus nostris per Spiritum Sanctũ,
qui datus est nobis. Quinquagesimo enim
die post resurrectionem suam Christus Spi-
ritum Sanctum misit, quo corda creden- C
tium dilatauit. Quod autẽ eius altitudo in
triginta cubitos surgit,quem numerum de-
cies habet in trecentis cubitis longitudo:
Quia Christus altitudo nostra,qui triginta
annorum geres ætatem, doctrinã Euãgeli-
cam consecrauit,cõtestans legem non se ve
nisse soluere,sed implere. Legis autẽ cor in
decem præceptis agnoscitur. Vnde decies
tricenis Arcæ longitudo perficitur, vnde
& ipse Noe ab Adam decimus computatur.
Quòd sexies lõga ad latitudinẽ suam, & de-
cies ad altitudinem suam;humani corporis
instar ostendit, in quo Christus apparuit, D
[d] Corporis enim longitudo à vertice vsq. ad
vestigia sexies tãtum habet,quàm latitudo
quæ est ab vno latere ad alterũ latus: & de-
cies tantum, quãtum altitudo:cuius altitu-
dinis mẽsura est in latere à dorso ad ventrẽ.
Velut si iacentem hominem metiaris supi-
nũ,seu pronũ,sexies tantũ longus est à capi-
te ad pedes,quã latus à dextera in sinistram,
vel à sinistra in dexterã; & decies quã altus
à terra. Vnde facta est Arca trecentorũ cubi
torũ in lõgitudine & quinquaginta in lati-
tudine,& triginta in altitudine. [e] Itẽ quòd
cadẽ Arca collecta ad vnũ cubitum desi-
per cõsummatur, sic Ecclesia corpus Christi
in vnitate collecta sublimatur & perficitur.
Vnde dicitur in Euangelio:Qui mecum nõ
cõgregat,spargit.Quòd autem aditus fit ei à
latere:nemo quippe intrat Ecclesiã,nisi per
sacramẽtum remissionis peccatorum,quod
de Christi latere aperto manauit. Quòd
inferiora Arcæ bicamerata & tricamerata
construuntur:sic ex omnibus gentibus vel
bipertitam multitudinem cõgregat Eccle-
sia propter circuncisionem & præputium,
vel tripertitã, propter tres filios Noe, quo-
rum progenie repletus est orbis.Et ideo Ar-
cæ inferiora dicta sunt; quia in hac terrena
vita est diuersitas gentium. In summo au-
tem omnes in vnũ [f] consummantur,& nõ
est varietas: quia omnia & in omnibus est
Christus, tanquam nos in vno cubito de-
super cælesti vnitate consummans.[g] Quòd
cuncta animalium genera includuntur in
Arca: significat, quia ex omnibus genti-
bus & nationibus congregatio fit in Ec-
clesia. Quod etiam Petro demonstratus
ille discus significat: quòd munda & im-
munda ibi sint animalia: sic [h] in Ecclesia
& sacramẽtis boni & mali versantur.Quòd
septena sunt munda, & bina immunda: nõ
quia pauciores sunt mali, quàm boni: sed
quia boni seruant vnitatem spiritus in vin-
culo pacis. Sanctũ autem Spiritum diuina
scriptura in septiformi operatione cõmen-
dat, sapientiæ & intellectus, consilij & for-
titudinis,scientię & pietatis & timoris Dei.
Vnde & ille numerus quinquaginta die-
rum ad aduentum Sancti Spiritus pertinẽs,
in septies septenis, qui fiunt quadraginta
nouem, vno addito, consummatur. Propter
quod dictum est: studentes seruare vnita-
tem spiritus in vinculo pacis. Mali autem
in binario numero ad schismata faciles, &
quodãmodo diuisibiles ostenduntur.Quòd
ipse Noe cum suis octauus numeratur:quia
in Christo spes nostræ resurrectionis appa-
ruit: qui octaua die; id est, post sabbathi
septimum, primo à mortuis resurrexit;qui
dies à passione tertius: in numero autem
dierum,qui per omne tempus voluuntur,
& octauus & primus est. [i] Quòd post se-
ptem dies ex quo ingressus est Noe in Ar-
cam,factum est diluuium:[k] quia in spem fu-
turæ quietis, quæ septimo die significata
est, baptizamur. Quod præter Arcam om-
nis caro, quam terra sustentabat, diluio con-

consumpta est, quia præter Ecclesiæ socie- A
tatem, aqua baptismi quamuis eadem sit
non solùm non valet ad salutem, sed valet
potiùs ad pernicię.Quòd quadraginta die-
bus & quadraginta noctibus pluit,quia om
nis reatus peccatorum in decẽ præceptis le
gis admittitur per vniuersum orbẽ terrarũ:
qui quattuor partibus cõtinetur.Decẽ quip
pe quater ducta quadraginta fiunt, siue ille
reatus,qui ad dies pertinent ex rerũ prospe
ritate, siue qui ad noctes ex rerum aduersi-
tate contractus sit, sacramento baptismi cæ
lestis abluitur. [l] Quòd Noe quingentorum B
erat annorũ,cũ ei locutus est Dñs,vt Arcam
sibi faceret, & sexcentos habebat annos cũ
in eã est ingressus: vnde intelligitur per cẽ-
tum annos arca fabricata. Quid aliud hic vi
dentur centum anni significare, nisi ætates
seculi singulas? Vnde ista sexta ætas,quę cõ-
pletis quingentis vsq. ad sexcentos significa
tur in manifestatione Euangelica Ecclesiã
constituit.Et ideo qui sibi ad vitã consulit,sit
velut quadratum lignum paratus ad omne
opus bonũ,& intret in fabricã sanctam,quia
& secundus mensis anni sexcentesimi, quo
intrat Noe in Arcã eandem senariam ętatẽ C
significat,duo enim menses sexagenario nu
mero concludũtur. A senario autẽ numero
& sexaginta cõmemorãtur & sexcẽta & sex
millia & sexaginta millia, & sexcẽta millia,
& sexcẽties,& quicquid deinceps in maio-
ribus summis per eũdem articulum numeri
in infinita incrementa consurgit. [m] Et quòd
vicesimus & septimus dies mensis cõmemo
ratur, ad eiusdem quadraturæ significatio-
nem pertinet,quæ iã in quadratis lignis ex-
posita est;sed hic cuidẽtius, quia nos ad om-
ne opus bonum paratos, id est, [n] quadratos
quodammodo trinitas perficit,in memoria,
qua Deũ recolimus,in intelligentia qua co- D
gnoscimus:in volũtate qua diligimus. Tria
enim ter,& hoc ter,fiunt viginti & septem,
qui est numeri ternarij quadratus. Quod se
primo mense [o] Arca sedit,hoc est,requieuit
adillam septimã requiẽ significatio recurrit,
qua perfecti requiescũt. Ibi quoq. illius qua
draturæ numerus iteratur. Nã vicesima &
septima die mensis secundi commẽdatum
est hoc sacramentum. Et rursus vicesima &
septima die septimi mensis eadem cõmen-
datio confirmata est, cum Arca requieuit.
Quod enim promittitur in spe,hoc exhibe
turin re. Porrò quia ipsa septima requies cũ
octaua resurrectione cõiungitur:neq. enim
corpore reddito finitur requies,quę posthãc A
vitã excipit sanctos,sed potius totum homi
nẽ,nõ adhuc in spe,sed iã in re ipsa omni ex
parte & spirit[o] & corporis perfecta,im mor-
tali salute renouatũ in æternæ vitæ munus
assumit. Quia igitur septima requies cum
octaua resurrectione cõiũgitur:& hoc in sa-
cramẽto regenerationis nostræ,id est,in ba-
ptismo altũ profundũq. mysteriũ est.Quòd
quindecim cubitis supercreuit aqua exce-
dẽs altitudinẽ montiũ.Octo itaq. & septem
quindecim faciũt. Sed octo significãt resur-
rectionẽ,septẽ quietẽ.Hoc igitur sacramẽtũ
resurrectionis & quietis trãscendit omnem
sapientiã superborũ:ita vt q nulla gẽs possit
indicare scientiæ suę altitudine resurrectio-
nis quietem. Et quia septuaginta à septem,
& octoginta ab octo denominãtur,coniun-
cto vtroq. numero centum quinquaginta
diebus exaltata est aqua, eandẽ cõmendãs
nobis atq. confirmans altitudinẽ baptismi
in sacrando nouo homine ad tenendã quie
tis & resurrectionis fidem. [r] Quòd post dies
quadraginta emissus coruus nõ est reuersus
aut aquis vtiq. interceptus, aut aliquo super-
natãte cadauere illectus:significat homines
in immũditia cupiditatis teterrimos, & ob
hoc ad ea quę foris sunt in hoc mũdo nimis
intẽtos,aut rebaptizari,aut ab his quos[s] prę-
ter arcã,id est pręter Ecclesiã baptism[o] occi-
dit,seduci & teneri.Quòd columba emissa,
nõ inuẽta requie,reuersa est,ostẽdit per no-
uum testamẽtũ requiẽ sanctis in hoc mũdo
nõ esse promissam. Post quadraginta enim
dies emissa est,qui numerus vitã,quę in hoc
mũdo agitur,significat.Deniq. post septem
dies dimissa, propter illã septenariã opera-
tionẽ spiritualẽ oliuæ fructuosum surculũ re
tulit.Quo significaret nõnullos etiam extra
Ecclesiã baptizatos,si eis pinguedo non de-
fuerit charitatis,posteriori tẽpore, quasi ve-
spere in ore colũbę,tãquã in osculo pacis ad
vnitatis societatẽ posse perduci. Quòd post
alios septẽ dies dimissa,nõ est reuersa,signi-
ficat finẽ seculi,quãdo erit sanctorũ requies,
nõ adhuc in sacramẽto spei,quo in hoc tẽpo
re[t] cõsociatur Ecclesia quãdiu bibitur quod
de Christi latere manauit: sed iã in ipsa per-
fectione salutis ęternæ,cũ traderetur regnum
Deo & Patri,vt in illa perspicua cõtẽplatio-
ne incõmutabilis veritatis nullis ministerijs
corporalib[o] egeamus. [t] Cur sexcẽtesimo pri-
mo anno vitæ Noe,id est,peractis sexcentis
annis aperitur arcæ tectum? Finita quippe

sexta ætate seculi reuelabitur absconditum sacramentum atque promissum. Cur vicesimo septimo die secundi mensis dicitur [v] siccasse terram? tanquam finita esset baptizandi necessitas in numero dierum quinquagesimo & septimo. Ipse enim est dies secundi mensis vicesimus septimus, qui numerus ex illa coniunctione spiritus & corporis septies octonos habet, vno addito, propter vnitatis vinculum. Cur de arca coniuncti exeunt, qui disiuncti intrauerũt? Sic enim dictum erat, quòd intrauerunt in arcam Noe & filij eius, vxor eius, & vxores filiorũ eius. Cur seorsum viri, seorsum fœminę commemoratæ sunt? nisi quod in hoc tempore caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem? Postmodum autem exeunt Noe & vxor eius, filij eius, & vxores filiorum eius. Hoc est, commemorãtur coniuncti masculi & fœminæ: quia in fine seculi atq. in resurrectione iustorũ omnimoda & perfecta pace spiritui corpus adhęrebit, nulla mortalitatis indigentia, vel concupiscentia resistente. [x] Cur animalia, quãuis munda & immunda in arca fuerint, tamen post egressum de arca non offeruntur Deo in sacrificio nisi munda? Quid deinde velit sibi Deo loquẽte ad Noe, & tanquam rursus ab exordio? quia multis modis eam significare oportebat figuram Ecclesię, commẽdante, quòd progenies eius benedicitur ad implendam terram. Quòd dantur eis in escam cuncta animalia sicut in illo discoPetro dicitur, Macta & mãduca. Quòd eiecto sanguine iubentur manducare ne vita pristina, quasi suffocata in cõscientia teneatur, [y] sed habeat tanquam effusionem per confessionem. Quòd vero testamentum Deus posuit inter se & homines, atq. omnem animam viuam, ne perdat eam diluuio, arcum, qui appareret in nubibus, qui nũquam nisi de sole resplendet. Illi enim non pereunt diluuio, qui in Prophetis, & in omnibus diuinis scripturis, tanquam in Dei nubibus, agnoscunt Christi gloriã, & nõ quærũt suã.

a Noe per aquam, *vsque ad* per litteram. *Hæc omnia paucis, quæ notabimus, exceptis, sunt Augustini verba ex lib. 12. contra Faust. à cap. 14. vsque ad 24. è quo sunt nonnulla restituta.*

b Vi magnæ fortitud.: vi magna, *apud Augustinum.*

c In quinq. per Proph. *ita in plerisque m ſ. & apud Eucher.* in quinta *apud August. & Bedam, & in Val. & Compl.*

d Corporis enim longitudo, *vsq. ad*, altus à terra. *Hæc non sunt apud Augustinum. Sunt tamen in o.l. & apud Eucherium.*

e Item quod arca collecta ad vnum cub. *ex c. 16.*

f Consummantur: consummamur. *Aug.*

g Quod cuncta animalium genera, *ex c. 15.*

h In Ecclesia & sacramentis: In Ecclesiæ sacramentis. *Aug.*

i Quod per septem dies, *ex c. 17.*

k Quia in spe futur. quiet. *Ita Aug. Euch. Bed. Val. al.* in specie.

l Quod Noe quingentor. *c. 18.*

m Et quod vicesimus & sept. *ex c. 19.*

n Quadratos: & conquadratos. *Aug.*

o Arca sedit, *ita Augustin.* resedit, *Eucher. Val.* sedit *Ambros.*

p Qua perfecti requiescunt. Ibi quoq. &c. *eod. modo legendus & interpungendus hic Augustini locus, qui mendosus circunfertur ex emendatione Louaniensi.*

q Vt nulla gens: vt nullatenus, *apud Bed. & Palent.*

r Quod post dies quadrag. *ex c. 20.*

s Consociatur Ecclesiæ, *ita August. Bed. & cc.* satiatur. *Val. mendose.*

t Cur sexcentesimo, *&c. 21.*

v Siccasse terram, *ita August. & plerique lib.* siccata esse. *Val.*

x Cur animalia, *vsque ad.* ad implendam terram, *hæc absunt à Val. & plerisq. sunt tamen apud Aug.*

y Habeat tanquam effusionem, *ita Aug.* habeant *lib. 6. quod ferri potest, vt ad ipsos non ad vitam referatur. Quid si legas?* Sed abeat tanquam effusione per cõfessionem.

De Noe & benedictionib. eius maximo minimoque collatis filijs.

CAP. VIII.

IAm [a] veroillud, quòd post diluuium de vinea, quam plantauit, inebriatus est Noe, & nudatus in domo sua: cui non appareat Christis esse figuram? qui inebriatus est: dũ passus est: nudat[b] est, dũ crucifixus est: in domo sua, id est, in gente sua, & in domesticis sanguinis sui, vtiq. Iudæis. Tũc enim nuda-ta est infirmitas carnis eius, [b] Iudæis scanda lũ, Gentib. autẽ stultitia, ipsis autem vocatis Iudæis & Gẽtibus tãquam Sem, & Iapheth, Dei virtus, & Dei sapientia, quia quod stultum est Dei sapientius est, quàm homines, & quod infirmum est Dei, fortius est, quàm homines. Proinde in duobus filijs maximo & minimo, duo populi figurantur, scilicet circuncisio, & præputium, vnã vestem fidei à tergo portantes: sacramẽtum scilicet iam præteritæ Dominicæ Passionis, neq. nuditatem patris intuentur, quia in Christi necem non consentiunt, & tamen honorant velamento, tanquã scientes vnde sint nati. Quam

Quam nuditatem, id est, passionẽ Christi, videns Cham derisit: & Iudæi Christi mortem videntes subsannauerunt, [c] Sem verò & Iapheth, tanquam duo populi ex circuncisione & præputio credentes, cognita nuditate patris, qua significabatur passio Saluatoris, sumentes vestimentum posuerunt super dorsa sua, & intuentes auersi operuerunt nuditatem patris, nec viderunt, quod verẽdo texerũt. Quodã enim modo passionẽ Christi tegimus, id est, sacramento honoramus: ciusq. mysterij rationem videntes, Iudæorum detractionem operimus. Vestimentum enim significat sacramentum: dorsa, memoriam præteritorum; quia passionem Christi trãsactam celebrat Ecclesia, non adhuc prospectat futuram. [d] Medius autem frater Cham: id est, populus impius Iudæorũ (ideo medius, quia nec primatum Apostolorum tenuit, nec vltimus in gentibus credidit) vidit nuditatem patris: quia consensit in necẽ Domini Saluatoris. Post hæc nuntiauit foras fratribus. Per eũ quippe manifestatum est, & quodammodo publicatum, quod erat in Prophetia secretum. Ideoque fit seruus fratrum suorum. Quid est enim hodie aliud gens ipsa, nisi quædam seriniatia Christianorum, baiulans legẽ & Prophetas ad testimonium assertionis Ecclesiæ: vt nos honoremus per sacramentum quod nuntiat illa per litteram? [e] Posthæc benedicuntur duo illi, qui nuditatem patris honorauerunt. Benedictus, inquit, Dominus Deus Sem: quamquam ipsis etiam gentibus sit Dominus Deus Israel. Et vnde hoc factũ est, nisi ex benedictione Iapheth? in populo enim Gentium, totum orbẽ terrarum occupauit Ecclesia. Hoc prænuntiabatur, cum diceretur: Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem. Ecce quomodo dilatat Deus Iapheth, & habitat in tabernaculis Sem, vt Paulus dicit. Non estis peregrini & hospites: sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Benedictus, inquit, Deus Sem: sit Chanaam puer illius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem. Hic Sem maior natu, ipse est, ex quo Patriarchæ, Prophetæ, & Apostoli Generati sunt. Iapheth aũt Gentium est pater: qui etiam latitudo interpretatur. Cũ ingenti enim multitudine dilatatus est populus ex Gentibus, qui cum Prophetis & Apostolis erat habitaturus. Si quidem & vidimus iuxta Noe patris Propheticam benedictionem, in tabernaculo Sem transisse habitationem Iapheth, hoc est, in domo legis & Prophetarum Ecclesiam potiùs iustificari, minorem quidem tempore: sed gratiæ lege maiorem. [f] Cham porrò, qui interpretatur calidus medius filius, tãquam ab vtroq. discretus, nec in primitijs Israelitarum, nec in plenitudine Gẽtium permanens, significat non solum Iudæorum, sed etiam hæreticorum genus calidum, nõ spiritu sapientiæ, sed impatientiæ, quo solent [g] hæreticorum feruere præcordia, & pacem perturbare sanctorũ. Sed & omnes qui Christiano vocabulo gloriãtur, & perditè viuũt, ipsius figuram gestare videntur. Passionem quippe Christi, quæ illius hominis nuditate significata est, & adnuntiant benè profitendo, & malè agendo exhonorant. De talibus enim scriptũ est: à fructibus eorum cognoscetis eos. Ideo & Cham in filio suo maledictus est, tanquam in fructu suo: id est, in opere suo, vnde conuenienter & ipse filius eius Chanaam interpretatur, motus eorum. Quod quid aliud est, quàm opus eorum? Item, quòd Cham peccante, posteritas eius damnatur: significat, quod reprobi hic quidem delinquunt, sed in posterum, id est, in futurum, sententiam damnationis excipiunt. Sicut & plebs Iudæa, quæ Dominum crucifixit, etiam in filijs pœnam damnationis suæ transmisit. Dixerunt enim: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. [h] Benedictis igitur duobus filijs Noe, atque vno eorum medio maledicto, deinceps generationes eorum texuntur, ex quibus septuaginta duæ gentes sunt ortæ: id est, quindecim de Iapheth, triginta de Cham, viginti septem de Sem.

a Iam verò illud. *Ex c. 23.*

b Iudæis scandalum, *vsq. ad* vnde sint nati. *Hæc ex August. describere maluimus ad stipulantibus impressis libris quam ex veteribus aliquantùm imminuta ponere.*

c Sem verò & Iapheth *vsq. ad* prospectat futurũ *Ex 16. de Ciuit. c. 2.*

d Medius autem frater *vsq. ad* per litteram. *Ex 12. cont. Faust. c. 23.*

e Post hæc benedicuntur Prophetar. *Ex cap. 24. Quòd autem hæc à manuscriptis nostris omnibus absint, initium benedictionis repetitum fefelliſſe putamus librarios.*

f Chã porrò. quam opus eorũ? *Ex. 16. de ciuit. c. 2.*

g Hæreticorum feruere præcordia. *Ita apud August.* primordia, *in libris nostris.*

h Benedictis, *vsq.* maledicto. *Verba sunt Aug ibid.* Exquibus septuaginta duæ gentes. *Vid. not. ad c. 2. lib. 9. Etym.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Nemrod gigante, et confusione linguarum. CAP. IX.

PRimus post diluuium inter homines Nemrod filius Chus noua imperij cupiditate tyrannidem arripuit, regnauitque in Babylonia: quæ ab eo quod ibi confusæ sunt linguæ, Babel appellata est, quod interpretatur confusio. Cuius ædificādæ turris idem Nemrod extitit auctor: qui pro eo quod vltra naturam suam cæli alta penetrare contendit, non incongruè Diabolo comparatur, qui cogitatione cordis sui intumescens, super sidera exaltare se voluit: id est, super omnem potestatem Angelorum, Deo se coæquare disponens, dum dicit: Ascendā super altitudinē nubiū, & ero similis Altissimo. [b] Quod aūt dicitur venator, quid significatur hoc nomine, nisi terrigenarum animarū deceptor, & capiens homines ad mortem? Turris eius superbia huius mūdi est, vel impia dogmata hæreticorū, qui postquam moti sunt ab Oriente: id est, à vero lumine recesserunt, & venerunt in cāpū Sennaar, qui interpretatur excusio dentium, statim aduersus Deum impietatis suæ ædificant turrim, ac dogmata superbiæ nefario ausu confingunt, volentes curiositate non licita ipsius cæli alta penetrare. Sed sicut illi per superbiam ab vna lingua in multas diuisi sunt: ita & hæretici ab vnitate fidei confusione segregati, interse diuersitate erroris, quasi per dissonantiam linguæ inuicem secernuntur: & quos armat aduersus Deum elatæ conspirationis pernicioſa consensio, rursus, intercedente dogmatum discordia, diuidit oborta repente confusio. Quos quidem ipsa Trinitas dānat, in quam offendunt, ipsa eos dispergit, dum dicit: Venite descendamus, & confundamus linguas eorum, in varietate vtique erroris siue schismatum. [c] Eo autem tempore, quando linguarum facta est varietas, in solo domo Heber, quæ antea fuit, lingua remansit. Nunc quoq. in sola Ecclesia, quæ est domus Christi, vnitam esse confessionis & fidei pacem diuisis omnibus reprobis agnoscimus.

[a] Primus post diluuium *vsq. ad* confusio. *Hieronym. trad. in Gen. c. 10.*
[b] Quod aūt dicitur venator, *vsq. ad* superbia. *Verba sunt Aug. 16. de Ciuit. c. 4.*
Eo autem tēpore *vsq. ad* lingua remansit. *Eiusd. cap. 11.*

De egressu Abrahæ à Chaldæis. CAP. X.

REstat deinde de actibus Abrahæ, vel de his quæ illi repromiserat Dñs exponēdū. Locutus est enim ei Dominus: egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Quis [a] aūt alius exijt in Abraham de terra & de cognatione sua, vt apud exteros locupletaretur, & esset in gentem magnam, nisi Christus, qui relicta terra & cognatione Iudæorum præpollet nunc, vt videmus, in gētibus? Sed & nobis ad exēplum Christi exeundū de terra nostra est, id est, de facultatibus huius mundi, operibusque terrenis, & de cognatione nostra, id est, de cōuersatione & moribus, vitijsq. prioribus, quæ nobis à nostra natiuitate cohærentia, velut affinitate quadam & consanguinitate cōiuncta sunt: & de domo patris nostri, id est, de omni memoria mundi, vt ei renūtiantes, posimus in populo Dei dilatari, & in terrā promissionis cælestis, cum tempus aduenerit, introduci. [b] Duæ autem promissiones Abrahæ dantur: vna per quam terrā, Chanaam possessurum semen eius promittitur, dum dicit Deus: vade in terram quam demonstrabo tibi, faciamque te in gentem magnam. Alia vero longè præstantior est, non de carnali, sed de spirituali semine, per quod pater est non vnius gentis Israeliticæ, sed omnium gentium, quæ fidei eius vestigia consequuntur, quod promitti cœpit his verbis: & benedicētur in te vniuersæ cognationes terrę. [c] Egressus aūt Abrahā de Carra venit ad Sichē, acceptoq. secūdo oraculo de promissione terræ ipsius, [d] ædificauit altare. Et profect[e] inde habitauit in eremo, atq. inde famis inopia expulsus, descēdit in Ægyptū, vbi vxorē suā dixit esse sororē. Nec mentitus, quia propinqua erat sanguine. [e] Quā tñ Pharao rex Ægypti volēs accipere, grauissimis territus mōstris, multisq. propter eam malis afflictus (vbi esse eius diuinitus vxorē didicit) cōfestim illæsam cum honore restituit. Hoc itaq. cum de Abimelech dicere ceperimus, exponemus.

[a] Quis autem alius *vsq. ad* ingentibus. *Augustini sunt verba 12. contr. Faust. c. 25.*
[b] Duæ autem promissiones *vsq. ad* cognationes terræ. *Eiusd. 16 de ciuit. c. 16.*
[c] Egress[s] Abrah. *vsq. ad* terrę ipsi[us]. *Eiusd. 16. de ciu. c. 18.*
[d] Ædificauit altare *vsq. ad* sanguine. *Eiusd. c. 19.*
[e] Quam tamen Pharao *vsq. ad* restituit. *Eiusd. 22 cont. Faust. c. 33.*

De

De victoria Abrahæ, & Melchisedech. CAP. XI.

REuerso [a] igitur Abrahā ex Ægypto, vnde venerat, tunc Lot fratris filius ab illo in terram Sodomorum salua charitate secessit, vitans discordiam, quia diuites facti erant, & pastores eorum inuicem rixabantur. [b] Permansit autem Abraham in terra Chānaam, habitauitque iuxta quercum Mambre.

[c] Deinde à quinq. regibus, qui Sodomis irruerant, captum Lot liberat, habens secum in prœlio trecentos decem & octo vernulas. Sed quid hæc victoria Abrahæ de quinque regibus indicabat, quos ille fidei pater mysterio superauit: nisi quod fides nostra sic cōfirmata sit in spiritu principali, totidem corporis nostri sensus verbo Dei subigat? Nam sicut ille de proximo in regibus victor: ita & fides nostra per animam victrix de exteriore homine triumphat. Quòd verò ille non multitudine nec virtute legionum, sed tantùm trecentis decē & octo comitantibus aduersarios principes debellauit: iam tunc in sacramento crucis [d] cuius figura per Tau litteram Græcam numero trecentorū exprimitur, imaginabatur, quòd nos Christi passio liberaret à dominatu quinque carualium sensuum, qui nos antea variis vitijs captiuantes exsuperauerant.

Reuertenti igitur à cędę hostium Abrahā occurrit ei mox Melchisedech Rex Salem sacerdos Dei, inenarrabili parente progenitus: benedixitq. Abraham, offerens panem & vinum in sacrificiū Deo. Hunc Melchisedech Apostolus Paulus sine patre, & sine matre commemorans figuraliter refert ad Christum. Ipse est enim solus de patre sine matre genitus per diuinitatem, ipse de matre sine patre per humanitatem. Ipse quoque sacerdos æternus, ad quem dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Vtique propter mysterium sacramenti, quod Christianis celebrare præcepit, vt non secundum Aaron pecudum victimas, sed oblationem panis & vini: id est, corporis & sanguinis eius sacramentū in sacrificium offeramus. Quòd verò Patriarcha magnus decimas omnis substātiæ suæ Melchisedech sacerdoti post benedictionem dedit, sciens spitualiter melius sacerdotium futurum in populo gentium, quàm Leuiticū, quod de ipso in Israel erat nasciturum, futurumq. vt sacerdotium Ecclesiæ habens [e] præputium benediceret in Abraham circunciso sacerdotium synagogæ. Qui enim benedicit, maior est, quàm qui benedicitur. Vnde & sacerdotes ex semine Abrahæ nati fratres suos benedicebant: id est, populum Israel, quibus illi decimas dabant secundum mandatum, verè vt maioribus & eminentioribus suis. [f] Nomen autem ipsum Melchisedech, rex pacis, vel rex iustitiæ interpretatur, quod bene refertur ad Christum. Ipse est enim rex pacis, quia per ipsum reconciliamur Deo. Ipse est rex iustitiæ, quia ipse veniet, vt discernat sanctos ab impijs. Idem quoque vnus sacerdos & rex, quia ad redemptionem omnium hostiam Deo patri se ipsum obtulit, & vt verus rex in præsenti seculo populum suum regit, & in futuro iudicabit.

[a] Reuerso rixabantur. *Eiusd. c. 20.*
[b] Permāsit *vsq. ad* Mābre. Et mansit in alio eiusdē terræ loco, *id est*, iuxta quercum Mābre. *Aug. c. 22.*
[c] Deinde à quinque regibus *vsq. ad* vernaculos. *Aug. ibid.*
[d] Cuius figura per τ litteram. *Id repetit aliquoties Aug. & Greg. Vid. inf. Iud. 7.*
[e] Habentis præputium. *Aliquot m. s. & imp. haud malè.*
[f] Nomen autem ipsum Melchisedech Rex pacis, vel Rex iustitiæ. *Vox Melchisedech regem tantum iustitiæ significat. Sed quia idem Rex erat Salem. Salem autem pacem significat, non absurde vtrumq. coniunxit.*

De sacrificio Abrahæ, et promissione Dei. CAP. XII.

POst hanc victoriam factum est verbum Domini ad Abraham in visu, dum esset de posteritate sollicitus, & sibi videret non nasci filium: & tamen semini suo factā promissionem teneret, statim fit illi in figura duplex promissio seminis eius, id est, in similitudinem arenæ maris, vel in multitudinem stellarum cæli futura. Ejciens ergo Abraham Deus foras ostendit illi stellas cæli, dicens: sic faciam semen tuum, id est, Christianam gentem, cuius tu pater in fide subsistis: sic faciam lumine resurrectionis coruscare. Deinde monstrauit illi arenam maris, & dixit: sic erit in multitudine semē tuum: hoc est, erit quidem copiosa gens Judæorum, sed sterilis & infœcunda manebit, sicut arena. Post hæc cum repromitteret ei Deus, quòd esset possessor repromissionis

terræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

terræ futurus, signũ petijt, per quod agnoA sceret,non quasi dubitãs an fieret, sed quomodo futurum esset exquirens. Cui Dominus hãc similitudinem proposuit: Sume, inquit,mihi vaccam triennem,& capram trimam,& arietem annorum trium,turturem quoq́. & colũbam. Tollens ergo Abraham vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtraſque partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit. Descenderuntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham. Cumq́. occubuisset sol,pauor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum: apparuitque clibanus fumans, & ignis transiens inter media illa, quæ diuisa erant. Dictumq́. est ei: cognoscendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & seruiet & affligeB tur,&c. Iste est itaq́. modus promissi seminis Abrahæ,& ista est figura. [a] Per vaccam enim significata est plebs posita sub iugo legis. Per capram, eadem plebs peccatrix futura. Per arietem, eadem plebs regnatura. Animalia ideò trima dicuntur: quia per articulos temporum ab Adam vsq́. ab Noe,& inde vsq́. ad Abraham, ac inde vsq. ad Dauid, tanquam tertiam ætatem gerens ille populus adoleuit. Per turturẽ & colũbam, C spirituales in eo populo figurati sunt, indiuidui filij promissionis,& hæredes regni futuri: quorum ætas temporalis ideo tacetur, quia æterna meditantes transgressi sunt desideria temporalia. Sed quid est, quòd animalia illa tria diuiduntur aduersus se inuicem partibus constitutis, nisi quod carnales & in populo veteri, & nunc inter se diuidũtur? Porrò aues idcirco non diuiduntur, quia spirituales indiuidui sunt. Schisma non cogitant, nõ seducuntur ab hæreticis, sed pax est semper in ipsis. Siue à turbis se remouean t, vt turtur, siue inter illas conuersentur, sicut columba: vtraq. tamen auis est simplex & innoxia. Volucres autem descẽD dentes super corpora, quæ diuisa erant, spiritus immundi significãtur, pastum quemdam suum de carnalium diuisione quærentes. Quod autem illis considens abigebat illas Abraham, [b] significat multos carnales merito sanctorum in fine mundi ab angustijs liberandos. Quòd autem circa solis occasum pauor irruit in Abraham, & horror magnus & tenebrosus, significabat circa huius seculi finem magnam perturbationem Antichristo in sanctis futurã. De qua

dicit Dominus in Euangelio: erit enim tũc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio. Quòd vero adiungitur: cum occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter media illa, quæ diuisa erant: significat post finem seculi futurum diem iudicij: quo per ignem segregabuntur sanctorũ populi & iniquorum. Quòd vero dictum est ad Abraham, sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria, & in seruitutum redigent, & affligent eos quadringentis annis: hoc de populo Israel qui erat in Ægypto seruiturus, apertissimè prophetatum est. Nõ quod sub Ægyptijs quadringentis annis seruierunt: sed quoniam iste numerus in eadem afflictione completus est: qui computatur ab illo tempore, quo ista Abrahæ promittuntur.

[a] Per vaccam *vsq. ad* Abrahæ promittuntur. *Aug. lib. 16. de ciuit. c. 24.*

[b] Significat multos. Ita *manuscripti omnes recte. Aug.* Quod autem illis consedit Abraham, significat etiam inter illas carnalium diuisiones veros vsq. in finem seculi perseueraturos fideles. *Mendose ergo in excusis nullos.*

De Agar, et circunciſione Abrahæ. Cap. XIII.

IAm tunc propter peregrinationem futuram, ne commisceretur semen eius inter gentes, datur ei circuncisio in signum his verbis. Circũcidetur in vobis omne masculum. Infans octo dierum circuncidetur in vobis, tam vernaculus, quàm emptitius. Masculus autem, cuius præputij caro circũcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Sed & Sarai non vocabitur Sarai, sed Sara: & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in nationes, & reges gentium ex eo erunt. [a] Hic iam declaratur promissio de vocatione gentium in Isaac filio promissionis, quo significatur gratia, non natura: quia de sene patre & sterili matre. Et quia hoc nõ per generationem, quæ est in Ismaele, sed per regenerationem futurum erat: ideo imperata est circuncisio, quando de Sara promittitur filius in typo Ecclesiæ: non quando Ismael, qui typum gerit Iudæorum. Quid enim aliud circuncisio significat, nisi renouatam naturam per baptismum post expoliationẽ veteris hominis? Et quid est octauus dies

dies, nisi Christus, qui hebdomada complera, hoc est, post Sabbathum resurrexit. Quòd vero non solùm filios, sed & seruos & vernaculos & emptitios circuncidi præcepit: ad omnes gratiam redemptionis pertinere testatur. Parentum mutantur nomina, vt omnia resonent nouitatem. Nam Abrã, quod antea vocabatur, interpretatur pater excelsus. Abraham autem pater multarum gentium, quo nomine prænuntiabatur, quod multæ gentes fidei eius vestigia sequerentur. Illud autem quid sit quod dictum est: [b] Masculus qui non circuncidetur octaua die, peribit anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit? Cur enim B pereat anima paruuli in circuncisi, dũ ipsa pactum Dei irritum non fecit: sed qui eum circuncidere neglexerunt nisi vt significaret, quod paruuli non secundum opus, sed secundum originem in primo homine pactum Dei diſsipauerunt, in quo omnes peccauerunt. Nascitur enim omnis non proprie, sed originaliter peccator. Quem nisi regeneratio liberet, peribit anima eius de populo suo: quia pactum Dei irritum fecit, quando in Adam originaliter etiam ipse peccauit.

[a] Hic iam declaratur, *vsq. ad* resonent nouitatem. *c. 26.*

[b] Masculus qui non circuncid. *vsq. ad* ipse peccauit. *B cap. 27.*

De tribus viris, qui venerunt ad ilicem Mambre. Cap. XIIII.

DEinde apparuit Dominus Abrahæ in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui: cumque leuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes iuxta eum. Quos cum vidisset adorauit, & ait: Domine si inueni gratiam in oculis tuis, lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. Et D abijt Abraham ad Saram, & iussit eam ex tribus satis facere subcinericios panes, quos apposuit illis cum vitulo, quem parauerat: similiter, & lac & butyrum. Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. Cumque comedissent dixerunt ad eum: vbi est Sara vxor tua? at ille: ecce, inquit, in tabernaculo est, cui dixit, Reuertens veniam ad te tempore isto, & habebit filum Sara vxor tua. Quo audito Sara risit.) Notandum quippe quòd Abraham triplicem habeat figuram in semetipso. Primam Saluatoris, quando relicta cognatione sua venit in hunc mundum: alteram patris, quando immolauit vnicũ filium: tertiam vero, quæ in hoc loco est, figuram gestauit sanctorum, qui aduentum Christi cum gaudio susceperunt. Tabernaculum autem illud Abrahæ typum terrenæ Ierusalem habuit, vbi primo tẽpore Prophetæ & Apostoli habitauerunt: vbi & primùm Dominus aduenies à credentibus exceptus, ab incredulis est in ligno suspensus. In tribus autem viris, qui venerunt ad illum, Domini Iesu Christi prænuntiabatur aduentus, cum quo duo Angeli comitabantur: quos plerique Moysen & Eliam accipiunt, vnum priscæ legis latorem, qui per eandem legem aduentum Domini indicauit: alium, qui in fine mundi venturus est, denuntiaturus secundum Christi aduentum, atq́. eius Euangelium Iudæis prædicaturus: vnde & in monte Dominus cum fuisset transfiguratus, hi duo, Moyses & Elias, cum eo ab Apostolis visi sunt. Quòd vero Abraham tres videns vnum adorauit, Dominum scilicet Saluatorem ostendẽs, cuius etiam aduentũ est præstolatus: iuxta quod etiam Dominus in Euangelio ait: Abraham quæsiuit diem meum videre, vidit, & gauisus est. Tunc enim futuri aspexit mysterium sacramenti. Vnde & pedes eorum lauit, vt in extremo mundi lauacri viuificationem demonstraret futuram. Pedes enim nouissima significant. Siquidem & conuiuium præparat, vitulum scilicet saginatum. Iste autem vitulus tener saginatus, Domini Iesu Christi est corpus. Hic est vitulus Domini, qui propter salutem credentium ad arborem crucis est immolatus. Hic est vitulus Dominici corporis, qui in Euangelio pro peccatore occiditur filio. Sed & butyrum & lac cum carne vituli apposuit. Lac quippe priscæ legis habuisse figuram, Apo- D stolus nos admonet, dicens. Lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Tradiderat enim illis legis mandatum, quasi lac de vberibus duarũ tabularum expressum, hoc est, testamentum fidei. Necdum enim poterant propter infantiam sensus sui Euãgelicæ doctrinæ solidam & robustã escam accipere. Butyrum autem vberrimum & pinguissimum Euangeliorum est testimonium: quod veluti oleũ fidelibus in signum datur. Sed proinde vitulum cum lacte &

butyrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

butyrum Abraham edēdum appoſuit: quia nec corpus Domini, quod eſt vitulus, ſine lacte legis: nec lac legis ſine butyro: hoc eſt, ſine Euangelij teſtimonio eſſe poteſt. Tria autem ſata, vnde Sara panes ſubcinericios fecit, trium filiorum Noe imaginem indicauerunt: ex quibus omne genus humanum natum eſt: qui diuinæ Trinitati credentes ex aqua baptiſmatis per Eccleſiam, cuius imago Sara erat, conſpergendi eſſent, & in vno pane Chriſti corporis redigendi. Hæc ſunt illa tria ſata, quæ mulier in Euangelio cognoſcitur fermentaſſe. Azymi autem panes: eo quòd ſine fermento malitiæ, & ſine [a] angore nequitiæ, ſine feruore peruerſæ doctrinæ oportebat eſſe credentium vnitatem. Subcinericij autem ideo, vt per pœnitentiā præteritorū delictorū Spiritus ſancti vapore decocti, velut eſca beneplacita Deo, acceptabiles efficiantur. Sub arbore autem eos ſediſſe, paſſionis Dominicæ erat ſignū, cuius ipſi ſunt prædicatores. Quòd autem promittit Deus Saræ ſterili filiū, dicēs: circa hoc tempus veniam, non de tēporibus ſignificat, ſed de qualitate aduentus ſui: quando per filium repromiſſum, fidelis erat populus naſciturus. Iſta eſt enim Sara ſterilis, cui per Prophetam Dominus dicit. Lætare ſterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quoniam plures filij deſertæ magis quàm eius, quæ habet virum. [b] Riſus autem Saræ, non eſt dubitatio, ſed prophetia. Qui riſus duplicem habet ſignificantiam. Siue quod riſus eſſet futurus incredulis Chriſtus, ſiue quod omnes inimicos in iudicio ſuo eſſet riſurus. Vnde & ipſe, qui natus eſt de Sara, riſus nomen accepit. Iſaac enim ex Hebræa lingua in Latinum ſermonem riſus interpretatur. Deinde rurſum idē Iſaac promittitur filius futurus in gentem magnā, & benedicentur in eo omnes gentes terræ. Quibus verbis duo hiſtorialiter illi promiſſa ſunt: gens Iudæorum ſecūdum carnem, & omnes gentes ſecundum fidem.

a Languore. *Complut. & apud Eucher.*

b Riſus autem Saræ non eſt dubitatio. *At Ambroſ. ep. 30. libr. 4.* Sara *(inquit)* quia riſit, incredulitatis coarguta eſt. *Et Aug. 16. de ciuit. c. 31.* Quòd riſus ille etiam ſi gaudij fuit, tamen plenæ fidei non fuit.

De Sodomis, & Lot, et filiabus eius. Cap. XV.

POſt hanc promiſsionem vertitur in cinerem Sodoma, liberato Lot cum filiabus ſuis. Sed quid ſignificat, quòd à quinquaginta iuſtis, vſq; in decem ſi inuenirentur in Sodomis, dixit Dominus vrbem eſſe ſaluandam? Numerum quippe quinquagenarium propter pœnitentiæ poſuit ſignum, ſi forte conuerterentur & ſaluarentur. Quinquagenarius enim numerus ſemper ad pœnitentiam refertur. Vnde & Dauid in eodem numero pſalmū ſcripſit pœnitentię. Proinde quando aſpicit Deus delinquentiū vitam, nequaquam velle reuerti ad pœnitentiam, quam quinquagenarius numerus præfigurat, confeſtim ardorem immoderatæ luxuriæ compeſcit igne gehennæ. Vſque ad decem autem iuſtos non perire Sodomam dixit: quaſi in quolibet per decem præceptorum cuſtodiam Chriſti, nomen inueniatur, iſte non perit. Denarij enim numeri figura crucem Chriſti demonſtrat. Nam & quod quinque ciuitates ſunt, quæ imbribus igneis conflagratæ ſunt, illud (niſi fallor) ſignificat, quod omnes qui quinq. ſenſus corporis ſui tractauerunt libidinoſe, in illo futuro incendio concremandi ſunt. Ipſe autem Lot frater Abraham iuſtus, & hoſpitalis in Sodomis, qui ex illo incendio, quod erat ſimilitudo futuri iudicij, meruit ſaluus euadere, typum gerebat corporis Chriſti, quod in omnibus ſanctis, & nūc inter iniquos atq; impios gemit: quorum factis nō conſentit, & à quorū permixtione in ſeculi fine liberabit, illis dānatis ſupplicio ignis æterni. Vxor autem eius, eorum ſcilicet genus figurauit, qui per gratiam Dei vocati retro reſpiciūt: & ad ea, quæ reliquerāt, redire cōtendunt. De quibus Dominus: Nemo, inquit, ponens manum ſuam ſuper aratrū, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Vnde & illi prohibetur retro reſpicere: vt per id oſtenderet, nō eſſe redeundum ad veterem vitam, qui per gratiam regenerati vltimū cupiūt euadere iudicium. Quòd vero eadem reſpicies remanſit, & in ſalem conuerſa eſt, exēplum præſtat ad condimentum fideliū, vnde alij ſaliantur. Nam & ipſum non tacuit Chriſtus dicens: Memētote vxoris Lot: ſcilicet, vt nos tanquam ſale condiret, vt non tanquam fatui negligeremus, ſed prudētes caueremus. Hoc enim & illa admonuit, cùm in ſtatuā ſalis cōuerſa eſt. [a] Illud vero notandum eſt, quod Lot ardentē Sodomā fugiens Segor venit, & nequaquā ad mōtana cōſcendit. Ardentē quippe Sodomā fugere eſt, illicita carnis incēdia, vel mūdi deſideria declinare.

clinare. Altitudo vero mōtiū, ſpeculatio eſt perfectorū, ſed quia multi ſunt iuſti, qui mūdi quidē illecebras fugiūt: ſed tñ in actione poſiti, contēplationis apicē ſubire nequeūt: hoc eſt, q̄ exijt quidē Lot de Sodomis, ſed tñ ad mōtana nō peruenit: quia licet iā dānabilis vita relinquitur, ſed adhuc celſitudo ſpeculationis ſubtiliter nō teneť. Inde idē Lot ad Angelū dicit: Eſt ciuitas hæc iuxta, ad quā poſsū fugere, parua, & ſaluabor in ea. Nunquid nō modica eſt? & viuet anima mea in ea: Iuxta igitur dicitur, & tamē ad ſalutē tuta eſſe perhibeť: quia actualis vita, nec à mūdi curis ex toto diſcreta eſt, nec tñ à gaudio æternę ſalutis aliena. In ipſo aūt actu Lot, quā B do filiæ cōcubuerūt cū eo, nō illud, quod cū à Sodomis liberatus eſt, ſed aliud figuratum eſt. Tūc enim ipſe Lot futurę legis videbať geſtare perſonā: quā quidā ex illa procreati & ſub lege poſiti, malè intelligēdo, quodāmodo ſe inebriāt, eaq̄. non legitimè vtēdo, infidelitatis opera pariunt. Bona eſt enim lex, inquit Apoſtolus, ſi quis ea legitimè vtatur.

[a] Illud vera not. quod Lot, *vſq; ad* ſalutis aliena. *Verba ſunt Greg. Paſtoral. 3. p. c. 28.*

De Abimelech, et Sara. Cap. XVI.

SEquitur [a] de hinc hiſtoria de Abimelech, quando Abrahā [b] tacuit Sarā vxorē ſuam C eſſe, & dixit ſororē: ne ſe occiſo ab alienigenis captiua poſſideretur: certus de Deo, quòd eam violari nō permitteret, ſicut nec primùm à Pharaone. Vnde & Abimelech ſomno cōmonitus, nō cōmaculauit eā cōcubitu, ſed intactā reſtaurauit marito. Verūtamen e quis tūc in illo figurabatur viro, ſcire volo: & cuius ſit vxor, quæ in hac peregrinatione, atq; inter alienigenas pollui, maculariq; nō ſinitur, vt ſit viro ſuo ſine macula & rugā: In gloriā quippe Chriſti rectè viuit Eccleſia, vt pulchritudo eius [d] honor ſit viro eius, ſicut Abrahā propter Saræ pulchritudinē inter alienigenas honorabatur. Eiq. ipſi, cui dicitur in Cāticis cāticorū: O pulchra inter mulieres, ipſius pulchritudinis merito reges offerūt munera, ſicut Saræ obtulit Rex Abimelech, plus in ea mirās formæ decus, quod amare potuit, & violare nō potuit. Eſt enim & ſancta Eccleſia Dño noſtro Ieſu Chriſto in occulto vxor. Occultè quippe, atq; intus in abſcōdito ſecreto ſpirituali, animā humana inhęret verbo Dei, vt ſint duo in carne vna, quod magni cōiugij ſacramētū in Chriſto & in Eccleſia cōmendat Apoſtolus. Proinde regnū terrenū ſeculi huiꝰ (cuius figurā gerebāt reges, qui Sarā polluere non ſunt permiſsi) nō eſt expertū, nec inuenit Eccleſiā cōiugē Chriſti, niſi cū violare tētauit. Diuino enim teſtimonio per fidē martyrum ceſsit, correptāq.[e] etiā, in poſterioribus regibus honorauit munere, quā corruptioni ſuæ ſubdere in prioribus nō valuit. Nā quòd tūc in eodē rege priꝰ ac poſteriꝰ figuratū eſt, hoc in iſto regno prioribus & poſterioribus regibus adimpletur. [f] Cum aūt dicitur de patre eſſe ſoror Chriſti Eccleſia, nō de matre: non terrenæ generationis, quæ euacuabitur, ſed gratiæ cæleſtis, quæ in æternū manebit, cognatio cōmēdatur. Secūdū quā gratiā genus mortale nō erimus, accepta poteſtate, vt filij Dei vocemur & ſimus: Neq. enim gratiam hāc de ſynagoga matre Chriſti ſecundū carnē, ſed de Deo patre percepimus. Hāc verò cognationē terrenā vocās in aliā vitam, vbi nemo moritur, negare nos Chriſtus docuit, nō fateri, cū diſcipulis ait: Ne vobis dicatis patrē in terra, vnus eſt enim pater veſter, qui in cælis eſt. [g] Quòd aūt Eccleſia, cuius vxor ſit occultatur alienigenis: cuius aūt ſoror, nō taceť: hæc interim cauſſa facilè nō occurrit: quia occultū eſt & difficile ad intelligēdum quomodo anima humana verbo Dei copuletur, ſiue miſceať, ſiue quid meliꝰ, & aptius dici poteſt, cùm ſit illud Deus, iſta creatura: ſecundū hoc enim ſponſus & ſpōſa, vel vir & vxor, Chriſtus & Eccleſia dicūtur. Qua vero cognatione ſint fratres Chriſtus & omnes ſancti, gratia diuina, nō cōſanguinitate terrena: hoc eſt de patre, non de matre, & effabilius dicitᵉ, & [h] capacius auditur. Nā inter ſeomnes ſancti per eandē gratiā fratres ſunt, ſpōſus aūt in eorū ſocietate nullus illorūeſt.

a Totum caput. *è lib. 22. contra Fauſt.*

b Tacuit Saram, *vſq; ad* marito, *è cap. 33.*

c Quis tunc, *vſq; ad* adimpletus. *è c. 38.*

d Honor honori *Auguſt.*

e Correptam. *Al.* Correctam.

f Cum autem, *vſq. ad* qui in cælis eſt. *è c. 39.*

g Quod autem Eccleſia, *vſq. ad* illorū eſt. *è c. 40.*

h Capacius. *Aug. & Bed. al.* Cautius.

De Iſaac, & Agar. Cap. XVII.

CEntenarius itaq. Abrahā genuit ex Sara vxore ſua filiū, quē vocauit Iſaac. Hūc cū vidiſſet mater eius ludentē cū Iſmahel, dixit ad Abraham: eijce ancillam & filiū eius, non enim hæres erit filius ancillæ cū filio meo Iſaac.) Nunc igitur quærendum eſt, cur antea Sara voluit maritum de ancilla ſuſpicere filium, aut cur nunc cum matre iubet expelli domo: quod fecit non zelo

Universidad de Deusto
Biblioteca

accensa, sed mysterio prophetiæ compulsa. Agar quippe, secundũ quod ait Apostolus, in seruitute genuit carnalẽ populũ. Sara verò libera populũ genuit, qui nõ est secũdũ carnẽ, sed in libertatẽ vocatus est, qua libertate liberauit eũ Christus. Hoc igitur mysterio figurabatur priorẽ populũ in seruitute peccatorũ generatũ, in domo Saræ, id est, in Ecclesia nõ manere in æternũ, neq. esse hæredẽ, vel cõsortem cultoribus Christi: nec cũ filio nobili, id est, fideli populo regnũ cælestis gloriæ possessurũ. (Cùm igitur eiiceret Abraham Agar de domo, accepit panes & vtrẽ aquæ, & dedit Agar: & imposuit super humeros eius infantẽ, & dimisit eã. Exiens aũt Agar errabat in solitudine, & cũ moriẽtẽ siti filium proiecisset sub arbore, apparuit ei Angelus Dñi, & demõstrauit fontẽ aquę, & potauit filium suũ.) Quid ergo significat quòd exiens Agar, infantẽ in humeros suos imposuit? nisi quòd peccator populus & insipiẽs, ceruicẽ matris suæ synagogæ, grauauit, dũ dixit: sanguis eius super nos, & super filios nostros? Panes aũt hoc indicabãt, quòd vetus sacerdotiũ panes propositionis, sicut scriptũ est, portaret secum & veteresceret. Vter verò aquæ, qui deficit, Iudaica purificatio significabatur defectura; siue doctrina eorũ carnalis in pelle mortua clausa, id est, in carne veteris hominis præuaricationis sententia damnata: quæ nec refrigeriũ præstat, nec satiat sitim, sed æstu tepido vomitũ facit. Quòd verò in solitudine errat Agar cum filio suo, significat synagogã cũ populo suo expulsam de terra sua, sine sacerdotio, & sacrificio in toto orbe errare, & viã, quæ est Christus, penitus ignorare. Quòd filius illius siti deperit, ostendit populũ nullã habentẽ spiritualẽ purificationem. Quòd verò filiũ morientẽ siti sub arbore proiecit, & sic demõstrãte Angelo aspicit fontẽ, significabat quosdã ex eo populo ad vmbram ligni crucis refugium petituros. Quòd exclamat puer plorãs, & exaudiuit eũ Deus, & sic demõstrante Angelo aspicit fontẽ: hoc pro illis dicit, qui ex Iudæis ad Christũ cõuertũtur, ac flentes retro actos errores exaudiuntur, reseratisq. oculis cordis vident fontẽ aquæ viuæ, id est, Christũ filiũ Dei, qui dicit: ego sum fons aquæ viuæ, qui sitit, veniat & bibat. Vnde & Ismahel exauditio interpretatur. Angelus autem iste similitudo est Eliæ, per quẽ populus iste crediturus est: sicut per Malachiam dicit': Ecce ego mitto vobis Eliã, qui cõuertat corda patrũ in filios. Verùm quòd statim vocauit Angelus Dñi Agar, dicẽs: Surge, tolle puerũ, quia in gentẽ magnã faciã eũ: hoc significabat: siue quòd copiosus Iudæorũ populus esset regnaturus in seculum: siue quia cælestis regni gloriã consequuturi essent, qui ex eis credidissent in Christũ. Quòd aũt eundẽ Angelũ, qui loquitur ad Agar, prius Angelũ scriptura prænuntiat, deinde Deũ: [a] Filiũ Dei eum fuisse credendũ est: qui per legẽ & Prophetas semper loquutus est. Qui propter obedientiam paternæ voluntatis Angelus vocatur: Deus autem secundum naturam Patris, quia vere & ipse Deus, sicut & Pater.

[a] Filium Dei *Idem lib. 1. aduersus Iudæos c. 1. & 3.*

B De eo, quòd obtulit Abraham filium suum. CAP. XVIII.

IVbetur deinde Abrahã immolare vnicũ filiũ suum. Ille aũt obtẽperans Deo soluit votũ: strauit asinum, imposuit ligna, seruos longè dimisit, solus cũ filio ascendit, triduo ad locũ peruenit. Antequàm veniret filius ad locũ sacrificij, ipse sibi immolãdus ligna [a] portauit. Deinde Abrahã gladio armatus, & cùm iam penè feriret, admonetur, vt parceret: & non tũ sine sacrificio, sine sanguine fuso recedit. Apparet namq. aries in vepre inhærens cornibus, immolatur, peragiturq. sacrificiũ. Peracto sacrificio, dicitur ad Abraham: (Benedicã tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenã maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorũ, & benedicẽtur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ,) [b] Age nunc, videamus, quid sub huius sacramenti lateat mysterio. Iste enim Abrahã, quando vnicũ filiũ suum perduxit ad immolãdũ, habebat personã Dei Patris. Sed quid est quod cum senex susceperit? non enim senescit Deus, sed ipsa prænuntiatio de Christo iam quodãmodo senuerat, quando natus est Christus. Inchoata est enim ab Adam, vbi dictum est, erunt duo in carne vna. Sacramentum illud magnũ in Christo & in Ecclesia; & cõpletum est sexta ætate seculi, quæ senectã significabatur Abrahæ, quia ipsum sacramẽtum Dei iam longæuum erat. Et senectus Saræ in plebe Dei, hoc est, in multitudine Prophetarũ, hoc idẽ significat: quia in fine temporũ ex ipsa plebe sanctarũ animarum natus est Christus. Sterilitas autem eius intimat, quod in hoc seculo spe salui facti sumus, & in Christo tanquam in Isaac omnes nati sumus. Quẽ partum Ecclesia, in fine tẽporũ mirabili Dei gratia, nõ naturali fœcũditate procreauit. Iam deinde sequẽtis historiæ sacramentum, quid imaginariè portẽdebat, inspiciendũ est. Quis ergo in Abrahã, vt prædictũ est, per Illã immolationem figurabatur, nisi Pater excelsus? Quis in Isaac? nisi Christus? Nã sicut Abrahã vnicũ filium & dilectũ, Deo victimã obtulit, ita Deus Pater vnicũ filium suum pro nobis omnibus tradidit. [c] Et sicut Isaac ipse sibi ligna portauit, quibus erat imponẽdus: ita & Christus gestauit in humeris lignũ crucis, in quo erat crucifigẽdus. Duo aũt serui illi dimissi, & nõ perducti ad locũ sacrificij, Iudæos figurabãt, qui cum seruiliter viuerent, & carnaliter saperẽt, nõ intelligebant humilitatẽ Christi, non intelligebãt passionẽ Christi: ideò non peruenerunt ad locum sacrificij. Cur autem duo serui? nisi quia populus ipse in duas partes diuidẽdus erat? quod factũ est Salomone peccante, quãdo diuisus est idem populus loco regni, nõ errore impietatis: quibus etiã sepè per Prophetã dicitur: Aduersatrix Israel, & præuaricatrix Iuda. Asinus autẽ ille insensata est stultitia Iudæorũ. Ista insensata stultitia portabat omnia sacramenta, & quod ferebat, nescibat? Iam quod dictum est eis. Expectate hic cum asino, postquàm adorauerimus, reuertemur ad vos. Apostolũ audi dicentẽ. Cæcitas, inquit, ex parte in Israel facta est. Quid est, expectate hic cum asino? vt plenitudo, inquit, gentiũ intraret, hoc est, postquàm adorauerimus, vbi sacrificiũ Domiinicæ crucis impletũ per gẽtes fuerit prædicatũ: hoc est: vt plenitudo gentiũ intraret. Quid est, reuertemur ad vos? & sic omnis Israel saluus fieret. Triduum autem ilud, in quo venerunt ad locum immolationis, tres mundi significat ætates: vnãante legẽ, aliã sub lege, tertiã sub gratia. Ante legem, ab Abraham vsq. ad Moysen: sub lege, à Moyse vsq. ad Iohannem: inde iam ad Dñm. Et quicquid restat, tertius dies gratiæ est. In qua tertia ætate, quasi post triduum, sacramentum sacrificij Christi completum est. Deinde Isaac ligatis pedibus altari superponitur, & Dñs in ligno suspensus cruci affigitur. Sed illud quod figuratũ est in Isaac, translatum est ad arietẽ. Cur hoc? nisi quia Christus ouis: ipse enim filius, ipse agnus. Filius, quia natus: aries, quia immolatus. Sed quid est quod in vepribus hærebat aries ille? crux cornua habet: sic enim duo ligna compinguntur in se cum speciem crucis reddunt. Vnde scriptum est de eo: [d] cornua in manibus eius sunt. Cornibus ergo hærens aries crucifixum Dominum significabat. Vepres autem spinæ sunt. Spinæ iniquos & peccatores significant, qui suspenderunt Dominum in cruce. Inter spinas itaque peccatorum Iudæorum suspensus est Dominus, sicut per Ieremiam dicit idem: spinis peccatorum suorum circundedit me populus hic. Alij hunc arietem cornibus in vepribus obligatum, eundẽ Christum senserunt, antequam immolaretur, spinis à Iudæis coronatum. [e] Peracto igitur sacrificio, dicitur ad Abraham: in semine tuo benedicentur omnes gentes. Quando enim hoc factum est? nisi quando dicit ille aries: fodetunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea? hoc enim quando factum est, in psalmis sacrificiũ, tunc in ipso psalmo dictũ est: Commemorabuntur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius omnes patriæ gentium: quando Domini est regnũ, & ipse dominabitur gentiũ. Immolato igitur Abraham ariete, pro Isaac filio suo, vocauit nomen loci illius Dñs videt, pro eo quòd est, Dñs videri se fecit: vtiq. per incarnationem. Deinde moritur Sara centesimo vigesimo anno vitæ suæ, & empto agro ab Ephron, sepeliuit eam. Sed quid sibi vult, quod Sara in sepulcro duplici sepelitur, nisi, quia anima quæ seculo moritur, vt Deo viuat, gemina vitæ requie suscipitur: id est, actione boni operis & contemplatione diuinitatis.

[a] Ligna portauit. *Quæ post hæc leguntur in impressis* Quis alius in Isaac, qui lignum sibi portabat ad victimam? nisi Christum Iesum, qui crucem sibi ad passionem ipse portauit? *Et paullò post.* Quis alius aries immolandus in vepre cornibus adhærebat? nisi qui crucis patibulo pro nobis offerendus affigebatur? *sunt quidem verba Augustini 12. contra Faustũ, cap. 25. sed rectè absunt à manuscriptis melioris notæ. Neq, enim sunt huius loci: & Isidorus hæc de re paullò post eadem propè dicet.*

[b] Age nunc videam *vsq. ad* personam Dei Patris. *Hæc atq, alia carptim è sermone August. 71. de tempore.*

[c] Et sicut Isaac *vsq. ad* locum sacrificij. *Ex eodem serm.*

[d] Cornua in manibus eius sunt. *Ita in Cod. vetustissimo Vaticanæ Bibliothecæ* κέρατα ἐν χερσὶ αὐτοῦ ὑπάρχει. *Habac. 3.*

[e] Peracto igitur sacrificio *vsq. ad* dominabitur gentium. *verba sunt Aug. serm. 72. de tempore.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Isaac et Rebecca. Cap. XIX.

ERat aũt Abrahã senex dierũq. multorũ. Dixitq. seruo suo seniori, qui superomnia eius erat: Pone manũ tuã subter femur meũ vt adiurẽ te per Dñm Deũ cæli & terræ, vt nõ accipias vxorẽ filio meo de filiabus Chananæorũ: sed ad terrã & cognationẽ meã proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac.) Sed quid sibi velit, quòd Abrahã seruo suo dixit postulans iure iurando fidẽ: Pone, inquit, manũ tuã sub femore meo, & adiuro te per Deum cæli?) [a] Quid vult Deus cæli ad femur Abrahæ, nisi vt cognoscatur sacramẽtũ: Per femur enim, genus intelligitur. Ergo quæ fuit illa coniuratio, nisi quia significabatur de genere Abrahæ venturũ in carne Deum cæli: Senior autem iste seruus imaginem habuit legis, per quam sponsa Christi Ecclesia desponsebatur: qui tñ propter antiquitatẽ senior nuncupatur. Abijt itaq. puer in Mesopotamiã in ciuitatem Nachor: stetitque circa fontem, quærens sponsam filio Dñi sui. Sic & Lex, quæ post fidẽ est, venit ad fontẽ baptismatis, & ibi adorans occurrit ei virgo Rebecca, id est, Ecclesia. Vidit autem Rebecca puerũ, id est, sermonẽ propheticũ, deponit de humero hydriã, vtiq. elatã seculi facundiã, & ad humilẽ propheticũ se inclinat sermonẽ. Suscipit fidei ornamenta, vel morum, accepit aureos scripturarũ sensus & clarũ argenti eloquium. Sicq. secuta puerũ Rebecca, venit ad Isaac. Secuta verbũ propheticũ Ecclesia, venit ad Christũ. [b] Quæ tñ cameli dorso deducitur, quia ad Christũ ex gẽtilitate Ecclesia properãs, in tortis vitiosisq. vitæ veteris conuersationibus inuenit. Quẽ, Isaac viso, descẽdit: quia Deo agnito, vitia sua gẽtilitas deseruit, & ab elatione celsitudinis viam veræ humilitatis petiuit. Quæ etiã & verecundata pallio velatur: quia coram eo de erroribus prioris vitæ confunditur. [c] Quod verò inclinato iam die egressus est in agro Isaac: hoc significabat, quòd extremo huius mundi tẽpore, veluti diei fine, veniẽs Christus, qui si in agrum foras exijt: quia cum sit inuisibilis, se tñ visibilem in hoc mundo venienti ex gentibus Ecclesiæ demõstrauit. Inuenit aũt eũ Ecclesia ad puteũ visionis: id est, in cõtemplatione & intelligẽtia veritatis, vbi intellectũ percipiat altiorẽ, siue lauacrũ aquæ, vbi purificetur: sicq. deinde copulatur sponso suo Christo, adhærens illi gloria, æternitate & regno.

[a] Quid vult *vsq; ad* Deum cæli. *Verba sunt Aug. 16. de ciuit. c. 33.*

[b] Quæ tũ cameli dorso, *vsq; ad* cõsunditur. *Gregorij verba lib. 1. Moral. c. 7.*

[c] Quod vero inclinato *vsq. ad* & regno. *Eiusd. li. 35. c. 11.*

De Cethura, siue de morte Abrahæ. Cap. XX.

QVid [a] autem sibi vult, quod Abrahã post obitũ Saræ, Cæthurã duxit vxorẽ? Nunquid ob incontinentiã, dum esset ætate grãdæuus? Absit. Sed propter filiorũ procreationẽ? dum illi semen, quasi stellæ cæli, ex Isaac filio promitteretur? Ergo quid sibi vult ista Cethura? nisi quia sicut Agar & Ismahel significauerũt carnales veteris Testamẽti. Sic & Cethura, & filij eius significabant hæreticos, qui se ad Testamẽtũ nouũ existimãt pertinere. Sed vtræque cõcubinę dicũtur. Sola Sara semper vocatur vxor, sicut scriptũ est: Vna est enim colũba mea, perfecta mea. Dedit aũt Abrahã cuncta, quæ possidebat, filio suo Isaac, filijs autẽ concubinarũ largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo. Quid hoc significat? nisi quia dãtur nõnulla munera filijs concubinarũ, id est, carnaliũ: sed nõ perueniũt ad regnũ promissũ, nec hæretici, nec Iudęi, quia carnalia lucra sectant. Præter Isaac enim nullus est hæres, vtiq. quia nõ carnis filij, sed filij promissionis deputant in semine. Deinde mortuus est Abrahã cẽtũ septuaginta quinq. annorũ, sepultusq. est in spelunca duplici, in cuius interiori parte Adã esse positũ traditio Hebræorũ testatur.

[a] Totum caput. *è 16 de ciuit. c. 34.*

Quòd Isaac cũ Rebecca lusit. c. xxj.

ORta [a] dehinc fame super terram, abijt Isaac ad Abimelech regem Palæstinorũ in Gerara, ex præcepto & benedictione Domini: ibiq. Rebeccã vxorẽ suam timoris caussa finxit sororem. Quam rex alienigena Isaac coniugẽ tunc esse cognouit, quando eum cum ea ludentem vidit. Quid autẽ sibi velit in sacramento Christi & Ecclesię, quòd tantus Patriarcha cũ coniuge luserit, coniugiumq. illud inde sit cognitũ? Videt profecto quisquis (ne aliquid errãdo in Ecclesiam peccet) secretũ viri huius in scripturis sanctis diligenter intuetur, & inuenit eũ maiestatẽ suã, qua in forma Dei æqualis est Patri, paullisper abscondisse in forma serui, vt eius capax esse humana infirmitas posset, eoque modo se coniugi congruẽter aptaret. Quid enim

enim absurdũ? immò quid nõ cõuenienter futurorũ prænuntiationi accõmodatum, si Propheta Dei aliquid carnale luserit, vt eũ caperet affectus vxoris? cum ipsum Verbum Dei caro factum sit, vt habitaret in nobis.

[a] Totum caput. *è lib. 22. cont. Faust. c. 46.*

De puteis, quos fodit Isaac. Cap. XXII.

POst [a] hęc refert scriptura verbum, q. Isaac, postquàm benedixit eũ Dñs, & magnificatus est valdè, aggressus est opus, & cœpit fodere puteos, quos foderãt pueri patris eius Abrahæ. Sed inuidẽtes ei Palęsthini, obstruxerunt eos, implentes humo.) Quis est iste Isaac? nisi Saluator noster, qui cum descendisset [b] in istũ torrẽtẽ Gerara, primò omniũ illos puteos fodere vult, quos foderãt pueri patris eius: id est, Moyses puteũ legis foderat. Dauid, Salomon, & Prophetæ, qui libros scripserunt veteris Testamẽti, quos tamen terrena & sordida repleuerat intelligentia Iudæorum. [c] Hos cum vellet purgare Isaac, id est, Dñs noster & Saluator, vt ostenderet, quia quæcumq. Lex & Prophetæ dixerunt, de se dixerũt: rixati sunt cum eo Philistijm, id est, Iudæi à regno Dei alieni, sed discedit ab eis. Non enim potest esse cum eis, qui in puteis aquam habere nolũt, sed terram. Et dicit eis: ecce relinquetur domus vestra vobis deserta. Fodit ergo Isaac nouũ puteũ, immò pueri Isaac fodiunt. Pueri Isaac sunt Matthæus, Marcus, Lucas, Iohãnes. Petrus, Iacobus, Iudas, & Apostolus Paulus. Qui omnes noui Testamenti puteum foderũt, & inuenerũt aquã viuam, quæ sit fons aquę salientis in vitam æternam. Sed pro his ad huc altercantur illi, qui terrena sapiunt, nec noua condi patiuntur, nec vetera purgari: Euangelicis puteis contradicũt, & Apostolicis aduersantur, & quoniã in omnibus cõtradicũt, in omnibus litigãt, dicit ad eos: Quoniã indignos vos feciſtis gratia Dei, ex hoc iam ad gẽtes ibimus. Posthæc fodit tertium puteũ Isaac, appellauitq. nomen loci illius Latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos Dñs, & fecit crescere super terrã: verè enim dilatatus est Isaac, & impleuit omnẽ terram scientia Trinitatis, & in toto orbe latitudinem Ecclesia collocauit. Prius tantùm in Iudæa erat notus Deus, & in Israel nominabatur: nunc autem in omnem terrã exiit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum. Exeũtes enim pueri Isaac per vniuersum orbẽ terrę, foderũt puteos, & aquã viuã omnibus ostenderunt, baptizantes omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Sed quid est, quod puteos, quos aperuit Abrahã, Isaac sic vocauit eos, sicut pater eius? nisi quia Moyses apud nos etiã Moyses appellatur, & propheta vnusquisq. suo nomine appellatur, nec mutãtur, quasi eorundem vocabula puteorũ: nõ enim Christus in eis nomina, sed intelligentiã commutauit. Hæc mysticè. Moraliter aũt [d] Isaac apud alienigenã gẽtẽ puteos fodisse describitur, quo videlicet exẽplo discimus, vt in hac peregrinationis ærũna positi, cogitationũ nostrarũ profũda penetremus. Et quousq. nobis veræ intelligẽtiæ aqua respõdeat, nequaquã nostrę inquisitionis manus ab [e] exhaurięda cordis terra torpescat. Quos tñ puteos allophyli id est, immũdi spiritus insidiãtes replẽt, quia nimirũ immundi spiritus cum nos [f] studiosius cor fodere conspiciunt, molestas nobis tentationum cogitationes [g] ingerunt.

[a] Omnia *vsq; ad* cõmutauit. *Ex hom. 13. Orig. in Gen.*

[b] In istum torrẽtem Gerara. In istam terrã Gerar. *imp.* in istam vallem Gerara *Ruffinus.*

[c] Hos cum vellet. Quam cum vellet. *Ruffinus, vt ad intelligentiam referatur.*

[d] Isaac apud alienig. *vsq; ad* ingerunt. *Verba sunt Greg. 31. Moral. c. 13.*

[e] Ab exhaurienda cordis terra. *Ita Greg.* ad exhaurienda cordis interna. *Val. Comp. & apud Euch.* cordis terrena, *imp.*

[f] Studiosius cor fodere. *Ita apud Greg. al.* cõfodere *& pro* molestas *Val.* congestas.

[g] Cogitationes ingerunt. *Ita Greg.* immergunt *libro & apud Euch.*

De Esau, et Iacob. Cap. XXIII.

IGitur Isaac, dum rogaret Dñm, vt pareret vxor eius, quæ sterelis erat, concessit Dñs quæ postulabar. Illidebãturque gemini in vtero eius inclusi angustia. Quæ dũ angere tur, interrogauit Dñm, accepitq. respõsum: Duæ gẽtes in vtero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo diuidẽtur, populusq. populũ superabit, & maior seruiet minori,) Quòd figuraliter factũ, etiã ipsis Iudæis nõ credẽtibus notũ est, qualiter populus Ecclesiæ synagogæ populũ superauit, & quomodo plebs Iudæorũ tẽpore maior, seruit minori populo Christianorum. Siquidem & in singulis nobis hoc dici potest, quod duæ gentes & duo populi sunt intra nos, vitiorum scilicet, atque virtutum: sed iste minor est, ille maior. Semper enim plures sunt mali, quàm boni, & vitia numerosiora virtutibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt. Sed tamen & in nobis gratiâ Dei populus populum superat, & maior seruit minori. Seruit enim caro spiritui, & vitia virtutibus cedunt: procedit autem Esau primus rufus, & totus tanquam pillis hirsutus. Deinde exijt frater eius Iacob, & manus eius implexa erat calcaneo Esau. Sed cur ille totus rufus & hispidus, nisi quia prior populus Prophetarum, & Christi fuit cruore pollutus: ac peccati & nequitiæ squallore extitit circundatus. Cuius ideò minor calcaneum tenuit: quia mysticè maiorem populum minor superaturus esset. Nam quòd iste Esau primogenita sua propter escam fratri suo eidem iuniori venũdedit, ac postmodũ paterna benedictione sibi promissa priuatus est: significat eundem Israeliticum populum, qui, vt Exodi indicat liber, primogenitus filius nuncupatus est: qui propter præsentis seculi lucra non solum primatus sui honorem amisit, verumetiã & regni cælestis præmium præparatum adipisci nõ meruit, Dño quodammodo eidẽ exprobrãte, cum dicit: auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. [a] Primogenita autem ipsa vestis erat sacerdotalis, quam maiores natu cum benedictione patris induti victimas Deo velut Põtifices, offerebant. Hoc dono terreni amoris desiderio caruerunt Iudæi cum gloria regni futuri. Iam sequitur deinde ipsa benedictio in Iacob. Quæ tamen quid figuraliter indicauerit, Hippolyti martyris verba, sicut ea excellentissimæ scientiæ ac doctrinæ [b] Hieronymus replicauit, in hoc loco ponẽda sunt. Isaac, inquit, portat imaginẽ Dei patris, Rebecca Spiritus sancti, Esau populi prioris & Diaboli, Iacob Ecclesię siue Christi. Senuisse Isaac, cosummationẽ orbis ostẽdit: oculis caligasse, fidẽ perijsse de mundo & religionis lumen ante eum neglectum esse significat. Quòd filius maior vocatur, acceptio legis est Iudæorũ. Quòd escas eius atq. captură diligit pater, homines sunt ab errore saluati, quos per doctrinam iustus quisque venatur. Sermo Dei benedictionis est repromissio, & spes regni futuri: in quo cum Christo sancti regnaturi sũt, & verũ Sabbathũ celebraturi. Rebecca plena Spiritu sancto, & sciẽs quod audisset, antequam pareret, quia maior seruiet minori: magis autem forma Spiritus sancti, quæ futura nouerat in Christo, in Iacob ante meditatur. Loquitur ad filium minorẽ: vade ad gregem, & accipe mihi inde duos hœdos: præfigurans carneum Saluatoris aduentum: in quo eos vel maximè liberaret, qui peccatis tenebantur obnoxij. Siquidẽ in omnibus scripturis hœdi pro peccatoribus accipiuntur. Quòd autem duos iubetur afferre, duorum populorum significatur assumptio. Quòd teneros & bonos, dociles & innocẽtes animos significat. Stola Esau, fides & scripturæ sunt Hebræorũ, quæ illis primo datæ sunt, & postmodum Gentilium indutus est populus. Pelles autem, quæ eius brachijs circũdatæ sunt, peccata vtriusque plebis, quæ Christus in extensione manuũ cruci secũ affixit. Quòd Isaac quærit ab Iacob, cur tam citò venerit, admiratur celerem credentium fidem. Quòd cibi delectabiles offeruntur, hostia placẽs Deo salus est peccatorũ. Quòd post esum sequitur benedictio, & eius odore perfruitur, virtutẽ resurrectionis & regni aperta voce pronũciat. Taliter enim benedicitur: [c] Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Odore nominis Christi, sicut ager mundus impletur, cuius est benedictio de rore cæli: hoc est, de verborũ pluuia diuinorum. Et de pinguedine terræ: hoc est, de congregatione populorũ. [d] Multitudinẽ frumenti & vini: hoc est, multitudo, quam [e] colligit frumentũ & vinũ in sacramento corporis & sanguinis sui. Illi seruiunt populi ex omnibus gentibus ad eum cõuersi. Ipsum adorãt tribus: id est, populi ex circũcisione credentes. Ipse est Dñs fratrum suorũ, quia plebi dominatur Iudæorũ. Ipsũ adorant filij [f] matris eius, quia & ipse secũdum carnẽ ex ea natus est. Ipsum qui maledixerit, maledictus est: & qui benedixerit benedictionibus replebitur. Christus, inquam, noster [g] ex ore populi Patrẽ ignorãtis benedicitur, id est, veraciter dicitur. Sed alius à Iudæis benedici putatur, qui ab eis errãtibus expectatur. Ecce, benedictionem promissam [h] repetẽte maiore, expauit Isaac, & aliũ se pro alio benedixisse cognoscit: nec tamen indignatur reuelato sibi sacramẽto, sed cõfirmat benedictionẽ in filio, dicẽs: Benedixi eũ, & benedictus est. Hæc est benedictio prima Isaac, quæ data est minori populo Christianorũ, sed neq. [i] tũ maiorẽ filiũ constat penitus fuisse despectum, quia cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus erit. Cuius tamen secundæ benedictionis prophetatio hæc est: In pinguedine terræ & in rore cæli desuper erit benedictio tua: & in pinguedine terræ, id est,

id est, in fœcunditate rerum & potentia regni, quæ in illo populo fuit: & in rore cæli erit benedictio tua, id est, in eloquijs Dei. Ipsis enim primũ credita sunt eloquia Dei, & legis testamenta. Viues gladio, id est, quia sanguini populus iste deditus necem in Christo vel prophetis exercuit. Et fratri tuo seruies, minori vtique scilicet populo Christiano. Tempusque veniet quando excutias & soluas iugum de ceruicibus tuis, dum per cognitionem fidei ad gratiã Christi conuersus, deposueris onus legis, quando iam non [k] seruus populi minoris, sed per fidem frater vocaberis. Igitur Esau post benedictionem Patris inuidiæ stimulis concitatus, necem fratri suo Iacob fraudulẽter excogitat. Hoc nimirum & Iudaicus populus in Christo præmeditatus, non solũm Domino patibulo crucis tradidit, verumetiã credentes in illo vsque ad effusionem sanguinis persecutus est. Iacob autẽ dolos fugiens fratris, relicta domo, patria, vel parentibus, vadit in regionem longinquam, vt acciperet sibi vxorem. Non aliter Christus relictis parentibus secundum carnem, id est, populo Israel, & patria, id est, Ierosolyma & omnibus regionibus Iudeæ, abijt in gentes accipiens sibi inde Ecclesiã, vt impleretur quod dictum est: Vocabo plebem meam, non plebem meam, & nõ dilectam plebem, dilectã. Et erit in loco vbi dictũ est: Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui.

[a] Primogenita autem ipsa vestis erat sacerdotalis, *ex Hieronymi hebraicis traditionib. in hunc locum.*
[b] Hieronymus replicauit, *epist. 125. q. 3.* explicauit, *apud Bedam.*
[c] Ecce odor, *vsque ad*, saluus erit, *verba sunt August. 16. de ciuit. c. 37. nonnullis tamen immutatis.*
[d] Multitudinẽ frumenti, πλῆθος σίτου καὶ οἴνου LXX. abundantiam, *dixit Vulg. sed mirum apud Ambrosium, lib. de Iacob*, abundantiam, *legi cum* multitudinem, *apud Augustinum legamus. Nam ead. tralatione videntur ambo vsi.*
[e] Quã colligit, *ita Aug. & imp.* quæ colligit *m. s. o. mendose, colligitur enim multitudo communione Eucharistiæ. Omnes enim vnum sumus, qui de vno pane, & vno calice participamus.*
[f] Filij matris eius, *ex Vulg.* patris, *August. ex Septuaginta.*
[g] Ex ore populi Patrem ignorantis, *ex impress. & Augustin.* ex ore Patris, *m. s.*
[h] Repetente maiore, *ex August. & impress.* petente, *m. s.*
[i] Sed neque maiorem, *vsque ad*, saluus erit, *verba sunt Hieronymi, ibid.*
[k] Seruus populi minoris, *al.* seruies populo minori.

De scala, quã in visione vidit Iacob.

CAP. XXIIII.

PErgens autem Iacob in Mesopotamiam, venit in locum, vbi nunc Bethlehẽ vocatur, & posuit sub capite suo lapidẽ magnũ. Et dormiens vidit scalam subnixam, innitẽtem cælo, & Angelos Dei ascendentes & descendentes. Hoc viso, euigilauit, vnxitq. lapidẽ, dicẽs: Verè hic domus Dei est, & porta cæli. Et his dictis discessit [a] somnus.) Somnus iste Iacob, mors siue passio Christi est. Lapis ad caput eius, qui nominatim quodãmodo dictus est, etiam vnctus Christum significat: caput enim viri Christus est. Quis enim nescit Christum ab vnctione appellari: domus autem Dei, quia ibi natus est Christus in Bethlehem. Porta vero cæli quia ibi in terrã descendit: inde iterũ ad cælum ascendit. Erectio autem lapidis, resurrectio Christi est. Porrò scala, Christus est, qui dixit: Ego sum via. Per hãc ascẽdunt & descendũt Angeli, in quibus significati sunt Euãgelistę, & prædicatores Christi. Ascẽdentes vtiq. cum ad intelligendã eius supereminentissimã diuinitatem excedũt vniuersam creaturam, vt eum inueniãt in principio verbum, Deũ apud Deum, per quem facta sunt omnia. Descendentes autem, vt eum inueniant factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. In illa enim scala à terra vsque in cælum, à carne vsq. ad spiritum, carnales proficiendo, velut ascendẽdo spirituales fiũt: ad quos lacte nutriẽdos, etiam ipsi spirituales descendunt quodammodo, cum eis non possunt loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Ipse est sursum in capite suo: ipse deorsum in corpore suo, quod est Ecclesia. Ipsum ergo scalam intelligimus, quia ipse dixit: Ego sum via. Ad ipsum ergo ascenditur, vt in excelsis intelligatur. Et ad ipsum descenditur, vt in mẽbris suis paruulus nutriatur. Et per illum se erigunt, vt eum sublimiter spectẽt. Per ipsum etiam se humiliant, vt eum sublimiter ac tẽperanter adnuntient. Post hãc visionem inde Iacob iter faciens vidit oues & pastores, & puteum aquæ viuæ, & lapidem magnum superpositum puteo. Figuraliter per oues iustorum populi significabantur: sicut illud quod dictum est in Euangelio: Statuit oues ad dexteram. Pastores verò Prophetæ sunt, qui vsque ad aduentum Dñi Spiritu Sancto

mundati, Israel populum doctrinę prædica- A
tione gubernabant. Lapis puteo superpositus figuram Domini præferebat. Puteus gratiam Spiritus Sancti præfigurabat per prædicationem Christi vęturam ad Ecclesiam ex gentibus, quæ obtecta erant, nõdum adueniente & homine facto Christo.

[a] Somnus iste Iacob, *vsque ad*, temperanter annuntient. *Hæc ex lib. 12. contra Faust. c. 26. vel serm. 79. de tempore, nam ead. vtrubique.*

De Lia, & Rachel, & duab. famulabus. CAP. XXV. B

IGitur Iacob pergens Mesopotamiam, accepit vxores duas, filias Laban fratris Rebeccæ. Hoc est, primò Liam, secundo Rachel. Inde sibi accepit Lię ancillam nomine Zelpham, & ancillã Rachel Balam. Ex quibus quattuor genuit duodecim filios, & vnam filiam. De Lia scilicet genuit Ruben, Simeon, Leui, Iudam, Issachar, Zabulon. De Rachel autem Ioseph & Beniamin. De Bala ancilla Rachel, Dan, & Nephthalim. De Zelpha ancilla Liæ, Gad & Aser. Hi sunt duodecim filij Israel. Nunc [a] autem quid rerum figurauerint quattuor vxores Iacob: quarum duæ liberæ, & duæ ancillæ fue- C
runt, rimemur. Videmus enim Apostolum in libera & ancilla, quas habebat Abraham, duo testamenta intelligere: sed ibi in vna & in vna faciliùs apparet quod dicitur. Hic autem duæ sunt & duæ. Deinde etiam ibi ancillæ filius exhæredatur: hîc verò ancillarum filij simul cum filijs liberarum terram promissionis accipiũt. Vnde hîc proculdubio aliquid aliud significatur: quanquam enim duæ liberæ vxores Iacob ad nouum Testamentum, quo in libertatem vocati sumus, existimentur pertinere: non tamẽ frustra duæ sunt, nisi quia duæ vitæ nobis in D
Christi corpore prædicantur. Vna temporalis, in qua laboramus: alia æterna, in qua delectationem Dei contemplamur. Lia nãque interpretatur laborans, Rachel autem, visum principium siue verbum. Actio ergo huius vitæ, in qua viuimus ex fide, laboriosa est in operibus, & incerta quo exitu perueniat ad vtilitatem eorum, quibus consulere volumus. Ipsa est Lia prior vxor Iacob: ac per hoc & infirmis oculis fuisse commemoratur. Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Spes verò æternæ cõtemplationis Dei habens certam intelligentiã veritatis, ipsa est Rachel. Vnde etiam dicitur: Bona facie, & pulchra specie. Hanc enim amat omnis piè studiosus, & propter hanc seruit gratiæ Dei. Qua peccata nostra, & si fuerint sicut phœnicium, tanquam nix, dealbabuntur. Laban quippe interpretatur dealbatio: cui seruiuit Iacob propter Rachel: neque enim se quisque cõuertit [b] sub gratia remissionis peccatorum seruire iustitię, nisi vt quietè viuat in verbo: ex quo videtur principium, quod est Deus. Ergo propter Rachel, non propter Liam seruitur. Nam quis tandem amauerit in operibus iustitiæ laborem actionum atq. passionum? quis eam vitam propter seipsam expetiuerit, sicut nec Iacob Liam: Sed tamen sibi nocte suppositam in vsum generandi amplexus, fœcunditatem eius expertus est. Dominus enim eam, quia per se ipsam diligi non poterat, primò, vt ad Rachel perueniretur, tolerari fecit. Deinde propter filios cõmendauit. Ita vero vnusquisq. vtilis Dei seruus sub dealbationis peccatorum suorum gratia constitutus, quid aliud [c] amans in cõuersatione sua meditatur, nisi doctrinam sapientiæ? Quam plerique se percepturos putant, statim vt se in septem præceptis legis exercuerunt: quæ sunt de dilectione proximi, ne cuiquam noceatur: id est, Honora patrem tuum, & matrem tuam; Non mœchaberis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces vxorem proximi tui, Non concupisces rem proximi tui. Quibus obseruatis postea quã homini pro concupita delectatione doctrinæ, per tentationes varias, quasi per huius [d] seculi noctem, tolerantia laboris adhæserit, velut pro Rachel [e] Liæ inopinatæ coniungitur. Et hãc sustinet, vt ad illam perueniat, si perseueranter amat. Acceptis aliis septem præceptis, ac si dicatur: Serui alios septẽ annos propter Rachel, vt sit pauper spiritu, mitis, lugens, esuriens sitiensq; iustitiam, misericors, [f] mundicors, pacificus. Vellet enim homo, si fieri posset, sine vlla tolerantia laboris, quæ in agendo, patiendoq; amplectenda est, statim ad pulchræ contemplationis delicias peruenire. Sed hoc non potest in terra morientium. Hoc enim videtur significare quod dictum est ad Iacob: Non est moris in hoc loco, vt minor nubat prius quàm maior. Quia non absurdè maior appellatur, quæ tempore prior est. Prior est autem

autẽ in hominis eruditione labor boni operis, quàm requies cõtemplationis. § Ad vnũ ergo tendendum, sed propter hoc multaferenda sunt. Itaq. duæ sunt vxores Iacob liberæ: ambæ quippe sunt filiæ remissionis peccatorum: hoc est dealbationis, quod est Labã. Verũtamen vna amatur, altera toleratur. Sed quæ toleratur prius ipsa, & vberius fœcundatur, vt si non propter seipsam, certe propter filios diligatur. Labores enim iustorum maximum fructum habent in eis, quos regno Dei generant, inter multas tentationes & tribulationes prædicando Euan- B
gelium, & eos propter quos sunt in laboribus abundantiùs, in plagis supra modum, in mortibus sæpius, propter quos habent foris pugnas, intus timores, gaudium & coronam suam vocant. Nascuntur autem eis faciliùs atque copiosiùs ex illo sermone fidei, quo prædicant Christum crucifixum. Rachel autem clara aspectu mente excedit Deo, & videt in principio verbum Deum apud Deum, & vult parere & non potest: quia generationẽ eius quis enarrabit? Ideoque contemplandi otia appetit, vt diuinitatem ineffabilem cernat. Vacare vult ab om- C
ni negotio, & ideo sterilis: quia in varijs pressuris non subuenit: sed quia & ipsa interdum procreãdi charitate inardescit: vult enim docere quod nouit. Videt sororem laborare agendi atque patiendi [h] filijs abundãtem, & dolet potius currere homines ad eã [i] virtutem, qua eorum necessitatibus consulant, quàm ad illam vnde diuinum aliquid discitur. Hic dolor figuratus videtur in eo, quod scriptum est: & zelauit Rachel sororẽ suam: proinde quia purus intellectus spiritualis substantiæ verbis carne editis exprimi non potest. Eligit doctrina sapientiæ per quaslibet corporeas similitudines, [k] vtcun- D
que cogitanda insinuare diuina: sicut eligit Rachel ex viro suo, & ancilla [l] suscipere filios, quàm sine filijs omnino manere. Bala quippe ancilla Rachel interpretatur inuetera: De veteri quippe vita carnalibus sensibus dedita corporeæ cõcitantur imagines, etiam cum aliquid de spirituali & incõmutabili substantia diuinitatis auditur. Suscipit & Lia de ancilla sua filios amore habendi numerosiorem prolem accensa. Inuenimus autem Zelpham eius ancillam interpretari, Os hians: quapropter hæc ancilla eos figurat, quorum in prædicatione fidei Euangelicæ os hiat, & cor nõ hiat. De quibus scriptũ est: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Et de quibus Apostolus ait: Qui prædicas non furandum, furaris. Verumtamen vt etiam per hanc conditionem libera illa vxor Iacob laborans filios hæredes regni suscipiat, ideò Dominus dicit: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Vnde Apostolus: siue, inquit, occasione, siue veritate Christus annuntietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo: tanquam & ancilla pariente, de prole numerosiore lętatur. [m] Est vero quidã Liæ fœtus ex beneficio Rachel editus, cùm virum suum secum debita nocte cubiturũ, acceptis à filio Liæ mandragoricis malis, cũ sorore cubare permisit. Quid enim de mãdragora dicendũ est? Proinde rem comperi pulchram & suaue olentem, sapore autem insipido. Et ideo in illo mãdragorico pomo figurari intelligam famam bonam popularem. Vnde dicit Apostolus: Oportet etiam testimonium habere bonum ab eis, qui foris sunt. Qui licet parum sapiant, reddunt tamen plerunq. labori eorum per quos sibi consulitur, & splendorem laudis, & odorem C
bonæ opinionis. Nec ad istam gloriam popularem primi perueniunt eorum, qui sunt in Ecclesia, nisi quicunq. in actionũ periculis & labore versantur. Propterea Liæ filius mala mandragorica inuenit exiens in agrũ, hoc est honestè ambulans ad eos, qui foris sunt. Doctrina vero illa sapiẽtiæ, quæ à vulgi strepitu remotissima, in contemplatione veritatis dulci delectatione defigitur, hanc popularem gloriam quantulamcunque non adsequeretur, nisi per eos, qui in medijs turbis agendo ac [n] suadendo populis præsunt; non vt præsint, sed vt prosint: quia dum isti actuosi & negotiosi homines, per quos multitudinis administratur vtilitas, & quorũ auctoritas populis chara est, testimonium perhibent, etiam remotiori vitæ propter studium conquirendæ & contemplandæ veritatis otiosæ, quodammodo mala mandragorica per Liam peruenit ad Rachel: ad ipsam vero Liam per filium primogenitum: id est, per honorem fœcunditatis eius, in qua est omnis fructus laboriosæ, atq. inter incerta tentationum periclitantis actionis. Quam plerique bono ingenio prædicti, studioque flagrantes, quamuis idonei regendis populis esse possint: vitant tamen propter turbulẽtas occupationes, & in doctrinæ otium toto pectore tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam in ſpecioſæ Rachel [o] feruntur ample A xum. Sed quia bonum eſt, vt etiam hæc vita latiùs innoteſcens popularem gloriam mereatur: iniuſtum eſt autem, vt eam cõſequatur, ſi amatorem ſuum adminiſtrandis Eccleſiaſticis curis aptum & idoneum in otio detinet, nec gubernationi communis vtilitatis impertit: propterea Lia ſorori ſuę dicit: Parum eſt tibi, quòd virum meum accepiſti, inſuper & mandragoras filij mei vis accipere? Per vnum virum ſignificans eos omnes, qui cum ſint agendi virtute habiles, & digni, quibus regimen Eccleſiæ committatur ad diſpenſandum fidei ſacramẽtum: B illi accenſi ſtudio doctrinæ, atq. indagandæ & contemplandæ ſapientiæ, ſe ab omnibus actionum moleſtijs remouere, atq. in otio diſcendi atq. docendi volunt conſidere. Ita ergo dictum eſt: Parum eſt tibi, quod accepiſti virum meum, inſuper & mandragoras filij mei vis accipere? ac ſi diceretur: Parum eſt, quòd homines ad laborem rerum gerẽdarum neceſſarios in otio detinet vita ſtudioſorum, inſuper & popularem gloriam requirit. Proinde, vt iuſtè eam comparet, impertit Rachel virum ſoreri ſuæ illa nocte, vt ſcilicet qui virtute laborioſa regimini populorum accommodati ſunt, etiam ſi ſcientiæ vacare delegerint, ſuſcipiant experien- C tiam tentationum curarumq. ſarcinam pro vtilitate communi, ne ipſa doctrina ſapientiæ, cui vacare ſtatuerant, blaſphemetur, neque adipiſcatur ab imperitioribus populis exiſtimationem bonam, quod illa poma ſignificant: & quod neceſſarium eſt ad exhortationem diſcentium. Sed planè, vt hãc curam ſuſcipiant, vi coguntur, ſatis & hoc ſignificatum eſt, quòd cum veniret de agro Iacob, occurrit ei Lia, eumque detinens ait: Ad me intrabis, conduxi enim te pro mandragoris filij mei. Tanquam diceret: Doctrinæ, quam diligis, vis cõferre bonam opinio- D nem? noli [p] defugere officioſum laborem. Hæc in Eccleſia geri quiſquis aduerterit, cernit, & experimur in exemplis quod intelligimus in libris. Quis non videat hoc geri toto orbe terrarum? venire homines ab operibus ſeculi, & ire in otium cognoſcendæ & contemplandæ veritatis, tanquam in amplexum Rachel, & excipi de tranſuerſo Eccleſiaſtica neceſsitate, atq. ordinari in laborẽ, tanquam Lia dicente: ad me intrabis? Quibus caſtè myſterium Dei diſpẽſãtibus, vt in nocte huius ſeculi [q] filios generent ſidei, laudatur [r] à populis etiam illa vita, cuius amore conuerſi, ſpem ſeculi reliquerũt, & ex cuius profeſsione [s] ad miniſterium regendæ plebis aſſumpti ſunt. Id enim agunt in omnibus laboribus ſuis, vt illa profeſsio, [t] quo ſe conuerterant (quia tales rectores populis dedit) latiùs & clariùs glorificetur, tanquam Iacob non recuſante nocte Liæ, vt Rachel pomis ſuaue olentibus, & clarè nitentibus potiatur. Quæ aliquãdo & ipſa, præſtante miſericordia Dei, per ſe ipſam parit: vix tandem quidem, quia perrarum eſt, vt, In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbum: & quid- quid de hac re piè ſapienterq. dicitur, ſine phantaſmate carnalis cogitationis, & ſalubriter vel ex parte capiatur. Alio quoq. ſenſu Liam & Rachel Victorinus Martyr, & cæteri in ſimilitudine Eccleſiæ, vel Synagogæ interpretati ſunt. Liam enim maiorem natu Synagogæ tenuiſſe exiſtimant typum, quia prior, Dei genuit populum. Et quidem & oculis legitur grauida, quia lex per Moyſen data, cooperta eſt atq. ſignata. Rachel autẽ iunior & pulchra, prius ſterilis, & poſtmodum fœcunda, ſimilitudo eſt Eccleſiæ. Iunior, quia tempore poſterior. Pulchra, quia corpore & ſpiritu ſancta. Oculi eius decori, quia Euangelium proſpicere meruerunt. Quæ etiã tamdiu ſterilis fuit, quouſq. Synagoga populum generabat. Cur autem Iacob pro Rachel ſeruiuit, & ſupponitur ei Lia maior? niſi quia Dominus, vt Eccleſiam aſſumeret, prius ſibi Synagogam coniũxit? Seruitus itaq. ipſius Iacob ſeptem annorum pro duabus vxoribus, huius vitæ præſentis tempus ſignificat, quæ per ſeptem dies volui- tur, in qua Dominus formam ſeruꝰ accepit, factus obediens paternæ voluntati vſq. ad mortẽ. Ille enim pro ouibus ſeruit, & Dominus noſter ait: Non venit filius hominis miniſtrari, ſed miniſtrare. Ille oues pauit, & Dominus in Euãgelio dicit: Ego ſum paſtor bonus. Ille mercedis lucro varium ſibi pecus abſtulit: Chriſtus diuerſarum gentium varietatem ſibimet congregauit. Ille tres virgas amputatis corticibus in-alueis aquarum oppoſuit, vt earum contemplatione multiplicarentur eius oues. Et Dominus noſter in aqua baptiſmatis triũ perſonarum nomina Patris, & Filij, & Spiritus Sancti populo fideli propoſuit, vt quiſque hoc pleno corde perſpexerit efficiatur ouis Dei.

[a] Nunc

[a] Nunc autem quid rer. figurauerint, *omnia vſque ad Victorini interpretationem, ſunt Aug. lib. 22. cont. Fauſt. à cap. 51. vſq. ad 58.*

[b] Neq. enim ſe quiſque conuertit, *ita Aug.* ſubmittit, *Val.*

[c] Aliud amans in conuerſatione, *ita lib. 0.* in conuerſione, *Aug.*

[d] Seculi noctem: noctes, *Aug.*

[e] Lia inopinata, *Auguſt.* Liæ inopinatæ, *apud Eucher. & m ſ.*

[f] Miſericors, & mundicors, *ita Auguſt. eleganter, al.* mundicordis.

[g] Ad vnum ergo tendendum, ſed propter hoc multa fer. *ſ. ex Aug.* ad vnum ergo tenendum multa *f. f. apud Eucher.*

[h] Atque patiendi, *ex Aug.*

[i] Ad eam virtutem, *ex Aug. al.* vitam.

[k] Vtcunq. cogitandi, *ex Auguſt. & Euch. abſunt hæ duæ voces. à m. ſ. o.* B

[l] Suſcipere filios: liberos, *Aug.*

[m] Eſt vero quidã Liæ fœtus, *ex Aug.* affectus, *m ſ.*

[n] Agendo ac ſuadendo, *ac*, ſudando, *Euch.*

[o] Feruntur amplexum, *ita Aug.* fruuntur ample- xib. *Val. Eucher.*

[p] Defugere officioſum laborem, *ex Aug. & imp.* fugere officij laborem, *m. ſ. non ita eleganter.*

[q] Filios generent fidei, *Auguſt. & imp.* filios generent Dei, *m. ſ.*

[r] A populis, *Aug.* ab Apoſtolis, *m. ſ.*

[s] Ad miniſterium regendæ plebis: ad miſericordiam, *Aug. & imp.*

[t] Quo ſe conuert. *Auguſt. al.* qua ſe. C

De fuga Iacob, & Rachel, quæ furata eſt deos patris ſui.

CAP. XXVI.

POſt longam igitur ſeruitutem, quam Iacob apud ſocerum ſuum pro vxoribus, velut mercede, ſuſtinuit, præcepit ei Dominus, vt reuerteretur in patriam ſuam. Tunc ignorante ſocero, cũ vxoribus, & comitatu properauit. Laban autem conſecutus eſt eũ D in mõtem Galaad cum furore, atque idola, quæ Rachel furata erat, apud eum requiſiuit, nec reperit. Quid igitur ſibi hoc ipſum figuraliter velit, inſpiciendum eſt. Dum Laban ſuperius aliam gerat perſonam: nunc tamen Diaboli typum figurat. [a] Labã quippe interpretatur dealbatio. Dealbatio autem Diabolus non inconuenienter accipitur, qui cũ ſit ex merito tenebroſus, transfigurat ſe in Angelum lucis. Huic ſeruiuit Iacob, id eſt, ex parte reproborum Iudaicus populus, ex cuius carne incarnatus Dominus venit. Poteſt etiã per Labã mundus hic exprimi, qui cum furore Iacob perſequitur, quia electos quoſq. qui Redemptoris noſtri A membra ſunt, perſequendo opprimere conatur. Huius filiam, id eſt, ſeu mũdi, ſeu Diaboli Iacob abſtulit, cum ſibi Chriſtus Eccleſiam ex gentilitate coniunxit: quam & de domo patris abſtrahit: quia ei per prophetã dicit? Obliuiſcere populum tuum & domũ patris tui. Quid vero in idolis, niſi auaritia deſignatur? vnde & per Paulum dicitur: & auaritia, quæ eſt idolorum ſeruitus. Laban ergo veniens apud Iacob, idola nõ inuenit: quia oſtenſis mundi theſauris Diabolus in redemptore noſtro veſtigia concupiſcentiæ terrenę non reperit. Sed quæ Iacob non habuit, ea Rachel ſedendo cooperuit. Per Rachel quippe, quæ ouis dicitur, Eccleſia figuratur. Sedere autem humilitatem pœnitentiæ appetere, ſicut ſcriptum eſt: Surgite poſtquam ſederitis. Rachel ergo ſedendo idola cooperuit: quia ſancta Eccleſia Chriſtum ſequens vitia terrenæ concupiſcẽtiæ per humilitatem pœnitentię cooperuit. De hac coopertione vitiorum per Prophetam dicitur. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Nos igitur Rachel illa ſignauit, qui idola ſedendo premimus, ſi culpas auaritiæ pœnitendo damnamus. Quæ vtiq. auaritiæ immunditia, non illos, qui viriliter currunt, impedit, quibus dicitur: Viriliter agite & confortetur cor veſtrum. Sed his maximè euenit, qui, quaſi effœminato greſſu gradiẽtes, per blandimenta ſeculi reſoluuntur. Vnde & illic eiuſdem Rachelis hæc verba ſunt: Iuxta conſuetudinem fœminarum nũc accidit mihi: id eſt, quaſi muliebria ſe habere innotuit. Laban autem poſtquam perſecutus eſſet Iacob, & inueniſſet eum, & locuti eſſent inter ſe inientes fœdus, tulit Iacob lapidem, & erexit illum in titulum, dixitq. fratribus ſuis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, quem vocauit Laban, tumulum teſtis: & Iacob, aceruum teſtimonij. Inter fideles enim tam Iudæos, quàm gentes, teſtis eſt lapis eminens in ſimilitudinem Chriſti, & aceruus lapidum, qui eſt multitudo credentium.

[a] Laban quippe, *vſque ad*, accidit mihi. *Verba ſunt Greg. lib. 30. Moral. c. 16.*

De lucta Iacob cum Angelo.

CAP. XXVII.

HIs tranſactis, Iacob mittit nuntios ad Eſau fratrem ſuum, mittit & munera.

Poſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Post hæc,transductis omnibus suis per torrentem,ipse remansit solus. Et [a] ecce vir luctabatur cum illo, prævaluitque ei Iacob, nec dimisit eum.donec benedictionẽ extorqueret, sacrumque Israel nomẽ acciperet.In quo principaliter sacramenti Dominici imago præfigurata est.Vir enim ille typum Christi euidentissimè gesserat.Cui tamen ideò prævaluit Iacob vtiq. volenti, vt mysterium figuraret passionis Christi, vbi visus est Iacob in Iudæorum typo,hoc est,in corporis sui subole prævaluisse Deo, & quasi cum infirmo,ita cum carne eius luctamẽ inire & inualescere in passione eius, sicut scriptum est,cum dicerent,Crucifige, Crucifige. Et tamen Iacob benedictionem ab eodem Angelo,quem victor superauerat, impetrauit. Cuius nominis impositio, vtiq. benedictio fuit. Interpretatur autem Israel,Videns Deum, quod erit in fine præmium sanctorum. Tetigit porrò illi idem Angelus latitudinem femoris, & claudum reddidit. Sicq. erat vnus & idẽ Iacob & benedictus & claudus. Benedictus,in his,qui in Christum ex eodem populo crediderũt, atq. in infidelibus claudus. Nam femoris eius neruus vel latitudo,generis multitudo est. Plures quippe sunt in stirpe,qui degenerantes à fide patrum, & à præceptis auctoris sui deuiãtes,in erroris sui semitis claudicant. De quibus propheticè dictum est. Et claudicauerunt à semitis suis.Qui tamen populus post [b] subtractis sibi virib. non solum claudicat,sed & torpescit, ne vltra iam generare filios possit. Deniq. quod adiecit idem Patriarcha vidisse se Deum facie ad faciem, cum superius virum secum narrat fuisse luctatum: id significat quidem,quod idem Deus homo erat futurus,qui cum Iacob populo luctaretur.

[a] Et ecce vir luctabatur cum illo, *vsq. ad*, claudicauerunt -à semitis suis, *ex 16.de ciuit.cap.39.Vid.itẽ Serm.80.de tempore.*

[b] Subtract.sib. virib. *ex Pal. al.* tactis sibi neruis.

De Dina,& partu Rachel,& incestu Ruben. CAP. XXVIII.

POst hæc Sichem filius Hemor Dinam filiam Iacob violauit. Qui post concubitũ eius familiæ Israel voluerat sociari. Quem Simeon & Leui fratres, virginitatis sororiæ vindices dolo cum omni populo eius interfecerunt. [a] Sed quid sibi velit quod scriptũ est:Egressa est Dina,vt videret mulieres regionis illius?Quam cum vidisset Sichem,filius Hemor,princeps terræ illius,adamauit, & rapuit,dormiuitq. cum illa,vi opprimens virginem ,& conglutinata est anima eius cum ea,tristemq. blanditijs deliniuit.Dina quippe,vt mulieres videat extraneæ regionis,egreditur, quando vnaquæq. mens sua studia negligens, actiones alienas curans, extra habitum atque extra ordinem proprium euagatur. Quam Sichem princeps terræ opprimit:quia videlicet inuentam in curis exterioribus Diabolus corrumpit. Et adglutinata est anima eius cum ea : quia vnità sibi per iniquitatem respicit: & quia cum mẽs à culpa resipiscit,[b] humiliatur,atque admissum flere conatur:corruptor autem spes ac securitates vacuas ante oculos vocat,quatenus vtilitatem tristitiæ subtrahat:rectè illic adiungitur,tristemq. blanditijs deliniuit. Modò enim facta aliorũ grauiora; modò nihil esse,quod perpetratũ est, modò misericordem Deum loquitur, modo adhuc tempus subsequens ad pœnitentiam pollicetur. Vt dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ suspendatur,quatenus tũc nulla bona percipiat, quam nũc mala nulla contristant: & tunc pleniùs obruatur supplicijs, quæ nunc gaudet etiam in delictis. Dehinc loquitur Deus ad Iacob, vt habitaret in Bethel. Ibi Rachel cum pareret Beniamin, mortua est. Sed quid sibi vult,quod cum eundem Beniamin Rachel pareret , vocauit nomẽ eius, Filius doloris mei,nisi futurum prophetans ex eius tribu Paulũ, qui affligeret filios Ecclesiæ persecutionis suæ tẽpore? Aliter per Bẽiamin terrestris figurabatur Ierusalẽ,quę est in tribu eiusdem Beniamin,cuius populus graui matrem dolore affecit, effundendo sanguinem prophetarum.Insuper etiam in necem Christi impijs acclamando vocibus,sanguis eius super nos, & super filios nostros.Interea Ruben concupiscentia motus libidinis, in concubinam patris sui præceps efferbuit: quod incestus crimen non scriberetur, nisi futura peruersitas Israelitici populi prænuntiaretur.Quanquam & in illo,qui hoc commisit,consideretur esse flagitium:in scripturis tamen prophetia est futurorum. Namq. per Ruben primogenitũ populus primogenitus Israel ex circuncisione significatur, qui torum concubinæ polluit, id est,legem veteris Testamenti præ-

[a] Sed quid sibi velit, *vsque ad*, gaudet etiã in delictis.*Verba sunt Gregor.Pastor.part.3.admonitione 30.*

[b] Humiliatur *Greg.*ad se ducitur,*f.addicitur:sic enim alibi loquitur,vt ostendamus ad c.19.exposit.Deuteron.*

præuaricãdo commaculauit. Quòd autem in concubina lex veteris Testamenti ponatur, Paulus Apostolus docuit,dicens: Abraham duos filiós habuit:vnum de ancilla, & vnum de libera. Hæc autem sunt duo Testamenta. In quo Agar,quæ concubina fuit, in veteris Testamenti ponitur typo. Vna est enim perfecta columba genitrici suæ, quæ virgo casta, regina,sponsa regi Ecclesiæ per Euangelium iungitur Christo.

De Iuda,quando dormiuit cum nuru sua. CAP. XXIX.

IAm [a] deinde Iudæ factum consideremus, qui cum sua nuru concubuit,quid significauerit futurum. In Thamar ergo nuru Iudæ intelligitur plebs Iudæa. Cui de tribu Iuda reges tanquam mariti adhibebantur, merito nomen eius amaritudo interpretatur.Ipsa enim Domino fellis poculum dedit. Duo enim genera principum, qui non rectè operabantur in plebe:vnum eorum,qui oberant, alterum eorum qui nihil proderant, significabantur in duobus filijs Iudæ:quorum vnus erat [b] sæuus ante Deũ: alter in terram fundebat semen , ne semen daret ad fœcundandam Thamar. Nec sunt amplius,quàm duo genera hominum inutilia generi humano: vnum nocentium, alterum præstare nolentium.Et, si quid boni habent in hac terrena vita perdentium,tãquam in terra fundentium. Quia in malo prior est qui nocet , quàm ille qui non prodest ,ideo maior dicitur malignus:ille autem sequens , qui fundebat in terram.Nomen quoque maioris, qui vocabatur Her, interpretatur pellicius,qualibus tunicis indúti sunt primi homines in pœnam damnationis suæ dimisi ex paradiso. Sequentis autem nomen,qui vocabatur Onan interpretatur mœror eorũ.Quorum nisi quibus nihil prodest , cum habeat vnde prodesse possit, atque id perdat in terra? Magnificat pellis,[c] quàm non adiutæ,quod significat mœror eorum: Deus tamen ambos occidisse dictus est. Vbi figuratur regnum talibus hominibus abstulisse. Tertius verò filius Iudæ, quod illi mulieri non iungitur, significat tempus ex quo Reges plebis Iudæorum cœperunt de tribu Iuda non fieri. Ideo erat quidem filius Iudæ: sed cum Thamar maritum non accipiebat: quia erat eadem tribus Iuda : sed iam in populo nemo inde regnabat. Vnde & nomen eius Sela, interpretatur dimissio eius.Non pertinent sanè ad hanc significationem viri sancti & iusti: qui licet illo tempore fuerint, ad nouum tamen pertinent Testamentum , cui prophetando scienter vtiles fuerunt: qualis Dauid fuit eo sane tempore,quo iam Iudæa cœperat reges ex tribu Iuda non habere. Non est computandus Herodes maior in regibus eius,tanquam maritus Thamar. Erat enim alienigena,nec ei sacramento illo mysticæ vnctionis, tanquam coniugali fœdere cohærebat:sed tanquam extraneus dominabatur: quam potestatem à Romanis & à Cæsare acceperat, & sic eius filij tetrarchæ, quorum erat vnus Herodes patris nomine appellatus: qui cũ Pilato in passione Dñi cõcordauit Isti ergo alienigenę vsq. adeo non deputabãtur in regno illo mystico Iudæorum,vt ipsi Iudæi publicè clamarent frendentes aduersus Christum: Nos non habemus regẽ nisi Cæsarem.Neq. hoc verum,nisi illa vniuersali dominatione.Romanorum. Quippe etiã Cæsar Rex erat nõ propriè Iudæorum: sed vt Christũ negarẽt, [d] & vt huic adularentur,ideo se tali voce damnarunt.Illo enim tempore, quo iam de tribu Iuda regnum defecerat, [e] veniendũ erat Christo vero Saluatori Domino nostro, qui non obesset multùmque prodesset.Sic enim fuerat prophetatum Non deficiet princeps ex Iuda neq. dux de femoribus eius,donec veniat [f] cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Iam isto tempore omne quoque magisteriũ Iudæorum , & mystica, vnde Christi vocabantur, vnctio ipsa defecerat,secundum prophetiam Danielis. Tunc venit cui repositum, qui est expectatio gentiũ, & vnctus est sanctus sanctorum oleo exultationis præ participibus suis. Natus est enim Herodis maioris tempore. Passus est autem Herodis g minoris tetrarchæ. Huius itaq. venientis ad oues,quæ perierant domus Israel, figurã gessit iste Iudas,cum iret ad tõdendas oues suas in Thãna, quod interpretat deficiẽs Iã enim defecerat princeps ex Iuda, & omne magisteriũ atq. vnctio Iudæorũ, vt veniret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui repositum erat. Venit autem cum suo A pastore Odollamite, cui nomen Hiras. Et intepretatur Odollamites testimonium in aqua. Cum hoc plane testimonio Dominus venit, habens quidem testimonium maius Iohanne. Sed tamē propter oues infirmas hoc testimonio est vsus in aqua. Nā & ipse Hiras, quod nomē illius pastoris fuit, interpretatur fratris mei visio. Vidit omnino fratrem suum Iohannes. Fratrem secūdum semen Abrahæ, secundum cognationem Mariæ matris eius, & Elisabeth matris suæ, eundemq. Dūm & Deum suum. Quia sicut ipse ait: ex plenitudine eius accepit. B Vidit omnino, & ideo in natis mulierū maior illo non surrexit. Quia ex omnibus prænuntiantibus Christū ipse vidit, quod multi iusti & prophetæ cupierunt videre, & nō viderunt. Salutauit ex vtero, agnouit perfectius ex columba: & ideo tanquā Odollamites verè testimoniū perhibuit in aqua. Venit autem Dūs ad oues tondendas, hoc est, exonerandas sarcinis peccatorū: ex quibus Ecclesiæ laudatę in Cāticis canticorū dentes essent, velut grex detonsarum. Iā deinde Thamar habitum mutat, nam & cōmutans interpretatur. Thamar mutat habitū, mutat & nomē, & fit de Synagoga Ecclesia. Sed vt in ea nomen prorsus amaritudinis maneat. C Non illius amaritudinis in qua Domino fel ministrauit: sed illius, in qua Petrus amarè fleuit: nā & Iuda, Latinè confessio est. Confessioni ergò amaritudo misceatur, vt vera pœnitentia præsignetur. Hac pœnitētia fœcundatur Ecclesia in omnibus gentibus constituta. Oportebat enim Christū pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem. Nam & ipse habitus meretricis cōfessio peccatorū est. Typum quippe Ecclesiæ gerit Thamar ex gentibus euocatæ, sedens cum hoc habitu ad [h] portam Henam, vel Henaim, quod interpretatur fontes. Cucurrit enim, velut ceruus ad fontes aquarū, peruenire ad semē Abrahæ. Illic à nō agnoscente fœtatur: quia de illa prædictum est: Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. Accepit in occulto annulum, monile & virgam, quia vocatione signatur, iustificatione decoratur, glorificatione exaltatur. Quos enim prædestinauit, illos & vocauit: quos autem vocauit, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit.

Sed hæc, vt dixi, adhuc in occulto, vbi fit & cōceptio sanctæ vbertatis. Mittitur autem promissus hœdus, tāquā meretrici. Hœdus, exprobatio peccati. Per eundem Odollamitem, tanquā increpantem & dicentē: Generatio viperarum. Sed non eā inuenit peccati exprobratio, quā mutauit confessionis amaritudo. Post verò [i] iā publicatis signis annuli, monilis, & virgæ vicit temerè iudicantes Iudæos: quorum iam personā Iudas ipse gestabat. Qui hodieq. dicunt, non hunc populum esse Christi, nec habere nos semē Abrahæ, sed prolatis certissimis documentis nostræ vocationis, iustificationis & glorificationis, sine dubio cōfundentur: & nos magis, quàm sc, iustificatos esse fatebuntur. Pignora enim refert habere secum Ecclesia. Accusatur enim à Iudæis, quasi adultratrix legis: sed ostēdit virgam, signum passionis, & monile legis legitimę, & annulum, pignus immortalitatis. Quod autem scriptura inducit parientem Thamar, & duos in vtero geminos habentem: quorum scilicet primus, qui dicitur Zara, misit manum suā, & obstetrix ligauit coccinū: & dehinc illo manū intrinsecus retrahēte, posterior, qui Phares vocatur, porrexit manū & nascē do præcessit: figuraliter congruit [k], quòd ostenderit Israel in legis opera manū suam, & eā prophetarum & ipsius Saluatoris pollutam cruore contraxerit. Postea verò proruperit populus gentium: scilicet vt futuri essent nouissimi, qui erant primi: & primi futuri essent, qui erant nouissimi.

a Iam dehinc, *vsque ad*, fatebuntur. *Verba sunt Aug. lib. 22. contra Faust. à cap. 83. vsque ad 87.*

b Sæuus ante Deum: nequam. *Vulg. nequiquā LXX.* malignus vel sæuus *apud Bedā.* malignus & sæuus ante Dominum. *Aug. Hebraicè.* 37.

c Quàm non adiutæ, *ex Aug. & impress.* quàm non habitæ, *m.s.*

d Et huic adularentur, *ex Aug. & m.s.* & hunc adorarent, *apud Bedam.*

e Veniendum erat Christo vero Saluatori Dño nostro, *ex Aug. & impress.* Veniendum erat ad Christum verum Saluatorem Dominum nostrum, *m.s.*

f Cui repositum erat, *retinuimus verba LXX. quæ vtitur Aug. & inferius bis repetuntur, quod non aduertit qui Vulg. ed. verba substituit.*

g Herodis minoris: Herodis tetrarchæ, *Aug. & impress.*

h Ad portam Henā vel Henaim. *Reliquerunt LXX. vocem Hebræam* Henaim, *quæ oculos vel fontes significat. Pro qua Vulg.* in biuio *reddidit. Vid. Hier. trad. Heb. in cap. 38. Gen.*

i Post vero iam publicatis: iam publicis, *Aug.*

k Quòd ostēderit *ita m.s.* Quod extēderit, *apud Bed.*

De historia Ioseph.

CAP. XXX.

DEhinc [a] historia sequitur Ioseph, qui vēditus à fratribus, in Ægyptū perductus, atque ibidem sublimatus est. Ioseph vnus ex duodecim filijs Iacob, quem pater præ cæteris filijs dilexit, Christum Dominum figurauit. Quem Deus Pater secundum carnem natum cæteris fratribus ex Abraham stirpe genitis prætulit. Vnde & ibi dicitur: Amabat eum Iacob, eo quod in senectute genuisset eum. Senescenti enim mundo illucescens Dei filius per Mariæ virginis partum serus aduenit, tanquam filius senectutis, secundum sacramentum susceptī corporis, qui erat ante per substantiam deitatis semper cum patre. Tunica autem polymita, quam fecit ei pater, varietatem populorum ex omnibus gentibus in corpore Christi congregatam significauit. [b] Somnium verò illud, per quod fratrum manipuli adorauerūt manipulum eius, illud est, quod in Christo completum est: Adorabūt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei. Scilicet per fidem fructum bonorum operum offerentes. Ipse est, quem Sol & Luna, & stellæ adorant: de quo Sole dictum est. Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes stellæ. Ipsum enim excellentia sanctorum in Solis nomine, & Ecclesiæ claritas sub imagine Lunæ, & omnium numerositas populorum in figura stellarū adorant. Vnde pater suus increpauit eum, dicens: Nunquid ego & mater tua & fratres tui adorabimus te? [c] Obiurgatio ista patentis duritiem populi Israel significat: pro eo quod ex se natum Christum esse cognoscunt, adorare contemnunt. Iacob [d] mittit Ioseph filium suum, vt de fratribus sollicitudinem gereret. Et Deus pater misit filium suum vnigenitum, vt genus humanum peccatis languidum visitaret. Mittitur vtique ab illo patre de quo scriptum est: misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, vt videret si rectè agerentur oues. Et Dominus inquit in Euangelio: non veni nisi ad oues perditas domus Israel. [e] Inuenit ergo Ioseph fratres suos in Dothain. Dothain interpretatur defectio, verè in grādi defectione erant, qui de fratricidio cogitabant: cumque vidissent Ioseph fratres sui procul, occidere eum cogitauerunt.

A Et Iudæi videtes verum Ioseph, Dominum Iesum Christum, vt eum crucifigerent vno omnes consilio statuerunt, dicentes: crucifige eū, fera pessima deuorauit eū, id est, Iudaica plebs interfecit eū: de qua Dominus in Euangelio dicit: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. [f] Nudauerunt Ioseph fratres sui tunica polymita, & talari: & Iudæi Christū per mortem crucis expoliauerunt tunica corporali. [g] Polymitā autem id est, decoratam omniū virtutum diuersitate. Resperserunt autem tunicā hœdi sanguine: quia falsis eū testimonijs accusantes, in inuidiam deduxere populi omniū peccata donantem. [h] Mittitur dehinc in cisternā: id est in lacum: & Christus expoliatus, carne humana descendit in infernū. De cisterna quoq. leuatus ille Ismahelitis: id est, gentibus venditur: & Christus postquam de inferno egreditur, ab omnibus gentibus fidei commercio comparatur. Ille per Iudæ consilium triginta argenteis distrahitur, & hic Christus per consilium Iudæ Iscariotis eodem numero venundatus est. [i] Dehinc Iacob posteritatis suæ deplorans dispendia, quasi pater, filium lugebat amissum: quasi propheta flebat interitum Iudæorum. Deniq. scidit vestimentum suum, quod in passione Domini legimus factum à principe sacerdotum. Sed & velum templi scissum est, vt propheta & nudatum populū suum, & diuisum ostenderet regnum. Igitur Ioseph descendit in Ægyptum: & Christus in mundum. Emit eum Eunuchus, id est, castus in disciplinis Euangelicis populus Christianus. Erat autem Ioseph pulchra facie: ita & de Christo Dauid ait: Speciosus forma præ filijs hominum diffusa est gratia in labijs tuis. Sed mulier, inquit, in eum oculos iniecit, vt adulterium cum illa perpetraret. Ista mulier figura erat Synagogæ, quæ sæpe, sicut scriptum est, mœchata est post Deos alienos, similiter volebat, & Christum in adulterij sui scelere retinere, vt negaret se esse Deum, & Pharisæorum magis & Scribarum, quàm legis, præcepta seruaret, quæ illi velut maritus erat. Christus autem non acquiescens illicitæ doctrinæ, id est adulterinæ Synagogæ, manu veste corporis apprehensus, carne se exuit, & liber mortis in cælum ascendit. Calumniata est meretrix, vbi eum non potuit tenere, dicens, quòd templum Domini blasphemaret, & legis

Universidad de Deusto
Biblioteca

diceretur transgressor. Sed illum non car- A
cer terruit, non inferna tenuerunt, cum
etiam vbi velut puniendus descenderat,
inde alios liberauit. Deniq́ue inuenit Io-
seph duos Eunuchos de domo regis in
carcere vinctos, duorum populorum cre-
dentium vel incredulorum figuram gestã-
tes: qui concluſi sub peccato Adæ, trans-
gressione obnoxij tenebantur. Qui ideo
dicuntur Eunuchi, quia castam acceper-
rant regulam disciplinæ. Eloquia, inquit,
Domini casta. Deniq́ue post trinam lu-
cem Domino ab inferis resurgente, &
legis obscura, vt Ioseph, somnia reuelan- B
te, solutus est à peccatis credentium po-
pulus, & inferni carcere liberatus reddi-
tur ministerio diuinæ legis. Incredulus
autem & impius populus Iudæorum, quia
in conuersionis ligno non credidit, trans-
gressionis ligno suspenditur, vt illi alte-
ri Eunucho contigit, qui Iudæorum ima-
ginem indicauit. Præterea narrat Pha-
rao somnium, intepretatur Ioseph. Sed
quid significant septem anni, qui in se-
ptem spicis plenis, seu qui in septem vac-
cis pinguibus ostendebantur? nisi se-
ptem charismatum spiritualium dona, qui-
bus vbertas fidei larga pietate redundat?
At contra septem steriles & ieiuni fa- C
mem veritatis & iustitiæ nouissimis tem-
poribus significabant. Congregauit au-
tem Ioseph per septem annos omnem
frugum abundantiam, id est, frumenta
fidei sanctorum horreis condens, per il-
la scilicet charismata septem, quasi per
septem annos, vt cum septem anni ino-
piæ cœperint, id est cum iniquitas occur-
rerit septem capitalium criminum sub
Antichristo, quando fames fidei fuerit Sa-
luatoris, tunc sancti pariter & fideles ha-
beant copiosam iustitiæ frugem, ne fides
eorum inopia sermonis adtenuata defi- D
ciat. Inde Ioseph, qui typum Christi in-
duerat, currum meruit, & præco clama-
uit ante eum, & constituit illum Pharao
super vniuersam terram Ægypti. Et Do-
minus noster, postquam est distractus à Iu-
da, vt Ioseph à fratribus, & de inferorum
carcere surrexit, ascendit currum regni cæ-
lestis: de quo dictum est: Currus Dei de-
cem millibus. Et accepit potestatem à pa-
tre prædicandi & iudicandi: sicut Paulus
Apostolus ait: & dedit ei nomen quod est
super omne nomen, vt in nomine Iesu
omne genu flectatur cælestium, terrestriũ,
& infernorum. Accepit quoque & annu-
lum, pontificatum scilicet fidei, quo cre-
dentium animæ salutis signo signantur,
frontibusq́. & cordibus nostris per signum
crucis figura æterni regis exprimitur. In-
duiturque stola byssina, id est, carnem san-
ctam byssо splendidiorem, & stola immor-
talitatis, accepit quoque torquem au-
ream, id est, bonum intellectum. Præ-
co antè eum præcedit, id est Iohannes
Baptista, qui iter eius præcedens, præco-
nabat dicens: Parate viam Domino. Ha-
bebit & alium præconem Eliam, qui eius
futurum prænuntiabit aduentum, siue tu-
bam Angeli: quia ipse dixit: veniet in tu-
ba Angeli. Vocatur quippe Ioseph lin-
gua Ægyptiaca, Saluator mundi. Quid ma
nifestius de Christo, quando sub figura Io
seph Saluator ostenditur? nõ tantum vnius
terræ Ægypti, sed etiam totius mundi. Tri-
ginta annorum erat Ioseph, quando in con-
spectu regis Pharaonis stetit. Totidemque
annis legitur fuisse Christus, quando sub ty
po Pharaonis in cõspectu Herodis apparuit
reuelatus. Accepit ergo ex gentibus vxorẽ,
id est Ecclesiam: ex qua genuit duos filios:
id est, duos populos ex Iudæis & gentibus
congregatos. Igitur post vbertatis annos, in
vniuerso orbe fames prœualuit. Meritò, quia
non erat, qui faceret bonitatem. Post [k] hæc
Ioseph penuria frumenti saluat Ægyptum:
& Christus à fame verbi Dei liberat mun-
dum, aperuit enim horrea sua Christus in
omni orbe terrarum, & erogatione frumen
ti sui omnia subiugauit. Nisi enim Ioseph
fratres vendidissent, defecerat Ægyptus.
Nisi Christum Iudæi crucifixissent, perierat
mũdus. Ioseph interpretatur augmentatio,
siue ampliatio. Sed in illo Ioseph ampliatio-
nem nõ habuit, nisi sola Ægyptus: in nostro
verò Ioseph augmentum habere meruit
vniuersus mundus. Ille erogauit triticum:
noster erogauit Dei verbum. Et in omnem
terram exijt sonus eorum. Dixit [l] Iacob filijs
suis: est frumentum in Ægypto. Dicit Deus
Pater. Ex Ægypto vocaui filium meum.
Descendunt igitur decem prouectiores fra
tres: id est Iudæi, quasi sub Decalogo legis,
& numero constituti: quos ipse cognoscens,
non est agnitus ab eis. Cognoscuntur &
Hebræi à Christo: ipsi autem non cogno-
scunt eum. Dederunt illi quidem pecu-
niam: Sed Ioseph, id est Christus, triticum
dedit,

dedit, & argentum reddidit: quia non pe- A
cunia emitur Christus, sed gratia. [m] Vidit
Ioseph Beniamin fratrem suum paruulum:
mysticè quoque vidit Iesus Paulum, quan-
do circunfulsit eum lux. Paruulus dicitur,
quia nondum maturam in carne fidei æta-
tem gerebat. Vnde etiam & adolescens le-
gitur fuisse, quando lapidantium Stephanũ
vestimenta seruabat. Fleuit Ioseph: & cæci-
tas Pauli, fletus est Christi. Lauat faciem
suam, vt amissum & lumen restituat, Lauit
faciem suam Christus, vbi baptizatus est
Paulus: per quem Dominus Iesus à plu- B
rimis videretur. Dehinc scyphus argenteus
soli sacculo iunioris inseritur. [n] Sed quid
sibi vult quòd inuentus est in sacco Benia-
min scyphus Ioseph? nisi quia in corpore
Pauli iam doctrinæ cælestis præfulgebat
eloquium, dum esset eruditus in lege? Sed
quia subiectus non erat diuinæ gratiæ, intra
saccum erat scyphus, doctrina intra legem,
lucerna intra modium. Missus tamen Ana-
niæ manum posuit, marsupium soluit. Mar-
supio soluto argentum resplenduit, & deci-
dentibus squammis, velut quibusdam sac-
ci vinculis, soluto sacco, id est, depositо legis C
velamine, adeptus est gratiæ libertatem,
& reuelata facie, sermones Euangelij præ-
dicauit. Dati sunt ei triginta argentei cum
quinque stolis optimis. Triginta argen-
teos à Christo accipit quicunq́ue prædi-
cat Trinitatem, siue Christi crucem. Ideo-
que Paulus ait: Neque enim iudicaui sci-
re me aliquid inter vos, nisi Iesum Chri-
stum, & hunc crucifixum. [o] Quinque au-
tem stolas accepit, id est, sapientiæ om-
niumq́ue sensuum multiplicem in lege di-
sciplinam. Præcellit igitur Paulus: eius
exuberat portio meritorum: sed tamen
habent & fratres, id est, alij prædicato- D
res gratiam suam. Binas stolas, id est,
vt confiteantur Christum & Deum esse,
& hominem, iuxta quod in Prouerbijs
legitur: Omnes domestici eius vestiti sunt
duplicibus, id est, mystica vel morali in-
telligentia. Mittuntur & Patri munera.
Filius honorat patrem: Christus populum
suum inuitat promissis, inuitat muneri-
bus. Portant hæc munera asini: illi gen-
tiles inutiles & laborioſi ante; nunc au-
tem vtiles: portant in typo Christi mu-
nera, portaturi in Euangelio munerum
largitorem. Dimisit Ioseph fratres suos,
qui nuntiauerunt patri, dicentes: Ioseph
uiuit, & ipse Dominus est in omni terra
Ægypti. Expauit autem Iacob, id est,
plebs incredula: sed postquam gesta Chri-
sti agnouerit, reuiuiscit spiritus eius, &
qui mortuus videbatur, fide resurrectio-
nis Christi viuificatur. [p] Vocatur ergo à
filijs suis: id est, à Petro, & Paulo, & Io-
hanne populus Iudæorum inuitatur ad
gratiam. Occurrit illi Iudas, quod inter-
pretatum est, confessio: quia præcedit
iam confessio, quos antea perfidia posси-
debat: & sic Ioseph verus Christus occur-
rit, qui senescentem iam suscipiat vltimis
temporibus populum Iudæorum, non se-
cundum illius merita, sed secundum ele-
ctionem suæ gratiæ. Et imponit manum
suam super oculos eius, & cæcitatem au-
fert. Cuius ideo [q] distulit sanitatem, vt po-
stremus crederet, qui ante non putauit
esse credendum in Christo, & prærogati-
uam superioris amitteret. Vnde & Apo-
stolus ait: Quia cæcitas ex parte in Israel
facta est, donec plenitudo gentium intra-
ret, & sic omnis Israel saluus fieret. Tra-
didit post hæc Ioseph parentibus & fratri-
bus optimam terram Gessen, præbens eis
cibaria: quia fames oppresserat terram.
Sic & Dominus eligens optimam terram
parentibus, id est, Patriarchis & Prophe-
tis, ex quibus Christus secundum carnem
est genitus, siue omnibus sanctis, de qui-
bus in Euangelio dicit: Hi sunt fratres
mei, qui faciunt voluntatem patris. His
igitur dat terram scilicet repromissionis re-
gni Dei, de qua dicit Propheta: Credo vi-
dere bona Domini in terra viuentium.

a *Vide Aug. serm. 81. de temp.*
b Somnium vero, *vsque ad*, adorabimus te, *verba sunt Aug. ibid.*
c Obiurgato, *vsque ad*, contemnunt, *verba sunt Ambros. c. 2. de Ioseph.*
d Iacob mittit, *vsque ad*, visitaret, *August. ibid.*
e Inuenit ergo Ioseph, *vsque ad*, statuerunt *eiusd.*
f Nudauerunt, *vsque ad*, tunica corporali, *eiusd.*
g Polymitam, *vsque ad*, virtutum diuersitate. *Ambros. c. 3.*
h Mittitur dehinc in cistern. *vsque ad.* venundatus est. *August. ibid.*
i Dehinc Iacob, *vsque ad*, ostenderet regnum. *Ambros. c. 3.*
k Post hæc Ioseph, *vsq. ad*, sonus eorum. *Aug. ibid.*
l Dixit Iacob, *vsque ad*, filium meum, *Ambr. c. 8.*
m Vidit Ioseph, *vsque ad*, à plurimis videretur. *Ambros. c. 10.*
n Sed quid sibi vult, *vsq. ad*, prædicauit. *Ambr. c. 11.*
o Quinque autem stolas, *vsque ad*, viuificatur. *Ambros. c. 12.*

p Vocatur ergo, *vsque ad*, saluus fieret, *Ambros. c.14.*
q Distulit sanitatem, *ex Ambros. al.* distulit cæcitatem, *eod. sensu.*

De benedictionibus Patriarcharum.
CAP. XXXI.

DEhinc[a] Ioseph festinans accipere benedictionem patris, duos filios obtulit Manassem, & Ephraim, in quibus sicut factum est in Esau & Iacob dicēte Domino, maior seruiet minori, ita & in istis duobus filijs Ioseph. Nā maior Manasses, qui interpretatur obliuio, typum gessit Iudæorum, qui obliti sunt Deum suum, qui fecit eos. Minor autem Christianorum, qui fœcunditatem sonat, quod est proprium populi iunioris, qui corpus est Christi, qui fœcundatus est in latitudine mundi. Hos quidem cum benedicere vellet Iacob, posuit Ioseph Ephraim ad sinistram, Manassen autem ad dexteram illius constituit. At ille cancellatis manibus crucis mysterium præfigurans, translata in minorem dextera, maiori sinistram figuraliter superposuit. Sicque crucis similitudo super capita eorum denotata Iudæis scandalum, Christianis futuram gloriam præsignauit. Senioremque per crucis mysterium sinistrum factum de dextro, & iuniorem dextrū de sinistro, quia, Iudæis in nostra deserta labentibus, nos illorum gloriam adepti sumus. Talique sacramento maiori populo Iudæorum præpositus est minor populus gentium. Vnde & idem Patriarcha ait: Hic quidem erit in populū, sed hic exaltabitur.

His completis, vocauit Iacob filios suos, vt benediceret eos mystico ordine, loquēs verò tanquam futurorum præscius. Dixitque eis quæ nouissimis temporibus futura erant, incipiens ita: (Ruben primogenitus meus.)[b] Secundum mysticam intelligentiā Ruben prioris populi videtur ferre personā. Cui etiam Dominus per Prophetam dicit: Israel primogenitus meus. [c] Etenim iuxta quod primogenitis debebatur, ipsius erat accipere sacerdotium atq. regnū. Additur: (Tu virtus mea) vtiq. quia ex ipso populo fundamentum fidei: ex ipso virtus Dei, qui est Christus, aduenit, ([d] principium doloris mei.)[e] Quomodo autem ipse sit principium dolorū, nisi dū Deo Patri semper irrogat iniuriā, dum cōuertit ad eum dorsum, & non faciem: (iste prior in donis,) quia primis ipsis data sunt eloquia Dei: primis ipsis legislatio, & testamentū siue promissio: (iste maior in imperio) vtiq. pro magnitudine virium: quia copiosiùs cæteris in hoc seculo populus idem regnauit. (Effusus es autē sicut aqua) peccādo in Christū, quasi aqua, quę vasculo nō tenetur, voluptatis effusus est impetu. Et idcirco addidit (vltra nō crescas.) Quia populo ipse postquā in vniuerso orbe dispersus est, valde imminutus atq. abbreuiatus est. Sed quare talia meruit, ita subiecit. (Quia ascendisti cubile patris tui.) Nō[f] sicut Iudæi intelligunt, hoc proinde dictū esse, eo quòd cū Bala cōcubina patris sui cōcubuerit. Prophetia enim futura prænuntiabat: non quæ fuerant gesta, ipso Patriarcha dicente: Annuntiem vobis, quæ vēturа sunt nouissimis diebus. Et ideo in præteritum non est referendum, quod ille futurum prædixit. Prædicebat enim Domini passionē, & primogenitę plebis audaciā: quia ascendit cubile Dei Patris sui, & maculauit stratū eius, quādo corpus Dominicum, in quo plenitudo diuinitatis requiescebat, raptum in cruce suspendit, & ferro commaculauit.

Post hæc conuertitur ad Simeon & Leui, dicēs: (Simeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia.)[g] Per Simeon & Leui scribæ & sacerdotes Iudaici populi intelliguntur. De Simeone enim scribæ erant Iudæorum. De tribu verò Leui principes sacerdotum. De quibus scriptū est. Quia cōsilium fecerunt, vt Iesum morti traderent. De quo consilio iste Patriarcha, qui iam mente Deum videbat, dicit: in consiliū eorum non veniat anima mea. Et reliqua.

Horrebat enim iā illo tēpore sanctus iste Patriarcha videre cōsilia tantorū scelerum, quæ in nouissimis tēporibus facturi erāt Iudęi. Sequitur: (Quia in furore suo occiderūt virum) id est Christum, iuxta quod Isaias ait: Væ animæ ipsorum: quia cogitationi ipsorum, cōsilium malum, aduersus se dicentes: Alligemus iustum quia inutilis est nobis, & in dolore suo suffoderunt murum, quando lancea confoderunt illum, spirituale & fortissimū propugnaculū, quod custodit Israel. (Maledictus furor eorū, quia pertinax) vtiq. ad tantum scelus perpetrandum, quādo furore accensi & ira, obtulerunt Christum Pontio Pilato, dicentes illi: Crucifige, crucifige. Etsi hunc dimittis non es amicus Cæsaris: (& indignatio eorum, quia dura) dum Barabam latronem dimittēdum peterent, & principē vitæ crucifigendū postularent. (Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel.) Hic duo nominantur, diuisi & dispersi: idcirco quia nōnulli ex ipsis Domino crediderunt, quidā in infidelitate permanserunt. Diuisi enim dicuntur ij, qui ab eis separantur, & veniunt ad fidem. Dispersi autem ij, quorum patria temploq. subuerso, per orbem terræ incredulum genus illorum spargitur.

Iuda te laudabūt fratres tui.) [h] Per hunc enim Iudam, verus confessor exprimitur Christus, qui ex eius tribu, secundum carnem est genitus. [i] (Ipsum laudant fratres sui) Apostoli scilicet, & omnes cohæredes eius, qui per adoptionem filij Deo Patri effecti sunt, & Christi fratres per gratiam, quorum ipse est Dominus per naturā. (Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum.) Iisdem enim manibus, atque eodem crucis trophæo & suos texit, & inimicos & aduersarias potestates curuauit, iuxta quod Pater promittit ei, dicens: sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. (Adorabunt te filij patris tui.) Quoniam multi ex filijs Iacob adorant eum per electionem gratiæ salui facti. (Catulus leonis Iuda.) Quoniam nascendo paruulus factus est, sicut scriptū est: Paruulus natus est nobis. (Ad prædam, fili mi, ascēdisti,[j] id est, ascendens in cruce, captiuos populos redemisti. Et quos ille leo contrarius inuaserat, tu moriens eripuisti. Deniq. rediens ab inferis ascendisti in altum, captiuam duxisti captiuitatem. (Requiescens accubuisti, vt leo.) [m] Manifestissimè in passione Christus recubuit, quando inclinato capite tradidit spiritum, [n] siue quando in sepulcro securus, velut quodam corporis somno, quieuit. [o] Sed quare vt leo, & velut catulus leonis? In somno enim suo leo fuit: quia non necessitate, sed potestate, hoc ipsum impleuit, iuxta quod & ipse dixerat: Potestatem habeo ponēdi animam meam, & nemo eam tollit à me, sed ego eam pono. Quod verò addidit, (& vt catulus leonis) inde enim mortuus, vnde & natus. [p] Physici autem de catulo leonis scribunt, quòd cum natus fuerit, tribus diebus & tribus noctibus dormit. Tunc deinde patris fremitu vel rugitu, veluti tremefactus cubilis locus, suscitare dicitur catulum dormientem. Quod valdè conuenienter de passionis morte aptatur in Christo, qui tribus diebus & tribus noctibus in cubili sepulcri iacens, somnum mortis impleuit. Bene ergo Christus, vt leo, requieuit, qui non solùm mortis acerbitatem non timuit, sed etiam in ipsa morte mortis imperium vicit. Bene idem iterùm vt catulus leonis, quia die tertio resurrexit. [q] Vnde & sic adiungitur de resurrectione eius: (Quis suscitabit eum?) hoc est, nullus hominū, nisi se ipse, iuxta quod idem de corpore suo dixit: soluite hoc templum, & in triduo suscitabo illud. (Non deficiet Princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniant, quæ reposita sunt ei, & ipse erit expectatio gētium.) Hic locus manifestissimè ad Iudam refertur: tandiu enim fuit ex semine eius apud Iudæos intemerata successio regni, donec Christus ad redemptionem mundi ex virgine nasceretur, [r] Probant hoc historiæ Iudæorum, quibus ostenditur primum alienigenam regem in gente Iudæorum fuisse Herodem, quo tempore Christus natus est. Quòd si putant Iudæi non venisse Christū, ergo de tribu Iuda vsque hodie Iudæorum permanet regnum. Itaque non defuit Rex de populo Iuda, donec veniret cui repositum est. Sed quia non solùm Iudæis profuit, qui mittendus erat, ideò sequitur: (Et ipse erit expectatio gentium, alligans ad vineā pullum suum.) Pullus suus ex gentibus, populus, cui adhuc nūquam fuerat legis onus impositum: hunc copulauit ad vineam Apostolorum, qui ex Iudæis sunt. Nam vinea Domini Sabaoth, domus est Israel. (Et ad vitem, ò fili mi, asinam suam:) ipse dixit: Ego sum vitis vera. Ad hanc vero vitem alligat asinam suam, cui superseder, Ecclesiam ex nationibus congregatam. Hanc itaque ad vitem corporis sui alligauit vinculo charitatis, & disciplinæ Euangelicæ nexu, vt de imitatione illius viuens, efficiatur hæres Dei, & cohæres Christi. Alij namq. hanc asinam synagogam interpretātur tardigradam scilicet, & graui ponderе legis oppressam. ([s] Lauabit in vino stolam suam,) siue carnem suam in sanguine passionis, siue sanctā Ecclesiam in illo vino, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. (Et in sanguine vuæ pallium suum.) Pallium gētes sunt, quas corpori suo coniunxit, sicut scriptum est: Viuo ego, dicit Dominus, nisi hos omnes induam, sicut vestimentū. [t] Nos quippe Christus in sanguine vuæ mundauit, quādo sicut botrus in ligno crucis pependit. Tunc enim ex latere eius sanguis & aqua profluxit: [u] Sed aqua nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

abluit, ſanguis redemit. (Pulchriores oculi eius vino.) [x]Oculi Chriſti, Apoſtoli & Euãgeliſtæ ſunt, qui ſcientiæ lumen vniuerſo corpori Eccleſiæ præſtant. Hi pulchriores vino probantur, quia doctrina eorum auſteritatem vini veteris exſuperat: id eſt, priſcæ legis traditionem. Euangelica enim præcepta longè clariora ſunt, quàm veteris Teſtamenti mandata. (Et dentes lacte candidiores:) Dentes, prædicatores ſancti ſunt, qui præcidunt ab erroribus homines, & eos, quaſi comminuẽdo, in Chriſti corpore transferunt. [y] Nomine autem lactis, doctrina legis ſignificatur, quæ carnalem populum, tanquam paruulos poculo lactis alebat: cuius quidem candidiores lacte effecti ſunt doctores Eccleſiæ, quia fortè & validũ cibũ verbi mandunt atque diſtribuunt. De quibus dicit Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos: perfectorũ autem eſt ſolidus cibus. Et bene candidiores lacte dentes eius dicit. Omnes enim, qui perfecti ſunt, & qui ſcripturarũ cibos explanãtes, ſubtilẽ & minutũ intellectũ, qui ſpiritualis cibus dicitur, Eccleſiæ corpori ſubminiſtrãt, candidi debent eſſe & puri, atq. ab omni macula liberi.

Zabulon [z] in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium.) Zabulõ, qui interpretatur habitaculũ fortitudinis, Eccleſiã ſignificat fortiſsimã ad omnẽ tolerãtiã paſsionis. Hæc in littore maris habitat, & in ſtatione nauiũ, vt credentibus ſit refugium, & periclitantibus demonſtret fidei portum. Hæc contra omnes turbines ſeculi immobili, & inconcuſſa firmitate ſolidata, ſpectat naufragium Iudæorum, & hæreticorum procellas, qui circunferuntur omni vento doctrinæ, quorũ etſi tunditur fluctibus, frãgit tamen ipſa fluctus, non frangitur, nec vllis hæreſum tempeſtatibus cedit, nec vlli vento ſchiſmatũ cõmota ſuccũbit. Pertendit autẽ vſq. ad Sidonẽ: hoc eſt, vſq. ad gẽtes peruenit.

[a] Legitur etiã in Euangelio, inde aſſumptos eſſe aliquos Apoſtolorum, & in ipſis locis Dñm ſæpe docuiſſe, ſicut ſcriptũ eſt: Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Iordanẽ Galilææ Gentiũ, populus, qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam.

Iſſachar aſinus fortis.) Iſſachar, quod interpretatur merces, refertur ad populum gentium, quem Dominus ſanguinis ſui pretio mercatus eſt. Hic Iſſachar aſinus fortis adſcribitur, quia prius Gentilis populus, quaſi brutum animal & luxurioſum erat, nullaq. ratione ſubſiſtens. Nunc vero fortis eſt, Redemptori Domino colla ſubijciens, & iugũ diſciplinæ Euangelicæ perferens. [b] Hic accubans inter terminos, vidit requiem quod eſſet bona, & terrã quod optima:) inter terminos namq. accubare, eſt præſtolato mũdi fine requieſcere, nihilq. de his, quæ nũc verſantur in medio quærere, ſed vltima deſiderare: & fortis aſinus requiẽ videt, & terrã optimã, cũ ſimplex gẽtilitas idcirco ſe adrobur boni operis erigit, quia ad æternæ vitæ patriã tendit. Vnde etiã & (ponet humerum ſuũ ad portãdũ:) quia dum ad promiſſam requiẽ peruenire deſiderat, cuncta mãdatorũ onera libẽter portat. Vnde & (factus eſt tributis ſeruiẽs,) hoc eſt, regi & Chriſto ſuo fidei dona, operumq. bonorũ munera offerens.

[c] Dan iudicabit populũ ſuũ, ſicut alia tribus in Iſrael. Fiat Dã coluber in via, & ceraſtes inſemita: &c.) Alij dicũt Antichriſtũ prædici per hæc verba de iſta tribu futurum. Alij de Iuda, à quo traditus eſt Chriſtus, hæc ſcripta prænuntiant, & equitem & equum, Dominum cum carne ſuſcepta deſignari volunt. Retrorſum autem cadere, vt in terram reuerteretur, vnde aſſumptus eſt. Sed quoniã die tertia reſurrexit, ideò ait: (Saluare tuũ expectabo Domine) ſicut & per Dauid dicit: Non relinques animam meam in inferno, hæc quidẽ ita exponunt. Alij vero hanc [d] De prophetiã ad Antichriſtũ transferũt. tribu enim Dan venirè Antichriſtũ ferunt, pro eo q; in hoc loco Dan, & coluber aſſeritur, & mordens, vnde & nõ immeritò, dum Iſraeliticus populus terram in caſtrorum partitione ſuſciperet, primus Dã ad Aquilonem caſtrametatus eſt: illum ſcilicet ſignificans, qui in corde ſuo dixerat: Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubiũ, ſimilis ero Altiſsimo. De quo per Prophetam dicitur: A Dan auditus eſt fremitus equorum eius, qui non ſolum coluber, ſed etiam ceraſtes vocatur. Cerata enim Græcè cornua dicuntur, ſerpenſque hic cornutus eſſe perhibetur, per quem dignè aduentus Antichriſti aſſeritur, quia contra vitam fidelium cum morſu peſtiferæ prædicationis armabitur, etiã cornibus poteſtatis. Quis autem neſciat ſemitã anguſtiorẽ eſſe, quàm viã? Fic ergo Dã coluber in via, quia in preſentis vitę latitudinem eos ambulare prouocat, quibus quaſi parcẽdo blanditur. Sed in via mordet, quia eos, quibus libertatẽ tribuit, erroris ſui veneno

veneno cõſumic. Fit iterũ ceraſtes in ſemita: quia quos fideles reperit, & ſe ſe ad præcepti cælestis anguſta itinera conſtringentes, nõ ſolũ nequitia callidæ perſuaſionis impetit, ſed etiam terrore poteſtatis premit. Et in perſecutionis languore poſt beneficia fictæ dulcedinis exercet cornua poteſtatis. Quo in loco equus hunc mũdũ ſignificat, qui per elationem ſuam in curſu labentium temporum ſpumat. Et quia Antichriſtus extrema mundi apprehẽdere nititur, ceraſtes iſte equi vngulã mordere perhibetur. Vngulam quippe equi mordere, eſt extrema ſeculi feriendo contingere, vt cadat aſcenſor eius retro. Aſcenſor equi eſt quiſquis extollitur in dignitatibus mundi: qui retro cadere dicitur, & non in faciem: ſicut Saulus cecidiſſe memoratur. In faciem enim cadere, eſt in hac vita ſuas vnumquemq. culpas agnoſcere, eaſq. pœnitendo deflere. Retro verò, quo non videtur cadere, eſt ex hac vita repentè decidere, & ad quæ ſupplicia ducatur, ignorare. Et quia Iudæa erroris ſui laqueis capta, pro Chriſto Antichriſtum expectat: benè Iacob eodem loco repentè in electorum voce conuerſus eſt, dicens: (Saluare tuum expectabo Domine,) id eſt, non ſicut infideles Antichriſtum, ſed eum, qui in redemptionem noſtram venturus eſt, verum credendo fideliter Chriſtum.

Gad accinctus præliabitur ante eum.) Iſte Gad accinctus perſonam Domini exprimit, qui in primo aduentu humilitatis ſuæ ante aduẽtum Antichriſti præliaturus occurrit. Accinctus gladio verbi ſui circa femur potentiſsimè, quo inimicos diuiſit: id eſt, filiũ à patre, filiam à matre, nurum à ſocru: iuxta quod legitur in Euangelio: Non veni pacẽ mittere in terram, ſed gladium. Quòd autem ait ipſe, accingetur retrorſum, claritas Domini noſtri in ſecundo regno eius oſtẽditur: quia cum venerit Antcihriſtus, idem occurret retrorſum, ideſt, poſt eius veſtigia, Chriſtus celeri aduentu progrediens, vt interficiat eum gladio oris ſui. Vnde & bene idẽ Gad latrunculus interpretatur, eò quòd poſterior: id eſt, ſecus pedes, quaſi latrunculus, rapido atq. improuiſo aduentu exſiliat, contra apertam Antichriſti oppugnationem. Hinc eſt, quod Euangeliſta proclamat, dicens: quia dies Domini ſicut fur, ita in nocte veniet. Chriſtus ergo & ante & retro prœliati contra Antichriſtũ ſcribitur. Ante eum namq. in occulto aduentu humilitatis dimicat. Poſt eũ, manifeſtus in gloria maieſtatis. [c] Demõſtrat apertè Moyſes prophetiã Patriarchæ huius ſpecialiter pertinere ad Chriſtum. Sic enim ait: (Benedictus, inquit, in latitudine Gad. Quaſi leo requieuit cœpitq. brachium & verticem, & vidit principatum ſuum.) Agnoſcant itaq. quis requieuerit ſicut leo, niſi Chriſtus in ſepulchro ſuo? Quis confregerit verticem brachiaq. potentium, niſi Redemptor noſter, qui humiliauit virtutem & ſuperbiam excelſorũ? Quis vidit principatum ſuum, niſi ille cui datus eſt principatus, & honor, & regnum.

Aſer [f] pinguis panis eius, & præbebit delitias regibus.) Aſer, cuius nomen ſignificat diuitias, idẽ Chriſtus eſt, cuius eſt altitudo diuitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ, qui propter nos factus eſt pauper, cum diues eſſet: cuius panis pinguis factus eſt: caro ſcilicet eius, quæ eſt eſca ſanctorum. Quam ſi quis manducauerit, non morietur in æternum. (Iſte etiam præbet delicias ſapientiæ regibus:) id eſt, qui ſenſus proprios bene regũt, qui dominantur vitiorum ſuorum: qui caſtigant corpora ſua, & in ſeruitutem ſubijciunt.

Nephthalim, quod interpretat' Dilatatio, Apoſtolos & Prædicatores ſanctos ſignificat, quorum doctrina in latitudine totius mũdi effuſa eſt. Ex hac enim tribu fuerunt Apoſtoli, qui ſunt Principes Eccleſiarum, & Duces & Principes Zabulon, & Principes Nephthalim, qui ſine dubio ad perſonã referuntur Apoſtolorum. Ipſi ſunt filij excuſſorum, id eſt, prophetarũ, qui in manu Dei potentis poſiti ſunt, & tanquam ſagitta excuſſa peruenerũt vſq. ad finem terræ. Vnde & bene hinc Nephthalim ceruus emiſſus ſcribitur: quia nimirum Apoſtoli ſiue prædicatores Euangelij, veloci ſaltu exiliẽtes, in morẽ ceruorũ tranſcendunt implicamenta ſeculi huius. Sicq. excelſa ac ſublimia meditantes, dant eloquia pulchritudinis, id eſt, prædicant cunctis gentibus doctrinam Domini Saluatoris.

Filius accreſcens Ioſeph) Hæc prophetia poſt paſsionem Domini paternæ vocis imaginem tenuit, quia redeuntem in cælum poſt victoriam Chriſtum pater alloquitur dicẽs: filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens: vtique in gentibus. Quia cum ob incredulitatem ſynagogæ populũ reliquiſſet, innumeram ſibi plebem Eccleſiæ ex omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus gentibus ampliauit. Quod & Dauid A cecinit, dicens: Reminiſcentur & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ. (Filius accreſcens decorus aſpectu.) Omnes enim ſuperat illius pulchritudo: iuxta quod in pſalmis & de ipſo canitur: ſpecioſus forma præ filijs hominum. (Filiæ diſcurrerunt ſuper murum:) id eſt, gentes vel Eccleſiæ, quæ crediderunt in Chriſtum. Hæ ſuper ſoliditatem fidei, quaſi ſuper murum, amore pulchritudinis Chriſti accenſæ diſcurrunt, vt verum ſponſum per contemplationem aſpiciant, & oſculo charitatis illi copulentur & adhæreant. Sed obiurgati ſunt eum, quando falſis teſtimonijs calumniãtes, ſanctum Domini opprimere ſynagogæ populi tentauerunt. Inuideruntq́. illi, habentes iacula:) neq́. enim quiſquẽ in Ioſeph coniecit ſagittam, vel aliquod vulneris telũ: ſed hoc ſpecialiter euenit in Chriſto. (Sedet in forti arcus eius.) Chriſtus enim arcum ſuum & arma pugnandi poſuit in Deo, qui fortis eſt propugnator, cuius virtute conciditur omnis nequitia perfidorum. (Et diſſoluta ſunt vincula brachiorum eius,) quibus fratres ad Pilatum eum vinctum duxerunt, vel quibus eum ſuſpenſum ligno crucifixerũt. Reſciſſa ſunt enim per manus Iacob: hoc eſt, per manum omnipotentis Dei Iacob, ex cuius C ore ipſe Dominus bonus paſtor egreſſus eſt, lapis & firmitas credentium in Iſrael. (Deus patris tui erit adiutor tuus:) quis adiuuit Filium, niſi ſolus Pater? qui dixit: Iacob puer meus, ſuſcipiet eum anima mea. (Et Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſsi iacentis deorſum.) Vniuerſa enim ſubiecit ei, cæleſtia per benedictionem cæli, & terrena per benedictionem abyſsi iacentis deorſum, vt omnibus Angelis & hominibus dominetur. (g Benedictionibus vberum,) ſiue duorum teſtamentorum, quorum altero nuntiatus eſt, altero demonſtratus: ſiue benedictionibus vberũ Mariæ, quæ verè benedicta erat, quia eadem ſancta virgo Domino potum lactis immulſit: Vnde illa mulier in Euangelio ait: Benedictus venter qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti. (h Benedictionibus vberum & vuluæ) Etiam hic benedicitur vulua eiuſdẽ matris, illa vtiq́. virginalis, quæ nobis Chriſtũ Dñm edidit: i de quo partu per Ieremiam dicitur: Priuſquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua ſanctificaui te. (Benedictiones patris tui cõfortatæ ſunt benedictionibus fratrum tuorum.) Benedictiones, inquit, patris tui cæleſtis, quæ datæ ſunt tibi à ſummo cæli, & abyſsi confortatæ ſunt: id eſt, prævaluerunt benedictionibus fratrum tuorum. Vltra omne enim ſanctorum meritum Patriarcharum ſiue Prophetarum, conualuit benedictio Omnipotentis Patris in Filio: ita vt nullus ſanctorum ei æquetur, (donec venerit deſideriũ collium æternorũ.) Colles iſti, ſancti ſunt, qui Chriſti aduentum prophetantes magno cum deſiderio incarnationẽ eius expectauerunt, de quibus & Dominus dicit: Quia multi iuſti & Prophetæ cupierũt videre, quæ videtis. Hi ergo ſancti dicti B ſunt colles, propter excellentiam ſanctitatis. Qui etiam æterni vocantur, quia vitam conſequuntur æternam, nec intereũt cum mundo, ſed eſſe creduntur æterni. (Fiant in capite Ioſeph:) omnes ſcilicet benedictiones iſtæ ſuper caput Chriſti ponuntur, quas incarnatus accepit. (Et ſuper verticem Nazaræi:) de quo ſcriptum eſt: quia Nazaræus vocabitur, id eſt, ſanctus Dei inter fratres ſuos, quia ipſe eſt caput omnium eminens vniuerſorum ſanctorum, quos etiam & fratres vocat in pſalmis.

k (Beniamin lupus rapax, manè comedens prædam, ad veſperam diuidet ſpolia.) C Quibus dictis Apoſtolus Paulus deſignatur, de Beniamin ſtirpe progenitus, qui manè rapuit prædam: id eſt, in primordijs fideles, quos potuit, deuaſtauit. Veſpere autem ſpolia diuiſit, qua fidelis poſt modum factus, ſacra eloquia audientibus diſcretione mirifica diſpenſauit: legimus quendam ex doctoribus ad vrbem Ieruſalem ea, quæ de Beniamin ſcripta ſunt, referentem. Beniamin, inquit, filius doloris interpretatur. Hic ſorte hæreditatis eũ locum accepit, in quo terrena eſt Ieruſalem, quæ nunc propter incredulitatem abiecta eſt, atque repulſa. D Hæc enim in filijs ſub perſona Beniamin deſignatur. Nam ſicut Beniamin vltimam conſequitur benedictionem, ita & idem populus vltimus eſt ſaluandus, poſtea quam plenitudo gentium introierit: Dicitur enim Beniamin lupus rapax. Lupus ſcilicet, quia ipſe populus effudit ſanguinem Prophetarum atq́ue iuſtorum. Rapax autem, propter multam auiditatem dicitur. Ex multa enim fame verbi Dei, & inedia venier: rapax, quia & ipſe violenter diripuit regnum Dei. (Hic autem manè comedit prædam.) Manè illud creditur

creditur tempus, quo legem accepimus. A Tunc enim mundo prima quædam illuminatio ſcientiæ data eſt. Comedit autem manè: quia legem, quam manè accepit, edit adhuc & meditatur, licet ſequens legem iuſtitiæ in legem fidei non peruenerit. (Ad veſperam autem diuidet ſpolia.) Veſpera eſt illud tempus nouiſsimum, quo conuerteretur. Tunc ergo diuidet eſcam: quia tunc intelliget diuidendam eſſe litteram ab ſpiritu, & tunc cognoſcet, quia littera occidit, ſpiritus autem viuificat. Quia ergo iam per gratiam Domini illuminatus incipit legis ſpiritualia diuidere, ac ſeparare B a corporibus: ideò dicitur, ad veſperam diuidet eſcam, quòd tota die in lege meditãs ante non fecit. Quæritur autem de Iacob, cur omnes quos de liberis & de ancillis genuit, æquali honore filios & hæredes conſtituerit: niſi vt oſtenderet, quod Chriſtus Dominus omnibus gentibus, quæ per fidem corpori eius conciliantur, cunctis pari honore & gloria habitis, cæleſtia præmia largiatur: nec eſt diſcretio Iudæus, an Græcus, Barbarus, an Scytha, ſeruꝰ, an liber ſit: quia per omnia & in omnibus Chriſtus. Propterea enim figuram ſerui Saluator noſter & Dominus induit, & pro libero & ſeruo ſeruiuit: vt omnibus credentibus in ſe æquale C donum bonorum cæleſtium largiatur. Nec præfertur apud illum, qui ſecundum carnem nobilior ſit: Quicumque enim fidem Domini promeretur, nullis maculis carnalis natiuitatis obfuſcatur. Nam hoc ita futurum etiam per Prophetam ſignificatur, dicente Domino: Erit in nouiſsimis diebus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.

a Vid. Aug. 16. de ciuit. c. 42. Et quidem leguntur hæ benedictionum interpretationes in appendicibus operum Auguſtini. Sed mirum, vnde eſſent, non olfeciſſe Louanienſes: vtiquo verò illas tribuiſſe, magis etiam mirum.

b Secundum myſticam intellig. vſq. ad primogenitus meus. Ruffini verba ſunt, ſiue mauis Origenis.

c Etenim iuxta quod primogenitis debebatur. Vid. ſup. not. ad c. 23.

d Principium doloris mei. κεφάλαιον λύπης μȣ Aquila & Vulg. ἀρχὴ τέκνων μȣ Principium filiorum eorum. LXX.

e Quomodo autem ipſe ſit principium dolorum. *Quæ ſequuntur*: niſi, dum Deo Patri: &c. *Verba ſunt Ruffini ſiue Origenis, quæ tamen non videtur interpretatio 78, principium dolorum. Sed verborum* LXX. Durus portari, durus & temerarius. σκληρὸς φερεσθαι, ἢ σκληρὸς ἀνδρᾶσθαι.

f Non ſicut Iudæi. Ex *Ambr. c. 2. de bened. Patriarch.*

g Per Simeon & Leui. *vſq. ad* anima mea. Ex *Ruff.*

h Per hunc Iudã verus confeſſ. &c. Ex *Ambr. c. 4.*

i Ipſum laudant fratres, *vſq. ad* cohæredes eius. Ex *Aug. 12. cont. Fauſt. c. 42.*

k Fratres per gratiam, *vſq. ad* Dominus per natur. *Ambroſ. ibidem: quædam tamen verba mutata, vt* curuauit, *pro* ſubiugauit.

l Id eſt, aſcendens in crucem *Aug. 16. de ciuit. c. 41.* Ipſum genus mortis, hoc eſt, ſublimitas crucis, in vno verbo intelligitur, quod ait, aſcendiſti.

m Manifeſtiſsimè, *vſq. ad* tradidit. *Aug. ibid.*

n Siue quando in ſepulcro, *vſq. ad* quieuit. *Ambroſ.*

o Sed quare vt leo, *vſq. ad* poteſtatem habeo. *Aug. ibid.*

p Phyſici autem, *vſq. ad* reſurrexit. *Verba ſunt Ruffini.*

q Vnde & ſic adiung. *vſq. ad* ſuſcitabo illud. Ex *16. de ciuit. c. 41.*

r Probant hoc hiſtoriæ, *vſq. ad* pullum ſuum. Ex *12. cont. Fauſt. c. 42.*

s Lauabit in vino, *vſq. ad* veſtimentum. *Carptim ex Ambroſ.*

t Nos quippe Chriſtus, *vſq. ad* botrus in ligno pep. Ex *12. cont. Fauſt. c. 42.*

u Sed aqua nos abl. *vſq. ad* ſang. redemit. *Ambr. ibid.*

x Oculi Chriſti Apoſtoli. *Ruffin. ibid.*

y Nomine autem lactis. *Hæc interpretatio communis Ruffino cum Ambroſio & Auguſtino.*

z Zabulon, *vſq. ad* peruenit. Ex *Amb. c. 5.*

a Legitur etiam in Euang. *vſq. ad* lucem magnam. Ex *Ruffino.*

b Hic accubans, *vſq. ad* libenter portat. *Verba Greg. 1. Moral. c. 7.*

c Dan, *vſq. ad* deſignari volunt. *Verba ſunt Ruffini.*

d De tribu Dan, *vſq. ad* fideliter Chriſtum. *Gregorij verba 31. Moral. c. 10.*

e Demõſtrat apertè Moyſes, &c. *Ambroſij hæc ſunt quibuſdam additis c. 8. de bened. Patriarch. locus vero Moyſis, Deut. 33.*

f Aſer, *vſq. ad* viuet in æternum Ex *Ambroſ.*

g Benedictionibus vberũ ſiue duor. teſtam. *vſq. ad* ſanctificaui te. Ex *eod. Ambr.*

h Benedictionibus vberum, & vuluæ. *Sunt hæc ex Ambroſio. Sed deeſt hic alterum membrum: ille enim vbera matri tribuens, vuluam, ſinum, cor, intimum quoddam paternæ charitatis, naturæq. ſecretum, in quo ſemper Filius ſit, & de quo tanquam ex genitali aluo procedat, interpretatur.*

i De quo partu. *Ita Ambroſius.* De qua patet, *lib. 6. mendoſe.*

k Beniamin lup. rap. *vſq. ad* ante non fecit. *Omnia ſunt ex Greg. 18. Moral. c. 11. & Ruffino.*

DIVI

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP.

ad

MYSTICORVM EXPOSITIONES SACRAMENTORVM

seu

QVÆSTIONES IN EXODVM.

PRÆFATIO.

VÆDAM Mysteria ex libro Geneſis, & obſcuriora rerum geſtarum, quæ allegoricis ſunt obtecta figuris, ex libris maiorum breuiter excepta perſtrinximus. Nonnulla verò ſequētis Legis typicæ, & figurata myſteria ſingillatim, ex litteris ſanctorum virorum ſublata ſubiungimus, pauca ſcilicet ex eorum ſtylo promentes. Nam omnia Legis quis poterit indagare, quæ tam immenſa ſunt, vt nec iuxta hiſtoriæ textum explicari facilè poſsint. Proinde tantum ſequuti ſumus, quantum contiguo operi ſufficiendum putauimus, ne libellus excedat modum, nec lector incurrat faſtidium.

De ſeptuaginta animabus. CAP. I.

PRIMO omnium ſeptuaginta animæ cum Iacob introierūt in Ægyptum. Septuaginta diſcipuli ad prædicandum verbū Dei totū mittuntur in mundū. Aliter hæ ſeptuaginta animæ, quæ in Ægyptum ingreſſę ſunt, myſticè in numero remiſsionis accipiuntur: ſcilicet vt huic ſeculo, quod per Ægyptum figurabatur poſt tanta peccata, & ſacrilegia donaretur remiſsio peccatorum. Ægyptus enim hic mundus eſſe figuraliter, multis prophetarum vocibus ad probatur.

De morte Ioſeph. CAP. II.

MOrtuo [a]Ioſeph & fratribus eius, creuerunt filij Iſrael, & inualuerunt nimis. Sic & noſter verus Ioſeph, poſtquam pro omnibus guſtauit mortē, per quā deſtruxit Diabolū, qui habebat mortis imperiū, multiplicatus eſt fideliū populus. Niſi enim, ſicut ipſe ait, cecidiſſet granum frumenti in terram, & mortuum fuiſſet, non vtiq. fructum hūc plurimum totius orbis terræ Eccleſia attuliſſet.

[a] Mortuo Ioſeph, *vſq. ad* Eccleſia attuliſſet. *Origen. homil. 1. in Exod. Sed* ſuſtuliſſet *habent libri noſtri omnes*, attuliſſet *Ruffinus.*

De afflictione populi. CAP. III.

AFligit Pharao filios Iſrael luto & latere. Iſrael ſimilitudo eſt populi noſtri. Pharao autem eſt Zabuli, qui impoſuit iugum grauiſsimū ſeruitutis ex luto & latere operari: id eſt, terrenis & lutulentis operibus incubare, admixtis etiam paleis: hoc eſt, leuibus & irrationabilibus factis, vt his vitiorū actibus populum Dei comprimere, & pectora omnium muro incredulitatis poſſet [a]obcludere, vt nemo eſſet qui regnum eius aut diſperderet, aut vinceret.

[a] Obcludere. *al.* Obdurare.

De maſculor. nece. CAP. IIII.

IVbet quoque maſculos Pharao occidi, & fœminas viuere. Sic Diabolus, ne robur fidei prævalat, conatur, vt interfectis virtutibus vitia remaneant; fortiſsimoſque & viriles animi ſenſus, vnde cæleſtia ſapimus & diuina: id eſt, rationem, prudentiam, conſtantiam, innocentiam & fidem in homine occidere: & illud in eo viuere, quod fœmineum, quod imbecillum & fragile, & pronum ad vitia cernitur: id eſt, ambitionem, vinolentiam, libidinem, iracundiam, crudelitatem, furorem, & cætera his ſimilia, quæ in fœminarum figura ſunt. De

De inuentione Moyſi. CAP. V.

DEinde Moyſes ad ripam fluminis expoſitus reperitur, & Dominus, cuius Moyſes typum induerat, ad flumen lauacri & ad aquam baptiſmatis à credentibus inuenitur. Plorabat infans, quia Chriſtus Dominus veteris hominis, quē induerat, peccata deflebat: vnde ad reſuſcitandum Lazarum fleuit, Iudæorum deplorans perfidiam. Filia Pharaonis deſcendens ad lauacrū fluminis collegit infantē. Eccleſia ex gentibus lauacri ſalutaris ſanctificationē deſiderās, Chriſtum excepit à ſynagoga matre carnali expulſum, quaſi infantem. Quia tunc paruulus videbatur, cū in homine cerneretur. Inuenit illa Moyſen incluſum in vaſculo thibi, [a]quod ex multis agreſtibus virgulis fit. Inuenit Eccleſia Chriſtum reconditum in cordibus ſanctorum, qui in vnitatē ſui contexti ex multorum fratrum mēbris, omnes vnum in Chriſto corpus effecti ſunt; & eum religioſa obſeruatione ſuſcipientes tuētur.

[a] In vaſculo thibi. *Al.* thebe, *non malè. Græcè enim* Θέβη, & Θίβη, *atq. etiam* Θῆβη. *De qua voce Auguſt. in locutionibus.* Quid ſit thibin ideò difficile eſt noſſe: quia neq. Græcus interpres ex Hebræo, neq. Latinus ex Græco vertit hoc nomen, ſed tranſtulit vt inuenit. *Eam difficultatē ſuſtulere Hieronymus, Ruffinus, & Græcus Scholiaſtes, ſed ſiue* תיבת thibath, *Hebraica, ſiue Ægyptiaca potius fuerit vox: Græcis poſtea in vſu fuiſſe conſtat ex Athenæo.*

De occiſo Ægyptio. CAP. VI.

INterea [a] Moyſes peregrinum fratrem ab Ægyptio iniuriā patientem, inultum eſſe non ferens defendit, & eūdem Ægyptium occidit. Cuius figura facillimè occurrit: iniuriоſum in hac peregrinatione Diabolum, à Domino Chriſto, nobis defenſis, occidi. Quòd vero in ſabulo arenæ obruit interemptum, manifeſtum eſt eius iam morticinam præſentiam in eis latere, qui non habent ſtabile fundamentum. Vnde & Eccleſiam Dñs in petra ædificat: & eos, qui audiunt verbum eius & faciunt, cōparat prudenti viro, qui ædificat domum ſuam ſupra petrā, ne tētationibus cedat & corruat. Illos autem qui verbum audiunt & non faciunt, comparat ſtulto ædificanti ſuper arenam, cuius tēcta domus, ruinā efficit magnam.

[a] Interea Moyſes. *Totum caput è 22. cent. Fauſti cap. 90.*

De igne in rubo. CAP. VII.

DEinde, [a] dum paſceret Moyſes oues Iethro ſoceri ſui, vidit ardere rubum, & non comburi. Apparuit in rubo Dominus Moyſi, mittens eum ad gentem, quam præſciebat iniquam futuram. Et erat flamma in rubo, id eſt, in ſpinis, & rubus non cremabatur. Rubus ſpinæ peccatorum Iudaicorum. Flamma in rubo verbum Dei. Quòd ergo illis lex data eſt, flāma erat in rubo. Quòd data lege non ſunt conſumpta peccata, rubus nec ſub igne concremabatur. Alij in rubo flammante & non vrente Eccleſiam intelligunt inflammari perſecutionibus, & eam, loquente Domino in illa, non perire. Quòd vero Dominus Moyſi in eodem rubo apparuiſſe legitur, oſtendit non alibi, quàm in Eccleſia, eum credentibus apparere. In qua nullus dignè conſiſtere, vel Deum videre poteſt, niſi qui cuncta terrena & mortalia depoſuerit vitia: quod ſignificabant illa Moyſi calciamenta depoſita. Habet quippe & aliam figuram, id quod Moyſes diſcalciari iubetur. Veterum namque conſuetudo erat, [b] vt ſi ſponſus ſponſam repudiare vellet, diſcalciaretur, ille, & hoc eſſet ſignum repudij. Proinde Moyſes diſcalciari iubetur, ne ad Eccleſiam, quæ in rubo ſignificabatur, quaſi ſpōſus calciatus accederet. Hoc enim Chriſto ſeruabatur, qui verus ſponſus erat: de quo dicit Iohannes: cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti. Vtique ſicut dictum eſt Ioſue & Moyſi. Hebræi autem dicunt propterea in rubo apparuiſſe Deum Moyſi, & non in alio ligno, ne forte ſculperent in eodē Iudæi idolū. Semper enim Deus abſtulit illas occaſioni idolatriæ.

[a] Deinde dum paſceret, *vſq. ad* concremabatur. *Ex Greg. hom. 7. in Ezech.*

[b] *Ambroſius de Ruth libr. 3. de fide c. 5.* Deſignabatur futurus ex Iudæis, ex quibus Chriſtus ſecundum carnē, qui proximi ſui, hoc eſt, populi mortui ſemē doctrinæ cæleſtis ſemine ſuſcitaret. Cui calciamētum nuptiale Eccleſiæ copulandæ præſcripta legis ſpiritualia deferebant. Non Moyſes ſpōſus: illi enim dicitur: ſolue calceamentum pedum tuorum, vt Domino ſuo cedat, &c.

De virga in ſerpentem verſa. CAP. VIII.

MIttit de hinc Moyſes ad liberādū populū Iſrael. Qui dicit Dño; Quod ſignū habebo, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt credant mihi quia tu memisisti? & Dñs ad illũ: Proijce, inquit, virgã quam in manu gestas in terram. Et proiecit, & facta est serpens. Et expauit Moyses, & fugit. Et ait illi Dominus: apprehende caudam eius, & apprehendit, & facta est iterum virga. Quid hoc significat? serpens quippe persuasit homini mortem. Ergo mors à serpente. Virga itaque in serpente, Christus in morte. Et tamẽ expauit & fugit Moyses. [a] Quid est ab illo serpẽte fugisse Moysen, nisi quod legitur in Euangelio factum? mortuus est Christus, expauerunt discipuli, & ab illa spe, in qua fuerant, recesserunt. Sed quod dictum est, apprehende caudã eius: Quid est cauda, nisi posteriora? hoc significauit: posteriora mea videbis. Primò enim factus est serpẽs: sed, cauda apprehẽsa, facta est virga: quia primò occisus est, postea peractis omnibus ad id quod fuerat resurgendo reuersus est: vbi per vitæ reparationẽ morte consumpta nihil in eo serpentis apparuit. Est etiam in cauda serpentis seculi finis: quia sic mortalitas Ecclesiæ per lubrica tẽporum voluitur: alij eunt, alij veniunt per mortem, tanquam per serpentẽ: mors enim per serpentẽ seminata est. Sed fine nouissimo velut cauda seculi redimus ad manũ Dei, atq. apprehensi reparabimur, &, nouissima inimica morte destructa, resurgẽtes in dextera Dei virga regni erimus.

De manu Moysis leprosa. CAP. IX.

ITem datur aliud signum Moysi, mitte, inquit, manum in sinum tuum: & misit. Produc, inquit, eam. Et produxit & inuenta est alba: id est, immũda: albor enim in cute, lepra est, non candor. Ipsa enim hæreditas Dei: id est, populus ab eo foras missus, immũdus factus est. Sicut scriptum est de ea: vt quid auertis faciem tuam, & dexterã tuam de medio sinu tuo: Sed quid illi ait? Reuoca eam in sinum tuum. Reuocauit: & reuersa est ad colorem suũ. Sic & plebs Iudæa nunc aliena est à sinu Dei, & foris immunda remansit: sed reuocabit eam, & redibit ad pristinum colorem, dum agnouerit Dominum Saluatorem. Nunc enim cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiũ introeat, & sic omnis Israel saluus fiat.

De aquis conuersis in sanguinem. CAP. X.

DEinde aquæ missæ in terrã à Moyse vertuntur in sanguinẽ, id est, populi in sanguinis Christi fidem. Aquæ enim, ait Apocalypsis, quas vidisti, populi sunt & gentes.

De ingressu Moysis ad Pharaonẽ. CAP. XI.

POst hæc intrant ad Pharaonem Moyses & Aaron, petentes viam trium dierum proficisci in desertо populum Israel, & ibi sacrificare Domino Deo. [a] Quæ est via trium dierum, quæ nobis incedenda est, vt exeuntes de AEgypto peruenire possimus ad locum, in quo immolare debeamus? Via ista Christus est, qui dixit, ego sum via, veritas & vita. Quæ via triduo nobis incedenda est. Qui enim confessus fuerit Dominum Iesum in ore suo, & crediderit in corde suo, quod Deus suscitauit eum à mortuis tertia die, saluus erit. Hæc est ergo tridui via, per quam peruenitur ad locum, in quo Domino immoletur & reddatur sacrificium laudis. [b] Abominationes, inquiunt AEgyptiorum immolabimus Domino Deo nostro. Oues quippe AEgyptij edere dedignantur: sed quod abominantur AEgypti, hoc Israelitæ Deo offerunt, quia simplicitatem conscientiæ, quam sapientes huius seculi, hoc est, ciues AEgyptij quasi fatuitatem deputant, hanc iusti Deo in sacrificium immolant, & per id Deo placere procurant, quod seculo & mundo abiectum & contemptibile esse considerant, secundum Apostolum, qui ait: Nam quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes. Ex quo autem cœpit loqui Moyses ad Pharaonem, affligitur magis populus Dei. Ex quo in animam hominis sermo Dei perlatus fuerit, acriùs callidus hostis consurgit, & maiora vitia, quibus vincatur, immittit. Priùs verò quam veniret sermo, qui argueret vitia, in pace durabant. Sed vbi sermo Dei facere cœperit vnius cuiusque discrimen, tunc conturbatio magna consurgit.

[a] Quæ est via trium dierum, *vsq. ad* sacrificium laudis. *Orig. Exod. 4. hom. 3.*

[b] Abominationes Ægyptiorum, *vsq. ad* placere procurant. *Greg. 10. Moral. c. 16.*

De virga in draconem versa. CAP. XII.

PRoiecit deinde Moyses virgam coram Pharaone, & serpẽs factus deuorauit serpentes Ægyptiorum, significans quod verbum caro fieret, qui serpentis diri venena euacuaret per remissionem & indulgentiam peccatorum. Virga est enim verbum Dei rectum, regale, plenum potestatis, insigne imperij. Virga serpens facta est, quoniam qui erat filius Dei ex Deo patre natus, filius hominis factus est, natus ex virgine, qui quasi serpẽs exaltatus in crucẽ medicinam vulneribus infudit humanis. Vnde ipse Dominus ait: sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Virga enim Moysi in draconem conuersa, magorum absorbuit virgas: & Christus post gloriæ suæ dignitatem factus est obediens vsq. ad mortem, & per ipsam mortem carnis consumpsit aculeum mortis, attestante Propheta: Ero mors tua, ò mors, ero morsus tuus inferne.

De obduratione Pharaonis. CAP. XIII.

INdurauit Dominus cor Pharaonis: scilicet quia Diabolũ ita indurauit post peccatũ, vt pœnitentiæ compũctione nunquã emolliatur, sicut in Iob de eo scriptum est: indurabitur, quasi lapis.

De decem plagis. CAP. XIV.

DE hinc [a] inferũtur plagæ in Ægyptum. Licet illa in Ægyptijs corporaliter gesta sunt, spiritualiter tamen nunc geruntur in nobis. Ægyptus namque seculi forma est. Prima plaga, in qua primo aquæ vertuntur in sanguinem. Aquæ Ægyptiæ erratica & lubrica philosophorũ sunt dogmata. Quæ meritò in sanguinem vertuntur: quia in reũ cansis carnaliter sentiunt. Sed vbi crux Christi mundo huic lumen veritatis ostendit, huiusmodi eum correptionibus arguet, vt ex qualitate pœnarum proprios agnoscat errores.

In secunda vero plaga ranæ producuntur, quibus indicari figuraliter arbitrantur carmina poëtarum, quæ inani quadam, & inflata modulatione, velut ranarum sonis A & cantibus mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Rana est enim loquacissima vanitas, ad nihil enim aliud animal ipsum vtile est, nisi quòd sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddit.

Post hæc scyniphes producuntur. Hoc animal quidem pennis suspenditur per aëra volitans: sed ita subtile est, & minutum, vt oculi visum, nisi acutè cernentis, effugiat. Corpus autem, cui insederit, acerbissimo terebrat stimulo, ita vt, quem volantem quis videre non valet, sentiat statim stimulantem. Hoc ergo animalis genus subtilitati hæreticæ comparatur: quæ subtilibus verborum stimulis animas terebrat, tantaque calliditate circumuenit, vt deceptus quisque nec videat, nec intelligat, vnde decipiatur. Quòd vero in tertio signo magi cessauerunt, dicentes: Hic digitus est Dei: magi illi typum hæreticorum atque animositatem habuerunt. Declarat hoc Apostolus dicens: sicut Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, sic & hi resistunt veritati, homines mente corrupti, & reprobi circa fidem, sed vltra non proficient. Dementia eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Hi autem, qui per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in signo tertio defecerunt, fatentes sibi aduersum esse Spiritum sanctum, qui erat in Moyse. Tertio enim loco ponitur Spiritus sanctus, qui est digitus Dei. Vnde & illi deficientes in tertio signo, dixerunt: digitus Dei est hic. Sicut autem conciliatus & placatus Spiritus sanctus præstat requiem mitibus & humilibus corde: ita contrarius aduersus immites ac superbos inquietudinẽ exagitat, quam inquietudinem muscæ illæ breuissimæ significauerunt, sub quibus magi Pharaonis defecerunt, dicentes: Digitus Dei est hic.

Quarto loco muscis Ægyptus percutitur. [b] Musca enim nimis insolens & inquietum animal est: in qua quid aliud quam insolentes curæ desideriorum carnalium designantur? AEgyptus ergo muscis percutitur: quia eorum corda, qui hoc seculum diligunt, desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur. Porrò septuaginta interpretes cynomyiam, id est, caninam muscam posuerunt: per quam canini mores significantur, in quibus humanæ mentis voluptas & libido arguitur carnis. Potest quidem hic locus significare etiã per muscam

Universidad de Deusto
Biblioteca

caninam, forenſem hominum eloquẽtiam, A qua veluti canes alterutrum ſe lacerant.

Iam vero quinto in loco animalium nece vel pecudum Ægyptus verberatur. Vecordia in hoc arguitur, ſtultitiaq. mortaliũ, qui, tanquam irrationabilia pecora, cultum & vocabulum Dei impoſuerunt figuris, non ſolum hominũ, ſed & pecudum, ligno & lapidibus impreſsis. Amonem Iouem in ariete venerantes. Et Anubem in cane: Apin quoq. colentes in tauro, & cætera quoque, quæ Ægyptus Deorum ſuorum portenta miratur: & in quibus cultum credebant ineſſe diuinum, in his viderunt miſeranda ſupplicia. B

Vlcera poſt hæc, & veſicæ turgentes cum feruore ſexto in verbere producuntur. In vlceribus arguitur doloſa huius ſeculi & purulenta malitia: in veſicis tumens & inflata ſuperbia: in feruoribus ira ac furoris inſania. Hucuſq. enim talia per errorum ſuorum figuras mundo ſupplicia temperantur.

Poſt hæc verò verbera veniũt de ſupernis ſcilicet voces, tonitrua & grãdo, & ignis diſcurrens. In tonitruis enim increpationes ac diuinæ correptiones intelliguntur: quia nõ cum ſilentio verberat: ſed dat voces, & doctrinam cælitus mittit, per quam poſsit culpam ſuam caſtigatus agnoſcere mundus. C Dat & grandinem, per quam tenera adhuc vaſtentur naſcẽtia vitiorum. Dat & ignem, ſciens eſſe ſpinas & tribulos, quos debeat ignis ille depaſci. De quo dicit Dominus: ignem veni mittere in terrã. Per hũc enim ignẽ incentiua voluptatis & libidinis conſumuntur.

Quòd autem locuſtarum octauo in loco fit mentio: putatur à quibuſdam per hoc genus plagæ diſſidentis à ſe & diſcordãtis humani generis incõſtantia confutari. [c] Alio quoque ſenſu locuſtæ pro mobilitate leuitatis accipiendæ ſunt, tanquam vagæ & ſalientis animæ in ſeculi voluptates. D

Nona plaga tenebræ factæ ſunt, ſiue vt mentis eorum cæcitas arguatur, ſiue vt intelligant diuinæ diſpenſationis & prouidẽtiæ obſcuriſsimas eſſe rationes. Poſuit enim Deus tenebras latibulum ſuum, quas illi audacter & temerè perſcrutari cupiẽtes, & alia ex alijs aſſerentes, in craſſas & palpabiles ignorantiæ tenebras deuoluti ſunt.

Ad vltimũ delẽtur primogenita Ægyptiorum, ſiue principatus & poteſtates, & mũdi rectores tenebrarum harum, ſiue auctores & inuentores falſarum, quæ in hoc mundo fuerunt, religionũ, quas Chriſti veritas cum ſuis extinxit & deleuit auctoribus. Porrò quod ſequitur, in dijs eorum faciam iudicium, illud Hebræi autumant, quod nocte qua egreſſus eſt populus, omnia in Ægypto templa deſtructa ſunt, ſiue motu terræ, ſiue tactu fulminum. Spiritualiter autẽ dicimus, quod egredientibus nobis ex Ægypto errorum idola corruant, & omnis peruerſorum dogmatum cultura quatiatur.

[a] De hinc inferuntur plagæ *Quæ de decem plagis dicuntur, præter pauca quædam, ſumpta ſunt ex hom. 4. Orig. in c. 7. Exod. quæ leguntur etiam apud Auguſtin. ſerm. 17. de tempore.*

[b] Muſca enim nimis inſolens, *vſq. ad* feriuntur. *Greg. verba 18. Mor. c. 25.*

[c] Alio quoq. ſenſu, *vſq. ad* locuſtæ. *Greg. 33. Moral. cap. 27.*

De Paſcha. CAP. XV.

INtereafit Paſcha: in occiſione agni occiditur Chriſtus, de quo in Euangelio dicitur: ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mũdi. Veſpere immolatur agnus, in veſpera mundi paſſus eſt Dñs. Prohibentur, qui paſcha faciunt, oſſa frangere, non frangũtur in cruce oſſa Dñi, adteſtante Euangeliſta, qui ait: Os eius non cõminuetis. Sanguine agni illiniuntur Iſraelitarum poſtes, ne vaſtator Angelus audeat inferre perniciem. Signantur ſigno Dominicæ paſsionis in frontibus fideles populi ad tutelam ſalutis, vt hi ſoli ab interitu liberentur, qui cruore Dominicæ paſsionis corde & fronte ſignati ſunt, qui etiã opere loquuntur: ſignatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Dñe. Vnde & appellatur ipſa ſolẽnitas Phaſe, quod nos tranſitũ poſsumus vocare: eo quòd de prioribus ad meliora pergẽtes, tenebroſam Ægyptũ derelinquimus. Quòd aũt ait de agni illius eſu, omnis alienigena nõ comedet ex eo, & in vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras: Hoc de Chriſti corporis ſacramẽto, cuius agnus ille figurã obtinuit, propriè tenetur ſcriptũ: cuius corpus & ſanguis in vna domo: id eſt, in vna Eccleſia veſci præcipitur, nec efferri foras, in plebibus ſcilicet hæreticorũ, quæ ab eadem Eccleſiæ catholicæ vnitate foris vagantur.

De theſauris Ægyptior. CAP. XVI.

PRæcepit de hinc populo Deus per Moyſem, vt ab Ægyptijs ſibi cõmodata peterent, quæ auferrẽt. Sicq. Moyſes & populus proficiſcẽs, auro & argento ſpoliauit Ægyptios iuſſu Domini Dei nihil iniuſtè iubentis. Quid ergo hæc præfigurauerint? niſi quòd in auro & argento ac veſte Ægyptiorum ſignificatæ ſunt quædã doctrinæ, quæ ex ipſa conſuetudine gentium, non inutili ſtudio diſcuntur? Sed ſiue hoc ſignificet, ſiue illud, quòd ex ipſis gentibus animæ pretioſæ, tanquam vaſa aurea & argentea cum ſuis vtiq́ue corporibus, (quod veſtes ſignificant,) adiunguntur populo Dei, vt ſimul de hoc ſeculo, tanquam de Ægypto liberentur.

De Azymis. CAP. XVII. B

QVòd vero ait, fermento ſublato ſic profectos eſſe filios Iſrael de Ægypto: hoc & à nobis modis omnibus, ſi fieri poteſt elaborandũ eſt, vt exeuntes à ſeculi huius illecebris, non ambulemus in fermento veteris malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis: quod eſt in noui hominis conuerſatione, relicto priſtino homine cum vitijs ſuis. Et illi quidem ſeptem diebus azyma comedebant. Nos vero ſi ſimpliciter & purè verſemur in his ſeptem diebus, quibus mundus iſte peragitur, qui ſemper in ſuo ordine reuoluuntur, & quotidie nobis agnus occiditur, & Paſcha quotidie celebratur, ſi fermentum malitiæ & nequitiæ non habemus, ſi innouati, nihil ex veteris corruptionis malitia facere deleẽtemur. Nam quid eſt aliud fermentum, niſi corruptio naturæ? quod & ipſum prius à naturali dulcedine recedẽs adulterino acrore corruptum eſt: In hac nobis præcipitur mãſione, vt ſemper egreſsionis ex Ægypto memores ſimus, vt celebremus Paſcha, id eſt, tranſitum noſtrum de prioribus ad meliora, & primogenita noſtri vteri, id eſt, noſtrorum operum, cunctarumq́ue virtutum D principium Domino conſecremus.

De columna ignis, & nube. CAP. XVIII.

IAm tunc videtur Dominus nocte in columna ignis, & per diẽ in colũna nubis, præcedens populum, & dux itineris factus. Nubes iſta præcedens, Chriſtus eſt: idem etiam colũna: quia rectus & firmus, & fulciens infirmitatem noſtram. Per noctem lucens, per diem non lucens: vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Poteſt & ſic non incõgruè accipi, quod Chriſti ſacramentum tanquam in die manifeſtatum eſt in carne, tanquam in nube: in iudicio vero, tanquam in terrore nocturno: quia tunc erit magna tribulatio ſeculi tanquam ignis, & lucebit iuſtis, & ardebit iniuſtis. A

De diuiſione maris. CAP. XIX.

SEquentibus inde Ægyptijs, percutit Moyſes virga aquas, & tranſierunt filij Iſrael per mediũ mare rubrum. Quid mare rubrum? niſi baptiſmus eſt Chriſti ſanguine conſecratus? Hoſtes ſequẽtes cum rege, qui à tergo moriuntur, peccata ſunt præterita, quæ delentur, & Diabolus, qui in ſpirituali baptiſmo ſuffocatur. Premunt quidẽ Ægyptij, vrgent & inſtant peccata, ſed vſq. ad aquam.

De Cantico. CAP. XX.

POſt tranſitum rubri maris canit canticum populus Deo, Ægyptijs & Pharaone ſubmerſis. Nõ aliter & fideles, poſtquam C de lauacro conſcendunt, extinctis peccatis, hymnum in voce gratulationis emittunt; dicentes: cantemus Domino, glorioſe enim honorificatus eſt: equum & aſcenſorẽ proiecit in mare. Quod tamẽ melius & dignius ille dicit, qui habuerit tympanum in manu ſua, ſicut Maria: id eſt, carnem ſuam crucifixerit cum vitijs & concupiſcentijs, & mortificauerit membra ſua, quæ ſunt ſuper terram. Iam de hinc ducitur poſt maris tranſitum populus per deſertũ. Baptizati ſcilicet omnes per mundum, non perfruentes promiſſa patria: ſed quod non vident, ſperãdo, & per patientiam expectando, tanquam in deſerto ſunt, & illic laborioſæ & periculoſæ tentationes, ne reuertantur corde in Ægyptum: nec ibi tandem Chriſtus deſerit, nam & illa columna non recedit.

De aquis amaris. CAP. XXI.

EGreſſo [a] populo de mari rubro, occurrit eremus, in qua tribus diebus ingredientes non habuerunt aquam, & peruenerunt ad fontem Marah, qui ex amaritudine nomen accepit. Murmurat

Universidad de Deusto
Biblioteca

populus videns aquas, & potare non sustinés. Mittit lignum Moyses in aquas, & factæ sunt dulces. Intellige amaras aquas, occidétis litteræ, & legis habere figuram. Quibus si immitatur confessio crucis, & passionis Dominicæ sacramentum iungatur, tunc efficitur aqua Maræ suauis: & amaritudo litteræ vertitur in dulcedinem intelligentiæ spiritualis. Vnde & scriptum est: constituit Dominus populo suo legem & iudicia, & tentauit eum. Alio quoque sensu, quòd aquæ Maræ, ligno in se suscepto, dulcescunt, indicium erat amaritudinem gentium per lignum crucis Christi in vsum dulcedinis quandoque esse vertendam. Sciendum vero iuxta superiorem sensum, quòd primùm ductus est Israel ad aquas salsas & amaras, & ligno monstrato à Domino dulcibus effectis, postea venitur ad fontes. Primò enim ducitur populus Israel ad litteram legis, in qua donec permanet, de amaritudine recedere non potest.

a Egresso populo. *Ex hom. 7. Orig. in c. 15. vel sermone Aug. 91. de tempore.*

De duodecim fontibus. CAP. XXII.

CVM[a] ergo per lignum vitæ dulcis fuerit effecta, & intelligi lex spiritualiter cœperit, tunc de veteri Testamento transitur ad nouum, & venitur ad duodecim Apostolicos fontes. Vbi arbores erãt septuaginta palmarum. Non enim duodecim soli Apostoli fidem Christi prædicauerunt, sed & alij septuaginta missi ad prædicandum verbum Dei referuntur: per quos palmas victoriæ Christi mundus agnosceret. Siquidem & isti duodecim fontes septuaginta palmarum arbores irrigantes, Apostolicam gratiam præfigurant populos in septenario numero decuplato rigantem, vt per septiformem spiritus donũ legis decalogus impleatur.

a Cum ergo per lignum, *vsq. ad* agnosceret. *Verba sunt Orig. ibid.*

De cibis alitum, & Manna. CAP. XXIII.

MVrmurat[a] interea populus in deserto propter famem, & conuersus procul in nube respexit gloriã Dei. Aspexitq. vespere coturnicem & mane diei alterius Manna. Quid enim per volucrum escas, nisi prædicationes diuinitùs missæ intelligũtur? Quæ transcurrunt per verba sonantia, quasi per aërem volatilia pennata: quibus per fidem pascuntur hi, qui ad patriam regni cælestis peruenire contendunt. Potest quidem & volucrum esca veteris significare legis eloquia, quæ plebem carnalem, tanquã carne, alebat per verba diuinitus missa, quasi per volatilia. Vnde & vespere dãtur: quia cũcta, quæ carnaliter illis concessa sunt, finẽ erant habitura. Manifestato autem lumine fidei datur Manna populo. Manna vtique, quod est Christus, qui tãquã panis viuus de cælo descendit, qui per nubes Euangelicas vniuerso orbi pluitur, non iam murmuranti populo & tentãti Synagogę, sed credenti, & in illo spem ponenti datur Ecclesiæ. Hoc est autem Manna indeficiens: hĩc est panis cæli & verus cibus Angelorũ: quo Dei verbũ corruptibiles incorruptibiliter pascit, quod vt manducaret homo, caro factũ est, & habitauit in nobis. Quo etiam, qui vescuntur, spiritualiter viuunt. Nam illi veterem figuram carnaliter accipiẽtes mortui sunt. Non incongruè per Manna etiam cælestia significantur eloquia. Vnde & interpretatio nominis sic sonat: Manna enim interpretatur, quid est hoc? Cum enim audimus legem Dei recitari in Ecclesia, interrogamus doctores dicentes: Quid est hoc? Hoc autem Manna minutum erat, sicut semẽ coriandri, & suaue. Quid verbo Dei minutius? quid vè subtilius? aut quid dulcius, & suauius eloquijs Dei, quæ sunt super mel & fauum?

b Sed quid est, quod sexta die duplum colligi iubetur, quod etiam sufficiat in Sabbatho? Sexta dies, ista est sexta ætas mundi, in quo nunc sumus. In hac ergo duplũ colligit, qui propter spem vitæ æternæ verbum Dei audit & facit: in hac duplum recondit, qui bene viuit, & alijs misericordiã præbet. Quod & reponebatur pro Sabbatho, nõ corrũpebatur. Bona enim opera facta propter futuram requiem, in futuro seculo permanent. Qui vero infideles erant, & præter causſas Sabbathi seruabãt de Manna, ebulliebãt ex eo vermes, & computrescebat: sic & qui propter præsentem vitã & amorẽ seculi thesaurizant, his ille vermis ebullit, qui nunquã moritur. Isti sunt vermes quos generat auaritia, & diuitiarum cæca cupiditas,

cupiditas, his qui habent pecunias, & videntes in necessitate fratres suos, claudunt ab eis viscera sua. Sed & is, qui post susceptum verbum Dei peccat, efficitur ei ipsum verbum Dei vermis, qui eius semper conscientiam fodiat, & arcana pectoris rodat. Quanquam & vermis sit Christus, ipso loquente: Ego autem sum vermis, & non homo. Sicut enim ipse est alijs in ruinam, alijs in resurrectionem: ita, & ipse in Mãna fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus vermis efficitur.

a Murmurat, *vsque ad*, super mel & fauum, *sentẽtia ex eod. Orig. verba diuersa.*

b Sed quid est quod sexta, *vsque ad*, vermis efficitur, *ex eod. loco.*

De petra virga percussa. CAP. XXIIII.

POst[a] Mãna quęritur populus sub ardore sitis, & fons de petra erupit. Eadem autem petra, quæ percussa aquam euomuit, Christi figuram habuit. Quo aperto, aquæ cũctæ fluxerunt, ad quem velut virga lignũ passionis accessit, vt emanaret credentibus gratia. Percussa enim petra fons manauit. Percussus in cruce Christus sitientibus lauacri gratiam, & donum Spiritus Sancti effudit. Petram enim istam figuram habuisse Christi probat Apostolus, cum dixit: Bibebant autem de spirituali cõsequenti eos petra, petra autem erat Christus. Quod autẽ sitiens populus propter aquam murmurat aduersus Moysem, & propterea iubet ei Deus, vt ostendat eis petram, de qua bibãt, quid hoc significat? nisi quia si quis est, qui legens Moysem murmurat aduersus eum, & displicet ei Lex, quæ secundum litteram est scripta, ostendit & Moyses petram, qui est Christus, & adducit eum ad ipsam, vt inde bibat, & reficiat sitim suam.

a Post Manna, *vsque ad*, sitim suam, *ex eod.*

De pugna Amalech. CAP. XXV.

POst[a] hæc Moyses ascendit in montem, Iosue contra Amalech militat, tenet virgam Moyses, brachiaq. sua in modum crucis extendit. Sicque hostis, id est, Diabolus viram cęlestis patriæ intercludere molitus, signo crucis Dominicæ superatur. Dum leuaret manus Moyses, vincebat Israel: rursus si inclinasset, superabat Amalech. Eleuãtibus enim nobis actus nostros ad cælum, rectores tenebrarum subijciuntur. At contra remissis orãtes manibus, hoc est, terrenam conuersationem sectantes, hostis victor insequitur, sedet Moyses super lapidem, qui in Zacharia septem habebat oculos & in Samuelis volumine appellatur Lapis-adiutorij, & vtranque manum eius Aaron & Hur, quasi duo populi, aut duo testamenta sustentant.

a Post hæc Moyses, *ex eod.*

De cognato Moysis. CAP. XXVI.

DEuicto[a] autem Amalech, superuenit Ietro socer Moysis, adducit Sephoram, id est, Ecclesiam, vtrumq. filium ex vtroq. populo procreatum. Dat Moysi cõsilium septuaginta seniorum. Audit eum Moyses, & facit quæcunq. dicit. Vbi magnæ admirationis est, vt Moyses Propheta Deo plenus, qui cum Domino facie ad faciem loquebatur, ab homine gentili consilium acciperet, & faceret omnia quæcunq. diceret illi: nisi vt formam humilitatis populorum principibus daret, & futuri sacramenti designaret imaginem. Sciebat enim quandoq. futurum, quòd per populum ex gentibus congregatũ, ea quę in lege deerant, eo suggerẽte complerentur, bonumq. & spiritualem intellectum afferret ad legem Dei, & sciebat, quia audiret eundem populum Lex, & faceret omnia quæcunq. diceret, Legisque diminutio, suggerẽte Euãgelio, cõpleretur.

a Deuicto autem Amalech, *vsque ad*, complentur. *Orig. hom. 11. in c. 17.*

De ascensione Moysis in montem. CAP. XXVII.

SVccessit itaq. post hæc populus quadragesima septima die egressionis ex Ægypto ad montem Sina, ibiq. Moyses ascendit ad Dominũ, & Dominus ad eum descẽdit. Mons quippe altitudo contemplationis nostræ est, in qua ascendimus, vt ad ea, quę vltra infirmitatem nostram sunt, intuẽda subleuemur. Sed in hanc Dominus descendit, quia sanctis multùm proficientibus parum de se aliquid eorum sensibus aperit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[a] Succesit vtique, *vsque ad*, sensib. aperit, *verba sunt Greg. 5. Moral. c. 27.*

De tonitruis & fulgurib. CAP. XXVIII.

IAm deinde quinquagesima die post actũ Pascha, data est lex Moysi. Ita & quinquagesima die post passionem Domini, quam Pascha illud prefigurabat, datus est Spiritus Sanctus, promissus Paracletus, descendens super Apostolos, &, qui cum eis erãt, in centum viginti Mosaicæ ætatis mumero constitutos: & diuisis linguis credentium totus B Euãgelica prædicatione mundus impletus est. Dicitur illic Lex scripta digito Dei. Et Dominus dicit de Spiritu Sancto: in digito Dei eijcio dæmonia. Aspicit illuc cunctus populus voces & lampades, montemq. fumantem, tonitrua, & fulgura, clangoremq. buccinæ perstrepentem. In vocibus namq. & tonitruis, clamor prędicantium intelligitur: in lampadibus, claritas miraculorum: in sonitu buccinæ, fortis prædicatio sanctorũ. Quæ omnia in aduentu Spiritus Sancti cõpleta sunt, quando omnes discipuli Christi in varietate linguarum præceptis & signis intonuerunt. Interpretatur autem Sinai rubus, quod significat Ecclesiam, in qua & Do C minus loquitur Moysi. [a] Quòd autem legẽ daturus Dominus in igne & fumo descendit, hoc significat, quia & fideles claritatis suæ ostensione illuminat, & infidelium oculos per fumum erroris obscurat. Quòd vero videtur In caligine, hoc significat, quia impij, qui terrena sapiunt, caligine malitiæ eum descendentem, id est, in humilitate nascentem non cognouerunt. Alias in caligine visus legẽ dedit, quia veritatem suæ legis non sequuturis infidelibus, quasi per caligine dixit: vt videntes non videant, D & audientes non audiant.

[a] Quod autem legem daturus, *vsque ad*, obscurat. *Verba Greg. 6. Moral. c. 17.*

De decem verbis. CAP. XXIX.

DAt igitur inde Dominus Moysi legem innocentiæ nostræ & cognitionis suæ. Eandemq. in decem verba constituit, & saxeis tabulis digito suo scripsit. Et hęc quidẽ præcepta ita sunt distributa, vt tria pertineãt ad dilectionem diuinæ Trinitatis, septem vero ad amorem fraternum, quibus societas humana non læditur.

Primum decalogi mandatum ad Deum Patrem pertinet, dum dicit: Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Vtique vt hæc audiens, vnum Deum patrem colas, & in multos fictos deos fornicationem tuam non effundas. [a] In hoc præcepto prohibetur coli aliqua in figmentis hominum Dei similitudo, non quia non habet imaginem Deus, sed quia nulla imago eius coli debet, nisi illa, quæ & hoc est, quod ipse, nec ipsa pro illo, sed cum illo.

Secundum præceptum ad Filium pertinet, dum dicit. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanũ. [b] Creatura enim mutabilis est, ac propterea dicitur: omnis creatura vanitati subiecta est. Ergo ne quisquá Filiũ Dei Verbũ, per quod facta sunt omnia, putaret esse creaturam, ideo dicitur: non accipies in vanum nomen Domini Dei tui, id est, ne æstimes creaturam esse Filium Dei, quoniam omnis creatura vanitati subiecta est: sed credas eum esse ęqualem Patri, Deũ de Deo, verum Verbum, per quem omnia facta sunt.

[c] Tertio pręcepto legis insinuatur de obseruatione Sabbathi, quod ad Spiritum Sanctum pertinet, cuius dono requies nobis sempiterna promittitur. Nam quia Spiritus Sanctus dicitur, in quo nobis requies eterna promittitur, propterea & septimum diem sanctificauit Deus. In alijs enim diebus operum, non est nominata sanctificatio, nisi in Sabbatho vbi dicitur: Requieuit Deus. Proinde igitur hoc mandatum pertinet ad Spiritum Sanctum, tam propter nomen sanctificationis, quàm etiam propter æternam requiem ad donum Spiritus Sancti pertinentem. Dicitur enim ibi. Memento, vt diem Sabbathi sanctifices: sex diebus operaberis, D & facies omnia opera tua. Septimus autem dies, Sabbathum est nomini Dei tui, non facies omne opus. [d] In sex dierum opere, sex millium annorum operatio continetur. In septimo vero requies illius beati regni & tẽpus ostenditur, quod carnaliter Iudæi sapiẽtes & celebrantes peccant. Et hoc, ne nos ad fidem mendacij fallentis aptemus, clamat per Prophetã Deus. Neomenias & Sabbatha vestra odiuit anima mea. Quomodo ergo sanctificata erunt Sabbatha illa, quæ odiuit Deus. Illud ergo Sabbathum est sanctificatum, vbi post bona vitæ huius opera, requies

requies nobis æterna promittitur. Ideoque A quidquid agimus, si propter futuri seculi requiem facimus: veraciter Sabbathum obseruamus, non vt iã in ista vita nos requiescere æstimemus, sed vt omnia, quæ bene operamur, non habeant intentionem, nisi in requiem sempiternam.

Post hæc tria præcepta, quæ ad Deũ pertinent, septenarius succedit numerus mandatorum ad dilectionem proximi pertinẽs, & incipit ab honore parentum. Quod tamẽ in ordine quartum est: honora patrem tuũ & matrem tuam. A parentibus enim suis B homo aperit oculos, & hæc vita ab eorum dilectione sumit exordium. Inde hoc mandatum primum est in septem, sicut & Dominus in Euangelio ait: honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mãdatum primũ. Sed quomodo primum, quod quartum: nisi quia, vt prædictum est, in septenario numero, qui pertinet ad dilectionẽ proximi, primum est in altera tabula: nam ideo duæ tabulæ Legis datæ sunt. Iubetur ergo in hoc præcepto filijs honorare parentes, neque contumelioso sillis existere: sed officio pietatis reuerentiam debitam prestare. C Nam qui parentibus honorem deferre nõ nouit, quibus parcere poterit, aut quomodo alios diligere poterit, qui suos odit?

Quintũ, non occides. Etenim non solum opere perpetrans homicidium facit: sed etiam & qui incurrit in eum esuriẽtem vel nudum, qui mori posit, nisi indumentum cibumque porrigendo subueniat, & idẽ homicida tenebitur.

Sextum, non mœchaberis: id est, ne quisquã præter matrimonij fœdus alijs fœminis misceatur ad explendam libidinem. Nam specialiter adulterium facit, qui præter suam coniugem ad alteram accedit. D

Septimum, non furtum facies, quod est vitium rapacitatis.

Octauum, nõ falsum testimonium dices, quod est crimen mendacij & falsitatis.

Nonum, non concupisces vxorem proximi tui. In hoc præcepto vetat intentionẽ adulterinæ cogitationis. Nam aliud est face re aliquid tale præter vxorem: aliud nõ appetere alienam vxorem. Ideo duo præcepta sunt, non mœchaberis, &, non concupisces vxorem proximi tui.

Decimum, non concupisces rem proximi tui. In quo præcepto damnat ambitionem seculi, & refrenat concupiscentiam re

[a] In hoc præcepto, *vsque ad*, sed cum illo. *Hæc tantum legebantur in Val. & Comp. quæ propterea recepimus, quia sunt Aug. verba epist. 119. ad Ianuar. c. 11.*

[b] Creatura enim, *vsque ad*, Dei tui, *hæc in solo Val. quæ sunt item Aug. verba.*

[c] Tertio præcepto Legis, *omnia ex epist. Aug. citata ad Ianuar. c. 11. & seq.*

[d] In sex dier. opere sex millium annor. operatio continetur. *Quid de his verbis sentiremus, diximus ad cap. 7. Gen. adulterina planè esse, neque reperiri vsquam huiusmodi quidquam in codice Oluensi, neq. apud Aug. vnde sunt reliqua.*

[e] Inter hæc igitur omnia, *vsque ad*, vt sonant, *hæc tantum leguntur in Val. & Comp. sunt tamen Aug. verba c. 12. epist. 119. ad Ianuar.*

De duab. tabulis. CAP. XXX.

CVr autem in duabus tabulis scripta est Lex? nisi aut propter duo Testamenta significanda, aut propter illa duo præcepta dilectionis Dei, & dilectionis proximi, in D quibus tota Lex pendet & Prophetæ? Hæc enim in tabulis singulis explicata sunt. In vna enim tria præcepta ad Dei pertinentia charitatem: in altera vero septem pertinẽtia ad proximi societatem.

De lapideis tabulis. CAP. XXXI.

SEd cur lapideæ eædem tabulę fuerint? nisi ad significandum cor Iudæorum lapideum? per lapidis insensibilitatem, demonstrauit duram eorum mentis stoliditatem: de qua propheta dicit, auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum. Vnde Apostolus: non in tabulis lapideis, sed in tabu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabulis cordis carnalibus. Neque enim hoc A tabulæ carnales volunt: vt carnaliter sapiamus, sed quia in comparatione lapidis, qui sine sensu est, caro sentit: idcirco per lapidis duritiem, significatum est cor non intelligens, & per carnalem sensibilitatem, significatum est cor intelligens.

De altari de terra. Cap. XXXII.

QVòd[a] autem additur ibi à Domino. Nõ facietis vobis Deos argenteos & aureos: altare de terra facietis mihi. Altare enim de terra Deo facere, est incarnationẽ B mediatoris sperare, tunc quippe à Deo nostrum munus accipitur, quando in hoc altari nostra humilitas, id est, super Dominicæ incarnationis fidem posuerit quicquid boni operatur: in altari ergo de terra oblationum munus offerimus, si actus nostros Dominicæ incarnationis fide solidamus.

[a] Quod autem additur, *vsque ad*, fide solidamus. *Greg. 3. Moral. c. 15.*

De non sectis lapidib. faciendo. Cap. XXXIII.

DEinde adiecit: quod si altare lapideum C feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris super id cultrum, polluetur. Secti lapides hi sunt, qui vnitatem scindunt, ac diuidũt semetipsos à societate fraterna per odium vel schismata: tales in corpore suo non recipit Christus, cuius corporis figuram altaris illius constructio obumbrabat. Isti vero non secti lapides, ex quibus altare cõstrui iubetur, hi sunt, qui fidei morumq. vnitate solidantur: de quibus dicit Apostolus: vos estis lapides viui, coædificati in domus spirituales. His nõ est iniectum ferrum, quia incorrupti sunt, D & iacula maligni ignita non receperunt: quique vnum altare faciunt, quia vnitatem fidei vel concordiam charitatis sequuntur.

De non ascendendo ad id per gradus. Cap. XXXIIII.

NOn accedes per gradus ad altare meũ, id est, non gradatim vnum alio præferens ad me peruenies, neque priorem neq. posteriorem tempore discernes, quia diuisum & sequestratum vnitatis Dominũ propitium non habebis: Hoc enim Ariani faciunt, qui inseparabilem Patris, Filij, & Spiritus Sancti substantiam diuidunt. Iã deinde quam plura legis præcepta dantur, quibus omissis, quæ opportuniora sunt, dicenda sunt.

De Hebræo sex annis seruiente. Cap. XXXV.

PRæcipitur enim post hæc in lege, vt Hebræus puer, si forte in seruitutẽ deuenerit, sex annis seruiat, septimo vero anno liber dimittatur. Quòd si egredi à seruitute noluerit propter vxorem & filios, perforabitur auricula eius subula, & erit seruus in seculum.

Hoc de præsenti non dicitur seculo, sed de futuro: quia in sex ætatibus huius seculi seruientes, in septimo die, id est, ęterno Sabbatho liberabimur: si tamen voluerimus esse liberi, dum adhuc in seculo seruimus peccato. Si autem noluerimus, perforabitur nobis auricula in testimonium inobedientiæ, & cum vxore & filijs nostris, quos prærulimus libertati, id est, cum carne & operibus eius, iugiter peccati serui erimus in æternũ.

De talione. Cap. XXXVI.

ILlud vero quid significat, quòd in hac lege oculum pro oculo dari iubetur? Oculus enim est quisq. doctor, tanquam vitę demonstrãs iter. Idem autem si intentionem auditoris per aliquam pernicioſam doctrinam conetur extinguere: si oculum lædat animæ, & intellectum eius turbet, auferatur necesse est ab Ecclesiæ præsulatu, & intellectus eius turbulentus ac ferox, qui scãdalum fidei generat, proijciatur. Sed etiquis dentem læsit auditoris, per quem scripturarum cibos comminuebat, & diuidens spirirualiter distinguebat, vt subtilẽ ex his ad interiora animæ transmitteret sensum: quisquis ergo huiusmodi euellens dentem conatur à corpore Christi præcidere, auferatur dens illi. De talibus enim dicitur. Dentes peccatorum cõtriuisti: siquidem & manus pro manu, & pes pro pede deposcitur. Manus, est actio operantis: pes est, per quem inceditur ad bona opera vel mala. Præcidatur ergo ille, qui scandalum facit, nõ solum in fide, sed etiam in actibus, qui per manum signi-

significãtur, aut offendiculum præbent, quo A pedes intelliguntur. Recipiat etiam combustionem, qui combusit & gehennæ fraternam tradidit animam. Per quæ signaculo ostenditur, vt iste percussor omnibus detrũcatus membris à corpore excidatur Ecclesiæ, vt cæteri videntes timorem habeãt, & non faciant similiter.

De decimis & primitijs offerendis. Cap. XXXVII.

IVbetur quoque inter hæc Israeliticus populus decimas frugum, cunctarumq. primitias rerum offerre Domino. Spiritualiter B quippe primitiæ frugũ vel primogenitorũ, principia bonorum operum ostendunt, vel ipsam bonã voluntatem, quæ prior est opere, quã Pelagiani sibi tribuendo offendunt. Deus autem, dum illa sibi à nobis iubet offerri, indicat ad ipsius gratiam pertinere. In decimis porrò Domino offerendis denarius numerus perfectionem significat: quia vsque ad ipsum numerus crescit: ideoq. sicut in primitijs principia volũtatum, ita in decimis consummationes nostrorum operum C ad Deum referre præcipimur, à quo & boni operis initium & perfectionis percipimus effectum. [a] Verùm quod dixit primogenita asini mutabis oue: Per asinum quippe hoc loco immunditias, per ouem vero innocentia designatur. Asini ergo primogenita oue mutare, est immundæ vitæ primordia ad innocentiæ simplicitatem conuertere: vt postquã omnia illa peccator egit, quæ, vt immunda, Dominus respuit, ea iam agẽdo proferat, quæ Dei sacrificio, vt mũda, imponat. Quod vero sequitur, si non redimes, occidetur: quia nimirum mens immunda, D & delictis obnoxia, si non fuerit in melius commutata, necabitur morte perpetua.

[a] Verùm quod dixit, *vsq. ad*, morte perpetua. *Gregor. 27. Moral. cap. 11.*

De vitulo combusto igni. Cap. XXXVIII.

DEscendens[a] itaq. Moyses de monte cũ tabulis, dum audisset populũ, quòd fuerat ad idola consecratus, indignos eos iudicans accipere legem, proiecit de manibus suis tabulas, quibus confractis, incendit vitulum, quem plasmauerãt. Sed quid sibi velit iste vitulus, quem fecerunt sibi filij Israel in solitudine? Vel quid significet, quod Moyses ipsum vitulum igne combusit, minutatimq. concidit, & in aquam aspergens potum populo dedit? Si enim tabulas, quas digito Dei, hoc est, operatione Spiritus Sancti scriptas acceperat, ideo fregit, quia indignos eos, quibus eas legeret, iudicauit: si deniq. vt ab eis ille vitulus penitùs aboleretur, incẽdit eum & contriuit, & in aquam sparsit, atq. submersit, vt quid & potum hũc populo dedit? Quem non excitet factũ hoc ad quęrendam, & intelligendam propheticam significationem? Occurrat ergo iam intentis mentibus, quia Diaboli corpus significabatur in vitulo: id est, homines in omnibus gentibus, quibus ad hæc sacrilegia caput, hoc est, auctor est Diabolus. Aureum præterea, quia videntur idololatriæ ritus, velut à sapientibus instituti. De quibus dicit Apostolus: quoniam cognoscentes Deũ, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedũ, & serpentum. Ex hac quasi sapientia iste vitulus aureus, qualia solebant Ægyptiorum etiam primates, & tanquam docti homines adorare figmenta. Hoc ergo vitulo significatum est omne corpus: id est, omnis societas Gentilium idololatriæ deditorum. Hãc sacrilegam societatem Dominus Christus illo igne comburit: de quo in Euãgelio ait: ignẽ veni mittere in terrã: vt quoniam non est, qui se abscõdat à calore eius, dum in eũ credunt gentes, igne virtutis eius diabolica in eis forma soluatur. Totum deinde corpus illud comminuitur, id est, ab illa malæ conspirationis conflatione discissum verbo veritatis humiliatur, & comminutum in aquã mittitur, vt eos Israelitæ, id est, Euãgelij prędicatores ex baptismo in sua membra, id est, in Dominicũ corpus trãsferant: quorum vni Israelitarum, id est, Petro de ipsis gẽtibus dictum est sic: macta & mãduca. Si macta & mãduca, quare non etiã, concide & bibe? ita iste vitulus per ignem zeli, & aciem verbi & aquã baptismi ab eis potius, quos absorbere conabatur, absorptus est.

[a] Descendens, *vsq. ad*, absorptus est. *Verba Aug. 12. cont. Faustum c. 93.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De interfectis tribus millibus.
CAP. XXXIX.

NVnc autem, quid etiam Propheticæ significationis habuerit: requirendū est, quòd ex eis multos qui sibi absente ipso idolum fabricauerant, sine vlla cuiusq. necessitudinis distinctione iusserit interimi. Facile est autem, vt intelligatur hominum illorū interemptione significari vitiorum talium insecutionem: qualibus ad eandem idololatriam defluxerūt, in talia quippe vitia sæuire nos iubet Apostolus, cum dicit: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, luxuriā, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus. De porta verò vsque ad portam ire, est à vitio vsq. ad vitium, per quod ad mentem mors ingreditur, cū gladio increpationis discurrere. Sed ipse numerus ~~viginti~~ trium millium interfectorum, triplicem formā indicat peccatorum. Omne enim peccatum, aut facto, aut verbo, aut cogitatione committitur.

B

[a] Nunc autem, *vsque ad*, idolorum seruitus, *ex 12. cont. Faust. c. 92.*

De cōfractione tabular. CAP. XL.

ASCendit itaq. Moyses denuò in montē. Iterumq. dat ei Deus legem in alijs tabulis ad instar priorum præcisis. Sed quid significauerunt eædem tabulæ, quas primū à Domino Moyses accepit, & fine mora cōfregit. Tabulæ illæ imaginē demonstrabāt priscæ legis, non post longum interuallum pro populi peccato cessantis. Aliæ vero ad instar priorum iteratim incisæ, noui Testamenti habuere figuram. Istæ non franguntur, vt ostenderentur noui Testamenti eloquia permānsura. Vnde & meritò decē verbis legenda signātur, vt per eundem numerū figura crucis exprimeretur. Huius enim formæ in decem X. littera est. Nam recto vno apice à summo vsq. ad imum ducitur. Rursum alio non dispari per transuersa brachiorum componitur. Vnde & ipse ait: Nō veni legem soluere, sed implere, vtique per passionē crucis, cuius imago fuit in tabulis.

C

D

De quadraginta dieb. quos ieiunauit Moyses. CAP. XLI.

QVid autem sibi velit quod Moyses quadraginta diebus ieiunauerit? cuius actionis quædam figura est in huius numeri consideratione: quadragenario enim numero, & Moyses & Elias & ipse Dominus ieiunauerūt. Præcipitur enim nobis ex Lege, & Prophetis, & ex ipso Euangelio, quod testimonium habet à Lege & Prophetis: (vnde etiam in monte inter vtranq. personam medius Saluator effulsit,) vt à mundi illecebris auiditatem nostram tanquam ieiunio temperātiæ refrænemus, quādiu perfectio Decalogi Legis per quattuor eiusdē mundi partes, id est, toto orbe prædicatur: vt decem quater ducta quadragenarium numerum signent.

A

Quod Dñs Deus dixit ad Moysem, posteriora mea videbis.
CAP. XLII.

QVod verò petiuit Moyses, vt claritatem Domini videret, dicens: Si inueni gratiam apud te, ostende mihi te ipsum manifestè. Accepit enim in præsenti congruū responsum: quod faciem Domini videre non posset, quam nemo videret & viueret. Quid est ergo faciem meam videre nō poteris? nisi quia quāuis vsque ad parilitatem Angelicam humana etiam post resurrectionem natura proficiat, & ad contemplandū Deum indefessa consurgat: videre tamen eius essentiam plenè non prævalet, quā nec ipsa perfectio Angelica in toto vel integrè attingit scire secundum Apostolum: qui ait, pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, vt subaudias & Angelorum. [a] Sola enim sibi integrè nota est Trinitas, & humanitati susceptæ, quę tertia est in Trinitate persona. Iam deinde in sequentibus verbis Dei, futuri Christi, Ecclesiæque mysterium figuratum est. Gestauit quippe Moyses typum populi Iudæorum in Christum postea credituri. Ideo illi dictum est: Cum transiero, posteriora mea videbis. Quidam hunc sensum in Euangelio dicunt fuisse completum, cū ascendisset Dominus in montem, quando apparuit Moyses colloquens cum Iesu, & ideò ibi completam aiunt istam promissionem, quam accepit in monte Sina, cum dictum est: posteriora mea videbis. Vidit ergo posteriora eius, id est, vidit quæ in posteribus & nouissimis facta sunt. [b] Quod autē ait Dominus ad Moysem. Est locus apud me: stabis super petram, & paullò post: Tollā manum meam, & videbis posteriora mea: quia

B

C

D

quia enim ex sola Ecclesia Catholica Christus conspicitur: apud se esse locū Dominus perhibet, de quo videatur. In petra Moyses ponitur, vt Dei speciem contempletur: quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, diuinam præsentiam non agnoscit. De qua soliditate Dominus super hanc petram, inquit, ædificabo Ecclesiam meam.

[a] Sola enim sibi integrè nota est Trinitas, & humanitati susceptæ, quæ tertia est in Trinitate persona. *Hoc est. nō quá humanitas est, sed quia subsistit in vna ex tribus personis. Sunt autem hæc (quantum coniecimus) Græci alicuius scriptoris verba. Nam repetuntur paullulum immutata, vtpote ex diuersa interpretatione, lib. 1. sententiarum, cap. 3. illic enim:* Sola (inquit) Trinitas sibi integrè nota est, & humanitas à Christo susceptа, quæ tertia est in Trinitate persona. *Vtrumque vero in idem recidit. Ob id namque Trinitas humanitati susceptæ integrè nota est, quia humanitatis susceptæ nomine Verbū ipsum susciens simul intelligimus. Ac propterea humanitas à Christo susceptа ab alio integrè nosci non potest, quia homo ille Deus est. Valetque ad hoc communicatio (quam vocamus) idiomatum. Nam, vt ipse lib. 1. sententiarum, c. 6. ait:* Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, neque quam alter in humanitate, alter in Deitate est, sed in vtraque natura idem vnus est. *Vox autem ternarij, ordinem hoc loco non magis significat, quàm cum binarium numerum senarij tertiam partem dicimus, aut cum doctus Poëta in epithalamio cecinit:*

Virginitas nō tota tua est, ex parte parentū est;
Tertia pars patri data, pars data tertia matri,
Tertia sola tua est: noli pugnare duobus.

Quin etiam Isidorus ipse alibi quoque eadem de Trinitate eodem modo loquitur. Nam lib. 1. aduersus Iudæos capit. 4. Cuius Trinitatis (*inquit*) sacramentum, & Aggæus Propheta ita aperuit ex persona Domini, dicens: Spiritus meus erit in medio vestri. Ecce Deus qui loquitur, ecce Spiritus eius. Post hæc de tertia persona, id est, de Filio ita subiecit: quia ecce ego cōmouebo cælum & terram, & veniet desideratus cunctis gentibus. *Et paullo post.* Et nunc Dominus, qui misit me, & Spiritus eius: ecce duæ personæ, Dominus, & Spiritus eius, qui mittunt, & tertia persona eiusdem Domini, qui mittitur. *Bis itaque Filium tertiam personam, hoc est, vnam è tribus dixit. Quo sensu licuit dicere: in Trinitate diuina tertia persona Pater, tertia Filius, tertia Spiritus Sanctus. Sed, cum in hac Trinitate nihil prius sit aut posterius, nostræ tamen auem id refugiunt, itaque has dicendi formas non tam vsurpamus, quam sobriè interpretamur. Quod verò humanitatem personæ quibusdā facere videtur, ij non attendunt, prouocabulare qui, quæ, quod, cum inter diuersi generis duo nomina potior, non tantum præcedenti, sed sequenti etiam aptari solere notissimo Sallustij exēplo,* Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. *Quomodo Isidorus quoque ipse loquitur interdum gaudet, vt lib. 2. sententiarum cap. 15.* Initiatos Dei persequuntur tenebræ, qui intelliguntur dæmones. *Ita est enim in omnib. manuscriptis, mendosè verò in excusis, qua intelliguntur dæmones. Quare*

A

B

C

D

A *lib. 1. sentent. cum posset dicere:* Sola Trinitas sibi integrè nota est, & humanitas à Christo susceptа, qui tertia est in Trinitate persona (*id enim volebat*) *nolust tamen ad præcedētem Christum prouocabulum respicere, sed ad personam subsequentem. Quod fecit item hoc loco, cum tamen humanitatis susceptæ nomine Filium ipsum (vt diximus) susciptentem conceperit. Neque est, quod de scripturæ veritate aut hic aut lib. 1. sentent. quisquam dubitet. Nam vt his octo, ita illic sedecim manuscripti libri, tam longobardicis, quàm nostris characteribus scripti, omnes omnino cum editis consentiunt.*

De glorificatione Moysis.
CAP. XLIII.

QVòd verò descendēte denuo Moyse cū tabulis facies eius glorificata videtur, sed tamen velamine tegitur, hoc significabat, vt ostēderet eā Legem mystico esse velamine coopertam, tectamque infidelibus & occultam. Sermo quippe Legis habet scientiæ gloriam, sed secretam: habet & cornua duorum Testamentorum: quibus contra dogmata falsitatis incedit armata. Cum enim Moyses legitur, velamen est positum super cor eorum. Et manifestè dum Legis & Prophetarum scripturam per nimiam stoliditatem cordis carnaliter accipiūt infideles, illis tota facies Moysi quodam velamine tegitur: ita vt non possint loquentis Legis gloriam sustinere. Sed si conuersi fuerint ad Deum, auferetur velamen, occidens littera morietur, viuificans spiritus suscitabitur. Dominus enim spiritus est, & Lex spiritualis est. Vnde & Dauid orabat in psalmo: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.

De ædificatione Arcæ.
CAP. XLIIII.

IAm nunc arcam Testamenti Domini inspiciamus, in qua erant repositæ tabulæ Legis. Per hanc arcam, quā de lignis imputribilibus Moyses fabricauit, [a] Ecclesia Christi significatur, ædificata ex omnibus sanctis, mēte & corpore incorruptis, habētibus interius etiam duas tabulas Testamenti: id est, obseruantiam Legis, & Euangelij. Intus autē ac foris inauratur arca: sic & Ecclesia, quasi aurū radiare debet, tam interiùs vitæ splendore, quàm exteriùs doctrinæ, & sapientiæ claritate. [b] Corona autem aurea per circuitum, & quattuor circuli aurei, qui per quattuor angulos iubentur adiungi: id

significant: quia in eo quod in Ecclesia per quattuor mũdi partes dilatata tenditur, pro culdubio quattuor sancti Euãgelij libris accincta prædicatur, quæ tamẽ intra vnius coronæ ambitũ, id est, intra eiusdẽ fidei vnitatem concluditur. Vectes quoq. de lignis Sethim fiunt, qui eisdẽ ad portandum circulis inseruntur: quia fortes perseuerantes q. doctores, velut imputribilia ligna, quærendi sunt, qui instructioni sacrorum voluminum semper inhærentes sanctæ Ecclesiæ vnitatẽ [c] deuinciant, & quasi intromissis circulis arcam portent. Qui auro quoq. iubentur operiri, vt cum sermone alijs insonãt, ipsi etiam vitæ splendore fulgescant.

[a] Ecclesia Christi significatur, *vel etiã mens nostra ex Origene: ita enim ille homil. 10. in Numeros:* Et arca aurea, in qua sunt tabulæ Testamenti (vt opinor) non aliud, quã mens nostra esse declaratur, in qua Legẽ Dei debemus habere descriptã. Hæc autẽ mens aurea debet esse, hoc est pura, & pretiosa, in qua Legem Dei descriptã semper habeamus, sicut Apostolus dicit, scriptã non atramẽto, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. *Ambros. verò carnem Saluatoris esse voluit in c. 9. epist. ad Hebræos. Vid. not. cap. seq.*

[b] Corona aurea per circuitum. *Nihil hic de corona aurea Gregorius, è quo sunt reliqua in Pastorali part. 2. cap. 10. Et quidẽ eadem hæc multò aliter & Septuaginta, & eorũ Latinus interpres reddidere. Pro his enim apud Aug. in quæstionibus in Exodum hæc verba leguntur:* Cymatia aurea tortilia in circuitu. *Sed in hoc opere è variis auctoribus cõ texto non allegoriæ modo, sed Sacræ etiam scripturæ translationes permiscentur, quãuis Gregorius hoc loco Vulgata editione vsum vel vectes soli satis indicent, pro quibus interpres ille gestatoria vel supportatoria reddidit.*

[c] Deuinciant, *ex Bed. & impress.* denũtient *m. s. o. & Greg. mendosè opinor.*

De vrna aurea, & tabulis, & virga. CAP. XLV.

IN hac Testamenti arca fuit vrna aurea: tabulæ quoq. & virga Aaron. Hæc arca, vt prædictum est, Ecclesia est, habens duas tabulas lapideas: id est, duplicis Testamenti perpetuam firmitatẽ. Vrnam [a] quoq. aureã, intelligimus carnem Christi puram atque synceram, quæ reconditũ in se Manna perpetuæ diuinitatis conseruat, & Angelici illius panis perennem cælestemq. gerit dulcedinem: nec non etiam virgam Aaron, id est eiusdem summi veriq. pontificis nostri Iesu Christi salutare vexillũ immortalis memoriæ semper viriditate frondens.

[a] Vrnam quoque auream intelligimus carnem Christi, *&c. hæc quidem ex Ambrosio sumpta videtur, nisi quod ille arcam, noster verò vrnam Saluatoris carnem esse vult: ita enim Ambrosius loco citato.* Arcã Testamẽti: hæc est caro Saluatoris, in qua erat vrna aurea, habens Manna diuinitatis, & virga Aarõ, quæ floruit in sacerdotio Christi, & tabulæ duorum Testamentorum.

De propitiatorio & Cherubim. CAP. XLVI.

IAm porrò per propitiatoriũ super arcam Testamenti positum, [a] idem ipse Christus insinuatur, qui inter Deum & hominẽ medius propitiator interuenit, de quo dicit Apostolus: Quẽ proposuit Deus propitiationẽ per fidẽ in sanguine ipsius. Hoc propitiatoriũ arcę superponitur, sicut & Christus caput est Ecclesiæ: cuius à dextris & à sinistris duo Cherubim assistũt. Cherubim autẽ plenitudo scientiæ interpretatur, plenitudo scientiæ est charitas, id est dilectio Dei & proximi, qua Dominus ostẽditur, nemo enim potest peruenire ad Deũ nisi per charitatem: plenitudo enim legis dilectio est. [b] Alij cadẽ duo Cherubim, duo intelligunt testamenta, quæ multitudinis suæ scientia propitiatorium Dei, id est, Christi sacramenta obũbrant, testãte [c] Propheta: In medio duorum animalium cognosceris. Hi versis vultibus se respiciunt, dum in spiritualẽ sensum vertuntur: tunc enim alterutrum sibi melius concordãt, & in omnibus rectius consonãt. Siquidem ex vtroque latere oraculum vel propitiatorium tegunt, quia vetus & nouum Testamentum tam Christi sacramenta, quàm Ecclesiæ mysteria sub ænigmatum figuris operiunt.

[a] Idem ipse Christus insinuatur, *Ita Gregorius homil. 6. in Ezech.* Quid enim per propitiatorium nisi redemptor humani generis designatur? *atq. eodem modo Ambrosius.* Aptè autem propitiatorium super arcam positũ esse dicitur, quia ipsi mediatori Dei & hominum à Deo Patre donatũ est, vt esset propitiatio pro peccatis nostris, *&c. Cur verò super arcã, & tota omnino de re elegantissimè Aug. q. 105.* In arca pro ni iussa sunt, Lex & Manna, & virga Aaron: in Lege præcepta sunt, virga potestatem significat, Manna gratiam, quia nisi cum gratia non est potestas præcepta faciendi. Verũtamen quia Lex à quouis proficiente non ex omni parte completur, propitiatoriũ est desuper, ad hoc enim opus est, vt propitius sit Deus, & ideo desuper ponitur, quia superexaltat misericordia iudicium.

[b] Alij eadem duo Cherubim. *Greg. homilia citata.*

[c] Testante Propheta in medio duorum animalium cognosceris. *Inseruit testimoniũ ex Habacuc Gregorius allegoriæ. Citauit que illud (quod ei commodum fuit) non ex Vulgata, sed ex Septuaginta editione. Pro his enim verbis Hieron. In medio annorũ notum facies, vertit. Non solum autẽ Hebræa diuersis punctis notata vtraq. interpretationẽ recepit, sed Ecclesia vtraq. etiã in diuinis officijs vtitur.*

De altari. CAP. XLVII.

ALtare autem illud, corpus Christi significabat, siue omnes sanctos, in quib[o] ardet semper diuinus ignis & semper cõsumit[ur] caro.

De mensa. CAP. XLVIII.

POsita verò mensa pacis & fidei Ecclesiæ gestabat typũ, in qua pascimur alimentis scripturarum. Ad cuius vnitatem ex toto orbe vocibus Apostolicis Dei populus congregatur, Salomone dicente: Sapientia ædificauit sibi domum, parauit mensam suam, miscuit vinum in cratere, & reliqua, dicẽs: Venite edite de meis panibus.

De cãdelabro & oleo. CAP. XLIX.

CAndelabrum illud septem ramorũ, Spiritus Sancti gestabat imaginem, qui septiformi gratia illustrat omnem Ecclesiã in vnitate fidei consistentem. Alij idem cãdelabrum Christũ intelligũt, gestantẽ septem Ecclesias, in quibus septiformis Spiritus Sancti splendor emicat. Huic candelabro fiunt emunctoria, quæ in Isaia forcipes nuncupantur. Et hęc quidam duo testamenta interpretati sunt, quibus peccata purgantur, quæq. inter se Spiritus Sancti vnione sociãtur. Extra velũ autem testimonij, quod obpansum est, candelabrum ardere præcipitur, quia sine vllo veteris Testamenti velamine Spiritus Sancti iam veritas fulget.

Oleum verò, quod de arboribus oliuarũ sumendũ Dñs præcipit: eandem gratiã Spiritus Sãcti ostendit, habentẽ in se pacẽ & misericordiã per Saluatoris aduẽtum: vnde in cordibus nostris lumẽ veritatis accenditur.

[a] Spiritus Sancti gestabat imaginem. *Ambr.* Candelabra verò dona Spiritus Sancti sunt, quæ in Ecclesijs lucent intelligẽtibus, per eum, super quem requiescit spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris Dñi. *Hier. ad Zachar. c. 4.* Candelabrum (*inquit*) solidũ aureũ (Hebræi) Legem, id est, eãdem interpretantur. Lampadẽ autem, id est, flammã in vertice candelabri lucentem atq. fulgentẽ, Christũ, qui caput Legis sit, & omnẽ mundũ illuminet. Septẽ lucernas super candelabrũ, septẽ gratias Spiritus Sancti: *Hæc quidem de Hebræorum sensu se dicere profitetur. Ipse verò de Ecclesiasticorũ virorũ cõmentariis subdit:* Candelabrũ aureum de auro purissimo Ecclesiam intelligunt, quæ in scripturis sanctis non mac mentem, magis quàm verba perquirit.

De tabernaculo. CAP. L.

SEquitur nunc figura tabernaculi, quod iubente Dño Moyses fabricare iubetur. Tabernaculũ hoc per allegoriam Ecclesia est in huius vitæ eremo cõstituta: de qua Psalmista ait: Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorũ. Varijs itaq. speciebus tabernaculũ instruitur, partim pretiosis, partim viliorib[us], per quod monstrat[ur], alios sanctos, alios peccatores esse in Ecclesia. Fideles autẽ omnes intra corp[us] Ecclesię cõstitutos, infideles verò extra ſinũ collocatos.

De columnis et earum basib. CAP. LI.

IPsum autẽ tabernaculũ cũ in typo Ecclesiæ fieret, colũnas ei[us] quattuor fundi argẽteas Dñs iussit. Colũnæ istæ, quattuor Euangelistę sancti sunt, fidei firmitate fundati. Argẽteæ autẽ dicũtur, propter diuini eloquij claritatẽ. Harum columnarũ bases, Prophetæ sunt, qui suo gestamine structuram portãt Ecclesiæ, supra fundamentũ enim prophetarũ Euãgelistæ collocãt Ecclesiã, corũque auctoritate Euangelicã fidẽ confirmãt. Caput autẽ columnarũ aureum, ille est, de quo dicit Apostolus: quia caput viri Christ[us].

De tabulis deauratis. CAP. LII.

INterim & tabulas deauratas erigi præcipit, & fundi earũ bases argenteas iubet. Quid enim per tabulas, nisi Doctores & Apostoli, extensa in mundum prædicatione dilatati? Quid per bases argenteas, nisi, vt prędictum est, prophetæ signãtur: qui superim positas tabulas ipsi firmi ac fusiles sustinent? Quia Apostolorum & Doctorum vita, dum eorum prædicatione instruitur, eorum auctoritate solidatur. [a] Vnde coniunctæ bases binæ singulis tabulis supponuntur: quia dũ prophetæ sancti in verbis suis de mediatoris incarnatione concordant, subsequentes prædicatores Ecclesię indubitãter ædificãt. Et cum in semetipsis nõ discrepant, illos in se robustiùs firmant. Quòd autẽ argenteas ait bases & tabulas deauratas: ostẽdit præcepta Apostolorũ longè clariora esse, quàm prophetarũ. Tentoria autem, quę ansulis assuta & circulis suspensa atq. innexa funibus ad modũ cortinarũ viginti & octo in longũ atque in latum quattuor cubitis distendun

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,reliqua credentiũ plebs intelligitur,quę hæret & pendet in funibus fidei.Funis autẽ triplex non rũpitur,quæ est Trinitatis fides, ex qua dependet,& per quẽ sustinetur omnis Ecclesia. Quòd autẽ viginti & octo cubitorum in longum distenduntur, & in latum quattuor cortinæ vnius mensuræ: inserta Lex Euangelio designatur. Septenarius namq. numerus Legẽ significare solet propter multa septenarij numeri sacramenta.Qui consociatus ad Euangelia quattuor, quater septem consequenter vigesimum octauum numerum faciunt.

[a] Vnde coniunctæ bases binæ significant, *ex Orig. hom.9.in c.28.*

De decem cortinis. CAP. LIII.

DEcem autem cortinæ fiũt, vt integrum perfectionis numerũ teneant, & Legis Decalogum significent: qui tamen quinquagenis aureis circulis sibimet connectũtur:quia omnes fideles per donum Spiritus Sancti fidei & charitatis vinculo sociantur. Quinquagenarius enim numerus ad Spiritum pertinet Sãctum.Vnde & quinquagesimo die post Pascha descendit de cælo Spiritus Sanctus.

De vndecim velis cilicinis. CAP. LIIII.

QVòd[a] vero vndecim vela cilicina fieri præcipiuntur: in cilicio peccatum ostẽditur, propter hœdos ad læuam positos. Quoniam ergo superius in decem cortinis sanctos perfectionem legis tenentes ostenderat, profectò vndenarius ciliciorum numerus, quoniam transgreditur denarium, transgressores legis, hoc est, peccatores in Ecclesia futuros significat. Sed tamen & ipsa saga cilicina quinquagenis ansulis copulantur propter pœnitentię signũ,& spem remissionis peccatorum per indulgentiam. Vnde & quinquagesimus Psalmus veniæ & remissionis est. Possunt quidẽ & hæc tentoria cilicina, (quibus tabernaculũ tegitur,& pluuias & ventos & turbines tolerãt)grossę hominũ mẽtes accipi,quæ aliquando in Ecclesia occulto Dei iudicio,quãuis durę sunt, præferũtur. Vnde & bene sequenter pelles arietũ ibi subiecit,vt per arietes duces præpositosq. Ecclesiarũ ostẽderet.Qui,quia deseruire curis temporalibus nõ timẽt, oportet,vt tentationũ ventos & pluuias de hu-

A ius mũdi cõtrarietatibus portẽt,vt qui intra Ecclesiã spiritualiter,quasi byssus & hyacinthus & purpura fulgẽt,securi interius respirẽ deant, dũ præpositi & rectores corũ contra procellas & turbines seculi foris laborant.

[a] Quòd verò, *vsque ad*,remissionis est, *verba Aug. 15.de ciuit.c.20.*

De oppãso velo in medio tabernaculi. CAP. LV.

QVòd vero in medio tabernaculi velum extẽditur,& exterior pars ab interio re separatur:illud significat,quod nũc populis Ecclesię,quę promissa sunt,velut obpãsũ, quousq.reuelẽtur,videre nõ liceat.Sic enim & Apostolus ait:Nũc videm⁹ per speculũ in ænigmate,tũc autẽ facie ad faciẽ.Quandiũ igitur in hoc mundo sumus,tanquã per speculũ veritatẽ videmus,positi quasi in sancta, nondũ peruenientes ad sancta sanctorum. Sancta enim possunt esse ea,quæ in præsenti seculo habere sancta cõuersatio potest.Sancta verò sanctorũ,in quæ semel tantũmodo intratur:ad cælũ est trãsitus,vbi est propitiatoriũ & Cherubim,vbi & mũdicordibus apparere poterit Deus.In qua ramẽ conuersatione cõstituti nõ sine adiutorio Spiritus Sancti cõsistimus.Habemus enim ex vno Spiritus Sancti fonte septẽ lucernas,quæ illuminẽt populũ Ecclesiæ:id est,septemplicẽ Dñi gratiã missam in vniuersum orbẽ terrarum, quæ populos Ecclesiæ fulgore Spiritus Sancti diuersa charismatum claritate illustrat. Potest quidẽ hoc obpãsum velum,quod pertem tabernaculi interioris occultabat, ne prospicerentur illuc reposita, tẽpus illud significare,quod fuit sub Lege.Quia ea, quæ Lex & Prophetæ cecinerunt, occulta erãt, & interiecto velamine videri nõ poterant. Sed postea quàm Christus aduenies tempore passionis velũ illud à summo vsq.deorsum dirupit, omnia illa,quæ antea erant occulta,per Dñi passionem ad nostram fidem sunt reuelata,dicente Apostolo.Nobis autẽ reuelauit Deus per spiritũ suum: quia spiritus omnia scrutatur,& ea quę sunt alta Dei.

De diuersis donarijs ad constructionẽ tabernaculi. CAP. LVI.

OFferuntur autem vno studio, & tamen diuersa donaria ad constructionem tabernaculi, iuxta quod scriptum est: Aurum,

Aurum, argentum, æs, lapides pretiosi: A
Tum præterea byssum, coccum, hyacinthum & purpuram, pelles arietum rubricatas, & pelles hyacinthinas, sed & ligna imputribilia, pilos quoque caprarum ad cẽstructionem tabernaculi. [a]Sed & quicquid in cultum & ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures & annulos & dextralia, omne vas aureum in donaria Domini separatum est. Si quis habuit hyacinthum, purpuram, coccum bis tinctum, byssum & pilos caprarum. Figura itaque prioris tabernaculi, Ecclesiæ typus est. Per hæc itaque munera significantur meritorum dona, quibus ornatur Ecclesia: fides eius auro comparatur, sermo prædicationis argento. Quòd verò quæ in ornamento siue tabernaculo necessaria sunt, viri cum mulieribus præbent: hoc significat, quia intra Ecclesiam virtutes fortium,quæ per viros exprimuntur, & exigua opera infirmorum, quæ per mulieres intimantur, omnia locum inueniunt & ad vsus sanctæ ædificationis accipiuntur. Collatio verò ipsa non fit necessitate, sed spontẽ, quia fides spontanea est. Nam per armillas, quæ lacertos adstringunt, præpositorum valde laborantium opera demonstrantur. Per inaures, subditorum obedientia exprimitur. Per annulos signaculum secretorum ostenditur. Vnde & quædam minus intelligentibus occultantes, quasi sub signaculo recondunt doctores, ne indignis quibusq́ue Dei sacramenta credantur. Vnde & iustus lætatur, & dicit: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Porrò per dextralia,opera bona & dextra commemorantur. Per vas aureum in donaria Domini separatum, diuinitatis intelligentia accipitur, quæ tanto ab inferiorum amore disiungitur, quanto ad sola quæ æterna sunt amando sublenatur. Porrò per hyacinthum, spes cælestium præmiorum ostenditur. Per purpuram,cruor ac tolerantia passionum amore regni perpetui exhibita declaratur. Per bis tinctum coccum, charitas demonstratur, quæ pro perfectione sui bis tingitur, quia Dei & proximi dilectione decoratur. Per byssum, immaculata carnis incorruptio,& & splendidissimus sanctimoniæ candor ostenditur, byssus enim,linum est candidum. Per pilos autem caprarum, ex quibus ciliciorum asperitas texitur, dura pœnitentiæ afflictio designatur. Dum igitur alij per armillas & annulos forte magisterium exercent: alij per in aures & dextralia deuotam audiendi obedientiam rectamq́ue operationem exhibent: alij per vas aureum præclaram subtilioremq. Dei intelligentiam tenent: alij per hyacinthum, purpuram & coccum audita cælestia sperare, credere, amare non desinunt, etiam quæ adhuc subtiliori intellectu minimè cognoscunt: alij per byssum incorruptionem carnis offerunt: alij per caprarum pilos deplorant asperè, quod libenter admiserunt. Simul ex tanta diuersitate operum vnum conficitur tabernaculum,sicut ex diuerso puluere vnus compingitur globus terræ, infusione Spiritus Sancti rigatus. Iam porrò ligna Sethim imputribilia omnes sancti intelliguntur mente & corpore incorrupti, neque cum seculo pereuntes,sed permanentes æterni. Lapides quoque pretiosi,Confessores,Apostoli, Sacerdotes, omnesque iusti. Quos etiam lapides viuos beatus Petrus Apostolus dicit: vt sitis, inquit, lapides viui, coædificati in templo Dei.Hæc igitur offerũtur omnia in tabernaculo Dei, vt nullus desperet salutem, offert super hæc & alius aurum, id est, sensum, & alius argentum, id est eloquium, alius vocem æris.Sicq́ue fiunt multa in tabernaculo, mensa scilicet, & candelabrum, altare, columnæ, bases, tabulæ, crateres,scyphi,thuribula,phialæ, mortariola, emunctoria,paxilli, tentoria: quibus diuersitatibus tota illa tabernaculi,id est, Ecclesiæ pulchritudo distinguitur. Nam tabernaculum Ecclesia est, in qua est mensa, id est, vnitas fidei, vel certè scriptura sacra, qua vniuersi fideles spirituali cibo pascuntur- Candelabrum quoque cum septem lucernis Christus est cum septem Ecclesijs. Emunctoria quoque eius, hoc est geminum testamentum. Et columnæ,doctores sancti, fidei firmitate solidati. Necnon & bases, id est,Prophetæ suo fundamine structuram gestantes Ecclesiæ. Ibi etiam & tabulæ, Apostoli prædicationis latitudine dilatati. Siue tentoria, præpositi videlicet & prædicatores, qui exteriùs laborant contra huius seculi turbines. Sunt ibi & crateres, id est, distributiones donorum. Sunt & paxilli,hoc est,principes Ecclesiæ, quibus pendent omnia genera populorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi vasorum, scyphi quoque, doctrinæ eloquia siue sensus. Necnon & thuribula, virtutes scilicet operum bonorum, vel orationes sanctorum, quibus odor suauitatis ascēdit ad Dominum. Phialæ quoque, Apostoli & doctores pleni vitalibus aquis. Ibi lilia, virginitatis candor, siue mortariola, laborum passionumque tolerantiæ, quibus mortificantur membra pœnitentium & hę quidem species dispēsationesq. donorum sunt diuisę per Spiritum Sanctum fidelibus, vt in singulis distributionibus perfectum Christi tabernaculum construatur, in quibus habitet Deus in medio sanctorum.

a Sed & quidquid incultū, *vsq. ad*, irrigatus, *Greg. sunt verba 30. Moral. c. 6. Vid. etiam Orig. hom. 13. in c. 25.*

De vnguento, quo perungitur tabernaculum. CAP. LVII.

POrrò vnguentum, quo perūgitur tabernaculum, chrisma est, quo vngitur populus fidelis in Ecclesia, in quibus diuinitas tāquam in tabernaculo habitat. Potest quidē intelligi hoc vnguentum etiā virtutes sanctorum, siue odor iustitiæ longè latèque diffusus. De quo dicit Apostolus: Deo autem gratias, qui triumphat nos in Christo Iesu, & odorem iustitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.

De incenso composito. CAP. LVIII.

INcensum autem, quod ex quattuor odoratissimis generibus in maximam subtilitatem comminutis, id est, stacte, onyche, galbano, & thure componitur: hæc in forma orationum fidelium constituta esse beati Ioānis Apocalypsis ostendit. Et illi quidem viginti quattuor seniores procidunt ante agnum, habentes singuli citharas & phialas aureas plenas incensō, quæ sunt orationes sanctorum. Quamquā & speciem quattuor elementorum, horum quattuor odorū naturę significare videantur: vt thus, quod per lucidum est, aeri comparetur, stactes vero aquis, galbanus, & onix terræ atque igni: vt per hæc omnium, quæ in cælo, & infra cælū, & in terra, & in aquis sunt, placitum Deo incensum sit hîc creaturæ laudis oratio. Sānguis autē ille, quo Moyses populum aspergit ac purificat, & tabernaculum testamenti, & omnia quæ in eo erant, dicens: sanguis hic, A sanguis testamenti, mirificè sanguinem Domini Iesu prædicare monstratur, quo omnium credentiū corda purgantur, quo fides Ecclesię signatur, quo omnis populus Ecclesiæ, id est, corpus omne tabernaculi sanctificatur, dicēte Domino discipulis: hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur: ad implēdū in veritate id, quod per Moysem fuerat ostensum in imagine.

De veste Pontificis. CAP. LIX.

B IAm nunc indumenta Pōtificis, quæ sint, quæq. potius significent, demonstrādum est. Sacerdos autē Aaron illum significat, ad quem dicitur: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Vestis eiusdem sacerdotis, Ecclesia est, de qua dicit Apostolus: vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugā. Quattuor colores ex quibus vestis eius contexitur, meritorum est diuersitas, quæ intra sanctam Ecclesiam in Christi corpore rutilat. Poderem autem illam, id est sacerdotalem lineam, incarnationem Christi accipimus, quæ de terra est, & significatur in pedibus. Linum enim de terra exoritur. Cidarim super caput eius & auream laminā, splēdorem diuinitatis intelligimus, vt vnus atque idem secundum hominem podere, secundum Deum cidari ornatus esse videatur. Fœminalia verò illa quibus induitur, castitatem corporis Christi & integritatē ostendunt. Cingulum vero illud, quo sacerdorale pectus astringitur, chorus sanctorum vel cō cordia figuratur, qui in vnitate fidei Christum amplectuntur. Tunica autem illa talaris à capite vsq. ad plantas demissa, eadē est Ecclesia Christi, vsq. ad finem temporū permansura. Hæc vestis fit tota hyacinthina. Hyacinthus enim aëreo colore resplendet, scilicet vt omnis Ecclesia, quæ sursum sunt, sapiat, & tota ad amorē cælestiū surgat. [a] Mala autē Punica in inferioribus posita, eiusdē Ecclesiæ vnitatem declarāt. Nā sicut in malo Punico vno exterius cortice, multa intrinsecus diuersitas meritorum tenet. Tintinabula autē inter mala granata cōsonantia intelliguntur Prophetæ & doctores sancti, in medio Ecclesię collocati, quorū lingua, doctrinę sciētia resonās tangit vtrasq. acies tinatinabuli: id est, partes Legis & Euāgelij. [b] Hęc autem tintinabula in extremo vestimento sunt posita: idcircò vt de fine mundi, & de vita futura disputantes nūquam sileant. Super humerale autem pallium, Saluatoris insinuat potestatē & regnum, sicut scriptum est: principatus eius super humeros eius. Duo quoque lapides smaragdini in superhumerali ad dextram & læuam positi, duo sunt populi: Gentilis dexter: & Iudæus, qui fuit aliquando dexter, sinister: habentes in se sculpta nomina duodecim Patriarcharum, id est, ad imitanda vitæ exempla sanctorum Apostolorum. Alij eosdem duos lapides, duo testamenta dixerunt siue litteram & spiritum, in quibus tenentur legis vniuersa mysteria: in dextra spiritus, in læua littera. Rationale verò pectori superpositum quaterno lapidum distinctum ordine, sermonem figurat Euangelicum, qui quadruplicato ordine veritatem fidei nobis & doctrinam Trinitatis exponit. Cui conuenit in gemmis Apostolicus sermo, tam virtute quàm numero. Hoc autem rationale duplex est, quia Euangelicæ doctrinæ scientia aperta est & abscondita, simplex & mystica. Item idem sacerdos Christus non inconguè interpretatur in membris suis, & maximè in Pontifice, qui moratur in sanctis, & offert victimam pro populo carnem immaculati agni sacro ore cōficiēs. Primo [c] enim quod in Aaron pectore rationale iudicij vitis ligantibus imprimitur, significat: vt sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola constringat. In quo etiam rationali duodecim lapides vigilanter adiunguntur, vt duodecim patriarcharum nomina describantur. Adscriptos etenim sanctos patres semper in pectore ferre debet, quorum exempla imitari non cessēt. Et quod in vtroq. humero sacerdos velamine superhumeralis astringitur, vt contra aduersa ac prospera virtutum semper ornamento muniatur. Et quòd superhumerale ex auro & hyacintho, & purpura, & bis tincto cocco, & torta fieri byssō præcipitur: quanta sacerdos claréscere virtutum diuersitate debeat, demonstratur. In sacerdotis quippe habitu aurum fulget, dum intellectu sapiētiæ emicat. Cui hyacinthus, quia aëreo colore resplendet, adiungitur: scilicet, vt omne quod tractat ad amorem cælestium surgat. Huic admiscetur regalis

A purpura, vt suggestiones vitiorum, veluti ex potestate regia, comprimat. Coccus quoque bis tinctus ipsi superhumerali adiungitur, vt ante interni iudicis oculos omnia virtutum bona ex charitate decorentur. Quæ charitas, quia in dilectione Dei & proximi pendet, quasi ex duplici tinctura refulget. Cui bis tincto cocco torta byssus adiungitur, de terra enim byssus nitenti specie oritur: per quod candēs nitor, & munditia corporalis castitatis designatur. Quæ videlicet torta pulchritudini super humeralis innectitur, quia tunc castimonia ad perfectum munditiæ cādorem ducitur, cum per abstinentiam caro affligitur. Siquidem & baltheo præcingitur, per quod renum incentiua, & luxuriæ libidinum restringātur. Tabernaculum autem sacerdos ingrediens in tunica tintinabulis ambitur: vt videlicet voces prædicationis habeat, ne superni inspectoris iudiciū ex silentio offendat. Mala quoque Punica tintinabulis coniungūtur, vt per eius doctrinam vnitas fidei designetur. Quòd autem in primam partem tabernaculi quotidie sacerdos ad immolandas hostias introibat, instātia nobis quotidiana præcipitur, vt ab hoc loco, vbi populus Dei cælestibus vocibus eruditur, nunquam abscedamus, sed quotidie confessionis & laudis spirituale sacrificium offeramus, id est, humilitatem animarum nostrarum, quæ sunt veræ hostiæ, sicut scriptum est: sacrificium Deo spiritus contribulatus. Illud autem quod semel in anno Pontifex relicto populo ingrediebatur in sancta sanctorum, vbi erat propitiatoriū, significat Dominum nostrum Iesum Pontificem, qui in carne positus per totum annum erat cum populo, annum videlicet illum, de quo dicit ipse: Euangelizare pauperibus misit me, & vocare annum Domini acceptū, & diem propitiationis. Iste ergo semel in anno in die propitiationis intrat in sancta sanctorum: id est, completa dispensatione, penetrauit cælos, intrans ad Patrem, vt eum propitium humano generi faciat, & exoret pro omnibus in se credentibus.

a Mala autem Punica, *vsq. ad* meritorum tenet. *Greg. Past. 2. p. c. 4. & 1. Regist. epist. 24.*

b Hæc autem tintinabula, *vsq. ad* nunquam sileant. *Orig. hom. 9. in c. 28.*

c Primò enim quod Aaron, *vsq. ad* vnitas fidei designetur. *Ex Greg. lib. 1. Regist. ep. 24.*

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP.

ad MYSTICORVM EXPOSITIONES SACRAMENTORVM seu QVÆSTIONES IN LEVITIC.

De figuris hostiarum. CAP. I.

SEQVENS Leuiticus liber hostiarum diuersitates exequitur: quarum typus imaginem passionis Christi præferebat. Nam postquam ipse oblatus est, omnes illæ hostię cessauerũt, quæ in typo vel vmbra eiusdem præcesserant, præfigurãtes illud sacrificium quod vnus & verus sacerdos obtulit mediator Dei & hominum: cuius sacrificij promissiuas figuras in victimis animalium celebrare ante oportebat, propter emundationem futuram carnis & sanguinis: per quam vnam victimam fieret remissio peccatorum, de carne & sanguine contractorum, quæ regnum Dei non possidebunt: quia eadem substantia corporalis in cælestem commutabitur qualitatem. Ipse enim in vitulo propter virtutem crucis offerebatur: ipse in agno propter innocentiam: in ariete propter principatũ: in hirco propter similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum: idem in turture & columba propter Deum & hominem: quia mediator Dei & hominũ in duarum substantiarũ cõiunctione ostendebatur. Porrò in similaginis consperſione, credẽtium per aquam baptismatis collectam Ecclesiam, quæ corpus est Christi, perspicuè demõstrabat. [a] Nos autem moraliter munus Deo offerimus vitulum, cum carnis superbiã vincimus: agnum, cum irrationabiles mõtus & insipiẽtes corrigimus: hœdũ, dum lasciuiam superamus: columbam, dum simplicitatem mentis retinemus: turturem, dum carnis seruamus castitatem: panes azymos, dum non in fermento malitię, sed in azymis synceritatis & veritatis ambulamus.

[a] Nos autem, *vsq. ad* ambulamus. *Verba sunt Orig. 6. 1. hom. 2.*

De igne sacrificij. CAP. II.

IGnis [a] autem in sacrificio figuraliter id significabat, velut absorbens mortẽ in victoria. In eo aũt populo hæc ritè celebrata sunt, cuius regnũ & sacerdotiũ prophetia erat venturi regis & sacerdotis, ad regẽdos & [b] sacrandos fideles in omnibus gentibus, & introducendos in regnũ cælorũ & Angelorum sacrarium ad [c] vitam ęternam. Huius itaque veri sabrificij sicut religiosa [d] prædicamenta Hebræi celebrauerunt, ita sacrilega [e] imitamenta pagani: quia quæ immolant gentes, vt ait Apostolus, Dæmonijs immolant, & non Deo. Antiqua enim res est prænuntiatiua immolatio sanguinis futuram passionem mediatoris ab initio generis humani testificans. Hanc enim primus Abel obtulisse in sacris litteris inuenitur.

[a] Totum caput. Ex 22 *contr. Faust. c. 17.*

[b] Sacrandos. *Ita. m. f. o* congregandos, *Bed. & imp.* consecrandos. *Auguſt.*

[c] Ad sacrarium. Ex *Aug. & Bed.* Al. sacrorũ, *Mendose.*

[d] Religiosa prædicamenta. ex *Aug.* Al. religiosa sacramenta.

[e] Sacrilegia imitamenta. Ex *Aug. & Bed.* Al. Imitati sunt Pagani.

Quod mel in Dei sacrificio non offertur. CAP. III.

QVod [a] autem mel in Dei sacrificio non offertur, indicat apud Deum nihil voluptuosum, nihil suaue huius mundi placere, nihilque quod nõ habeat mordacis alicuius veritatis. Vnde & pascha cum amaritudinibus manducatur.

Quod sal in omnibus sacrificijs admiscetur. CAP. IIII.

ECõtrario admisceri in omnibus sacrificijs sal iubetur: scilicet, vt omnia, quæ in Christi honorem offerimus, sal rationis ac discretionis semper accipiant.

Quod in sacrificium oleum offertur. CAP. V.

QVòd verò in sacrificio oleum offerebatur: significat, vt quicquid ad cultum Christi & deuotionem sanctorum impendimus, totũ hilariter faciamus, nihil, vt ait Apostolus, ex tristitia aut ex necessitate. Hilarẽ enim datorem diligit Deus. Oleum enim hilaritatem significat, sicut scriptum est, vt exhilaret faciem in oleo.

De quattuor generibus principalium oblationum. CAP. VI.

IN exordio autem Leuitici, quattuor genera principaliũ oblationum describuntur, quæ in odorem suauitatis Domino offerri iubentur: id est, primum, vitulus de armentis sine macula: secundum, agnus de ouibus: tertium, turtur & columba: quartum, similago consperſa, azyma oleo vncta, clibano cocta. Reliqua autem sacrificia pro qualitatibus causſarum, in persona populi offerebantur. Primum itaq. sacrificium, id est, vitulus ex armentis Christum demonstrat ex Patriarcharum progenie descendentem. Hic aratro crucis suæ terram carnis nostræ perdomuit, atque Spiritus Sancti semine virtutum frugem ditauit. Iste vitulus sine macula est: quia sine peccato ad passionem ducitur. Offertur autem non in tabernaculo, sed ad ostium eius: quia extra castra passus est Christus. Per filios autem Aarõ sacerdotis offertur sanguis eius. Quod de Anna & Caipha intelligitur, qui consilium facientes effuderunt sanguinẽ Christi. Secũda hostia, de ouibus agnus oblatus, idẽ Christus propter innocentiam figuratur. Hic est enim agnus, qui apud Isaiam in sacrificium adducitur, & à Iohanne omnibus demõstratur, dicente: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Bene ergo in sacrificio agnus offertur, vt innocentiæ & passionis Christi figura demonstraretur. Bene & hœdus: quia per eius mortẽ auctor peccati Diabolus agnoscitur iugulatus. Tertium sacrificium, dicitur turtur & colũba. Turturem carnem Christi esse manifestum est, Salomone dicente: speciosę genæ tuæ sicut turturis. Columbam Spiritus sancti figuram habere declarat Iohannes Baptista dicens: super quem videris Spiritum descẽdentem, sicut columbam, hic est filius meus. Ac per hoc turturem & columbam, id est, carnem Christi Spiritui Sancto sociatã per mysterium passionis sacrificiũ Deo in odorem suauitatis accipimus. Ista tria sacrificia offert homo, id est, Christus Iesus. Quartum autem anima offert, id est, Ecclesia offert sacrificium de simila. Simila Ecclesiæ catholicæ figuram prænuntiat, quæ ex conuenientibus membris, quasi simila, ex multis credentium granis collecta est, & Legis & Euangeliorum mola in littera & spiritu separata per aquam baptismatis adunata, Chrismatis oleo peructa, sancti Spiritus igne solidata, & per humilitatem spiritus Deo hostia placens effecta. Hæ sunt quattuor oblationes, quadriformem Christi & Ecclesiæ habitum demonstrantes.

De sacrificio eius, qui sacramentum protulit, & obliuione transcendit. CAP. VII.

DE [a] eo autem, qui iuramentum protulit, vt vel malè vel benè quid faceret, atque hoc ipsum obliuione transcendit, dicitur: offerat agnam de gregibus, siue capram, orabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius. Sin autem non poterit offerre pecus, offerat duos turtures aut duos pullos colũbarum: vnum pro peccato, & alterum in holocaustum.) Iuramentum vtique proferre, est voto nos diuinæ seruitutis alligare, & cùm bona opera promittimus, bene se nos facere spondemus. Cum verò abstinẽtiam cruciatumq. carnis nostræ vouemus, malè ad præsens nos nobis facere iuramus. Sed quia nullus in hac vita ita perfectus est, vt quamlibet Deo deuotus sit, inter ipsa quantulumcumque pia vota non peccet, pro peccato agna offerri de gregibus, siue capra præcipitur. Quid enim per agnã, nisi actiuæ vitæ innocentiam? Quid per capram, quæ in summis extremisque sæpe pendens rupibus

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

pibus pascitur, nisi contemplatiua vita si- A
gnificatur? Qui ergo se conspicit promissa
hæc & proposita non impleſſe, in sacrificiũ
Dei se studiosius debet, vel innocentia boni
operis, vel sublimi pastu contemplatio-
nis accingere. Et bene agna de gregibus:
capra vero offerri de gregibus non iubetur:
quia actiua vita multorum est, contempla-
tiua paucorum. Et cum hæc agimus, quæ
multos agere & egisse conspicimus, quasi
agnam de gregibus damus. Sed cum offe-
rentis virtus ad agnam capramque non suf-
ficit: in remedio penitentis adiungitur, vt
duo columbarum pulli vel duo turtures of- B
ferantur. Scimus quia columbarum pulli
vel turtures pro cantu gemitus habẽt. Quid
ergo per duos columbarum pullos vel duos
turtures, nisi duplex pœnitentiæ nostræ ge-
mitus designatur? vt cum ad offerẽda bona
opera non adsurgimus, nosmetipsos dupli-
citer defleamus, quia & recta non fecimus,
& praua operati sumus. Vnde & vnus tur-
tur pro peccato, alter vero offerri in holo-
caustum iubetur. Holocaustum namque
totum incensum dicitur. Vnum ergo turtu-
rem pro peccato offerimus, cum pro culpa
gemitum damus. De altero verò holocau-
stum facimus, cum pro eo quod bona ne-
gleximus, nosmetipsos funditus succendẽ- C
tes igne doloris ardemus.

[a] Totum caput. è Greg. 32. Moral. c. 4.

De filijs Aaron extinctis. Cap. VIII.

FIlij autem Aaron, qui imponentes altari
ignem alienum igne diuino exusti sunt:
illos significauerunt, qui Dei traditione cõ-
tempta, alienas doctrinas appetunt, & ma-
gisteria humanæ institutionis inducunt. D
Quos increpat Dominus, & obiurgat in
Euangelio, dicẽs: reiecistis mãdatum Dei,
vt traditionem vestram statuatis. Videtur
& ignem alienum incendere, quisquis cor-
poreæ vel secularis alicuius cupiditatis
ignem in sacrario sui cordis accẽdens, au-
det altaribus Domini appropinquare. Quæ
non recipiunt, nisi illius ignis accensionem,
de quo ait Dominus: Ignem veni mittere in
terram. Hoc igne nos Dominus Iesus sem-
per incẽdat, vt illuminemur in sensibus, ne
flagremus in vitijs.

De discretione ciborum. Cap. IX.

NVnc autem de discretione ciborũ subij-
ciendum est: vbi Lex de mundis & im-
mũdis loquens, quædam animalia ad esum,
quasi mũda, cõcessit: quædã verò interdixit,
quasi non mũda. Primùm enim sciendũ est,
quicquid à Deo creatum est, mũdũ esse, in
ipsa institutionis auctoritate purgatum, &
non esse culpandum, ne in creatorem culpa
reuocetur. Deinde ad hoc filijs Israel legem
datam, vt per illam proficerent, & redirent
ad mores, quos cum ante à patribus acce-
pissent in Ægypto propter consuetudinem
barbaræ gentis perruperant. Ergo, vt homi-
nes emendarentur, pecora culpata sunt, sci-
licet, vt homines qui eadem vitia habebant
æquales pecoribus existimentur. Nam in
animalibus mores pinguntur humani, &
actus & voluntates: ex quibus ipsi fiunt
mundi vel immundi. Hæc itaq. munda esse
dicit. Omne, inquit, quod habet diuisam
vngulã, & ruminat, in pecoribus comede-
tis. Quod cum diceret, non pecora, sed mo-
res hominum discernebat. Denique hi ho-
mines mundi sunt, qui ruminant: qui in ore
semper portant, quasi cibum, diuina præ-
cepta. Hi & vngulam findunt: quia duo te-
stamẽta Legis & Euangeliorum credentes
firmo gressu innocentiæ iustitiæque ince-
dunt. Item, Iudæi ruminant quidem verba
Legis, sed vngulã non findũt: hoc est, quòd
nec duo testamenta recipiunt, nec in Pa-
trem Filiumque fidei suæ gressus statuunt.
Propterea immundi habentur. Hæretici
quoque licet vngulam findant in Patrem &
Filium credentes, & duo testamenta reci-
pientes, sed quia doctrinam veritatis in ore
non ruminant, nihilominus & ipsi immũdi
sunt. Nam quod adiecit scriptura dicens, ex
omnibus, quæ gignuntur in aquis & habent
pinnulas & squamas, hæc comedetis: quic-
quid autem pinnulas & squamas non ha-
bet, abominabile erit vobis. Nam qui in pi-
scibus squamosi & cum pinnulis, pro mun-
dis habentur: hispidi & hirti, & fortes in fide
ac graues mores designantur hominum
habentes pinnas contemplationis. Quæ
autem sine his sunt, dicuntur immunda, in
quibus leues & lubrici & infidi, & effœmi-
nati mores improbantur. Quid autem sibi
vult quod Lex dicit, camelum nõ mandu-
cabis?

cabis? nisi quòd de exemplo animalis vitam A
damnat informem, & criminibus tortuo-
sam? Cum autem in cibum suem prohibet:
reprehendit cœnosam vtique & luteam ac
gaudentem vitiorũ sordibus vitam. Et cum
leporem accusat, deformatos vtiq. in fœmi-
nas viros damnat. Quis autem corpus mu-
stellæ cibum faciat? Sed furtum reprehen-
dit. Quis lacertam? Sed odit vitæ incertam
varietatem. Quis postremo stellione vesci
posit, vt hoc lex magnopere prohiberet?
Sed maculas mentium execratur. Quis ac-
cipitrem, aut miluum, aut aquilam? Sed odit
raptores violento scelere viuentes. Quis
vulturem? Sed execratur prædam de aliena B
morte quærentes. Sic & cum coruum pro-
hibet, voluptates vel magnitudinem vitio-
rum vetat. Passerem quoq. dum interdicit,
intemperantiã coarguit. Quando noctuã,
odit lucifugas vanitates. Quãdo charadriũ
& gersaulam, nimiæ linguæ intemperan-
tiam. Quando cygnum prohibet, ceruicis
altæ superbiam denotat. Quando vesperti-
lionem, quærentes tenebris noctis similes
errores. Hęc ergo & his paria Lex in anima-
libus execratur, quæ in illis non sunt crimi-
nosa, quia in hoc nata: sed in homine cul-
pantur, quia contra naturã non ex institu-
tione, sed ex errore quæsita sunt. Sed fuit C
tempus aliquando antiquum, quo istæ vm-
bræ vel figuræ exercendæ erant à populo
vel gerendæ: vt abstinendum esset à cibis,
quos institutio quidem commendauerat,
sed lex interdixerat. Verùm iam finis legis
Christus aduenit, aperiens clausa legis, &
obscura reserans, atque omnia sacramenta,
quæ nobis texerat antiquitas figuris, magi-
ster insignis & doctor cælestis, & institutor
reserata veritate patefecit. Sub quo dicitur:
Iam omnia munda mundis, inquinatis au-
tem & infidelibus, nihil mundum: sed pol-
luta sunt eorũ & mens, & conscientia. [a] Et D
alio loco: quicquid vobis appositum fuerit
manducate, ex quibus constat omnia ista
iam suis benedictionibus reddita, quæ car-
nali populo fuerãt pro moribus interdicta.
Cauendum est autẽ, nequis licentiã istam
putet in tantum esse permissam, vt & im-
molata simulacris possit manducare: quan-
tum enim ad creaturam Dei pertinet, om-
nia munda sunt: sed cum dæmonibus im-
molata fuerint, inquinata fiũt, vnde & Apo-
stolus ait: siquis aũt vobis dixerit, hoc im-
molatum est idolis: nolite manducare.

[a] Et alio loco & cætera, vsq. ad finem capitis ab-
sunt à Beda, & Palentino, & pleriſq. alijs.

De immunditia partuum. Cap. X.

SEquitur quæstio de immunditia partus &
contagione lepræ. Ait enim: Mulierem,
quæ concepit semen & peperit masculum,
septem diebus esse immundam, octauo pu-
rificari.

Quæ autem fœminam peperit, bis septẽ
diebus in immunditia scribitur permanere.
In talibus ergo quædam mysteria latentis
arcani non est dubiũ contineri. Septimana
enim huius præsentis vitæ tẽpus videri po-
test: quia in septimana dierũ cõsummatus
est mundus. In quo donec sumus in carne
positi, ad liquidum puri esse non possumus,
nisi octaua venerit dies, quod est futuri se-
culi tempus. In quo tamen purgandus est
ille, qui viriliter egit. Statim enim munda
efficitur mater eius, quæ genuit eum. Pur-
gatam namque vitijs carnem ex resurrec-
tione suscipiet. Qui nihil verò in se habuit
virile aduersus peccatum, sed remissus &
effœminatus permãserit in actibus suis, iste
nec in præsentis seculi hebdomada, nec in
futura purgabitur ab immunditia sua.

De lepris. Cap. XI.

LOcutus est Dñs ad Moysen & Aaron:
dicens: homo in cuius carne & cute or-
tus fuerit diuersus color, siue pustula, aut
quasi lucens quidpiam, id est, plaga lepræ
adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad
vnumquemlibet filiorum eius. Qui cum
viderit lepram in cute, & pilos in albũ mu-
tatos colorẽ, plaga lepræ est, & ad arbitrium
eius separabitur.) Lepra doctrina est falsa.
Proinde leprosi non absurdè intelliguntur
hæretici, qui vnitatem veræ fidei non ha-
bentes, varias doctrinas profitentur erroris,
veraq. falsis admiscent: sicut & lepra veris
falsisque locis humana corpora variando
commaculat.

Huius scilicet lepræ inuenimus legisla-
torem sex species in homine posuisse: primã
capitis & barbæ, secundã caluitij & recalua-
tionis, tertiã carnis & cutis, quartam cutis
& corporis & cicatricis albæ cum rubore,
quintã vlceris, & cicatricis, sextam vstionis

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

In capite lepram portat, qui in diuinitatem patris, vel in ipso capite quod Christus est, peccat. Caput enim viri Christus est. Hanc lepram habent Iudæi, Valentiniani, Martionistæ, Photiniani, Manichęi, Ariani, Sabelliani, Macedoniani, Anthropomorphitæ, Priscillianistæ, Donatistæ, Nestoriani, Eutichiani, qui omnes in caluaria lepram gerunt, quia erroris sui perfidiam aperta prauitate defendunt. In barba lepram gerunt, qui de Apostolis & sanctis Christi peruersè aliquid sentiunt, atque eos falsum quidlibet prædicasse confingunt. Sicuti enim barba ornamentum est viri: ita sancti Apostoli & doctores ornamentū præstant corpori Christi.

In caluitio lepram habent, qui Ecclesiæ detrahunt, sicut Carpocratiani, qui negant carnis resurrectionem: sicut Nouatiani, qui nuptias damnant, & peccantibus pœnitentiam negant: sicut Hierachitæ, qui inter alios errores regnum cælorum paruulos habere non credunt: sicut Æriani, qui vetant pro defunctis offerri sacrificium.

In carne & cute gerunt lepram, qui carnalia vel exteriora suadere conantur, vt Cerinthiani, qui resurrectionem futuram in carnis voluptate existimant: sic Ætiani qui dicunt in fide manentibus, quamuis carnaliter viuant, non posse computari peccata.

In cicatrice sanati vlceris lepram portat, qui post cognitionem Dei, & medicinam & manifestationem, fidei quam à Christo suscepit, rursum in ipsa cicatrice ascendit aliquod indicium erroris prioris, aut perfidia veteris dogmatis.

In carne viua lepram gestat, qui de anima, quæ vita est, carnis aliquod falsum existimat, sicut Luciferani, qui dicunt animā de carnis substantia propagatā: sicut Arabici, qui animā simul cum corpore mori putant.

In cicatrice vstionis lepram habent Manichæi, qui inani abstinentiæ cruciatu corpora sua exurunt, & per infidelitatem non munditiem inde, sed lepram gignunt. De talibus prędicabat Apostolus: discedent, inquit, quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, & abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum. Sed adhuc adiecit colores leprarum: id est, pallidam, rubentem, albam, liuidam, nigram, floreſcētem. Itaque dum pallidam lepram dicit, imbecillem & fragilem fidem animæ denotat, quæ perdito colore integræ sanitatis, erroris infirmitate languescit. Cum autem rubicundam lepram ostendit, homicidij cruore mentem infectam denotat, & innuit. Cum vero albam, illos hæreticos, qui se mundos appellant, siue reliquos, qui de falso merito gloriantur, sicut Pelagius & Nouatus. Cum autem macram vel liuidam lepram commemorat, inuidiæ & liuoris notas execratur. Cum verò nigram insinuat, sacrificiorum fumo & busto idolatriæ denigratam conscientiam detestatur. Cum autem floreſcentem toto corpore, & cooperientem omnem pelliculam corporis à capite vsque ad pedes dicit, auaritiæ crimen ostendit: quia nunc floridum & iucundum putarut hominē felicem esse in hoc mūdo, & diuitem videri in seculo. Hæc enim pestis auaritiæ omne hominum genus, quasi totum corpus crebro erroris contagio cōmaculat. Cùm autem lepram, quæ habet ruborem cum pallore permixtum, cum hominem denotat, qui cum sit imbecillis animo & mendax, facilè in furorem prorumpit, & leuitate morum cito periurat: pallor enim mentientem linguam significat. Rubor autem iracūdiam manifestat. Est itaque lepra peccati, quæ sacrificiorum oblationibus emundatur: id est, contrito corde & humiliato: Sacrificiū enim Deo spiritus cōtribulatus. Est & idolatriæ, quæ aqua diluitur baptismi. Est & hæreticorum, quæ septem dierum purgatione extra castra habeatur: id est, per septiformis spiritus agnitionem purificetur. Est quæ visu sacerdotis aufertur per doctrinam. Genus autem lepræ, quod mundari omnino non potest, eorum est. qui in Spiritum Sanctum peccant, nec dicunt pœnitentes posse consequi veniam. De his ait veritas: qui peccauerit in Spiritum Sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro. Quòd verò iubetur leprosis, vt exeāt de castris, & sedeant foris, donec mundetur lepra eorum, intelligitur hęreticos proijci debere ab Ecclesia, donec à proprio errore purgentur, & sic reuertantur ad Dominum. Eiusmodi verò dissutis tunicis, capite deoperto, & ore obuoluto, sedere iubentur, lepræ mundationem expectantes: dissutis tunicis: id est, omnibus secretis manifestatis. Capite deoperto, vt à cunctis eius denudatio videatur. Ore clauso, ne vlterius impia doceat, vel loquatur. Sed adhuc adiecit scripturæ leprā esse in vasis, in parietibus domus, in vestimento, in trama, in stamine. Lepra in parietibus, domus hæreticorum congregatio denotatur, quæ per sacerdotem purgari iubetur. Lepra in vasculis, vnicuique homini proprij corporis delicta. Lepra in stamine vel in vestimento, peccata quæ extra corpus committuntur, vel quæ in ipso corpore perpetrantur. Stamen enim anima hominis intelligitur, & trama mollissimi corporis sensus. Quòd vero leprosi in Lege ad sacerdotem mittuntur, indicat pro emūdatione hæreticorum ante sacrificium Ecclesiam Domino offerre debere, & sic reconciliari vnitati Ecclesiæ.

A dumenti figura fuit tunica illa Iesu inconsutilis, sed per totum textilis, quæ in passione non scinditur, sed à possidente indiuidua seruatur. Ad mortuum non accedat,) quia peccatum nō fecit, per peccatū enim mors intelligitur, sicut scriptum est. Anima, quæ peccauit, ipsa morietur. (In patre & matre non contaminabitur.) In matre Christus non est pollutus, cum ante secula nasceretur de patre. Similiter in patre non est cōmaculatus, cum in seculū nasceretur ex matre. Solus enim in seculo mundus ingressus est, procedens ex vtero virginali sine contagione virili. Nā nos omnes, dum peccamus contaminamur in patre, de quo creati sumus, si in hæresim deuoluamur. Item in matre contaminamur, si credentes Deo in aliquo Ecclesiā lædi sinimus, vel libertatem matris cælestis indigna peccati seruitute fœdamus. De sanctis non discedat: (quia per susceptionem carnis Christus sic descendit in mundū, vt nunquā desereret cælum. Viduam repudiatam aut meretricem nō ducat vxorem sed virginem.) Vidua & repudiata est synagoga: de qua loquitur Dominus per Isaiā dicēs: quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? meretrix autem hæresis est quæ multorum errori vel libidini patet, tales non copulantur Christo, nisi sola Ecclesia virgo, quæ non habet maculam aut rugam: de qua Apostolus ait: despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Dicitur quidem & anima sponsa esse, sed illa, quæ fidei simplicitate & actuū puritate incorrupta probatur & virgo. Est & vidua anima, quæ discedēs à iugo Legis, Euāgelij præcepta nō seruat. Est etiā repudiata, quæ peccando à Christi corpore separatur, etiam si non proijciatur ab Ecclesia. Est & meretrix, quæ ad se recipit amatores: id est, contrarias potestates & dæmones, qui desiderium capiunt pulchritudinis eius. Pulchra namque à Deo creata est anima & satis decora, quæ imaginem habet & similitudinem Dei. De hinc sequitur. (De genere suo ducat vxorem) animam scilicet, quæ ei fide coniungitur. (Nec contaminabit semen suum,) id est, verbum Dei, quod in Ecclesia prædicatur, sicut in Euangelio scriptum est: ne dederitis sanctum canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne conculcent eas pedibus suis. Hucusque quæ de summo sacerdote prædicta sunt, mysticè ad

De sacerdote magno & cultu eius. CAP. XII.

DIxit Dominus ad Moysem: Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est oleū vnctionis, & cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus: caput suum non discooperiet, vestimēta non scindet, & ad omnem mortuum omnino non ingredietur. Super patre suo quoque & matre non contaminabitur, nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctuarium Dei: quia oleū sanctæ vnctionis Dei sui fusum est super eum. Ego Dominus: virginem ducat vxorem. Viduam & repudiatā, & sordidam, atq; meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo, ne contaminet semen suum. Sacerdos maximus inter fratres suos, hic est, de quo scribitur, cū resurrexisset à mortuis: Vade ad fratres meos, & dic eis: ascēdo ad patrē meum, & ad patrem vestrū, Deum meum & Deum vestrū. Super cuius caput fusum est vnctionis oleum,) iuxta quod Propheta Dauid ait: dilexisti iustitiam & odisti iniquitatē: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętiti ęprę particibus tuis tuis. Cuius consecratæ sunt manus.) Iste cōsecratas habet manus, dū eas in passione extendit pro expiatione totius seculi. (Vestimentū autē eius nō scinditur:) id est, non patitur diuidi in hæreses & schismata Ecclesiā suam, quæ illi inhærendo vestis est propria, cuius in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum pertinuerunt. De hinc ea ipsa sic interpretantur in membris suis & maximè in sacerdotibus, ad quos pertinent spiritualia sacramenta. Qui etiam quantis polleant priuilegijs, breuiter percurrēdum est. Dicit enim de eo: Caput suum non discooperiet) id est, vt sacramenta Christi, qui caput eius est, velamento mysteriorum honoret. (Vestimenta sua non scindet) ne in hæresim vel schismata transeat. (Super omnem animam quæ mortua est, non ingrediatur) ad omne peccatum, quod ad mortē pertinet, non accedat. (Super patre suo & matre non in quinabitur,) scilicet, ne tanta indulgeat pietate parentibus, vt Dñm suum offendat & creatorē, neq. ita misereatur propinquis, vt erga Deum videatur culpabilis. Quanti enim Episcopi, quanti monachi, dum curam gerunt parētum, suas animas perdiderūt? (De sanctis non egrediatur,) vt semper in opere & cogitatione sancta moretur: Qui enim loquitur, quod otiosum & reprehensione dignū est, de sanctis egreditur, & polluit sanctificationē Dei, quia nō incedit: vt seruus Christi (Viduam, & repudiatā & meretricē non ducat vxorem. sed virginem:) id est, nihil de veteri homine & pristina voluptate amplectatur, sed vitam omni puritate florentē possideat. (De genere suo ducat vxorem,) vtique vitam amplectatur sanctorum, quorum per fidem proximus est. Inter hæc præcipitur ijsdē, vt ministrantes in templo vinum & siceram non bibant, ne ebrietate & crapula, & curis huius vitæ prægrauentur corda eorum, nec partem habeant in terra, nisi solum Deum, ne dum de terrenis cogitant, superna obliuiscantur. Ab huius quoq. conuiuio iubentur vicinus & mercenarius separari, & seruis tantum ciborum dari reliquias. Vicinus hæreticus est, qui proximū se titulo Christiani nominis asserit: mercenarius Iudæum ostendit, qui fructum obseruantiæ legis carnaliter quærit. Cum istis ergo sacerdos Dei non participet Euāgelij pabulum, quod est ad refectionem animarū, sed tantūmodo cū seruis Christi. Datur de his, quæ superferuntur altarijs, sacerdoti pectus, & brachiū dextrū: in pectore, legis mūdas cogitationes, accipimus doctrinæq. notitiam: in brachio dextro, opera bona ad pugnam contra Diabolum, & armatam manum, vt quod corde conceperit, operū exēplo perficiat. Datur ei & de priuato maxilla, vt eloquentiam habeat. Datur & de victimis venter, cuius indicio discat luxuriam extinguere, & contemnere gulam.

A

B

C

D

De sacerdotibus, qui non offerunt sacrificium. Cap. XIII.

INter [a] hæc iubetur ipsis sacerdotibus, vt nulla debilitate insignes sint: ne cæcus, ne claudus, vel paruo aut grādi, vel torto naso, ne fracto pede aut manu: ne gibbosus, nec lippus nec albuginem habens in oculo, nec iugem scabiem, ne impetiginē in corpore, ne ponderosus. Quæ omnia referuntur ad animæ vitium: mores enim in homine, non natura damnatur. Nam cæcus sacerdos est, qui scripturæ scientiā non intelligit, & quo gressum doctrinæ vel operis porrigat, per ignorantiam nescit. De talibus scriptum est per Isaiam: speculatores eius cæci omnes. Claudus quidem est, qui intelligit quid docere debeat: sed tamen præcepta quæ docet, non implet. Paruo autem naso est, qui ad tenēdā mensuram discretionis idoneus non est. Grandi & torto naso est, furibūdus & minax cum superbiæ arrogantia, vel immoderata discretione. Fracto autem pede, vel manu est: qui viā Dei, quam docet, per gere non studet. Gibbosus quoq. sacerdos est, quem terrenæ cupiditatis pondus deprimit, & tardiùs ad superna intendit. Lippus verò est, cuius ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed hoc carnaliter viuendo obscurat. Albuginem quoq. habet in oculo, qui arrogantia sapientiæ seu iustitiæ cæcatur. Iugem verò scabiē habet, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. Impetiginem quoq. habet in corpore, qui auaritia vastatur in mēte. Quæ, nisi in paruo compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Ponderosus vero est, qui & si turpitudinem non exercet opere: sed ab hac cogitatione continua, sine moderamine grauatur in mente. Talis nec sancta ingredi, nec nomen antistitis poterit possidere: quia & terrenis desiderijs grauatur, & expers est scientiæ veritatis.

[a] *Integrum caput è Greg. pastoral. 1. part. c 11.*

De ablutione Aaron, et filiorum eius. Cap. XIIII.

PRæterea quid sit illud, quod iuxta præcepta Dei lauisse Aaron, & filios eius legitur

gitur Moyses Iam tunc purgationē mundi & rerū omnium sanctitatem Baptismi sacramentum significabant.

Non accipiunt vestes, nisi prius lotis sordibus, nec ordinantur ad sacra, nisi in Christo noui homines renascantur. Quòd autē Moyses lauat, Legis indicium est. Præceptis enim Dei lauandi sumus: & cum parati ad induendum Christum, rectè tunicas pelliceas deposuerimus, tunc induemur veste linea nihil in se mortis habente, sed tota cādida: vt de Baptismo consurgentes cingamus lumbos in veritate, & tota peccatorum sordium turpitudo celetur. Vnde & Dauid: Beati, inquit, quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

A

B

De oblatione pro sacerdotis delicto. Cap. XV.

QVid autem sibi velit lex imaginaria, quæ iubet vitulum pro peccato sacerdotis immolari, & sanguine eius septies digito sacerdotis populum aspergi. Deinde duos hircos offerre debere, vnū, in quo sors Domini venit, occidendum esse, & sanguine eius, vel de sanguine vituli digito sacerdotis populum aspergēdum; alterum verò, in quo omnia peccata & maledictiones totius populi imponēdæ essent, in locum desertum perducendum, ibiq. dimittendum. Sed prius est necesse vituli sacrificium pandere, & tunc etiā & hircorum causam mysteriaq. eorum narrare. Vitulus itaque hic, qui pro peccato sacerdotis & totius populi emundatione occidi iubetur, figuram Dñi & Saluatoris nostri Iesu Christi in semetipso portabat, qui non solùm pro peccatis sacerdotalis populi, verū & pro omni genere humano, cunctisq. nationibus Deo Patre permittente est immolatus, sicut Apostolus ait: qui filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Merito & hoc in loco de eius vituli sanguine septies populus digito sacerdotis aspergi iubetur, vt redemptio & purificatio nostra in Christi sanguine collata, per gratiā septēplicis spiritus demonstraretur. Duo autē hirci, duorū populorū figurā aperta ratione demonstrauerunt, propter originalē peccati pręuaricationem, hircorū formā gerentes. Quorū est similitudo in Euangelio, hœdi, id est, peccatores ad sinistram futuri. Sed ex his, qui in Christum credidissent, & pœnitentiam delictorum suorum toto corde egissent, Baptismi gratiā consecuti, hi in similitudinem, vnius hirci, qui in sorte Dñi venit, figurā accipiunt. Cuius sanguis cum sanguine vituli permisceri iubetur, vt consortes passionis Christi effecti, participes gloriæ ipsius efficiantur. Sed quid est hircum in sortē Domini venire? nisi vt populus credentium, cuius ille figuram habebat, consors & cohæres Domini haberetur in regno, sicut Apostolus ait: hæredes Dei sumus, cohæredes autem Christi. Alius vero hircus, qui in sortem Domini non venit, similitudinem tenet infidelium, qui nunquam in Christū credere voluerunt. Hi vtiq. accipiunt maledictionem totius populi, & omnes iniquitates humani generis, & proijciuntur in desertum locum. Sed quid est omnes iniquitates & maledictiones accipere? nisi quia omnia peccata, quæ ab Adam vsq. ad Christum humanum genus admisit, illi soli sunt percepturi, qui nec credere in Christū, nec expiari Christi sanguine voluerunt. Et sic onusti & prægrauati iniquitatibus, & maledictionibus totius populi, id est, humani generi in desertum locū proijcientur, id est, in tenebras exteriores, vbi fletus & stridor dentium, & in stagnum ignis, quod est gehenna, vbi ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur.

C

D

De pecoribus, quæ non offeruntur in sacrificio. Cap. XVI.

DIuersitas victimarum, & quæ vel offerri debeant, vel nō offerri, in hoc libro Leuitico dinumerantur. Sed per comparationem pecorum conuersatio hominum demonstratur. Homo, qui obtulerit victimā pacificorum Domino, vel vota soluens, vel spontè offerēs tam de bobus, quàm de ouibus animal immaculatum offerat, vt acceptabile sit. Omnis macula non erit in eo. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulam, si scabiem vel impetiginē, non offeretis ea Domino, neque adolebitis ex his super altare Domini: bouem & ouem auribus & caudis amputatis, voluntariè offerre potes: votum autem ex his fieri non potest. Omne animal, quod vel contritis, vel tonsis, vel sectis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, & hoc in terra vestra omnino non facietis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, nec quicquid aliud dare voluerit: quia corrupta & maculata sunt omnia, non susscipietis ea. Primùm reijcitur à sacrificio maculosum animal, vel varium, id est, homines, in quibus diuersitas est peccatorum, & nunc in libidine & cupiditate, nunc in diuersis criminibus demutantur. Reijcitur quidem & cæcum animal, id est, qui nec Deum videt, nec opera eius facit. Fractum quoque, id est, vitijs carnalibus vexatum ac collisum. Reijcitur & cicatricem habens, qui non digna satisfactione pœnitentiæ vulnera peccatorum deplorat: sed adhuc veteris morbi signum per desideria voluptatis interiùs gestat. Reprobatur & lingua amputatum, qui Dominum non confitetur, neque diuinam legem meditatur. Reijcitur & papulam habens, qui pruritu libidinis & ardore concupiscentiarum exæstuat. Similiter & scabiosum, qui peccatum carnis perficit contagione operis. Iam verò impetiginem habens, hæreticorum figurat collectionem, quæ frequentor se in Ecclesiæ corpus immergit, & vt impetigo liuorem facit. Porrò aure amputati sunt, qui verbo Dei nõ obediunt, nõ faciẽdo quæ iussa sunt. Qui vero caudã habet amputatã, ille est, qui bonũ quod incipit, perseueranti fine non perficit. Porrò defectum, vel testiculis amputatum, indicat eos, qui cum corpore viri sint, turpitudinis vsu effœminantur. His ergo criminibus inuoluti, à sacrificio Domini reprobantur, nec efficiuntur consortes passionis Christi, nec cælestis sanctificationis participes.

De cæteris cerimonijs.
Cap. XVII.

SEd neque panes alienigenæ offerantur Domino, id est, doctrina hæreticorum, vel studia superstitiosa secularium litterarum, quæ extra fidem sunt, & aliena putantur. Tales enim repudiantur hostiæ à Domino, & reijcitur huiusmodi sacrificium ab Ecclesia catholica.

DIVI

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ad
MYSTICORVM EXPOSITIONES SACRAMENTORVM
seu
QVÆSTIONES IN NVMEROS.

PRÆFATIO.

IDEO HIC liber vnus ex quinq. libris Moysi Numeri appellatus est, eo quòd egressę multitudinis Israeliticæ ex Ægypto in eodem, perfectorumque virorum computatio & numerus tenea-tur insertus. In quo etiam, profectiones eorum & mansiones à finibus Ægypti vsque ad locum & tempus in quo Moyses defunctus est, numerantur. In quo & dies dedicationis tabernaculi, & oblationum modus, non sine mystici numeri sacramẽto & ratione dinumeratus est.

CATALOGVS[a] autem mãsionum filiorũ Israel, à prima vsque ad vltimam numerantur simul quadraginta & duæ. De quibus Matthæus loquitur: ab Abraham vsq. ad Dauid generationes quattuordecim, & à Dauid vsq. ad trãsmigrationem Babylonis generationes quattuordecim, & à transmigratione Babylonis vsq. ad Christum, generationes quattuordecim: id est, generationes simul quadraginta & duę. Per has currit vetus Hebræus, qui de terra festinat trãsire ad cælũ, & Ægypto seculi derelicta, terram repromissionis ingreditur: nec mirũ, si illo numeri sacramento perueniamus ad regnũ cælorũ, sub quo Dñs atq. Saluator à primo Patriarcha peruenit ad Virginem, quasi ad Iordanẽ, quæ pleno gurgite fluens, Spiritus Sancti gratijs redundauit.

a Catalogus autem mansionum. *Pleraq. omnia ex Hieronym. epist. 127. ad Fabiolam, & Ambrosij lib. de mansionibus.*

I.

PRima[a] mansio est Rameses vrbs, quæ in extremis finibus Ægypti erat, in qua A populus congregatus exijt in desertum altera die post Pascha in conspectu Ægyptiorum. Rameſſe interpretari quidam commotionem, vel tonitruum putauerũt: quia cum commoti fuerimus ad Euangelicam tubam, & excitati tonitruo gaudij, eximus in mense primo, quando hyems præterijt, quando veris exordium est, quando cuncta renouãtur. Eximus quinta decima die mẽsis primi in crastinum Paschæ pleno mensis lumine, post esum agni immaculati, calciatos pedes habentes de Euangelio, vel Apostolo, & accinctos lumbos de pudicitia, & B baculos manibus in præparatos.

Ex Hieronymo.

II.

SEcunda mãsio[a] est Socoth, in qua coquũt panes azymos, & primùm tendunt tabernacula. Vnde & locus nomen accepit. Socoth quippe interpretatur tabernacula siue tẽtoria. Cum ergo exierimus de Ægypto: id est, à seculo, primum tabernacula figamus, scientes nobis ad vlterioria pergendum, & ad sanctam terram cælestem iter accelerandum.

a *Ex Hieronymo.*

III.

C TErtia[a] mansio est Ethan, quæ est in extremo solitudinis, in qua primùm videtur Dominus præcedens populum in columna ignis. Ethan sonat fortitudo, siue perfectio. Præparemus ergo nobis fortitudinem assumentes perfectum robur, vt inter errorum tenebras & confusionem noctis, scientiæ Christi lumen appareat. Dies quoque noster nubem habeat protegentem, vt his ducibus ad terram sanctæ promissionis peruenire valeamus.

Ex Hieronymo.

IV.

QVarta [a] mãsio est Phihahiroth, quod est contra Beelsephon, Phihahiroth interpretatur os nobilium. Proinde assumpta fortitudine nobilitemur in Domino, contemnentes & Beelsephon, qui interpretatur dominus Aquilonis, eiusq. superbiam declinemus. Ab hac mansione profecti filij Israel, transierunt per medium mare in deserto, videruntque Pharaonem cum suo exercitu submersum præeunte Maria præcinente in tympanis.

[a] Ex Hieronymo.

V.

QVinta [a] mansio est Marah, ad quam venerũt filij Israel [b] transito rubro mari post triduum. Marah autem interpretatur amaritudo: post prædicationem enim Euangelij, & Tabernacula transmigrãtium, post assumptam fortitudinem fidei, & post baptismum atque victoriam rursus venitur ad amaritudinem: vt voluptas atq. luxuria vitæ amaritudine terminetur, & per crucis lignum, quasi per cruciatum, iterum suauitas compensetur.

[a] Ex Hieronymo.
[b] Transito mari rubro. Ex Ambros. manss. septima. Al. transacto.

VI.

SExta [a] mansio est Helim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ, in figura duodecim Apostolorum, & septuaginta discipulorum secundi ordinis: de quorum fontibus doctrinæ potum haurimus, & dulces fructus victoriæ carpimus. Vnde & bene Helim vertitur in arietes fortes: ipsi enim sunt robusti principes gregis, duces ouium, doctores gentium.

[a] Ex Hieronymo.

VII.

SEptima [a] mansio est iterum ad mare rubrum, quod est baptismi typus cruore Domini consecratus. Quæritur hic quomodo post transitũ rubri maris, & fontes amaros & Helim, rursus ad mare rubrum venerint: nisi forte in itinere pergentibus sinus quidam maris occurrit, iuxta quem castrametati sunt. Aliud est enim trãsire mare, aliud in proximo figere tabernacula. Ex quibus monemur post Euangelicam discipli-

A plinam & cibos dulcissimos triumphorum apparere nobis interdũ mare, & præterita discrimina poni ante oculos.

[a] Quæ de baptismo dicuntur. Ex Ambros. reliqua ex Hieronym.

VIII.

OCtaua mansio est in solitudine Sin, qua tenditur vsq. ad montem Sinai. Interpretatur autem Sin, rubus vel odium: quia postea quam venerimus in locum Ecclesiæ, de qua Dominus nobis sit loquuturus, grande odium meremur inimici.

IX.

NOna mansio est in Dephca, quæ dicitur pulsatio, iuxta quod Dominus ait: Pulsate & aperietur vobis. Sensusq. est manifestus: quia postquam venerimus ad locũ Ecclesiæ, incipimus sacramenta pulsare.

X.

DEcima [a] mansio est in Alus, quod interpretatur fermentum, quod tollens mulier commiscuit farinæ satis tribus, donec fermentaretur totũ. In hac solitudine murmurat populus propter famem, acceptique vespere coturnicem, & mane alterius dici Manna. Et nota in decima mansione Mãna tribui, id est, post decalogi perfectionem Angelorum panem manducari.

[a] Post decalog. vsque ad panem manducari. Ex Ambros.

XI.

VNdecima mansio est in Raphidin, quæ interpretatur dissolutio fortium, vel remissio manuũ. In hac sitienti populo fons de petra Oreb in similitudinem Christi aquam erupit. Ibi Iesus in typo Saluatoris contra Amalech militat, & in signo crucis dæmonum aduersum nos tentamenta surgẽtia deuincũtur. [a] Vbi venit Iethro cognatus ad Moysem, dans consiliũ septuaginta seniorum, & in typum Ecclesiæ ex gẽtibus congregatæ, Legis imminutio Euangelio suggerente completur. Pulchrè autem dissolutio ac sanitas fortium Raphidin dicitur, vel propter disipatum Amalech, vel propter sanatum Israel.

[a] Vbi venit Iethro. Vid. Orig. hom. 11. in cap. 18. Exodi.

XII.

XII.

DVodecima [a] mansio est in solitudine Sinai, statim tibi veniat in mentẽ Apostolicus numerus. Sinai quippe interpretatur [b] rubus, quo significatur Ecclesia, in qua nobis Apostoli prædicant. In hac mansione Moyses ascendit ad Dominum, ibique descendit Dominus in montem Sinai, dans Legem populo suo. [c] Ibi fabricatur tabernaculum, ibi præcipitur varietas hostiarũ, vasorum diuersitas, indumenta Pontificis, Sacerdotum ac Leuitarum ceremoniæ. Ibi numerus populorum & Leuitarum & per singulas tribus populi distributio. Oblationes quoque principum in hac mãsione descriptæ sunt. Duæ quoque argenteæ tubæ ad promouenda castra ibidẽ fieri iubentur. Ibiq. præcipitur immundis & ijs qui primo mẽse Paschæ interesse nõ potuerint, vt secundo mense conueniant. Sed quid sibi velit, quod hi, qui longius habitant, vel immundi in anima fuerant, in secundo mense Pascha iussi sunt facere? quo nimirum in typo intelligũtur populi gentium, qui cũ omnibus dæmonibus fornicati, immundi videbantur in anima, salubri verò cõfessione mundati, ad secundam natiuitatẽ quasi ad secundũ mensem, trãsire præcipiuntur.

Iubetur quoque in hac mansione Nazaræis, vt vinum, & siceram & omne quod de vuis est, non bibant, nec comedant, nec vuã quidem passam, vel acetum, quod est ex vino. Sed in Prouerbijs præcipitur, potẽtes, qui iracundi sunt vt vinum non bibant: ne cum biberint, obliuiscãtur sapientiæ. Quid ergo Nazaræorum nomine, nisi abstinentiũ continentiumq vita designatur? His in vino luxuria prohibetur, in sicera omnis voluptas terrena. Sicera enim ex diuerso conficitur genere: sicut voluptas ex diuersa vitiorum oritur [d] colluuie: illi enim vinum nõ bibunt & siceram bibunt, qui ad decipiendos homines vmbras quasdam & imagines fe simulant habere virtutum. Vua passa illi vescuntur, qui propter humanos oculos abstinentiæ pallore inficiuntur, vt gloriam captent ab hominibus. Acetum autem hi bibunt, qui post vitæ sanctitatem in vetustatem præteritorum vitiorum labuntur, & corruptione veteris nequitiæ delectantur. Præcepit itaque Deus, vt qui sanctitatis induerint titulum, cunctis his careant vitijs, nullamque huiusmodi perturbationem appetant, quæ statum mentis euertat.

In hac mansione proijciuntur de castris leprosi, fluxi & immundi. Leprosi hæretici, fluxi cogitatione, immundi opere, vt tanquam coinquinati & morbidi à castris Ecclesiæ seperentur, ne contagione morum suorum vitam polluant innocentium.

Ibi ab anno vicesimo annumerantur populi, qui ad prælium eliguntur. Sed cur ab anno vicesimo? nisi quia ab hac ætate contra vnumquemque vitiorum bella nascuntur: ideoq. ad pugnam, eliguntur, vt habeãt contra libidinem conflictum, ne luxurijs superentur.

Ibi etiam ab anno vicesimo & quinto Leuitæ tabernaculo seruire mandantur, & à quinquagenario custodes vasorum fiant. Quid enim per annum quintum ac vicesimum, in quo flos iuuentutis oboritur? nisi ipsa contra vnumquemq. vitiorum bella signantur: & quid per quinquagenarium, in quo & iubilæi requies cõtinetur? nisi interna quies edomito bello mentis exprimitur? quid vero per vasa tabernaculi, nisi fidelium animæ designantur? Leuitæ ergo ab anno vicesimo & quinto tabernaculo seruiunt, & quinquagenario vasorum custodes fiũt: vt videlicet qui adhuc impugnantium vitiorum certamina per consensum delectationis tolerant, aliorum curam susçipere nõ præsumant. Cum verò tentationum bella subegerint, cum apud se iam de intima trãquillitate securi sunt, animarum sortiantur custodiam. Sed quis hæc prælia sibi perfectè subigat, cum Paulus dicat: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati? Sed aliud est bella fortiter perpeti, aliud bellis eneruiter expugnari: in istis exercetur virt[a], ne quis extolli debeat: in illis omnimodo extinguitur ne subsistat. Præcepit dehinc ibi Lex Leuitis, [e] omnes pilos carnis radere: quia hi, qui obsequijs assumuntur diuinis, debent ante Dei oculos à cunctis carnis cogitationibus mundi apparere: ne illicitas cogitationes mens proferat, & pulchram animæ speciem, quasi pilis fruticantibus, deformem reddat.

Post hæc iubentur etiam fieri duæ tubę, quarum clangore populi mouerentur ad prælium. Sic enim scriptum est de his ad Moysem: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles. Et paullò post, cum concisus clangor increpuerit, mouebuntur castra. Per duas

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim tubas exercitus ducitur, quia per duo Testamẽta, siue per duo præcepta charitatis, ad[f] procinctum fidei populus euocatur. Quæ idcirco argenteæ fieri iubẽtur, vt prædicatorum verba eloquij nitore refulgeant, & auditorum mentem nulla sui obscuritate confundant. Idcirco ductiles, quia necesse est, vt hi, qui venturam vitam prædicant, tribulationum præsentium tũsionibus crescant. Bene autem dicitur cum concisus clãgor increpuerit, mouebuntur castra: quia nimirum cum subtilior ac minutior prædicationis sermo tractatur, auditorum mentes contra tentationum certamina ardentius excitantur: Iam abhinc promouentur B filij Israel de monte Sina, & transeunt in sepulcra concupiscentiæ.

a Ex *Ambros. & Hieronymo.*

b Et interpretatur rubus: *At hier.* interpretatur autem Sinai rubi, non vnus, vt supra in solitudine Sin, sed plures, vt ibi principium sit, hic perfectio: ibi solitarius numerus, hic multiplex. *Aliud est enim vnam, aliud omnes gratias possidere. Sed operæpretiũ erit additamẽtum ex margine referre, qui enim legerat:* interpretatur rufus *digammo deceptus (quod pro u. & b. in his codicib. sæpe reperitur) is addidit*, rufus, ex sanguine Christi redempta Ecclesia: *vt est in lib Valent.*

c Ibi fabricatur, &c. *Omnia vsque ad finem mansionis sunt Ambrosij.*

d Oritur passione: oritur colluuie, *Ambros.*

e Charitas omnes pilos carnis, *vsque ad*, reddit, *verba sunt Greg. 5. Moral. c. 24. ex quo* fructicãtib. *legimus, non* fructificantib. *vt erat in m.s. o.* excrescentibus, *Ambros.*

f Ad procinctum fidei: ad prœlium fidei, *Ambr.*

XIII.

TErtiadecima [a] mãsio est in sepulcris cõcupiscentiæ, vbi populus fastidiẽs cælestẽ panẽ, carnes Ægyptias desiderauit. Multosq. subitum deuorauit incendium. E quibus edocemur, qui conuersationem reliquimus seculi, & Ægyptias ollas (id est, D carnalium desideriorum feruores contempsimus) non debere murmurare contra cælestem panem, nec virulẽtias Ægyptiorum, [b] qui sunt magnarum carnium, sed simplicẽ Mannæ cibum: id est puram cælestemq. vitam quærere, [c] Alioquin si post perceptum Angelicum Manna, quæ est cælestis vita siue doctrina, rursus carnes Ægyptias, (quæ sunt carnales huius seculi voluptates) & cõcupiscentias pristinorum morum voluerimus appetere, [d] vorabimus nauseam, & statim Dñi igne torquebimur, desideriumque nostrum vertetur in tumulos, vt simus sepulcra dealbata, quæ foris apparẽt hominibus speciosa, intus autẽ plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia.

In hac mansione descendit spiritus super septuaginta viros electos, & tunc Dominus descendit in nube, & retraxit de spiritu, qui erat super Moysen, & imposuit super Septuaginta viros. Descendẽte enim in nube carnis Christo, diffusa est per fidem Spiritus Sancti gratia super populos ex septuaginta gentium linguis electos, venitq. super omnes donum illud virtutis cælestis, quod quondam fuerat in Moyse atque Prophetis.

a Ex *Hieronymi & Ambr. verbis tota constata est.*

b Qui sunt magnar. carniũ. *Ita lib. o. & Ambr.* quæ sunt poetarum carmina. *Hier.*

c *Alioquin si post perceptum Angelicũ Manna, &c. Paullo aliter Ambros.* Alioquin si post præcepta, Angelicã escam, Mannaq. cælestis vitæ, siue doctrinæ, rursus carnes Ægyptias, &c.

d Vorabimus nauseam: nauseam mentis. *Val. sed Hieronymus vocem* mentis *non habet.*

XIIII.

QVartadecima [a] mansio in solitudine Aseroth. In hac Aaron sacerdos locum incidens offensionis cum sorore sua C Maria, fratri vterque obtrectant, quòd alienigenã accepisset vxorem: Vnde illico Maria contagio lepræ effloruit. Quo loco euidens fuit figura mysterij, quòd sacerdotalis illa plebs patrum Christo Saluatori aduersus Ecclesiam cõgregatam ex gentibus derogaret: ideoq. leprę sorde perfunditur: nec redit ad Dei tabernaculum, donec statutũ plenitudinis gẽtium tempus adimpleatur. Tunc enim eadem plebs pristinam poterit recipere sanitatem, dum eis septiformis spiritualis agnitio ad veniã fuerit suffragata.

a Ex *ijsdem.*

XV.

QVintadecima [a] est in Rethma, quæ trãsfertur sonitus, siue iuniperus. Fertur autem hoc lignum ignem multo tempore cõseruare, ita vt si prunæ ex eius cinere fuerint adopertæ, vsque ad annum perueniãt. Ex quibus discimus post sepulcra concupiscentię [b] siue atria transire nos ad lignũ multo tempore calens, vt simus feruentes spiritu, & claro sonitu, atque in altum exaltata voce Euangeliũ Domini prædicemus. Ab hac mansione vsq. ad triceſimam secũdam

dam hæ continentur historiæ, quæ quia nõ sunt per mansiones singulas distributæ, à nobis quoq. in commune dicentur.

Duodecim exploratores mittuntur ad terram sanctam. Botrus refertur in ligno, & Christi passio demonstratur. Murmurat populus Iudæorum, [e] Gigantum impetum reformidans. Pugnat cõtra Amalech & Chananæum, nolente Deo, victus intelligit, quæ debeat in terra sancta exercere sacrificia. Dathan & Abiron, & filij Core consurgunt contra Moysen & Aaron, & terræ voragine glutiuntur. Inter mortuos & viuentes Pontifex medius thuribulo armatus ingreditur, & currens ira Dei sacerdotis voce B prohibetur. Virga Aaron florem profert & folia, & in æternam memoriam [d] virens siccitas conseruatur. Vitula rufa concrematur in holocaustum, & cinis eius [e] piacularis aspersio est. Quorum quidem figuras breuiter annotãtes ex duodecim exploratoribus incipiemus. [f] Duodecim exploratores missi ad explorandam terram vberem, qui terruerunt populum, ne crederent posse accipere terram à Domino repromissam, Scribarum & Pharisæorum prætulerunt indicium. Sicut enim illi per Moysem missi sunt, vt foli fœcunditatem solicita cõsideratione tractarent: ita & isti per Legem & Prophetas iussi sunt, vt per scripturarum inuestigationem Dominicum specularẽtur aduentum, in quo erat terra, id est, caro sancta, in qua regnum Dei, & vbertatem fructũ spiritualium, & vitam æternam consequi possent. Sed sicut illi desperatione terruerũt populum, ne de Dei promissione confiderent: ita & isti Scribæ & Pharisæi suaserũt populo Iudæorum, ne crederent in Christum ad Ægyptum seculi huius redire cupien- D tes, repudiantes Manna fidei, quærentes ollas peccatorum nigras, & cepas blasphemiarum putidas, & pepones vitiorum ac libidinum corruptionem arcentes. Ille autẽ botrus vuæ, quem in ligno pensilem medio, de terra repromissionis duo aduexere vectores, quid significat: botrus iste pendẽs è ligno, vtiq. Christus ex ligno crucis promissus gentibus salutaris de terra genitricis Mariæ secundũ carnem terrenæ stirpis vberibus effusus. Duo baiuli, qui sub onere botri illius incedebãt, populus est vterque. Cuius prior Iudaicus, cęcus, & auersus, ignarus pendentis gratiæ, & pressus onere suspensi, cui subijcietur iudicanti: de quibus

A dicitur: Obscurentur oculi eorũ ne videãt, & dorsum eorum semper incurua. Qui verò posterior veniebat, populi gentium gerebat figuram, qui credens, & Christum ante oculos habens, semper eum portans videt, & quasi seruus dominum, & discipulus magistrum sequitur, sicut Dñs in Euãgelio ait: Si quis vult venire post me, tollat crucẽ suã & sequatur me. Hic est autẽ botrus, qui effusus in salutem nostram, vinum sanguis sui crucis contritione profudit, atq. expressum passionis suæ calicem Ecclesiæ propinauit. Hic est botrus, quem malogranatũ socia muneris gratia secuta est, nostra scilicet Ecclesia mater, habens intra se per granorum numerum, multitudinem populorum: per ruborem, sanguinis Christi signaculo coruscantem, habentem etiam intus distincta grana, sicut Apostolus ait: diuisa charismata & dona Spiritus Sãcti gratia distributa: quibus omnibus indignos se increduli iudicantes, terram carnis Christi fluentem lacte & melle accipere non meruerũt, quã per fidem serui eius, id est populi Christiani, consecuti sunt. De cuius doctrina quotidie dicit Ecclesia: Quàm dulcia fauci- C bus meis eloquia tua, super melori meo. Ficum autem, quam cum botro de terra repromissionis attulerant, imaginem Legis attulisse, Euangelicis edocemur exemplis: sicut & botrum constat figuram Saluatoris ostẽdere, quemadmodum in canticis canticorum Ecclesia de Christo dicit: Frater meus, vt botrus Cypri: quia nec est Christus sine Lege, nec Lex sine Christo esse poterit.

Post hæc quidam homo die Sabbathi colligens ligna neçatur à populo. Quid autem insinuat, quod tam atrociter iussu Dei fuerit idem ab omni populo trucidatus? Quod facile ab infidelibus proponitur. Intelligant ergo, quia hæc omnia in typo acciderunt illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram. Ille enim pristinus carnalisq. homo, qui diem Sabbathi violare ausus est, dum ligna colligeret, propter quod est punitus, formam significabat eius, qui hodie in Christo signat[g], inuenitur agere carnale opus: id est contrahere ligna, fœnũ, stipulã ad escã ignis æterni conuenientem. Quæ dum colligit in suam perniciem, si fuerit deprehẽsus, pellitur ab omnibus & statim occiditur, dum iudicatur ab spiritualibus. Sic ergo omnia, quæ illis Iudæis per Legem acciderunt, formaliter intelligenda sunt.

g Sequi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

g Sequitur iam excidium Core, Dathan, & Abiron, qui sibi contra Moysen & Aarō sacerdotem sacrificandi licentiam vendicantes, penas pro suis conatibus [h] expēderunt. Per eos itaque significantur hi, qui hæreses & schismata facere conantur, & multos secum trahendo decipiunt, contemnētes sacerdotes Christi: & se à clero eius plebisq. societate segregantes, constituere audēt Ecclesias, & aliud altare, precemque alteram illicitis vocibus faciunt, Dominicæ hostiæ veritatem per falsa sacrificia profanantes. Hi, quia contra Dei ordinationem nituntur, ob temeritatis audaciam terræ compagibus ruptis, viuentes profundo hiatu merguntur: nec tantum hi, qui duces errorum sunt, sed & illi, qui cōsentiendo participes eorundem effecti sunt, in ignē æterni iudicij præparata vltione peribunt.

[i] Deinde Aaron sanctus in ruinam mortis populum trahi spectans, thuribulum accipiēs cucurrit obuiam quassationi, stansq. in medio superstitum ac peremptorum, lethalem plagam obiectu sui, quasi quidā murus, exclusit. Iste sacerdos Dominus Iesus Christus est, princeps principum sacerdotum: sacerdos iste ruinam mortis in mūdo aspiciens, occurrit à summo cælo, venitque obuiam, quasi gigas ad currendam viam. Stetitque inter viuos & mortuos: quia natus est, & mortuus. Sicque thuribulum passionis suæ accipiens, & in odorem suauitatis prætendens, suspendit ignis æterni perniciem, & inimicam perculit mortem.

Virga autē Aarō, quæ post siccitatē floruit, caro insinuatur Christi, quę postquā de Iesse radice succisa est, viuacius mortificata reuiuiscit. Itaq. virga post aridităte virescens, Christus est post mortem resurgens. Ipsum enim virgā, ipsum florem intelligimus, vt in virga regnantis potētia, & in flore pulchritudo eius mōstretur. Vnde & in cāticis cāticorū idē dicit: Ego sum flos campi & liliū cōuallium. Alij virgam hāc, quæ sine humore florem protulit, Mariā virginem putāt, quæ sine coitu edidit verbū Dei: de qua scriptū est: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet, id est, Christus, qui futuræ typū præferens passionis, cādido fidei lumine & passionis sanguine purpurabat flos virginū, corona martyrum, gratia cōtinentiū.

Restat interea vitula rufa in holocaustū cōcremata, cuius cinis expiatio populi erat. Sic enim dicitur de illa ad Moysen & Aarō: Præcipe filijs Israel, vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum: tradetisque eam Eleazaro sacerdoti, qui eductam extra castra immolabit in cōspectu omnium, & intinget digitum Eleazar in sanguine eius, & aspergет contra fores tabernaculi septies, comburetque eam cunctis videntibus; tam pellem & carnes eius, quàm sanguinem, & fimum flammæ tradetis. Lignum quoque cedrinum & hyssopum, coccumq. bis tinctum, sacerdos mittat in flammam, quæ vaccam vorat, & tunc demum lotis vestibus & corpore ingredietur in castra, & immaculatus erit vsque ad vesperū. Sed & ille, qui cōbusserit, lauabit vestimēta sua & corpus, & immūdus erit vsq. ad vesperū. Colliget autē vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multitudini filiorū Israel in custodiā, & in aquā asperſionis, quia pro peccato vacca combusta est. Cūq. lauerit, qui vaccæ portauerat cinere, vestimēta sua, immūd[a] erit vsq. ad vesperū. Et habebūt hoc filij Israel & aduenæ sanctū iure perpetuo. Et qui tetigerit mortuū, & propter hoc septē diebus fuerit immūdus, aspergetur ex hac aqua die tertio, & die septimo emūdabitur. Si die tertio asperſus non fuerit, vel septimo, nō poterit emūdari. [k] Vitula rufa, caro est Saluatoris nostri, rosea sanguine passionis, ętatis integræ, quia perfecta ętate passionē susceپit. Quòd autem non est impositum super illam iugū, hoc ostendit, quia caro Christi non est subiugata delicto, neque victa ab vllo peccato. Quòd autem apprehensam ciecerunt filij Israel extra castra adstante Eleazaro sacerdote, populum Iudæorum significat, & consensum sacerdotum in necem Domini, quē eiectum extra Ierusalem crucifixerunt. Sicut ergo qui offerunt vitulā immundi sunt, sic & qui apprehenderūt Dominum & occiderūt, peccatores habētur. Et sicut is, qui colligit cinerem asperſionis, mundus est: sic & omnes mundi sunt, qui passionem Christi prædicauerunt gentibus, & in toto orbe terrarum doctrinam eius asperſerunt, populosq. Domino collegerunt. Lignum autē, & hyssopum, crucē putamus & Baptismū. Per hyssopi enim fasciculum, aspergebātur agni sanguine, qui mundari solebant, typice figurantes lauacrum Baptismatis, & ablutionem æterni fontis. Coccum autem bis tinctum figuram sacri sanguinis significa-

re, quo peccatores abluuntur. Bis tinctum autem: quia per eum & corpore & corde mundantur. Hæc enim tria ad purgationē peccatorum pertinent. Primò per cedrum, fides ligni crucis: secūdò per hyssopum, Baptismus: tertiò per coccum, sanguinis Dominici sacramentum. Sicut autem die tertia illi purgari iubentur: ita & omnis anima purgatur ab omnibus delictorum sordibus, quæcunq. credit Christum Dominum die tertia à mortuis resuscitatum. Huiusmodi etiam homo mundus erit in die septima, id est, in regno sanctorum aduenīente Domino, & beatus ac lætus parte cælestis illius regni potietur. Qui autem nō fuerit asperſus, id est, huius gratiæ fide munitus, peribit anima illa de [l] cœtu sanctorum & de populo fidelium. Ex sanguine autem huius vitulę ideo septies tabernaculum iubet aspergi, quia septem sunt Spiritus Sancti charismata, quæ per Christi sanguinem super Ecclesiæ populos distribuuntur, per quem ab omni delicto purgantur, sicut Apostolus ait; Iam abluti estis in sanguine Christi & passione eius. Quòd vero vitula cum pelle & ossibus suis comburitur, & agnus ille Paschalis pari modo concrematur, ne ossa eius confringantur, hoc ostendit, quòd Dñi Iesu Christi corporis crura in passione non essent confringenda, sicut Euangelista testatur. Moraliter autē vaccā rufam, cuius cinis expiatio populi est, non alter immolare & offerre ad altare Domini poterit, nisi qui terrena opera non fecerit, iugumq. delicti non contraxerit, nec vinculis peccatorum fuerit alligatus. Iam dehinc post exploratores & borrum, post excidium superborum, & sacerdorale thuribulum, postq. virgam florentē & vitulæ combustæ asperſionem, reuertamur ad mansiones.

a Ex Hieronymo.

b Siue atria. *Ita omnino legendum ex Hieronym. mansione 14. & hoc loco. Illic enim* hazeroth in atria vertit: *hic vero*, post sepulcra cōcupiscentia, & vestibula. *Mendose ergo lib. pleriq.* antra *habēt. Nempe antrum sepulcro affine visum est.*

c Gigantum impetum, *ita Hier. Val. Compl. Palentin. Quod al.* gigantum populum.

d Virens siccitas conseruatur, *ita Num. 17. & apud Hier.* consecratur, *lib. 6. mendose.*

e Piacularis asperſio. *Ita Hier.* peculiaris. *lib. 6. mendose.*

f Duodecim exploratores, *ex Ambr. & Aug. ser. 100. de tempore.*

g Sequitur exci lium, *ex Ambros.*

h Expenderunt, *al.* exceperunt.

i Deinde Aaron sanctus in ruinam mortis populum trahi spectans. *Hæc alio atq. alio modo in vetustis libris legūtur, ead. tamen sentētia, nos codicem Palent. secuti sumus, quem fideliorem reliquis experti sumus.*

k Vitula rufa caro est Saluatoris. *Vid Augustin. q. 32. in Num.*

l De cœtu sanctor. *al.* de regno sanct. *al.* de regno cælorū, *Vulg.* de medio Ecclesiæ LXX. ἐκ μέσου τῆς συναγωγῆς.

XVI.

SExtadecima [a] māsio est in Ramoth, quod Latinè dicitur, mali Punici diuisio, quæ significabat Ecclesiam. Quæ quasi multa grana vno cortice contegit, dum omnem turbam credentium in fidei vnitate cōcludit.

a *Ex Hieronymo cum reliquis omnibus.*

XVII.

SEptimadecima mansio est in Lebna, quæ Latinè transfertur in laterem. Legimus Ægyptios lateres, quos populus faciens ingemuit, ex quibus discimus in itinere istius vitæ de alio in aliud trāsitu, nunc nos crescere, nunc decrescere, & post ordinem Ecclesiasticum sæpe ad lateres, id est, ad carnalia opera transmigrare.

XVIII.

OCtauadecima mansio est in Ressa, quæ in frænos vertitur. Si enim post profectum rursum ad lutulenta opera descendimus, infrenandi sumus, & cursus vagi atque præcipites scripturarū retinaculis dirigēdi.

XIX.

NOnadecima māsio est in Caalatha, quę interpretatur Ecclesia, scilicet vt vagi currentium gressus frenis ad Ecclesiam retrahantur, vt fores, quas antea reliquerant, rursus festinent intrare.

XX.

VIcesima mansio est in mōte Sepher, quę interpretatur pulchritudo, id est, Christ[o]. Et vide, quid prosint fræna. Si à vitijs nos retrahunt, introducūt ad virtutum choros, & in Christo monte pulcherrimo habitare faciunt: de quo scriptum est: Venite, ascendamus ad montem Domini.

XXI.

VIcesimaprima māsio est in Harada, quæ vertitur in miraculum. Et vide, quàm pulcher

pulcher est ordo virtutum. Post frænos in Ecclesiam intromittimur, post habitationē ad montem Christi ascendimus: in quo positi miramur in eis, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.

XXII.

VIcesimasecunda mansio est in Maceloth, quæ in cœtus vertitur, id est in Ecclesia. In hac enim consistit multitudo credentium, iuxta quod scriptum est: Ecce quā bonum, & quā iucundū habitare fratres in vnum.

XXIII.

VIcesimatertia māsio est in Tahath, quæ interpretatur pauor: quia, dum quisque venit ad Ecclesiam, atq. ascendit in mōtem pulcherrimum Christum, & stupore & miraculo Christi magnitudinem confitetur: adiungat deinde timorem, qui custos est beatitudinis, vt altū non sapiat: quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

XXIIII.

VIcesimaquarta [a] mansio est in Thare: quam nonnulli vertunt in malitiam siue pasturam. *

Quod vel ad præpositos Ecclesiarum, vel ad custodiā animæ refertur, vt sollicitus sit quisq., habeatq. pauorem, ne leo Diabolus in caulas ouium: id est in Ecclesias per diuersa vitiorum foramina introire nitatur.

[a] Mansio est in Thare, quam nonnulli vertunt in malitiam, siue pasturam. *Verba sunt Hieronymi, sed hāc interpretationem reiectis. Cum autem allegoria verba, quæ sequūtur:* Quod vel ad præpositos Ecclesiarum, *&c. ex eodē sint, manifestū est deesse interpretationē, quā ipse probat, abactoris scilicet, vel depulsoris. Propterea asteriscō locū notauimus, quem explere sibi quiuis facile ex Hier. possit.*

XXV.

VIcesimaquinta mansio est in Methca, quæ vertitur in dulcedinem. Ascendisti enim in excelsum admiratus es virtutum choros, timuisti ruinā, abegisti insidiatores, dulcis te fructus protinus laboris insequitur, vt meritò dicas: Quā dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.

XXVI.

VIcesimasexta mansio est in Hesmona, quæ Latinè festinationem sonat. Scilicet, vt, postquā dulces fructus laboris sumpserimus, non simus quiete contēti & otio: sed rursum ad vlteriora properantes, obliuiscamur præteritorum, & in futura nos extendamus.

XXVII.

VIcesimaseptima māsio est in Moseroth, quod interpretatur vincula, siue disciplina: scilicet, vt festino gradu pergamus ad magistros, eorumq. teramus limina, & præcepta virtutum, ac mysteria scripturarū vincula putemus esse æterna. Hæc sunt Christi vincula, de quibus in Isaia legitur: [a] Viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt serui, post te ambulabunt colligati vinculis. Sunt & alia Diaboli vincula, quibus disruptis vicit hostes Samson. De quibus Prophera dicit: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.

[a] Viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt serui, post te ambulabunt colligati vinculis. *Ex LXX. voce serui addita. Sed miror, cur interpres Latinus editionis LXX. pro χειροπέδαις* vinculis, *Hieronymus pro Mosarath* mamcis *reddiderit: vt ille nō Græca sed nebraica vocis rationem habuisse, Hieronymus contra Septuaginta interpretib. præter morem subseruisse videatur.*

XXVIII.

VIcesimaoctaua mansio est Baneiacam, quæ per interpretationem transfertur in filios necessitatis, seu stridoris. Qui sint isti filij necessitatis, ipse psalmus nos docet: Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Quæ est tāta necessitas, quæ nolētibus imponatur? cum diuinis Scripturis fueris eruditus, & leges earum ac testimonia, vincula scies veritatis: contendens cum aduersarijs ligabis eos, & vinctos duces in captiuitatem, & de hostibus quondam atque captiuis liberos Dei efficies, vt repentè dicas cum Sion: Ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua: & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola: & isti vbi erant? Porrò quod interpretatum est filios stridoris: ad illum sensum refertur, quòd timore supplicij, & eius loci vbi est fletus, & stridor dentium, deserentes Diaboli vincula, Christo Domino credētium turbæ colla submittant.

XXIX.

VIcesimanona mansio est in mōte Gadgad: quod interpretatur nūtius, siue accinctio, [a] vel certe cōcisio. Non enim aliter possi-

possumus magistri discipulorū atq. credentium eos facere filios necessitatis, nisi præceptores eorum, interfecerimus. Crudeles simus in occisione eorū, non parcat manus nostra armū aut extremum auriculę de ore leonis extrahere. At verò de nūtio & accinctione, hoc breuiter dici potest, quòd filijs necessitatis grandes ad virtutes stimulos suggeremus, cum eis nuntiauerimus præmia futurorum, & accinctos inire bella docuerimus. Horū trium quicquid magister fecerit, in monte consistit.

[a] Vel certè concisio. *Hier.* vel certè (quod nos verius arbitramur) κατατομήν, id est concisio.

XXX.

TRicesimà mansio est in Ietebatha, quæ interpretatur bonitas, quæ est Christus.

XXXI.

TRicesimaprima mansio est in Hebrona, quę interpretatur trāsitus, id est mūdus, de quo Apostolus ait: præterit enim figura huius mundi. In hunc venientes sancti Dei cupiūt ad meliora transire. De quibus Psalmista canit: Et nō dixerunt qui præteribāt: benedictio Domini super vos.

XXXII.

TRicesimasecunda māsio est in Asiongaber, quæ trāsfertur in ligna viri. Possunt hæc ligna viri saltuum & arborum omniū genera multitudinem gentium figurare. Vsque huc solitudo Pharan decem & octo continet mansiones, quæ descriptæ in catalogo in superiore itinere non ponuntur.

XXXIII.

TRicesimatertia māsio est in deserto Sin? Hæc est Cades. Cades [a] autē sancta interpretatur per antiphrasim, sicut lucus, cū minime luceat: vel bellū, quod tamē sit horridum. In hac māsione moritur Maria & sepelitur. Videtur in Maria prophetia mortua, in Moyse & Aarō Legi & sacerdotio Iudæorum finis impositus: Quòd nec ipsi ad terram repromissionis trāscendere valeāt, nec credentem populum de solitudinibus huius mundi educere, nisi solus Iesus, id est Saluator verus Dei Filius.

In [b] hac mansione propter aquas cōtradictionis Moyses offendit Deū, & prohibetur trāsire Iordanē. Turbat[c] enim murmure populi dubitāter petrā virga percussit, quasi illud Deus nō posset facere, vt aquā de petra flueret, quod ante iā fecerat. Quid ergo hic fides Moysi insinuat, quod ad aquā de petra ejciendā titubauerit: hanc prophetiā rectè intelligamus fuisse de Christo. Dum enim Moyses in scripturis sanctis, aliā atq. aliā prōre aliqua significāda personā gerat: nunc tamen populi Iudæorū sub Lege positi personā gerebat, eumq. in prophetica prænūtiatione figurabat. Nā sicut Moyses petram virga percutiens de Dei virtute dubitauit: ita ille populus, qui sub Lege per Moysen data tenebatur, Christū ligno crucis affigens, cū virtutē Dei esse non credidit: sed sicut percussa petra manauit aqua sitientibus, sic plaga Dñicæ passionis effecta est vita credentibus. Habemus enim de hac re præclarissimā & fidelissimā vocē Apostolicam, cū indeloqueretur, dicēs: Petra autē erat Christ[o]. Hāc ergo carnalē de Christi diuinitate desperationē in ipsius Christi altitudine Deus mori iubet, cū mortem carnis Moysi in mōte imperat fieri. Sicut enim petra Christus, ita & mōs Christus. Petra humilis fortitudo, mōs eminens magnitudo. Quia sicut Apostolus ait, petra erat Christus: ita ipse Dominus: nō potest ciuitas abscondi supra montem posita: se scilicet mōtem, fideles autem suos in sui nominis gloria fundatos asserens ciuitatem. Prudentia enim carnis viuit, cum tanquā petra percussa Christi humilitas in cruce contemnitur. Christus enim crucifixus, Iudæis scandalum est: gentibus autem stultitia: & prudentia carnis moritur, cum tanquam montis eminentia Christus excelsus agnoscitur. Ipsis enim vocatis Iudæis & Græcis, Christus Dei virtus & Dei sapientia est.

[a] Cades autem sancta, *mendose lib. 0.* Sin autē sanctam. *Vid. Hier.*

[b] In hac mansione propter aquas, *vsq. ad,* sapiētia est, *omnia sunt Aug. verb. 16. cont. Faust. c. 16. & 17.*

XXXIIII.

TRicesimaquarta mansio in monte Hor, in extremis finibus Edon. In quem ascendit Aaron iuxta præceptum Domini, & mortuus est anno quadragesimo egressionis ex Ægypto: Eo scilicet anno, quo nouus populus repromissionis terram intratus erat. Et quanquam in monte sacerdotiū Eleazaro filio dereliquerit, Lexque eos qui eam impleuerint, perducat ad summum: tamen ipsa sublimitas non est transfluenta Iordanis, sed in extremis terrenorū

Universidad de Deusto
Biblioteca

operum finibus,& pláxit eũ populus trigin A
ta diebus. Aaron plangitur, Iesus non plangitur. In lege descensus ad inferos, in Euangelio ad paradisum transmigratio.

Audit quoq. Chananæus, quòd venisset Israel,& in locum exploratorum, vbi quondam populum offendisse nouerant, ineunt prœlium,& captiuũ ducunt Israel. Rursusq. in eodem loco pugnatur ex voto, victor vincitur, victi superant, per quod intelligimus, vt cũ nos Dei auxilio destitutos hostes inuaserint, duxerintq. captiuos, non desperemus salutem: sed iterum armemur ad prœlium. Potest fieri, vt vincamus, vbi victi sumus:& in eodem loco triũphemus, in quo B
fuimus ante captiui.

XXXV.

TRicesimaquinta mansio est in Selmona.

XXXVI.

TRicesimasexta mansio est in Phunõ. Hę duæ mansiones in ordine historiæ non inueniuntur: in his mortuo Aaron murmurant Israelitici populi cõtra Deum & Moysen, Manna fastidiunt,& à serpentibus vulnerantur.

Sed quid illud significat, quòd morsus mor C
tiferi serpentum exaltato & respecto æneo serpente sanabantur? nisi quod nunc in typo Saluatoris, qui serum antiquumque serpentem in patibulo triumphauit, Diaboli venena superãtur: ita vt qui verè expresseq. imaginem filij Dei, passione mq. eius cõspexerit, seruetur. Hoc enim significant & verba ipsius Domini dicentis: sicut exaltauit Moyses serpentẽ in deserto, sic oportet exaltari filium hominis, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternã.
[a] Quòd verò æneus est serpẽs, ipse Christus intimatur, qui ligno suspensus est, æs quippe metallis cæteris durabilius esse solet. Et D
aptè æneus serpens ligno suspensus est, vt Dominus & in serpente mortalis, & in ære significaretur æternus: videlicet vt indicaretur mortuus per humilitatem, & tamen esset, quasi æneus, per diuinitatem. Pulchrè autem prima mansio Selmona interpretatur imagũcula: quia nimirum ibi imago expressa est Saluatoris per serpentẽ æneũ, qui ibi, vt imago, in ligno pepẽdit. Pulchrè etiã & secũda Phunon, intepretatur Os, quia postea quam passionem filij Dei cognoscimus A
quod corde credimus, ore pronũtiamus, legentes illud Apostoli: corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

[a] Quòd vero æneus, *vsq. ad*, esse solet, *ex Aug. ser. 101. de tempore.*

XXXVII.

TRicesimaseptima mansio est in Oboth, quę vertit in Magos siue Phytones: vnce demõstrat, quia post imaginẽ Dei, quę in cordis ratione mõstrat, & cõfessionẽ fidei, quę ore profertur, cõsurgũt serpẽtes, & artes maleficæ ad bella nos prouocãt. Sed nos custodia circundantes cor nostrũ, obturemus aures nostras, ne audiamus voces incantãtium, & sirenarum carmina negligamus.

XXXVIII.

TRicesimaoctaua mansio est in Ieabarim in finibus Moab, quæ significat aceruos lapidũ transeuntiũ, id est, sanctos, per istũ seculũ ad alias mãsiones transire festinantes.

XXXIX.

TRicesimanona mãsio est in Dibõgad: in hac geritur bellũ cõtra Sehõ regẽ Amorrhæorum,& Og regẽ Basan. [a] In his regibus licet res gesta cognoscatur: tamẽ per conditiones virtutesq. nominũ spiritualis significatio est subiecta. Sehõ nãq. interpretatur tẽtatio oculorũ. Per quẽ figuratur Diabolꝰ, qui transfigurat se velut angelũ lucis,& per hęresim vel schisma verisimilia mentitur, vt fallat incautos. Hũc Amorrhæi, id est, amaricãtes, habẽt regẽ. Nisi enim quędã simulatio veritatis præcedat, nõ sunt hæreses amaricãtes, nõ schismata exacerbantiũ in Ecclesia. Iste ergo rex occiditur in vno quoq. homine, quãdo quisq. dãnat simulationẽ, & diligit veritatẽ. Og verò Rex interpretatur cõclusio, Basan autẽ cõfusio, id enim agit Diabolus semper, vt cõcludat viã ad Dñm, opponendo idola sua, ne credatur in Christũ. Cõclusio enim præcedit vt rex, sequitur cõfusio vt plebs: quia quos modo concludit, ne credãt in Christũ, quãdo apparuerit Christꝰ, omnes cõfundentur. Mãsio autẽ ista Dibõgad interpretatur fortiter intellecta tẽtatio: quia nimirũ si superetur simulatio, quæ per schisma vel hæresim exercebat Ecclesiã,& conclusio, quæ per sacrilegium claudit fidei viam, nihilominus tentatio intelligitur, ac deinde intellecta fortiter superatur.

[a] In his regib. *vsque ad*, omnes confunduntur, *verba Aug. in psal. 134.*

XL.

QVadragesima mansio est de Dibongad in Helmon Deblathaim, quæ vertitur in [a] contemptum palatarum, siue opprobriorum. Et per hoc dicimus omnia dulcia ac illecebras voluptatum prætereuntiũ in seculo contemnendas & opprobria diligenda. Quæ si falsò obijciantur, beatitudinem pariunt, saluatore plenissimè docente, qui ait: eum exprobrauerint vobis homines, beati eritis.

[a] Quæ vertitur in contemptum palatarum. *Rectè nostri libri, mendosè apud Hieronymum* plagarum. *Sunt autem palata massæ de recentib. ficubus. vid. Ambros. hoc loco, & Hieron. in nomiuib. de Numer.*

XLI.

QVadragesimaprima mansio est in montibus Abarim contra faciem Nabo: quæ vertitur in montes trãseuntium, & est contra faciem montis Nabo, vbi moritur & sepelitur Moyses, terra promissionis ante conspecta. Nabo interpretatur conclusio, in qua finitur lex, & nõ inuenitur eius memoria. Porro gratia Euangelij absq. vllo fine tenditur,& in omnem terram exiuit sonus C
eius & in fines orbis terræ verba ipsius. Simulque considerandum quod habitatio transeuntium in montibus sita sit,& adhuc profectu indigeat. Post montes enim plurimos ad campestria Moab, & Iordanis fluẽta descendimus, quæ interpretatur descensio. Nihil enim tam periculosum est, quàm gloriæ cupiditas & iactantia, & animus cõscientia virtutum tumescens.

XLII.

QVadragesimasecunda mansio est in cã- D
pestribus Moab, super Iordanem iuxta Iericò, vbi fixerunt tentoria à domo solitudinis vsque ad Abelsitim in plenitie Moab. In quadragesimasecunda, quæ extrema mansio est, quædam quæ sunt gesta narremus.

Sedens in ea populus à diuino Balaam, quem mercede conduxerat Balac, iussu Dei benedicitur,& maledictio mutatur in laudes. Sed quid est, quod iste Balaam, dũ peruenire ad propositum tenderet, asina, cui præsidebat, dum vidisset Angelũ, loquitur? [a] Quæ est enim hæc asina, nisi bruta gentilitas? Quam quondam Balaam, id est seductor idolatriæ quasi brutum animal, & A
nulla ratione renitens, quo voluit, errore substrauit. [b] Sed ista Angelum Dei vidit, quẽ homo videre non potuit:& vidit & detulit, & locuta est, vt agnosceremus posterioribus tẽporibus, sub aduentu magni Angeli Dei, gẽtilem illã plebẽ mutata duritie, stoliditatisq. natura, solutis Deo linguis locuturã: ita vt quæ erat subiecta perfidiæ, in vocẽ fidei & confessionis erumperet: licet & caro nostra animalis est. [c] Pleruną. enim caro per molestias tacta flagello, suæ menti Deũ indicat, quem mens ipsa carni præsidens, non videbat: ita vt anxietatem spiritus proficere in hoc mundo cupientis, velut iter tendentis impediat: donec ei inuisibilẽ qui sibi obuiat innotescat. Vnde & bene per Petrum dicitur: Correptionem habuit suæ vesaniæ subiugale mutum, quod in hominis voce loquens, prophetæ insipientiam prohibuit. Insanus quippe homo à subiugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum quod tenere debeat ab afflicta carne memoratur. Sed huius correptionis donum idcirco Balaam non obtinuit: quia ad maledicendũ pergens vocem, non mentem mutauit. Consilium quippe dedit regi Balac, vt mulieres in meritorio poneret,& ante ianuas earũ, aras, vt venientes filij Israel prius sacrificarent idolis,& sic ingrederentur ad mulieres, vt inde fornicentur filij Israel cũ filiabus Madiã. Sed quid est, quod iste Balaam populum Dei posse decipi certa ratione collegit, dans consilium vt ex illa parte, qua infirmari nouerat filios Israel, pernicioſi eis laquei tenderentur, non dubitans eos oblata copia fœminarum, fornicationis ruina protinus collapsuros: quia concupiscibiles animę eorum partes sciebat esse corruptas. Ita ergo vnumquemq. nostrũ nequitiæ spiritualis versuta malignitate in figura Balaam pertentãt, illis percipuè affectibus animæ insidiosos laqueos præstruentes, quibus nos senserint ægrotare: vt verbi gratia, cum viderint rationabiles animæ nostræ partes esse vitiatas, illo nos ordine decipere moliantur.

[d] Sed Phines sacerdos zelatus, vt Domini furorem placaret Zambri & scortũ Madianitidem pugione transfigit: significans per crucem Christi non solum idolatriã, sed etiã omnẽ carnis affectum, vel concupiscẽtiam perimi seculi,& tunc placari Deum, dũ carnis extinguitur desiderium. Post hæc numeratur rursum populus, numerãtur & Leuitę,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt interfectis primo carnalibus, nouus Dei populus censeatur, qui per baptisma Iordanis transeat, & cælestis hæreditatis repromissionem percipiat. A

Porrò quod sexcēta millia armatorum de Ægypto numerātur egressa, & ex ipsis non sunt amplius, quā duo, terrā repromissionis ingressi: hæc figura demonstrat, multos per baptismum ad fidem transire: sed ad patriā cælestem pauciſsimos peruenire, secūdum figuram illam in Euangelio, in qua multi vocati, pauci vero inueniūtur electi. Quòd vero duo tantum ingrediūtur, aut propter eos, qui ex vtroq. populo regni cælestis promissionem adipiscuntur: aut propter illos, qui per duas vitas, actionis & contemplationis ad æternam beatitudinem prædestinantur.

Interpellant dehinc filiæ Salphaad quin B que & ex iudicio Dei hæreditatem accipiūt inter fratres suos.[e] Nec Legis plebs ab Euangelij possessione excluditur.

Deinde Iesus in monte succedit Moysi, & discit, quæ specialiter debeant offerri in Ecclesia. Legi etenim succedit Euāgelium, ibiq. lex faciēda præcepta admonet, & gratia complet.

Primùm quidem quid offerri debeat per singulos dies, dehinc quid in Sabbatho propter spem quietis æternæ, quid in Kalendis pro inuocatione vitæ, quid in Pascha quando cōsepelimur cum Christo per baptismū, quasi à mortuis transeuntes ad vitæ natiuitatem, quid in Pentecoste propter gratiam Spiritus Sancti & indulgentiam remissionis peccatorum, quid in Neomenia mensis septimi, quid in ieiunio eiusdem mensis decimo die, quid in Scenophegia, quando figūtur tabernacula quintodecimo die suprādicti mensis.

Dehinc texitur bellum contra Madianitas, & mors diuini Balaā, in cuius nece error perfidiæ ligno crucis interficitur, fitq. deinde Amalech prædæ diuisio, & oblatio ex ea animarum tabernaculo Dei.

Post hæc filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manassæ iumenta plurima habentes citra Iordanem possessionem accipiunt, & in repromissionis terra hæreditatem habere nolunt, figurantes, [f] quia quos mundi implicamenta occupant, habitationem cælestis patriæ nequaquam desiderant.

Dehinc populus admonetur, vt in terra sancta idola destruant, & nullus de pristinis habitatoribus seruetur, ad significādū, vt dum in terram sanctę repromissionis per fidem ingredimur, simul cum idolatria omnia etiam vitia extinguamus.

[a] Quæ est enim hæc asina, *vsq. ad*, substrauit, *verba sunt Greg. lib. 1. Moral. c. 7. qua hoc loco (adiecta voce pœnitentiæ, mutatoq. tenitens in retinés) sensum malum reddebant.*

[b] Sed ista angelū, *vsq. ad*, erumperet. *Ambros. lib. 6. commēt in Luc. c. 19.* Nec despicias asinā quoq. istā, quondā Angelum Dei vidit, quā homo videre non potuit. Et vidit, & detulit, & locuta est. Vt agnoscere posteriorib. temporib. sub aduētu magni Angeli gentiles illis, ante asinos locuturos.

[c] Plerumq. enim caro, *vsq. ad*, non mentē mutauit, *verba sunt Gregorij Pastoral. 3. part. admonit. 13.*

[d] Sed Phinees, *vsq. ad*, populus censeatur, *ex Birt. quibusdam interiectis.*

[e] Nec Legis plebs: ne fœmineus sexus, *Hieronymus.*

[f] Quia quos mundi implicam, *vsq. ad*, desiderās *verba sunt Greg. 27. Moral. c. 7.*

DIVI

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
ad
MYSTICORVM EXPOSITIONES SACRAMENTORVM
seu
QVÆSTIONES IN DEVTERON.

PRÆFATIO.

Cur Deuteronomium vndecim dieb. scriptum. CAP. I.

IBER Deutoronomij repetitio est præcedentium quattuor librorum Legis. Nam dum illi in se propria cōtineant causſas, iste tamē replicat omnium. Habet autē & ipse propria innumera sacramēta, è quibus pauca pro exercitio lectoris studui memorāda. Deuteronomiū autē secunda Legis latio dicitur, quod significat Euangelium. In cuius principio notandum est, quid indicet quòd vndecim diebus idem Deuteronomium à Moyse scribitur, significat verò Iudaicæ plebis lapsum in Euangelio per transgressionē Decalogi mandatorum. B

De quadraginta annis deserti, & vestib. non attritis. CAP. II.

QVid autem significauerunt illi quadraginta anni, quibus laboriosè peractis, filij Israel, ad repromissionis terrā trāsierunt? Per hos quadraginta annos totum seculi tēpus significatur, in quo viuit Ecclesia sub laboribus & periculosis tēptationibus, sperando, quod non vidit, per patientiam, quousque ad promissam æternæ felicitatis perueniat patriā. Ideo & Dñs quadraginta diebus ieiunauit, & quadraginta noctibus, & tentatus est in eremo. Corpus enim eius, quod est Ecclesia, necesse est tēptationes laboresq. patiatur in hoc seculo, quoad vsque veniat illud tēpus, vbi post tentationes accipiat consolationes. [a] Porrò quod vestis Israel per tot annos in eremo nulla vetustate corrupta est, & morticina pellis calceamentorum tamdiu sine labe durauit, potest figurare futuram incorruptibilitatem corporum, vbi ea, quæ corruptibilia sunt, sine corruptione vlla permanebunt. C A

[a] Porrò quod vestis, *vsq. ad*, durauit. Porrò quod vestimenta, aut calceamenta filior. Israel per tot annos in eremo indetrita, & absoluta manserunt, nullaq. vetustate consumpta sunt: *Val. & Compl. Reliqui & Beda, vt edidimus.*

De non plantando ligno iuxta altare. CAP. III.

NOn plantabis omne lignum iuxta altare Dei, nec facies nemus in terra. Interdicitur quippe ne nemus cōplantetur in tēplo. Nemus frōdēres arbores & infructosę sunt, solùm ad delectationem visus plātatę. Tales sunt & gentiles, qui rationem suam verborum decore componunt, vt non conuertant à vitijs, sed delectent, atq. istiusmodi seductione persuadeant. Nos autē secundum præceptum iuxta altare Dei nemus nō plantamus, si circa Dominicam fidem nihil in verbis infructuosum, nihil audiētiæ seculari illecebrosum cōponimus: sed sola puritate veritatis scientiam prædicationis tenemus. Hoc nemus in prædicatione sapientiæ plantare vitabat Apostolus, cū dicebat: loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus & virtute. C D

De auferēdo præputio ligni pomiferi. CAP. IIII.

QVando [a] ingressi fueritis in terram, & plātaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum, pomorumq. germina immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Ligna quippe pomifera, sunt opera virtutibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus fœcũda. Præputia lignorum auferimus cum de ipsa inchoationis infirmitate suspecti primordia operum nostrorum nõ approbamus. Poma autẽ quæ germinant, immunda existimamus, nostrisq. cibis nõ aptamus: quia cum primordia boni laudantur operis, dignum est, vt hoc animum non pascat operantis, nedũ accepta laus suauiter carpitur, fructus operis intempestiuè comedatur.

[a] Quando ingressus fueritis, *vsq. ad*, comedatur, *omnia sunt Gregorij verba 3. Moral. cap. 29.*

De nõ operãdo in bouis primogenito.
CAP. V.

NOn [a] operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouiũ. In primogenito quippe bouis operari, est bonæ conuersationis primordia in exercitio publicæ actionis ostendere. Ouiũ quoq. primogenita tondere, est ab occultationis suæ tegmine humanis oculis inchoantia bona nostra denudare. In primogenito ergo bouis operari prohibemur, atq. à primogenitis ouium detondendis cõpescimur: quia etsi quid robustũ incipimus exercere, hoc in aperto citiùs non debemus ostendere. Sed cum vita nostra simplex quid atq. innocuum inchoat, dignum est, vt secreti sui velamina non relinquat, nec hoc humanis oculis, quasi subducto vellere, ostendat. Ad sola ergo diuina sacrificia boum primogenita ouiumq. proficiant, vt [b] si quid fortè innocuum incipimus, hoc ad honorem intimi iudicis in ara cordis immolemus. Quod ab illo proculdubio tantò libentius accipitur, quantò & ab hominibus occultatũ nullo laudis appetitu maculatur. Sæpe autẽ nouæ conuersationis primordia adhuc carnali vitæ sunt commixta. Et idcirco innotescere citiùs non debent, ne cum laudantur bona, quæ placent, deceptus laude sua animus deprehẽdere in eis nequeat mala, quæ latẽt.

[a] Non operaberis, *vsque ad*, latent. *totum item caput ex eod. Greg. capite.*
[b] Vt si quid forte, *ex Beda*, vt quidquid forte, *Gregor. & m. s.*

De non arando in boue, & asino.
CAP. VI.

NOn [a] arabis in boue simul & asino. In bouis nomine populus ex circuncisione positus sub iugo Legis accipitur: in asino autem, populus gentium pertinens ad Euãgelium: in boue quippe & asino simul arat, qui sic recipit Euangelium, vt Iudaicarum superstitionum, quæ in vmbra & imagine præcesserant, cærimonias non relinquat. Item nonnunquam in boue bene operantium vita, in asino stultorum vecordia figuratur. Quid est ergo non arabis in boue simul & asino? ac si diceret: Fatuum sapienti in prædicatione non socies, ne per eum, qui rem implere non valet, & illi, qui præualet, obsistas. Bouem [b] quippe & asinum, si necesse sit, vnusquisque sine detrimẽto operis iungit. Sapientem vero & stultum (non, vt vnus præcipiat & alter obtemperet, sed vt pariter æquali potestate annuntient verbum Dei) non sine scandalo quisque comites facit.

[a] Non arabis, *vsq. ad*, obsistas, *ex eod. lib. 1. Moral. c. 7.*
[b] Bouem quippe & asin *vsque ad*, comites facit, *verba sunt Aug. 6. contr. Faust. c. 9.*

De nõ alligando ore bouis triturãtis.
CAP. VII.

NOn alligabis os boui trituranti. Dictum est, quòd in bouis nomine, vita vniuscuiusque operãtis exprimitur. Dicit quodam in loco Apostolus Paulus, reprehendens & dolens, quòd nemo illi communicauerit in ratione dati & accepti. Quid est in ratione dati & accepti? nisi quod alio in loco apertè exposuit, dicens: si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, vt carnalia vestra metamus? hoc significat, non alligabis os boui trituranti. Vnde & idem Apostolus alio loco dicit: Dignus est operarius mercede sua. Vult ergo scriptura doctoribus præstare carnalia, à quibus spiritualia cõsequũtur, quia prædicatores occupati in doctrina, necessaria sibi prouidere nõ possunt.

De non coquendo hœdo in lacte matris. CAP. VIII.

NOn coques hœdum in lacte matris suæ. Hœdus hic sub peccatoris figura introducitur. Proinde peccãs grauiter nõ est coquendus in lacte matris suæ, id est, non est purgandus mediocribus tenerrimisque Ecclesiæ disciplinis, sed austerioribus præceptis eius sunt excoquenda peccata, cuius magna sunt crimina: vt qui per lasciuiæ blandimentum se perdidit, fortiori disciplina se redimat.

De nõ induẽda veste ex lana & lino.
CAP. IX.

NOn [a] indues vestem ex lana linoq. contextam. Per lanam quippe simplicitas, per linum vero subtilitas designatur. Et nimirum vestis, quæ ex lino lanaq. conficitur, linum interius celat, in superficie lanã demonstrat. Vestem ergo ex lana linoq. contextam induit, qui sub locutione innocentiæ intus subtilitatem celat malitiæ. Hoc secundum moralem sensum. Cæterùm secundum allegoriã, [b] lineis vestibus misceri lanã, vel purpurã, & linostima veste indui, est inordinatè viuere, & diuersi generis professiones velle miscere, vt vel sanctimonialis habeat ornamẽta nuptarum, aut ea, quæ se non continens nupsit, speciem virginis gerat: omnimodo hoc peccatum est, & si quid inconuenienter ex diuerso genere vel religione in vita cuiusque contexitur. Verùm illud tũc figurabatur in vestibus, quod nunc declaratur in moribus.

[a] Non indues vestem, *vsq. ad* malitiæ. *Greg. verba 2. Moral. c. 31.*
[b] Lineis vestibus, *vsq. ad* moribus. *Augustini verba 6. cont. Faust. c. 9. è quo sunt nonnulla resiluta.*

De non accipienda loco pignoris superiore, et inferiore mola.
CAP. X.

NOn [a] accipies loco pignoris superiorẽ, aut inferiorẽ molam: accipere namq. aliquando dicimus auferre. Vnde & aues illæ, quæ rapiendi sunt auidæ, accipitres vocantur. Vnde & Apostolus Paulus dicit: sustinetis enim, si quis deuorat, si quis accipit. Ac si diceret, si quis rapit. Pignus vero debitoris, est confessio peccatoris. A debitore enim pignus accipitur, cum à peccatore iam confessio peccati tenetur. Superior autem & inferior mola est, spes & timor. Spes quippe ad alta subuehit, timor autem cor inferiùs premit. Sed mola superior & inferior ita sibi necessario iungũtur, vt vna sine altera inutiliter habeatur. In peccatoris pectore itaque incessanter debet spes & formido coniungi, quia pœnitentia incassum misericordiam sperat, si non etiam iustitiam pertimescat. Incassum iustitiam metuit, si non etiam in misericordia confidit. Loco igitur pignoris mola superior aut inferior tolli prohibet, quia qui prædicat peccatori tanta dispensatione componere prædicationẽ debet, vt nec derelicta spe timorem subtrahat, nec subtracta spe in solo eum timore derelinquat. Tollit enim superiorẽ, si flenti peccatori dicat, non habebis veniam de cõmissis. Tollit inferiorem, si peccantem deceptione palpet. Ac si dicat: Age mala in quantum vis absque metu: nam Deus pius est, & ad indulgendum paratus. Sed vtiliter tunc mola vtraque habetur, si & spes sit cum emendante formidine, & emendans formido fuerit cum spe.

[a] Non accipies, *&c. Totum caput è Greg. 33. Moral. c. 11. nonnullis verbis immutatis, retenta tamen sententia.*

De non abominando Ægypto.
CAP. XI.

NOn [a] abominaberis Ægyptium, eò quod fuisti in cola in terra eius, quamuis enim mundo renuntiantes Ægyptiam terram, id est, pristinam seculi conuersationem, vel concupiscentiam declinemus, tamen, dum præsentis seculi necessitatibus subdimur, quasi Ægyptiam nationem nequaquam extinguimus, licet ab ipsa quadam discretione separemur, non de superfluis cogitantes, sed secundum Apostolum victu quotidiano, indumentoque contenti. Hoc enim figuraliter mandabatur in lege: non abominaberis Ægyptium.

[a] Non abominaberis. *è Cass. collat. 5. c. 19.*

De non habendis diuersis ponderib.
CAP. XII.

NOn [a] habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis erit tibi & verus, vt multo viuas tempore super terram. Hoc & idem legislator etiam in Leuitico interdicit, Salomone quoq. parem super hoc sententiam proferente. [b] Pondus magnum & pusillum, & mensuræ duplices, immunda sunt vtraque ante Dominum, & qui facit ea, in adinuentionibus suis compedietur. Proinde non solum illo corporali,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed etiam spirituali modo studendum est nobis, vt nec diuersa pondera in cordibus nostris, nec in domo conscientiæ nostræ mensuras duplices habeamus, id est, ne ipsi ea, quæ districtionis regulam molliunt, remissiore indulgentia præsumẽtes, eos, quibus verbum Dei prædicamus, districtioribus præceptis, & grauioribus, quàm ipsi perferre possumus, obruamus põderibus. Quod cum facimus, quid nisi diuerso põdere atq. mensura præceptorum Domini mercedem frugemque, vel appendimus, vel metimur? si enim aliter ea nobis, aliter fratribus nostris dispensemus, rectè increpamur à Domino, eò quòd stateras diuersas aut mensuras duplices habeamus, secũdum illam sententiam Salomonis, qua dicitur: Abominatio est Domino pondus duplex, & statera dolosa non est bonum in conspectu eius.

[a] Non habebis in sacculo, *vsq. ad* in cõspectu eius *è Cass. collat. 21. c. 22.*

[b] Pondus magnum, *vsque ad* compedietur. *Ad notanda dispunctio diuersa ab ea, quam secuti sunt correctores edit. LXX.*

De testibus. Cap. XIII.

NOn [a] stabit aduersus alterum vnus testis, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Licet historialiter hæc sit diuina seruanda sententia, tamen & cum contra quoslibet impios, vel hæreticos agimus, necesse nobis est scripturas sanctas in testimonium vocare. Sensus quippè nostri & attestatio sine his testibus non habent fidem. Vnde magis conuenit ad probationem, & firmitatem verbi intellectus mei, vt adhibeã duos testes, nouum scilicet & vetus Testamentum: adhibeam etiam tres, Euangelium, Prophetã, & Apostolum, sicque stabit omne verbum.

[a] Non stabit aduersus alterum vnus test. *Vid. Aug. 16. contra Faust. c. 13.*

De vxore fratris accipienda. Cap. XIIII.

ILlud [a] vero, quòd vxorem fratris ad hoc frater iussus est ducere, vt non sibi, sed illi subolem suscitaret, eiusq. vocaret nomine quod inde eidem nasceretur: quid aliud in figura præmonstrat? nisi quia vnusquisque Euangelij prædicator ita debet in Ecclesia laborare, vt defuncto fratri, hoc est, Christo suscitet semen, qui pro nobis mortuus est, & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat? Deniq́ue hoc implens Apostolus, non carnaliter in præmissa significatione, sed spiritualiter in completa veritate, quos in Christo Iesu se per Euangelium commorat genuisse, succensens eis, & increpans corrigit volentes esse Pauli. Nunquid Paulus, inquit, pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? tanquam diceret defuncto fratri vos genui: Christiani vocamini, non Pauliani. At verò qui electus ab Ecclesia, ministerium Euangelizandi renuerit, ab Ecclesia meritò digneque contemnitur. Hoc est enim, quod in eius facie iubetur expuere, non sanè sine signo huius opprobrij, vt calciamẽto pedis vnius exuatur, ne sit in eorum sorte, quibus ipse Apostolus ait: Et calciati pedes in præparatione Euangelij pacis. Et de quibus commemorat Propheta: Quàm speciosi pedes eorum, qui anuntiant pacem? qui anuntiant bona? Qui autem sic Euangelicam fidẽ tenet, vt & sibi prosit, & Ecclesiæ prodesse non renuat, benè intelligitur vtroq. pede calciatus. Qui autem sibi putat, quia credidit, satis esse consultum, curam vero lucrandorum aliorum refugit, quasi vnius pedis calciamentum cum de decore amittit.

[a] Illud vero quod vxorẽ, *vsq. ad* decorè amittit. *Verba sunt Augustini 32. cont. Faust. c. 20.*

De formidoloso, et pauido. Cap. XV.

HOmo [a] formidolosus & corde pauido non egredietur ad bellum. Vadat & reuertatur ad domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut & ipse timore perterritus est. Quibus verbis edocet non posse eos professionem contemplationis, vel spiritualis militiæ arripere exercitium, qui adhuc nudari terrenis operibus pertimescunt. Ne rursus infirmitate mentis reuertantur, suoque exemplo alios à perfectione Euangelica reuocent, & infideli terrore infirment: iubentur itaque tales vt discedentes à pugna, reuertãtur in domum suam: quia non possunt, duplici corde bella Domini præliari. Vir enim duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis. Tales quippè oportet, vt ne initium quidem renuntiationis arripiant. [b] Quibus melius est, vt in actiua vita consistant, quam trepidi contemplationem exequentes, maiori discrimine semetipsos inuoluant. Melius est enim non vouere, quàm vouere, & nõ reddere. Similiter & ille à tali militia prohibetur, qui vxorem duxerit, qui plantauerit vineam, velut propaginem filorum: nõ enim potest seruire diuinæ militiæ seruus vxoris, secundum illud Apostoli: qui cum vxore est, sollicitus est, quo modo placeat vxori, & diuisus est. Nec potest inesse quis studio contemplationis, qui ad huc in delectatione defigitur carnis. Nemo inquit Apostolus militans Deo, implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit.

[a] Homo formi dolis. *è Cass. lib. 7. c. 15.*

De septem gentium interemptione. Cap. XVI.

CVm [a] introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, [b] quam possessurus ingrederis, & deleuerit gentes multas coram te, Hetheum, Gergezeum, & Amorrhæum, & Chananæum, & Pherezæum, & Heuæũ, & Iebusæum, septem gentes multo maioris numeri quàm tu es, & robustiores te, tradideritque eos Dominus tibi, percuties eos vsque ad internecionem. Septem istæ gentes, septem sunt principalia vitia, quæ per gratiam Dei vnusquisque spiritualis miles exsuperans, ex terminare penitus admonetur. Quòd vero maioris numeri esse dicuntur, hæc ratio est, quia plura sunt vitia, quàm virtutes. Sed ideò in catalogo quidẽ dinumerantur septem nationes: in expugnatione vero earum sine numeri adscriptione ponuntur: ita enim dicitur: Et deleuerit gentes multas coram te. Numerosior est enim, quàm Israel, carnalium passionum populus, qui de hoc septenario fomite vitiorum ac radice procedit. De gastrimargia namque nascuntur comessationes, ebrietates. De fornicatione, turpiloquia, scurrilitas, [c] ludicra, atque stultiloquia. De philargyria, mendacium, fraudatio, furta, periuria, turpis lucri appetitus, falsa testimonia, violentiæ, inhumanitas atque rapacitas. De ira, homicidia, clamor, & indignatio. De tristitia rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio. De accidia, ociositas, somnolentia, importunitas, inquietudo, peruagatio, instabilitas mentis & corporis, verbositas & curiositas. De cenodoxia, cõtentiones, hæreses, iactantia ac præsumptio nouitatum. De superbia, contemptus, inuidia, inobedietia, blasphemia, murmuratio, detractio, [e] aliaq. complura similia, quæ cum sint multo maioris numeri, quàm virtutes, deuictis tamen illis [f] septem principalibus vitijs, ex quorum natura ista procedunt, omnes protinus conquiescunt, ac perpetua pariter cũ his internecione delentur. [g] Quod autem hæ pestes robustiores sint, manifesta naturę ipsius impugnatione sentim[h]. Fortius enim militat in membris nostris oblectatio carnalium passionum, quàm studia virtutum; quę non nisi summa contritione cordis & corporis adquiruntur. [h] Quòd verò istarũ pernicioſarum gẽtium regiones salubriter possidere præcipimur, ita intelligitur. Habet enim vnumquodq. vitium in corde nostro propriam stationem: sed si cum spiritualibus populis, id est, virtutibus contra se dimicantibus fuerint vitia superata, locum, quem sibi in corde nostro concupiscentiæ vel forni cationis [i] spiritus retinebat, deinceps castitas obtinebit. Quem furor ceperat, patientia vindicabit. Quem tristitia mortem operans occupauerat, salutaris & plena gaudio lætitia possidebit. Quem accidia vastabat, incipiet excolere fortitudo. Quem superbia cõculcabat, humilitas honestabit, & ita singulis vitijs expulsis eorũ loca, id est, [k] affectus contrarios possidebunt filij Israel, id est, animæ videntes Deum.

[a] Cum introduxerit te Dominus, &c. *Ex Cassian. collat. 5. c. 16. & sequentib. carptim collectum caput hoc.*

[b] Quam possessurus ingrederis. *Ita Cass Vulg. & LXX. εἰσπορεύη.* Ingredieris, *m. s. o.*

[c] Ludicra. *Ita Cass. al.* ludibria.

[d] Homicidia homicidium *Cass.*

[e] Aliaq. complura. *Cass paullò superius.*

[f] Septem principalib. vitijs, octo *Cass. sed cur Isid. immutauerit, satis apparet.*

[g] Quòd autem hæ pestes robust. *Cass. paullò post.*

[h] Quòd vero istar. pernicios ar. gentium. *Cass. cap. 23.*

[i] Spiritus retinebat, retentabat *Cass.*

[k] Humilitas honestabit, *ex Cass.* Incipiet excolere humilitas, *m. s. o. mendose.* Dixerat enim antè incipiet excolere fortitudo.

[l] Id est, affectus, *ex Cass.* effectus *m. s.*

Cur Abrahæ loquẽs decẽ gẽtes, nõ septẽ dinumerauit Deus. Cap. XVII.

ILlud [a] vero, quòd cũ ad Abrahã de futuris Dominus loqueretur, non septem gentes legi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

legitur dinumerasse,sed decem,quarũ terra A semini eius danda promittitur. Qui numerus adiecta idolatrię gentium blasphemia Iudæorũ errore hæreticorũ, euidentissimè adimpletur. Quibus ante notitiã Dei,& gratiã baptismi vel impia,[b] gentiũ,vel blasphema Iudæorũ multitudo subiecta est, donec in intellectuali Ægypto cõmoratur. Si autẽ abrenuntians quis & egressus ex inde per gratiam Dei ad eremum peruenerit spiritualem, de impugnatione trium gentium liberatus, contra septem tantùm quæ per Moysen dinumerantur,bella suscipiet.

a Illud vero quod cum ad Abraham. *Ex ead. coll. cap.22.* B

b Vel impia gentium. Gentilium *Cassian.*

De muliere decora capta in bello. CAP. XVIII.

SI,inquit, exieris ad bellum contra inimicos tuos, & videris mulierẽ decora specie, & concupieris eam, rades omnes pilos capitis eius & vngulas eius, & indues eam vestimentis lugubribus,& sedebit in domo lugens patrem suum, & matrem suam, & domum paternam, & post triginta dies erit tibi vxor. Dicãt ergo Iudæi quomodo apud C eos ista seruentur,quid caussæ,quid rationis est decaluare mulierẽ, & vngulas eius abscindi? verbi caussa, ponamus,quòd ita inuenerit eam is,qui dicitur inuenisse, vt neque capillos, neque vngulas habeat, quid habuit,quod secundum legem demere videretur? Nos vero quibus militia spiritualis est, & arma non carnalia sed potentia Deo; si decoram mulierem,id est,animam,quæ à Deo pulchra creata est,in gentili conuersatione inuenerimus & sociare voluerimus eam corpori Christi,depsito idolatriæ cultu, induitur lugubribus pœnitentiæ indumentis,& deploret matrem & matrem,hoc est,omnem memoriam mundi,eiusque illecebras. Deinde verbi Dei nouacula, & doctrina omne peccatũ infidelitatis eius,quod mortuum est & inane, abradatur:hoc enim sunt capilli capitis,& vngulæ mulieris. Atq. ita demùm salutaris lauacri vnda purificata, cõiũgitur sanctis Dei,scilicet, cũ iã nihil in capite mortuũ, nihil in manibus ex illis quæ per infidelitatẽ mortua dicũtur,habuerit, vt neq. sensibus neq. actibus immundũ aliquid aut mortuum gerat. Quod verò post triginta dies iubet eam duci vxorem, fœminæ quippe sanguinis purgationem post mensem habere solent. Post purgationem ergo peccatorum, anima iam effecta munda & purgata ab immunditia sua sociatur viro Israelitæ, corpori scilicet Christi. Ternario namque ac denario numero fides opusque significatur. Per fidem ergo Trinitatis atq. opus legis rectè sociatur quæcumque anima viro Israelitæ, corpori scilicet, Christi, adhærens illi sine macula, sinceritate fidei, & actuum puritate. Alij putauerunt hanc mulierem captiuam decoram specie, rationabilẽ aliquam disciplinam significare, quæ sapienter dicta inuenitur apud Gentiles. Hanc ergo à nobis repertam,oportet primùm de ea auferre & resecare omnem superstitionis eius immũditiam, & sic eam in studio veritatis assumere. Nihil enim mundum habent disciplinæ Gentilium, quia nulla apud infideles sapientia est, cui immunditia aliqua, vel superstitio non sit admixta.

De securi manum fugienti. CAP. XIX.

ILlud[a] autem quid significet, quod Dominus per Moysen præcepit, dicens: Si quis abierit cum amico suo simpliciter in syluam ad ligna cædenda, & lignum fecuris fugerit manum, ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & occiderit,hic ad vnam suprad ictarum vrbium fugiet,& viuet,ne forte proxmi[b] eius, cuius effusus est sanguis doloris stimulo persequatur, & apprehendat eum, & percutiat animam eius) Ad syluam quippe cum amico imus, quoties ad intuenda delicta subditorum conuertimur, & simpliciter ligna succidimus, cum delinquentium vitia pia intẽtione resecamus. Sed securis manu fugit, cum sese increpatio plusquam nec esse est in asperitatem pertrahit: ferrumque de manubrio prosilit, cum de correptione sermo durior excedit. Et amicum percutit & occidit,qui auditorem suum prolata contumelia ab spiritu dilectionis interficit. Correpti namq. mens repente ad odium proruit, si hanc immoderata correptio,[b] plusquã debuit addicit. Sed is,qui incautè ligna percutit & proximum extinguit, ad tres necesse est vrbes fugiat, vt vna earum defensus viuat:quia si ad pœnitentiæ lamẽta conuersus in vnitate sacramenti sub spe, fide & A charitate absconditur, reus perpetrati homicidij non tenetur. Quem extincti proximus cum inuenerit,nõ occidit:quia cum districtus iudex venerit,qui se nobis per naturæconsortiũ iunxit,ab eo proculdubio[c] culpæ reatum non expetit, quem sub eius tuitionis venia,spes,fides & charitas absondit.

a Illud autem quid signif. *Totum caput è Greg. 10. Moral. c.5.*

b Plusquam debuit addicit. *Ita habent,& Gregoriamos omnes libri, & Isidoriani,tum hic, tum lib.2. sentent.c.* 4. Omnis quippe iustus spe, & formidine nitet: quia nunc illum ad gaudium spes erigit, nunc ad formidinem terror gehẽnæ addicit,& *cap.44.* Non B est corpori adhibenda immoderata abstinentia, ne dum amplius grauatur caro pondere inediæ, malum agat postea, nec benefacere incipiat: & quæ addicitur, vt vsu mali careat, simul & boni officium, dum plus premitur,perdat. *Et lib.3.c.5.* Nam ibi peccamus, vbi cupiditate vel voluntate deflectimus. Vbi verò violenter addicimur,etsi facinus, aut flagitium non est; miseria tamen & profligitio,& facinore est. *Est autem addicere(auctore Festo)damnare; aut (quod ad Isidorum & Gregorium attinet) quod nos vulgari lingua dicimus appremiat.*

c Culpæ reatum nõ expetit. Vindictam de culpæ reatu non expetit, *Gregorius.*

De pollutione somni nocturni. CAP. XX.

SI[a] fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus somnio sit, egredietur extra castra,& non reuertetur priùs quàm ad vesperam lauetur aqua. Et post solis occasum regredietur in castra.) Nocturnũ quippe somnium,est tentatio occulta, per quam tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde concipitur, quod tũ corporis opere nõ explebitur. Sed somnio nocturno pollutus egredi extra castra præcipitur: quia videlicet dignum est, vt qui immũda cogitatione polluitur, indignum se cunctorum fideliũ so- D cietatibus arbitretur. Culpæ suæ meritum ante oculos ponat,& ex bonorum se[b] æstimatione despiciat. Pollutum ergo extra castra exire,est turpi impugnatione laborantem se se ex continentium cõparatione despicere. Qui ad vesperam aqua lauatur,cùm defectum suum conspiciens, ad pœnitentiæ lamenta conuertitur, vt fletibus diluat omne,quod animum occulta inquinatione accusat. Sed post occasum solis ad castra redeat, quia deferuescente tẽtationis ardore, necesse est,vt iterum fiduciam[c] erga societatem bonorum sumat.[d] Post aquæ quippe lauationem occumbente sole ad castra reuertitur, qui post lamenta pœnitentiæ frigescente flamma cogitationis illicitæ,ad fidelium merita præsumenda reparatur, vt iam se à cæteris longè esse non æstimet,qui mundum se per obitum intimi ardoris gaudet.

a Si fuerit inter vos hom. *vsq; ad* ardoris gaudet. *Omnia sunt Gregorij verba lib.9. Moral.c.31.*

b Ex bonor.se æstimatione. *Ita Greg.al.* existimatione.

c Erga societatem bonorum. *Ita Greg. al.* Erga societatis bonum,

d Post aquæ quippe lauationem. *Ita Greg. al.* post aquam quippe.

De paxillo egredientis ad requisita. CAP. XXI.

IVbetur[a] præterea Israelitico populo per Moysem, vt cum egreditur ad requisita naturæ,mittat paxillum in baltheo,& fossa humo abscondat,quæ egesta fuerint. Naturæ enim corruptibilis pondere grauata mens nostra,quædam cogitationum superflua,quasi ventris grauamina,erumpit. Sed portare sub baltheo paxillum debemus, vt videlicet ad reprehẽdos nosmetipsos semper accincti, acutum circa nos stimulum C compũctionis habeamus, qui incessanter mentis nostræ terram pœnitentiæ dolore cõfodiat,& hoc, quod à nobis fœtidũ erumpit,absondat.

a Iubentur præterea,&c. ex *Greg.l.30. Moral.c.13*

De quadraginta flagellis. CAP. XXII.

QVòd autem pro mensura peccati quadraginta flagellis delinquẽtes argui iusserit, iam prædictum est,quòd per quadragenarium numerũ figura significetur huius tẽporis, in quo Ecclesia per quattuor mũdi partes diffusa,sub decalogo Legis viuit. Quadragenario ergo numero delinquentes cædimur,si in hoc tempore pœnitentiæ verberibus flagellemur. Debet ergo quisq. peccator temporalibus flagellis atteri, quatenus in iudicio purgatus valeat inueniri. Beatus enim homo, qui corripitur à Deo. Nulla enim in æternum animaduersio affligere poterit, quos hic pœnitẽtiæ disciplina percusserit. Si enim hic pro peccatis cædimur,illic sine peccato inueniemur.

DIVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP.

MYSTICORVM EXPOSITIONES SACRAMENTORVM seu QVÆSTIONES IN IOSVE.

De morte Moysi, & principatu Iesu Naue. Cap. I.

POST mortem Moysi, loquitur Dominus ad Iosue, dicens: Moyses seruus meus mortuus est, surge & transi Iordanem tu & omnis populus iu terram, quã ego dabo filijs Israel. [a]Defunctus est ergo Moyses, defuncta est Lex, Legalia præcepta iam cessant, & obtinet Iesus, id est, Saluator Christus filius Dei principatum: introducit populũ in terram, de qua dicit Dominus: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

[a] Defunctus, *vsq. ad* defuncta est Lex. *Orig. homil.* 1.

De duobus exploratoribus, et Raab meretrice. Cap. II.

ISte Iesus filius Nun mittit duos exploratores ad Hiericovrbem, qui suscipiuntur à meretrice Raab. Iesus iste dux populi, in semetipso Dñm Iesum Christũ, & vocabulo ostendit & facto. Hierico autem ciuitas, mundus iste est, ad quem Dominus Iesus Christus ad perscrutandos mores hominũ duo testamenta direxit. Nam in eum, vt credentium fidem aut rebellium peruicaciam plenius comprobaret, ante aduẽtum iudicij sui, quasi exploratores duos, Legem & Euangelium destinauit. [a]Raab vero typum tenet Ecclesiæ, quæ de extraneis atq. alienis gentibus congregata est, quæ antea viuens in desiderijs carnis fornicabatur in idolis. De talibus ait Dominus, quòd præcedent vos in regno cælorum. Hæc igitur testamenta Domini sola susçepit, & eadem fideliter conseruat, inimicis omnino non tradidit, ipsa potius periclitari optans, dummodò illæsa ac salua seruaret. Hæc casurum mundũ, sicut illã ciuitatẽ, firmiter credidit. Hæc pro se ac suorum omnium salute, pactum cum testamentis Domini fecit. Hæc in domo sua coccũ, id est, sanguinis signum posuit. Extra hanc siquis inuentus fuerit: ruinam seculi, atq. incendium mundi nulla ratione vitabit.

Raab vero typ. ten. eccl. *Orig. syr. et M. lib. de Salom. et N. plurib. Lat.*

[a] Transit deinde populus Iordan. *Orig. hom.* 4.

De transitu Arcæ, et diuisione Iordanis. Cap. III.

TRansit[a] deinde populus cum arca Testamenti trans Iordanem. Sed quid sibi vult quod Iordanẽ eadem arca transeunte per sacerdotes & Leuitas deducitur turba, sicq. stãte aqua fluminis in cumulũ, Dei populus iter incedit innoxiũ? Hæc omnia implentur in Ecclesiæ populis mystica operatione. Dum enim quis ad baptismi venerit fontẽ, & consistente sacerdotali & Leuitico ordine initiatus fuerit mysticis sacramẽtis, tunc sacerdotũ ministerijs per baptismum, quasi per Iordanis fluẽta ingreditur, & terrã cælestis repromissionis adipiscitur. Quòd verò pars aquarũ fluminis retro resiliuit per seueransin dulcedine, pars vero in amarum maris gurgitẽ defluxit, hæc figura baptizatorũ varietatẽ designat, quia omnes, qui baptizantur, partim quidẽ ex ipsis acceptam gratiæ cælestis dulcedinẽ custodiũt, partim vero in peccatorũ amaritudinẽ cõuertũtur. Quòd vero sacerdotalis ordo & Leuiticus iter ostendit populo Dei, magisteriũ sacerdotale monstratur. Ipsi enim & docent populum exire de Ægypto: id est, de erroribus mundi, & transire per eremũ vastam, id est, per seculi tentationes. Quòd vero sacerdotalis, & Leuiticus ordo assistit arcæ Testamenti, in qua Lex portatur, sine dubio, vt ipsi illuminent populum. Fran-

[a] Transit deinde populus Iordan. *Orig. hom.* 4.

De duabus semis tribubus præcedentibus. Cap. IIII.

DVæ[a] semis tribus, quæ trans Iordanẽ à Moyse acceperant terrã, relictis mulieribus & infantibus, cũ fratribus trãseuntes præbebant illis pugnãdi auxiliũ, vsq. quo & ipsi consequerentur hæreditatẽ. Isti, qui per Moysen accipiunt hæreditatẽ trans Iordanẽ, & cum fratribus suis armati & præcincti incedunt, illi hoc loco intelligũtur, qui primùm per Moysen,[b] hæreditate Legis potiti sunt, vnde & primogeniti omnes esse memorãtur. Ruben quippè primogenitus Iacob est ex Lia, Gad primogenitus eiusdẽ de Zelpha, Manasses primogenitus est Ioseph, de Ægyptia filia sacerdotis Phutipharis. In his ergo primogenitis figuraliter illi ex priori populo designãtur, qui per Legẽ placuerunt Deo, quiq. nõ requieſcunt, sed expediti ad auxiliũ fratrũ suorum consurgunt. Laborantibus enim nobis in agone huius vitæ, atq. habentibus certamen aduersus contrarias potestates, veniunt in auxiliũ nobis illi, qui ante aduentũ Christi per Legẽ iustificati sunt. Videmus enim Isaiã, Ieremiã, accinctos expeditosq. ad auxiliũ nostrũ, de voluminũ sanctorum iaculis cordis nostri acerrimos hostes vulnerantes. Accingitur & Daniel ad auxilium nostrum, cùm nos de regno Christi, & de Antichristi futura fraude instruit, atque præmonet. Adest & Ezechiel, sacramẽta nobis cælestia, in quadriformibus rotarum circulis signans. Ducit & Osee bissenas agminis turmas, & præcedũt nos succinctis lumbis in veritate, quam prædicant ad auxilium nostrũ. Isti ergo viri fortes pugnant nobiscum, quousq. cælestis repromissionis patriam consequamur.

[a] Duæ semis tribus. *Orig. verba pleraq. hom.* 3.

[b] Hæreditate Legis potiti sunt. *Non gratiæ Euangelicæ Vid. Orig.*

De duodecim lapidibus, Cap. V.

TRanseuntes itaque filij Israel Iordanem, sustulerunt de medio fluminis duodecim lapides, quos pro testimonio posuerũt: in loco secundæ circuncisionis ad significandũ nobis, vt dum de lauacro consurgimus, Apostolicæ vitæ exempla firmissima nobiscũ gestare debeamus, quorum semper testimonium ad imitamenta virtutũ conspicamur.

De circuncisione secunda Cap. VI.

POST[a] Iordanis autem transitũ venit Iesus in Galgala, ibiq. iubetur facere sibi cultros lapideos, & circuncidere secũdò filios Israel, Percõtemur de Iudæis, quomodo potest secundò quis circuncidi circuncisione carnali? Semel enim circuncisus, vltra non habet quod secundò possit auferri. A nobis autẽ, quibus Lex Christi spiritualis est, conuenienter ista soluuntur. Dicimus enim circuncisionem primam fuisse per Legem in Ægypto. Sed si à Lege transeat quis per baptisma Iordanis ad Euangelium, tunc aecipit secundam circuncisionem spiritualem per petram, qui est Christus. Sicq. tali circũcisione purgatus, caret Ægypti opprobrio, id est, illecebra corporaliũ vitiorũ. Nomen autem loci Galgala, quod interpretatur reuelatio, ostendit, dum in præputio infidelitatis ambulauerit quisq. per huius vitæ desertũ, oculos ei esse cęcatos. Videamus & cõsequentia. Post Euangelij enim circũcisionem, statim in loco reuelationis Pascha celebratur, immolaturq. agnus ille pro mundi salute occisus, ac deficiente manna typicæ Legis, primùm comedit populus panẽ corporis Christi, quẽ incorrupta repromissionis terra, id est, mater Dñi virgo Maria protulit, cuius granũ in terra cadens fructum plurimũ attulit: & vide ordinem. Postquam enim sub Iesu Christo duce positi per lauacri fluenta transimus, ac per fidem spirituali circuncisione signamur, tunc his gradibus peruenientes, celebramus Pascha, id est, immolatũ Christũ pro mũdi salute credimus, ac deinde credẽtes statim illo pane Dominici corporis pascimur. Occurrit deinde nobis princeps militiæ virtutũ cælestiũ Christus, tenens gladiũ Euangelij ad resecãdam carnis nostræ pollutionẽ. Percunctatio autẽ Iosue dicẽtis ad Angelũ, noster es, an aduersariorũ? discretionẽ sanctorum insinuat, qui inter bonũ & malum per discretionem diiudicant, ne eos aduersarius per speciem boni fallat, vnde & Ieremiæ dicitur: si separaueris pretiosum à vili, quasi os meũ eris.

[a] Post Iordanem. *Ex Orig. hom.* 5.

De excidio Iericho, et Raab saluatione. Cap. VII.

CIrcundatur post hæc Iericho, expugnatúrq. aduersus quam gladius non educitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur,aries nō dirigitur, nec tela vibrantur. Tubæ solūmodo sacerdotales septē diebus cōtinuis adhibent, sicq. circū acta arca, muri Iericho subruuntur. Iericho aūt per interpretationē luna dicitur. Luna vero mundi huius speciē tenet: quia sicut Luna mēstruis cōpletionibus deficit: ita hic mundus ad cōpletionē temporū currens, quotidianis defectibus cadit: in arca verò Ecclesia figuratur, in tubis autem ęreis prędicatores fortes accipiuntur. Hāc ergo vrbem Iericho diebus septem ferentes arcam Israelitæ æneis tubis clangentibus circumeūt, & muri eius B per arcæ præsentiam, atq. ad ærearum tubarum sonitum cadunt: quia in hoc tempore, quod septem dierū vicissitudine voluitur, dum fertur arca, id est, dum orbem terrarum circumiens mouetur Ecclesia ad prædicantium voces, quasi ad tubarum sonitum muri Iericho, id est, elati mundi ac superba infidelitatis obstacula corruunt, donec in fine temporum mors nouissima inimica destruatur, & ex impiorum perditione vnica domus Raab, tanquam vnica Ecclesia, liberetur, munda à turpidine fornicationis per fenestram confessionis, in sanC guine remissionis: ista enim meretrix in Iericho, tanquam in hoc seculo moratur. Quæ, vt saluari possit, per fenestram domus suæ, tanquam per os corporis sui, coccum mittit, quod est sanguinis Christi signum pro remissione peccatorum confiteri ad salutem. Qui inuenti sunt in domo illius, salui facti sunt ab interitu vrbis, & quicūq. intra Ecclesiā reperiuntur, ipsi tantum saluantur. Extra hanc autem domum, id est, extra Ecclesiam, nemo saluatur.

a Circumdatur post hæc Iericho. *Orig hom.6.*

De furto Acham. Cap. VIII.

FVratur [a] interea de anathemate vrbis Iericho Acham pallium, & [b] linguā auream, pro quo, irascente Deo perierūt, quidam manu hostili ex populo. Iericho itaq. vt dictum est, mundi gerit figuram. De anathemate ergo eius fraudans in tabernaculo suo abscondit, qui seculares mores in secretis Ecclesiæ inserit, qui sub cultu Dei manens, sollēnitates seculi vel spectacula diligit, qui sortilegos, haruspices & augures in quirit, vel qui cæteros ritus persuadet: qui prius in Iericho, id est, in hoc seculo habebāt: ipse ergo, quia post fidei indumentū conuersationis secularis cultū inducit, quasi pallium de anathemate tollit. Sed & ille de anathemate Iericho fraudat, qui in Ecclesia hæreticorū infert dogmata, vel superstitiosa secularium litterarū studia. Hęc est enim lingua aurea luculēto sermone aptata. Hāc fraudati sunt Arius, Marcion, & Basilides. Furati sunt enim isti regulas aureas de Iericho, qui philosophorū sectā conati sunt in Ecclesiā introducere, & maculare omnem Ecclesiā Dñi, ita vt disperderentur multi per eos: ideoq. abiecti sunt, per anathema, & quasi aceruo lapidū, ita multitudine peccatorum suorū oppressi, atq. extincti sunt. Quorum errore perēpto, [c] Rex Hai, hoc est, Diabolus, qui per illorū impietatē fidelium quosdam euicerat, rursum superatus euincitur atq. à populo Dei suspensus, ligni crucis virtute necatur.

a Furatur. *Orig hom.7.*
b Et linguam auream. *Ita omnino legendum ex LXX. non regulā ex Vulg. neq. aliter procedit allegoria, quæ tota est Origenis. Mirum hoc non vidisse, quisquis hæc olim impeius reformauit*

De constructione altaris. Cap. IX.

SVperatis [a] ergo hostibus, ædificauit Iesus altare Deo excelso ex lapidibus integris, in quibus non erat iniectum ferrum, sicut præceperat Moyses: & immolauit sacrificiū, & scripsit in lapidibus Deuteronomiū Legis Moysi. Videamus itaque, qui sunt isti lapides, ex quibus ædificatur altare. Omnes igitur, qui in Iesum Christum credunt, D lapides viui dicuntur, de quibus dicit Apostolus: Vos estis lapides viui, ædificati in domos spirituales. His non est iniectum ferrum: quia incorrupti & immaculati carne & spiritu sunt, & iacula maligni ignita non receperunt. Hi vnum altare faciunt, in vnitate fidei, concordiaque charitatis. In his quoq. Deuteronomium, id est, secundam Euangelij legē Iesus Dominus nostet scribit. Audiamus itaq. eum dicentem: dictum est antiquis, non occides, ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, homicida est: & iterum, nō mœchaberis: Ego aūt dico vobis: Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Hanc igitur Iesus A notat legem in cordibus credentium, hanc scribit in eorum mentibus, qui altaris constructione digni sunt.

a Superatis ergo hostib. *Orig. sunt verba omnia, non tamen continentet posita hom.9.*

De benedictionibus, et maledictionib. Cap. X.

POst [a] hæc omnis populus & maiores natu, duces ac iudices præcedebant hinc & inde arcā, steteruntq. sicut præceperat Moyses in Deuteronomio, sex tribus in monte Garizim, vt benedicerent populum, & ipsæ B tribus, quæ nobiliores sunt, id est, Simeon, Leui, Iuda, Issachar, Ioseph, & Beniamin. Alię verò sex ignobiliores steterunt è regione in monte Hebal, vt maledicerēt: inter quos & Ruben, qui maculauerat torum parentis, & Zabulon vltimus filius Liæ, & ancillarum filij. Et hæc quidem veteris historiæ referūt gesta. Sed inspiciendum est, quid in enarratione mysticæ intelligētiæ referat. Qui sunt ergo isti, qui incedunt iuxta montem Garizim: & qui sunt, qui incedunt iuxta mōtem Hebal? Illi namq. qui in hoc loco iuxta mōtem Garizim incedūt, electi ad benedictionem eos figuraliter indicant, qui non metu C pœnæ, sed cælestis promissionis amore succensi, veniunt ad salutem: illi vero dimidij, qui iuxta montem Hebal incedunt, in quo maledictiones prolatæ sunt, illos indicant, qui non amore benedictionū vel promissionū, sed futurorū suppliciorū timore cōplent, quæ in Lege scripta sunt, vt perueniant ad salutem. Omnes aūt circa arcā incedūt, quia de Ecclesię sinu nō recedunt, sed nobiliores esse illos dicimus, qui desiderio boni ipsius, æternæ [b] benedictionis amore, quod bonū est, agunt, quàm qui mali metu bonum secantur. Solus ergo Iesus potest ex omnibus populis huiusmodi mentes, animosq. [c] condiscere. Et alio quidē statuerūt in mōte Garizim ad benedicendū: alios verò statuerūt in monte Hebal ad maledicendum, non vt maledictiones accipiant, sed vt intuentes perscriptas maledictiones, & pœnas peccatoribus constitutas incurrere caueant, ac semetipsos timoris supplicio corrigant.

a Ex 8. ad. homil. Orig.
b Æternæ benedictionis amore. *Ita apud Origenem scribit.* Beatitudinis amore. *Val. & Comp.*
c Condiscere. Discernere *dixit siue Ruffinus siue Hieronymus.* Conducere *codex Valent.*

De Gabaonitis. Cap. XI.

INterea [a] Gabaonitæ perditionis metu perterriti, cum fraude & calliditate venerunt ad Iesum, pannis calciamentisq. veteribus induti, deprecantes vt saluarentur, statimq. ab Iesu salutem accipiunt. Quorū tñ dolum vt cognouit, ligni cæsores vel aquæ gestatores eos constituit: in quorum figura illi ostenduntur, qui de mundo ad Ecclesiā venientes, habent fidē in Deo, & inclinant caput suum sacerdotibus, sanctis quoq. ministrant Ecclesiæ, vel ad ministeriū prompti sunt: in moribus vero suis, & conuersatione pristina detinentur, induentes veterem hominem cum actibus suis, inuoluti vetustis vitijs, sicut & isti pannis & calciamentis veteribus obtecti. Et præter hoc quod in Deū credunt, & erga seruos Dei vel Ecclesiæ cultus videntur esse deuoti, nihil habent emēdationis, vel innouationis in moribus. Tales igitur tantummodo, quasi quoddam salutis signum, intra Ecclesiam temporaliter præferunt: inter Israelitas autem, id est, inter sanctos Dei regnum æternum, vel libertatem minimè consequuntur.

a *Ex hom. 10.*

C *De prœlio in Gabaon. Cap. XII.*

QVòd [a] autem in Gabaon pugnante Iesu Naue, stetisse perhibetur Sol & Luna, donec Israelis inimici delerentur, dicente scriptura: Stetit Sol super Gabaon, & Luna super vallem Aialon, & adiecit scriptura, & dicit: quia nunquam sic audiuit Deus hominem. Iesus igitur noster Solem stare fecit, non tunc solùm, sed multo magis modo in aduentu suo, dum nos bellum gerimus aduersus vitiorum gentes, & colluctamur aduersus principes, & potestates, & rectores D harum tenebrarum aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus: Sol nobis iustitiæ indesinenter assistit, nec deserit vnquam nos, nec festinat occūbere, quia ipse dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationē seculi. Quinque autem reges quinq. sensus corporeos indicant, qui Gabaonitas, id est, carnales homines expugnant. Hi ad speluncam confugiunt, cum se terrenis in corpore positi actibus mergunt. Qui tamen pugnante Iesu, id est, prædicatione Euangelica superantur, at ingrediente verbo Dei in nobis, id est, in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tra ſpelunçam corporis noſtri,omnes pariterinterficiuntur.

a *Ex hom.11.*

De extinctis gentibus, & terra diuiſione. CAP. XIII.

EXtinctis deinde vel eiectis gẽtibus,Ioſue ſorte diuidit populis terrã repromiſſionis.Eiecit ergo & Chriſtus à facie fidelium ſuorũ quodãmodo gentes,Gentiliũ errorũ malignos ſpiritus,& ſorte diuiſit terrã in nobis:omnia operans vnus atq.idẽ ſpiritus, ac diuidens dona propria vnicuiq.prout vult.

De diuiſione terræ. CAP. XIIII.

REfertur[a] autem in his diuinis eloquijs prima & ſecunda hæreditatis facta diuiſio.Prima quidem per Moyſem: ſecunda verò,quæ fortior eſt,per Ieſum.Sed Moyſes trans Iordanẽ duabus tantùm & ſemis tribubus,Ruben ſcilicet & Gad,& dimidię tribui Manaſſe poſſeſsionem decreuit: cæteri vero omnes per Ieſum ſuſcipiũt. Per quod indicatur,quod plures per fidẽ Ieſu Chriſti promiſſa cæleſtia eſſent percepturi,quã qui per Legem adepti ſunt.Nam illæ duæ ſemis tribus procul dubio prioré populũ adũbrabãt:ſed ideo duæ ſemis dicũtur,quia hi, qui in lege agebant, cõtigerunt agnitionẽ Trinitatis, ſed perfectã eius ſcientiã nõ habuerunt, ſicut & Eccleſiaſticus liber loquitur, dicẽs: Qui nõ perfecit primo ſcire ſapientiã, & infirmior nõ inueſtigauit illã. Hic autem nouẽ ſemis tribus,quæ per Ieſũ repromiſsionẽ terræ ſanctæ ſuſcipiũt,vt prædictũ eſt, figurã noui populi tenuerunt,qui à Ieſu Dño noſtro per fidẽ & gratiã ęternæ repromiſsionis hæreditatẽ poſt lauacrũ, quaſi poſt Iordanis tranſitũ,ſuſcepit. Sed proinde & ipſe nouẽ ſemis tribus dicũtur,quæ ſub Ieſu hæreditatẽ potiũtur,& nõ integræ decem,qui numerus cõſummatus dicitur & perfectus: quia nec in ipſo aduẽtu Dñi vel incarnatione eius, cũcta nobis per ſemetipſum perfectè annũtiata ſunt. Vnde & ipſe dixit diſcipulis:multa adhuc habeo,quæ vobis loquar, ſed nõ poteſtis illa audire modò.Veniet aũt Spiritus veritatis,qui à patre procedit,ille de meo accipiet,& annuntiabit vobis omnia. Perfectio itaq.ac ſumma cunctorum bonorum in Spiritu ſancto conſiſtit: alioquin nihil in eo perfectum putabitur, cui Spiritus ſanctus deeſt.

a *Totum caput ex hom.3.& hom.17.*

Quod Leuitæ non acceperint hæreditatem. CAP. XV.

CVr[a] vero Leuitæ nõ acceperũt hæreditatẽ terræ? vtiq quia Dñs noſter Ieſus Chriſtus ipſe eſt hęreditas eorũ,ſicut ſcriptũ eſt,ego hæreditas eorũ, & poſſeſsio nõ dabit eis in Iſrael. Ego enim ſum poſſeſsio eorũ. Clericorum enim hæreditas & poſſeſsio ob hoc ſe dici voluit Deus,quia miniſtri altaris ipſius effecti ſunt, & ſors, propter quod & clerus ſors interpretatur. Ergo Dñi hæreditatem merito poſsidet,qui vt abſq. impedimento deſeruire Deo valeat,pauper ſpiritu eſſe contendit, vt congruè illud Pſalmiſtæ dicere poſsit. Dominus pars hæreditatis meæ,& calicis mei.

a *Ex hom.21.in c.26.Num.& hom.17.in Ieſu Nau.*

Quod habitacula Leuitarum per omnes tribus decernuntur. CAP. XVI.

QVòd[a] vero habitacula Leuitis ab Ieſu per omnes tribus decernũtur,ſignificatur:vt hi qui in Eccleſia Dei ſcientię operam dãtes doctrinæ gratiã adminiſtrãt,rurſum ab omnibus,quibus diſpenſant diuina, terrena ſubſidia,quæ nõ habent,recipiant: vt impleatur illud, quod Apoſtolus præcepit,dicens:ſi nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt,vt carnalia veſtra metamus?Et meritò iſti in cunctis tribubus diuiſi dicũtur,quia diſpẽſatione cunctorũ viuunt.

a *Ex ead.hom.17.*

Quòd quadraginta duas vrbes accipiunt Leuitæ. CAP. XVII.

QVòd autẽ quadraginta duas vrbes accipiũt,indubitãter ipſa prædicatio ſanctorũ ſignatur: ipſi enim poſsidẽt doctrinã, quæ legis decalogo conſtat, & quadrifido Euãgelij numero, quaſi quaterdenas vrbes habentes. Quibus etiã duæ adijciũtur: quia nimirum cuncta,quæ prædicant, moraliter ac myſtico ſenſu annuntiant.

De Chananæo populo non extincto. CAP. XVIII.

Illud[a] autẽ,quòd cũ Iſraeliticę populo percepta repromiſsionis terra partiretur: Ephraim tñ tribui Chananæus Gẽtilis populꝰ nõ occiſus,ſed factus tributarius dicit. ſicut ſcriptũ eſt in libro Iudicũ:habitauit Chananę ꝰ in medio Ephraim tributarius tributarius

tributarius,quid Chananæus, Gẽtilis videlicet populus, niſi vitium ſignat:ſæpe enim in magnis virtutibus terram repromiſsionis ingredimur: quia ſpe intima de æternitate roboramur. Sed dum poſt interempta vitia ſublimia,quædam tamen parua retinemus:quaſi Chananęũ in terra noſtra viuere concedimus. Qui tamen tributarius efficitur,quia hoc ipſum vitium, quod ſubiugare non poſſumus,ad vſum noſtræ vtilitatis humiliter retorquemus,vt eo de ſe mens & in ſummis vilia ſentiat, quod ſuis viribus etiã parua,quæ appetit, non expugnat. Vnde bene rurſum ſcriptũ eſt: [b] Hæ ſunt gentes, quas Dñs dereliquit,vt erudiret in eis Iſrael.Ad hoc namq. quædam minima vitia noſtra retinentur,vt ſe noſtra intentio ſollicitã in certamine ſemper exerceat,& eo de victoria non ſuperbiat, quo viuere in ſe hoſtes cõſpicit,à quibus adhuc vinci formidat. Iſrael ergo reſeruatis Gentilibus eruditur, quãdo in quibuſdã minimis vitijs elatio virtutis noſtræ cõprimitur,& in paruis ſibi reſiſtẽtibus diſcit,quòd ex ſe maiora nõ ſubigit.

a Illud autem, *vſq. ad* ſubigit. *Omnia ſunt Gregorij verba lib.4.Moral.c.22.*

b Hæ ſunt gentes. *Tractat etiã hunc locũ elegãtiſsimè Caſſ.collat.2.c.6.& coll.13.c.14.*

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.

MYSTICORVM EXPOSITIONES SACRAMENTORVM ſeu QVÆSTIONES IN IVDIC.

De ſeruitute populi, & liberatione. CAP. I.

HISTORIA[a] Iudicum non parua myſteriorum indicat ſacramenta. Primùm quòd poſt Ioſue ſuccedunt Iudices, ſicut & poſt Chriſtũ ſuccedũt Apoſtoli,& Eccleſiarum rectores ad gubernãdos & regẽdos fideles, quos ipſe ad ſpem æternæ repromiſsionis perducit. Per omnia aũt in hoc volumine delicta Iudaici populi & ſeruitutes, clamor quoq. eorum, & miſerationes Dei deſcribuntur. Nam multis annis pro ſuis offenſis, multis regibus ſeruierunt, & iterum conuerſi liberati ſunt. Sed quid eſt, quòd ſæpe peccantes in manu hoſtili traduntur? niſi quòd noſtra peccata,quando delinquimus,vires hoſtibus præbent:& quando nos facimus malum in conſpectu Dñi,tũc confortantur aduerſarij noſtri,id eſt,dæmones ſpiritualiũ nequitiarũ virtutes. Sed iterum quando cõuertimur,ſuſcitat Dñs ſaluatores & iudices, hoc eſt, Principes & Doctores, quos ad ſubſidiũ Deus mittit eorum, qui ad ſe toto corde clamauerũt, ſicut miſit Othoniel, qui expugnauit Chuſan,raſathaim regem Meſopotamiæ ſicut miſit Aod, qui occidit Eglon Regem Moab,ſicut miſit Iahel, & Deborã, qui interfecerũt Siſarã:quarum hiſtoria pro ſuis myſterijs breuiter memoranda eſt.

a *Ex Orig.hom.3.*

De Debora,et Iahel. CAP. II.

DEbora[a] enim Prophetis, vxor Lapidoth iudicabat populũ in illo tempore, & ſedebat ſub palma inter Rama & Beth-el in monte Ephraim, aſcendebantq. ad eam filij Iſrael in omne iudiciũ. Debora quæ interpretatur apis, ſiue loquela, in prophetia & forma accipienda eſt, de qua ſcribitur: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Conſideremus,vbi locus prophetiæ eſſe deſcribitur.Sub palma, inquit, ſub palma ſedẽ habet prophetia, quia quos ſuis inſtitutionibus erudit, ad palmã ſupernæ vocationis adducit:inter mediũ aũt Rama,& inter medium Beth-el ſedere prophetia dicitur: quia Rama interpretatur excelſa, Beth-el autem domus Dei, vtiq; quia nos in domo Dei poſitos,nõ,quæ in terra ſunt,quærere docet

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed quæ in cælis sunt. Hæc misit & vocauit ad se Barac, Barac interpretatur coruscatio. Coruscatio est, quę habet quidē lucē, sed nō permanentē. ad modicū enim tēporis replendet & desinit. Hic ergo Barac formam gerit prioris populi, qui primo omnium per prophetiam vocatus, & inuitatus ad audienda eloquia Dei, refulsit quidem in legis splendore, & breui tempore coruscauit, sed non diu permansit. Cum ergo dixisset Debora ad Barac, id est, prophetia ad priorem populum. Tibi præcepit Dominus, & tu ascēdes in monte Thabor, & accipe decem millia virorum: respondit Barac ex persona prioris populi ad prophetis sam. Non ascendam nisi & tu ascenderis mecum. Dicit ad eum Debora: ibo tecum, sed non erit primatus tuus in via, qua incedis, sed in manu mulieris tradet Dñs Sisarā, euidenter ostendens, quia nō est apud illū populū primatus, nec permanet apud eum victoriæ palma, sed apud Iahel mulierem, id est, Ecclesiam: nam Iahel ista alienigena, in cuius manu victoria [a] facta est, figuram tenet Ecclesiæ ex gentibus congregatæ. Iahel enim interpretatur ascensio, quia per Ecclesiam ascenditur ad cælum. Ista palo Sisaram hostem interficit, id est, ligni crucis virtute Diabolum interimit, quod Barac, id est, prior populus per legis præcepta facere non potuit: sola enim ista per lignum, in quo spiritualibus sacramentis credētium salus est, fidei hostem affigit: quem deinde mortuum pellibus obtegit, id est, inclusum in carnaliū cordibus derelinquit. Nō enim latent mortifera ipsius, nisi in corruptibilitate vitæ viuentibus, & peccata mortalia perpetrantibus, qui, dum prauè viuentes segregantur à corpore Christi, efficiuntur membra Diaboli.

[a] *Ex Orig. hom. 5.*

De Gedeon & eius sacrificio. CAP. III.

TRaditur [a] deinde populus Israel in manu Madiā, procuius liberatione loquitur Angelus Dñi ad Gedeon: cuius gesta quid mystice significēt, demonstrandū est. Gedeon namq. cum sub quercu tritici messem virga cederet, & à paleis frumēta excuteret, Angelū vidit, accipiēs ab eo oraculū, vt à potestate hostiū populū Dei in libertatem deduceret: iste Gedeō figurā gestabat Christi, qui sub vmbra sanctæ crucis prædestinato incarnationis futuræ mysterio constitutus, rectitudine iudicij, quasi per virgam electionē sanctorū à vitiorū paleis sequestrabat. Hic ergo Gedeon, cùm audisset ab Angelo, quòd deficientibus populorū millibus in vno viro Dñs plebē suam ab hostibus liberaret, protinus hœdū coxit, cuius carnes secundū præceptū Angeli, simul cū azymis super petram posuit, & ius carniū desuper effudit. Quæ dum Angelus virgę cacumine tetigit, statim de petra ignis erupit, atq. ita sacrificiū quod offerebatur, absumptum est. Quo indicio declaratū videtur, quòd petra illa typum habuerit corporis Christi. Paulo attestante: Petra autem erat Christus. Iam tunc igitur in mysterio declaratū est, quia Dñs Iesus in carne sua totius mūdi peccata crucifixus aboleret, nec solùm delicta factorū, sed etiā cupiditates purgaret animorū. Caro enim hœdi ad culpā facti refert, ius ad illecebras cupiditatū, sicut scriptū est, quia cōcupiuit populus cupiditatem pessimam, & dixerunt: quis nos cibabit carne? Quod igitur extendit Angelus virgam, & tetigit petram, de qua ignis exiuit: ostendit, quòd caro Domini spiritu repleta diuino peccata omnia conditionis humanæ exureret. Vnde & Dominus ait: Ignem veni mittere in terram. Aduertit igitur vir doctus & præsagus futurorum superna mysteria. Et ideo secundum oracula occidit vitulum à patre suo idolis deputatum, & ipse septennem alium vitulum immolauit Deo. Quo facto manifestissimè reuelauit post aduentum Domini, omnia Gentilitatis abolenda esse sacrificia, solumque sacrificium Deo Dominicæ passionis, [b] pro redēptionis nostræ religione à populis deferendum. Etenim vitulus ille erat in typo Christi, in quo septiformis spiritualium plenitudo virtutum, sicut Isaias dicit, inhabitat.

[a] *Ex Orig hom. 8. & Aug serm. 108. de temp.*
[b] *Pro redēptionis nostræ religione à populis deferendū. Aug. à quo videntur abesse duæ voces redēptione nostra, religione à populis deferendum Bed. & Val. non male.*

De vellere, et area. CAP. IIII.

PRæuidit [a] ergo mysterium victoriæ Gedeō, & tamē licet fortis, & fidus plenior adhuc

adhuc de Domino futuræ victoriæ documenta quærebat, vt vna nocte lanæ vellus in area poneretur, & esset super illud tantummodo ros, & super omnem terram siccitas. Et rursus similiter ponererur vellus, & super totam terram ros plueret, & siccitas esset in vellere. Quærit fortasse aliquis, vtrū quasi incredulus esse videatur, qui frequentibus iam fuerat indicijs informatus? Absit. Non enim ille ambiguus erat, sed nimirum futura mysteria præuidebat. Quæ etiā prouidus diligentissimè explorabat, vt amplius crederet & mysterium, dum intelleXisset oraculum. [b] Quid ergo vellus complutum & area sicca, & postea compluta area sicco vellere significat, nisi quod primo vna gens Hebræorum habebat gratiæ mysterium, totus orbis vacuus erat? Nunc autem in manifestatione Christi totus habet hoc orbis, [c] illa vacua est. Area enim illa totum orbem terrarum significat. Deniq; quando totus orbis [d] infructuoso cultu gentilis superstitionis arebat, tunc erat ros ille cælestis visitationis in vellere. [e] Postea verò quàm oues, quæ perierūt domus Israel, quæ sub figura velleris demonstrabantur, fontem aquæ viuæ negauerunt, ros fidei exiuit in pectoribus Iudæorum, gratiamque suam imber ille diuinus in corda gentium deriuauit, inde est, quòd nunc fidei rore totus orbis humescit, Iudæi verò Prophetis [f] & omnib. charismatib. caruerunt. Nec mirum, si perfidiæ subeunt siccitatem, quos Dominus prophetici imbris vbertate priuauit, dicens: Mandabo nubibus desuper, ne pluant super eam imbrem: idcirco autem illam gentem velleris nomine significauit, vel quia spolianda esset doctrinæ auctoritate, sicut ouis vellere, vel quia inobauditam eandem pluuiam detinebat, quam nolebat præputio prædicari, id est, in circunciſis gētibus reuelari.

De Gedeonis sacrificio. CAP. V.

POst [a] hanc diligentissimam mysterij explanationem, cum iam contra Madianitas Gedeon dimicare contenderet, & exercitus multitudinem ad bella produceret, diuina illa admonitione præceptum est, vt ad fluuium veniēs, omnes, quos flexis genibus aquas haurire conspiceret, à bellorum cōsilio remoueret. Actumque est, vt trecenti viri tantummodo, qui stantes aquas manibus hauserant, remanerent. Cum his Gedeon ad prœlium pergit, eosque non armis, sed tubis, lampadibus & lagenis armauit. Nam, sicut illic scriptum est, accensas lāpades miserunt intra lagunculas, & tubas in dextera, lagenas autē in sinistra tenuerunt, & ad hostes suos cominus venientes cecinerunt tubis, confregerunt lagunculas, lampades apparuerunt, & hinc tubarum sonitu, illinc lampadarū coruscatione territi hostes in fugā versi sunt. [b] Quid hoc est quòd tale bellum per Prophetam ad medium adducitur? An indicare nobis Propheta studuit, quòd aduentum redemptoris nostri contra Diabolum illa sub Gedeone duce pugnæ victoria designauit? Talia illic nimirum acta sunt, quæ quantò magis vsum pugnandi transeunt, tantò amplius à prophetandi mysterio non recedunt. Quis enim vnquam cum lagenis & lāpadibus ad prælium venit? Quis contra arma veniens, arma deseruit? Ridicula nobis hæc profectò fuerant, si terribilia hostibus non fuissent. Sed victoria ista attestāte didicimus, ne parua hæc, quæ acta sunt, perpendamus. Gedeon itaque ad prœlium veniens Redemptoris nostri signat aduentum, de quo scriptum est: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex glorię. Quis est iste rex glorię? Dominus fortis & potens, Dominus potēs in prœlio. Hūc Redemptorem nostrum non solum opere, sed etiam nomine prophetauit. Gedeon namq. interpretatur circuiens in vtero. Dominus enim noster per maiestatis potentiā omnia circumplectitur, & tamen per dispēsationis gratiam intra vterum virginis venit. Quid est ergo circuiens in vtero, nisi quia omnipotens Deus Christus intra vterum fuit per infirmitatis substantiam, & extra mundum per potentiam maiestatis: Madiā verò interpretatur de iudicio. Vt enim

[a] *Exōssd. locis, præter ea, quæ notata sunt.*
[b] *Quid ergo vellus, vsque ad, vacua est, ex 12. cont. Faust. c. 32.*
[c] *Illa vacua est, vacuata est, Aug.*
[d] *Infructuoso cultu: infruct. æstu, Aug.*
[e] *Id est in Iudæa, addita sunt hæc voces ex August. quæ deerant in m s.*
[f] *Imber ille: meatusq. suos fons ille diuinus in corda gentium deriuauit, Aug.*
[g] *Et omnib. charismatib.: charismate, Valent. At vero Iudæi prophetas suos & consiliarios perdiderunt, Aug.*

hostes eius repellendi, destruendiq. essent, non de[c] vitio repellentis, sed de iudicio iustè iudicãtis fuit. Et idcirco de iudicio vocãtur, qui alieni à gratia Redemptoris iustę damnationis meritum etiam in vocabulum nominis trahunt. Contra hos Gedeon cum trecentis pergit ad prœlium. Solet in centenario numero plenitudo perfectionis intelligi. Quid ergo per tẽ ductum cẽtenarium numerum designatur, nisi perfecta cognitio Trinitatis? Cũ his quippe Dominus noster aduersarios fidei destruit, cũ his ad prædicationis bella descendit, qui possunt diuina cognoscere, qui sciunt de Trinitate, quæ Deus est, perfectè sentire. Notandum verò B est, quia iste trecentorum numerus in T. littera cõtinetur, quæ crucis speciem tenet. Cui si super transuersam lineam id, quod in cruce eminet, adderetur, non iã crucis species, sed ipsa crux esset. Quia ergo iste trecentorum numerus in tau T. littera continetur, & per tau litteram sicut diximus species crucis ostenditur, non immeritò in his trecentis Gedeonem sequentibus illi designati sunt, quibus dictũ est: si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui sequentes Dominum tantò veriùs crucem tollũt, quantò acriùs sese edomant, & erga proximos suos charitatis compassione cruciãtur. C Vnde per Ezechielem Prophetam dicitur: Signa tau super frontes virorum gementiũ & dolentiũ. Vel certe in his trecentis, qui in tau littera continentur, hoc exprimitur, quòd ferrum hostium crucis ligno superetur. Ducti itaq. sunt ad fluuium, vt aquas biberẽt, & qui aquas flexis genibus hauserũt, à bellica intentione remoti sunt. A quis nãque doctrina sapientię, stante autem genu, recta operatio designatur. Qui ergo, dum aquas bibunt, genu flexisse perhibentur, ab D illorum certamine prohibiti recesserũt. Hi sunt, qui doctrinam cum operibus rectis nõ hauriunt. Qui verò doctrinę fluenta ita hauriunt, vt nequaquam in prauis operibus carnaliter inflectantur, hi Christo duce contra hostes fidei ad prœlium pergunt. Vadunt ergo cum tubis, cum lampadibus, cum lagenis: atq. iste fuit, vt diximus, ordo prœliãdi. Cecinerunt tubis, intra lagenas autem sunt missæ lampades: confractis verò lagenis lampades ostensæ sunt: quarũ coruscante luce hostes territi, in fugam vertuntur. Designatur itaq. in tubis clamor: in lampadibus claritas miraculorum: in lagenis fragilitas corporum. Tales quippe secum dux noster ad prędicationis prœlium duxit, qui despecta salute corporum, hostes suos moriendo prosternunt, eorumque gladios non armis, sed patientia superant. Armati enim venerunt sub duce suo ad prœlium Martyres nostri, sed tubis, sed lagenis, sed lampadibus. Qui sonuerunt tubis, dum prædicant: confregerunt lagenas, dum soluẽda in passione sua corpora hostibus gladijs opponũt. Resplenduerunt lampadibus, dum post solutionem corporum miraculis coruscarũt. Moxq. hostes in fugam versi sunt: quia dũ mortuorũ Martyrũ corpora miraculis coruscare conspiciunt, luce veritatis fracti, quod impugnauerunt, crediderunt. Cecinerunt ergo tubis, vt lagenæ frangerentur. Lagenæ fractæ sunt, vt lampades apparerent. Aparuerunt lampades, vt hostes in fugã verterentur. Id est, prædicauerunt Martyres, donec eorum corpora in morte soluerentur, corpora eorum in morte soluta sunt, vt miraculis coruscarent. Coruscauerunt miraculis vt hostes suos ex diuina luce prosternerent. Et notandum, quòd steterũt hostes ante lagenas: fugerunt ante lampades: quia nimirum persecutores sanctæ fidei prædicatoribus adhuc in corpore positis restiterunt. Post solutionem verò corporum aparẽtibus miraculis in fugam versi sunt: quia pauore conterriti à persecutione cessauerũt. Intuendum est etiam id, quod illic scriptum est: quia in dextera tubas, lagenas autem in sinistra tenuerunt. Pro dextera enim habere dicimus, quicquid pro magno pensamus. Pro sinistra vero, quod pro nihilo ducimus. Bene ergò illic scriptum est, quod in dextera tubas, & in sinistra lagenas tenuerunt: quia Christi Martyres pro magno habent prædicationis gratiam: corporum vero vtilitatẽ pro minimo: quisquis enim corporis vtilitatem plus facit, quàm gratiã prędicationis, in sinistra tubam, atque in dextera lagenam tenet. Si enim priori loco gratia prædicationis attenditur, & posteriori vtilitas corporis, certum est, quia in dextris tubæ, & in sinistris lagenæ tenentur.

[a] *Totum caput è Greg. lib. 30. Moral. c. 17.*

[b] Quid hoc est, *quæ ante hæc leguntur in impressis sunt quidem Greg. verba è c. 16. Sed ideo recepta non sunt, quia & sententiam interrumpunt, & à manuscriptis libris absunt, neq. dubium, quin è margine adcita sint.*

[c] Non de vitio repell. *ita Greg. & apud Bed.* nõ de iudicio, *m. s.*

De Abimelech. CAP. VI.

MOritur [a] Gedeon, & reliquit septuaginta filios, & vnum nomine Abimelech, natum ex concubina: qui conduxit sibi viros vagos, & abierunt post illum, & intrauit in domum patris sui, & occidit fratres suos septuaginta viros super lapidem vnum, & remansit Ioathan minor, quoniam absconsus erat, &c. Hoc factum, si nihil propheticũ indicaret, quid opus erat, vt magnopere prę scriberetur, vtrum Gedeon septuaginta filios & multas vxores habuisset, sed & concubinam, de qua vnum & malum susceperit? Quod cum turpe factum sit, tunc etiam B turpius esset, si hæc posteris ad exemplum in diuinis libris scripta viderentur, nisi magnæ alicuius rei imaginem earũ rerum gesta per typos & figuras ostenderent. Gedeõ igitur, vt superius dictum est typum Domini tenebat, plurimę vxores eius, multæ sunt nationes, quæ per fidem Christo adhęserũt. Septuaginta verò filij eius, septuaginta linguę sunt in hoc mũdo diffusæ, in quibus sibi per fidẽ Dns filios generaturus erat. Concubinã hoc in loco Synagogam vocat. Quæ in nouissimis tẽporibus Antichristo est creditura, de qua Iohãnes Apostolus in Apocalypsi C ait: Qui dicũt se Iudæos esse, & nõ sunt, sed sunt synagoga Satanæ. De qua vltimis temporibus nequissimus filius, id est, Antichristus est generãdus. Eritq. filius, ancillę, id est, Synagogæ illius peccatricis: quia qui peccatum, inquit, facit, seruus est peccati. Hic, inquam, congregatis sibi impijs, sicut Abimelech fecit: regnum improbè vsurpauit: interfectisq. nobilibus filijs, id est, his qui ex diuersis nationibus & linguis in Christum credentes à Deo sunt generati, inductus est persecutionem, vt pœnè sanctos omnes interficiat. Sed super septuaginta inquit, fuit iunior filius ex nobili matrimonio, D qui se absconderat. Hic, inquit, ascendit in verticem montis Garizim, & exclamauit voce magna ad populum Sichimorum cõponens eis parabolam. Hic ergo iunior filius, qui fugit, vt gladiũ inimici euaderet, figura est residui populi Israel, prædicante Elia extremis temporibus crediturí. & Antichristi gladium euasuri. Ascendit, inquit, iste in verticem montis Garizim. Sed cur montem ascendit? Quia nec prophetare, nec persecutionem Antichristi quisquam euadere potest, nisi quis prius in montem A benedictionis, id est, in sublimitatem fidei ac virtutum ascenderit: Hic est enim mons Garizim, qui à Moyse in benedictionẽ deputatur. Itaq. cum ascendisset eleuata voce clamauit & dixit: Audite me, viri Sichẽ. Ierunt ligna, vt vngerent super se regem, dixeruntq. oliuæ, impera nobis. Quę respõdit: numquid possum amittere pinguedinẽ meam, qua dij vtuntur & homines, & venire, vt inter ligna promouear? Dixeruntque ligna ad arborem ficum: veni, & super nos accipe regnũ. Quæ respondit eis: Numquid possum relinquere dulcedinem meam, fructusq. suauissimos, & ire vt inter cætera ligna promouear? loquuta sunt quoque ligna ad vitem: veni & impera nobis. Quæ respõdit. Nunquid possum deserere vinum meũ, quod lætificat Deum & homines, & inter cætera ligna promoueri? Cum ergo repudiata fuissent ligna syluę ab oliua, & ficu, & vite, venerunt ad rhamnum, vt eum sibi facerent regem. Sed prius videamus cur oliua, ficus, & vitis super ligna regnare noluerunt. Ligna quippe syluæ intelligimus homines esse vagos & vanos, ęterno incendio præparatos. His ergo merito noluit nec oliua, nec ficus regnare, nec vitis, quia non merebantur. Oliua enim gratiam Spiritus Sancti & vnctionem pacis significat. Ficus autẽ sacræ legis imaginem tenet, sicut in Euãgelio scriptum est: quidam paterfamilias plantauit vineam, & in vinea sua plantauit ficũ. Quis pater familias? nisi Deus, qui familiæ suæ id est omnium credentium pater est: Plantauit ergo vineam, id est populum, quia vineam ex Ægypto transtulit. Et vtiq. populum, non vineam ex Ægypto transtulerat. In hac vinea plantauit ficum: hoc est in populo suo posuit Legem. Quæ Lex primitiuum populum, sicut ficus grossos aridos & inutiles, deiecit in terrã, & postea alios fructus genẽrauit, id est, populum Christianũ, quem ad debitã Euangelicæ disciplinæ maturitatem & suauissimam pinguedinem Christi cum gloria & honore perduxit. Sed vitis noluit regnare eis. Vitem autem Saluatoris nostri typum habere manifestum est, sicut ipse in Euangelio ait: Ego sum vitis vera. Igitur quia iam in reprobum sensum, sicut Apostolus dixit, futurus erat populus ille, qui Antichristo est seruiturus, quẽ ligna syluæ appellat, & necesse est, vt credat mẽdacio, id est, Antichristo, qui veritati Christo noluit credere: ideo & à regno vitis, id

est

est Christi:& ab oliua,id est,Spiritus Sancti gratia:& à ficu, id est, diuinæ legis dulcedine reprobatus, venit ad rhamnum.Rhamnus enim genus rubi est,quam vulgo sentícem vrsinam appellant, asperum nimis & spinosum,per quod merito typus Antichristi significatur:qui omni asperitate & feritate humanum genus est vastaturus. Sed exiet,inquit,ignis de rhamno,id est, iniquitas de Antichristo,& omnes qui in eo confident,cum ipso pariter deuorabit.

[a] *Hoc caput sumptum putamus è sermone aliquo D. Aug. qui non extat,id indicat recapitulatio subiecta (quæ solet ille plurimùm uti) ab ijs verbis pariter deuorabit: quæ tamen recapitulatio apud Bedam nõ legitur, & nos eam valere iussimus, quamuis in plerisq. m. s. legeretur, repugnat enim legi. quam sibi ipse in his commentarijs brevitatis præscripsit Isidorus eadem, vno in capite bis referre.*

De Iephte & filia. Cap. VII.

ADiecerunt[a] deinde filij Israel deseruire Baalim & Dijs alienis, tradunturque in manus filiorum Ammon. Tunc Iephte Galaadites fugiens à facie fratrum suorum,cõstituitur in principem ob pugnam filiorum Ammon: qui rediens post triumphum, immolauit filiam, quæ sibi post victoriam prima occurrerat:sic enim votum spoponderat,vt quicquid sibi reuertenti primum occurreret,Domino immolaret.Quis ergo in Iephte prænuntiabatur,nisi Dominus Iesus Christus& Saluator noster,qui à facie fratrũ suorum,id est, Iudæorum abscedens,in gentibus principatum accepit?Qui omnia humanæ salutis sacramenta, tanquam iuratus expleuit,& quasi filiam,ita carnem propriã pro salute Israelis Domino obtulit. Iurasse enim Patrẽ ac vouisse Vnigenitũ legimus, Psalmista dicente:sicut iurauit Dño votum vouit Deo Iacob , scilicet vt sacramentum religionis in carnis suæ passione pro salute generis humani expleret. Hæc ergo secundum historiam gestorum,ita per Christum acta sunt,vt videantur pro religione,quam iurauerat,esse completa.Post mortem Iephte,traditur Israel in manus Allophylorum, nasciturq. Samson,qui liberat Israel.

[a] *Vid. Aug. 1. de ciuit. c. 21.*

De Samson. Cap. VIII.

SAmson autem quondam Domini Nazaræus, habet quiddam in typo gestum Christi. Primum quòd ab Angelo natiuitas eius adnuntiatur:deinde quoniã Nazaræus dicitur & ipse liberat Israel de hostibus:postremò quòd templum illorum subuertit,& perierunt multa millia hominum, qui illum illuserant. Natiuitas ista Samson, quæ per angelum annuntiatur, similitudinem habet primùm prophetarum, qui natiuitatẽ Domini secundum carnem annuntiauerunt: deinceps Angeli etiam, qui ad Mariam loquitur, dicens: Maria inuenisti gratiam ante conspectum Domini, & accipies in vtero & paries filium & vocabitur nomen eius Iesus , hic enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Samson autem interpretatur sol ipsorum, eorũ scilicet,quibus lucet,nõ omnium , sicuti est oriens super bonos & malos sol , sed quorũdam.Sed quia & Redẽptor noster sol appellatur,audi ipsum Dñm Iesum per prophetã eo nomine vocitari: Orietur vobis sol iustitiæ,& sanitas in pẽnis eius.Verè enim hic sol iustitiæ est, qui omnium credentium mentes cælesti lumine clarificat. Hic verè Nazarẽus & sanctus Dei,in cuius similitudiné ille Nazarẽus est nuncupatus. Iste ergo cũ tenderet ad ministerium nuptiarum, leo rugiens occurrit ei. [a] Sed quis primus erat in Samson obuium leonem necans, cum petendæ vxoris caussa ad alienigenas tenderet, nisi Christus? qui Ecclesiam vocaturus ex gentibus vincens Diabolum dicit: Gaudete,quia ego vici mundum.Quid sibi vult [b] ex ore leonis occisi fauus extractus:ni si quia,vt conspicimus, reges ipsi regni terreni, qui aduersus Christum ante fremuerunt , nunc iam perempta feritate dulcedini Euangelicæ prædicandæ etiam munimenta præbent. Illud etiam quod in ejsemetipso Sãson expressit , quòd paucos quidem,dum viueret,interimit:destructo autẽ templo hostes innumeros, cum moreretur occidit.Quia nimirum Dominus ab elatione infidelitatis paucos,cum viueret, plures verò,cum templum sui corporis solueretur, extinxit,atq. elatos ex gentibus,quos viuẽdo sustinuit,simul omnes moriẽdo prostrauit. Iam vero reliqua eius: quòd ei mulier subdola caput raserit, & Allophylis illudendũ tradiderit, quòd captiuatus,quòd cæcatus,quòd ad molam deputatus est: in his nõ Christus,sed illi figurantur,qui solo tantum modo in Ecclesia Christi nomine gloriantur,& malis actibus iugiter implicantur. Vir enim

enim in nobis,sensus rationalis intelligitur. Caro autem,quasi in typo mulieris accipitur. Si enim mulieri,id est, carni nostræ,blãdiente libidine,vel alijs operibus,consenserimus: gratia spiritus,quæ Nazaræi crine significatur, nudati spoliamur,atque decipimur.Ita enim superbis & peccatoribus violata Christi gratia sicut Samson incisa coma, Diabolus illudit. [d] Sed quid est,quod Samson ille ab Allophylis captus,postquam oculos perdidit ad molam deputatus est? Quia nimirum maligni spiritus,postquam tentationum stimulis intus aciem contemplationis effodiunt, foris hominem in circuitum laborum mittunt. Quòd si aliquando idem homo agendo pœnitentiã redeat, illi velut coma reducitur , id est, gratia resciscente reparatur ad virtutem: deinde cupiditatis ac luxuriæ subuersis colũnis, victores hostes deicijt,& reparato certamine in finẽ fortissimè de dæmonibus triũphabit.

[a] Sed quis primùm, *vsq. ad*, munimenta præbent, *Aug. 12. cont Faust. c. 32.*
[b] Ex ore leonis occisi fauus extractus: in ore leonis occisi fauus extructus, *August.*
[c] In semetipso Samson, *vsq. ad*, prostrauit. *Gregor. 29. Moral. c. 7.*
[d] Sed quid est quod Samson, *vsque ad*, amittunt, *Greg. 7. Moral. c. 13.*

De Ruth. Cap. IX.

VIdeamus nũc & Ruth.Habet enim ista typum Ecclesiæ. Primùm quòd aliena genа est ex populo gentili, quæ relicta patria,& omnibus quæ illic erant,vadit in terram Israel. Et, cum prohiberet eam socrus sua pergere secum , perseverabat ,dicens: Quocunq. perrexeris,pergã:populus tuus, populus meus , & Deus tuus , Deus meus: quæ te monẽtem terra susceperit, in ea moriar.Quæ vox sine dubio typum in illa fuisse Ecclesiæ manifestat.Sic enim Ecclesia ex gentibus ad Dominum conuocata , relicta patria sua,quod est idolatria, & omissa vniuersa conuersatione terrena,profitetur Dominum Deum suum esse, in quem sancti crediderũt,& illuc se ituram,vbi caro Christi post passionem ascendit, & ob eius nomen in hoc seculo pati vsque ad mortem, & cum sanctorum populo,Patriarchis scilicet & Prophetis cõsociandam : de quorum societate,quòd sanctis exstirpe Abrahæ venientibus consociaretur,Moyses in cantico ostendit dicens: Lætamini gentes cum plebe eius, id est, qui ex gẽtibus istis crediturі, cum illis qui primi electi sunt,æterna lętitia exultate. Ingressa autem Ruth cum socru sua in terram Israel, ob merita obsequiorũ suorum prouidetur, vt homini coniũgeretur ex Abrahæ stirpe venienti. Et primùm quidem huic, quem ipsa propinquum magis esse credebat, qui negat se posse illi nubere. Et recedẽte illo per testimoninm decem maiorum Booz illi coniungitur,& ab ipsis decem senioribus viris benedicitur. Sed quòd prius ille cognatus confitetur se eidem nubere non posse,hoc loco Iohannis Baptistæ figuram ostendi æstimamus:qui, cum ipse à populo Israel Christus putaretur,& interrogaretur quis esset, non negauit,sed confessus est dicens,Christum se nõ esse.Et perseuerantibus his,qui missi erant, & inquirentibus, quis esset, respodit: Ego sum vox clamantis in deserto, & nouissimè confitetur ipse de Domino,dicens:Qui habet sponsam,sponsus est.Se autem amicum sponsi manifestat,cum adiecit,amicus autem sponsi est,qui stat,& audit eum & lætatur propter vocem sponsi.Hunc ergo Christum existimabant, quia Christum in die visitationis suæ venisse non intelligebant esse Ecclesiæ sponsum qui propheticis esset vocibus ante promissus. Sed sicut ille propinquus negauit, & postea Ruth iungitur Booz,ita Christus,qui verè sponsus Ecclesię est, quẽ omnium prophetarum oracula cecinerant, dignatus est Ecclesiam assumere,& ex omnibus gentibus per totum orbẽ terrarum Deo patri innumeros populos offerre.[a] Quòd vero excalciat se cognatus ille , veterum consuetudo erat : vt, si sponsa sponsum repudiare vellet,discalciaretur ille,vt hoc esset signum repudij. Proinde excalciari iubetur,ne ad Ecclesiam,quasi spõsus calciatus accederet , hoc enim Christo seruabatur,qui sponsus erat verus. Decẽ autẽ maiorum natu benedictio, hoc ostendit: in nomine Domini Iesu omnes esse gentes saluãdas,ac benedicendas.Iota enim apud Græcos decem significat, quæ prima littera nomen Domini Iesu summam perscribit.Quæres,vt diximus, omnes gentes per ipsum saluandas esse ac benedicendas demonstrat. Ne dubitet ergo quisquam hæc, vt dicta sunt , credere: cum videat vniuersa, & ab initio figuris antecedentibus præcucurrisse,& per aduentum Domini manifestè

Universidad de Deusto
Biblioteca

festè adimpleta sic esse: & quæ supersunt hoc modo perficienda in veritate cõsonantibus omnibus & vocibus & figuris sanctarũ scripturarũ, quę adimplebit is qui pollicitus est per filium suum Iesum Christũ Dominum regem & Saluatorem nostrum, cũ quo est illi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

[a] Quòd vero excalciatæ, *vid sup. Exod. 7.*

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.

MYSTICORVM EXPOSITIONES SACRAMENTORVM
seu
QVÆSTIONES IN REG. I.

De natiuitate Samuelis.
Cap. I.

POST Librum Iudicũ, sequitur Regum. Et aspice tempora, primo iudicũ posteà Regũ, sicut erit primò iudicium, postea regnum: in his autem Regũ libris multis & variis modis sacramẽta Christi & Ecclesiæ reuelãtur. Nam ab ipso exordio regum commutatũ sacerdotium in Samuelem, reprobato Heli, & commutatum regnum in Dauid, reprobato Saule, exclamat prænuntiari nouum sacerdotium, nouumq́ue regnum, reprobato veteri, quod vmbra erat futuri, in Domino Iesu Christo venturi. Nonne ipse Dauid, cum panes propositiones manducauit, quos non licebat mãducare, nisi solis sacerdotibus, in vna persona vtrumq. futurum, id est, in vno Iesu Christo regnũ & sacerdotium figurauit? Itaq. ipsa Samuelis sacerdotis succesio, nouum, vt prædictum est, sempiternumq. sacerdotium præfigurabat, qui est Iesus Christus, Heli sacerdote reprobato, id est, Iudaico sacerdotio abiecto. [c] Mater quoq. ipsa Samuelis, quæ prius fuit sterilis, & posteriori fœcunditate lætata est, cuius etiam nomen, id est, Anna, gratia eius interpretatur, ipsam religionem Christianam, ipsam postremò Dei gratiam significat, qua nobis Christus oritur: ipsam quoq. Ecclesiam, quæ olim sterilis, nunc fœcunda in Dei laude lætatur. Quæ nihil aliud in cantico suo prophetare videtur, nisi mutationem veteris Testamenti vel sacerdotij in nouum Testamentum vel sacerdotium, qui est Christus: nisi forte quis dicat, nihil Annam prophetasse, sed Deum tãtummodo propter filiũ impetratũ exultante prędicatione laudasse. Quid ergo sibi vult, quòd ait, arcũ potentium fecit infirmũ, & infirmi accincti sunt virtute, pleni panibus minorati sunt, & esurientes transierunt terram, quia sterilis peperit septem, & fœtosa in filijs infirmata est Nunquid ipsa septem pepererat, quamuis sterilis fuerit? vnicum habebat, quando ista dicebat. Sed nec postea septem peperit, siue sex, quibus septimus esset ipse Samuel, sed tres mares & duas fœminas. Deinde in illo populo, cum adhuc nemo regnaret, quod in extremo posuit, dat virtutem regibus nostris, & exaltauit cornu Christi sui, vnde dicebat, si non prophetaat? Dicat ergo Ecclesia Christi, ciuitas regis magni, gratia plena, prole fœcunda Dei, quod tanto ante de se prophetatum per os huius piæ matris agnoscit. Confirmatum est cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo salutari meo. Interea Samuel erat ministrãs in templo Dei, accinctus Ephod. Porro filij Heli diuina sacrificia temerantes, peccabãt coram Domino, & deridebant per eos multi sacrificiũ Dei. Vnde & Heli sacerdos pro eorum iniquitate damnatus est, quòd eos peccantes minus seuera animaduersione plectebat. Miserum me, & quidem coercuit, & quidem corripuit, sed lenitate, & mansuetudine patris, non auctoritate & seueritate pontificis. Qua sententia discant sacerdotes quomodo ipsi propter peccata filiorum, id est, propter scelera populi, puniantur. Et quamuis sancti sint, culpa tamẽ subditorũ eisdẽ, si non coërceant, reputatur.

[a] *Leguntur hæ expositiones aliquãto etiam plenioręs apud Eucherium, è quo & Beda sunt aliqua correcta, ita tamen vt multo plura apud vtrunq. possint è nostris emendari.*

[b] Nam ab ipso exordio, *vsque ad*, figurauit, *verba sunt Aug. 12. cont. Faust. c. 33.*

[c] Mater quoq. *vsque ad*, in Deo salutari meo, *ex eod. lib. 17. de ciuit. c. 4.*

[d] Et fœtosa in filijs: multa in filijs, *apud Aug. & Eucher & LXX. ὅτι πολλὴ ἐν τέκνοις.*

[e] Dicat ergo, *& paullò post*, dicat *ex Aug.* dicit *lib. 6.* mendose.

[f] Miserum me, *ita pleriq. m.s.* miserũ se, *Val.* miserrimos. *Beda.*

De Propheta ad Heli destinato.
Cap. II.

VEnit autem Propheta Dei quidam ad Heli sacerdotem, & dixit ei: hæc dicit Dominus, nũquid nõ apertè reuelatus sum domui patris tui, cũ esset in Ægypto in domo Pharaonis, & elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret Ephod corã me, & dedi domui patris tui omnia de sacrificijs filiorũ Israel? Quare calce abiecisti victimã meã, & munera mea, quę præcepi vt offerrentur in templo: & magis honorasti filios tuos, quã me, vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei? Propterea ait Dominus Deus Israel: loquens loquutus sum, vt domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus, absit hoc à me, sed quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt & præcidam brachium tuum, & brachiũ domus patris tui, vt non sit senex in domo tua, & videbis Christum æmulum tuum in tẽplo in vniuersis prosperis Israel. Quæ prophetia de mutatione sacerdotij non est in Samuele completa, sed adumbrata. [a] Nam post Samuelem Prophetam postea sacerdotes fuerunt de genere Aaron, sicut Sadoch & Abiathar regnante Dauid, & alij deinceps, antequam tempus veniret ex quo ista de sacrificio mutãdo per Christum effici oportebat. Nam cum diceret, loquens loquutus sum, vt domus tua, & domus patris tui

ministraret in conspectu meo vsq. in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Absit hoc à me, sed quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erũt ignobiles. Ecce isti sunt dies, qui prænuntiati sunt, iam enim venerunt: nullus enim sacerdos est secundum ordinem Aaron. Nam & illud, quod ibi sequitur: suscitabo mihi sacerdotem fidelem: de Christo noui Testaméti vero sacerdote dicitur. Quod vero adiungitur: & erit qui remanserit in domo tua, veniet vt oretur pro eo: nõ propriè dicitur de domo huius Heli, sed illius Aaron, de quo vsq. ad aduentum Iesu Christi homines remãserunt. De quo genere etiam hucusq. nõ desunt, qui veniant & conuertantur. De quibus alius Propheta dixit: reliquiæ saluæ fient. Vnde & Apostolus, sic ergo, inquit, & in hoc tẽpore reliquiæ secundũ electionẽ gratiæ saluæ sunt: de talib' enim residuis bene intelligitur esse, quod dictũ est, qui remãserit in domo tua veniet, vt oretur pro eo. Profectò qui crediderit in Christo, sicut temporibus Apostolorum ex ipsa gente plurimi venerunt & crediderũt. Neque nunc desunt, qui, licet rarissimi, tamen credant, vt impleatur in his, quod hic homo Dei loquutus est. Quod vero continuò sequutus adiungit: & offerat nũmum argenteum, & tortam panis. Quid per numum argẽteum, nisi oris confessio designatur, quæ fit credentibus ad salutem? Argentum enim pro eloquio poni solet, Psalmista testante, vbi canitur: Eloquia Domini, eloquia casta, argentũ igne examinatũ, probatum terræ, purgatum septuplum. Sed quod dicit iste, qui venit: dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalẽ, vt comedã buccellã panis: sacerdotalẽ partem corpus Christi, id est, Ecclesiam dicit. Cuius plebis ille sacerdos est, mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Cui plebi dicit Apostolus Petrus: plebs sancta regale sacerdotium: in hac parte sacerdotali postulat comedere buccellam panis. Quibus verbis ipsum sacrificium Christianorũ eleganter expressum est, de quo dicit sacerdos ipse: Panis quẽ ego dabo caro mea est pro mũdi vita: ipsum quippe sacrificiũ nõ secundũ ordinẽ Aarõ, sed secũdũ ordinẽ Melchisedech.

[a] Nã post Samuelẽ, &c. *vsq. ad finẽ capitis omnia sunt ex Aug. loco proximè citato. Legitur autem apud Euch. integra ẽtici explanatio citato Aug. adhibita q. excusatione, cur LXX. interpretum tralatione vsus fuerit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De arca captiuitate. Cap. III.

IGitur posteaquã hęc in figura mutationis veteris Testamẽti à Propheta illo pronuntiata sunt ad Heli, offendẽte Dũm Israel, instruxerunt aciẽ Philisthæi cõtra eos. Tollũt Israelitæ arcã [a] ad tuitionem suam. Capta est ab hostibus arca, nec solũ ipsi victi sunt, & in fugam versi, imo etiam magna strages facta est occisorum. Nonnihil tamen futurorum significat res gesta hæc. Prophepheticè enim arca illa ab alienigenis capta indicabat testamentum Dei trãsiturum ad gentes. Quando enim nuntiatum est Heli sacerdoti, captam fuisse arcam Domini, cecidit de sella & mortuus est. Trãseunte arca Domini ad gentes, perijt atq. interijt sacerdotium Iudæorum: duoq. filij Heli corruerunt, quorum vnius vxor viduata, & mox in partu mortua est propter eandem perturbationem. Quo euidenti signo præfiguratum est, post extinctum sacerdotium Iudæorũ carnalem interijsse synagogam illi carnaliter adhærẽtem, prostratoq. Heli de sella põtificis Iudæorum, sedem habere vacuam, & gloriam sacerdotij regniq. extinctam. Sed quid est, quòd dum posuissent Philistini arcã Domini in templo Dagonis Dei sui, intrauerunt templum, & inuenerunt Deum suum prostratum, atq. confractũ caput eius, duasq. manus abscisas? Statim enim vt testamentum Domini peruenit in gentibus, confestim idola, quæ deceptũ possidebant orbem, destructa sunt, omnisq. error simulacrorum perijt, præsentiam Dei forte non sustinens. Nam in manibus Dagon præcisis, opus idolatri ę amputatum, & in capite eius superbia Diaboli abscisa significabatur, a quo initium peccati fuit. Quòd vero in limine, vt certum scilicet præfinitumq. suæ idolatriæ finem agnosceret. Limes enim finiem itineris significat, etiã & illud ad magnam pertinet ædificationem & significationem, in ipsa ruina Dagon Dei sui, atque fractura, quòd dorsum illius solùm inuenerũt, fractis eius omnibus membris: dorsum quippe fugam significat: quicunq. enim fugiunt persequentibus dorsum dant. Vnde & scriptum est de hostibus, quoniam pones eos dorsum. Vbi sunt enim idola? perierũt: & si aliqua remanentia ab aliquibus abscõduntur, fugerunt. Quòd autẽ percussi sunt in posteriora hi, qui arcam captiuauerunt: [b] hæc pœna signũ videt: quia si qui susce-

A runt testamentum Dei, & posteriora vitę dilexerint, ex ipsis iustissimè cruciabũtur, quę sicut Apostol⁹ ait, existimare debẽt sicut ter cora. Qui enim sic assumunt testamentũ diuinũ, vt in posteriora respicientes veteri se vanitate non exuant, similes sunt hostibus illis, qui arcã Testamenti captiuã iuxta idola sua posuerunt, & illa quidem vetera etiã nolentibus cadunt, quia omnis caro fœnũ, [c] claritas hominis, vt flos fœni: aruit fœnũ, flos cecidit: arca autem Domini manet in æternum, secretum scilicet Testamentum, regnum cælorum, vbi est ęternum Dei verbum. Vaccæ autem illæ Allophylorum arcã B Dei gestantes, fugam sanctorum renuntiãtium seculo designauerunt, qui nullum delicti iugum traxerunt. Nam sicut ille pignorum affectibus à recto itinere minimè digressæ sunt, ita sancti mundo renuntiantes, parentelæ obtentu non debent à bono proposito prępediri. Sicut enim nostra nobis nõ odiẽda est anima, sed eius carnales affectus odio debem⁹ habere: ita nec proximi odio à nobis habendi sunt, sed eorum impedimenta, quibus à recto itinere nos impediunt, sicut & Moyses ait, qui dicunt patri C suo & matri, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi testamentum Dei & præcepta eius seruauerunt. Iudicia tua Iacob, & legem tuam ò Israel. Ille enim scire Deum famulariùs appetit, qui pro amore pietatis eius nescire desiderat quodcunq. carnaliter sciuit.

[a] Ad tuitionẽ suã, *ad*, stationẽ suã, *apud Euseb. & Bed.*

[b] Hæc pœna signum videtur, *al.* hac pœna significatum videtur.

[c] Et claritas humanis vt flos fœni, *ex veteri interp.*

De sacrificio Samuelis, & lapide adiutorij. Cap. IIII.

SAmuel autem post mortem Heli regebat Israel. Congregato autẽ omni populo, exclamauit ad Dũm pro Israel, & exaudiuit eũ. Et cũ offerret holocaustum, accedẽtibus D alienigenis ad pugnam contra populũ Dei, intonuit super eos Dominus, & cõfusi sunt, & offenderunt coram Israel, atque superati sunt. Tunc assumpsit Samuel lapidem vnũ, & posuit enm inter Maspath & Siceleg: & vt interpretes Septuaginta transtulerunt, inter Masphath nouam & veterem, & vocauit nomen eius, Lapis-adiutorij, & dixit: vsq. ad hũc auxiliatus est nobis Deus. Maspha interpretatur intẽtio. Lapis ille adiutorij

torij medietas est Saluatoris, per quẽ transeũdũ est à Masphath vetere, ad nouã, id est, ab intentione, quæ expectabatur in carnali regno, quo erat beatitudo falsa carnalis, ad intentionem, qnæ per nouum testamẽtum expectatur in regno cælorum, vbi est beatitudo verissima spiritualis, qua quoniã nihil est melius, hucusque auxiliatur Deus. Iste Samuel inuocato nomine Dñi, exauditus est, & in tempore messis pluuiam impetrauit. Pluuia enim in sanctis scripturis verba sunt Euãgelij siue Legis, sicut & Moyses dicit, expectetur, sicut pluuia eloquium meum, & descedant, sicut ros, verba mea. B Hanc igitur pluuiam dedit mũdo Christus in tempore messis, ideſt, quãdo gentes colligi oportebat, vt sicut frumentũ horreis, sic intra Ecclesiæ sinũ gẽtes congregarẽtur.

De vnctione Saul. Cap. V.

IVdicauit autem Samuel Israel omnibus diebus vitæ suæ, fueruntq́ue vsque ad eũ iudices & principes super Israel. Porro filij Samuel declinauerũt post auaritiam, & accipiebãt munera, & tam iniqui iudices exC titerunt, vt populus nequaquam ferẽs regem sibi in similitudinem cæterarum gentium postularent.

Quibus dedit Saul regem, vngiturq́. iubente Domino, prior à Propheta in regnũ, qui & ipse quidẽ in id, quòd vnctus est, imaginem Christi portauit. Vnde & beatus David & ipse Christus nũcupatus ait ad eum, qui se finxerat Saul occidisse. Quomodo nõ timuisti manum tuam inijcere in Christum Domini? Hinc est quod ab humero sursum Saul supereminebat omnibus, quia caput nostrum sursum est supra nos, quod D est Christus: in id autem, quòd reprobatus posthea & reiectus est succedente in regno Dauid, populi, vt prædictum est, Israel persona gestauit. Qui populus regnũ adeptus, fuerat amissurus Christo Domino nostro per nouum Testamenrum non carnaliter, sed spiritualiter regnaturo.

De ieiunio indicto à Saule. Cap. VI.

IIste autem Saul, dum pergeret dimicaturus aduersus Philisthæũ, indixit toto exercitui ieiuniũ, quousq. reuerterẽtur à prœlio. Sed Ionatham filius eius videns super faciẽ agri mel, extendit summitatẽ virgæ, & intinxit in fauum mellis, & gustauit, & illumi

A nati sunt oculi ei⁹, nõ vtiq. ad videdũ illuminati, qui antea videbat, sed ad discernendũ quia vetita tetigerat. Tũc enim casus ille, sicut & Adã fecit illũ adtẽtũ reddiditq́ cõfusum. Quo facto admonemur omnes illecebras voluptatũ in seculo debere contẽnere, qui Deo nitimur militare. Non enim potest cõtra Allophylos spirituales, id est, aduersus principes tenebrarũ, viribus animi cõcurrere, qui adhuc huius mundi negligit dulcedinẽ declinare: mel enim distillãt labia meretricis, quod est delectatio voluptatis carnalis, de quo putatur iuxta mysticos intellect⁹ hũc gustasse Ionatham, & forte deprehensum, vix precibus populi liberatum.

De Agag rege seruato. Cap. VII.

INijt iterũ Saul prœliũ aduersus Amalech, interfectisq́ue cunctis hostibus pepercit Agag regi, nec voluit disperdere omnia iuxta præceptũ Dñi, irascituq́. ei Dñs. Veniẽs autẽ Samuel sumpsit gladiũ, & in frusta cõcidit Agag. Quãdo legũt quidã in scripturis, quòd sancti nulli hostiũ parcũt, efficiũturq́. crudeles & humanũ sanguinem sitiẽtes, dicunt, quia & iusti ita percusserunt hostes, vt nõ relinqueretur ab his, qui saluus fieret: & nõ intelligunt in his verbis adũbrari mysteria, & hoc magis nobis indicari, vt pugnantes aduersus vitia, nullũ penitus ex his relinquere debeamus, sed omnia interimere. Nã si pepercerim⁹, reputabitur nobis in culpã, sicut reputatum est Saul, qui viuum seruauit regem Agag. Quomodo enim quisque iustus manebit, si adhuc aliquid peccati in semetipso seruauerit, sicut Saul? At vero sancti in figura Samuelis ita sæniunt super hostes suos, id est, super vitia peccatorũ, vt non pmitãt relinqui aliquod peccatũ impunitũ.

De abreptione Saulis ab spiritu nequam. Cap. VIII.

IGitur recedente à Saul Domino propter inobedientiam, arreptus est maligno spiritu à Domino, irruebatque in eo spiritus Domini malignus. Si Domini, cur malus? si malus, cur Domini? Sed duobus verbis comprehensa est hæc sententia, & in Deo potestas iusta, & in Diabolo potestas iniusta. Nam idẽ spiritus malus per nequissimam volũtatem, & idem spiritus Domini per acceptam iustissimã potestatem: inde ergo spiritus Dñi appellatus est Diabolus

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter ministerium: quia omnibus etiam A spiritibus malis bene vtitur Deus, vel ad damnationem quorundam, vel emendationē, vel ad probationē. Et quāuis malignitas à Dño non sit, potestas tamē nisi à Deo non est, sicut & alibi dictum est. Etiam sopor Domini, qui occupauerat milites eiusdem Saul cum Dauid hastam & scyphum abstulisset à capite dormientis: non quia sopor tunc in Domino erat, vt ipse dormiret: sed quia ille sopor, qui tunc homines apprehenderat, nutu Dei erat infusus, ne Dauid serui eius in eo loco præsentia sentiretur. Dicitur ergo spiritus Domini malus, hoc est, minister Dei ad faciendum in Saul, quod eum pati iudex B omnipotētissimus iudicabat. Quoniam spiritus ille voluntate qua malus erat, nō erat Dei: creatura vero qua cōditus erat & potestas, quam non sua, sed Domini omniū æquitate acceperat, Dei erat.

De vnctione Dauid.

C. IX.

ITaque Saule propter inobedientiam reprobato, mittit Dominus Samuel ad Isai, & sumpto cornu olei, vnxit in Regē Dauid. C Sed videamus eundem Dauid, quomodo prophetice Christum significauerit: Dauid enim interpretatur manu fortis, siue desiderabilis. Et quid fortius leone illo de tribu Iuda, qui vicit mūdum? Et quid desiderabilius illo, de quo dicitur: veniet desideratus cunctis gentibus? Vngitur iste Dauid in regem, futurum denuntians per vnctionem illam Christum, Christus enim à charismate appellatur, Dauid ab officio pastorali pecorum, ad hominū regnum transfertur. Nunc autem Dauid ipse Iesus ab ouibus Iudaicæ plebis ablatus, in regnū gentium translatus est: in Iudaica enim plebe non est modo Christus. Ablatus est inde: nunc gentium D greges pascit. Erat autem Dauid in canticis musicis eruditus. Diuersorum enim sonorum rationabilis moderatusq. concentus cō cordi varietate cōpactā ordinatē Ecclesiæ insinuat vnitatem. Quæ varijs modis quotidie resonat, & suauitate mystica modulat: Iste adhuc puer in cithara suauiter, immo fortiter canēs, malignum spiritum, qui operabatur in Saule, compescuit, non quod citharæ illius tanta virtus erat, sed quòd figura crucis Christi, quæ de ligno & extensione neruorum mysticè gerebatur, ipsaq. passio, quæ cātabatur, iam tunc spiritus dæmonis opprimebat. Leonem quoque & vrsum idem Dauid necauit, vrsum videlicet Diabolum, leonem Antichristum: alterum hominibus latenter insidiantem, alterum inposterum manifestissimè sequentem.

De certamine Dauid cum Goliath.

CAP. X.

ISte Dauid in prœlio gigantem superauit, cum aduersus populum Dei alienigenæ dimicarent. Prouocauit vnus vnum Goliath Dauid, prouocauit superbia humilitatem, prouocauit Diabolus Christum. Accepit arma bellica. Sanctus Dauid, vt aduersus Goliam procederet, hæc arma per ætatem & paruam staturam corporis portare non potuit, abiecit onerantia, accepit quinque lapides de flumine, & posuit in vase pastorali. His armatus processit, & vicit. Hoc quidem ille Dauid. Sed si mysteria perscrutemur. In Dauid Christus intelligitur. Qui tempus reuelationis noui Testamenti insinuandæ & commendandæ gratiæ præuidens, arma deposuit, quinque lapides tulit. C Deposuit ergo corporalia sacramēta Legis, quæ non sunt imposita gentibus: deposuit, quæ non obseruamus: sed tamē ad aliquam significationem præmissa & posita intelligimus. Deniq. hæc arma deposuit, tanquam onera sacramentorū veteris Legis, & ipsam Legē accepit. Quinq. enim lapides quinq. libros Moysi significant. Tulit ergo quinq. illos lapides de flumine, id est, de seculo. Labitur enim mortale seculum & præterfluit quicquid venit in mundum. Erant enim in flumine tanquam in populo illo primo lapides, erant illic inutiles & vacabant, nihil proderant, transibant super fluuios. Sed quid fecit Dauid, vt Lex ipsa vtilis esset? Accepit gratiam. Lex enim sine gratia impleri non potest: Plenitudo enim Legis charitas. Quia ergo gratia facit impleri Legē, significatur gratia lacte. Hoc enim est in carne gratuitū, vbi mater non queritur accipere, sed satagit dare: Hoc mater gratis dat, & contristatur, si desit, qui accipiat. Quomodo ergo ostendit Dauid legem sine gratia operari nō posse, nisi cū illos lapides quinq. quibus significabatur Lex in libros quinque, quos coniungere voluit gratiæ, posuit vase pastorali, quo lac mulgere cōsueuerat. His armatus, processit aduersus Goliam superbum,

perbum se iactantem de se præsumentem. A Tulit vnum lapidem & deiecit, Diabolum, in fronte percussit, & ce cidit, ex eo loco corporis, vbi signum Christi non habuit. Hoc quoque licet attendas, quinque lapides posuit, vnum misit. Quinq. libri lecti sunt, sed vnitas vicit: plenitudo enim legis charitas, vt ait Apostolus. Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Deinde illo percusso atq. deiecto, gladium eius abstulit, & deinde caput illi abscidit. Et hoc facit noster Dauid. Deijcit Diabolum de suis, quando credunt maligni eius, quos ille in manu habebat, & B de quibus cæteras animas trucidabat, conuertunt linguas suas contra Diabolum, & sic Goliæ de gladio suo caput inciditur.

De connubio Michol filiæ Saul.

CAP. XI.

INterea victoria Dauid animum Saul regis offendit, indignantis, quòd sibi in mille, & Dauid in decem millia conclamantiū publicè gratulationis ora insonarent, hinc inuidia Saulis, & semen odiorum aduersus Dauid. Quem dissimulator callidus, vt sine insidijs suis posset offerre discrimini, statuit C eum Michol filiæ suæ nuptijs alligari, si centum sibi Allophylorum præputia victor offerret. Pro quibus centum, ducenta dedit, & vnde creditus est regio perire voto, inde auctus est glorioſiori trophæo. Ita & Iudęi, dum contra voluntatem Dei Christum interficere nituntur, per id salutem gentium egerunt, per quod crediderunt extinguere. Quòd vero Dauid alienigenarum præputia attulit, & sic denuo filiæ Saul nuptijs hæsit: significabat, quòd Christus non prius Synagogam cōnubio suo sponderet, nisi antea glorioſus in gentibus fieret. Priùs enim in nationibus resecauit carnis pollutionē, & postea copulatus est Synagogæ. Postquā D enim, sicut scriptum est, introierit plenitudo gentium, tūc omnis Israel saluus fiet. Dupla autē, id est, ducēta præputia attulit, siue pro Iudæis & gentibus adquisitis, siue quia maior est numerus adquisitionis populi gētium, quàm credentium Iudæorum.

De Dauid repellente cithara spiritum.

CAP. XII.

AVxit deinde odiū Saul aduersus Dauid in tantum, vt rex ad medelam sui spiritus, Dauid de more psallentem iaculo conaretur configere. Sed quid est; quòd dum Saulem spiritus aduersus inuaderet, apprehensa Dauid cithara eius vesaniam mitigabat? Per Saulem enim Iudæorum elatio, per Dauid autem humilitas Christi significatur. Cum ergo Saul ab immundo spiritu arripitur, Dauid canente eius vesania temperatur: quia cum sensus Iudæorum per blasphemiam in furorem vertitur, dignum est, vt ad salutem mentes eorum, quasi dulcedine citharæ, locutionis Euangelicæ tranquillitate reuocentur.

De insidijs Saul contra Dauid.

CAP. XIII.

MIttit Saul custodes ad domum Dauid, vt custodirent eum, & interficeretur. Abscessit autem Dauid nocte, & fugit, atque saluatus est. Cumque venissent nuntij Saul, inuenerunt statuam in lecto Dauid positam, & pellem pilosam caprarū ad caput eius. Audiamus ergo quid hoc significet: quod miserit Saul ad custodiendā domū Dauid vt eum interficeret. Hoc non ad crucem Domini, sed tamen ad passionem eius pertinet. Crucifixus enim Christus & mortuus & sepultus est. Erat ergo illa sepultura tanquam domus, ad quam custodiendam misit regnū Iudęorū, quando custodes adhibiti sunt sepulcro Christi. Quomodo ergo custodita est domus, si Dauid figurabat Christum, vt Christus interficeretur, dum non in sepultura Christus, sed in cruce sit interfectus? Refertur ergo hoc ad corpus Christi: quia interficere Christum, erat tollere nomen Christi. Neq. enim crederetur in Christum, si mendacium prævaleret custodum, qui corrupti sunt, vt dicerent, quia dormientibus nobis venerūt discipuli eius, & abstulerunt eum, hoc est itaque velle Christum interficere, nomē resurrectionis eius extinguere, vt mendacium Euangelio præferretur. Sed sicut illud non valuit Saul, vt interficeret Dauid, sic nec hoc potuit regnum Iudæorum efficere, vt memoriam Christi deleret. Isti autem, qui de Saul virtute, id est, de regno Iudæorū in Christum præsumere voluerunt, offenderunt in lapidem offensionis, tāquam in statuam, & hœdus eis visus erat agnus: quia in quo peccatum non inuenerunt, quasi peccatorem persecuti sunt.

Igitur Dauid regiæ manus ictum euitās,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusq. persecutionẽ declinans, fugit, venitq. ad Samuelem. Et misit Saul nuntios, qui apprehẽderent Dauid. Samuel autem erat inter prophetas, & cœtus prophetarũ, qui illo tempore prophetabant. Nuntij autem, qui missi sunt, accepto eiusdem spiritu, prophetarunt, missisque alijs hoc contigit, & tertijs nihilominus. Postea verò cum & ipse Saul venisset, factus est super eum spiritus Dei, & ambulabat ingrediens, & prophetabat.

De insidiatorib. prophetantib. CAP. XIIII.

QVæritur autem, quomodo & illi, cum B missi essent ad tenẽdum hominem, & ad necem ducendum, tales spiritu effici meruerũt; & Saul ipse, qui miserat, veniens & ipse sanguinem innocentẽ quærẽs effundere, accipere meruit spiritũ illum & prophetare. Quantũ enim ad litteram attinet, non est mirum hominem reprobum ad momentum transitoriè prophetasse, dum etiã multi similes prophetiæ donum legãtur habuisse, sicut Balaã ille reprobus, quem non tacet scriptura iudicio diuino esse damnatum, sed prophetiam habebat. Nec illa verba parum attestantur huic sententię, quę in Euangelio scripta sunt, multos dicturos in illa die: Domine, Domine, in tuo nomine manducauimus & bibimus, & in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus: quibus tamen dicturus est: Nõ noui vos, discedite a me operarij iniquitatis. Mysticè autem exemplum huius Saul nuntiorumque eius in hac sententia figurat, nonnullos hæreticos, qui aliquid boni de muneribus Sancti Spiritus habent, sicut testamenta Legis & Euangelij, sicut D baptismi sacramentum. Qui cum ad Ecclesiam Catholicam veniunt, non est in eis vllo modo violandum, aut quasi non habeant, tradendum: sed tamen eos non ideo debere saluti cõfidere: quia non improbamus, quòd illos accepisse credimus. Sed oportet eos cognoscere vnitatem & societatem vinculi charitatis, sine qua omnino (quicquid habere potuerunt, quamuis sanctum sit atq. venerandum,) ipsi tamen nihil sunt, tanto indigniores effecti præmio vitæ æternæ, quãto illis donis non bene vsi sunt, quæ in hac vita, quæ transitoria est, acceperũt. Item exemplum atq. imago huius Saul nuntiorũq. eius in hoc loco Iudæorũ non A incongruè gestat personam, qui dum aduersari cupiunt Christo, habent in ore sacramẽta Legis & Prophetarũ ad testimoniũ Christi, & cũ Ecclesia, quasi cũ Prophetis, de scripturis disputãt, sicut illi cũ Prophetis vaticinabantur.

De Dauid & Abimelech. CAP. XV.

SVrrexit atq. Dauid iterum, & fugit in illa die à facie Saul venitq. ad sacerdotẽ Abimelech, à quo & gladium Goliæ sustulit, & panes propositionis accepit. Quæ res & sacerdoti mortem attulit, & animaduersionẽ religiosæ intulit ciuitati. Hæc itaq. gestorũ fides est. Sed quantum ad sacramentũ prophetiæ pertinet, in Christo Dño nostro impletum est, qui positus in carne, dũ insectationem declinaret Iudaicam, ad Apostolos transit, cũ quibus & desideratum sibi cibũ sumpsit: desiderio enim desiderauit manducare Pascha. Ex quibus Golię, id est, Diaboli arma sustulit. Fortis enim spolia ipse diripuit. His ergo à quibus receptus est Christus, tribulationes induxit Diabolus & mortem. Omnes enim, vt ait Apostolus, qui in C Christo volunt piè viuere, persecutionem patiũtur. Et Dñs ait. Si me persecuti sunt, & vos persequẽtur. In Doech autem Idumæo Iudę proditoris persona consistit: per quam ista operatus est Diabolus, vt eius proditionẽ facta in Christo, postea persecutionẽ Ecclesia pateretur, & occiderẽtur quã plurimi discipuli Christi & sacerdotes, & pro nomine eius persecutiones grauissimas perferrẽt.

De Dauid, & Rege Achis. CAP. XVI.

INterea Dauid, cũ fugeret Saul, latere voluit apud regem quendam Geth, nomine Achis. Sed cum gloria eius fuisset commemorata, ne per huorem rex ad quem confugerat, aliquid in eum machinaretur, finxit insaniam, & quasi furore correptus mutauit os suum, defluebantq. saliuæ in barbam eius, collabebaturque in manibus eorum, & procidebat ad ostia portæ. Et dixit Achis Rex. Quid huc mihi aduxistis istum? nunquid deerant nobis furiosi? & sic eum dimisit. Achis interpretatur, quomodo est? per quod significatur ignorãtia & verbũ mirãtis & non agnoscẽtis. Quod in gente Iudæorũ impletũ est, qui dũ viderũt Christũ, non agnouerunt, corã quibus mutauit os suum,

suum, & abijt. Erant enim ibi præcepta Legis carnalia, erat sacrificiũ secundũ ordinẽ Aaron, & postea ipse de corpore & sanguine suo instituit sacrificium secũdum ordinem Melchisedech. [a] Mutauit ergo os suum in sacrificio, mutauit in præceptis; dans aliud testamentum euacuata carnali operatione atque inde collapsus est in manibus eorum, quando eum comprehendentes crucifixerunt. [b] Et procidebat ad ostium portæ, hoc est, humiliabat se, hoc est enim, procidere vsque ad ostium fidei nostræ, ostium enim portæ, initium fidei: inde incipit Ecclesia & peruenit vsq. ad speciem, vt cum credit ea quæ non videt, mereatur perfrui, cum cum B facie ad faciem videre cœperit. Quòd vero in illo quasi furore saliuæ decurrebant super barbam eius, Apostolus hæc aperit dicens: Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autẽ prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scãdalum, gentibus autem stultitiam: ipsis verò vocatis Iudæis & Græcis, Christũ Dei virtutem & Dei sapientiam: quia quod stultũ est Dei, sapiẽtius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, non tantum saliuæ attendantur, sed attende, quia super barbam decurrunt. Quomodo enim in saliuis infirmitas, sic in barba virtus ostenditur. Texit ergo virtutem suam corpore infirmitatis suæ, & quod foris secus infirmabatur, tanquam in saliua apparebat: intus aũt diuina virtus tanquã barba regebatur.

a Mutauit os suũ in sacerdotio. In sacrificio *Pal.*

b Et procidebat. *Quæd. interiecta sunt ante hæc verba in V. al. & Compl. quæ cum à reliquis omnib. & ab Eucherio, & Beda abessent neq. cohærerent cum præcedentibus, & sequentibus, recipienda non fuerunt.*

c Non tantùm saliuæ attendãtur. *Ex Euch. al.* Nõ tanquam saliuæ offendant: non tanquam saliuam attendas. *Compl.*

De chlamyde Saulis præcisa à Dauid. CAP. XVII.

DEhinc in eremo Engaddi cum per sequendum Dauid Saul appeteret, ingressus est Dauid in speluncam, & ibi latebat. Sed Rex improuisis exceptus insidijs, quod innocuo moliebatur, inciderat. Scriptũ est enim: qui fodit foueam proximo suo, ipse incidit in eam. Dauid autem bona pro malis retribuens, inimicum nõ occidit, sed protestimonio facti oram chlamydis regiæ abstulit, cum facilius esset exceptum insidijs A aduersarium perdere magis, quàm fallere. Quid ergo est, quod iste fugiens a facie Saul in spelunca latuit? Quare autem latuit, nisi vt occultaretur & non inueniretur? Quid est cõtegi spelũca, nisi cõtegi terra? qui enim fugit in spelũcam, terra tegitur, ne videatur. Portabat aũt terrã Iesus, carnẽ, quam acceperat de terra, & in ea se occultabat, ne à Iudæis inueniretur Deus. Si enim cognouissent: nunquã Dñm gloriæ crucifixissent. Quare ergo Dominum gloriæ non inuenerunt? Quia spelunca se texerat, id est, carnis infirmitatem oculis obijciebat, & maiestatem diuinitatis corporis tegmine, tanquam spelũcæ abdito occultabat. Illi ergo non cognoscentes Deum, persecuti sunt hominem: nec mori potuit, nisi in homine, quia nec teneri potuit, nisi in homine. Opposuit ergo malè quærentibus terram, seruauit benè quærentibus vitam. Fugit ergo secundum carnem in speluncam à facie Saul: quia passus est vsque adeo se occultans Iudæis, vt moreretur. Sed quare vsque ad mortem voluit esse patiens, vt fugeret à facie Saul in speluncam? Et enim spelunca inferior terræ pars potest accipi. Et certè (quod manifestũ est & notum est omnibus,) corpus eius in monumento positum est, quod erat excisum in petra. Hoc ergo monumentum spelunca erat: illuc fugit noster Dauid à facie Saul. Tamdiu enim persecuti sunt illum Iudæi, quo ad vsque poneretur in spelũca. Sed quid est, quòd persecutor ad purgandum ventrem speluncam ingreditur? nisi quod Iudæi in Christum conceptam mentis malitiam, quasi odotem fœtidum emiserunt? Et cogitata apud se noxia, factis deterioribus, dum Christum perimunt, ostenderunt. Sed tamen Dauid Saulem occidere noluit, & cum eum in abdito occultatũ antro haberet in potestate, reseruare potius, quàm occidere maluit: ita & Christus, dum esset D in spelunca carnis persecutorem populum in potestate habuit, & nõ occidit. Scriptum enim erat de eis per prophetã: ne occideris eos. Tantùm denique Dauid summitatem chlamydis eius silenter abscidit, vt ostenderet prophetia, Christum Iudæos non occidisse: sed eis tantùm regni gloriam abstulisse: sicq. eos persecutione sua vacuos sede, vel imperio reliquisse. Chlamydis enim abscisio, regni est amputatio, hoc etiam alio loco idem Saul, cùm per inobedientiã peccasset, ostendit. Nam cum veniam precare-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, rogaretq. Samuelem, vt reuerteretur cum illo ad placandum Deum & noluisset, atq. conuertens faciem suam abijsset, tenuit Saul pinnulam vestimenti eius, & dirupit eam. Et dixit ad eum Samuel: disrupit Dominus regnum Israel de manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo & diuidetur Israel in duo. Populi ergò Israel personam figuratè gerebat rex iste, qui populus amissurus erat regnum, dum persequitur Christum.

De hasta ablata Sauli à Dauid. CAP. XVIII.

QVod & sequenter iterum demonstratum est, quando idem Dauid fugiens à facie Saul ingressus est in castra regis, & cũ dormientem inuenisset, non percusit, non occidit, sed solam lanceam, quæ erat ad caput eius, & lenticulam sustulit, dormientibusq. cunctis egressus de castris, transiuit in cacumine montis. Quid est hoc? persequebantur namque Iudæi Christum, sed persequendo dormiebant, quia non vigilabant corde. Duritia enim cordis, obdormitio est. Dormiunt in vitam veterem, non euigilant in nouam. Venit Christus, non eos occidit, sed tulit ab eis scyphũ aquæ, id est, gratiam legis, tulit & sceptrum regale, regni scilicet potestatem, quam pro maximo habebãt, & vnde se protegebant temporaliter, & quam aduersus Deum per incredulitatem gerebant. Et deinde victor Dauid noster, de castris eorum regressus, transcendit in altitudinem montis cælorum.

De pugna Dauid cum Amalechitis. CAP. XIX

INterea fugiẽs Dauid, dum pergeret cum Achis rege Philistinorum, in prælium aduersus Israel, insurgentes Amalechitæ irruerunt in Siceleg, & succẽdentes eam, captiuarunt omnia, quæ erant Dauid & puerorũ eius. Reuersus ergo Danid ad persequendos Amalechitas, inuenit Ægyptium puerum lassescentem, quem Amalechitæ ægrotum in itinere reliquerant. Hunc autem Dauid inuentum cibo refecit ducemq. sui itineris fecit. Sicque Amalechitas persequitur, epulantesq. reperit, & funditus extinguit. Quid est enim, quòd Ægyptius Amalechitæ puer in itinere lassatur, nisi quòd amator præsentis seculi peccati sui nigredine opertus, sæpe ab eodem seculo infirmus despectusque relinquitur, vt cũ eo nequaquam currere valeat, sed fractus aduersitate torpescat? Sed hunc Dauid inuenit: quia Redemptor noster veraciter manu fortis nonnunquã, quos despectos à mũdi gloria reperit, suo amore conuertit, cibo pascit, quia verbi scientia reficit. Ducem itineris fecit: quia suum etiam prædicatorem facit. Et qui Amalechitam sequi non valuit, dux Dauid efficitur: quia is, quem indignũ mundus deseruit, non solum conuersus in suam mentem Deũ recipit, sed prædicando hunc etiam vsq. ad aliena corda perducit. Quo videlicet duce, Dauid Amalechitam conuiuantem inuenit & extinguit: quia Christus ipsis prædicãtibus mundi lætitiam destruit, quos mundus comites habere despexit.

De Saule Pythonissam consulente. CAP. XX.

POst mortem autem Samuelis, congregati sunt Philistini contra Israel. Consuluitq. Saul Dominum, & non respondit ei. Quæ fuit autẽ Saul Pythonissam, quæ suscitaret illi Samuelem. Statimq. suscitatus ait ad eum: Quare inquietasti me, vt suscitarer? Et quæritur secundum historiam, vtrùm Pythonissa ipsum Prophetam de inferno euocauerit, an aliquam imaginariam illusionẽ fallacia dæmonum factam. De qua quæstione beatæ memoriæ, [a] Augustinus Episcopus Simpliciano Mediolanensi Episcopo ita scripsit: Inquiris, inquam, vtrùm potuerit [b] malignus spiritus excitare animam iusti, & tanquam de abditis mortuorum [c] repagulis vel receptaculis euocare, & vt videretur & loqueretur cum Saul. Nonne maius mirandum sit, quod Satanas ipsum Dominum assumpsit, & constituit super pinnam templi ([d] Quolibet enim modo fecerit, factum est) ita & modus quo Samueli factum est, vt excitaretur, similiter latet, nisi forte quis dixerit, faciliorem Diabolo fuisse licẽtiam ad Dominum viuum, vnde voluit, assumendum, & vbi voluit, constituendum, quam ad Samuelis spiritum defuncti à suis sedibus excitandum. Quod si illud in Euãgelio nos ideo non [e] cõturbat, quia Dominus voluit atque permisit nulla diminutione suæ potestatis & diuinitatis id fieri, sicut ab ipsis Iudeis, quamquam peruersis atq. immundis & facta Diaboli facientibus, & teneri se, & vinciri, & illudi, & crucifigi, atq. interfici passus est: non est absurdum credere ex aliqua dispensatione diuinæ voluntatis permissum fuisse, vt non inuitus & dominante magica potentia, sed volens atq. obtemperans occultæ dispensationi Dei, quæ Pythonissam illam & Saulem latebat, spiritus Prophetæ sancti se ostenderet aspectibus regis diuina eum sententia percussurus. Quãquam in hoc facto potest esse alius facilior intellectus, vt non verè spiritum Samuelis excitatum à requie sua credamus, sed aliquod phantasma & imaginariam illusionem diabolicis machinationibus factam; quam propterea scriptura nomine Samuelis appellat: quia solent imagines earũ rerum nominibus appellari, quarũ imagines sunt: sicut omnia, quæ pinguntur atq. finguntur earum rerum, quarum imagines sunt nominibus appellantur: sic hominis pictura cum pingitur, proprium quodq. nomen incunctanter adhibetur, & dicitur: ille Cicero, ille Sallustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Simois, illa Roma: cum aliud nihil sint, quàm pictæ imagines. Vnde & Cherubim, cum sint cælestes virtutes, fictæ tamen ex metallo quod imperauit Deus super aream Testamenti magnæ rei significandæ gratia: non aliud, quàm Cherubim, [f] illa quoq. figmenta vocabantur. Item dum quisq. videt somnium, non dicit, vidi imaginem Augustini, sed vidi Augustinum, cum eo tẽpore, quo aliquod tale aliquis vidit, ignoraret hoc Augustinus. Vsq. adeo manifestum est, non ipsos homines, sed imagines eorum videri. Et Pharao spicas se dixit vidisse in somnis & boues, non spicarum aut boum imagines. Si igitur liquidò constat nominibus earum rerum, quarum imagines sunt, easdem imagines appellari: non mirũ est quod scriptura dicit, Samuelem visum, etiam si forte Samuelis imago apparuit ficto machinamẽto eius, qui transfigurat se velut Angelum lucis, & ministros suos ornat velut ministros iustitiæ. Iam vero si illud, inquit, mouet quomodo à maligno spiritu Sauli vera prædicta sunt, potest & illud mirum videri, quomodo Dæmones agnouerunt Christum, quem Iudæi non agnoscebãt. Cum enim vult Deus etiam per [h] infimos, supremosq. spiritus alios quem vera cognoscere, temporalia dũtaxat ad istam mortalitatem pertinentia, facilè est, & non incongruum, vt omnipotens & iustus ad eorum pœnam, quibus ista prædicantur, (vt malum quod eis imminet, antequam veniat prænoscendo patiantur,) occulto apparatu mysteriorum suorum etiam spiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat, & quod audiunt ab Angelis, prænũtient hominibus. Tantum autem audiunt, quantum omnium Dominus atq. moderator vel iubet, vel finit. Vnde etiam spiritus Pythonis in actibus Apostolorum adtestatur Paulo Apostolo, & Euangelista esse conatur. Miscent isti tamen fallacias, & verum quod nosse potuerunt, non docendi magis, quàm decipiendi fine pronuntiant. Et forte, hoc est, quod cum illa imago Samuelis, Saulem prædiceret moriturum, dixit etiam secum futurum, quod vtiq. falsum est. Magno quippe interuallo post mortẽ separari bonos à malis in Euangelio legimus: cùm inter superbum illum diuitem, cum iam apud inferos tormenta pateretur, & illum, qui ad eius ianuam vlcerosus iacebat, iam in requie constitutum, magnum chaos interiectum esse testetur. Aut si propterea Samuel ei dixit: Mecum eris, vt non ad æqualitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mortis referatur, quod vterq. homo fuerit, & vterque mori potuerit, iamq. mortuus viuo mortem prænuntiabat. Secundum vtrumq. igitur intellectum habere exitũ hanc lectionem, qui non sit contra fidem, perspicit opinor prudentia tua: nisi forte profundiori inquisitione inueniatur ad liquidum, vel posse vel non posse animam, humanam, cum ex hac vita migrauerit, magicis carminibus euocari, & viuorum apparere conspectibus, etiam corporis lineamenta gestantem, vt non solùm videri valeat, sed & agnosci: etsi potest: vtrùm etiam iusti anima nõ quidem cogatur magicis sacris, sed dignetur ostendi occultioribus [i] mysterijs summæ legis obtemperans, vt si fieri nõ posse claruerit, non vterque sensus in huius scripturæ tractatione admittatur: sed illo excluso imaginaria similitudo Samuelis Diabolico ritu facta intelligatur. Sed (quoniã siue illud fieri possit, siue nõ possit, tñ fallacia Satanæ atq. imaginũ simulandarũ callida operatio, decipiẽdis sensibus humanis multi formis inuigilat,) pedetentim quidem (ne inquisitionibus diligentioribus præscribamus,) sed tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

potius existimemus tale aliquid factum ma- A ligno spiritu Pythonissæ illius ministerio, quandiu nobis aliquid amplius excogitare atq. explicare non datur. [k] Hæc sunt quæ tunc de Pythonissa, & Samuele scripsit beatissimus Augustinus.

[a] Augustinus Simpliciano. *Lib. 2. q. 3. & ad Dulcitium q. 6.*

[b] Malignus spiritus. Immundus spiritus. *Augustinus & Euch. quamuis maligni ibidem postea vocentur.*

[c] Repagulis vel. *Hæ voces non sunt apud Augustin. aut Euch.*

[d] Quolibet enim modo fecerit hoc ille, factum est: ita & modus quo Samueli factum est, vt excitaretur, similiter latet. *Ita omnino legendus hic locus* B *etiam apud Augustinum mancus, vt ꝛc* factum est, *quod se mel tantùm, sed non eodem in loco apud vtrumq. positum erat, apud vtrumq, repetatur, atq. alter alteri subsidio sit.*

[e] Non conturbat. Non perturbat. *Apud Augustin. & Eucher.*

[f] Illa quoq. figmenta. *Ita apud Aug. in q. ad Dulcitium.* Illæ quoq. effigies, *apud eund. in libr. ad Simplician.*

[g] Transfigurat se in Angelum. *Ita Aug. ad Simplic.* transfigurat se velut Angelum, *ad Dulcit.*

[h] Etiam per infimos, infernosq. spiritus aliquem ver. cogn. *vtrubiq. Augustinus*, per infimos, supremosq. spiritus, *apud Euch.*

[i] Occultioribus mysterijs. *Ita Aug. ad Dulcit.* Imperijs *ad Simp. & apud Euch.*

[k] Hæc sunt, quæ tunc de Pytonissa. *Sed vide, quæ addidit postea ad Dulcitium scribens in fine quæstionis.*

De morte Saulis, & Ionathæ. Cap. XXI.

IGitur exorto prælio, percusserunt Philistæi Israel plaga magna, corruerunt q. in prælio Saul & Ionathas. Quos deniq. pius Propheta figuraliter [a] deflet. Qui cum potentes essent, & semper hostibus prævalerent, sauciati illico ac vulnerati in medio prælio corruerunt. Quomodo, inquit, ceciderunt potentes in medio pugnæ: Hoc etiã modo pium Christianorũ genus deflet eos, qui nõ repugnantes dæmonibus labuntur in seculo, quod est lubricum: Gelboe enim montes, interpretantur lubrici montes.

[a] Quicunq. potentes. *Inter hæc leguntur in Val. plurima Gregorij verba è lib. 4. Moral. cap. 4. de montiũ maledictione, quæ rectè absunt ab alijs libris & à Beda. Nam planè non cohærent.*

DIVI

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.

MYSTICORVM EXPOSITIONES SACRAMENTORVM seu QVÆSTIONES IN REG. II.

Ne Dauid templum ædificet. Cap. I.

POst [a] mortem itaq. Saul, vngitur Dauid, & regnat, transfertque arcam testamenti in ciuitatem suam: qui cum vellet templum Domini ædificare, admonetur per prophetam à Domino, ita: Non tu ædificabis mihi domũ, quia vir sanguinũ es. Quid est igitur igitur, quod erga exteriora bella laboranti Dauid B interdicitur, ne domus Dei ab eo ædificaretur? Templum quippe Dei nos sumus, qui ad veram vitam in eius inhabitatione construimur, Paulo attestante, qui ait: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Sed vir sanguinum templum Deo ædificare prohibetur: quia [b] qui adhuc actibus carnalibus incubat, necesse est, vt instruere spiritualiter Ecclesiam non præsumat, quia nequaquam purè maculam in membro considerat oculus, quem pulvis grauat, & superficias sordes tergere nõ valet manus, quæ lutum tenet.

[a] *Totum caput è Greg. 7. Moral. c. 16.*

[b] Qui adhuc actibus carnalibus incubat. *Ita lib. 6.* incumbit *apud Gregorium.*

De peccato Dauid in Bethsabee. Cap. II.

NVnc & peccatũ Dauid, quid in prophetia signauerit, quãta possumus breuitate perstringamus. Nomina quippe interpretata satis ostendunt, quid etiã hoc factũ præfigurauerit. Dauid, vt diximus, interpretatur manu fortis, siue desiderabilis. Bethsabee interpretatur puteus satietatis, siue puteus septimus. Quãlibet aũt harũ nominis eius interpretationem in id, quod dicere intendimus, assumamus, satis congruit. Nam in cantico canticorum sponsa, quæ illi Ecclesia est, vocatur puteus aquæ viuæ. Et huic puteo septenarij numeri nomen in Spiritus sancti significatione coniungitur, propter rationem Pentecostes, quo die de cælo missus Spiritus sanctus venit. Ad quadraginta nouem autem, quod est septies septem vnum additur, quo vnitas commendatur. In hac ratione viuit Apostolica illa sententia, sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Dono itaque spirituali, hoc est, septenario facta est Ecclesia puteus satietatis: quia factus est in ea fons aquæ salientis in vitam æternam, quẽ qui habuerit, non sitiet in æternũ. Vrias verò, qui fuerit maritus eius, quid aliud, quàm Diabolum, nominis eius interpretatione significat? Huius erant pessimo coniugio deligati omnes, quos gratia Dei liberat, vt Ecclesia sine macula & ruga Saluatori proprio copuletur. Vrias namq. interpretatur lux mea Dei, Hethæus autẽ abscisus, siue quod in veritate nõ stetit, sed à luce sua superna, quam de Deo habebat, superbiæ merito abscisus est: siue quòd cadẽdo, veris viribus perditis, transfigurat se in Angelum lucis, audens adhuc dicere, lux mea Dei est. C Ergo iste quidem Dauid grauiter sceleratéque peccauit: quod scelus eius etiam per Prophetam Deus arguit increpando, & ipse abluit pœnitendo. Verumtamen ille desiderabilis omnibus gentibus, quasi in solario deambulans: quia in sole posuit tabernaculum suum, adamauit Ecclesiam super tectũ se lauantem, id est, mundãtem se à sordibus seculi, & domum luteam spirituali contemplatione transcendentem, atq. calcantem. Et inchoata cum illa primæ conuentionis notitia, postea ab eo penitus separatũ Diabolum occidit, eamq. sibi perpetuò connubio copulauit. Oderimus ergo peccatum, sed prophetiam nõ extinguamus. Amemus

ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum Dauid quantùm amādus est, qui nos à Diabolo per misericordiā liberauit. Amemus istū Dauid, qui tam graue in se vulnus iniquitatis pœnitentiæ,& humilitatis confessione sanauit. Sed fortasse quis dicat, si Dauid imaginem Christi gerebat, quomodo multas vxores & concubinas habuisse scribitur, cum has res Christus & horrescat & damnet? Hoc enim pro figura fiebat: multæ enim vxores Dauid multarum gentium & nationum imaginem indicabant, quæ per fidem Christi consortio iungentur. Concubinæ vero eius, significant hæreticorum Ecclesias, quæ sub Christi nominis titulo manere se gloriantur. Sed quia propter carnalia lucra sectantur Christum, non coniuges, sed concubinæ vocantur. Deniq. nunc Reges, si plures habeant vxores & concubinas, crimen est, quia iam transierunt figuræ, pro quibus vxorum, vel concubinarū venia concedebatur: & nunc, quia figuræ transierunt, venia nulla datur.

[a] *Totum caput ex Aug. lib. 22. contra Faust. c. 87.*

De Absalom. Cap. III.

ILlud verò quid significet, quòd parricida filius Absalom patrem insequens; primò pater eius declinans, fugit ante faciem eius securus de victoria: qui aspiciebat imperiū perire, quem etiam fleuit magno luctu, & deplorauit exitū parricidæ. Scribitur etiam fugisse Dauid à facie bellantis aduersus se filij. Et quoniam scriptum est de populo Ierusalem: filios enutriui & exaltaui, ipsi autē spreuerunt me. Filius ergo eius impius significatur tropicè, id est, populus Iudaicus, qui eum tradidit. Absalom autem, sicut quidam interpretatur, intelligitur patris pax. Quod mirum videtur in historia, quemadmodum patris pax posit intelligi, qui patrem bello persecutus est. Sed qui diligenter ad allegoriam intendunt, inspiciunt Absalom esse Ierusalem, quæ etiam & ipsa pax interpretatur, à cuius facie Christus fugit, quādo eam patiendo deserens in gentibus per fidem successit. Alij Absalom Iudam traditorem intelligunt, quem tanta & tam admiranda patientia Christus pertulit, tanquam bonum, cum eius cogitationes non ignoraret, cum adhibuit conuiuio, in quo [a] corporis & sanguinis sui figuram discipulis cōmendauit & tradidit. Quod denique & in ipsa traditione osculum accepit, bene intelligitur pacem Christum exhibuisse traditori suo, quamuis ille tam sceleratæ cogitationis interno bello vastaretur. Et ideò Absalom patris pax dicitur: [b] quia pater habuit pacem quam ille non habuit.

[a] Corporis & sanguinis sui figuram. *Hoc est corporis & sanguinis sui sacramentum. Puto autem verba esse Græci alicuius patris.*

[b] Quia pater habuit pacem, quam ille non habuit. *Verba sunt Augustini in psalm. 2. Gregorius vero in Prolog. vii. Psalm. pœnitential.* Absalom autem patris pax interpretatur, non quòd ei pax vlla cum patre fuerit: sed quia quantæ pacis, & patientiæ extiterit, eius peruersitate pater ostendit. *Hieronymus verò & Eucherius non patris pacem, sed patrem pacis interpretātur. Idem Etymolog. 7. c. 6. patris pacem per antiphasin dictum putat.*

Quod Dauid sitiens noluit bibere de aqua cisternæ Bethlehem. Cap. IIII.

ITem ipse Dauid in prœlio Philistinorum, cum sitiens cōuersaretur in bello, & aquā quæreret, quis mihi, inquit, potum dabit de lacu, qui est in Bethlehem? & ad portas erat inter lacum, & Dauid interfusus hostis, & media hostilium cinxerāt septa castrorum. Præciderunt tres viri multitudinem aduersariorum, & hauserunt aquam de lacu, qui erat in Bethlehem, & obtulerunt Regi bibendam. Sed rex noluit bibere, sed profudit illam Domino, dixitque: non cōtingat mihi hoc facere, vt sanguinem virorum, qui abierunt, [a] in animis illorum bibam. Vicit ergo naturam, vt sitiens non biberet, & exemplum de se præbuit, quo omnis exercitus tolerare sitim disceret. Quòd si altius velis spectare & introspicere mysterium: sitiebat Dauid, non aquam, quæ est in Bethlehem, sed oriundum in eadem Bethlehem ex Virgine Christum in spiritu præuidebat. Ergo volebat bibere non aquam fluminis, sed lacrum ex latere Christi fluens, hoc est, non aquarum sitiebat elementū, sed sanguinem Christi. Vnde non bibit oblatam aquam, sed Domino fudit, significans sitire se Christi sacrificium: non naturæ fluentum, sed illud sacrificium, in quo esset remissio peccatorum, illum sitire fontem æternum, non quia periculis quęreretur alienis, sed pericula aliena deleret.

[a] In animis illor. bibam. Ἢ ὀπὸ ψυχᾶς αὐτῶν πίομαι, LXX. *Ex quibus sunt etiam alia huius loci verba, & animarum periculum bibam? Dixit Vulg. interpr.*

De Psalmo xvij. Cap. V.

QVæritur autem cur solus septimus decimus Psalmus in libris Regum reperiatur conscriptus. Nec immeritò Psalmus iste in regnorum libris solus inuenitur: quia regnum, illud significatur vbi aduersarium non habebimus. Titulus enim eius est, in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul. Quis enim figurat in Dauid, nisi ille qui venit secūdū carnē ex semine Dauid, qui vtiq. in corpore suo quod est Ecclesia, adhuc patitur inimicos? Vnde illi persecutori, quem [a] voce prostrauit, & in suū corpus traijciēs, quodammodo manducauit, insonuit de cælo: Saule, Saule, quid me persequeris? Quando autem eruetur hoc corpus de manu omnium inimicorum eius, nisi cum illa nouissima inimica destruetur mors, vt perueniatur ad regnum Dei.

[a] Quem voce mactauit, *Ita m. s.o.* voce prostrauit, *Eucherius non perinde eleganter: sequitur enim:* & in suum corpus traijciens quodammodo manducauit.

De catalogo virorum fortium. Cap. VI.

DEhinc texitur catalogus virorū fortium in figura sanctorum: qui licet virtutum sublimitate proficiant, [a] tamen vsq. ad excellentiam diuinæ Trinitatis nequaquam attingunt. Inde est, quod ibi scriptum est, vsque ad tres nō peruenit: quis enim æquabitur Domino, aut quis similis erit Deo inter filios Dei?

[a] Tamen vsq. ad excellentiam diuinæ Trinitatis nequaquam attingunt. *Diuersa est apud Eucherium allegoria.*

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
MYSTICORVM EXPOSITIONES SACRAMENTORVM.
seu QVÆSTIONES IN REG. III.

De Salomone. Cap. I.

SVCCEDIT deinde Salomō,[a] in quo quidem nonnulla imago rei futuræ facta est in eo, quòd templum ædificauit, & pacem habuit, secūdum nomen suum. Salomon quippe interpretatur pacificus. Ac per hoc illud vocabulum illi verissimè congruit, per quem mediatorem ex inimicis accepta remissione peccatorum reconciliamur Deo. Et enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem eius. Idem ipse est ille pacificus, qui fecit vtraq. vnum, & medium parietem maceriæ soluēs inimicitias in carne sua, legemq. mandatorum decretis euacuās, vt duos conderet in se in vnum nouum hominē, faciēs pacem his, qui longè, & pacem his, qui propè. Ipse in Euangelio dicit: pacem meam relinquo vobis. His & multis alijs testimonijs Dominus Christus pacificus esse monstratur.

[a] In quo quidem. *vsq. ad* pacificus. *Verba sunt Aug. 17. de ciuitate Dei c. 8.*

De templi ædificatione. Cap. II.

NAm [a] id quod ædificauit templū excellentissimū Dño: & ibi Christū significat, qui ædificauit domū Deo in cælestibus. Nō de lignis & lapidibus, sed de hominibus sanctis, hoc est, fidelibus, quib[b] dicit Apostolus: templū enim Dei sanctū est, quod estis vos.

[b] Quòd verò eadem domus lapidibus de

Universidad de Deusto
Biblioteca

dolatis atq. perfectis ædificata est, & malleus & securis,& omne ferramentũ non est auditum in templo Dei,cum ædificaretur. Quid enim domus illa, vt prædictum est, nisi sanctam Ecclesiam, quam in cælestibus Dominus inhabitat,figurabat?Ad cuius ędificationem electorum animæ,quasi quidam expoliti lapides,deferuntur. Quæ cum ædificatur in cælis, nullus illic disciplinæ malleus resonat:quia dolati atque perfecti illuc lapides ducimur,vt locis iuxta meritum cõgruis disponamur. Hic enim foris tũdimur, vt illuc sine reprehensione veniamus. Altitudo autem templi huius Dominici ad fidem refertur, longitudo ad spem, latitudo B ad charitatem.His enim tribus virtutibus, quasi lineamentis,sanctæ Ecclesiæ cælestis instructura consurgit. Porrò quod parietes templi interius ligno teguntur, hoc ob mysterium Dominicæ crucis imaginatum est, sub cuius tutela proteguntur omnes sancti, qui indisruptæ pacis perseuerantia,tãquam lapides viui in structura Ecclesiæ, vnitate fidei solidantur. Et bene interius vestitur ligno templum: quia corde creditur ad iustitiam,quòd vero tempore dedicationis gloria Domini impleuit domum, gloria Domini intelligitur Christus:cuius fide repletus est vniuersus mũdus. De qua gloria cum C pro adorato vitulo Dominum precaretur Moyses,vt parceret populo peccatori:respõdit Dominus, propitius ero illis: verumtamen viuo ego,& viuit nomen meum: quia implebitur gloria mea omnis terra: & septuagesimus primus Psalmus canit: implebitur gloria eius omnis terra. Vnde & Angeli clamabant pastoribus: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quòd autem nebula impleuit domum Dei, & non poterant sacerdotes ministrare propter nebulam.Hæc sententia superbos Iudæorum pontifices ac doctores insinuat, qui dum natiuitatis Christi sacramenta inuestigare despiciunt, debitum fidei suæ ministerium per erroris nebulam perdiderunt. Ita enim eorum mentes infidelitatis caligo repleuit,vt exigentibus prophetis meritis non agnoscant cultum credulitatis.Quòd verò Salomon idem in eodem templo duodecim boues æreos fecit, quos in æreo labro constituit, qui facie quidem per diuersas partes attendunt, sed in vno loco per posteriora colliguntur.Quid enim aliud in duodecim bubus, quàm duodecim A Apostolos credimus designari, qui facie quidem per diuersa respiciunt,sed ita in labro sunt positi, vt posterioribus adunentur ? Qui in hac præsenti vita ad prædicationis officium in diuersis mundi partibus sunt diuisi: in illa vero vita, quæ huic vitæ posterior est, quia post hanc videbitur, in æterna gloriæ vnitate conueniunt. Per diuersum ergo mundum prædicando respiciunt, sed in vnum perueniendo consistunt. Ideo autem ærei: quia clamor prædicationis eorum in toto mundo insonuit, sicut scriptum est: In omnem terram exiuit sonus eorum. Labrum autem orbem terræ intelligimus, cuius ambitum lustrauerunt Apostoli,docentes gentes, vt baptizarentur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

[a] Nam quòd ædificauit, *vsq; ad* estis vos. *Augustin. ibidem.*

[b] Quod vero eadem domus, *vsq; ad* veniamus. *Verba sunt Greg. 34 Moral. c. 20.*

De sapientia Salomonis. Cap. III.

LOcutus est autem Salomon tria millia parabolas,& fuerunt carmina eius quinque millia: quid enim per tria millia parabolas,nisi plenitudo fidei in Lege & in Euãgelijs à Christo tradita designatur? Quæ dum tota multipliciter per allegoriarum sensus sub mysterio Trinitatis differitur, quasi tria millia parabolæ nuncupantur. Carmina autem eius quinque millia pro quinque sensibus corporis intelliguntur: quos qui in diuersis virtutibus bene regit, beatus est, & per eos quasi quinque millia carmina Domino canit: disputauit autem Salomon à cedro vsque ad hyssopum. Cedri nomine celsitudo gloriæ in electis accipitur,sicut & Propheta testatur,dicens: Iustus vt palma florebit, & sicut cedrus, quæ est in Libano,multiplicabitur.Hyssopus autem herba humilis est saxo hærens, qua figuratur humilitas Christi.Redemptor quippe noster à cedro vsque ad hyssopum disputauit: quia ab altera excellentia cælestis gloriæ vsque ad carnis humilitatem descendendo peruenit, si quidem & cedri nomine, prauorum superba elatio designatur, sicut per Dauid dicitur: Vox Domini confringentis cedros. A cedro itaque Christus vsque ad hyssopum disputauit: quia

quia ipse prauorum corda & humilium iudicat.Super ligna autem disputauit,dum in cruce pependit. Tunc enim in cedro seculi arrogantiam inclinauit,quàm etiam ad hyssopi humilitatem, id est, vsq. ad crucis stultitiam ac contemptibilem fidem deduxit.

De iudicio Salomonis. Cap. IIII.

LEgitur [a] quoque idem sapientissimus primum habuisse iudicium inter duas B mulieres de pietate certantes: quarum in vna dilectio ardebat, in altera simulatio subripiebat. In illo ergo iudicio Salomonis Christi figura fuit, vbi mulier illa improba, plebs scilicet synagogæ vel hæreticorum, verę matris,hoc est,Ecclesiæ filium appetebat,quem non vt reseruaret, sed reuera, vt interimeret,cupiebat.Sed sicut gladio Salomonis dirimente proprię matris gemitu teste verus repertus est partus: ita & spiritu Iesu Christi docente, plerumque hi qui à matre seducti, & capti sunt errore hæreticorum,nonnunquam merentur pro semetipsis gementem recognoscere Ecclesiam matrem.Vnde satis,cõuenienterq. apparet, C hanc mulierem hæreticorum,vel synagogæ figurasse impietatem, qui & suos nequiter nutriendo interimunt, & alienos quousque perdant,illiciendo persuadent..

[a] *Vid Aug. serm. 200 de temp.*

De regina Austri. Cap. V.

REgina autem Austri, quæ ab interuallis vltimis excitata veniens,Salomonis audire sapientiam concupiuit: iam tunc per D illam ventura de gentibus Regina desiderans Christum figurabatur: quæ iuxta prophetam est circumamicta varietate in vestitu deaurato, & populi sui & paternæ domus oblita currebat cum barbara gente,nõ animo: quæ in aperto peregrina, sed in occulto sanctorum fieri ciuis optabat. Vnde non solùm præmio cælesti resurrectionis beata,sed etiam potestate Apostolica de Iudæis adulteris iudicandis ipsius ore iudicis digna censetur: quia Christum in Salomone mirata, verum reginæ cælestis affectum in imagine mystica Ecclesiam præuidentis impleuerat.

De cæteris operibus Salomonis. Cap. VI.

IAm [a] porrò de cæteris operibus Salomonis quid dicam,quem vehementer arguit sancta scriptura atque condemnat; & nihil de pœnitentia eius,vel in eum indulgentia Dei omnino cõmemorat? Nec prorsus occurrit,quid saltem in allegoria boni significet,hæc eius flenda submersio. Nisi fortè quis dicat, mulieres alienigenas, quarum amore exarserat, significare Ecclesias electas de gentibus. Posset hoc fortasse non absurdè intelligi,si illæ propter Salomonem desererent Deos suos, & colerent Deum eius. Cùm verò ipse propter illas offendit Deum suum,& coluit Deos earum, non est, quid inde boni coniectari possit.

Nec tamen nihil arbitror significare,sed malum,sicut de vxore filiabusque Lot diximus. Apparet enim in persona huius Salomonis mira excellentia, & mira submersio. Quod igitur in illo diuersis temporibus extitit prius bonum & posterius malum, hoc in Ecclesia in isto seculo adhuc simul & vno tẽpore ostenditur. Nam bono illius bonos Ecclesiæ: malo autem illius malos Ecclesiæ significatos puto: tanquam in vnitate illius areę,sic in vno illo homine,bonos in granis, malos in paleis aut certè in vnitate vnius segetis: bonos in tritico,malos in zizanijs.

[a] Iam porrò. *Totũ caput ex Aug. 22 cont. Faust. c. 88.*

De diuisione decem tribuum. Cap. VII.

ILlud [a] verò,quod post mortem Salomonis D decem tribus à templo separatæ sunt, & duæ relictæ:satis indicat, quòd de tota illa gẽte Apostolus ait:reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt.

[a] Ex *Aug. 12. cont. Faust. c. 33.*

De Elia et virtutibus eius. Cap. VIII.

QVid autem significauerunt magni illi ac insignes prophetæ, qui etiam mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rabilia multa fecerunt, Elias & Eliseus discipulus eius? [a] Pascitur enim Elias tempore famis à coruis mane afferentibus panem, & ad vesperũ carnes, vt intelligas illic Christum. Cui quodãmodo salutẽ nostram esurienti confitentur peccatores fidem primitias spiritus nunc habentes: in fine autem velut ad vesperam seculi carnis resurrectionem. Mittitur Elias pascendus ad alienigenam viduam: quæ volebat duo ligna colligere, priusquam moreretur. Non hic solo ligni nomine, sed etiam numero lignorum signum crucis exprimitur. Benedicitur farina eius & oleum, fructus & hilaritas charitatis, quæ cum impenditur, non defecisse dicitur. Hilarem enim datorem diligit Deus. Vidua autem ista, vt opinor, Ecclesia significatur, quam Christus non frumenti, sed verbi pane pascebat. De qua dicit Dauid: Viduam eius benedicens benedicam. Illam scilicet viduam, quam Apostolus ait: mortuo viro, quibus velit nuptijs liberam esse: quia desinente Lege, cui finis est Christus, ad gratiæ libertatem transitum faciens Ecclesia, Christo, quasi vidua Legis, nupsit. Huius nunc in vasis oleum gratiæ, & benedictionis farina non deficit, in omnibus foris gentibus fame manente. Quarum cibi vitæ esuriem, & fidei Trinitatis inediam congruè præfigurauit illa quodam triennio fames. Quòd vero per Eliam in tempore siccitatis nubes illa apparuit, & postea futuræ pluuiæ signum in vestigio hominis ostensum est: significabat, quòd nascente Christo in vestigio hominis ad terras imber de cælo descenderet, qui nos à peccato mundaret.

A

B

Iam ipsa in Babylonia transmig. *Totum propè caput ex. 12. contr. Faust. à cap. 34. vsq. ad 36.*

DIVI

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.

MYSTICORVM EXPOSITIONES SACRAMENTORVM seu QVÆSTIONES IN REG. IIII.

De duobus Quinquagenarijs combustis. Cap. I.

MIttit Rex impius duos Quinquagenarios cum subditis suis militibus, vt exhibeant Eliam, qui diuino igne consumpti sunt: Tertius autem missus saluatur. Quinquagenarius namq. numerus, pœnitentiæ confessio est, quo declaratur remissio peccatorum: Iudæi ergo nolentes Christum Deum esse perfectum, [a] nec principem pœnitentiæ, dicunt ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham nosti? Hi futuro diuini ignis incendio extinguuntur. Tertius autem quinquagenarius, quia conuersus ad fidem Trinitatis pœnitentiæ sacramẽta cognouit, indulgentiam meruit.

Quæritur autem cur Elias vir sanctus super Quinquagenarios maledictionis sentẽtiam sic intulit, vt perirent, dum scriptum sit: benedicite, & nolite maledicere. Sanctus ergo Elias nequaquam illos se instigante maledixit, sed quòd in diuina prædestinatione cognouerat, prophetando, prędixit, in Dei enim dispositione erat ita perire, & Quinquagenarios ad Eliæ vocem, & Simonem ad Petri sentẽtiam. Vnde non vltionis voto sancti maledicunt, sed loquũtur, quod in Dei voluntate esse nouerunt.

A

B

C

[a] Nec principem pœnitentiæ. *Ita libr. 9. & Beda. Nec principem indulgentiæ largitorẽ, apud Eucherium, quæ scriptura videtur alterius interpretatio.*

De Eliseo, et aquis sanatis. Cap. II.

POstulatur Eliseus à populo, vt aquas Iericho steriles & malignas sanaret. Accepit vas rude fictile, & adiecit in eo salem, & demersit illud in flumine, & statim sanatæ sunt. Quo facto prænuntiabat Propheta, quòd verbum caro fieret, & habitaret in nobis: inde in similitudinem verbi salem, id est, sapientiam dedit: in vas fictile in corpus scilicet humanum, immittens in aquã demersit, quod quidem significabat, quia omnes populi, qui sub figura aquarum in toto mundo steriles erant, per Christi incarnationem fœcunditatẽ, & benedictionem accepturi essent.

A

De paruulis maledictis. Cap. III.

IPse [a] quoque Eliseus figuram Christi gessit. Denique vocabulum ipsum salus Dei interpretatur. Salus autem Dei quis est alius, nisi filius eius, qui & Saluator vtique vocatur? paruuli vero illi illudentes saluti Dei, id est, Eliseo, Judæorum habuere personam: quia crucem Domini Saluatoris subsannabant. Quòd dicunt, ascende calue ascende calue; quia in Caluariæ loco Christus ascensurus erat in crucem. Quòd verò conuersus maledixit eos Eliseus, & venerunt duo vrsi de sylua, & interfecerunt quadraginta duos pueros blasphemantes: ita & Christus post passionem suam, & resurrectionem ex mortuis, postea quàm ascendit in cælos, sicut Eliseus ascẽdit Bethel, id est, domum Dei, conuersus maledixit Iudæis. Et quadragesimo secundo anno ascensionis suæ immisit duos vrsos de syluis gẽtium, Vespasianum scilicet, & Titum, eosque crudeli strage deiecerunt.

A

B

[a] *Vid. August. 12. cont. Faust. cap. 35. & serm. 204. de temp.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De mortuo resuscitato. CAP. IIII.

MIttit [a] Eliseus per seruum baculum super mortuum, & non reuiuiscit: venit ipse, coniungit, & coaptat se mortuo, & reuiuiscit. Misit sermo Dei Legem per seruũ suum, & non profuit in peccatis mortuo generi humano. Venit ipse descendens de cælorum sublimitate, quasi de montis altitudine, humiliauit se ipsum, conformauit se nobis, mortuisq. membris sua mẽbra composuit, nostręque mortalitati de suo corpore medicinam aptauit. Deniq. super mortuum septies oscitat, & septiformem spiritum humano dat generi, per quod viuificatum à morte peccatum resurgat.

a *Ex cod. Aug. lib. cont. Faust. & serm. 206.*

De ferro exiliente e flumine. CAP. V.

CVm [a] securibus ligna cęderẽtur, de ligno ferrũ exiliens in profundũ fluminis mersum est, atque in lignum desuper ab Eliseo proiectum, reuersum est. Ita cum impios Iudæos per corpus operata præsentia Christi, tanquam infructuosas arbores cæderet: quia de illo Iohannes dixerat: Ecce securis ad radicem arborum posita est, eis interueniente passione corpus ipsum deseruit, atque ad inferni profunda descendit, quo in sepultura deposito, tanquam ad manubrium spiritu redeunte surrexit.

a *Ex eod. Aug. capite, & sermone 210.*

De additione XV. annorum Ezechiæ. CAP. VI.

DEcumbentem [a] in lectulo Ezechiã, grauique ægritudine laborantem, ex persona Domini Isaias propheta adorsus est, & prædicans illi, quòd moreretur: illo autem exorante Dominum in ipso præstituto termino mortis, confestim Dominus vocẽ eius audiuit, & quindecim annos vitæ deprecãtis extendit. Qui numerus quindecim annorum, quid sacramenti contineat, mysteriúque, cognoscimus. Nam, vt Apostolus ait, secundum quod quis operatus fuerit, ita recipiet. Ideoq. iste rex, quia decalogũ Legis cum quinq. libris Moysi integra conseruatione compleuerat, ideo quindecim annos secundum Legis numerum, quam custodierat, ad vitam auctos accepit: per quod figuraliter sciremus, quia quicunq. per numeri istius mysteriũ totius Legis plenitudinem custodiunt, æternæ salutis præmium consequuntur, ac per Legis cõsummationem ad vitæ æternæ plenitudinem transeunt.

Cuius quidem regis pro signo cõferendæ salutis, decem gradus domus suæ, in quibus vmbra descendere consueuerat, Sol retrorsum ad ortum, vnde descenderat, regressus scribitur. Qui numerus, quid mysterij habeat, videamus.

Nam gradus isti, temporum ordines sunt, per quos vmbra figurarum Christi descenderat, & per quos iterum Sol iustitiæ Christus post resurrectionem ascendit.

Primus itaq. gradus descensionis de Deo in Angelo fuit: quia magni consilij Angelus erat. Deniq; & Iacob sic loquitur: Et dixit, inquit, Angelus Dei. Ego sum Deus, cui vnxisti titulum, & vouisti votum, vt & Angelum & Deum ostenderet. Secundus gradus descensionis de Angelo in Patriarchis fuit: quia in omnibus, vt ait Apostolus, ipse est operatus. Tertius, in Legis dãtione: quia & in lege ipse locutus est. Quartus gradus in Iesu Naue, vt populum in terram repromissionis induceret. Quintus in Iudicibus: quia eundem populum per eos ipse regebat. Sextus in Regibus Iudæorum: quia in eis ipse regnabat. Septimus in Prophetis: quia per eos est nuntiatus. Octauus in Pontificibus: quia ipse summus sacerdos est patris. Nonus, in homine. Decimus in Passione. Per hos enim decem gradus, quos ipse per vmbram Legis priscæ Christus descendit, acrursus post resurrectionem suam Sol iustitiæ Christus, per eosdem gradus sursum ascendit in cælum, & omnẽ illam vmbram Legis veritatis radijs illustrauit, obscura reuelans, clausa reserans, & omnia tecta denudans.

a Decumbentem, &c. Ita *omnino legendum ex Cassiano, cuius sunt verba collat. 17. c. 25. quomodo etiam lib. 1. c. 2. de Ochozia idem dixit:* Decumbenti Regi exposita vestis qualitate compertus est.

De diuitijs Chaldæis ostensis. CAP. VII.

QVod Ezechias diuitias suas Chaldæis iactantia ostentationis prodidit, & propterea perituras per Prophetam audiuit: significat Dei seruum, qui dum virtutes vanæ gloriæ studio & prodiderit, mox eas perdere, & dæmones operum suorum Dominos facere, sicut ille per ostentationis appetitum, thesauros suos esse sub dominio Chaldæorum fecit.

De transmigratione Israel in Babyloniam. CAP. VIII.

IAm [a] ipsa in Babyloniam transmigratio, quo etiam spiritus Dei per Ieremiam Prophetam iubet, vt pergant & orent pro eis ipsis, in quorum regno peregrinantur, quod in illorum pace etiam pax esset istorum, & ædificarẽt domos, & nouellarent vineas, & plãtarent hortos: quis nõ agnoscat, quid præfiguraverit? qui attẽderit, veros Israelitas, in quibus dolus non est, per Apostolicam dispensationem cum Euangelio sacramento ad regnum gentium transmigrasse? Vnde nobis Apostolus tanquam Ieremias replicans, dicit: Volo ergo primo omniũ fieri deprecationes, adorationes, interpellationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & his, qui in sublimitate sunt, vt quietã & tranquillam vitã agamus in omni pietate & charitate. Hoc enim bonũ & acceptũ est coram Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ex hoc quippe etiã illis credentibus constructa sunt domicilia pacis, basilicæ Christianorum congregationum, & nouellatæ vineæ populi fidelium, & plantati horti. Vbi etiam inter omnia olera granũ illud sinapis regnat, sub cuius vmbraculis longè lateq. porrectis etiam altipetax superbia gentium, tanquàm in cæli volatilibus confugiendo requiescit.

a Iam ipsa in Babyloniã transmigra.. *Totum caput ex 12. cont. Faust. c. 36.*

IN ESDRAM.

De LXX. annis captiuitatis. CAP. I.

IAM [a] quod post LXX. annos secundum Ieremiæ prophetiã reditur ex captiuitate, & templum renouattur, quis fidelis Christi non intelligat post euoluta tẽpora, quæ septenarij dierum numeri repetitione trãscurrunt, etiam nobis, id est, Ecclesię Dei ad illam cælestem Ierusalem, ex huius seculi peregrinatione redeundum? Per quem, nisi per Iesum Christum verè sacerdotem magnum? cuius figurã gerebat ille Iesus sacerdos magnus illius temporis, à quo templum ædificatum est post captiuitatem. Quẽ Propheta Zacharias vidit in sordido habitu, detectoq. Diabolo, qui ad eius accusationem stabat, ablatam ei sordidam vestem, & datũ indumentũ honoris & gloriæ: sicut corpus Iesu Christi, quod est Ecclesia, aduersario in fine temporum per iudicium superato, à luctu peregrinationis in gloriam sempiternę salutis assumitur. Quod etiam in psalmo dedicationis domus apertissimè canitur: Conuertisti luctum meũ in gaudium mihi, conscidisti saccum meum, & accinxisti me lætitia, vt cantet tibi gloria mea, & non compungar.

a Nam quod etiam, *vsque ad*, compungar, *verba sunt Aug. 12. cont. Faust. c. 36.*

De vasis Domini in Babyloniã deportatis. CAP. II.

QVòd autem vasa Domini sacrificijs, vel sacramentis mysticis deputata, Rex quondam Babylonius de Ierusalem abstulisse, pariterq. cũ captiuis abduxisse, & suis vsibus deputasse legitur, miserãte autẽ Deo post solutam captiuitatẽ, vasa illa relata sunt non confracta, & diuino rursum cultui mãcipata. Rex Babylonius Diabolus est, qui fidelium populum errorum captiuitate vinctum de Ierusalem, id est, Ecclesiam in Babyloniam, id est, confusionem hæreticę prauitatis abduxit. Sed & partem vasorum, id est, sacramentorũ simul cum captiuis asportauit. Nam vasa sacramentorum ipsa sacramenta significant, per quæ diuini cultus perfectio adimpletur. Detulerunt namque ex eis nonnulla secum hæretici. In primo nomen ipsum Christi, quo se Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stianos vtiq. dicunt, asportauerunt Legem, Euangelium, Apostolum, Psalterium, Baptismum, Amen, Alleluia,

De reditu populi in Ierusalem.

Cap. III.

CVm autem respectu Dei, ignorātiæ confusione relicta populus ad Ierusalem, id est visionem pacis, quæ est Ecclesia Dei vi- A ui, duce Domino, redire festinat, hæc vasa, id est, sacramenta secum deferens, non immutat, sed reportat vtiq. integra: nec cōfringit, quasi in melius renouanda; sed ea templo restituit, vsibusq. diuinis accommodat. Ita vt ea secū nō perdita, sed etiam apud impios seruata fuisse, plebs restituta congaudeat. Nec delemus Euangelium, nec obliteramus Apostolum, Amen quoq. & Alleluia nō cōmutamus, Baptisma nō iteramus.

DE MACHAB.

DE Machabæis autē quid fratribus loquar? qui sub Antiocho rege pro sacris legibus dira tormēta perpessi sunt. Mater pia cum diuersis supplicijs vrgeretur, non solùm nō fleuit, sed & gaudens hortabatur ad gloriam passionis. Sic & mater Ecclesia gaudet, atq. in martyribus suis conlætatur, maioremq. gloriam per martyria filiorum consequitur, dum eos per septiformē spiritum superasse Diabolum gratulatur. [a]Quis poterit omnia, quę illis veteribus Legis, & Prophetarum libris figuratè annuntiantur, quantalibet breuitate perstringere? B Nisi quis forte putat ingenio fieri, vt ea quę rerum ordine per sua tempora cucurrerūt, ad mysticas significationes interpretando vertantur. Hoc forte Iudæi possunt dicere, siue Pagani. Eis autem, qui se Christianos esse volūt, premit ceruicem Apostolica auctoritas dicens: Omnia hæc in figura cōtingebant illis, & hæc omnia figuræ nostrę fuerunt, in quos finis seculorum omniū venit, suntq. vniuersa mysterijs consummata per Dominum nostrum Iesum Christum, cui laus est, & honor, & gloria, regnum & potestas cum Patre, & Spiritu Sancto in secula seculorum. Amen.

[a] Quis poterit omnia, *vsq. ad*, figuræ nostræ fuerunt: *ex eod. lib. c. 37.*

DIVI

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPSCOP.
ALLEGORIAE QVAEDAM SACRÆ SCRIPTVRÆ.

PRÆFATIO.

DOMINO SANCTO, AC REVERENDISSIMO FRATRI OROSIO, ISIDORVS.

QVÆDAM notissima nomina leguntur Legis, Euāgeliorumq. quæ sub allegoria imaginarie obteguntur, & interpretatione aliqua egent, breuiter deflorata contraxi celeriter, vt plana, atque aperta lectoribus redderem. Quæ quia inexplicata sunt, ad- A notata breuis materiola dicendi coēgit, & nec libelli modū permisit efficere, nec plenissimè figurarum mysteria explicare. Erat quidem sensus ita, vt ex dictis, quæ posita sunt, & præcedentia, & subsequentia intelligantur. Hæc itaq, cognitioni tuæ tractanda atq. probanda offerimus, vt quod in ratione verborum, ac sensuum inerudite dependet, emendandum sollicitè cures. Ego enim, mihi charissime, in huius operis reprehēsione excusabilē meipsum æstimabo: quia hæc non meo conseruaui arbitrio, sed tuo commisi corrigenda iudicio.

EX VETERI TESTAM.

ADAM figuram Christi gestauit; B nam sicut ille sexta die formatus ad imaginem Dei: ita sexta mundi ætate filius Dei carnis formam induit, hoc est, formam serui accepit, vt reformaret hominem ad similitudinem Dei.

Adam figurā gestauit Christi. *Hæc allegoria est Apostoli 1. ad Corinth. c. 15. sic enim ait*: factus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificātem. *Et quidem Genes. c. 2. legimus factum esse primum hominem in animam viuētem, hoc est efficaciter operantem, cui membra corporis seruiant, cuiusq. voluntati ac efficaciæ auscultent, vt exponit B. Chrysost. Atq. vt scribit Theodoret. non vocauit secundum Adam spiritum viuentem, sed viuificātem. Omnibus enim vitam largitur. Talem autem Deus hominem creauit, quo per rationē ac intelligentiam omnibus esset animalibus præstantior, quæ mentem huiusmodi non habent, vt luculenter scribit B. Aug. 12. de ciuit. c. 23.*

Ita sexta mundi ætate. *Perfectio senario numero cōprehenditur, propterea Deus sex diebus mundum perfecit, vt docet B. Aug. lib. 11. de ciuitat. Dei cap. 30. caussa autē cur extremo, id est, sexto die conditus fuerit homo, vt scribit elegantèr Greg. Niss. lib. 1. de homine. cap. 2. fuit. Quoniā decebat, vt veluti quodam regni domicilium futuro regi Deus efficeret, & deinde hominem animo quidem immortali, corpore vero mortali præditum in mundum introduceret, vt miraculorum mundi, horum spectator, horum dominus esset, & Deo quidem frueretur per diuiniorem naturam, bonis vero quæ in terra sunt per sensum vteretur simílem, & terrenum. Eadem fere scribit Damas. lib. 2. cap. 11. secundum autem Adam, id est, Christum Dominum nostrum sexta ætate, quæ à B. Iohanne Baptista ad mundi vsque occasum, & interitum pertinet, natum esse ait Eucher. in c. 1. Genes. Deinde, vt inquit B Hier. in Amos c. 5. omnes labores & molestia septimo numero cōquiescēt: sicuti requieuit Deus die septimo ab omni opere, quod patrarat Gen. 2. Quæ requies & septimi diei sanctificatio & benedictio post opera sua valde bona, vt notat Iunilius, designat, quod & nos singuli post opera bona, quæ in nobis Deus operatur ad requiem tendimus vitæ cælestis, quæ, quia sempiterna est, merito idem dies septimus vespera habuisse non traditur.* C

Heua designat Ecclesiam factam per mysterium lauacri, quæ de latere in cruce moriētis Christi profluxit: sicut Heua de costa hominis dormientis.

Per mysterium lauacri. *Hanc allegoriam docuit etiā & illustrem fecit Apostolus: nam cum Genes 2. scriptum sit:* Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam, cumque obdormisset tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dñs Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem, &c.

Sacri

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacramentum hoc magnum esse in Christo & Ecclesia scri- A *ptsit Ephes. c. 5. Nam, vt præclare ait Prosper in lib. de Promissionibus, & prædictionibus Dei,* hoc est magnum sacramentum, quod promissum sperauit Adam, & futurum præuidit: formandam scilicet Ecclesiam ex latere Christi in cruce pendentis. *Vnde Theophylactus enarrans verba illa B. Iohannis c. 19.* Ad Iesum autē cū venissent, vt viderunt eum mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea eius latus aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua, *sic ait:* Non simpliciter hæc fiunt: sed quia Ecclesia per hæc duo & fit, & consistit. Nam per aquam quidē generamur, per sanguinem autem & corpus pascimur. *De quo vberius scribit B. Aug. 12. cont. Faustum Manichæum.*

Abel pastor ouium Christi tenuit typum, B
qui est verus & bonus pastor, sicut ipse dicit, ego sum pastor bonus, qui pono animā meam pro ouibus meis, venturus rector fidelium populorum.

Abel pastor ouium. *In hac allegoria plenior est lectio in M. S. quàm in impress. lib. nam citatur testimonium B. Iohān. c. 10. quod valde ad rem facit. Fuisse autem pastorem Abel declarat 4. cap. Gen. qui primus mortalium omnium fuit clarus virginitate, martyrio & sacerdotio, quibus ornamentis Dominum expressit auctore B. Aug. in lib. de mirabilib. sacræ script. qui venturus rector fidelium populorum propterea dicitur, quod tandem futurus pastor sit vnius ouilis, id est, Iudæorum & gentium ad Rom. 11. & Iohan. 10.*

Cain frater eius, ætate maior, qui eūdem
Abel occidit in campo: priorem significat C
populum, qui interfecit Christum in Calvariæ loco.

Cain frater eius ætate maior. *Et si Philo episcopus sine caussa putat geminos fratres fuisse. Est autem imprimis pulchra hæc allegoria. Occiditur enim Abel pastor ouium à fratre maiore, occiditur Christus pastor & caput populi minoris natu à Iudæorum populo natu maiore, Abel in campo, Christus in Calvariæ loco, occiditur autem vterq. post sacrificium, vterq. Diabolo funestæ inuidiæ facibus parricidarum animos incendente. Et quidem sanguis Abel Deum ad iustā vindictam suo clamore prouocauit, itaq. Cain vagus & profugus erat in terra, vel* στένων καὶ τρέμων *id est, gemens & tremēs, vt verterunt* LXX. *sed longè melius clamat sanguis Christi propter caussas, quas exponit egregiè, B. Aug. cont. Faust.* D *Manichæum vbi ornatissimè hanc explicat allegoriam: cuius meminit B. Ambros. in lib. 1. de Cain & Abel.*

Enoch filius Cain, in cuius nomine pater
condidit ciuitatem, significat impios in hac tantùm vita esse fundatos.

Enoch, *nō* Enos *legendum esse perspicuum est. B. autē Aug in lib. 15. de ciuitate Dei. vel non fuisse Enoch primogenitum Cain (nam & Iudas fuit quartus filius Iacob, à quo tamen Iudæa nominata est. & Iudæi) vel longo post interuallo temporis postquam natus est, conditam esse de illius nomine ciuitatem existimat, cum tam scilicet tam numerosum esset genus humanum, vt ciuitas posset adificari, quæ nihil aliud est, quam hominum multitudo aliquo societatis nomine colligata. B. autem Chrysostomus cum Genes. 4. scriptum sit: ædificatam esse ciuitatem à Cain, qui vocauit nomē eius ex nomine filij sui Enoch, non dissimiliter atq. B. Isidorus ait: vt de quomodo paullatim deteriores fiunt. Quippe hominibus factis mortalibus studium fuit, vt immortalem suam memoriam facerent, partim ex filijs, quos generabant, partim ex locis, quibus filiorum nomina imponebant. Hæc omnia rectè quis diceret peccatorum & ruinæ primæ monumenta, qua è prislina gloria exciderunt.*

Seth, qui resurrectio interpretatur, demonstrat Christum Iesum, in quo est vera resurrectio, & vita fidelium.

Seth, qui resurrectio interpretatur. *Diuina litteræ, vt notauit etiam B. Hier. in quæst. nominis Seth Etymologiū, tradunt ijs verbis:* vocauitq. nomen eius Seth, dicēs: Posuit mihi Deus semē aliud pro Abel, quem occidit Cain. *Itaq. Seth proprie θέσις, id est, positio dicitur à verbo* שית *Soth id est, posuit, sed quia quodammodo suscitatus est Abel in fratre Seth, nam parentum luctum temperauit, & talis erat futurus (vt ait Euthemius) vt impleret Abel sanctitatem, ideo* LXX. *sic conuerterunt* ἐξανέστησε γάρ μοι ὁ θεὸς σπέρμα ἕτερον, *id est,* suscitauit enim mihi Deus semē alterum, *quo circa B. Chrys. sic ait,* Vide verbi diligentiam, non dixit dedit mihi Deus, sed excitauit mihi Deus. Vide quomodo obscurè nobis hoc verbo resurrectionis exordia hic ostendit. *Hoc sequutus B. Isidorus* Seth, *inquit,* qui resurrectio interpretatur. *Neque enim tam respexit ad verbi Hebraici Etymologiam, quàm ad arcanū eius sensum, sicuti fecerūt* LXX. *quod postea Rupertus secutus est. Deniq. B. Aug. hanc ipsam allegoriem his verbis illustrauit in lib. 15 de Ciuit. Dei.* Ex duobus, *inquit,* illis hominibus Abel, qui interpretatur luctus, & eius fratre Seth, qui interpretatur resurrectio, mors Christi, & vita eius ex mortuis figuratur.

Enos filius eius, qui spe inuocauit nomen
Domini, declarat in spe viuentem Ecclesiam, donec ad beatitudinem promissæ felicitatis perueniat.

Enos filius eius, *librim S. sic habēt:* Enos filius eius, qui cœpit inuocare nomen Domini. *Quod conuenit cum nostra ex Hebræo versione. At libri impressi habent hoc modo* Enos filius eius, qui spe inuocauit nomē Domini. *Quæ lectio congruit cū interpretatione* LXX. *qui hoc modo sunt interpretati* ὗτος ἠλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ, *id est,* hic sperauit inuocare nomē Dñi Dei. *Itaq. Græci scriptores, & B. Augustinus qui hac versione vtebantur, huius loci arcanum sensum similiter atq. B. Isidorus prodiderunt. Nam Greg. Nazianz. sic ait.* Præclara res est fides, spes, charitas, tria hæc. Et de fide testimonium attulit Abraham, qui iustus est habitus propter fidem: De spe Enos, qui primus sperauit inuocare nomen Domini. *Et apertius B. Augustinus in lib. de ciuit. Dei 15. inquit.* Quid sibi hoc vult, sperauit inuocare, nisi quia prophetia est exortorum populum, qui secundum electionem gratiæ inuocaret nomen Domini Dei. *Sic B. Augustinus qui hāc caussam esse putat, vt huic propriè tribuatur, quod piorum omnium*

nium fuerat commune. Sunt tamen qui putent eius tempore instaurat. atum fuisse Dei cultum, ritumq. cœpisse Deum cæremonijs colendi, vt scribit Lypomanus. Quidam autem celebres Græci scriptores propter ignotationem linguæ Hebraicæ existimarunt reddi Etymologiam nominis Enos, cum dicitur A hic sperauit, &c. *Cum Enos, quod notauit B. Hier. homo vel vir dicatur, sicut Adam homo dicitur.*

Lamech seculi huius figuram tenuit, cuius peccatum Christus per sanguinis sui effusionem post 77. mundi generationes absoluit, iuxta quod eas Lucas Euangelista descripsit.

Lamech seculi huius figuram tenuit. *Multa concurrerunt in Lamech Caini nepotem (errāt enim qui filium* B *Mathusalæ accipiunt) & in eius liberos, quæ vitam humanam deprauarent, vt notat præclare B. Hier. Nam ipse sanguinarius, & homicida primus vnam carnem in duas duxit vxores, & eius liberi ea repererunt, quæ animos hominū vel ad voluptatem, vel ad crudelitatem inflammarent. Non est autem certum vnumne, atq. eum Cain, an duos occiderit. Illud certum est, dixisse ipsum duabus vxoribus suis, de se expetendam vindictam septuagies septies. Cuius loci arcanū sensum sic Damaso scripsit B. Hier.* Quæritur quæ sint 77. vindictæ, quæ in Lamech exoluendæ sunt. Aiunt ab Adam vsq. ad Christum generationes 77. lege Lucam Euangelistam, & inuenies, ita esse, vt dicitur. *Et paullò post.* Lamech peccatū, id est, totius mundi, atq. sanguinis, qui effusus est, Christi soluetur C aduentu, qui tulit peccata mundi. *Idem postea Nicolaus Pontif. Lothario regi scripsit, & Alcuinus secutus est.*

Henoch, qui fuit septimus ab Adam & translatus est: significat septimam requiem futuræ resurrectionis, quando trāsferentur sancti in vitam perpetuæ immortalitatis.

Henoch, qui fuit septimus ab Adam. *De Henoch scriptum est Gen. 5.* Ambulauitq. cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. LXX. *posteremam hanc partē sic verterūt,* ὅτι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός, *id est, quia transtulit illum Deus. Vnde Apostolus ad Heb. 11. hæc ipsa* LXX. *verba citauit. B. Chrysost. & Theodor. putant curiosum* D *esse inquirere, quo Deus transtulerit Henoch, & num vsque ad tempus præsens viuat. Sed vtrumq. docet Spiritus Sanctus Eccl. 44. bis verbis.* Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam. *No tandum autem est, Enoch quidem filium Cain, de cuius nomine prima ciuitas appellata est, improbos significare, qui (vt rectè ait Strabus) in præsenti vita suæ spei radicem figunt: Henoch vero hunc, qui fuit septimus ab Adam, qui tanquā sexta die, sexta ætate seculi per Christi aduentum ad sanctitatē formatur, eos significat, qui septima ætate in vitam immortalem transferentur, vt alibi ait idem Isid. exposuit etiam hanc eandem allegoriā B. Aug. in lib. 15. de ciuit. Dei c. 19.*

Noe, qui interpretatur requies: similitudinem præfert Domini, in cuius Ecclesia requiescunt, quicunque ab huius seculi excidio liberantur, sicut in arca.

A Noe, qui interpretatur requies. נח requies interpretatur, B. Hieron. ab eo igitur, quòd omnia opera retro quieuerunt per diluuium, appellatus est requies. Similiter B. Chrys. *sic appellatum puerum inquit, vt ex interpretatione vocabuli omnes discerent generalem interitum imminere, vt vel timore castigati arcerentur, & virtutem amplecterentur. Sed, vt rectè scribit Caietanus, Si Lamech verba Etymologiā nominis Noe exponentis perpendantur, de agriculturæ labore videtur esse sermo, ait enim,* iste cōsolabitur nos ab operibus, & laboribus manuū nostrarū in terra, cui maledixit Dñs. *In quibus tamē verbis suberat prophetia de Ecclesia & de Christo. Illud cōstat à Spiritu Sancto per B. Petrū epist. 1. c. 3. hanc allegoriam insignē & illustrē esse factā.*

Sem vero Prophetarum, & Apostolorum tenuit typum, qui ex eius stirpe nascuntur.

Sem vero. *Genes. 9. ait Noe.* Benedictus Dñs Deus Sem. *Quibus verbis pater Noe Sem pietatem prædixit propter veri Dei cultum apud eius posteros permansurum, vt præclarè scribit Theodor. Liquet igitur Noe vaticinatū fuisse, nam Abraham, & Patriarchæ ac deniq. salus, & decus generis humani Christus Iesus ex Sem orti sunt.*

Iapheth figurauit populum gentium, qui
versatur in Ecclesijs Israelitarum.

Iapheth figurauit populum gentium. *Genes. 9. dixit Noe:* dilatet Deus Iapheth & habitet in tabernaculis Sem. *In quibus verbis recondita est egregia hæc allegoria. Nam vt scribit* B. *Hieronymus.* De Sē Hebræi, de Iapheth populus gentium nascitur. Quia igitur lata est multitudo credētium à latitudine, quæ Iapheth dicitur nomē accepit. Quod autem ait: & habitet in tabernaculis Sem, de nobis prophetatur, qui in eruditione & scientia scripturarum eiecto Israel versamur. *Et vt rectè inquit* B. *Aug.* In Ecclesijs Christi habitat gentiū latitudo, & gentes fruūtur ijs, quæ Iudæis parata erant, *vt in 9. c. Genes. scribit etiam B. Chrysostomus.*

Cham Iudæos significat, qui Christum
incarnatum, atq. mortuum deridet.

Cham Iudæorum. *Huius loci allegoriam, id est altiorē* D *sensum luculenter declarat B. Augustinus contra Faustum Manich. lib. 12. & 12. de ciuit. Dei c. 2.*

Chanaam filius eius, qui pro patris delicto maledictione dānatur, posteritatem indicat Iudæorum, qui in passione Domini damnationis sententiam exceperunt, clamantibus Iudæis: sanguis eius super nos & super filios nostros.

Nemrod gigas Diaboli typum expressit qui superbo appetitu culmen diuinæ celsitudinis appetiuit dicens: ascendam super altitudinem nubiū & ero similis Altissimo.

Nemrod gigas. *De Nemrod legimus Genes 10.* Chus genuit Nemrod. Ipse cœpit esse potens in

terra

Universidad de Deusto
Biblioteca

terra,& erat robustus venator coram Domino, pro A
גִּבּוֹר Gibbor LXX. verterunt γίγας gigas: Nostri vero interpres potẽs vertit,& paullò post robustus. Venator autem ideo dicitur, quòd rapto vineret,& crudelis esset tyrãnus. Cuius imperij initium fuit Babylon, quæ mundũ, qui totus in maligno positus est, significat, ideoq. Apocalyp. 18. vocatur habitatio dæmoniorum. De Nemrod autem legendus est B. Chrysost. 11. Gen. & B. Aug. in 16. lib. de ciuit. Dei c. 3.

Heber in cuius domo propria loquela remã sit, cęteris linguis diuisis, Redemptorem nostrum insinuat, in cuius Ecclesia vnitas fidei sine schismate perseuerat.

Heber, in cuius familia, *in lib. m. s.* est vnitas fidei re B
ctius, quàm in impressis, fides vnitatis. Ab Heber autẽ magis, quam ab Abraham Hebræos dictos esse, qui Hebræam linguam conseruarunt, existimat B. Aug. in loco supradicto. In quo populo ciuitas Dei in sanctis peregrinata est, & in omnibus sacramento adumbrata. Ideo autem non est linguæ suæ amissione mulctatus, quòd expers fuerit criminis turrim ædificantium, quæ ab euentu Babel appellata est. Gen. 11.

Melchisedech, qui de fructibus terræ sacrificium Domino obtulit, regnum Christi, qui est verus rex iustitiæ,& sacerdotium figurauit, cuius corporis, & sanguinis sacramentum, id est oblatio panis,& vini in toto orbe terrarum offertur.

Malchisedech, qui de fructibus. *In lib imp. est* vel C
sacerdotiũ: *sed melius in m. s.* & sacerdotiũ. *Cum sacerdotiũ Christi, & regnũ significauerit Melchisedech, de quo scriptum est* Gen. 14. At vero Melchisedech rex Salẽ proferens panẽ,& vinum, (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, *scilicet* Abram. Et *quamuis* Hebræi, *& quidam alij putent aliter, multò tamen rectius sentiunt, qui affirmant Melchisedech sacrificiũ Deo pro Abraha nobili victoria obtulisse.* נשׂא enim hoc est, proferens, vel offerens, verbum est, quod vsurpatur sæpe in sacrificãdo. Itaq. noster interpres pulchre vertit id quod sequitur. Et ipse sacerdos Dei altissimi. Erat enim sacerdos Dei altissimi. *Nam sæpe, & sumitur pro enim. Refert autem* B. Hier. *in longa, & erudita epist. quem scripsit* Euagrio *constantem esse* Hebræorum *opinionem, Melchisedech fuisse* Sem *filium* Noe. *Et addit illum panẽ, & vino puro simpliciq. sacrificio Christi dedicasse sacramentum. Nobilitauit autem hãc allegoriam Apost. ad Hebræ. cap. 7. & illud psal. 109.* Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinẽ Melchisedech.

Abraham Dei patris gestauit typum, qui filium suum dilectum pro mũdi salute tradidit immolandum.

Abraham Dei patris gestauit typum. *Similiter exposuit hanc allegoriam Origenes in 22. Gen. &* B. *August. lib 12. contra Faustum, & serm. 71.*

Tres angeli ad eum venientes diuinam historialem insinuant Trinitatem.

Tres Angeli, B. *Aug. in serm. de tempore 63. sic ait,* in eo quòd tres vidit Abraham Trinitatis mysterium intellexit. Quòd autem quasi vnum adorauit, in tribus personis vnum esse Deum cognouit. *Idem scribit* B. Hilar. *in 4. & 5. li. de Trin. &* B. Greg. *in hom.* 18.

Duas autem vxores, quas habuit Abrahã id est, liberam, &, ancillam, Apostolus duo esse testamenta designat.

Duas autem vxores. *Huic allegoriæ magnam auctoritatem dedit Apostolus, qui vbi rem gestam exposuisset, de duabus vxoribus Abram, Spiritu Sancto afflatus adiecit: illa esse per allegoriã dicta, id est, aliud esse gestum, aliud figuratũ, vt ait* B. Ambros. *qui vna cum Ruperto perspicuè totam allegoriam exponit.*

Isaac, & Ismahel duos populos ex vtroq. testamento procedentes significant.

Puer Abraham imaginem priscæ legis designat, per quem prophetice Dño nostro Iesu Christo Ecclesia sponsa præparata est.

Esau hispidus, atque rufus, populus est Iudæorum, in Christum, & prophetas impia persecutione sanguineus, & indicio pilosæ cutis tegmine peccatorum horribilis.

Esau hispidus. *Emendatè scriptum est in lib. m. s.* Impia persecutione sanguineus, *vitiosè autem in imp.* Impia persecutione sanguinis. *Porro Esau, quòd totus in morẽ pellis hispidus natus sit. Gen. 25. Seir est appellatus. Nãcur Edom vocatus sit, disertis verbis docẽt sacræ litteræ, Gen. 36. eodem. Dixit enim fratri Iacob*, da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum, quã ob caussam vocatum est nomen eius Edom. *Sed rufus etiam natus est, ad quod alludit allegoria. Itaq. falluntur, qui hoc nomen Edom sortitum esse putant. Eucherius autem & Rupertus similiter scribunt Esau Iudæorum populum præsignasse, qui Dominum, & Prophetas occiderunt.* 1. Thes. 2.

Iacob autem Christum demonstrat, siue populum gentium, qui Dei patris benedictione prælatus est priori populo Iudæorũ.

Iacob autem. *Hanc allegoriam tractat etiam B. Aug. in lib. 16. de Ciuit. Dei. c. 37.* D

Labam Legis, & Diaboli habuit typum, ex cuius corpore assumpsit sibi Christus duas cõiuges, plebis scilicet circũcisionis, & gentium.

Lia Synagogæ figuram habuit, quæ infirmis oculis cordis sacramenta Dei speculari non potuit.

Rachel verò clara aspectu Ecclesiæ typum tenuit, quæ cõtemplationis acie Christi mysteria cernit.

Vir, qui cum Iacob luctam iniit, Christi certamen cum populo Israel figurauit: nã si cut Iacob claudicauit in certamine ita Iudæi claudicauerunt fide in Dñi passione.

Vir, qui cum Iacob. *Cum Angelus in specie humana luctaretur cum Iacob* 32. Genes. videretque quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius & statim emarcuit. Et benedixit ei in eodem loco. *Quocirca præclarè inquit* B. *Aug. in lib. 16. de Ciuit. Dei. c. 39.* Erat vnus, atq. idem benedictus Iacob,& claudus, benedictus in eis, qui ex eodem populo in Christum crediderunt, atq. in infidelibus claudus, de quibus prædictum est,& claudicauerunt à semitis suis. *Caussam autem huius luctæ fuisse ait Theod. Vt timenti fratrem Esau fiduciam inijceret, qui etiam se superari ab illo passus est. Ac si diceret. Me victi, & hominem vinces.* B

Lot typum habuit sanctorum, qui in fine seculi ab impiorum incendio liberabũtur.

Vxor Lot eorum tenuit typum, qui per gratiã Dei vocati postmodũ retro respiciũt.

Vxor Lot. *Idem significatum esse arcano sensu, cum vxor Lot versa est in statuam salis, scribit Orig. in 5. c. Iob.* immo Dominus Luc. 17. *hoc testatus est cũ ait,* memẽto vxoris Lot, *quo loco Theophyl.* præclare *(inquit) ad exemplum posteritatis, quasi columnæ inscriptum fuisse malũ, quod illa perpessa est.* Iosephus quidem, qui tam multis seculis fuit posterior, se hanc statuam vidisse affirmat. Salis autem propterea fuit, aut quoniam prudẽtiæ symbolum sal est, & ciborum condimentum, mortalium hoc exemplo cõdirentur affectus, & mores ad prudentiam formarentur, quæ elucet in diuinis præceptis cudiendis, quæ si seruasset vxor Lot, non pœnæ sed profectus sui posteritati exẽplum reliquisset.

Consequenter ipse Lot Legis gestauit personã, de qua infidelitatis opere pereunt, qui ea carnali intellectu vtuntur.

Consequenter Lot. *In lib. impr. vitiosè scriptum est:* qui etiam, *pro:* qui ea, *quod est in m. s. hanc autem per obscuram allegoriam sic perspicuè tradit* B. *Aug. prosua excellentis scientia.* Lot, *(ait lib. 22. cont. Faust.)* futuræ legis videtur gestasse personam, quã quidam exillo pro creati, & sub lege positi, male intelligendo quo- D dammodo inebriantes, atq. non legitime vtendo, infidelitatis opera pariunt, *de toto autem facto eius, & figurarum idem scribit eruditissimè in eodem libro.*

Filiæ eius duæ Samariam significãt & Ierusalem, quæ fornicantur in Lege per adulterium illicitæ doctrinæ.

Ruben primogenitus interpretatur visionis filius, populum figurauit, qui violauit cubile Dei patris, quando carnem, quam sibi Christus desponderat, confixit in patibulo crucis.

Ruben primogenitus. *Emendatè est in lib. m. s.* desponderat, *vitiosè autem in impr.* spoponderat. *Ideo autem Ruben, id est, visionis filius a matre Lia est appellatus, vt filij nomine admoneretur, se Dei beneficio, qui eius angorem viderat, illum genuisse, cum à viro despiceretur, vnde nominis etymologiam interpretans dixit,* vidit Dominus humilitatem meam. *Gen. 29.*

Simeon scribas designat Iudæorum, qui in furore suo occiderũt Prophetas,& in dolore suo suffoderunt fixuris clauorum Christum, firmissimum murum, in quo credẽtes stabili robore communiuntur.

Simeon Scribas designat. *Iacob grauissimis verbis increpauit filios Simeon, & Leui Gen. 49. quod contra fœderis religionem in cæde Sichimitarum sint crudelissimè bacchati ob stuprum Dinæ oblatũ à Sichem. In quibus verbis Spiritus Sancti instinctu pronuntiauit sanctus senex illustrem prophetiam contra scribas, & sacerdotes, qui communi sententia Dominum occiderunt. Illi enim ex Simeon, hi ex Leui orti sunt, vt ait Cyrill. & Orig. in c. supradictum. Sunt autẽ aliquot verba ex ipso vaticinio replicata in hac allegoria.*

Leui & auctor,& figura est principum sacerdotum, qui Christum crucifixerunt.

Iudas significat Christum, qui in cubili sepulcri, quasi leo securus, corporis somno victoq. mortis imperio post triduũ resurrexit.

Issachar Ecclesiæ tenuit typum, quę subiecit humerum suũ ad crucis onus portandũ. C

Issachar Ecclesiæ typum tenuit. *Mẽdosè sequitur in lib. imp.* qui subiecit, *emẽdate autẽ in m. s.* quæ subiecit.

Zabulon eandem significat Ecclesiã, quę secus fluctus huius vitæ inhabitans omnes tentationes & turbines seculi portat.

Zabulon. *Non minus grauis error est in hoc loco.* Quæ secus fluctus huius vitæ inhabitantes. *Legendum enim est,* inhabitans, *vt habent m. s. exemplaria. Exponit hanc allegoriam præclarè* B. *Ambros. de benedict. Patriarcharum c. 5.*

Nephthalim exprimit omnes sanctos prędicatores, qui instar cerui transiliẽtes ad supernas se erigunt, cunctisq. credentibus doctrinæ eloquia conferunt. D

Nephthalim. *De Nephthali dixit pater Iacob. Genes. 49.* Nephthali ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis. *Vbi Eucherius de Apostolis, & Euangelij prædicatoribus arcano sensu intelligi hoc ait, qui cũ cerui quod veloci cursu ad cælestia contendant, & de latibulis animorum virulentos quodammodo extrahant & necent, rectissimè comparantur Marc. 16.*

Dan Antichristũ significat, qui in via vitæ huius vngulas equi, id est, extrema seculi

Universidad de Deusto
Biblioteca

supplantare nititur morsu pestiferæ prædi- A
cationis, vt eijciat eos, qui extollũtur in huius mundi delicijs, & diuitijs.

Dan Antichristũ significat. *In lib. impr. est*, in huius mũdi delicijs *sed luculẽtius in m. s* in huius mũdi delicijs, & diuitijs. *Pulchrè, & copiosè exposuit hanc ipsam allegoriam* B. *Greg. 31. Mor. c. 18.* Theodoretus *etiam quæst. 109. in Genes. ait, Spiritum Sanctũ hæc de Antichristo prænuntiasse, quæ à Patriarcha Iacob de Dan dicta sunt. Idem etiam sentit* B. *Ambros. in lib. de benedict. Patriarch. cap. 7. vbi Antichristum de tribu Dan futurum scribit.*

Gad Christum demonstrat, qui in secũ-
do aduentu suo contra Antichristũ accin- B
ctus virtute iudicis præliaturum se nuntiat.

Gad Christum demonstrat. *Tam in lib. imp. quàm in m. s. est.* præliandum se nuntiat, *forte fuit error librariorum, pro* præliaturum. Eucher. *inquit, Gad ante & retro accinctum ad præliandum Christi Domini personam exprimere, qui ante, & retro cõtra Antichristum præliabitur gladio verbi Dei, de quo gladio mentio fit psal. 44 &* Matth. 10. *Addit etiam* B. *Ambros. Moysen explicuisse Deut. 33. hanc Prophetiam euidenter esse de Christo.*

Aser eundem demonstrat Dominum Ie-
sum Christum : cuius pinguis est panis in
ore fidelium. C

Aser eundem demonstrat. *De Aser dixit pater Iacob:* Aser panis pinguis, & præbebit delicias regibus, *quod vaticinium similiter de sacrosancta Eucharistia intelligunt* B. *Ambros. in lib. de benedict. Patriarch. c. 9. &* Eucher. *cum Ruperto in 49. c. Gen.*

Ioseph, qui venditus est à fratribus & in
Ægypto sublimatus Redemptorem nostrũ
significat à populo Iudæorum in manus per
sequentium traditum, & nunc in gentibus
exaltatum.

Beniamin Pauli Apostoli imaginem prę-
tulit, quia & minimus omnium Apostolorũ
fuit electione, & de tribu eius descẽdit: iste D
est lupus rapax mane persecutor diripiens,
vespere doctor pascens.

Beniamin Pauli Apostoli *In lib. impres. est*: qui & minimus Apostolorũ: *sed plenius in m. s.* quia & nouissimus, & minimus *&c.* Et quidẽ minimũ Apostolorũ se ipse appellat 1. Cor. 15. *& nouissimum. De Beniamin autẽ sic dicit pater Iacob Gen.* 49. Beniamin lupus rapax mane comedet prædã, & vesperè diuidet spolia. *Quæ verba, quod ad mysticum sensum pertinet, de Paulo Apostolo manifestissimam prophetiam esse scribit* B. Hieronymus *in quæst. Hebr. quod in adolescentia sua persecutus Ecclesiam, in senectute prædicator Euangelij fuerit. Copiosè autem imprimis, & ornatè de hoc ipso disserit* B. *Ambr. de benedict. Patriarchar. c. 12. fuisse autem Paulum de tribu Beniamin constat ex c. 3. epist. ad Philip.*

Manasses prioris populi figuram gesta-
uit. A

Manasses prioris populi. *Connexa est hæc allegoria cum sequenti, in qua mendum est in lib. impr.* præpositus est maior, pro maiori. *Breuiter autem* B. *Cyrillus has allegorias cõplexus est his verbis,* præfertur Ephraim Manasse, hoc est, gentes Iudæis, qui aduersus fetum impiè egerunt, atq. nouissimi fiunt primi, & primi nouissimi. *Ducit etiam* B. *Ambros. ex etymologia nominum argumentum hoc modo. de benedict. Patriarch. c.* Manasses ex obliuione Latina interpretatione significatur, eoquòd populus Iudæorum oblitus est Deum suum, qui fecit eum. Ephraim autem fœcunditatem fidei interpretatione nominis pollicetur, quod proprium est populi iunioris, qui corpus est Christi augens patrem & Deum proprium nõ derelinquens,

Ephraim autem gentium, qui per bene-
dictionem Patriarchæ præpositus est maio
ri populo Iudæorum.

Thamar Ecclesiæ imaginem gestat, quæ à
Christo per annulum fidei, & virgam cru-
cis conceptionem sanctæ meruit vberratis.

Thamar Ecclesiæ. *Sapienter docet* B. *Aug. in lib. 22. cont. Faust. cur de quibusdam malis operibus hominum in scripturis sanctis, quædam non mala, sed bona futura significentur. Ibidem etiam docet typum Ecclesiæ gessisse Thamar.*

Duo gemini in vtero Thamar duos po-
pulos figurauerunt : quorum posterior na-
tus, qui manum prior ex vtero misit, quia
gẽtium populus antea quidem est per pro-
phetas ostensus: sed postea reuelatus, cuius
ideo obstetrix ligauit dexterã cocco, quia
idem populus per sanguinẽ Christi crucis
notatus est signo.

Dina filia Iacob Synagogam, vel animã
significat: quam in exterioribus seculi curis
repertam Sichem princeps terræ opprimit,
id est, Diabolus vitio concupiscentiæ carna
lis corrumpit.

Dina filia Iacob. *Elegãter enarrat hanc allegoriam* B. *Greg. lib. de cura past. p. 3. c. 30. de mente, quæ sua studia negligens actiones alienas curat.*

Bala concubina Iacob, quam Ruben in-
cesto crimine polluit, significat legem vete
ris Testamenti, quam populus Israel præua
ricando commaculauit.

Iob in factis, dictisq. suis personam expri-
mit Redemptoris.

Vxor eius, quæ eum ad maledicendum
prouocat, carnalium prauitatem designat.

Tres amici Iob typũ tenuerũt hæreticorũ: qui

qui sub specie consolandi studium seducẽ- A
di gerunt.

Eliud vero doctorem superbum, & arro-
gantem demonstrat: qui duriùs increpatio
nem suam fidelibus intra sanctam Ecclesiã
irrogat.

Eliud vero. *Pulchrè ponitur ante oculos arrogantia Eliud. c. 32. Iob, & quam inflatus, atq. ira percitus inuectus sit in amicos suos, & in sanctum virum Iob.*

Pharao figurã habuit Diaboli: qui huius
seculi captiuitate populum Dei perdere &
terrenis vitiorum operibus prægrauare ten
tauit.

Pharao figuram. *Opera carnis, de quibus Apostolus agit c. 4. ad Galat. comparat cum luto, & lateribus, de quibus fit mentio Exod. 1. hanc autem allegoriam copiosè persequitur* B. *Aug. in serm. 84. de temp. & 85. &* B. *Cyrillus in supradict. c. Exodi.* B

Filia Pharaonis, quæ Moysen expositum
ad ripã fluminis, collegit, Ecclesia gentium
est: quæ Christum ad flumen salutaris laua-
cri reperit.

Moses typum Christi gestauit: qui popu-
lum Dei à iugo Diabolicæ seruitutis eri-
puit, & ipsum Diabolum in ęterna pœna da
mnauit.

Aaron sacerdos, qui cruore victimarum
populum expiabat, significat Christum: qui
sacrificio sanguinis sui peccata diluit mũdi. C

Maria soror Moysi Synagogæ speciẽ præ-
tulit: quæ leprosa propter detractionem, &
murmurationem contra Christum extitit.

Maria soror Moysi. *Cur eam Aaron socius fuerit peccati, sola Maria lepra affecta sit, causas exponit* Theodoret. *in quæst. Num. q. 23.*

Vxor Moysi Æthiopissa figurauit Ec-
clesiam ex gentibus Christo coniunctam:
cuius ob caussam zeli Synagoga obtrectãs
aduersus Christũ, illico contagio lepræ per-
funditur.

Vxor Moysi Æthiophissa. B. *Augustin. in lib. quæst. super Num. q. 20. rectè sentit solam fuisse Moysi vxorem Sephoram Madianitidem filiam Iethro, cæterum eam vocari Æthiopissam, quòd Madianitæ aliquando appellentur Æthiopes in sacris literis vt 2. Paralip. 14. cum Iosephat bellum gesserit contra illos. Idem scribit Theodoretus in q. 22. in eundem lib. Num. confutata opinione, vel potius fabula Iosephi & Apollinarij.* Caussa ergo conuitij fuit, quod alienigenam Moysen duxisset vxorẽ. Aaron autem Israelitidem. Hanc autem allegoriam præclarè exponit B. *Aug. in serm. 86. de verb. & Theodor. in q. 4. in lib. Exodi.*

Amalech designat Diaboli figurã: qui ob-
tinus Dei populo per signũ crucis euincitur.

Amalech designat. *Res gesta narratur Exod. 17. Est autẽ Amalechites regio in deserto ad meridiem Iudææ trãs vrbem Petram, vt scribit* B. Hier. *de loc. Hebraicis. Amalech porro nepos Esau nomine, & generis auctor fuit huic genti. Gen. 36. Tractat autem nobilem hanc allegoriam* B. *Aug. in ser. 93. de tempore, vbi ait Moysen ipsa eleuatione manuum mysterium crucis ostendisse. Et vt eruditè ait Theodoretus in q. 34 in Exod. quemadmodum cum famulus Domini manus tenderet, cadebat Amalech: ita Domino manus tendente in cruce Diaboli castra iugulata sunt.*

Sehon quoq. rex Amorræorum, qui ver-
titur in Latinum tentatio oculorum, eun-
dem Diabolũ significat, qui mẽdacio fallẽ-
di sese in Angelum lucis trãsfigurat. Ipse est
Og rex Basan, qui interpretatur conclusio,
qui intercludere molitur difficultate vitio-
rũ viam fidei nostræ, ne pateat nobis trãsi-
tus ad regnum promissum vitæ æternæ.

Sehon quoq. *hic quoque correctiora sunt exemplaria m. s. quæ sic habent:* ipse est Og rex Basan. *Nã in lib. impr. est,* ipse est rex Basan. *Vtraq. autem hæc allegoria ex etymologia præcipue nominum Sehon, & Og orta est.*

Viri septuaginta duo seniores, super quos
ceciditspiritus Dei, septuaginta duas natio
num linguas in hoc mundo diffusas osten-
dunt, ex quibus multi credentes gratiam
Spiritus Sancti acceperunt.

Septuaginta duo viri seniores. *In m. s. lib. sic scriptus est locus hic :* Septuaginta duo viri seniores super quos cecidit spiritus Dei, septuaginta duas natio-
nũ linguas. *cũ in lib. impr. vtrobiq. duo desiderentur. Et qui dẽ fuisse septuaginta duos illos viros, quos diuinus afflauit spiritus numeratis Eldad, & Medad perspicuũ est legenti c. 11. lib. Num. Totidẽ etiã fuisse gentes, quæ ex tribus filijs Noe ortæ sunt docet diligẽter* B. *Aug. in lib. 16. de Ciuit. Dei c. 3. computatis gentibus, quæ numerãtur Gen. 10. & sanè hac de caussa existimatur Dominus 72. discipulos elegisse Luc. 10. quos significabant 72. palmæ repertæ in Elim. Exod. 15. vt notat Theophylact. in dictum c. Lucæ.*

Dathan, & Abirõ, & cæteri, qui se à Moy-
se, & Aaron segregantes sacrificium vsurpa-
re conati sunt, hæreticorum prauitatẽ desi-
gnant, & perniciem eorum, qui se à sacerdo D
tibus Christi, & à societate Ecclesiæ diuidũt
& sacrificia profana assumunt.

Dathan & Abiron. *Principes seditionis contra Moysen & Aaron extiterunt Core & Dathan atq. Abiron, cũ Hon, aliique ducenti quinquaginta viri proceres Synagogæ Num. 16. Et quidem quod Core seditionem mouerit minus fortasse mirum, erat enim ex tribu Leuitica : de cæteris vero tribus seditionis principibus eam rationem affert Theodor. in q. 33. in Num. quòd cum orti essent ex Ruben primogenito, illi sacerdotium adhuc competere existimabant. Notandũ autẽ est in Theodoreto perperam poni Eliab, pro Hon filio eius.*

Balaã, qui cadẽs apertos oculos habuit ty
pũ corũ tenuit, qui per fidẽ cognitionẽ Dei
habẽt, sed obscurati malis operibꝰ corruũt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Balaam, qui cadens *Hanc egregiam allegoriam noster* A *Isidorus à* B. *Gregor. cuius fuit studiosissimus, mutuatus est. Is enim lib. 25. c. 14. in 34. Iob. sic ait.* Vnde etiam de Balaam scriptum est, qui cadens apertos habet oculos, cadẽs quippe in opere, apertos tenuit oculos in contemplatione. Ita ergo hi etiam oculos aperientes in fide, & non videntes in opere, intra Ecclesiam positi pia specie, extra Ecclesiam positi sunt impia conuersatione.

Phinees, qui Zambri, & scortum in adulterio conuersantes pariter interemit, figurã tenuit sanctorum Doctorum: qui Iudæos, & hæreticos spirituali mucrone in amplexu falsæ doctrinæ concurrentes feriunt.

Ille, qui in Sabbatho ligna colligens lapi- B dari iubetur, significat eum, quem Christus inueniet cum peccato in die iudicij.

Duodecim exploratores Scribarũ & Pharisæorum imaginem tenuerunt: qui Israeliticum populum auerterunt, ne confiderent diuinç repromissionis gratiam adipisci posse per Christum.

Duo portitores, qui de terra promissionis botrum in ligno humeris gestauerunt, duorum populorũ significantiam expresserũt, quorũ prior Iudaicus gradiens auersus terga dat Christo, posterior Christianus eum, quem vehit, inspicit & sequitur Christum.

Iesu Naue imaginem Saluatoris expressit, qui nos in terram repromissionis induxit, & in regnum cælestis gloriæ collocauit.

Iesu Naue. *Iosue filium Num. quem* LXX. *Iesum filium Naue vocant, virum insigni animi fortitudine Moyses & vitus habuit ministrum, & moriens imperij successorem. Eius primum mentio fit Exo. 17. Cum nobilem pugnam iniit cũ Amalech, in qua etiam victor fuit. Quocirca præclarè ait Origenes in illum ipsum locum.* Vsq. ad hunc locũ beati nominis Iesu nusquam facta est mentio, hic primũm vocabuli huius splendor effulsit. *Idem cũ vndecim sociis terram promissam explorauit, & Iudæos fractos metu ac debilitatos confirmauit. Num. 13. Quo loco Osee, id* D *est, Seruator appellatur, id quod notauit in q. 25. in Num. Postremo populo Dei post deuictum vnum & triginta reges, in terram promissam introducto, illam diuisit. Et cum nomine tum rebus præclarissime gestis Christi Iesu Saluatoris nostri imaginem expressit.*

Raab meretrix figuram tenuit Ecclesiæ, quæ per coccum, id est, per passionis Dñicę signum, ab interitu mundi saluatur.

Raab. *Nam Iericho, id est, Luna mundum significat, qui totus in maligno positus est 1. Iohann. cap. vlt. A cuius exitio Christi sanguine liberamur.*

Duo exploratores missi ab Iesu in Iericonquos suscepit Raab, duo intelliguntur testamenta in mundum missa: quæ suscepit Ecclesia ex gentibus congregata.

Acham, qui de Iericho anathemate concupiuit, significat nequam, & peccatorem, qui post fidem seculares mores, vel mundi illecebras appetit.

Gedeon, qui cum trecẽtis viris perrexit ad prœlium typum Christi gestauit: qui in signo crucis de mundo victoriã reportauit. Trecẽtorum enim numerus in Tau littera cõtinetur, per quã crucis species ostẽditur.

Gedeon. *De littera T. Græca sermo est. Hanc autem allegoriam egregiè tractat B. Aug. his verbis in q. 37. in lib. Iud. numerus, quia trecenti erant, signum insinuat crucis propter litteram T. Græcam, qua iste numerus significatur, per quos etiam gentes magis in crucifixum credituras præfiguratum est, quod littera Græca est. Vnde Græcorum nomine Apostolus, omnes gẽtes significat, cum dicit: Iudæo primum & Græco. Quòd in linguis gentium Græca ita excellat, vt per illam omnes decenter significentur.*

Sisara typus Diaboli fuit. Iahel autem, quæ tempora eius clauo, & malleo transfodit, Ecclesiæ typum expresit: quæ per vexillum crucis Diaboli imperium interfecit.

Ipsa quoque Debora eiusdem Ecclesiæ typum portans, deuicto in Sisara Diabolo, C canticum cælestis gloriæ proclamat.

Iephte, qui pro victoria obtenta filiam immolauit, Redemptoris ostẽdebat figuram, qui ex mundo triumphans carnem propriã in sacrificium obtulit.

Iephte. *B. Hieron. ait, in vouendo illum fuisse stultum, & in reddendo impium. In eadem sententia est B. Thomas. Sed B. Aug. q. 49 in lib. Iud. quæstionem hanc magnam esse ait, & ad iudicandũ difficillimam, de qua ipse copiosè in prolixis & eruditè disserit. Vtcunque sit, certũ est de quibuslibet malis operibus hominum in scripturis sanctis, quædam nõ mala, sed bona futura significari, id quod eruditè probat idẽ B. Aug. in lib. 12. cont. Faustum.*

Samson Saluatoris nostri mortem, & victoriam figurauit, siue quia de faucibus Diaboli gentes, quasi fauum ab ore reperti leonis abstraxit, siue quia post mortẽ plures lunis abstraxit, siue quia post mortẽ plures lucratus, plurimosq. moriẽsquã viuẽs, extinxit.

Dalida, quæ Samson verticem decalauauit, Synagogam significat: quæ Christum in loco Caluariæ crucifixit.

Ruth alienigena, quæ Israelitico viro nupsit, Ecclesiam ex gentibus ad Christum venientem ostendit.

Booz autem Christum verum Ecclesiæ A sponsum expresit.

Anna, quæ fuit sterilis, & postmodum fœcunda facta est, Ecclesiam Christi significat: quæ prius in gentibus erat sterilis, nunc largiter pollet per vniuersam terram prole numerosa fœcunditatis.

Heli sacerdos reprobatus abiectionem sacerdotij veteris testamenti præfigurauit.

Samuel verò, qui reprobato Heli in ministerio sacerdotali successit, noui sacerdotij successionem abiecto veteri sacerdotio B prænuntiauit.

Samuel verò. *Samuelem non fuisse sacerdotem, sed Leuitam multi existimant: ortus enim est ex Abiathar filio Cohen 1. Paral. 6. cum sacerdotes necesse fuerit originem ducere ex Aarõ. Atq. id videtur innuere psal. 98. his verbis Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: de Samuele autem ait, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. At B. Aug. hoc ipso loco affirmat sacerdotem, & quidẽ magnum fuisse Samuelem. Et 2. lib retr. c. 43. ait: Samuelis patrem non fuisse quidem sacerdotem, reperiri tamen in filijs Aaron.*

Duo filij Heli sacerdotes, qui capta à gentibus arca perempti sunt, significant postetiratem sacerdotij prioris fuisse extinctam, C & Legis testamentum, ad cultum gentium esse translatum.

Saul regni Iudaici insinuat repromissionem, vel reprobationem, siue eiusdem populi æmulationem, qui Dauid, id est, Christum iniusto odio inuidiæ conatus est occidere.

Dauid filij Dei & saluatoris nostri expresit imaginem, siue quod insectatione Iudæorum iniustam persecutionem sustinuit, siue quia Christus ex eius stirpe carnem assumpsit.

Vrias Hetheus typũ habuit Diaboli, cuius D coniugio prius erat copulata Ecclesia, quã Christus concupiuit lauantem à sordibus seculi semetipsam, & per lauacri vndam purificantem.

Salomon Christi prænuntiat figuram, qui ædificauit domum Deo in cælesti Ierusalem, non de lignis & lapidibus, sed de sanctis omnibus.

Regina Austri, quæ venit ad audiendam sapientiam Salomonis, Ecclesia intelligitur, quæ ad verbum Dei ab vltimis finibus terræ congregatur.

Roboam filius Salomonis, & Ieroboam seruus, quibus Israel in duas partes diuisus est, significant diuisionẽ illam in Domini aduentu factam, in qua pars credentium ex Iudæis regnat cum Christo, qui est ex Dauid genere ortus: pars verò secuta Antichristũ, cuius ad cultum nefandæ seruitutis errore constricti sunt.

Golias designat Diabolũ, cuius eleuationis superbiam Christi prostrauit humilitas.

Elias Christũ demõstrat, quia sicut igneo curru ad superna sublatus est, ita Christus ministerijs Angelorum assumptus est in cælũ.

Vidua, ad quam mittitur Elias pascendus, Ecclesia est: ad quam per fidem venisse legitur Christus, cuius farinæ, & oleo benedicitur, & nõ deficit, id est, gratia corporis Christi, & chrismatis vnctio, quę toto mũdo quotidie impenditur, & nunquam minuitur.

Vidua ad quam mittitur Elias, *duas has allegorias de Elia & Christo tractat præclarè B. Aug. in serm. 201. de tempore, qui sermo est 2. in Dom. 3. de Trinitate.*

Elisæus eundem Redemptorẽ Dñm figurauit, qui de montis altitudine, id est, cælorũ descendens sublimitate humiliauit seipsum à forma Dei vsq. ad formã hominis, ac mortuis membris sua mẽbra cõposuit, & nostrã mortalitatẽ sui corporis medicina sanauit.

Pueri, qui insultantes Elisæo, clamabant: ascẽde calue, ascẽde calue, & inuasi ab vrso perierunt, indicant populum Iudæorũ, qui puerili stultitia deriserunt Christum in loco Caluariæ crucifixũ, & capti à duobus vrsis, id est, Tito & Vespasiano interierunt.

Pueri qui per stultitiã. *Rectus est in lib. m. s.* qui pueri stultitia, *quã in impr.* qui per stultitiã. *Id quod docẽt hæc verba B. Aug. quæ ab illo mutuatus est noster Isidorus, ait enim in lib. 12. contra Faust.* Elisæo pueros insultantes & clamantes, calue, calue, bestiæ comedũt: puerili stultitia detidentes Christum in loco Caluariæ crucifixum, inuasi à dæmonibus pereunt. *Superiorem autem, de eodem Elisæo & Domino allegoriã exponit B. Ambr. in epist. vlt. lib. 4.*

Puer Elisæi cum baculo ad resuscitandum mulieris filium missus typum priscæ Legis ostẽdit: quæ generi humano trãsmissa nihil præstitit, nisi quod in virga solã auctoritatem seueritatis monstrauit.

Sunamitis filius mortuus humani generis figuram tenet, super quod Christus septies oscitãs spiritũ septiformis gratiæ spiritualiliter aspirat, per quem à morte peccati reuiuiscat.

Septem millia viri, de quibus dictũ Eliæ, A quòd non curuauerunt genua ante Baal, significant numerum sanctorum, qui spiritu septiformis gratiæ adimpleti, Diabolo renuntiauerunt.

Naaman Syrus significat populum ex gentibus, maculis delictorum pollutum, atque à Christo per sacramentum baptismi purificatum.

Naaman Syrus. *Exponit hanc allegoriam B. August. in ser. 108. de tempore, vbi egregiè ait: audiuit Naaman puellã, & venit ad Elisæum, audiuit populus gentium propheriã, & venit ad Christum. Naaman veniens ad Elisæum sanatur à lepra, & populus gentium veniens ad Christum ab* B *omni peccatorum lepra purgatur.*

Ozias rex, qui ob meritum scelerum suorum in fronte contagio lepræ perfunditur, regnum indicat Iudæorum, qui dedecus & malum perfidię in fronte gerunt, vbi crucis signum portare debuerant.

Ezechias rex, cui pro bono opere quindecim anni ad vitã adijciũtur, significat omnes sanctos, quibus ad acquirendam vitam æternam quinq. libri Legis cum decem verbis Decalogi dati sunt, vt per complementum Legis, & præceptorum regni cælestis plenitudinem consequantur.

C Iosias rex, qui celebrauit Pascha, & de tẽplo Domini idola multa depulit, significat Christum, qui pro nobis passionẽ suscepit, atque omnia execrabilia gentium de templis corporis nostri deijciens, igne virtutis suæ exusta comminuit, atq. in huius seculi torrentem proiecit.

Sedechias, cuius oculos in Reblatha rex Babylonis euulsit, diuites & peccatores huius mũdi significat, in Latinum enim vertitur Reblatha, multa hæc: ideoq. iste significat eos, qui in huius mundi multa actione, & D affectione inuoluuntur, atque à Diabolo capti intelligentiæ oculos perdunt.

Isaias formam Euangelistarum, & Apostolorum expressit, qui vniuersa sacramenta Christi. non quasi futura, sed quasi præsentia prædicauit.

Ieremias autem in verbis & passionibus suis mortem, & passionem figurauit Domini Saluatoris.

Ezechiel imaginem Christi gestauit, qui positus in terrena peregrinatatione, populum salutaribus præceptis instigat.

Daniel, qui vitam cœlibem tenuit, similitudinem habuit continentia sua eorũ, qui sunt in otio sancto, & terrenis copijs non abutuntur.

Oseas Christi demonstrat figuram: qui ex fornicatione gentium assumpsit in corpore suo Ecclesiam.

Oseas. *Hanc allegoriam illustrauit, & multis similibus exẽplis locupletauit B. Hier. in proœm. ad Pammach. in Oseã Prophet.*

Ioel, qui interpretatur incipiens, indicat typicè eos, qui fidei ostium & diuinæ scientiæ incipiunt cognoscere sacramentum.

Amos pastor & rusticus, Christi est typus, qui ab officio pastorali pecorum, id est, ab Hebræorum regimine translatus, nũc alios greges pascit in gentibus.

Abdias, qui in Samaria cẽtum pauit Prophetas, significat omnes fidei prædicatores, qui in hoc mundo alimentis sacrarum scripturarum omnes credentes reficiunt.

Ionas Christi mortem figurauit, qui tribus diebus ac noctibus in corde terræ, quasi in ventre ceti, quieuit.

C Habacuc luctator fortis, populus est fidelis, qui super excelsa cõstitutus, in cruce Dominũ contẽplatur dicẽs, cornua in manibus eius, ibi confirmata est virtus gloriæ eius.

Habacuc. *Ait B. Hieron. in proœm. in Ioelem,* συγκρατιαστὴς, *id est, amplexans, siue amplexatio, siue luctãs. Atque, vt idem ait in proœm. in Habacuc, vel ex eo quod amabilis Domini est, vocatur amplexatio, vel quod in certamen & luctam, &, vt ita dicam, amplexum, cum Deo congreditur, amplexantis, id est, luctantis sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce, ausus est Deum ad disceptationem vocare iustitiæ. Ibidem Græcos & Latinos notat, quòd apud eos corruptè nomen* ἀββακὼμ. *Id est* Habacum *legeretur, qui apud Hebræos dicitur* חֲבַקּוּק Habacuc.

Sophonias, qui interpretatur, speculator, vel absconditũ Domini, significat eos qui per contemplationis arcanum, ad perfectũ perueniunt meritorum.

Sophonias. *Nomen Sophoniæ inquit B. Hieron. in 1. c. eiusdem prophetæ, alij speculam, alij arcanum Domini transtulerunt.*

Æggæus & Zacharias, figuram gestauerunt sanctorum, qui nobis in huius peregrinationis vita futurum tempus liberationis declarant.

Aggæus & Zacharias. *Caussam dedit huic allegoriæ, quod hi duo prophetæ secundo anno Darij regis Persarũ filij Histaspis, cum septuagesimus annus vastitatis templi, quem prædixerat Ieremias, esset completus, Iudæos ad templi instaurationem mirificè incitauerunt.* A

Malachias, qui Angelus Domini interpretatur, typum Saluatoris nostri tenuit, qui Angelus magni consilij dicitur.

Iesus sacerdos magnus figuram gerebat Christi, per quem ex peregrinatione seculi huius, ad cælestem Ierusalem nobis patet ingressus.

Zorobabel sacerdos, typus est Domini Saluatoris, qui reduxit de captiuitate popu- B lum, & de viuis lapidibus construxit Domino templum.

Iudith & Esther typum Ecclesiæ gestant, hostes fidei puniunt, ac populum Dei ab interitu eruunt.

Tobias, priscæ legis imaginem tenuit, cuius oculos Iudaicæ hirundines obcæcant, dum eos luminis sacramenta malè intelligentes obcæcant.

Tobias filius eius, Dñi nostri Iesu Christi imaginem habuit, qui velut absconditam & C obcęcatam figurę caligine Legem claritate suæ virtutis illuminat.

Tres pueri prætulerunt figuram sanctorum, qui corpus suum in persecutionẽ pro Christi nomine obtulerunt.

Susanna figuram Ecclesiæ habet, quam testes falsi Iudæi, quasi adulteram Legis, accusant.

Nabuchodonosor rex, typus Diaboli fuit, qui hæreticorum plebem erroris captiuitate deuictam, de Ierusalem, id est, de Ecclesia in Babyloniam, id est, in ignorantiæ confusionem abduxit.

Princeps coquorum, qui muros Ierusalem subuertit, hoc significat, quòd omnes, qui ventris desiderio seruiunt, virtutes animæ destruunt.

Princeps coquorum. *Hæc allegoria cum* LXX. *versione congruit. Id enim quod Hebraicè dictum est de Nabuzardã,* 4. *Reg. c. vlt.* רַב טַבָּחִים *rabtabbahim. Noster interpres vertit, princeps exercitus:* LXX. *vero* ἀρχιμάγειρος, *id est, princeps coquorum. Caussam huius varietatis doctè exponit Lyponanus, in caten. 37. Genes. B. quidem Hieronymus in quæst. heb. sic ait: in plerisq. locis archimagiros, id est, coquorum principes; pro magistris exercitus scripturæ commemorat,* μαγειρεύειν. *quippe Græcè interpretatur occidere. B. etiam Augustinus in quæst. in Gen. sic scribit: nolunt quidam præpositum coquorũ interpretari, qui Græcè* ἀρχιμάγειρος *dicitur, sed præpositum militiæ, cui esset potestas occidẽdi. Nam sic appellatus est ille, quem Nabuchodonosor misit, penes quẽ potius inuenitur primatus fuisse militiæ.* D

Machabæi septem, qui sub Antiocho acerbissima perpessi tormẽta glorioſissimè coronati sunt, significant Ecclesiam septiformẽ, quæ ab inimicis Christi multam martyrum stragem pertulit, & glorię cælestis coronam accepit.

EX NOVO TESTAMENTO.



Vatt uor Euangelistæ Iesum Christum sub quattuor animalium vultibus figuraliter exprimũt.

Matthæus enim eundem Redemptorem nostrum natum, & passum annũtians, in similitudinem hominis com- D parat.

Marcus à solitudine exorsus, leonis figuram induit, & Christi regnum inuictum, potentiamque proclamat.

Lucas quoque per vituli mysticum vultum Christum pro nobis prædicat immolatum.

Iohannes autẽ per figuram aquilæ eundem Dominum post resurrectionem carnis demonstrat euolasse in cælum.

Iohannes autem. *Hæ primæ quinq. allegoriæ sumptæ sunt ex 1. c. Ezech. quo loco B. Hierony. eruditè differit de hoc argumento, quod vberius tractat in proœmio in commentarios super Matth. Congruunt autem cum vaticinio Ezechielis ea, quæ de eisdem animalibus scribit B. Iohann. Apocal. cap. 4.*

Petrus personam Ecclesiæ gestat, quæ habet potestatem dimittendi peccata, atq. reducendi ab inferis homines ad cælestia regna.

Apostoli quoq. omnes totius Ecclesiæ portant typum, quia & ijdem in dimittẽdis

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatis similem acceperũt potestatem, habentes quidem & formam Patriarcharum, qui per verbum prædicationis in toto orbe terrarum Deo populos spiritualiter genuerunt.

Septuaginta duo discipuli significant illustrationem totius orbis per Euangeliũ Trinitatis. Viginti quattuor enim horis mundus omnis peragitur, qui numerus triplicatus propter eãdem Trinitatẽ in Lxxii. deducitur. Iccirco autem mittuntur bini, propter prædicãdum Dei amorem, & proximi, vel mysteriorum gemina testamenta.

Septuaginta duo: *Mundum peragi 24. horis perinde est, ac si diceret, motu primi cæli (empyreum excipio) 24. horis inferiores omnes cælestes orbes circumagi.* B

Ioseph typicè Christi gestauit speciem, qui ad custodiam sanctæ Ecclesiæ deputatus est, quæ non habet maculam, aut rugam.

Maria autem Ecclesiam significat, quæ cum sit despõsata Christo, virgo nos de Spiritu sancto concepit, virgo etiam parit.

Zacharias sacerdos, qui Angelo iubente obmutuit, silentium Legis, & Prophetarum adueniente Christo ostendit.

Iohannes formã habuit Legis, qui Christum annuntiauit, & remissionem peccatorum per lauacri gratiam prædicauit.

Magi figurauerunt gentium populos lucem fidei cognituros, indicantes sacramentorum muneribus Christum: per thus, esse Deum: per myrrham, hominẽ passum, atq. sepultum: per aurum, regem omnium seculorum.

Herodes qui infantibus necem intulit, Diaboli formam expressit, vel gentium, qui cupientes extinguere nomen Christi de mundo, in cæde martyrum sæuierunt.

Muti in Euangelio significant illos, qui fidẽ Christi non confitentur.

Cæci illos signant, qui fidem, quam credunt, nequaquam intelligunt.

Surdi illos figurant, qui non exhibẽt obedientiam præceptorum.

Claudi illos demonstrant, qui implere præcepta salutaria negligunt.

Homo prudens, qui ædificauit domum suam supra petram, significat doctorem fidelem, qui in Christo doctrinæ suæ, & vitæ suæ stabilimentum constituit.

Ille verò, qui ædificauit domum suam super arenam, hæreticũ designat, qui ædificat doctrinã falsam, vt ruinã faciat magnam.

Ille verò. *B. Chrysost. in c. 7. Matth. tractat hanc allegoriam, & tres causas reddit, cur impij homines cum arena conferantur. Quòd steriles sint & infœcundi, quòd in varias opiniones distracti non cohæreant inter se, & quod sint innumerabiles, sicut arena, Apoc. 20. B autem Hieronymus propriè putat hoc hæreticis conuenire.*

Leprosus, quem Christus descendens de monte primum curauit, humanum indicat genus delicti cõtagio maculosum. Hoc Redemptor, dum de cælorum altitudine quasi de monte descendit, à vario dæmonũ cultu detraxit, atq. in vniratem fidei reparauit.

Leprosus. *Hanc allegoriam videtur à B. Isidoro, Bedâ sumpsisse, qui fuit eius imprimis studiosus, & centum annis posterior.*

Centurio fidem gentium significat, quæ salutem filij sui infirmi ad mortem petens humiliter dixit: Domine non sum digna, vt in tres sub tectum meũ, quæ persecuta sum Ecclesiam tuam.

C *Notat autem B. Augustinus, Centurionem, cum iam Iudæa Romanorũ præsidijs teneretur, Gentilem fuisse: quem ait B. Hieronym. principem extitisse gentium credituarum.*

Puer autem Centurionis, & filia Chananæa mulieris, quos Christus non veniens ad eos saluat, easdem gentes ostẽdunt, quas Dominus non corporali præsentia visitauit, sed per fidem verbi saluauit.

Ipsa quoque mulier Chananæa Ecclesiæ ex gentibus gerit figuram, quæ tanquam canis quærebat micas de mensa dominorum, id est, satiari doctrinis Apostolorum & Prophetarum.

D Socrus Petri febriens significat Synagogam æstu carnalium desideriorum accensam, cuius filia est pars illa credentium, quæ data est Petro regenda.

Scriba repudiatus, qui propter quæstum Dominum sequebatur significat eos, qui Christi fidem non propter Dominum, sed propter lucrum seculi appetunt.

Scriba repudiatus. *B. Hieronymus ait, scribam repudiatum, quod signorum videns magnitudinem sequi voluerit Saluatorem, vt lucra ex operum miraculis quæreret, hoc idem desi deraße, quod & Simon Magus à Petro emere voluerat.*

Dæmoniacus, quem Dominus in regione Gerasenorum à dæmonum legione curauit, significat Gentilem populum multorũ cultibus dæmoniorum obnoxium.

Pastores porcorum fugientes, qui ea, quæ gesta sunt, nuntiant in ciuitatem, significãt principes impiorum, qui dum fidem Christi fugiunt, virtutes tamen eius stupentes mirantur, & prædicant.

Paralyticus iacens in lectulo, anima est vitijs dissoluta in corpore suo, quæ dum fuerit B gratia Christi per peccatorũ remissionem sanata, confestim pristino robore recepto resurgit, & lectũ carnis, in quo debilis ante iacebat, ad domum virtutum reportat, vt se intra conscientiæ suæ secreta constringat, & nequaquam in exterioribus vltra voluptatibus dissoluta discurrat.

Paralyticus. *Correctiores sunt lib. M.S. qui habent:* anima vitijs dissoluta, *quã impr. in quibus est,* anima vitijs desolata: *nã alludit ad etymologiam Græcæ vocis. Paralyticus enim dictus est, quod paralysi laboret, qui morbus sic est Græcis appellatus, quòd nervos laxet & dissoluat, ἀπὸ τοῦ παραλύω εἰμι, quod est dissoluere, itaq; Tertullianus propriè & eleganter dixit in Apologia de Christo, paralyticos restringere, pro sanare.*

Archisynagogi filia, ad quam dum curandam pergeret Dominus, tamen priusquam ad eam veniret, tetigit eum à tergo mulier, quæ pro fluuio sanguinis laborabat, figuram habuit Ecclesiæ venientis ex gentibus, quæ dum post prædicationem, & post passionem & post Ascensionem Christi credidit, quasi à tergo Dominum tetigit, & ante accipere salutem, quàm Synagoga, promeruit.

Archisynagogi filia. *Rectè autem scribit B. Chrysost. feminam non esse ausam coram ad Dominum accedere, quòd ex legis præscripto immunda esset. Nobilitatum autem est diuinum illud miraculum planè diuino miraculo & lectu dignissimo, quod narrat Euseb. lib. 7. hist. Eccl. c. 14.*

Duo cæci iuxta viam sedentes, significant vtrosque populos Iudæorum, atq. Gẽtilium per fidem Christo appropinquantes, qui dixit: ego sum via, veritas, & vita.

Dæmonium habens, cæcus, & mutus, qui scribitur à Saluatore curatus, indicat eos, qui ex idolatria gentium ad fidem Dominicam conuertuntur, quibus tamen expulso à corde dæmonum cultu, dum primum lucem perceperint fidei, postea ad laudãdum Deum eorum lingua resoluitur, vt confiteantur eum, quem antea negauerunt. A

Homo manum habens aridam significat Synagogam, vel animam misericordiæ operibus infructuosam, cui cum dicitur, extende manum tuam, admonet semper porrigendam eleemosynam pauperibus.

Homo, de quo immundus spiritus exiens rursus eum occupat, significat populum Iudæorum, & hominem pœnitentem, cui per subsecutam negligentiam, acrius mentem occupat carnis voluptas, adiunctis secum alijs septem spiritibus vitiorum, id est, iracũdia, auaritia, inuidia, atq. ventris ingluuie, inani gloria, fornicatione, atq. superbia.

Pater familias proferens de thesauro suo noua & vetera, Christus est proferẽs de impenetrabili sapientia sua gemina testamẽta, scilicet, vetus, in quo fœlicitas terrena promittitur, & nouum, per quod regnum cælorum speratur. C

Homo, qui seminauit in agro suo granum sinapis, Christus est, qui seminauit fidem in mundo, in quo volucres cæli, id est, spirituales animæ requiescunt.

Mulier, quæ fermentum abscondit in satis tribus, significat sapientiam spiritualis doctrinæ feruentem in Trinitatis amore.

Mulier quæ fermentum abscondit. *Hesychius lib. 1. in Leuit. c. 2. sic ait: abscondit in farina sata tria, Ecclesiam significans, qua in Trinitatis verbo fermentat theologiæ mysteria. Hanc allegoriam interpretatus B. Hieronymus præmisit, nunquam parabolas & dubiam ænigmatum intelligentiam, ad auctoritatem dogmatũ proficere. Sed fortasse alius auctor rectè reprehenditur, qui non ad animum pietate informãdum, sed ad stabiliendum sanctæ Trinitatis mysterium, hanc adhibuit allegoriam, contra quam docet B. Augustinus in epistola ad Vincen. Donat. Illud obiter notandum est, satũ, cui apud Heb. respondet nomẽ סאה Seach (neq. enim Hebraicum aut Græcum, sed Syrũ nomẽ est) genus fuisse mensuræ, quæ continebat tertiam partem æphi. Et quidem B. Hieronymus aliquando satum vertit. Vt Gen. c. 18. vbi etiam sit mentio trium satorum. Sic enim Abraham ait Saræ: accelera tria sata similæ cõmisce. nonnunquã vero modiũ, vt 4. Reg. 7. cras modius similę statere vno, & duo modij hordei vno. Hic enim habent Hebræa seaeh, id est, satũ. Itaq; fortasse quis miretur, cur idem Hiero. enarrans hãc parabolã Matth. 13. scripserit. Satum genus est mensura iuxta morem prouinciæ Palæstinæ, vnum & dimidiũ modium capiens. Quod proculdubio sumpsit ex Iosepho, qui lib. 9. antiq. c. 4. ait: satũ* D

fert

Universidad de Deusto
Biblioteca

fert modium vnum & semis Italicum. Sed ne viro summè docto nota inuratur dicendum erit, non eundem fuisse modium, sed alium atq; alium pro regionum varietate. Probabiliter autem suspicatur Lansenius c. 57. præclari operis, quod concordiam Euangelicam appellauit, ideo Dominum trium satorum farina in hac parabola meminisse, quod mos sortasse fuerit in Iudæa, vt tantundem panis in vsum familiæ semel conficeretur. Id quod congruit cum loco prædicto Gen. 17. & aliquot alijs sacræ scripturæ locis. Si quis autem rationem diligenter inierit, inueniet æphi, siue satatria, paullò plus capere, quàm capiunt in Hispania celemini 10.

Homo, qui absconditum thesaurum in agro reperit, ille est, qui in isto mundo venditis omnibus Christum, vitamque æternam acquirit.

Quinque millia viri, qui quinque panibus, & duobus piscibus pasti sunt, Ecclesiæ sunt populi, qui per quinque corporis sensus, alimento legis spiritualis à Christo reficiũtur, & duplici testamento, quasi gemellis piscibus saturantur.

Quattuor autem millia viri, qui alijs septem panibus aluntur, eadem gentium Ecclesia est, quæ in quattuor mundi partibus diffunditur, atq. vbertate septiformis gratiæ recreatur.

Ille, qui sæpè nunc in ignem, nũc in aquã cadebat, mũdum significat. Ignis autem inflammantem cupiditatem, aqua carnis voluptatem demonstrat, in quibus semper arreptus quotidiano lapsu præcipitatur.

Moyses, & Elias, qui apparuerunt cum Domino in monte, Lex & Prophetia intelligũtur, quarum vocibus passio & resurrectio, & gloria Domini declaratur.

Homo habens centum oues, qui relictis illis ouem perditam quærit, ac repertam humeris reuehit, figuram Christi expressit, qui relictis millibus Angelorũ in cælo, oue, quæ perierat in Adam, vt bonus pastor, quæsitam in gentibus reperit, atq. crucis suæ humeris ad paradisum reportauit.

Mulier, quæ perditam reperit drachmam, Ecclesia est, quæ animam Diaboli laqueis abstractam, & perditam, dum inuenerit per pœnitentiam, & Angelorum & hominum facit lætitiam.

Debitor decem millium talentorum significat homines, qui Deo sunt obnoxij per transgressionem decem præceptorum, sed sicut nobis poscentibus à Domino peccati vincula relaxantur: ita vnusquisq. nostrum dimittat exemplo Domini, ne dum minima debita in nos peccantibus non cõcedimus, maiora nostra exoluere cum vsuris pœnarum cogamur.

Diues, qui camelo comparatur, personam indicat Iudæorum, qui de Legis potentia gloriantur, quanquam propter terrena, quæ colunt, non habent regnum cęlorum: vbi facilius gentium populus criminibus tortuosus & sarcinis peccatorum grauatus ingreditur per foramen acus, quasi per angustias passionis, dolorum, ac laborum.

Pater familias, qui operarios ad vineam conducit, & denarium promittit, Christus est, qui vocat omnes ad cultum fidei, promittens eis præmium perfectæ beatitudinis.

Operarij hora prima conducti, hi sunt, qui à rudimentis infantiæ cultum fidei consecuti sunt.

Qui autem hora tertia, hi sunt, qui ab adolescentia ad fidem accesserunt.

Qui vero hora sexta cõducti sunt, hi sunt, qui in iuuentutis ætate crediderunt.

Qui autem hora nona accesserunt, illi sunt, qui iam à iuuentute in senectutem declinantes gratiam perceperunt.

Qui vero vltima hora iuerunt, illi sunt, qui iam decrepiti, & in extremo vitæ suæ tempore vocati ad Christum venerũt. Qui tamen prioribus parem mercedem beatitudinis accipiunt: in illis conseruans Christus iustitiã, qui prima hora natiuitatis operati sunt: in istis impendens misericordiam, qui vna vitæ hora laborauerunt.

Duo filij missi ad operandum vineam, duorum populorum typum demonstrant. Primus enim missus vocatur gentium populus per naturæ intelligentiam ad operis diuini culturam, qui prius tamen cõtumax extitit, & se se iturum negauit. Aduenientem autem Domino priorem contumaciam sequente emundat obedientia. Secundus autẽ missus Iudæorũ per Legis cognitionem respondit: omnia, quæcunque dixerit Dominus faciemus, sed idcirco damnatur, quia non

non solùm in professionem Legis præuaricatus est, sed & in ipsum Dominum vineæ parricidales manus exercuit.

Homo, qui vineam plantauit, Deus est, qui condidit Ierusalem, in qua ædificauit turrim, & torcular fodit, videlicet tẽplum, & altare, & sepe circundedit, id est, Angelorum munitione vallauit.

Coloni autem, quibus vineam locat, populus est Israel, qui sub diuino cultu possedit Ierusalem.

Serui autem, qui tempore frugum missi interfecti sunt à colonis: prophetæ intelliguntur, quorum sanguis effusus est à Iudæis, dum ab eis quærerent iustitiæ fructum & Legis.

Filius autem nouissimè missus, quem eiectum coloni extra vineã occiderunt, Christus est, quem crucifixerunt Iudæi eijcientes eum extra portas Ierusalem.

Coloni quoque, quos Dominus vineæ perdit, populi Iudæorum intelliguntur, qui olim, vt videntur dispersi atque perempti sunt. Illi autẽ agricolæ, ad quos vinea transferri præcipitur, significãt Apostolos vel successores Apostolorum.

Rex, qui fecit nuptias filio suo, Deus pater intelligitur, qui copulauit ex virgine carnẽ virginem Christo. Serui vero, qui missi sunt vocare inuitatos, Apostoli sunt, atque Prophetæ, qui Iudæos per Legem, & Euangelium vocauerunt: sed illi modò terrenis voluptatibus, modò carnis, & Legis onere pressi, sollẽnitatem aduentus Domini contempserũt, ex quo se indignos existimauerunt vita æterna, gẽtes autem introisse manifestantur.

Rex qui fecit. *Tractat B. Gregorius in homil. disertè, vt solet, hanc allegoriam, sed securius dicit putat, regem patrem regi filio nuptias fecisse, cum ei per incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam sociauit in vtero virginis, sicut in thalamo. Et causa est, quia ex duabus personis fieri solet nuptiarum coniunctio, nefarium est autem in Christo duas credere personas.*

Rex iratus, qui misit exercitus suos & perdidit interfectores illos, & ciuitatem illorũ incendit, Deus pater est, qui suscitauit Vespasianum Cęsarem Romanorum, qui & populum gladio vastauit, & ciuitatem Ierusalem funditus cum suis vniuersis euertit, ita vt vlteriùs belligerare non possit.

Homo autem non habens vestem nuptialem in accubitu, qui loquente rege obmutuit, quem iubet seruis ablatum mitti in tenebras exteriores, ille est, qui in fide quidẽ cũ cæteris requieuit: sed si inuentus fuerit in die iudicij vestem carnis habere pollutam, confestim iubetur ab Angelis tolli, & mergi in gehennam ignis æterni.

Duo debitores, ex quibus vnus debebat fœneratori denarios quingentos, & alter quinquaginta, significant vtrumque populum, Iudæorum scilicet & gentium, ex quibus ille, qui quinquaginta denarios debuit Iudæorum typum habuit, ille vero qui quingentos, Gentium figuram expressit, qui ab initio mundi debitor semper existens, chirographum peccati per pœnitentiam non soluit. Aduenientẽ itaque Christo tandem credidit, atq. vberiorem misericordiæ fructum accepit, vnde quia plus illi concessum est à Christo, amplius diligit Christum, sicut scriptum est, cui plus dimittitur, plus diligit.

Septem vero fratres, qui vni mulieri nupserunt, & sine filijs mortui sunt, homines infideles intelliguntur, qui per septẽ mundi ætates, in hac terra totam vitam suam sine fructu iustitiæ consumpserunt.

Duo in lecto illos figurant, qui remoti à turbis in otio quodammodo vitæ vacare videntur.

Duæ molentes illi intelligũtur, qui negotijs temporalium rerum circumferuntur.

Duo in agro illi sunt, qui in ministerio Ecclesiæ, tanquam in agro Dominico operantur, ex quibus aduenientẽ nocte, id est, seculi aduersitate, quidã permanent in fide & assumuntur ad vitam, quidam discedunt & relinquuntur ad pœnam.

Quinque virgines sapientes, omnes animæ sanctæ intelliguntur, quæ quoniam per quinque sensus corporis nullam admittunt cordis corruptionem, idcirco quinario numero computantur.

Quinque autem virgines fatuæ, quæ nõ habent in vasis oleum, illæ animæ sunt, quæ habent quidem integritatem corporum, sed non seruant intra conscientiã boni operis testimonium, dum in facie gloriantur apud homines, & non corde apud Deum.

Ideoq.

Ideoque, quia in vasis pectorũ suorum mẽtis A splendorem non gerunt, adueniente Domino, à regni eius gaudio excluduntur.

Homo peregre proficiscens, qui tradidit bona sua seruis suis, Christus est, qui post resurrectionem suam ad cælos regrediens tradidit Euangelicam gratiam Euangelicis negotiatoribus fœnerandam. Sed primus seruus in quinq. talentis sibi datis quinq. libros Legis accepit, quod doctrina & opere decẽ præceptorum amplificauit.

Alius duobus talentis duo testamẽta promeruit, ea quæ morali, ac mystico sensu piè B dispensando duplicauit.

Tertius sub figura vnius talenti, gratiæ donum acceptum in terrenis voluptatibus obscurauit, ideoq. proiectus est in infernum, quia nullum inde operatus est fructum.

Alij in primo seruo, sensus cordis & corporis acceptos, in secundo intelligentiam & opus, in tertio rationem intellexerunt.

Alij in primo seruo. D *Gregoriam significat, cuius* C *fuit in primis studiosus, is enim ad hunc modum tractat præsentem allegoriam.*

Iuuenis filius viduæ, quẽ Dominus mortuum extra portas vrbis suscitauit, significat eum, qui palam quodlibet mortiferum crimen admittit: quiq. nonnunquam audito verbo Dei à morte peccati resurgit, & per pœnitentiam Christo viuere incipit: redditurq. viduæ matri suæ, id est, Ecclesiæ.

Homo, qui descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, ipse Adam figuratur in genere suo, qui dum descendit D de paradiso cælesti in mundum, incidit in Angelos tenebrarum.

Homo qui descendebat. *Per paradisum cælestem, vt error vitetur, Ierusalem ciuitas pacis illa cælestis intelligenda est, à cuius beatitudine lapsus est Adam miser factus per peccatum. Descendit autem in Iericho, id est in mundum, in quo omnia orta occidunt, sicut luna, quam significat Iericho. Adã enim, qui diuino præcepto obtemperans, diuino etiam beneficio fuisset immortalis, illo violato, mortis miseriam, & plurimas alias acerbitates meritò perpessus est. Sic enim exponit hanc allegoriam B. Aug. in lib. de quæst. Euang.*

Samaritanus descendens, qui vulnera eius curauit, Christus est custos noster, qui de cælo descendit, & genus humanum à vulneribus peccatorum curauit.

Stabularius, Apostoli sunt, vel successores eorum, qui infirmitatem nostram prædicatione Euangelica recreant.

Martha, quæ excepit Christũ in domum suam & in hac ministrabat, significat Ecclesiam, in hac vita Christum in corde excipientem, & in opere iustitiæ laborantem.

Maria soror eius, quæ sedebat secus pedes Christi, & audiebat verbum, demõstrat eãdem Ecclesiam in futuro seculo ab omni opere cessantem, & in sola contemplatione sapientiæ Christi requiescentem.

Homo, qui media nocte postulabat ab amico tres panes, similitudinem exprimit cuiusq. in media tribulatione Dominum postulantis, vt det ei scientiam Trinitatis.

Diues, cuius vberes fructus ager attulit, significat hominem luxurijs deditum, & abundantem peccatis, quem immoderatè plus amplius peccare desiderantem arguit Dominus dicens: stulte hac nocte auferunt animam tuam abste, quæ parasti cuius erunt?

Quinque illi in domo vna, id est, pater, mater, filius, filia, nurus, ex quibus duo in tres, & tres in duos diuiduntur, significant humanum genus fide & religione inuicem separatum, partim in discissione schismatis, quod duo significant, partim in numero Trinitatis, quod tria demonstrant. Diuisus est enim filius aduersus patrem suum, id est, populus ex gentibus veniens aduersus Diabolum, cum quo antea fuerat sociatus. Diuisa est & filia aduersus matrem suam, id est, plebs ex Iudæis credens aduersus impiam Synagogam. Diuisa est & nurus aduersus socrum suam, Ecclesia videlicet ex gentibus aduersus matrem sponsi sui Synagogam, de qua secundum carnem Christus fuerat procreatus. Qui homines separantur sibi inuicem, alij terrenam, alij cælestem gloriam appetentes.

Galilæi XVIII. super quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos, interitum plebis Iudæorum insinuat. Decem & octo enim apud Græcos ex iota, ι. & eta, η. litteris exprimuntur, quibus figuris nomen Iesus scribitur, in quem illi credere nolentes pariter à Romanis cum sua vrbe prostrati sunt.

Homo, qui arborẽ fici in vinea sua plantauit

tauit, Christus est, qui Synagogam in Iu- A daico populo condidit, quam cum Dominus, quasi inutilem, iussisset abscidi, fit illi à colonis Apostolis fossa humilitatis, adhibetur stercus, id est, cõfessio peccatorum: sicq. in nouissimo credendo cõmutabitur in melius, dabitq. fructus iustitiæ copiosos.

Mulier, quæ decem, & octo annos infirmitatem habens à Domino curata est, Ecclesiæ typus est, quæ in fine temporum salutem fidei consecuta est. Sex enim ætatibus mundus iste completur, cuius tamẽ B tempus habet tripertitam discretionem, vnam ante Legem, alteram in Lege, tertiam sub gratia. Sexies ergo terni decem & octo efficiũt, quo numero tempus hoc nostræ salutis insinuatur, quando à Satanæ vinculis soluti, quibus curuati eramus, donum salutis, & spem supernæ contemplationis accipimus.

Hydropicus, quem Dominus curauit, demonstrat eos, quos fluxus carnalium voluptatum exuberans aggrauat.

Homo habens duos filios, Deus est, ha- C bens duos populos, quorum maior figuram tenuit Iudæorũ, qui permansit in Dei cultu: alter iunior, Gentium, qui conditore deserto, seruus factus est idolorum, quem per egestatem fidei reuertentem, clementer suscepit Deus Pater, & pro conuersione eius sub vituli typo immolat filium vnicum: tribuit etiam annulũ fidei, & stolam immortalitatis induit eum, quanquam Iudæus frater liuoris torqueatur inuidia, propter salutem tamen eius gaudium concinit Angelorum symphonia.

Dispensator prodigus, quem Dominus D à villicatione remoueri præcepit, & fraudem faciens Domino suo relaxauit debitoribus partem, vt haberet, vnde in posterum viueret: hæc comparatio ad exemplum nostrum proposita est; nam si ille à Domino suo laudari promeruit, quia fraudem ei faciens in posterum sibi de alienis rebus prouidit, quanto magis Christo placere possumus, si ex proprijs nostris misericordiam indigentibus faciamus, à quibus recipi in æterna tabernacula possimus?

Diues, qui induebatur purpura & byssо, significat Iudæorum superbiam, florentem A quondam imperij claritate, vel honoris excellentia.

Diues, qui induebatur purpura & byssо, significat. *Theophylactus eruditus in primis scriptor non dubitauit affirmare diuitis & Lazari, non quidem historiam, sed fictam esse parabolam, quæ narratur à Domino: cui tamen nomen Lazari perspicuè repugnat. Nam egregiè ait B. Chrysostomus in hom. in Luc. de patre & duobus filijs: in parabola non sunt dicenda nomina. Parabolæ enim sunt illæ, in quibus exempli ponitur & tacentur nomina. Præclarè etiam Origenes cap. 1. in Iob, inquit, necessario nominis Iob mentionem fecit Moyses, qui libri auctor est, ne si hominem solum diceret, argumentum aliquod fingere existimaretur. Eadem sententia est de diuite & Lazaro, Amb. Cyrilli Damasc. atq; Euthymij, qui etiam ait, diuitis quidem nomen silentio fuisse præteritũ ab Euangelista, tanquã odio digni scriptũ est enim psalm. 15. non accipiã nomina eorũ per labia mea: mendici vero nomen memoriæ proditũ, tanquam amore digni, Aiunt autem quidam ex traditione Hebræorum, quod per id tempus diues ille fuerit Nimeusis appellatus, & mendicus iste Lazarus. Hæc Euthym. Quod si, vt in pleriſq; omnibus, sic etiam in hoc Theophylactus Chrysostomum, virum excellenti doctrina & sanctitate esset imitatus, ne ille à communi sententia nunquam desciuisset.*

Mendicus vlcerosus, demonstrat Gentilem populum confessionibus peccatorum humiliatum.

Quinque fratres diuitis illius, qui apud inferos torquebatur, Iudæi intelliguntur, qui sub quinq. libris Legis positi sunt.

Decem leprosi qui mundantur à Domino, hæretici significantur, qui in varietate colorum diuersitatem habent schismatum, quique ideo ad sacerdotes mittũtur, vt, detersa omni varietate errorum, vnitatis percipiant sacramentum.

Iudex iniquus, qui Dominum non timebat, assiduè tamen deprecantem viduam exaudiuit: similitudo est, qua demonstratur, quantam spem habere debeat, qui Dominum indesinenter expoſcit: cum etiam apud aures iniqui iudicis valuerit frequens instantia viduæ deprecantis. Ipsa autem vidua, significare potest Ecclesiam perseuerantia sua petentem vltionem de inimicis suis Diabolo, vel hæreticis.

Pharisæus orans in templo, Iudæorum est populus, qui ex iustificationibus Legis extollit merita sua.

Publicanus verò, Gentilis est populus, qui longè à Deo positus confitetur peccata

sua, quorum vnus superbiendo recessit humiliatus, alter confitendo Deo appropinquare meruit exaltatus.

Cæcus sedens secus viam populum demõstrat Gentilem, qui per Christi gratiam fidei meruit claritatem.

Zachæus, Gentilis est populus, gratia meritorum pusillus, qui tamen à terrenis actibus sùbleuatus, per lignum Dominicæ crucis Christi mysterium contemplatur.

Homo nobilis, qui in longinquam abijt regionem accipere sibi regnum, Redemptor noster est, qui vsque ad fines terræ peruenit accipere regnum in populis Gentium.

Ciues, qui noluerunt eum regnare, Iudæi intelliguntur, qui Christum regẽ spreuerunt.

Seruus, qui mnam vnam accipiens decem acquisiuit, significat doctores, qui accepta gratia Euangelij, in decem verborum decalogi prædicamentis bene vsi sunt, & docendo multos in fide acquisierunt, iccirco aduenientè Domino laudabuntur, quia lucrati sunt.

Qui verò ex vna quinq. acquisiuit, illos demonstrat, qui mandatum Dei seruantes consequuntur scientiam Legis in quinque libris Moysi scriptam, eamque docendo ad vsum salutis necessarium fœnerantur.

Qui verò mnam ipsam in sudario conseruauit, ostendit eum, qui creditum sibi gratiæ donum, delicatè otioseq. tractauit, vnde & rectè amittit collatam gratiam, quia per negligentiam prædicare contempsit, vt ei augeretur, quod laborauit.

Vidua, quæ in gazophylacio duo iecit minuta, animam fidelem demonstrat eius, qui in thesauro cordis sui fructum dilectionis Dei & proximi seruat.

Sponsus, Christus est: cuius nuptiæ cum Ecclesia celebrantur, in cuius coniuctione aqua in vinum mutatur, quia credentes per lauacri gratiam transeunt ad passionis coronam.

Architriclinus, Moyses intelligitur, qui miratur meliorem, et sanctiorem populum per Iesum in Euangelium congregatum, quàm illum priorẽ ab Ægypto deductũ: finitum enim vinum ostendit sublatam esse gratiam Spiritus sancti à Iudæis, & per Apostolos in Gentibus contributam.

Mulier Samaritana mysticè intelligitur Synagoga quinque libris Legis, quasi quinque viris, secundum sensum carnis, subiecta, quam misericorditer Dominus prouocat haurire aquam viuã, lauacri scilicet percipere gratiã, vel secretã Legis intelligẽtiam.

Mulier adultera, quæ offertur à Iudæis Domino lapidanda, est Ecclesia ex gẽtibus, quæ priùs relicto Deo in idolis fuerat fornicata, hanc volebat Synagoga zelans interfici, & Christus eam saluat per remissionem delicti, nec finit eam perire, qui nouit veniam condonare peccantibus.

Simon leprosus, Gentilis est populus, qui est à Redemptore mundatus.

Mulier, quæ vnguento caput Domini vnxit, Ecclesia est, quæ fructus sui operis, fideique odorem ad laudem Dei & Christi, gloriam refert.

Angelus ille, ad cuius descensum mouebatur aqua, quinq. porticibus cincta, Christus est, in cuius aduentu turbatus est Iudæorum populus quinq. libris conclusus, descendente enim Angelo commouebatur aqua, & sanabatur infirmus: descendente de cælis Christo, commotus est in passione eius idem populus, & sanatus est mundus.

Cæcus à natiuitate, quem Dominus post quam vnxit oculos, ad piscinam Siloë misit lauandum, significat genus humanum à natiuitate, id est, à primo homine errorum tenebris vitiatum, cuius oculos Dominus de sputo, & luto liniuit, quia verbum caro factum est. Et lauari oculos in piscina iussit, vt baptizatus in Christo acciperet legẽ fidei, & crederet in eum, qui humilis in mundo apparuit.

Lazarus, quem Dominus quatriduanum fœtentem de monumento suscitauit, significat mundum, quem grauissima peccati consuetudo corruperat, qui tamen quarta die mortis resuscitatur. Prima enim dies est mortis, tracta ex Adam propagine mortis:

mortis: altera dies mortis est transgressio legis naturalis: tertius est dies mortis, præuaricatio datæ legis: quartus dies mortis est, contemptus Euangelicæ prædicationis, in quo die Dominus suum opus respiciens, misericorditer resuscitare dignatus est.

Seruus principis sacerdotum, cuius dextra amputatur auricula, Israeliticus est populus, propter incredulitatem seruus effectus. Hic dextram aurem amittit: dum ad sinistram per intellectum litteræ transit, cui Dominus in his, qui credunt, auditum restaurat fidei, & obedientem Euangelici facit mandati.

Princeps sacerdotum, qui scidit verstimẽtum suum in Domini passione, indicat Hebræum populum nudatum sacerdotio, & euacuatum regno scisso.

Barabbas, qui Iudæis dimittitur, significat Antichristum, quem illi errantes meruerunt suscipere pro Christo.

Herodes & Pilatus, qui cum essent discordes, in passione Domini amicitia fœderantur: indicant primũ diuisos fuisse vtrosq. populos Circũcisionis, & Gentium: qui tamen per passionem Domini in fide concordauerunt.

Simon Cyreneus, cui gestandam crucem imposuerunt, Gentium populus intelligitur, qui peregrinus in Lege, obediens efficitur Euangelio, crucis ipse Christi vector, & fidei baiulus factus.

Duo latrones populum exprimunt Iudæorum, & Gẽtium: quorum vnus incredulus blasphemat Christum in cruce pendentem, alter fidelis Iudæos increpat blasphemantes.

Quattuor milites, qui quattuor partes sibi de Iesu vestimentis fecerunt, præfigurauerunt quattuor partes mundi, quæ diuiserunt sibi eloquia Christi, sicut scriptum est: lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.

Mulieres, quæ Apostolis Domini resurrectionem annuntiant, Lex, & Prophetia intelliguntur, quæ gloriam resurrectionis Christi, antequã reuelaretur, quasi præcursores prædicauerunt.

Septem discipuli, cum quibus Dominus post resurrectionem suam cõuiuasse describitur, septimam indicant pòst resurrectionis futuræ requiem, per quam omnes sancti per Christum æterna beatitudinis refectione saturabuntur, ad quam saturitatem nos perducat Christus. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP.

[a]DE FIDE CATHOL. EX VET. ET NOVO TESTAM. CONTRA IVDÆOS, AD FLORENTINAM SOROREM SVAM.

SANCTAE SORORI FLORENTINAE ISIDORVS.

QVÆDAM, quæ diuersis temporibus in veteris Testamenti libris prænuntiata sunt de natiuitate Domini, & Saluatoris nostri secundum diuinitatem, vel de [b]incorporatione eius, de passione quoq. & morte, siue de resurrectione, regno, atque iudicio, pro viribus scientiæ ex innumerabilibus pauca proferenda putaui, vt Prophetarum auctoritas fidei gratiam firmet, & infidelium Iudæorum imperitiam probet. Hæc. ergo, sancta soror, te petente, ob ædificationem studij tui tibi dicaui, vt qua consorte perfruor sanguinis, cohæredem faciam & mei laboris.

a *Inscriptio huius operis desumpta est ex duobus codicibus Gotthicis, quos ante sexcentos annos descriptos esse constat. Nam quinq. alij codices, quos his libris castigandis nacti sumus: magnopere variabant, Braulio in Isidori vita de his libris loquens.* Contra Iudæos, *inquit*, postulante Florentina germana sua proposito virgine, libros duos (*supple scripsit*) in quibus omnia, quæ fides Catholica credit, ex legis & Prophetarum testimonijs approbauit. Idefonsus *de virorum illustrium scriptis in Isidoro ait:* libellos duos (*supple scripsit*) ad Florentinam sororem contra nequitiam Iudæorum.

† 130. A

b Vel de incorporatione eius. *Codex Tarraconensis maior, pro* incorporatione *legit* : corporatione. *Nos aliorum codicũ fidem sequuti sumus: præsertim cum Hilarius cano. 6. in Matthæum, incorporationem verbi Dei dixerit.*

Post epistolam operi præfixam, sequebatur Elenchus capitũ in pleriſq. codicibus. Nos, quoniam in secundo libro similis Elenchus desiderabatur, tanquam superuacaneum, hoc etiã loco expungendum iudicauimus: cum satis constet, ne ipsas quidem capitum summas ab Isidoro præfixas. sed posteriori tempore adiectas fuisse, & in codice Tarraconensi minori, cui in primis fidebamus, penitus desiderari. Quo circa in eis quædam ex nostro sensu in meliorem formam mutata esse lector animaduertet.

Quòd Christus à Deo Patre genitus est. CAP. I.

IVDÆI nefaria incredulitate Christum Dei filium abnegantes, impij, [a]duricordes, Prophetis veteribus increduli, nouis obstrusi, aduentum Christi malunt ignorare, quàm nosse: negare, quàm credere. Quem enim venturum accipiunt, venisse iam nolunt. Quem resurrecturum legunt, resurrexisse non credunt. Sed ideò ista non intelligere se fingunt, quia sacrilegio suo hæc impleta cognoscunt. Ad quorum refellendam perfidiam, quædam ex veteri Testamento aggregauimus testimonia: quibus Christum genitum ab omnipotente Patre cognoscant, ipso testante: [b] Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. Ex vtero itaque, id est, ex illa intima & incomprehensibili Patris substantia: siue ex illo diuino, atq. immenso paterni pectoris arcano, quo pater [c] genitor de corde bonum eructat verbum. Sicut & ipse aliàs ait: [d] Eructauit cor meum verbum bonũ. Atque alibi ipse Pater sic dixit: [e] Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod non est dictum Dauid, neque vlli sequentium Regum. Nam ibi additur : Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Quod neque Dauid, neq. genti Hebræorũ cõcessum est, nisi tantũmodo CHRISTO, cuius nomẽ est per omnes gẽtes diffusum, cui & Reges obediũt: & gẽtes seruiũt: sicut & alibi de eo scriptũ est: [f] Adorabunt eũ omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei. Item Salomõ dũ Patris nomẽ, mysteriumq. natiuitatis Christi secũdum deitatem vellet agnoscere, his verbis intonat, in prouerbijs dicens. [g] Quis ascendit in cælum, atq. descendit? quis colligauit aquas, quasi in vestimento? quis suscitauit omnes terminos terræ? quod nomen est eius, aut quod nomen filij eius si nosti? Hunc filiũ Dei in Daniele Rex ille impius, aspiciens dixit: [h] Ecce ego video viros quatuor solutos, & ambulãtes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei, quem fideliter credimus, nec vllatenus dubitamus Dominum Saluatorem ✠ esse. Sed obijcitur, quod in [i] Daniele iste filius Dei, superius etiam Angelus nominatur. Assertio. Nam & Christus filius Dei, Angelus dicitur. Sic enim ait [k] Prophetа de ipso: Veniet ad templum sanctũ suum dominator, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, [l] quem vos desideratis. Christus enim in eo, quod à Patre genitus est, filius Dei vocatur: in eo vero quod sæpè à Patre missus ad annuntiandum patribus legitur, Angelus nominatur. De quo etiam ipse Pater ad legislatorem ita protestatur dicens: [m] Ecce mitto Angelum meum, qui præcedat, & custodiat te in via, & introducat in locum, quẽ [n] parauí: obserua eũ, & audi vocẽ eius, nec contẽnendum putes, quia non dimitter, cum [o] peccaueris, & est nomẽ meum in illo. Quis est ergo iste Angelus, cui Deus, & potestatẽ suam dedit & nomen? Quod si dicit: aliqua alia est potestas Angelica: Hoc nefas est credere. [p] Quis enim in nubibus æquabitur Dño, aut quis similis erit Deo inter filios Dei? Qui enim nõ æquatur natura, nõ potest æquari & nomine. Ipse est enim Filius, [q] qui semper à Patre missus visibiliter apparebat hominibus. Ex ipsa ergo missione recte Angelus nũcupatur. Isaias autẽ apertius Filiũ à Deo genitũ cõfirmans, ita annũtiat. [r] Vox Dñi reddentis retributionem inimicis suis, ipsis videlicet, qui non credũt, Iudæis: antequam parturiret, peperit: & antequã veniret partus eius, peperit masculum. Quasi apertè diceret: antequam Christum virgo parturiret in carne, generauit filiũ ✠ in diuinitate Pater, & antequã tẽpus virginis parturiendi veniret, genuit eũ sine tempore Pater. Vnde inferius ait: [s] Quis audiuit vnquam tale? aut quis vidit huic simile? Reuera, quia nihil tale in hominibus accidit, aut [t] quippiam simile, & post hæc subiungit: [u] Nunquid qui alios parere facio, ipse nõ patiãr? dicit Dñs: & qui generationẽ cæteris tribuo, sterilis ero? ait Dñs. Quibus omnibus testimonijs, cogendus est infidelis, vt eligat sibi de duobus aut Christũ filiũ Dei credere, aut mendaces putare Prophetas, qui ista decinerunt.

a *Al.* Duri cordis, vel duri corde.
h *Psal. 109. vers. 4.*
c *Al.* Quo genitor.
d *Psal. 44. vers. 2.*
e *Psal. 2. vers. 7.*
f *Psal. 71. ver. 11.*
g *Prouerb. 30. ver. 4.*
h *Daniel. 3. vers. 49.*
i *Eodem cap. vers. 94.*
k *Malachias 3. vers. 1.*
l Quem vos desideratis. *Locus est Malachiæ 3. ver. 1. cæterũ in vulgata legitur* Quẽ vos vultis, *& septuaginta dixerũt:* ὃν ὑμεῖς θέλετε. *Commodius autẽ, & significatius,* חפץ *verbi Hebraici vis desiderandi voce exprimitur, & patres non volebant modò, sed oppidò quàm ardenter Christi redẽptoris aduentũ cupiebãt, ab eo verbo nomen* חפץ *deductũ. non voluntatẽ absolutè significat sed beneplacitũ, cupiditatẽ, desideriũ. Quod Græci* τῆς εὐδοκίας *voce significare consueuerunt. Atq. Isaiæ. 58. ver. 3. vbi id nomen positum est, & nos legimus:* Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: *Mozarabes legunt* : Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluptas.
m *Exod. 23. ver. 20.*
n Al. Præparaui.
o *Al.* Peccaueritis.
p *Psal. 88. ver. 7.*
q Ipse est enim filius, qui semper à Patre missus, visibiliter apparebat hominibus. *Nimirũ Isidorus in ea sententia est, quæ antiquorum patrũ communis fuit, ab ipso mundi exordio, quoties se Deus humana effigie videndũ præbuit hominibus. Nõ Patrẽ, nõ Spiritũ sanctũ, sed Dei Filiũ apparuisse. Sic sentiunt Tertull. 2. lib. contra Marcionẽ, Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædag. cap. 7. Irenæus libr. 4. contra hæreses Valentini c. 17. Euseb. historiæ Ecclesiasticæ initio. Hilarius 12 de Trinit. Basilius 1. contra Eunomium. Itaq. Dei filius Adamo loquutus est, quod Thargũ etiã Ierosolymitanũ cum Geneſis 3. ait:* ואקרא מימרא דיי אלוהים לאדם Hoc *est*, vocauit verbũ Dei, Deus Adã. *Ipse Cain increpauit, Abrahamo apparuit, cũ Iacob luctatus est. Quod Syrmiensis cõgregatio c. 13. his verbis credẽdũ præcepit* : Si quis cõtra Iacob non filiũ tanquã hominẽ luctatũ fuisse, sed ingenitũ, aut Patrem eius dixerit: anathema sit. *Præterea cum Mosẽ è rubo loquutus est, filios Israel eduxit ex Ægypto, eisq. leges dedit in eremo. Quod ipsum Cassianus lib. 4. de Incarnat. duobus testimonijs confirmat: nimirum Iudæ c. 1. ver. 5.* Scientes semel omnia, quoniã Iesus populũ de terra Ægypti saluans, secundò eos qui nõ crediderũt perdidit, Angelos verò &c. *Et Pauli 1. ad Corinth. 10. ver. 9.* Neq. tentemus Christũ, sicut quidã eorũ tentauerũt, & à serpentibus perierunt.
r *Isai. vlt. ver. 6.*
s *Eodem cap. ver. 8.*
t *Al.* Vspiam.
u Eodem *cap. vers. 9.*

Quòd Christus ante secula ineffabiliter à Patre genitus est. CAP. II.

QVòd si quæritur, quando, vel quomodo, Pater filium genuerit. Respondetur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cur quæritur tempus, quando sit Dei Filius genitus,[a] dū sit sua natiuitate alternus? sicut scriptum est de eo.[b] Egressus eius à principio à diebus æternitatis. Et iterùm.[c] Ante solem permanet nomen eius, & ante lunam sedes eius. Sed & Pater eundem, ante luciferum, id est, ante omnia tempora genuisse, testatur,[d] quod & ipse Filius Dei, verbum, virtus & sapientia, de sua natiuitate confirmat, dicens:[e] Nec dum erant abyssi, & ego iam[f] conceptus erā, nec dum fontes aquarum eruperant, nec dum mōtes graui mole constiterant, ante colles ego parturiebar: adhuc terram nō fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ: quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege & gyro vallabat abyssos: quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram, cuncta componens. Tali igitur auctoritate ante omnia secula Filius à Patre genitus esse declaratur, quando à Patre per illum cuncta creata esse noscuntur. Illud denuo quæritur, quomodo idem sit genus, dum sacræ natiuitatis eius arcana, nec Apostolus[g] dicit, nec Propheta comperit nec Angelus sciuit, nec creatura cognouit, Isaia testante qui dicit:[h] Generationem eius quis enarrabit? Idcircò si eius natiuitas à Propheta non potuit enarrari, quis profitebitur nosse, quomodo Filius potuit à Patre generari? Hinc est illud in libro Iob:[i] Sapientiā (Dei Patris) vnde inuenies? latet enim ab oculis hominum, & à volucribus cæli absconsa est, id est, etiam ipsis Angelis incognita. Itē ibi,[k] Radix sapiētiæ cui reuelata est? origo scilicet Filij Dei. Ideoque quod etiam super Angelorum intelligentiam, atq; scientiam est, quis hominum potest narrare? scire autem manifestum est solum Patrem, quomodo genuerit Filiū, & Filium quomodo sit genitus à Patre. Si quidem & gignēdi filij quæritur ratio, eò quòd filius non nisi ex duobus nascatur: habeat, inquam, sibi huiusmodi generis ortum cōditio caduca mortalium: Christus enim ex Patre ita emicuit, vt splendor à lumine, vt verbum ab ore, vt sapientia ex corde.

a Dum *pro cum.*
b *Mich. c. 5. ver. 2.*
c Ante solem permanet nomen eius, *& ante lunam sedes eius. Locus est desumptus, ex Psalm. 71. vers. 17. & priora quidem verba iuxta editionem vulgatam; posteriora autem ex Psalterio Romano desumpta sunt, quo frequenter vtitur Isidorus. Erat enim Gotthorum tempore in omnibus Hispaniæ Ecclesijs eius Psalterij vsus, vt Breuiarium Mozarabicum argumento est, non paucis tamen immutatis.*

ab ipso, vt arbitror, Isidoro. Nec in eius vita à Braulione scripta (duobus certè vetustis codicibus) scriptum inuenio, quartam enim Psalterij translationem edidisse, nimirum post tres illas famosas, quas D. Hieronymus adornauit auctore Sigeberto. Hoc Isidori Psalterium, quo Mozarabes vtuntur, nos deinde Hispanicum, Romani, & Gallici comparatione vocabimus. Ex his omnibus Psalterijs toto hoc opere ab Isidoro testimonia adducuntur: prout commodius erat, aut promptius memoria suggerebat. Sed & reliquis diuinarum scripturarū libris promiscuè Hieronymi versione, & antiqua vulgata Latina editione vtitur, vtr.q; enim eius ætate circumferebatur, vt Gregorius docet initio Moralium: & ipsemet Isidorus indicat lib. 6. Etymologiarum, c. 4. sæpè etiam, vt hoc loco fecit, ex varijs interpretationibus vnum testimonium contexit.

d *Al.* 11. Sicut.
e *Prouer. 8. ver. 24.*
f *Al.* Concepta.
g *Al.* Didicit.
h *Isaiæ. 53. ver. 8.*
i *Iob. 28. ver. 20.*
k *Ecclesiastici. 1. vers. 6.*

Quia Christus Deus et Dominus est. CAP. III.

POst declaratum Christi diuinæ natiuitatis mysteriū, deinde, quia idem Deus & Dñs est, exemplis sanctarū scripturarū adhibitis demōstremus. Si Christus Deus non est, cui dicitur in psalmis:[a] Sedes tua Deus in seculū seculi, virga[b] æquitatis, virga regni tui: dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis? Quis est igitur iste Deus vnctus à Deo? Respondeant nobis & Iudæi. Ecce Deus vnctus à Deo dicitur & vtiq. Christus ipsa vnctione mōstratur, cùm Deus vnctus insinuatur. Dum enim audis Deū vnctū, intellige Christū: Christus enim à chrismate, id est, ab vnctione vocatur. Hūc Christū sub persona Cyri Regis Persarū, per Isaiam[d] Pater Deū & Dūm esse testatur, dicens: Hæc dicit Dñs Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexterā: vt subijciā ante faciem eius gentes, & dorsa Regum vertam, & apertā ante eū ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo. Portas æreas conterā, & vectes ferreos confringam, & dabo tibi thesauros abscōditos, & arcana secretorū, vt scias, quia ego Dñs, qui voco nomen tuū, Deus Israel.[e] In persona enim Cyri Christus est prophetatus: vbi ei subiugatæ sunt gētes in fide & regna. Præterea, quia nullus in regno Israel Cyrus est dictus. Quòd si de Cyro Persarū Rege, quis hoc crediderit prophetatum, absurdū & profanū esse cognoscat, vt homo impius, & idolatriæ deditus, Christus, & Deus, & Dominus nūcupetur. Vnde & in translatione LXX. non habetur Christo meo Cyro. Sed hæc dicit Dñs, Christo meo Domino.[f] Quod in persona specialiter Christi Dñi nostri accipitur. Si Christus Deus non est, dicant Iudæi nobis, quem sit affatus Deus in Genesi, cùm diceret[g]: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā? Sic enim subiungitur. Et creauit Deus hominem ad imaginem suam; ad imaginem Dei, creauit illum. Quærant ergò, quis Deus creauit, aut ad cuius Dei imaginem, condidit hominem, quem creauit? Quòd si respondeant, ad Angelorum.[h] Nū Angelus æqualem cum Deo habet imaginem? dùm multum distet imago creaturæ, ab eo, qui creauit: aut nunquid Angelus cū Deo potuit facere hominem? quod ita existimare, magnæ dementiæ est. Cui ergo dicitur? aut[i] ad cuius imaginem conditus homo creditur? nisi ad eius, cui vna imago cū Deo est, & vnicum nomen diuinitatis est? Item si Christus Dominus non est, quis Dominus pluit in Sodomis ignem à Domino? Sic enim ait in Genesi: Et[k] pluit Dominus super Sodomam & Gomorrham sulphur, & ignem à Domino. In qua[l] sententia nemo dubitat secūdam esse personam. Nam quis est ille Dominus à Domino, nisi proculdubiò Filius à Patre: qui semper ab eodem Patre missus descendere solitus est, & ascēdere? Quo testimonio, & deitas, & distinctio personarum Patris, & Filij, luce clarius demonstratur. Item si Christus, Dominus non est, de quo dicit Dauid in Psal.[m] Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? Qui dum idem Christus secūdum carnem sit filius Dauid in spiritu tamen Dominus eius, & Deus est. Si Christus Dominus non est, de quo ait Dauid: in libris Regum:[n] Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob, egregius Psalmista Israël: Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam? Item, si Christus Dominus non est, quis est ille Dominus exercituum qui à Domino exercituum mittitur? ipso dicente in Zacharia:[o] Hæc dicit Dominus Deus exercituum, post gloriam misit me ad gentes, quæ expoliauerunt vos: Qui enim tetigerit vos, tanget pupillā oculi eius: Quia ecce leuabo manum meam super eos & erunt præda ijs, qui seruiebant sibi, & cognoscetis, quia Dominus exercituum misit me?[p] Vide nunc, cuius sit hæc vox, nisi Saluatoris, quia omnipotens Deus à Patre omnipotēte missum se esse testatur. Missus est autem ad gentes, post gloriam Deitatis, quā habuit apud Patrem,[q] quando exinaniuit semetipsum & formam serui accipiens[r] factus est obediens vsque ad mortem. Qui etiam in sequentibus loquitur, dicens:[s] Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus, & applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui, & scies, quia Dominus exercituum misit me ad te. Quis est igitur iste Dominus exercituum à Domino exercituum missus? nisi idem Dominus Iesus Christus? Supersit de Spiritu Sācto, de cuius Deitate sic ait Iob.[t] Et quia spiritus Dei est, spiritus Domini fecit me, & spiraculū omnipotentis viuificauit me, ecce & me, sicut & te fecit Deus, de quo enim dixerat: Spiritus Domini fecit me, de eo rursus adiecit: Ecce & me, sicut & te fecit Deo:[v] vt eundem spiritum ostēderet esse Deū.

a *Psalm. 44. vers. 7.*
b *al.* directionis.
c Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitiæ præ consortibus tuis. Quis est igitur iste Deus vnctus à Deo. *Vides argumēti vim positā in geminatione vocis Deus, vt priori loco sit in vocatiuo; & referatur ad Christum: posteriori in nominatiuo, & referatur ad Patrem.*
d *Isai. 45. ver. 1.*
e In persona Cyri Christus est prophetatus. *Cōtendit Isidorus verba Isai. c. 45. ver. 1. Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, non de Cyro intelligenda esse, sed sub Cyri nomine, de Christo tantum: cum absurdum videretur Cyrum superstitiosi Deorum seruientem, Christū Dominum, & Deum nuncupari. Nam verba illa, quæ sequūtur: qui voco nomen tuum Deus Israël, ad ipsum de quo proximè loquutus erat, & quem Christum vocauerat, referēda, ipse equidē Isidorus iudicabat. Deinde: quod in trāslatione Septuaginta interpretum non legatur, hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, sed hæc dicit Dñs Christo meo Domino. Quo modo Lactantius lib. 4. diuin. institut. cap. 12. hoc testimonium citauit. Verùm Hieronymus commentarijs ad eum Isaiæ locum, censet eam lectionem, quā Isidorus ait in Septuaginta fuisse, vitiosam esse, legendumque Græcè, vt modò legitur* οὕτως λέγει κύριος ὁ θεὸς τῷ χριστῷ μου κύρῳ *vnius autem adiectione litteræ pro* κύριος, *id est, Cyro nonnullos legisse* χριστῷ *id est, Domino. Itaq. tum Hieronymus tum plerique alij expositores, id Isaiæ vaticinium, non nisi de Cyro intelligendum putant. Quin etiam Iosephus lib. 11. antiquita. cap. 1. Cyrum eo vaticinio adductum affirmat Iudæos in patriam remisisse. Isidoro fauent Hebraici expositores antiqui, qui locum hunc de vero Messia intelligendū esse iudicarunt. Ego verò de vtroq. locum intelligi posse contendo: de Cyro iuxta historiam, de Christo allegoricōs.*
f Quod in persona specialiter Christi Dñi nostri accipitur. *Fortasis spiritualiter pro specialiter le-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gendum est. Nam eodem litterarum compendio vtrumq. adA uerbium scribi solet. Sequebantur autem in Tarraconensi maiori hæc verba. Legamus Xenophontis octo librorũ Cyri maioris historiam. & prophetiam cernemus expletam. Quæ enim ciuitas illi non patuit? quis non Regum terga subiecit? &c. *Quæ quoniam in alijs codicibus non erant, & Isidori proposito contraria sunt, tanquam ex Hieronymi cõmentarijs ad eum locum ab alio quopiam translata, manifestò prætermittenda esse duximus.*

1 Ad cuius imaginem conditus homo creditur. *Imaginem hoc loco Isidorus personaliter sumit, intelligitque hominem fuisse conditum ad exemplar Dei, & imaginẽ, qua est Filius, sequutus in eo Ambros. lib. 6. Hexamerõ, c. 7. Euseb. 11. præparation. Euangel. c. 12. Procopium ad c. 2. Genes. Tametsi eam sententiam Aug. quidem 3. de Genes. ad litterã. c. 19 impugnandam susceperit. Cyrillus etiam lib. 1. contra Iulianum, negatoriam vocare non dubitauit. Fortasse eo tempore ea expositione Ariani ad erroris præsidium separandasq. Trinitatis personas abutebantur: alioqui nihil periculi est. Theologi quidem certè recentiores hominem ad imaginẽ totius Trinitatis conditum esse intelligunt, atq. imaginis vocẽ ijs verbis non imaginem in Deo, sed potius in nobis impressam significare contendunt, vt perinde sit: Faciamus hominẽ ad imaginem nostram, ac si diceret, qui sit imago nostri ad nostræ essentiæ exemplar expressa & conformata. Quod verò ad lectionem spectat proximis verbis, vbi nos possumus: nisi ad eius cui vna imago cum Deo est, tres codices legebant: cuius vna imago cum Deo est. Et Tarracon. maior: Cuius imago cum Deo est.*

k *Genes. 19 ver. 24.*

l In qua sententia nemo dubitat secundam esse personam. *In verbis illis Genes. 19. ver. 24.* Pluit Dominus super Sodomam & Gomorrham ignem, & sulphur à Domino. *Vocis Domini geminationem Isidor. ad primam, & secundam Trinitatis personas refert. quod ante eum fecerant Euseb. lib. 1. Ecclesiast. hist. c. 1. Irenæus lib. 3. c. 6. Basil. 5. contra Eunomium. Marcellinus pontifex ad Salomonem Episcopum. II. er. ad Osee. cap. 1.*

m *Psalm. 109. ver. 1.*

n *2. Reg. 23. ver 1.*

o *Zachar. 2. ver. 8.*

p *al. age.*

q *Ad Philip. 2. ver. 7.*

r *al. effectus.*

s *Zach. 2. ver. 10.*

t *Iob. 33. ver. 4.*

u Vt eundem spiritum ostenderet esse Deum. *Post hæc verba in Hispalensi codice sequebatur illa, sed hinc isti Christum non putant esse Deum. Et catera multa: quæ quoniam lacunas inciderunt, atq. depravatæ erant, deerantq. in alijs codicibus, & proximi capitis initio fermè ad verbum repetuntur, tanquam addititia loco mouimus. Quin tum tamen caput in excusis codicibus positum, nos Hispalensem codicem sequuti ad finem 3. capitis subiunximus: cum quo commodius cohærere visum est, adq. sine noua capitis distinctione. Tametsi in alijs codicibus ea omnia desiderabãtur penitus, ac propterea suspecta esse videri poterant.*

De Trinitatis significantia. Cap. IIII.

PAtet veteris Testamenti apicibus Patrẽ, & Filium, & Spiritum Sanctũ [a] esse Deũ. Sed hinc isti Filium, & Spiritum Sanctũ, non reputãt [a] esse Deum, eo quod in monte Sina, vocem Dei intonantis audierunt. [b] Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus vnus est ignorantes in Trinitate vnum esse Deum, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctũ, nec tres Deos, sed in tribus personis, vnum nomẽ indiuiduæ maiestatis. Quæramus ergo in scripturis veteris Testamenti eandem Trinitatem. In [c] libro quippe 2. Regũ, ita scriptum est: Dixit Dauid filius Iai. Dixit vir, cui constitutũ est de Christo Dei Iacob egregius Psalmista Israel: Spiritus Domini loquutus est per me, & sermo eius per linguam meã. B Quis autem esset, adiecit: Deus Israël mihi loquutus est, fortis Israël, dominator hominum iustus. Dicendo enim Christum Dei Iacob, & Filium & Patrem ostendit. Item dicendo: Spiritus Domini loquutus est per me, Spiritum Sanctum euidenter aperuit. Idẽ quoq. in psalmis [d] Verbo, inquit, Domini, cæli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum: in persona enim Domini, Patrem accipimus: in Verbo, Filium credimus: in spiritu oris eius, Spiritum Sanctũ intelligimus Quo testimonio, & Trinitatis numerus, & communio cooperationis ostenditur. Sic & in consequentibus idem Propheta ait: Mittet [e] verbum suum, & liquefaciet ea, flabit Spiritus eius, & fluent aquæ. C Ecce tria Pater, qui mittit, & Verbum quod mittitur, & spiritus eius qui flat. Nam & cũ dicitur in Genesi: In [f] principio fecit Deus cælum, & terram, & spiritus [g] Dei ferebatur super aquas, ibi, in Dei vocabulo, Pater intelligitur: in principio Filius agnoscitur, qui dicit: In [h] capite libri scriptum est de me. vt faciam voluntatem tuam: quia dixit Deus, & fecit Deus: in eo vero, qui super ferebatur aquis, Spiritus Sanctus significatur. Nam & cum ibi dicit Deus: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, per D pluralitatem personarum patens significatio Trinitatis est. [i] Vbi tamen, vt vnitatem deitatis ostenderet, confestim admoneret, dicens: Fecit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam. Et cùm dicit idem Deus: [k] Ecce Adam factus est, quasi vnus ex nobis, ipsa pluralitas personarum Trinitatis demonstrat mysterium, cuius Trinitatis sacramentum, & Aggæus Propheta ita aperuit, ex persona Domini dicens: [l] Spiritus meus erit in medio vestri. Ecce Deus qui loquitur, ecce spiritus eius, post hæc de tertia

tia persona id est de Filio, ita subiecit: Quia A ecce ego commouebo cælum & terram, & veniet desideratus cũctis gentibus. In Isaia quoque sub propria persona, cuiusque distinctio Trinitatis, dicente eodem filio, ita ostenditur: [m] Ego primus, & ego nouissimus, manus [n] quoq. mea fundauit terram, & dextra mea mẽsa est cælos. [o] Non à principio in abscondito loquutus sum, ex tempore antequam fieret, ibi eram, & consequẽter adiecit: Et nunc Dominus Deus meus misit me, & spiritus eius. Ecce duæ personæ Dominus, & Spiritus eius, qui mittunt, & tertia persona eiusdem Domini, qui mittitur. Item alibi per eundem Prophetam, B Trinitatis sic demonstratur significantia. [p] Ecce, inquit, puer meus, suscipiam eum, dilectus meus, cõplacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum. Pater Filium dilectum puerum vocat, super quẽ dedit spiritum suum. De quo Dominus Iesus Christus propria voce testatur: Spiritus Domini super me. Alio quoq. in loco idem Isaias totam Trinitatem in digitorum numero comprehendens, sic prædicat, dicens: [q] Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo quis ponderauit? quis appẽdit tribus digitis molem terræ? in tribus quippe digitis Propheta trinam diuinæ omnipotentiæ C æqualitatem sub quadam mysterij lance librauit, & ex parilitate virtutis cooperationem potentiæ, & vnitatem substantiæ, quæ vna eademque in Trinitate est, in tribus digitis declarauit, cuius Trinitatis mysterium aliàs se cognouisse testatur, idem Propheta dicendo: [r] Vidi Dominum sedẽtem super solium excelsum, Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciẽ eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant: quem vt trinum in personis ostenderet, & vnum in diuinitate monstraret, sequenter ait: Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus exercituum: plena est omnis terra gloria eius: Ecce trinam sanctificationem sub vna confessione cælestis persultat exercitus: vnam gloriam Trinitatis Seraphim trina repetitione proclamant. [s] Nam quid ter Sanctus indicat? nisi eiusdem trinæ omnipotentiæ gloria demõstrata est in deitate triũ personarum significatio. Non autem sicut tres personæ, ita & tres Dij credendi sunt, sed in eis personis vna diuinitas prædicanda est. Secundum Moysi sententiam dicentis: [t] Audi Israel Deus, Deus tuus, Deus vnus est. Et iterum: [v] Ego sum Deus, & præter me non est alius.

Sed contra hæc obijcit pernicioſa Iudæorum perfidia, dicens: Si Pater Deus est, & Filius Deus est: ergò duo Dij sunt, & nõ vnus Deus. Pro me ergo audiant Isaiam, vtranq. personam, vnum Deum, dicentem: Tu es Deus, & in te est Deus, in eo enim quod dicit: Tu es Deus, Patrem ostendit: in eo verò quòd subiecit: in te est Deus, Filium declarauit. Sed tamen, vt eundem Patrem & Filium, vnum Deum ostenderet, subiecit: Nõ est, absq. te Deus, verè tu es absconsus Deus, Deus Israel. Aliàs quoq. vnitum nomen Patris & Filij comprobatur, ipso Patre ad legislatorem Moysen ita testante. Attende illi, & ne inobediens ei fueris, est enim nomen meum in illo.

a *al.* vnum esse Deum.

b *Deuter. 6. ver. 4.*

c In libro quippe secundo Regum. *In Hispalensi & Tarraconensi minori legebatur,* in libro quoque primo Regum. *Quæ fortassis germana Isidori lectio est. Nam vt Iunilius docet lib. de partib. diuinæ legis c. 12. & Hieron. in prologo galeato, Hebræi duos tantum libros Regum cõputant, nempè Samuelis librum, quo primus & secundus comprehenditur, & librum Regum, qui continet tertium & quartum atq. hanc computandi rationem Isidorus ipse sequutus est, lib 6. etymolog. c. 1. Verùm, quoniam alij codices discrepant, & Isidorus ipse in libro proœmiorum, quattuor libros Regum facit, diuersam lectionem præferendam iudicauimus, tanquã vulgatæ editioni, & communi vsui magis consentaneam.*

d *Psal. 32. vers. 6.*

e *Psal. 147. ver. 15.*

f *Genes. 1. ver. 1 & 2.*

g *al.* Domini.

h *Psal. 39. ver. 9.*

i *al.* Ibi.

k *Genes. 3. ver. 22.*

l *Aggæi. 2 ver. 6. & 8.*

m *Isai. 48. ver. 12.*

n *Eodem cap. ver. 13.*

o *Eodem cap. ver. 16.*

p *Isai. 42. vers. 1.*

q *Isai. 40. ver. 12.*

r *Isai. 6. vers. 1.*

s Nam quid ter Sanctus indicat? nisi eiusdẽ trinæ Omnipotentiæ gloria demonstrata est, in deitate trium personarum significatio. *Hoc loco maximè variabant exemplaria. Hispalense legit:* Nisi eiusdem trinę Omnipotentiæ gloriam, quæ demonstrata est, in deitate trium personarum sanctificationem. *Tarraconense minus:* Nisi eiusdem Trinæ Omnipotentiæ gloria demonstrata est, in Dei tamen trium personarum significationem. *In altero excusę legitur:* Nisi eiusdem trinæ Omnipotentiæ gloriam quæ demõstrata est, in deitate trium personarum sanctificatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem. Ex *Parisiensi, & Tarraconensi maiori lectio, quam posuimus desumpta est. Suspicor legendum*: Nam quid ter sanctus indicat? nisi eiusdem trinæ omnipotentiæ gloria demonstrata est, in deitate trium personarum significata.

e *Deuter. 6. ver. 4.*

n *Isai. 45. ver. 21.*

Quia Filius Dei Deus, homo factus est. CAP. V.

HVcusque mysterium cælestis natiuitatis in Christo, & significantiam diuinæ Trinitatis ostendimus. Dehinc scripturę auctoritate eundem Filium Dei natum in carne monstremus, manifestantes primũ, quia idem Filius Dei, propter nostram salutẽ incarnatus, & homo factus est. Sic enim de eo prædicat Isaias:[a] Paruulus, inquit, natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus eius super[b] humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis. Paruulus enim Christus, quia homo: & natus est nobis, nõ sibi, quod enim homo factus est, nobis profecit, & ideò nobis natus est. Filius autẽ datus est nobis: cuius nisi Dei filius? principatus eius, super humerum eius: siue quia crucẽ proprijs humeris ipse portauit: siue, quia titulũ regni super humeros, & caput eius Pilatus scripsit. Erubescant itaq. impij Iudæi, & agnoscant [c]vocari Christum Filium Dei viui natum, & per assumptionem corporis paruulum factum, de quo Dauid ait: [d]Minuisti eũ paullò minus ab Angelis: quia, [e]dum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Ad quem dum Pater in Psal. de illa æterna natiuitate diceret: [f]Ex vtero ante Luciferum genui te: [g]rursum futuram eius in carne natiuitatem ostendens, subiecit, dicens: Et quasi de vulua orietur tibi ros adolescentiæ tuæ. Hanc incorporationem Filij Dei, & Spiritus Sanctus in Psal. ita prænuntiauit, dicens: Ad[h] Sion autem dicetur vir, & vir natus est in ea, & ipse fundauit eam[i] Excelsus. Ecce qui nascitur in Sion, & qui in ipsa ciuitate factus est humillimus, ipse est, qui fundauit eam Excelsus: & quia idem est Dominus, sequitur: Dominus numerauit, scribẽs: [k]populis, iste natus est ibi. Quis est iste? vir scilicet, & excelsus, & Dominus. Vir quia homo factus est. Excelsus, quia cum supra se cæli, & Angeli susciptunt. Dominus, quia cunctæ cæli, terræq. creaturæ illi deseruiũt. Verùm quoties inimici Christi omnẽ hanc prophetiam natiuitatis eius audiunt, concluſi, dum non habeant, quòd proponant, argumentantur, dicentes: Necdum venisse Christum, de quo hæc omnia ora Prophetarum præsaga cecinerunt. Quæramus ergò tempus natiuitatis Christi, vtrùm iã aduenerit, an venturus adhuc expectetur? In Daniele igitur tempus aduentus eius certissimè ostenditur, & anni numerantur, & manifesta signa eius pronuntiantur, & post aduentum eius, & mortem futura Iudæorũ excidia ibi certissimè manifestantur. Sic enim ait ad eum Angelus: [l]Daniel, aduerte sermonem, & intellige visionem. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctã tuã, vt consummetur præuaricatio, & finẽ accipiat peccatum & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Quę scilicet septuaginta hebdomadę, si à tempore Danielis enumerẽtur, procul dubiò sanctus sanctorum Dominus Iesus Christus olim venisse cognoscitur. Hebdomada namq. in sacris eloquijs septem annis terminatur; dicente Domino ad Moysen: [m]Numerabis tibi septem hebdomadas annorum, id est septies septem, qui simul faciunt annos quadraginta nouem. Similiter septies septuaginta fiunt quadringenti nouaginta. Ideò tot annos fuisse credendum est à Daniele vsq. ad Christum. A tempore itaq. Danielis Prophetæ vsq. ad præsens tẽpus pluſquam centum quadraginta hebdomadæ enumerantur. Ideoque iam aduenit Christus, quem annuntiabat sermo propheticus. Post septuaginta enim hebdomadas, & natus, & passus ostenditur Christus, & ciuitatem Ierusalem in exterminationẽ fuisse: & sacrificium, vnctionemq. cessasse. Sic enim subiecit idem Propheta; Et occidetur Christus, & ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Post passionem igitur Christi venit Titus, & debellauit Iudæos, & destruxit vrbẽ, & templum, & cessauerunt libamina, & sacrificia. Quæ vltra illic celebrari non potuerunt. Vt impleretur, quod fuerat ante à Propheta prædictum. Sed, ò duritia cordis Iudaici,

daici, quia ipsi Christum interemerunt, inde eum adhuc venisse non credunt. Probauimus Dominum nostrum Iesum Christum secundum carnem iam natum fuisse. Sed adijcit incredulus cur in carne venit? Audi ergò causſam. Deus cùm hominem fecisset, summa beatitudine præditum, & diuinæ imaginis decore [n]ornatum, posuit eum in paradiso, vt esset Deo subiectus, & cæteris creaturis prælatus. Ille autẽ rebellis effectus, contempta diuinitate, interdictum violauit præceptum: quem proiectum ob superbiam Deus non occidit, sed exulem paradiso fecit, expectans vt per pœnitentiam reparari posset ad veniam, & cũ ille non reuocaretur ad viam virtutis, dedit Legem per Moysen, vt vel per ipsam reuerteretur ad amorem Dei, & operationem iustitiæ. Sed cum ne hãc quidem contumax, & incredulus custodiret, venit tãdem filius Dei, & corpus humanum [o]assumpsit, vt dũ videretur, crederetur: omisisque mundus dæmonum simulacris reconciliaretur gratiæ conditoris. Hæc est causſa natiuitatis Christi, quem Iudæi, etsi patiantur natũ, scandalizantur tamen crucifixũ, & mortuum: non intelligentes, quia sicut propter redemptionem mundi, illum decuit nasci, ita & pati oportuit, cuius passionem & mortem in suo loco scripturarum testimonijs approbabimus. Nunc verò sequamur debitum ordinem, & cuius demõstrata est post gloriam deitatis humana natiuitas, demonstretur & genus & patria, incipientes primùm de nomine eius loqui.

a *Isai. 9. ver. 6.*

b *al.* humeros.

c *al.* inuocare.

d Minuisti eum paullò minus ab Angelis. *Tarraconensis maior*: Minuisti eum paullò minus à Deo. *Simmachus in Hebraico Psalmo 8. ver. 7. legitur*: Minuisti eum paullò minus ab Elohim. *Quæ dictio sæpe Deum, aliquando etiam Angelos significat, vnde vtriq. interpretationi locus. Septuaginta dixerunt.* Minuisti eum paullò minus ab Angelis. *Quod Paulus sequutus est ad Hebræos. 2. verſ. 7. Hieron. autem in sua interpretatione dixit*: Minuisti eum paullò minus à Deo.

e *Ad Philip. 2. ver. 6.*

f *Psal. 109. verſ. 6.*

g Rursum futuram eius in carne natiuitatẽ ostendens, subiecit, dicens: & quasi de vulua orietur tibi ros adolescentiæ tuæ. *Locus est ex psal. 109. verſ. 4. In quo miror Isidorum, cum adduxisset illa verba.* Ex vtero ante luciferum genui te, *adiecisse tanquam sequentia, & quasi de vulua orietur tibi ros adolescentiæ tuæ, cum sit potius eiusdem loci diuersa interpretatio, ex versione Hieronymi. Eodem memoria lapsu inferius c. 20. vtramque interpretationem coniunxit, vbi ait*: Ante luciferum genui te, & quasi de vulua orietur tibi ros adolescentiæ tuæ.

h Ad Sion autem dicetur, vir, & vir natus est in ea, &c. *Locus est ex Psalm. 86. ver. 5. iuxta versionem Hieronymi. Codices Gotthici Romani Psalterij interpretationem secuti, legunt.* Mater Sion dicet, homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam excelsus. *Et fortasſis hæc erat Isidori germana lectio.*

i *al.* altissimus.

k *al.* populos.

l *Dani. 9. verſ. 23.*

m *Leuit. 25. verſ. 8.*

n *al.* honoratum.

o *al.* cum anima assumpsit.

De nomine Iesu. CAP. VI.

PRima enim appellatio nominis Iesu inuenitur in figura Domini nostri Iesu Christi antea[a] prędicata. [b]Nam Auses quidam qui Naue filius nominabatur, à Moyse [c]Iesus cognominatur. Hic post obitũ Moysi dux effectus principatũ obtinuit, & terrã[d] promissionis hęreditate distribuit. Mutatio nominis quid significabat? nisi quia defuncto Moyse ideſt, defuncta lege, & legali præcepto cessante, dux nobis Dñs Iesus Christus erat futurus, qui nos per Iordanis fluenta, id est, per gratiam baptismi sanctificatos, & omnibus vitiorum generibus expulsis, vel Angelorum malorum hostibus effugatis, perduceret ad terram cælestis repromissionis, melle & lacte manantem, id est, vitæ æternæ possessionem, qua nihil dulcius. Ideò enim vir ille huius sacramenti imaginem susćepit, vt Iesus nominaretur: ad significandum illum verum Iesum, de quo in psalmis scriptum est: [d]Venite exultemus Domino, iubilemus [e]Deo salutari, id est, Iesu patri nostro. Vbi ostenditur Dominum & Deum esse Iesum, de quo & alibi in psalmis: [f]Quia placet sibi Dominus in populo suo, & exaltabit mansuetos in Iesu. Hæc enim in Hebræo sic habentur. ℵ De quo apertius Habacuc intonat dicens: [g]Ego gaudebo in Domino, & exultabo in Deo Iesu meo.

a *al.* prædicta.

b Nam Auses quidam, qui Naue filius nominabatur. *Tarraconensis maior, & excusi legunt.* Nam Iosue quidam &c. *Nostra lectio in uiſpalensi erat, & Tarraconensi minori, & Numer. 13. ver. 17. vbi nos legimus:* Vocauitq. Oseeיהושע filium Nun Iosue. *Septuaginta dixerunt: ἐπωνόμασε Μωυσῆς τὸν Αὐσῆ υἱὸν Ναυὴ Ἰησοῦν. Hanc Septuagintæ interpretationẽ sequutus est Isidorus. Totus verò locus, ac verò magna cap. 6. pars, desumpta est*

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ex Tertulliano, libro contra Iudæos, vbi ait: Dum Moysi successor destinaretur Auses filius Naue, trãsfertur certè de pristino nomine, incipit vocari Iesus, &c. *Vnde colligimus etiam paullò inferius legendum:* Qua nihil dulcius, *potiusquam.* Qua nihil est dulcius. *Tametsi hæc lectio in Tarraconensi minori, & Hispalensi erat.*

a *Num.13.ver.17.*
d al. promissæ hæreditatis.
e Deo salutari, id est, Iesu patri nostro. *Vocem Latinam per Hebraicam reddidit id tantùm indicare volens, vbi in Latina versione, vox salutare, vel salus inuenitur in Hebraico respondere nomen Iesu. Atq. hoc ipsum sequutus proximo testimonio, quod ex Psal 149. ver. 4. desumptum est. Vbi nos legimus:* Exaltauit mansuetos in salutem *ipse Hieronymi interpretationem sequutus dixit, & exaltauit mansuetos in Iesu. Sequens deniq. testimonium ex Habacuc 3 ver. 18.* Ego gaudebo in Domino, & exultabo in Deo Iesu meo: *quoniam ad rem in primis facit adiecimus, obelo tamen notatum, quoniam in Hispalensi tantũ inuenimus.*
f *Psal.n.149.ver.4.*
g *Habac.3.vers.18.*

Christus ex semine Abrahæ secundũ carnem fuit. CAP. VII.

QVòd autem ex semine Abrahæ futurus esset Dominus Iesus Christus, Genesis ostendit, dicẽte Abrahã ad puerũ suũ: [a] Pone manum tuam sub femore meo, & iura per Deum cæli. Quo verbo Christum Deum cæli de genere suo testabatur in carne esse venturum. Per femur enim, genus intelligitur, significabatur enim de semine Abrahæ, futurum in carne Deum cæli: [b] de quo semine per Isaiam Isaac facta fuerat ei à Dño repromissio. In [c] semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes, id est, in Christo de quo Psalmista ait: [d] Et benedicentur in eo omnes tribus terræ, omnes gẽtes magnificabunt eum. De hoc semine, & per eũdem [e] Isaiam vox Domini loquitur. Educam, inquit, de Iacob semen, & de Iuda possidentes montes meos. De quo alibi idem Propheta. [f] Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes facti essemus.

a *Genes.44. ver.3.*
b De quo semine per Isaac facta fuerat ei à Domino repromissio. *Quinque codices constanter pro* Isaac, *legebant:* Isaiam. *In Gothicis nihil erat, tantùm in Tarraconensi maiori Isaiæ nomẽ subobscurè in Isaac mutari videbatur, quam nos lectionem, vt veram sequuti, sumus. Tametsi paullo inferius legebatur:* de hoc semine & per eundem Isaiam &c. *Nam vocem* eundem *redundare iudicauimus, eamq. obelo iugulauimus, prorsus prætermittere sine exemplari non ausi.*
c *Genes.22.ver.18.*
d *Psal.71.vers.17.*
e *Isai.65.ver.9.*
f *Isai.1.ver.9.*

De tribu Iuda ortus est Christus. CAP. VIII.

ET quia de tribu Iuda secundum carnẽ Christus expectandus esset, Iacob Patriarcha significat dicens: [a] Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux de [b] femoribus eius, donec veniat, qui mittẽdus est. Et ipse erit expectatio gentium. Certum est enim vsq. ad ortum Christi non defuisse principes populi Iudæorum ex genere Iuda, nec duces de femoribus eius: vsq. ad Herodẽ alienigenam Regem, qui per ambitionem regni irrepserat potestatem. Statim enim vt hoc factum est, & defecit dux ex semine Iudæ, aduenit ille, qui mittẽdus erat; quem gentes & populi expectabant. Iudæi autem peruicacia impudicæ frontis dicunt, nondum esse id tempus expletum, [c] mentiẽtes nescio quem Regem ex genere Iudæ in extremis orientis partibus regnum tenere. Nec attendunt mente cæcati simulationis suæ mendacium detegi: quia iam sicut nullum templum, nullum altare, nullum sacrificium, ita nullus Rex, nullus sacerdos remansit Iudæis: neq. enim mendax esse potest Osee Propheta, qui dicit: [d] Sedebunt filij Israël sine Rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. Quæ omnia quis non videat, nunc in ipsis esse completa?

a *Genes.49. ver.10.*
b Nec dux de femoribus eius. *Sic quinq. codices. Iulianus 1. contra Iudæos Hilarius in psalmum 59. nempe Septuaginta dixerunt* ἐκ τῶν μηρῶν αὐτῶν, *id est, ex femoribus eius; quam lectionem sequuti sumus. Licet Hispalensis, & Tarraconensis minor, vt est in nostra vulgata legebant.* Nec dux de femore eius *Tertull. & ipse contra Iudæos,* de femoribus *legit.*
c Mentientes nescio quem Regem ex genere Iudæ in extremis Orientis partibus. *Hunc locum totidem verbis transtulit Iulianus Toletanus Archiepiscopus in suum opus contra Iudæos, vbi libro primo sic ait,* An fortè adhuc in impudicæ frontis pertinacia perdurantes illud obijcitis, quod parentes vestri solent mentiẽtes proponere, esse hodie nescio quem regẽ, ex genere Iudæ: qui in extremis Orientis partibus, videatur regnum tenere? *Et alia multa in eandem sententiam. Et quidem Iudæos magno numero in Oriente intra montes Caspios inclusos contineri, non ipsi solum fabulantur, (nam extat de hac re liber Hebraicè, qui Baldad Sabites nuncupatur) sed etiam Prosper fuit persuasum lib. de promissionibus parte vltima, cap.9. vbi ait:* Hic ostenditur quod

quod ex Iudæis de tribu Dan, quæ hodie quoque in Perside est, veniet Antichristus. *Hanc Iudæorũ opinionẽ Porchetus tangit prima par. Victo. cont. Iudæos. cap. 2.*

Iurauit Dominus. *Psal.131.ver.11. in Gothicis:* Iurauit Dominus Dauid in veritate, & non frustrauit eum, de fructu ventris tui ponam super sedem meam, *quomodo in Psalterio Hispanico legitur. Et fortassis ita etiam legit Isidorus.*

Quia de stirpe Dauid natus est Christus. CAP. IX.

ECce ex qua tribu nasciturus esset Christus, docemur. Ex Dauid autem stirpe secundum carnem [a] futurus esse, per Spiritum Sanctum ita [b] prænũtiatus est in psalmis. [c] Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur [d] eum, de fructu vẽtris tui ponam super sedem tuam. ~ & iterum [e] semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta [f] in æternum, & testis in cælo fidelis. Item in libro Paralipomenon. [g] Et factum est verbum Domini ad Nathã dicens: Vade, & dic seruo meo Dauid: Hæc dicit Dominus; annuntio tibi, quod ædificaturus sit domum tibi Dominus, cumq. impleueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filijs tuis, & stabiliam regnum eius, ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium eius vsq. in æternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, & misericordiam meam nõ auferam ab eo, sicut abstuli ab eo, qui ante te fuit, & statuam eum in domo mea, & in regno meo vsq. in sempiternum; & thronus eius erit firmissimus in perpetuum. Hæc omnia quisquis in Salomone putat fuisse impleta, multum errare videtur. Nam qualiter in Salomone intelligendum est, quod dictum est? Postquã dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filijs tuis. & stabiliam regnum illius. Nunquid de illo Salomone creditur propheratum? minime. Ille enim patre suo viuente cœpit regnare. Nam hic dicitur, quia cum completi fuerint dies [h] vitæ tuæ, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum. Ex quo intelligitur alius esse promissus, qui non ante mortem Dauid, sed post mortem eius pronuntiatus fuerat suscitandus. ~ Qui [i] ædificaret domum Domini non de parietibus manufactis, sed de lapidibus viuis, & pretiosis, id est, sanctis, & fidelibus. Nam & illud quod subiecit: [k] Fidelis erit domus eius, & regnum eius vsque in sempiternum coram me: atendat & aspiciat quisquam, non de Salomone esse pronuntiatum. Salomon quippe domum [l] plenam fuisse mulieribus alienigenis colentibus idola, & ipse ab eis Rex idolatria seductus atque deiectus, dum bonus fuisset in initio, malos exitus habuit. Ergo quis est iste, cuius domus est fidelis in perpetuum? & qui post mortem Dauid promittitur suscitandus? Ille vtique est, de quo ipse Dauid exæstuans, clamat dicens: in psalm. 88. [m] Tu verò distulisti Christum tuum. Non est ergo ille Salomon, sed nec iste Dauid dilatus est Christus. Ecce apparuerunt promissiones prædictæ, non in Salomone, sed in Christo Domino nostro: qui ex Dauid genere ortus est, fuisse completæ. De quo per Ieremiam ipse Dominus dicit: [n] Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. [o] Iste est, qui per Nathan ex semine Dauid promittitur, qui etiam per Isaiam Prophetam ita pronuntiat: Egredietur, inquit, virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Hæc virga de radice Iesse, virgo est Maria de Dauid radice exorta, quæ genuit florem Dominum Saluatorem, de quo etiam sequitur: Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Ideò autem tanta dona spiritus super eum prædicantur, quia in eo non ad mensuram spiritus inhabitat sanctus, sicut in nobis, sed [p] tota ineſt ei plenitudo diuinitatis & gratiarũ. [l] Iste est, qui nõ secundũ visionem oculorũ, & auditum auriũ iudicat: sed est iustitia cingulum lumborũ eius, & fides cinctorium renum eius. In cuius Ecclesia habitat lupus cum agno: ille vtique, qui solebat ab ea rapere prædam, dum ad eam conuertitur, cũ innocentibus commoratur. In cuius ouili pardus cum hœdo accubat, permisti scilicet subdoli cũ [q] simplicibus, ibi etiã vitulus de circũcisione, leo de seculi potestate, ouis

Universidad de Deusto
Biblioteca

de populari ordine, simul morantur, quia in fide communis est conditio omnium. Puer autem paruulus minans eos, ille est vtique, qui se humiliauit pro nobis, vt paruulus. Bos autem & leo ibi comedét paleas: quia principes cum subiectis plebibus communem habent doctrinam. Delectatur quoque infans ab vbere super foramina aspidis, dum gentes, quæ solebant venena aliquando prædicare, conuersi etiam paruuli Christi fidem delectantur audire. Cauerna autem reguli, corda sunt infidelium, in quibus ille serpens tortuosus requiescebat, quem ablactatus comprehensum exinde captiuũ traxit, vt in monte sancto eius; quod est Ecclesia non noceret. Adhuc idem Isaias de Christo, quia ex semine Dauid [v] nasciturus esset, secundum carnem, sic in consequentibus dicit: [x] In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulcrum eius glorioſum. In signum populorum stat radix Iesse, quando Christus [y] signaculum crucis exprimit in frontibus eorum. Ipsum gentes deprecabuntur, quod iam hoc totũ cernitur fuisse completum. Sepulcrum autem eius in tantum est glorioſum, vt excepto quod redempti per mortem eius gloriã ei exhibemus, etiam locus ipse coruscans miraculis, gloriæ suæ causſa ad se omnem contrahat mundum. Hic locus in Hebræo sic habet: Et erit requies eius glorioſa. Vtiquia moriens caro eius non vidit corruptionem secundum psalmi sententiam: [z] Quia non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Iam verò quia ore prophetico de Moab nascenti Christo, perhibetur testimonium, idem Isaias testatur: [a] Ponam enim super his, qui fugerint de Moab leonem, & reliquis terræ. [b] Emitte agnum Dñe dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion. De hac enim gente Moabitarum egressus est agnus immaculatus, qui tollit peccata mundi, qui dominatur in orbem terrarum. [c] Petra autem deserti, Ruth significat, quæ destituta morte mariti, de Booz genuit Obed, & de Obed Iesse, & de Iesse Dauid, & de Dauid stirpe Christum. Montem autem filiæ Sion, aut historialiter ipsam vrbem Ieroſolymam dicit: aut iuxta tropologiam Ecclesiam in specula, id est, in virtutum sublimitate locatam.

a *al.* futurum.
b *al.* prænuntiatum.
c *Psal.* 131. *ver.* 11.
d Eam.
e *Psal.* 88. *ver.* 36. 37. & 38.
f *al.* in æternum manebit.
g 1. *Paralip.* 17. *ver.* 3. & 2. *reg.* 7. *ver.* 4.
h *al.* tui.
i Qui ædificaret domum Domini. *Totus hic locus obelo notatus, in excussis tantum erat, nobis suspectus visus est, neque satis cohærere, reliquimus tamen intactũ, nisi quod vbi legebatur* qui dum bonus fuisset, *vt ratio Grammatica constaret, relatiuum,* qui, *temerè positum expunximus.*
k 2. *Reg.* 7. *ver.* 16.
l *al.* fortasis habuit.
m *Psal.* 88. *ver.* 39.
n *Ier.* 23. *ver.* 5. & 6.
o 1. *Paralip.* 17. & 2. *Reg.* 7.
p *Isai.* 11. *ver.* 1.
q *Iohan.* 3. *ver.* 34.
r Ad *Coloss.* 2. *ver.* 9.
s *Isai.* 11. *ver.* 3.
t *al.* peccatoribus.
v *al.* natus est.
x *Isai.* 11. *ver.* 10.
y Signaculum crucis exprimit in frõtibus eorũ. *Hoc refertur siue ad sacramentum confirmationis, cùm puerorum frontes chrismate signantur, seu ad consuetudinem, qua singuli fideles consueuerunt frõtes signo crucis munire. De qua* Tertull. *lib.* 2. *ad vxorem.* Cyprian. *lib.* 2. *contra Iudæos c.* 21. *dixit, quod in hoc signo salus sit omnibus, qui in frontibus notantur.*
z *Psal.* 15. *ver.* 10.
a *Isai.* 15. *ver.* 9.
b *Isai.* 16. *ver.* 1.
c Petra autem deserti Ruth significat. *hic locus ex Hieron. desumptus est, ad c.* 16. *Isaiæ initio, vbi ait:* De petra deserti, hoc est, Ruth, quæ mariti morte vidua ta, de Booz genuit Obed, & de Obed Iesse, & de Iesse Dauid & de Dauid Christum. *Isid. dixit de Dauid stirpe Christũ. Quam lectionẽ propter auctoritatem Hier. diuersæ lectioni prætulimus. Nam tres codices legebant.* Et de Dauid stirpe natus est Christus.

Quia Christus de virgine sine virili coitu genitus est. CAP. X.

HActenus de nomine & gẽre & genere Domini nostri Iesu Christi Testamenti veteris fidem perstrinximus, de hinc generationes eius secũdum carnem de virgine ostendamus. Isaias enim Sancto Spiritu plenus futuræ incarnationis Filij Dei sic prænuntiat sacramentum, sic enim dicit: [a] Et adiecit loqui ad Achaz Dñs, dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundũ inferni, siue in excelsum suprà. Et subiecit: Audite itaque domus Dauid, id est, genus Dauid. Nam bene ad domum Dauid loquebatur, id est, ad stirpem regiam de

de qua stirpe descendit Maria, & adiecit: propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filiũ, & [b] vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatũ nobiscũ Deus, quia ergo ille, quem in vtero virgo cõcepit, & peperit, nobiscũ Deus vocatur, Deo[c] itaque[d] in vtero virginis cõceptus, natusq. cognoscitur. Erubescant itaq. Iudæi increduli, & Christi gratiæ sua colla submittant. Ecce enim, quem virgo peperit, nobiscum Deus appellatur. Quo loco argumentãtur Iudæi, quod sin Hebræo non virginem, sed iuuẽculam ostendat sermo propheticus patituram. Aduersus quos respondetur, nõ esse signum, si iuuencula pariat, quod est ætatis. Sed hoc esse signum ad rei nouitatem, si virgo pariat, quod est integritatis, dum enim dicit Dominus: Dabit vobis signum, insinuat quoddam insigne miraculum, virginem videlicet paritura, quod proculdubio signum non esset, nisi nouũ existeret. Oportebat enim Christum propter insigne miraculum, secundum carnem nasci de virgine. Sequitur de eo: Butyrum & mel comedet. Butyrum, fructus est Ecclesiæ venientis ex circuncisione, quasi bouis sub iugo, id est, sub Lege positæ, mel verò Ecclesiæ venientis ex gentibus, cuius suauitate, & dulcedine operis & fidei pascitur Christus. [d] Sequitur, & dicit: Et priusquam cognoscat puer vocare patrem aut matrem, quod enim dixit priusquàm cognoscat, id est, priusquam cognoscere faciat, diuinitate Deum habere se patrem, & carnis susceptione virginem matrem, iuxta illud, quod in Genesi scribitur, dicente Domino ad Abraham: [e] Nunc cognoui, quod timeas Deum, id est, nunc cognoscere te feci. Absit enim, apud Deum esse ignorantiã, vt tunc cognoscerer, quòd ante nescirer. Quantæ autem potestatis existat, idẽ Emmanuel, prædictus Propheta, frequenter annuntiat, dicens: [f] Et erit extensio alarum eius, implens latitudinem terræ, ò Emmanuel, quẽ quia de virgine natum credimus patrem in psalmis dicẽtem audiamus. Nam cum dixisset Prophetа de Christo: [g] Dixit Dominus Dño meo, sede à dextris meis. Confestim vox patris consequuta est, dicentis ad filium: Ante luciferum genui te, & quasi de vulua orietur tibi ros adolescentiæ tuę. Iurauit Dominus, & nõ pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinem Melchisedec, Dñs à dextris tuis confregit in die iræ suæ Reges. Et iterũ: [h] Vt inhabitet, inquit, gloria in terra nostra, misericordia & veritas occurrerũt sibi, iustitia & pax complexæ sunt se. Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. Quæ est veritas de terra orta, nisi Christus de femina natus, filius Dei de carne procedens? [i] Nam caro terra est, quando enim natus est Christus, iustitia de cælo prospexit. Non enim daretur è cælo iustificatio, nisi Christus in carne nasceretur, & vt ostenderet, quod ipsa veritas de terra orta homo esset, sequenter adiũxit: iustitia [k] ante eũ præibit, & ponet in via gressus suos. Item idem Dauid, terra, inquit, dabit fructum suum. Terra, Maria, dedit fructũ suum Christum: sed quis est iste fructus? Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Hunc terræ fructum prędictus Isaias Propheta alibi manifestius annũtiat, dicẽs: [l] Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustũ, aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & iustitia oriatur simul, ego Dominus creaui eum. Cæli ipsi, qui & nubes, id est, Prophetæ, per quos Christus adueniens prophetabatur: terra, Maria, quæ fide aperta, non coruptione genuit Saluatorem, quia solus Dominus eum creauit, nõ virilis [m] commixtio seminis. Vnde & Isaias ait: Generationem eius quis enarrabit? Nullus enim hominum natiuitatis Christi, in conceptu conscius fuit: solo enim verbo Dei virgo prægnans apparuit. Quod etiã Daniel Propheta figuraliter prædixerat, dicens: [n] Vidi lapidem de monte abscisum sine manibus præcidẽtium, & cum venisset in terram repleuit orbem terræ. Lapis iste, Christus est [o] sine manibus abscisus, implens omnẽ terram, quia in omnibus gentibus regnum eius est. De quo lapide per Isaiam Deus loquitur: [p] Ecce mitto in fundamentis Sion lapidem pretiosum, electum, angularem, & qui crediderit in eum, non confundetur. Hunc enim vidit Daniel abscisum de monte, id est, de populo Iudæorum, sine manibus, hoc est, sine operatione virili, ex Maria virgine natũ, quam sine dubio virginem fuisse credimus ante partum, virginem permansisse post partum, Ezechiele Propheta testante: [q] Conuerti me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad Orientẽ, & erat clausa. Et dixit Dominus ad me, porta hęc clausa erit, non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniã Dominus Deus ingressus [r] est

Universidad de Deusto
Biblioteca

per eam,eritq. clausa. Quo testimonio sanctam Mariam, & virginem concepisse, & virginem permansisse confitetur. Genitalia namque fœminea, pro eo quod claustra partus aperiunt, portæ dicuntur, sicut ait Iob: [r] quia non clausit portas ventris, qui portauit me. Dominus enim noster Iesus Christus mirabiliter,& potentialiter natus, [s] tanquam sponsus processit de thalamo suo, id est, ex virginis utero, post cuius ortum nullum cum Maria conuenisse,nullum ex eius utero genitum extitisse profitemur.

a Isai.7.ver.10.
b al.vocabit.
c In Hebræo non virginem sed iuuenculã, &c. *Non constituit hoc loco de voce Halma, qua utitur Isaias 7. cap.disputare,cum liceat Hieronymum ad eum locum videre,atque Galat.lib.3. de arcanis Catholicæ veritatis.c.15.*
d Sequitur & dicit:priusquam cognoscat puer, &c. *Isidorus siue memoria hallucinante, siue data opera, à 7. cap.Isaiæ repentè ad 8.transijt,explicatq. illud verbum: Priusquam cognoscat puer,id est,priusquam cognoscere faciat: se habere patrem Deum,matrem virginem,subtiliter sane,neq. abhorrens à diuinarum litterarum vsu, Hier. ad ea verba,& Aug.de tempore serm.32.facilè se expedisse explicantes: Antequam puer sciat vocare patrem,& matrem, id est,antequam homo fiat.*
e Genes.22.ver.12.
e Isai.8.ver.8.
f Psal.109.ver.1.
g Psal.84.ver.10.11.12.
h al.nostra.
i Psal.66.ver.7.& 8.
k Isai.45.ver.8.
l al.commixtione,*Isai.53.ver.8.*
m Daniel.2.vers.34.
n Sine manibus abscisus implens omnem terrã, *Hispalensis interponit quædam verba,sic enim ait:* sine manibus complectentium concisus, id est,de virgine solo Spiritu Sancto cooperante,sine virilis cõmistione seminis ortus,implens omnem terram.
o Isai.28.ver.16.
p Ezech.44.ver.1.
q al.ingressurus.
r Iob.3.ver.10.
s Psal.18.ver.6.

In Beth-lehem natus est Christus. CAP. XI

PRædiximus natiuitatem Domini nostri ex virgine:locũ quoq. originis suæ ostendamus.Nam in Beth-lehẽ natus est, ad quã dicitur: per Michæam Prophetam [a] & tu Beth-lehẽ domus Ephrata ☜ nũquid paruula es in millibus Iudæ? ex te mihi egredietur,qui sit dominator in Israel,& egressus eius à diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos usq. ad tempus, in quo parturiẽs pariet. Sicque postquam locum originis eius prædixit, deinde regnum eius futurum in toto orbe subiecit, dicens: Stabit, & videbit, & pascet gregem suũ in virtute Dñi & in honore nominis Dei sui erunt, quoniam nũc magnificatur usq. ad terminos terræ,& erit iste pax: De hoc loco natiuitatis Christi,& Habacuc Propheta sic ait: [b] Deus ab Africo veniet, Beth-lehẽ enim regio, vbi natus est Christus, de Ierusalem ad meridianam respicit plagam. Meritò ergò ab Africo venisse scribitur,quia à Beth-lehem venturus esse præuidebatur.

a Et tu Beth-lehẽ domus Ephrata ☜ nũquid paruula es in millibus Iuda. *Sic legebant duo codices Gothici,sic etiam Iulianus lib.1.cont.Iudæos, præterquã quòd genere masculino dixit:* Nunquid paruulus es? *Hier.in ipsa versione Septuaginta habet,ne quaquã minima es,ut sis in millibus Iuda. Cyprian.2.cont.Iudæos c.11. eumdẽ Michææ locum sic refert:* non exigua es, vt constituaris in millibus Iuda. *Ipsemet Isid.lib.2.c.3.* Et tu, inquit, Beth-lehem domus Ephruta,nõ es minima in millibus Iuda. *In quam lectionẽ eo sane loco omnes codices cõspirabãt,cum in hoc,de quo agimus,pleriq. affirmatiuè legãt:* Paruula es,siue paruulus es. *Tarracon. minor tantum habebat:* Paruulus nõ es. *Libet autem suspicari Hebræos Michææ codices à Iudæis esse vitiatos: & Septuaginta olim atq.veteres locum eum,vt est in Matthæo cum negatione legisse,tametsi quidam nostra ætate ita conantur Matthæi verba cum Michææ loco conciliare, vt dicant hoc modo Hebræa interpretãda.* Et tu Beth-lehẽ Ephrata, parũ (*supple* est tibi) vt sis in millibus Iuda. *Nimirum vocem,Zahir Hebraicam,pro qua alij paruula seu paruulus reddiderunt, hinc orto genere sumi malunt, quod si recipiatur facilè Matthæus cum Michææ conciliabitur. Hebraica propter eos, qui eam linguã calent,subijcimus* זעיר אפרתה בית־לחם להיות באלפי יהודה.
b Deus ab Africo veniet. *Locus est Habacuc 3.ver.2.sic Aug.lib.de Pastor.c.15.& 16.dixit:* Deus ab Africo veniet,& Dominus de monte vmbroso, *Quæstio in omnibus Isidori codicibus erat,præterquam in Hispalensi,qui legit,vt est in editione vulgata.* Deus ab Austro veniet. *Nos aliorum codicum auctoritatem sequuti sumus.*

Stellæ indicio Christi natiuitas monstratur. CAP. XII.

QVia stellę indicio natiuita seius claruit, in [a] Numeris [b] diuinus ille Balaam sic cecinit, dicens: Orietur stella ex Iacob, & consurget homo de Israel. Magi enim ab Orientis partibus venientes, primi Christi natiuitatem stella indice nuntiauerunt,scilicet, vt quem olim princeps artis eorum prædixerat:illi inspecto sidere demõstrarẽt.

a Diuinus ille Balaam. *Vox diuinus, anceps est, Iosephus lib.4.antiq.c.6. Balaam in magnorum & diuinorum vatum numero ponere non dubitat, cui tam frequenter Deus loquebatur,per quem Israelitis benedixit,& qui futura tàm apertè vaticinatus est. Antiquorum Patrum opinio refellit.Iustini q.2.Chrysost.homil.21. in Genesim, Basilij epistola 80. Aug.serm.103.His accedit diuinatũ litterarũ auctoritas,cũ Iosuæ 13.ver.22.vocetur ariolus in Hebraico.*

Munera Magi obtulerunt. CAP. XIII.

QVia ei munera obtulerũt Magi, & hoc Prophetę nobis narrant:sic enim Isaias ait:[a] In tẽpore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso,& dilacerato,à populo terribili, post quẽ non fuit alius. Hoc autẽ dicit Propheta,propter Persarum robustissimam gentem, ad cuius tũc potentiam nullus populus comparabatur, [b] de quibus Magi venientes,Christo munera detulerunt. Et iterum ipse. [c] Omnes,inquit de Saba venient,aurum, & thus deferentes,& laudẽ Domino annuntiantes. De his muneribus & Dauid [d] prædicauit,dicẽs: [e] Et dabitur ei de auro Arabiæ. Et rursus Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent. Nam & Magos Reges habuit Oriens.

a Isai.18.ver.7.
b De quibus Magi veniẽtes. *Remigius in Matthæũ c.2.varias de Magis fuisse opiniones ait,a quibusdã Chaldæis putari,ab aliis Persis,à nonnullis Balaãnepotes,quos: ea ex vltimis terræ finibus venisse affirmare. Isid.hoc capite Magos versas facit. Nempe eæ gentes astrorum cognitioni in primis deditæ erant,vnde Genethliaci Chaldæi vulgo dicebantur, vt ex Gellio constat lib.14.c.1. ab uelimaide prima Persidis regione Magi uelimai vocabantur. Vnde illud Actorum 13.ver.8.* Resistebat autem illis Elymas magus, sic enim interpretatur nomen eius. *An verò hi Reges Magi dicti fuerint à sapientia,vt Origenes iudicat tract.5.in Matthæum,& eo nomine reprehenditur à Theophilo.2. lib. Paschalis,an vero à dãnatis artibus,vt Iustinus contra Tryphonẽ,& Basilius de Christi ortu arbitrãtur,magna quæstio est,neq. instituæ brevitatis. Hier.Dan.2. cum in illa verba:* Præcepit Rex,vt cõuocarentur arioli, *ait:Magos esse qui de singulis philosophantur, indicat ea voce non semper damnatas artes significari. Quod vero adiecit:*Nã & Magos Reges habuit Oriens. *Ea verba ex Tertull.desumpta sunt libro contra Iudæ.& 3.contra Marcionẽ. Cicer 1. de diuinat.*Nec quisquam,*ait,* Rex Persarum potest esse,qui non ante Magorum disciplinã, scientiãq. percepterit. *Magos autem,qui ad Christũ venerunt fuisse Reges,Cyprian.serm de baptis Christi. Athanas.q.2.Hier. in psal.71. August. ser.43. ad fratres in erem.Christianus Druth.ad c.2.Matthæi docent.*
c Isai.6.vers.6.
d al.personat, *vel* præcinit. Psal.71.ver.11.

A Deo Patre vnctus est. CAP. XIIII.

ET quia non oleo isto humano vnctus est Christus,sicut cęteri Reges,& Põtifices Hebræorum, sed à paterno spiritu vnctus est,Isaias ex persona eiusdem Christi sic decinit dicens: [a] Spiritus Dñi super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me,prædicare captiuis remissionẽ,& cæcis visum. Simili modo & Psalmographus,diuino afflatus spiritu ita ad eundẽ Christum loquitur, dicens: [b] Sedes tua Deus in seculum seculi,virga [c] equitatis,virga regni tui. Dilexisti iustitiam,& odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis. In qua sententia primò Propheta diuinitatem Christi, ac perpetuitatem demonstrat. Sequenter per æquitatis virgam,sceptrum potestatis eius,regnum mq. denũtiat. Postremò quod idem Deus,à Deo vnctus sit, indicat: non quidem oleo cõmuni, sicut cæteri participes sui,id est,principes,qui [d] imaginario præcesserant,sed oleo lætitiæ, quo mysticè demõstratur Spiritus Sanctus cuius cælesti infusione & virtute Christus est cõsecrat[e].

a Isai.61.ver.1.
b Psal.44.ver.7.
c al.directionis.
d al.imaginariè.

Quod pauper et abiectus primo aduentu venit. CAP. XV.

QVia pauper & abiectus in primo aduẽtu suo venerit,[a] Sãctus Isaias sic indicat, dicens: Dicite filiæ Sion,ecce Rex tuus venit tibi iustus,& saluator, pauper, sedẽs super asinum indomitum. Item apud eundẽ ex persona Dei Patris:[b] Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur,& sublimis erit valde, sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorioſus erit inter viros aspectus eius,& forma eius inter filios hominum. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt Reges os suũ, quia quibus non est annuntiatum de eo,videbũt,& qui non audierunt,contẽplati sunt. [c] Quis credidit auditui nostro. Et brachiũ Domini cui reuelatum est? Et [d] ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Non est species ei, neq. decor,& vidimus eum,& non erat aspectus,& [e] desideravimus eum despectum & nouissimum virorum: virum dolorum, & scientem ferre infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius,& despectus,vnde nec reputauim[s] eũ. Verè lãguores nostros ipse tulit, & dolores

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostros ipse portauit, & nos putauimus eũ, A quasi leprosum,& percussum à Deo,& humiliatum, ipse autem [f] humiliatus est propter iniquitates nostras,& attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum,& liuore eius sanati sumus. Omnes nos, quasi oues,errauimus. Vnusquisq. in viam suã declinauit,& Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum, sicut ouis ad occisionem [g] ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmuscet,& non aperuit os suum.De angustia & de iudicio sublatus est, generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de B terra viuentium, propter scelus populi mei percussi eum, & dabit impios pro sepultura,& diuites pro morte sua,eò quòd iniquitatem nõ fecerit, neque dolus fuerit in ore eius,& Dominus voluit conterere eum in infirmitate,si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum,& voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit,& saturabitur, in scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideò dispertiam ei plurimos,& fortium diuidet spolia, pro eo quod C tradidit in mortem animam suam & cum sceleratis reputatus est,& ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit. In qua lectione non solùm quia abiectus apparuit Christus, sed etiam ibi eius generatio cælestis exprimitur, infirmitas quoque susceptæ carnis eius manifestatur, contumelia quoque passionis eius, crux, mors,sepultura ibi [h] monstratur,& quod innocens damnatur,& tacens ibi patitur. Deus enim suscipiens in [i] carne pauperis formam, se humiliare dignatus est, nostriq. caussa, vt salus perditis redderetur etiam vsq. ad mortem obediens factus est, quod alibi idem Isaias præfatus est.[k] Non clamabit,neq. au- D diet quis in plateis vocem eius, calamum quassatum non conteret, & linum fumigãs non extinguet, sed in veritate proferet iudicium, quousq. ponam in terra iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt,& [l] Ieremias, quod veniret Deus in carne,abiectus & humilis ita prædixit: Domine, fac propter nomen tuum,quia multę sunt auersiones nostræ.[m] Tibi peccauimus, expectatio Israel, saluator eius in tempore tribulationis. Quare quasi colonus futurus es in terra?& quasi viator declinans ad manendum?Quare futurus es, quasi vir vagus, & fortis,qui non potest[n] saluare?Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. Dũ enim dicit, tibi peccauimus, exprimit Iudæorum personam, qui in Deum peccauerunt, quando venientem eum in forma hominis crucifixerunt,obtulit enim se aspectibus hominum,tanquam vagum hominẽ,& inquilinum,illi autem putantes hoc tãtum esse,quod videbatur, occiderũt hominem, quasi qui non posset[o] saluare.

[a] Sanctus Isaias sic indicat dicens: Dicite filiæ Sion. *Illa verba*, Dicite filiæ Sion: *sunt quidem in Isaia c. 62. ver. 11. quæ sequuntur*: Ecce Rex tuus venit tibi, *ex Zacha. 9. ver. 9. desumpta sunt. Isidor. autem vtraq. tanquam Isaiæ adduxit. Neq. mirum quando Marci. 1. c. ver. 2. Isaiæ nomine citatur testimonium, cuius prima pars*: Ecce ego mitto Angelum meum, ante faciem tuam,&c. *ex Malachiæ 3. c. ver. 8. desumpta est. Tametsi (quod Porphyrius reprehendit, vt refert Hier. ad 3. caput Matthæi & quidam alij ausi sunt comminisci, memoria fuisse lapsos Euangelistas) agnoscere nefas est. Cyprianus 2. contra Iudæos c. 28. totũ hunc locũ tanquã Zachariæ citat his verbis*: Quod ipse sit Rex in æternũ regnaturus, apud Zachariã (*supple habetur*) dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi, iustus,& saluans,mitis, sedens super asinũ Dominum. *Vnde tria suspicabar: primum, Isidorum non Isaiam,sed Zachariam posuisse: & à librarijs locum fuisse mutatum,deinde legendum* iustus & saluans, *vbi Hispalensis, & Tarraconensis minor, vt est in nostra vulgata: legunt*: iustus & saluator, *demum non* asinum indomitum, *legendum*, sed domitum *vt dixit Cyprianus, nempe ὑποζύγιον, quæ vox est in Septuaginta interpretibus. Antiqui subiugalem dixerunt, nisi fortè Isidorus ad verba sequentia respexit, pullum nouum, vel filium asinarum, vt asinum indomitum diceret.*

[b] *Isai. 52. ver. 13.*
[c] *Isai. 53. ver. 1.*
[d] *al.* ascendit.
[e] *al.* considerauimus.
[f] *al.* vulneratus.
[g] *al.* ducitur.
[h] *al.* eius manifestatur.
[i] *al.* carnem pauperis formã.
[k] *Isai. 42. ver. 2.*
[l] *Ierem. 14. ver. 7.*
[m] *al.* tibi enim pec.
[n] *al.* saluari.
[o] *al.* saluari.

Quia signa et virtutes fecit. CAP. XVI.

GEnera quoq. & virtutes curationum,tã tò ante præscripta sunt per Isaiam prophetam,dicentem:[a] Ecce Deus noster,ipse ve-

niet,& saluabit nos. Tunc aperiẽtur oculi A cæcorum,& aures surdorum [b] audient. Tũc saliet claudus,quasi ceruus, & [c] plana erit lingua mutorum. Et iterum: [d] Spiritus Domini super me, eoquòd [e] vnxerit me, ad [f] annuntiãdum mansuetis misit me, vt mederer contribulatis corde, prædicare captiuis [g] redemptionem, & cæcis visum. Hæc omnia sanitatum signa in aduentu Christi facta sunt. Statim enim, vt natus est, præcedente stella adorauerunt eum Magi,& obtulerunt munera. Deinde varia aduentus eius repræsentauit miracula. Cæcis enim vt Deum cognoscerent, profundæ noctis caligo [h] detergitur. Defunctis rediuiuæ lucis B gratia redditur, vt animæ viuificarentur. Surdi,vt auditum fideiusciperent, audire cœperunt. Claudi, vt ad Deum currerent, incessu alacri vegetantur. Muti, vt Deum confiterentur,claris vocibus clamauerunt. Leprosi, pro [i] abolendis contagijs animæ, lurida membra deposuerunt: effectu enim maiestatis suæ, multa fecit,quæ prætereũda sunt,dum cuncta legantur. Nam excellentiæ suæ virtute, pendulis gressibus tumentes æquoris fluctus calcauit,& maris magni procellas suo imperio mitigauit. Iam verò passionis eius [k] obitum, etiam elemẽta tremuerunt,dum sol fugit, dum tellus concutitur, saxaq. se se illidentia dissoluuntur. C Siquidem & ipsa mors eum tenere non potuit. Nam resurgens die tertia,ad sedem paternam reuolauit,ministerijsq. Angelorum, reducitur à terris ad cælum. Plura quoq. & his similia,eius omnipotentia facta sunt. Sed dicit incredulus, quod & Prophetæ miracula multa fecerunt. Verum est: nullus tamen eorũ, vt Christus mortuus resurrexit, & in cælum ascendit.

[a] *Isai. 35. ver. 4.*
[b] *Al.* patebunt.
[c] *Al.* clara.
[d] *Isai. 16. ver. 1. & Luc. 4. ver. 18.*
[e] *Al.* vnxit.
[f] *Al.* prædicandum.
[g] *Al.* remissionem.
[h] *Al.* detegitur.
[i] *Al.* abluendas.
[k] *Al.* obitu.

In corpore videndus erat. CAP. XVII.

QVia idem Deus in corpore ab hominibus esset videndus,per Isaiam testatur, dicẽs:[a] Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar,ecce adsum. Et Dauid: [b] Ambulabunt de virtute in virtutem, & videbitur Deus Deorum in Sion. Et iterum: Visi sunt [c] ingressus tui Deus, ingressus Dei mei,Regis,vtiq. quibus venit in mundum, & quibus iterum ascendit in cælum, tunc enim manifestatus est, & reuelatus [d] occursus aduentus eius, [e] quem Iudæi si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. De cuius etiam corporali visione supradictus Isaias ita annuntiauit· Inglorioſus, inquit,erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum, quibus non est annuntiatum de eo videbunt, & qui non audierunt,cõtemplati sunt. Et Ieremias [g] in lib. Baruch: Hic est Deus noster,& non æstimabitur alius ab eo,qui inuenit omnẽ viam prudentiæ,& ostẽdit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Et Habacuc: [h] Domine, inquit, audiui auditũ tuum,& timui: consideraui opera tua,& expaui, in medio duorum animalium cognoscêris: dum appropinquauerint anni innotescêris,dum aduenerit tempus,ostendêris. Item ipse:[i] Videbunt te gentes,& dolebunt populi,id est, Iudæi: siquidem & prædictus Isaias de ipso sic cecinit: [k] Propter Sion non tacebo,& propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur,vt splendor iustus eius, & saluator eius, vt lampas accẽdatur, & videbunt gentes iustum tuum, & cuncti Reges inclytum tuum. Et iterum. [l] Vox speculatorum tuorum leuauerunt vocem, simul laudabunt,quia oculo ad oculum videbunt, & infra: [m] Parauit Dominus brachium sanctũ suum, in conspectu omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

D [a] *Isai. 52. ver. 6.*
[b] *Psal. 83. ver. 8.*
[c] *Psal. 67. ver. 25.*
[d] *Al.* occultus.
[e] *1. ad Corint. 2. ver. 8.*
[f] *Isai. 52. ver. 14.*
[g] Et Ieremias in libro Baruch. *Cũ Baruch fuerit annuentis Ieremiæ, passim eius vaticinium, tanquam Ieremiæ citatur. Sic Augustinus oratione contra Iudæos, Paganos, & Arianos cap. 13. Illa verba Baruch 3. ver. 38.* Post hæc in terris visus est. Ieremiæ nomine adducit, *idem facit lib. 18. de ciuitate Dei cap. 33. Sic Clemens Alexandrinus lib. 1. Padago c. 10. Basilius 4. contra Euno. Cassiodorus in Psal. 21. sexta Synodus actio. 8. similes ex Baruch locos tan-*

quam Ieremiæ citant, quam vnam causſam fuiſſe puto, cur in catalogo diuinarum ſcripturarum à Patribus olim, & conciljs nulla de Baruch vaticinio propria mentio extet.

h Habacuc. 3. ver. 1.
i Ibid. ver. 10.
k Iſai. 62. ver. 1.
l Iſai. 52. ver. 8.
m Ibidem, ver. 10.

Iudæi non erant eum agnituri. CAP. XVIII.

ET quia eum non erant agnituri Iudæi, ſic prædixerat Ieremias ex perſona Domini: [a] Præuaricatione præuaricata eſt in me domus Iſraël, & domus Iuda ait Dominus: negauerunt me, & dixerunt, non eſt ipſe. Hoc etiam nunc vſque Iudæi de Chriſto dicunt, non eſt ipſe, expectantes alium, qui eſt Antichriſtus. Et Iſaias: [b] non eſt ſpecies ei, neque decor, & vidimus eum, & nõ erat aſpectus, & deſiderauimus eum, deſpectum, & nouiſsimum virorum, virum dolorum, ſcientem ferre infirmitatem, & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus. Vnde nec reputauimus eum. Quibus verbis incredulitatem Iudæorum ſignificat, quibus viſus eſt Chriſtus non habere ſpeciẽ, neq. decorem, vnde nec reputatus eſt eſſe Deus, quem tamen, quia non eſſent agnituri, neq. recepturi, idẽ Iſaias aliàs approbat, dicens: [c] Audite cæli, & auribus percipe terra, quia Dominus loquutus eſt: filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui. Iſraël autem me non cognouit, populus autem meus me non intellexit. Et iterum: [d] Auditione audietis, & non intelligetis, & cernentes videbitis, & non ſcietis: incraſſatũ eſt enim cor populi huius. Vnde & Ezechiel: [e] Factus eſt ſermo Domini ad me dicens: fili hominis in medio domus exaſperantis tu habitas, qui oculos habent ad videndum, & non vident, & aures ad audiendum, & non audiunt: ſic enim ex cæcati ſunt, vt Saluatorem nec agnoſcerent, nec ſuſciperent. [f] Et cuius diem Abraham vidit, & lætatus eſt, & cuius aduentum Prophetæ magno cum deſiderio expectauerũt: iſti & viderunt, & non cognouerunt, inſuper & blaſphemauerunt clamantes, [g] Non habemus Regem, niſi Cæſarem, & cætera quæ ſequũtur. Cuius populi [h] duritia ſic nõ mutatur, quomodo nec Æthiopis color, aut pardi varietas, Ieremia teſtante: [i] ſi mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas.

a Ierem. 5. ver. 11.
b Iſai. 52. ver. 2.
c Iſai. 1. ver. 2.
d Iſai. 6. ver. 9. & Matth. 13. ver. 14.
e Ezech. 12. ver. 2.
f Iohan. 8. ver. 56.
g Iohan. 19. ver. 15.
h Al. dementia.
i Ierem. 13. ver. 23.

Quia eum nõ agnoſcentes Iudæi, congregati ſunt aduerſus eum. CAP. XIX.

SEd quia eum Iudæi non agnoſcentes, congregati ſunt ad interficiendum eum, & vniuerſalem aſſenſum in paſsione eius præbuerũt, ita legitur: [a] Quare fremuerunt gentes, id eſt, Romani, & populi meditati ſunt inania, hoc eſt, Iudæi. Aſtiterunt Reges terræ, hoc eſt, Herodes, & Pilatus, & Principes conuenerunt in vnum, ſcilicet, Principes ſacerdotum, & ſeniores Iudæorum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Et iterũ ex eiuſdem Domini perſona: [b] Circundederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me. Canum autem nomen in eos eſt etiam per Prophetam alterum conſtitutum. In Iſaia enim ſcriptum eſt: [c] Omnes canes cæci, neſcientes latrare. Canum enim mos eſt, vt ait noſter Hilarius: Paſtori alludere, gregẽ noſſe, inſidiantes feras perſequi. At verò iſti cæci canes, paſtorem ſuũ non videntes, officium non intelligentes, latratus ſuos à feris ad gregem, à furibus ad Dominũ retorſerunt. Vnde & alius Propheta, de his ita dicit: [d] Facti ſunt mihi in ſagittam reciprocam.

a Pſal. 2. ver. 1.
b Pſal. 21. ver. 17.
c Omnes canes cæci. *Hiſpalenſis, & Tarraconenſis minor legebant:* Omnes canes muti, *vt eſt in vulgata editione Iſaiæ 56. ver. 10. Nos priorem lectionem ſequuti ſumus: quod inferius dicat:* At verò iſti cæci canes, paſtorem ſuum non videntes, &c. *Quæ autem ex Hilario verba ſubijciuntur, nullibi ſunt, quod ſciam in eius operibus.*
d Facti ſunt mihi in ſagittam reciprocam. *Hæc verba non inueniuntur in ſacris libris, quibus hoc equidem tempore Eccleſia vtitur. Nimirum Iſidorus editione Latina vtebatur diuerſa à noſtra, vnaq; ex illis, quas immumeras fuiſſe,*

fuiſſe, Auguſt. 2. de doctrin. Chriſt. cap. 11. affirmat. Vnde multi diuinarum ſcripturarum loci in communi vſu, & antiquorum Patrum ſcriptis relicti ſunt, qui modo non inueniuntur, ijſdem certè verbis, quale eſt illud: Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietum, & trementem ſermones meos. *Atq. illud:* Non ædificabis mihi domum, quia vir ſanguinis es. Tẽtatio eſt vita hominis ſuper terrã. Maledictus, qui opus Dei facit negligenter, & *Ambroſius 1. de officijs c. 31. & Prouerb. c. 21. ver. 1. adducit illa verba:* Quia talia te oportet præparare, *quæ in noſtra vulgata non ſunt. Aliqq. innumera alia, quorum pars maxima, ne in Græcis quidem ſeptuaginta interpretum codicibus extant. Verum, vt ad Iſidorum redeamus, ſuſpicor ea verba ex Oſee c. 7. ver. 16. deſumpta, vbi dicitur:* reuerſi ſunt, vt eſſent abſq. iugo: facti ſunt, quaſi arcus doloſus.

Venundatus eſt. CAP. XX.

QVia triginta argenteis appretiatus, & venundatus eſt, per Zachariam ita ipſe prænuntiauit: Si bonum eſt, inquit, in conſpectu veſtro, date mercedem meam, & appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Proijce illud ad ſtatuarium, decorum pretiũ, [a] quod appretiatus ſum ab eis. Hæc enim nota omnibus cauſſa eſt. [b] Iudas enim pœnitentia motus, pecuniam reportauit, & proiecit in templum, & abijt, & laqueo ſe ſuſpendit. Vt impleretur, quod dixerat Iſaias: [c] Teſtis falſus non erit impunitus, [d] pro eo quod vendidit argento iuſtum. Quam pecuniã bene Dominus mercedẽ ſuam dixit: multa enim opera apud eos fecerat, reddens vitam mortuis, lucem cæcis, ſurdis auditum, greſſum claudis: pro quibus omnibus Iudæi nefanda æſtimatione mortem triginta argentorum [e] mercedem illi reſtituerunt.

a quod appretiatus ſum ab eis. *Locus eſt Zachariæ 11. ver. 12. vbi in vulgata legitur:* quo appretiatus ſum ab eis, *quæ commodior lectio videbatur. Verum in nullo codice inuenta eſt, & ipſe Hieronymi textus, qui adiunctus eſt ipſius commentarijs in Prophetas, habet* quod appretiatus ſum.
b Matth. 27. ver. 4.
c Prouerb. 19. ver. 5.
d Amos 2. ver. 6.
e Al. mercede.

Quia à diſcipulo ſuo traditus eſt. CAP. XXI.

NAm & quia Dominus traditorem ſuum per panem porrectum oſtendit Apoſtolis, etiam in pſalmis commemorauit in ſe impletum dicens: [a] Qui edebat panes meos, ampliauit aduerſum me ſupplantionẽ. Et iterum, [b] tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos. De ipſo autẽ Iuda [c] proditore, Ieremias præſcius ita antè prædixit: [d] Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino, quod ſiue ad Iudam, ſiue ad Iudæos non incongruè conuenit, qui ſic peccauerunt in Chriſtum, vt non ſit peccatum eorum atramento conſcriptum, quod deleri forſitã [e] poteſt, ſed ſtylo ferreo in vngue adamãtino exaratum, id eſt, quod deleri non poſsit præ duritia cordis eorum, niſi crediderint.

a Pſal. 40. ver. 10.
b Pſal. 54. ve. 14.
c Al. traditore.
d Ierem. 17. ver. 1.
e Al poſſet.

A ſemetipſo traditus eſt. CAP. XXII.

NAm, quia & ipſe ſponte pro nobis ſemetipſum tradidit, Iſaias dicit: [a] Oblatus eſt, quia ipſe voluit: & infra: pro eo quod tradidit in [b] mortem animam ſuam, videbit ſemen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Et ipſe per Ieremiam Prophetam ſic loquitur: [c] Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam, tradidi dilectam animam meam in [d] manus inimicorum eius, hoc eſt, in manus Iudæorũ, qui eum interfecerunt.

a Iſai. 53. ve. 7. & 12.
b Al. morte.
c Ierem. 12. ve. 7.
d Al. manu.

Comprehenſus eſt. CAP. XXIII.

QVia cõprehẽdendus erat, Ieremias Propheta longè ante ita prædixit: [a] Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris. Quo vaticinio demonſtrauit apertè, & Chriſtum Dominum eſſe, & traditum pro peccatis noſtris fuiſſe. Item Sapientiæ liber dicit: [b] Dixerunt inter ſe impij, comprehendamus iuſtum, quia inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris: promittit ſcientiam Dei ſe habere, & filium Dei ſe nominat. Et infra. [c] Si eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum, & liberabit eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum,de manu contrariorum. Et infra: Vt A sciamus reuerentiam illius,& probemus patientiam eius: morte turpissima condemnemus eum id est,affixione crucis.

a *Threno.4.ver.20.*
b *Sapien.2.ver.12.*
c *Ibidem,ver.18.*

Iudicatus est. CAP. XXIIII.

QVia iudicandus erat,clamat Dauid sub figura populi peccantis in Deū: [a] Tibi soli peccaui,& malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Veniēs enim Christus in corpore, B tanquam reum se constituit,& iudex hominum hominibus iudicandum se præbuit, sicque mitis & patiens,dum iudicatus est, vicit:quia nihil in eo dignum, quod iudicaretur,populus persequutor inuenit.Vnde & Propheta aduentum iudicij eius annuntians, sic comminatur contra eundē populum dicens: [b] Audite, quæ Dominus loquitur: Surge, & contende iudicio aduersus montes,& audiant colles vocem tuam. Audiant montes iudiciū Domini & fortia fundamenta terræ, quia iudiciū Dñi cū populo suo,& cum Israel dijudicabitur,dicens: Populе meus quid feci tibi? & quid molestus C fui? responde mihi, quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo [c] seruientium liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam? vbi ostendit beneficia Domini præstita in populum suum,& contra hæc aduersus eum mala eorum. Et quid iuxta hæc eidē populo venturū sit, deinde subiungit: [d] Audite tribus,quis approbabit illud?adhuc ignis in domo impij, thesauri iniquitatis.

a *Psal.50.ver.6.*
b *Michæ.6.ver.1.*
c *Al.seruitutis.*
d *Micha.eod.c.ver.10.*

✠ *In passione à discipulis deseritur.* CAP. XXV.

QVia [a] in passione sua à suis discipulis desolandus esset, per Dauid Prophetam idem Dominus loquitur:[b] Omnes amici mei obliti sunt me, longè fecisti notos meos à me. Et Zacharias: [c] Percute pastorem,& dispergentur oues. Tunc discipuli confugerunt.

a *In passione à discipulis.Hoc caput 25. in Gothicis tantum erat,ideoq. obelo signatum est,& in post remis verbis videtur legendum:* Tunc enim discipuli confugerunt.
b *Psal.87.ver.9.*
c *Zachar.13.ver.7.& Matth.26.ver.56.*

A falsis testibus accusatus est. CAP. XXVI.

QVia à falsis testibus accusandus erat,per Oseę Prophetam idem Dominus sic dicit:[a] Væ,inquit,eis, quoniam recesserunt à me,vastabuntur, quia prævaricati sunt in me.Ego redemi eos,& ipsi loquuti sunt cōtra me mendacia:& ego erudiui eos, & cōfortaui brachia eorum,& ipsi in me cogitauerunt malitiam, [b] reuersi sunt, vt essent absque iugo:facti sunt,quasi arcus dolosus. Et Zacharias: [c] Si inualuerunt super me verba vestra,dicit Dominus:& dixistis:quid loquuti sumus cōtra te? & in psalmis dicit: [d] Insurrexerūt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.Et Isaias de Iuda dicit: [e] Testis falsus non erit impunitus, pro eo quod vendidit argento iustum.

a *Osee.7.ver.13.*
b *Al.auersi.*
c *Malach.3.ver.13.*
d *Psal.26.ver.12.*
e Testis falsus non erit impunitus,pro eo quod vendidit argento iustum. *Huius testimonij prior pars sumpta est ex Prouerb. 19. cap. ver. 5. Posterior ex Amos 2.ver. 6. vtramq. Isidorus Isaiæ tribuit, nisi omnes codices sunt vitiati, quod non videtur,cum cap. 25. eadem verba,eodem Isaiæ nomine referantur. Vbi etiam verba illa:* Si inualuerunt super me verba vestra, dicit Dominus, &c. *quæ sunt ex Malachia 3.ver.13. Zachariæ nomine per errorem adducuntur. Simili memoriæ lapsu c.29.huius libri, tanquam Ieremiæ citat illa verba:* Posui scapulas meas ad flagella,& maxillas meas ad palmas. *Quę locus ex Isaiæ 50 c.ver. 6. desumptus est. Nam vbi in vulgata legimus:* Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, *quæ verba iam Isidorus citauerat, Septuaginta legebant:* Dorsum meum dedi ad flagella,& genas meas ad alapas. A *Cypriano sanè 2. contra Iudæos c.12.& Lactan.lib.4.diuinarum inst.c.18.Isaiæ nomine adducuntur. Iam quod capite 31. huius libri Isidorus illa verba:* Spinis peccatorum suorū circundedit me populus hic:*tanquam Ieremiæ adducit,eorum vestigiū nullibi potuit inuenire, quemadmodum quod à Lactantio eiusdem Ieremiæ nomine adducitur de Christo lib.4.c.8.*Beatus,qui erat,antequam nasceretur,*& c.12.illud ex Salomone:* Infirmatus est vterus virginis,& accepit fortem,& grauata est.& facta est in multa miseratione mater virgo.*Vbi inuenias?*

Clama-

Clamauerunt Iudæi,vt crucifigeretur. CAP. XXVII.

QVia clamauerunt Pilato,vt crucifigeretur:hoc iam per Ieremiam Christus de Synagoga prædixerat, dicens: [a] Reliqui domum meā,facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua,dedit contra me vocem suam:Blasphemans vtiq. & dicens:[b] Crucifige,crucifige.Et alibi ipse dicit:super quem aperuistis os vestrum? & aduersus quem laxastis linguas vestras?Et Isaias,[c] ruit, inquit, Ierusalem, & Iudas concidit, quia lingua eorum contra Dominum.Item ipse:[d] expe- B ctaui,vt facerent iudicium,fecerunt autem iniquitatem, & non iustitiam, sed clamorem.

a *Ierem.12.ver.8.*
b *Luc.23.ver.21.& Iohan.19.ver.6.Isai.57.ver.4.*
c *Isai.3.ver.8.*
d *Isai.5.ver.7.*

Iudæi posteritatem suam damnauerunt. CAP. XXVIII.

NAm,quia peccantes Iudæi etiā in Christo posteritatem suam damnauerunt, dicentes:Sāguis [a] eius super nos, & super filios nostros: olim cum obiurgatione Isaias illis prædixerat, dicens:[b] Semen pessimum, præparate filios vestros occisioni in iniquitate patrum [c] suorum. Venientibus enim in Iudæam gētibus, pro scelere patrum etiam filij trucidati sunt. Sub quorum persona & Ieremias interitum eorum ita deplorat: dicens: Patres [d] nostri peccauerunt, & non sunt, nos autem iniquitates eorum exoluimus. Itē Ieremias. [f] Sacerdotes non dixerunt,vbi est Dominus,& tenentes Legem nescierunt me,& pastores prævaricati sunt in me. Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus,& cum filijs vestris disceptabo. ✠ Item ipse.[g] Quare ergo est factus in prædam?super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem, & ciuitates eius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis.

a *7.Matth.27.ver.25.*
b *Isai.14.ver.20.*
c *Al.vestrorum.*
d *Threno.5.ver.7.*
e *Al.portamus.*
f *Ierem.2.ver.8.*
g *Eodem cap.ver.14.*

Flagellatus, & palmis cæsus est. CAP. XXIX.

QVia flagellatus est, & palmarum sustinuit ictus,Iob de eo sic dicit:[a] Exprobrantes, & conspuentes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Et in psalmis ipse dicit: [b] Ego ad flagella paratus sum. Et iterum: [c] Congregata sunt in me flagella, & ignoraui [d]. Similiter & per Isaiam:[e] Non sum,inquit,contumax,neque contradico:corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus:faciē meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.Et per Ieremiā dicit: Posui scapulas meas ad flagella & maxillas meas ad palmas:Item de ipso idem Ieremias:[f] Dabit, inquit, percutienti se maxillam,saturabitur opprobrijs.

a *Iob 16.ver.3.*
b *Psal.37.ver.18.*
c *Psal.34.ver.15.*
d *Al.ignorauerunt.*
e *Isai 50.ver.6.*
f *Threno.3.ver.30.*

Arundine Christi caput percussum est. CAP. XXX.

QVia arundine caput eius percussum est, & sustinuit patienter,Isaias prædixerat dicens:[a] Arundinē quassatam non conteret. [b] ✠ & linū fumigans nō extinguet, calamum quassatum, siue confractum non conteret,cunctis enim placabilis erit, & veniā dabit peccatoribus,dicens:[c] Cōfide filia, dimittuntur tibi peccata.Et linū fumigans, siue,vt cæteri transtulerunt, obscurum,atq. tenebrosum non extinguet. Qui vicini erant extinctioni,Domini clementia seruabuntur. Quæ super Iudæis, & nationibus, in supradictis opusculis disseruimus, sed cū veritate omnia iudicabit, nequaquam metuens Scribas, & Pharisæos, quos confidenter hypocritas appellabat.

a *Isai.42.ver.22.*
b Et linum fumigans,&c. *Hæc omnia vsq. ad finē capitis erant in vno tantùm Tarraconensi maiore, quæ obelo notata sunt,quoniā non satis placebant,nec erat tamen vnde vera lectio restitueretur. Neq. satis intelligebam, quæ essent suprà dicta opuscula,in quibus Isidorus de his rebus disseruisse se dicit.*
c *Matth.9.ver.22.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spinis coronatus est. Cap. XXXI.

ET quia spinea corona capiti eius imposita est, scribitur hoc in Cãticis Canticorum ex persona Patris de contumelijs Filij iniquitatem Ierusalem mirantis, atque dicentis: [a] Exite, & videte filiæ Ierusalem Regem in [b] corona, qua coronauit eum mater eius, id est, corona spinea, quam capiti eius imposuit Synagoga. Sed & per Ieremiam idem filius sic dicit. Spinis peccatorum suorum circundedit me populus hic. Et apud Isaiã: [c] Plantaui, inquit, vineam electam, & expectaui, vt faceret vuas, fecit autem spinas, vtique quia de generans à Patriarcharum fructu: non fructus iustitiæ, sed spinas mortis, & crucis attulit suo creatori.

a *Cantic. 3. ver. 11.*
b *Al* diademate.
c *Isai. 5. ver. 2.*

Veste coccinea indutus est. Cap. XXXII.

NAm & quod milites illudentes veste coccinea induerunt eum, prænuntiauit hoc Isaias Propheta dicens: [a] Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? quare rubrum est vestimentũ tuum, & indumentum tuum, tanquam calcantium in torculari? At ille respõdens: Torcular, inquit, calcaui solus. Calcare enim torcular solum se dixit, quia solus propter mundi peccatum passionẽ suscepit, solusque delicta omnium sanguine suo lauit.

a *Isai. 62. ver. 1.*

Dum pateretur, tacuit. Cap. XXXIII.

NAm quia dum pateretur, tacuisse scribitur: hoc Prophetarum voces testantur. Isaias enim sic de illo ait: [a] Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se, [b] sic non aperuit os suum. Hic enim in passione Pilato interroganti nihil loquutus est, sed in humilitate iudiciũ eius sublatum est: de quo & ipse alibi: [c] Non clamabit, nec audiet quis in plateis vocem eius. Item idem Christus per eundem Prophetam: [d] Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico. Corpus meum dedi percutientibus. Et ipse alibi: [e] Tacui, silui, nunquid semper tacebo? Primo enim tacuit, vt iudicaretur, quando sicut agnus coram tõdente se, fuit sine voce, nec aperuit os suũ, suamq. compescuit potestatem. In nouissimo autem sic de eo scribitur: [f] Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Tacuit enim, vt iudicaretur, quando venit occultus: nequaquam autem tacebit, quando venerit manifestus, vt iudicet.

a *Isai. 53. ver. 7.*
b *Al* obmutesceret, sic non ap. o. s.
c *Isai. 42. ver 2.*
d *Isai. 50. ver. 5.*
e *Isai. 42. ver. 14.*
f *Psal 49. ver. 3.*

Crucem portauit. Cap. XXXIIII.

QVia crucem suam ipse portauit, Isaias prædixit. [a] Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super [b] humeros eius. [c] Quis enim regum potestatis insignia [d] in humero portat, & non aut in capite coronam, aut aliqua propriæ vestis ornamenta? Sed solus Rex seculorum Christus gloriã potestatis suæ, & sublimitatis in humeris extulit, quod etiam Isaac figurauit, [e] qui cum à patre hostia duceretur, [f] ligna ipse sibi portauit: Christi eximiã tunc præfigurans passionem, lignum passionis suæ gestantis.

a *Isai. 9 ver. 6.*
b *Al* humerum.
c Quis enim Regum potestatis insignia &c. *Hæc Tertull contra Iudaos sic ait:* Quis omnino Regum insigne potestatis suæ, in humero præfert? & non aut in capite diadema, aut in manu sceptrum, aut aliqua proprietate vlus noua? *fortassis legendũ in Tertull. ex Isidoro:* aut aliqua proprietate vestis noua.
d *Al.* super humeros.
e *Gene. 22. ver 6.*
f Ligna ipse sibi portauit. *Tarraconẽsis maior.* Ligna ipse portauit. *Tertullianus tamen contra Iudeos sic ait:* Itaq. in primis Isaac, cùm à Patre hostia duceretur, lignumq. ipse sibi portans, &c. Ita*q*, *ea lectio placuit.*

Cruci affixus est. Cap. XXXV.

QVia ligno crucis suspensus est, atq. suffixus, Ieremias Propheta ex persona Christi prædixerat, dicẽs: [a] Ego, quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia super me cogitauerunt consilia, dicentes: [b] Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. Hæc enim, quæ passurus erat Dominus à Iudæis quasi si iam facta fuissent, Propheta commendat. Nam quid est lignum in pane missum? nisi Christi affixio carnis in [c] ligno. Panem enim, corpus eius agnoscimus: lignum in pane esse, fides nostra crucẽ agnoscit in corpore. Quia vita corporis sui, panis est. Scriptum est enim: Et [d] erit vita tua pẽdens ante oculos tuos, & timebis die ac nocte, & non credes vitæ tuæ, sed & in psalmis iterùm, quia extendit manus suas in cruce, sic dicit: [e] Eleuatio manuũ mearum, sacrificium vespertinũ. Siue quod veniente quasi mundi vespera, siue quòd declinante iam sole [f] ad vesperam, Dominus in cruce animam posuit, eleuans manus suas in eodem crucis ligno, atque offerens se ipsum Deo pro nobis sacrificium, vt per illud sacrificiũ delerentur peccata nostra. Apud Isaiã quoq. de crucis eius prædicatione, ita scribitur: [g] Et erit principatus eius super humeros eius, id est, vexillum suæ crucis, quod suis prætulit humeris, iuxta vaticinium Dauid Prophetæ, qui dicit: [h] Dominus regnauit à ligno. Habacuc quoque passionem crucis Christi ita prænũtiauit, dicens: [i] Cornua in manibus eius sunt. Quod quid est aliud? nisi trophæum crucis. Item ipse de ascensione crucis, in qua exaltatus omnia traxit ad se ipsum, ita dicit: [k] Dominus fortitudo mea, constituit pedes meos in cõsummationem. Super excelsa imponet me, vt vincam in claritate eius.

a *Ierem. 11. ver. 19.*
b Mittamus lignum in panem eius. *Locus est Ieremiæ 11. ver. 19.* in quo omnium Ecclesiarum consensus est, vt *Hieronymi verbis vtar*, sub persona Ieremiæ de Christo hæc dici. *Cyprianus libr. 2. contra Iudæos cap. 14. Lactant. lib. 4. cap. 18. Tertullianus contra Iudeos: nisi quod legit:* Mittamus panem eius in lignum. *Omnes sanè ad Christum referunt, in cuius corpus, quod verè panis & vita est, lignum est missum, cùm cruci affixus est. Iustinus contra Tryphonem, à Iudæis olim hunc locum de ipsorum codicibus expunctum affirmat in odium Christi.*
c Al. lignum.
d *Deuter. 28. ver. 66.*
e *Psal. 140. ver. 2.*
f Al. in vespera, vel ante vesperam.
g *Isai. 9. ver. 6.*
h Dominus regnauit à ligno. *Locus est ex Psalmo 95. ver. 9. Nam vbi modo legimus:* Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit. *Olim legebatur:* Dominus regnauit à ligno. *Iudæi autem hunc locum sicut superiorem abstulerunt, vt Iustinus ait contra Tryphonem, quoniam maximè omnium premebat. Extatq. in Psalterijs Romano, & Hispanico locus integer hoc modo:* dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à ligno. *Vnde Fortunatus Episcopus in hymno de cruce dixit:* Impleta sunt, quæ

concinit Dauid fidelis carmine, Dicens in nationibus Regnauit à ligno Deus. *Simili audacia, idem Iustinus ait, Iudæos ex sacris libris abstulisse illa verba:* Hoc pascha Saluator noster est, & refugium nostrum, cogitate, & ascendat in cor vestrum, quoniam habemus humiliare eum in ligno, & post hæc separabimus in eum, ne deferatur hic locus in æternũ tempus, dicit Dominus Deus virtutum: *quæ verba à Lactantio quidem adducuntur lib. 4. cap. 18. In sacris libris ne vestigium quidem eorum extat, ac ne ab Isidoro quidem toto hoc opere citantur.*
i *Habac. 3. ver. 4:*
k *Habac. 3. ver. vltimo.*

Clauis manus eius & pedes affixi sunt. Cap. XXXVI.

QVia crucifixus est, & manus eius ac pedes, clauis affixi sunt, per Dauid ipse loquitur, dicens: [a] Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, ipsi verò considerauerunt, & conspexerunt me. Quibus vtique verbis in cruce corpus significat extentum manibus, pedibusque confixis, & clauorum transuerberatione confosis. Quod Dauid passus non est, qui sine vlla corporis [b] passione legitur in pace quiescere. Sed hoc de Christi prædictum est passione, qui à populo Iudæorum clauis in ligno confixus est, manus enim & pedes non confodiuntur, nisi eius, qui in ligno suspenditur, Item in Canticis Canticorum: [c] Manus meæ destillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima. Quod specialiter dixit propter fixuras clauorum. Et per Malachiam, quia crucifigendus erat: ita præmisit idem de semetipso Dominus dicẽs: [d] Si adfiget, inquit, homo Deum, quia vos configitis me, & dixistis: In quo confiximus te? Et subiecit Deus post hæc illis: Me vos configitis gens tota, quod pertinet ad mysterium Dominicæ passionis, in qua Iudæi Christum crucifixerunt: quando sceleratas manus iniecerunt in eum. Quod etiam per Zachariam iterum Deus sic memorat dicens: [e] Et aspicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu, quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. Hoc enim factum deprehendimus in Iesu, quem confixerunt Iudæi in cruce, [f] quem dolebunt à se crucifixum in iudicij die, cum viderint eum in Patris, ac sua maiestate regnantem.

a Foderunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Foderunt manus meas,& pedes meos. Psal.21. ver.18.vbi Christi Redẽptoris cruciatus sigillatim recensentur. Verùm hunc etiam locum Iudæorum perfidia deprauauit. Et pro: Foderunt manus meas, legunt ipsi Hebraicè: Sicut leo manus meas. Sanè Isaac, quamuis Iudæus genere,eo libello, in quo pro Hebraicorum codicum fide disputat,hunc locum esse deprauatum confitetur.
b Al. iniuria legimus.
c Cantic.5.ver.5.
d Malach.3.ver.8.
e Zacha.12.ver.10.
f Luc.9.ver.26.

Inter duos latrones crucifixus est. CAP. XXXVII.

NAm quòd inter duos latrones crucifigendus esset,longè ante per Isaiam prædictum est:[a] Et inter iniquos deputatus est. Et Habacuc Propheta: [b] In medio, inquit, duorum animalium cognoscêris, id est,in medio duorum latronum.

a Isai.53.ver.12.
b Habacuc 3.ver.1.

Quia diuisa sunt vestimenta eius. CAP. XXXVIII.

POst crucis sententiam sequitur rerũ diuisio,& sors super vestẽ: quam per Dauid idem Dominus ante prædixerat,dicẽs:[a] Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestẽ meã miserunt sortẽ. Quæ prophetia,quemadmodum sit expleta,Euangelica narrat historia. Nam dum vestimẽta alia à militibus fuissent diuisa: pro tunica autẽ dicunt: [b] Nõ scindamus eam,sed mittamus sortem,cuius sit.[c] Erat enim tunica ש inconsutilis, ידest. ex omni parte contexta.

a Psal.21.ver.19.
b Iohan.19.ver.23.
c Erat enim tunica inconsutilis, id est, ex omni parte contexta. *Locus est Iohann.19.ver.23. & quidem in Tarraconensi minori tantum,vox illa inconsutilis legebatur, in alijs omnibus deerat. Quo circa obelo signata est. In editione vulgata legimus:* Erat enim tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. *neq; Græca discrepant* ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς ὅλον *Isidorus, vbi vulgata dixit* per totũ: omni ex parte *posuit. Genus autem vestimenti de quo ibi mentio fit, à Festo Pomp. vocatur tunica recta, vbi ait:* Recta appellantur vestimenta virilia, quæ patres liberis suis conficienda curant ominis causſa,ita vsurpata, quòd à stantibus, & in altitudinem texuntur. *Hanc Græci* ὀρθοστάδιον χιτῶνα, *vocant. Cuius formam Nonnus explicat in eum Euangelij locum,his duobus versibus.*

ὅστις ὅλος καὶ ὕπερθεν ὁμοῦ κἠνερθε φορῆος
ἄῤῥαφος ἢ ἐνυφαντὸς ἅπαν οὐ χῶρος ἐς ὤμους λήγων.

A *Isidorus lib.19. Etymologiarum cap.22.* Recta,*inquit*, dicitur vestis, quam sursum versus, stanteſq. texunt. Itaq. *Isidorus & Festus* sursum versus texi rectam tunicam dicunt, *Euangelium, & Nonnus* à superiori parte inchoari, minimum deorsum versus. Et fortassis vtroq. modò id genus vestimenti texebatur.

Felle & aceto potatus est. CAP. XXXIX.

QVòd autẽ pendenti in cruce acetũ cũ felle mistum dederunt: hoc iam fuerat in psalmis prædictum à Dño: [a] Dederũt, inquit,in escam meam fel,& in siti mea potauerunt me aceto,quod quidem & aliàs ad Ierusalem ipse sic proclamat, dicens: [b] Ego te plantaui vineã electam, quomodo facta es in amaritudinẽ vitis [c] aliena. Deus enim bonam plantauerat vineam:hoc est,Iudæorum gentem:illa autem vitio suo deprauata conditorem amaritudine potauit. Pro quo & Moyses:[d] vua,inquit,eorum,vua fellis, & botrus amaritudinis ipsis. Vnde & superius obiurgans eos,dicit: [e] Sic plebs fatua,& nõ sapiens, hæc Domino retribuisti?

a Psal.68.ver.22. *esca mea.*
b Ieremi.2.ver.21.
c Al. alienæ.
d Deuter.32.ver.32.
e Ibidem.ver.1.

Quia hyssopo circũdederũt spongiam aceto plenam. CAP. XL.

NAm quòd hyssopo circundederũt spongiam aceto plenam, in psalmis dictum fuerat:[a] Asperges me hyssopo, & mũdabor. Vnde & in [b]Lege,per hyssopi fasciculũ aspergebantur agni sanguine,qui mundari volebant:quo significaretur,per passionem Dñi peccata ablui mundi.

a Psal.50.ver.9.
b Exod.12.ver.22.

Quia titulus crucis eius corruptus non est. CAP. XLI.

DE titulo crucis dixerunt Iudæi, [a] noli scribere Rex Iudæorũ, ש sed quia ipse dixit,Rex sum Iudæorum. ד Et respondit Pilatus: Quod scripsi scripsi,Iã enim in psalmo LVI. fuerat prophetatum: [b] Ne corrumpas tituli inscriptionem, in cuius psalmi serie non solum passio vel mors, sed etiam resurrectio,& ascensio Domini prædicatur.

Iohan.19.ver.21. b Ne

b Ne corrumpas tituli inscriptionem. *Titulus est Psal.56.neq. in Græco tamen,ac ne in editione quidem vulgata,sed in vno tantum Psalterio Hispanico, hæc verba reperio:* In finem,ne corrumpas Dauid in tituli inscriptione. *Augustinus comment. ad eum psalmum:* Ne corrumpas ipsi Dauid in tituli inscriptionem. *Commentarijs,quæ Hieronymi nomine circumferuntur:* Ipsi Dauid in tituli inscriptionẽ,ne disperdas,hoc est,ne corrũpas tituli inscriptionẽ: *quæ sunt verba Isidori. Hebraica sic habẽt* אל תשחת לדויד מכתם, *hoc est,*ne corrũpas Dauid Michtã, *quæ dictio à nõnullis in aureola significatione sumitur. Septuaginta & antiqui patres, tituli inscriptionẽ significare putarunt,& ad Christi crucẽ retulerunt. Pagninus in sua versione intactam reliquit, opinionum varietatem veritus.*

In cruce pendens Patrem pro inimicis suis deprecatus est. CAP. XLII.

QVia in cruce pendens, Patrem pro inimicis suis deprecatus est,Isaias dicit: [a]Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit. Et in psalmis sic:[b] Pro eo, inquit,quòd eos diligebam, aduersabantur mihi:ego autem orabam pro eis. Item Habacuc [c] cum dixisset de eo: [d] In medio duorum animalium cognoscêris,subiecit: Cum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiæ tuæ memor eris. Præfigurauit enim Propheta sub hac sentẽtia in semeti ipso Iudæorum personam,qui Christum commoti ira crucifixerunt. Vbi tamen ille [e] memor misericordiæ suæ dixit: [f] Pater ignosce illis, quia nesciunt,quid faciunt.

a Isai.53.ver.12.
b Psal.108.ver.4.
c Al dum.
d Habacuc 3.ver.1.
e Al.memoratus.
f Luc.23.ver.34.

Pro nostris peccatis crucifixus est. CAP. XXXIII.

ET quia non pro suis, sed pro nostris peccatis crucifixus est,Isaias dicit: [a] Pro iniquitatibus populi sui ductus est ad mortẽ, dabo impios pro sepultura eius. Et iterum: Vulneratus est propter iniquitates nostras: & attritus est propter scelera nostra, liuore eius sanati sumus. Et iterum: Omnes nos, quasi oues,errauimus, vnusquisq. in viã suã declinauit, & Dñs posuit in eo iniquitates omnium nostrum: iuxta Apostolũ,qui dicit: [b] Quia cum peccatum nõ cognouisset, ipse pro nobis peccatũ factus est, [c] id est, sacrificium pro peccatis nostris. Quare autem pro nobis passus est,hæc est causſa.

a Isai.53.ver.5.6.8.& 9.
b 2.ad Corin.5.ver.21.

Id est sacrificium pro peccatis nostris. *Hæc verba in vno tantum Tarraconensi minori erant. Quod verò sequitur:* Quare autem pro nobis passus est: *existimo aduersatuam pro illatiua fumi, quod vitium Hispanis familiare est.*

Quia mortuus est. CAP. XLIIII.

POst flagella, & crucem, fellisque & aceti potationem, deinde sequitur mors eius. Quam Lex ipsa nõ siluit dicens: [a] Recubãs dormiuit,vt leo,& vt catulus leonis,quis suscitabit eum? Clamat etiã eandẽ mortẽ eius, & XLij. psalmus: [b] Deus noster, Deus saluos faciet nos,& Domini mors, & Domini exitus mortis. Quid apertius diceretur? Dominus enim Iesus,qui interpretatur Saluator,ipse est Deus noster,saluos faciens nos, quem quia oportuit nasci, & [c] à vita exire per mortem ideò subiunctum est: Domini mors,& Domini exitus. Item per Isaiam: [d] Tanquam ouis ad occisionẽ ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Pro peccatis populi sui ductus est ad mortem. Iudæi autem Christum, quem sperant venturum, moriturum non sperant. Ideòque respondeant, quis est iste, quem Propheta annuntiat. Item apud Ieremiam sic dicit: [e] Inebriaui animam lassam, & omnẽ animam esurientem saturaui,ideò quasi de somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus [f] dulcis mihi. Danieli quoque Angelus de occisione, & morte Christi,sic loquitur,dicens:[g] Scito, & animaduerte,ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Christum ducem,hebdomadæ septem,& hebdomadę Lxij. erunt,& post hebdomadas Lxij. occidetur Christus, ש id est,post quadringẽtos nonaginta annos, & non erit eius populus, qui eum negaturus est: vnde & ibi sequitur clades Iudæorum,quæ posteà completa est: & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, id est, Romanus exercitus cum Vespasiano. Item in Sapiẽtia sic legitur de morte eius: [h] Contumelijs & tormentis interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam illius,& probemus patientiam ipsius,morte turpissima cõdemnemus eum.

a Genes.49.ver.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[b] Deus noster, Deus saluos faciet nos, & Domini mors, & Domini exitus mortis. *Ex Psal. 63. ver. 22. voce* mortis, *ex Tarraconensi minori adiecta, in quo tantùm erat. Cuius testimonij priora quidem verba:* Deus noster, Deus saluos faciet nos, *in vno Psalterio* Hispanico inueni, *posteriora hoc modo in eodem Psalterio legebantur,* & Domini Dei exitus mortis. *Et fortassis ita legendum erat in Isidoro: sed codices omnes discrepabant.*

c *Al.* ad vitam.
d *Isai. 53. ver. 7.*
e *Ierem. 31. ver. 25.*
f *Al.* est mihi.
g *Daniel. 9. ve. 23.*
h *Sap. 2. ver. 19.*

Quia in passione eius tenebræ factæ sunt. CAP. XLV.

QVòd verò media die in passione eius tenebræ factæ sunt, & sol ipse refugit: hoc etiam diuini libri loquuntur, Amos Propheta testante: [a] Et erit in die illa, dicit Dominus: occidet vobis sol meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. Et Ieremias: [b] Exterrita est, inquit, quæ parturit, id est, Ierusalem, & afflicta est anima eius: occidit ei sol, cum adhuc medius dies esset: confusa est, & maledicta: reliquias eorum in gladium dabo. Quod factum est per Vespasianum.

a *Amos 8. ver. 9.*
b *Ierem. 15. ver. 9.*

Non fregerunt eius crura. CAP. XLVI.

PORrò, quia non fregerunt eius crura, nisi tantùm latronum: iam prædictum fuerat: [a] Os eius non comminuetis: [b] præceptum enim fuerat eis celebrare pascha in ouis similitudine: in [c] qua Dominicæ passionis vmbra præcesserat, [d] qui tanquam ouis ad occisionem ductus est. Illa enim figura agni Christi passionem significabat.

a *Exod. 12. ver. 46.*
b *Numer. 9. ver. 12.*
c *Iohan. 19. ver. 36.*
d *Isai. 53. ver. 7.*

Lancea percussus est. CAP. XLVII.

ET quia lancea latus eius percussum est: sic prænuntiatũ est ab ipso per Iob: [a] Cõfregit me, & posuit me, quasi in signum: circundedit me lanceis suis: conuulnerauit lumbos meos, concidit me vulnere super vulnus, id est, vulnere lanceæ super vulnus clauorum. Vnde etiam & per Dauid: [b] super dolorem vulnerum meorum addiderunt sic est ab eo prænuntiatum: & per Ieremiam: [c] Tetendit arcum suum, & posuit me, quasi signum ad sagittam, misit in renibus meis filias pharetræ suæ. Et iterũm, de ipso populo, sic ait idem Dominus per Prophetam: [d] Facti sunt mihi in sagittam reciprocam. Et Zacharias: [e] videbunt in quem confixerunt. Vtique hominem, quem crucifixerunt. Quo etiam testimonio promissus est Christus, in ea, qua crucifixus est, carne venturus.

a *Iob 16. ver. 13.*
b *Psal. 68. ver. 27.*
c *Threno. 3. ver. 11.*
d *Osee. 7. ver. 16.*
e Videbunt in quem confixerunt. *Zachar. 12. ver. 10. vbi septuaginta dixerunt:* Aspicient ad me pro eo, quod insultauerunt. *Iohannes Euang. cap. 19. ver. 37. dixit:* Videbunt in quem transfixerunt, *porrò in consequentibus verbis, vbi nos posuimus.* Vtiq. hominẽ, quem crucifixerunt, *vterq. Tarraconensis legit.* Vtiq. hominem, quem confixerunt. *Hispalensis:* Vtiq. hominem, quem crucifixerunt, & non Deum. *Verum illam vocem,* Et non Deum, *vt addititiam expunximus, quia in alijs exemplaribus deerat, & ne fauere videretur ijs, qui communicationem idiomatum negabant, in quo numero fuit Theodoretus, vt constat ex eius dialogis.*

De latere manauit sanguis et aqua. CAP. XLVIII.

NAm quia ex latere eius sanguis & aqua manauit: Zacharias dicit: [a] Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Et iterum: [b] Cum egrederetur vir ab Oriente, ecce aquæ redundantes à latere dextro, scilicet, Christi: Item de eadem aqua, quæ [c] ex latere eius profluit, Propheta alius sic dicit: [d] Flumina aquæ viuentis egredientur * de ventre illius, aquæ scilicet baptismatis, quæ credentes viuificant, & quæ sitientibus largiuntur quando impletur, quod scriptum est: [f] Lauamini, mundi estote: [g] &, lauabis me, & super niuem dealbabor.

a *Zachar. 9. ver. 11.*
b *Ezechiel. 47. ver. 2.*
c *Al.* à latere.
d Flumina aquæ viuentis egredientur de ventre illius. *Iohan. 7. ver. 38. sic legimus:* Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius, &c. *Quo tamen ex loco scripturæ diuinæ hoc testimonium desumptum sit, non satis constat. Hieronymus prologis in Pentateuchum, & Paralipom. absq. loci designatione, in Hebræo tantum inueniri ait. Quidam putant desumptum ex Prouerb. 5. cap. ver. 16. vbi dicitur:* deriuentur fontes tui foras. *Verùm eo loco codices septuaginta ab Hebraicis non discrepant. Chrysosto. ad eum Iohan. locum censet nullibi extare in veteri Testamento, sed citari ex libro aliquo, qui non extat.*
e *Al.* de latere, vel de vent.
f *Isai. 1. ver. 16.*
g *Psal. 50. ver. 9.*

Sepultus est. CAP. XLIX.

QVia sepulturæ traditus est, & humatus, in psalmis dicitur: [a] Collocauerunt me in obscuris, sicut mortuos seculi. Quasi diceret: Sicut homines, vtique quia ipse Deus erat. Item Isaias: [b] Erit Dñs nominatus in signũ æternum, quod non auferetur: [c] Et erit sepulcrum eius gloriosum. Et alibi: [d] Dabo impios pro sepultura eius, & diuites pro morte eius.

a Collocauerunt me in obscuris. *Psal. 142. ver. 4. Cæterũm in Psalterijs omnibus, singulari numero legitur:* Collocauit me in obscuris. *Isidorus, vt puto, cùm hos numeros alternari sæpè videret, locum legit numero multitudinis, quo modo instituto magis fauebat.*
b *Isai. 55. ver. 13.*
c *Isai. 11. ver. 10.*
d Al. dabit *Isai. 53. ver. 9.*

Lapis ad ostium monumenti positus est. CAP. L.

QVia postquã sepultus est, lapis ad ostium monumenti positus est, per Ieremiam idem ait: [a] Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me: Et iterum: Conclusit vias meas lapidibus quadris, circũædificauit aduersum me, vt non egrediar.

a Al. laborauit in lacu. *Threno. 3. ver. 53.*
b Al. concluserunt. *Ibid. ver. 7. & 9.*

Descendit ad inferos. CAP. LI.

QVia in infernum descendit: sic idem Dominus in Ecclesiastico dicit: [a] Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & [b] illuminabo sperantes in Deum. Item in psalmis: Vita mea inferno [d] appropinquauit, æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum, sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Descendit enim sicut homo in infernum, sed solus inter mortuos liber fuit, quia mors illum tenere non potuit.

a *Ecclesiast. 24. ver. 45.*
b *Al.* Illuminati omnes.
c *Psal. 87. ver. 4.*
d *Al.* appropriauit.

Descendens, de morte, quos voluit, liberauit. CAP. LII.

QVia in infernum descendens eos, qui captiui erant à Diabolo eruit, & sic iterum ad [a] cælestia remeauit, idẽ per Osee ita ante prænuntiauit: [b] Ego, inquit, ego capiam & vadã, tollam: & nõ est, qui eruat: vadens reuertar ad locum meũ, id est, ad cæleste solium. Et infra: [c] De manu, inquit, mortis liberabo eos, de morte redimam illos. Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne.

a *Al.* cælestem sedem.
b *Osee 5. ver. 14.*
c *Osee 13. ver. 14.*

Corpus Christi in sepulcro non vidit corruptionem. CAP. LIII.

QVòd corpus Christi in sepulcro corruptionem non vidit, sed statim deuicta morte resurgens ab inferis remeauit: & hoc per Prophetam idem in psalmis prædixit: Caro mea requiescit in spe. [a] Quoniã nõ derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuũ videre corruptionẽ. De qua resurrectione & in psalmo tertio ita cantatur: Ego dormiui & requieui, & resurrexi, quia [b] Dominus suscitauit me. Vbi quid aliud indicat Propheta, quod dormierit, & resurrexit? nisi quod somnus iste mors esset: & euigilatio, resurrectio, quod in quadragesimo psalmo manifestiùs ostenditur, vbi dicit: [c] Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. Et iterùm: Nunquid qui dormit, non adijciet vt resurgat? Item in psalmo quarto. [d] In pace dormiã, & requiescã, quoniã tu Dñe singulariter in spe constitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

isti me. Singulariter, quia solus ipse sic requieuit, vt confestim post mortem resurgeret. Item per Isaiam de eadem resurrectione sua sic clamat. [c] Nunc exurgam dicit Dñs, nunc exaltabor, & nunc [f] sublevabor. Vbi apertè testimonium resurrectionis, & ascẽsionis eius ostenditur: Vnde & ibi zelum Iudæorum subiecit, dicens: Concipietis errorem & parietis. Spiritus vester, vt ignis, vorabit vos.

a Quoniam non derelinques animam meam in inferno. *Psal. 14. ver. 10. quæ verba à Petro, Actо. 2. ver. 31. de Christi resurrectione citantur.*
b Ego dormiui, & requieui, & resurrexi, quia Dominus suscitauit me. Ex *Psal. 3. ver. 6 iuxta Psalteriũ Hispanicum, quod sæpe non à Gallicano tantùm, sed etiam à Romano discrepat, vt superiùs dictum est.*
c *Psal. 40. ver. 1. & ver. 9.*
d Al. in id ipsum.
e *Isai. 33. ver. 10.*
f Al. sublimabor.

Resurrexit ab inferis. CAP. LIIII.

QVia ab inferis tertia die resurrexit, [a] Osee Propheta prædixerat, dicens: Venite & reuertamur ad Dñm, quia ipse cepit, & sanabit nos, viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Omnia hæc in Christo ita completa sunt. Quinta enim feria traditus, Parasceue passus, Dominica circa diluculũ resurgens ab inferis remeauit. Vnde & subiunxit Propheta: [b] Quasi diluculo præparatus est egressus eius. Quod autem dixit resurgemus, & viuemus in conspectu eius: hoc Propheta de sua persona, vel sanctorum eloquitur, qui in inferno erant, & cum illo tertia die resurrexerunt.

a *Osee. 6. ver. 1.*
b Quasi diluculo præparatus est. *Osee. 6. ver. 3. Hieronym. & vulgata*, quasi diluculum *dixere. Isidorus autem, vt his verbis comprobaret, Christum matutino tempore in vitam rediisse (quæ multorum opinio est, tametsi alij magno numero, & auctoritate de media nocte putauerũt) casum mutauit. Et quidem Hebraica Isidori lectionem ferre possunt, dictione,* כשחר, *aduerbij loco sumpta. Nam Græca vox, ὀρθρον, id non recipit, cum ab aduerbio ὠρῶι distinguatur.*

Apostoli ad prædicandum missi. CAP. LV.

QVia post resurrectionem suam Christus piscatoribus apparuit, & prædicare eos gentibus misit, per [a] Ieremiam ante fie meminit, dicens: Ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos. Deniq́ue secundum Matthæi Euangelium legitur: quod Iesus veniens iuxta mare Galilææ, vidit Petrũ, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare, quibus dixit: [b] Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Similiter & duos alios fratres Iacobũ Zebedæi, & Iohãnẽ fratrẽ eius, dũ vidisset in nauicula cũ patre Zebedæo texentes retia prouocãs eos, de piscatoribus piscĩũ piscatores reddidit hominũ, scilicet, vt prædicationis reti cũctos credẽtes de profundo seculi huius extraherẽt. Post hos piscatores sequitur: [c] Et mittã venatores, & venabũtur eos de mõtibus: & de collibus, & de cauernis petrarũ, quod [d] specialiter ad cõuersionẽ pertinet Gentium, quas vndiq́ue Apostoli ceperunt, qui super assumptionem constituti sunt animarum, quos quia post gloriam resurrectionis suæ Dominus ad prædicandum in gentibus mitteret, & per Isaiam fie præloquutus est, dicens: [e] Venio, inquit, vt congregem cum omnibus Gentibus, & linguis, & venient, & videbunt gloriã meam, & ponam in eis signum: (vtiq. crucis) & mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad Gentes in mare, in Africam, & Libyam, tenentes sagittam, ideſt, velocem prædicationis sermonem, in Italiam quippe & Græciam, & ad insulas longè, & ad eos, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam, in quã sententia [f] specialiter missi Apostoli prophetantur. Simulq́ue & quod per totum mundum prædicauerunt Euangelium id ipsum Prophetæ non tacuerunt: de quibus etiam in psalmis ante prædictum est. [g] Non sunt loquelæ, neq́ue sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ, verba eorum.

a *Ierem. 16. ver. 16.*
b *Matth. 4. ver. 18.*
c *Ierem. 4. ver. 16.*
d Al. spiritualiter.
e *Isai. vltimo ver. 18.* Al. veni. vel veniam.
f Al. spiritualiter.
g *Psal. 18. ver. 4.*

In cælum ascendit. CAP. LVI.

JAm verò quia post resurrectionẽ suam in hominis forma Christus in cælum vsq́ue ad Patrem ascendit, Daniel dicit: [a] Aspiciebam in visu noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsq. ad antiquum dierum peruenit, id est, vsq. ad Patrem. Post hæc adiecit, & in conspectu eius ob tulerunt eum, & dedit ei potestatem, & regnum, & omnis populus, tribus, & linguę ipsi seruient, potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. Huius ascẽsionem in cælis rursus Psalmi sta fic indicat: [b] Ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo: exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cælo egressio eius, & occursus eius vsq. ad summum eius. Veniens enim de cælo, vsq. ad Inferos descendit: regressusq. repetijt mãsionem suam: ascendens, & sedens ad [c] dexteram Patris, de quo anteà solus exiuit. Cuius ascensus in cælum, vel introitus, quibus gaudijs declaretur, Psalmographus indicat: Videntes enim potestates ætheræ carnẽ Christi ascendentem in nubibus, & portas cæli ingredientem, dixerunt: [d] Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potẽs in prælio. Hunc ascensum eius & alibi commemorans Dauid dicit: [e] Ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum. Et iterũ: [f] Ascẽdit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Qui vtiq. nisi fuisset in terra, non diceretur ascendere. Sed quid est captiuam duxit captiuitatem? nisi quin, deiecta morte, ipsam carnem, quam è terris assumpserat, quasi captiuam in cælum ducebat. Vnde & post hæc Propheta hortatur omnes gẽtes, prouocans eas ad laudem [g] Dei, eundemq. ascẽsum [h] Christi eisdem iterũ sic prænuntians ait: [i] Regna terræ cantate Deo, psallite Domino, psallite Deo, qui ascendit super cælos cælorum ad Oriẽtem. Et benè adiecit, ad Orientem, quia [k] idem locus in Orientis partibus est, vbi Christus resurrexit, & vnde in cælum ascẽdit. Et post hæc subdidit: [l] Visi sunt ingressus tui Deus, ingressus Dei mei Regis. Videntibus enim omnibus Apostolis, atq. quingentis viris, sic ascendit in cælum. Huius ascensionẽ, & Salomon in Canticis Canticorum prædicat: [m] Ecce hic venit saliens supra montes, trãsiliens supra colles. Et Amos dicit: [n] Ædificauit Dominus in cælo ascensum suum, & polliciationem in terra firmauit, sed & illud quod per Isaiam Dominus dicit: [o] Nunc exurgam, nunc exaltabor, nũc sublimabor testimonium resurrectionis, & ascensionis Christi declarat, quasi apertè diceret: Nũc exurgam à mortuis, nunc exaltabor [p] in cælum, nunc sublimabor in regno. Vnde & alibi ipse Isaias: [q] Ecce intelliget [r] seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valdè. Quod vtiq. ad ascensionem cæli, & ad gloriam pertinet regni.

a *Daniel 7. ver. 13.*
b *Isai. 18. ver. 6.*
c al sedem.
d *Psal. 23. ver. 7.*
e *Psal. 17. ver 11.*
f *Psal. 67. ver. 19.*
g al. Christi.
h al. eius.
i *Psal. 67. ver. 33.*
k Idem locus in Orientis partibus est. *Non tantũ locus, vnde Christus ascẽdit, in Orientis partibus est; sed etiã facie ad Orientem conuersa in cælum ascendit, vt vestigia pedum indicant, quæ adhũc vsq. diẽ loco impressa cernuntur. De quibus Seuerus Sulpitius lib. 2. histor. & Paulinus epist. 10. scribunt: vnde traditio ad Orientalem cæli partem, conuersa facie orandi. atq. templa adsificandi, vt docet Basilius lib. de Spiritu Sancto cap. 27. Contra in cruce pendẽs, faciem ad occasum conuersam habuit, vt Sedulius lib. 5. Carminum auctor est, vbi ait:*
Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis.
l *Ibidem. ver. 25.*
m *Cantic. 2. ver. 8.*
n *Amos. 9. ver. 6.*
o *Isai. 33. ver. 10.*
p al in cælo, vel in cælis.
q *Isai. 52. ver. 13.*
r Puer.

Sedet ad dexteram Patris. CAP. LVII.

QVia sedet ad dexterã Patris, in psalmis scriptum est. [a] Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Inquirant ergò Iudæi, cui dictum est à Domino, sede à dextris meis. Nunquid Archãgelo? non opinor, neque Angelo, neq. Prophetæ. Nam nullus eorum in ea gloria est, sed ille, quem dignum confessu suo inuisibilis Deus habet: hic sedet ad dexteram Patris. Qui sicut cõsessu Dei dignus est, ita & natura dignus est, & nomine. De quo dicit & psalmus: [b] Regnabit Dominus super omnes gentes, Deus sedit super sedem sanctam suam. Et iterum. [c] Dominus in cælo

parauit ſedem ſuam, & regnum eius [d] omnibus dominabitur.

a *Pſal.109.ver.1.*
b *Pſal.46.ver.9.*
c *Pſal.102.ver.19.*
d *al.* omnium.

Regnum Chriſti perpetuum erit. Cap. LVIII.

QVia regnũ eius in cælo,& in terra æternum,ac perpetuum permanebit,Daniel dicit: [a] Videbam in viſione noctis, & ecce in nubibus cæli,quaſi filius hominis veniebat, & vſq. ad vetuſtum dierum peruenit,& in conſpectu eius perlatus eſt, & ipſi datus eſt principatus & honor, & regnum, & omnis populus,tribus, & linguæ ipſi ſeruient,poteſtas eius,poteſtas æterna,quæ nõ auferetur,& regnum eius,quod non corrũpetur.Quo teſtimonio oſtenditur,ita accepiſſe Chriſtum ab omnipotente Deo dominationem & regnum,vt poteſtas eius æterna ſit,& regnum eius ſine vllo corruptionis fine permaneat.Et iterum idem Daniel:[b] In diebus illis, ſuſcitabit Dominus cæli Regẽ, qui in æternum non commouebitur,& regnum eius populo alteri non tradetur.Percutiet,& conteret vniuerſa regna,& ipſum ſtabit in æternum . Et Iſaias Propheta de eodem:[c] Multiplicabitur,inquit, eius imperium, & pacis [d] non erit finis. Et in pſalmis ſic legitur: [e] Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis,donec extollatur luna, id eſt,vſq. ad conſumationem ſeculi.

a *Daniel.7.ver.13.*
b *Daniel.2.ver.44.*
c *Iſai.9.ver.7.*
d *al.* pacis eius.
e *Pſal.71.ver.7.*

Chriſtus poſt aſcenſionem ſuam Spiritũ Sãctum ſuper Apoſtolos miſit. Cap. LIX.

QVia poſt aſcenſionem ſuam Spiritum Sanctum ſuper Apoſtolos miſit, Dauid ita dicit: [a] Aſcendit in altum, cepit captiuitatẽ, dedit dona hominibus. Poſt aſcẽſionem enim ſuam miſit Spiritum Sãctum, in quo omnium eſt plenitudo donorum. De quo & per Ioelem Prophetam annuntiauit dicens: [b] Erit, inquit,poſt hæc effundã de ſpiritu meo ſuper omnem carnẽ, & prophetabunt filij veſtri,& filiæ veſtrę,ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt,ſed & ſuper ſeruos meos, & ancillas in diebus illis effundam de ſpiritu meo.Et Zacharias,[c] effundam,inquit,ſuper domum Dauid Et ſuper habitantes Ieruſalem,ſpiritum gratiæ & precum.

a *Pſal.67.ver.19.*
b *Ioel.2.ver.28.*
c *Zachar.12.ver.10.*

Apoſtoli varijs linguis locuti ſunt. Cap. LX.

QVia Apoſtoli Spiritu Sancto repleti, linguis vniuerſarum gentiũ locuti ſunt magnalia Dei,& hoc ante prænuntiatũ eſt, dicente Pſalmiſta: [a] Non ſunt loquelæ,neq. ſermones,quorum non audiantur voces eorum. In omnem terrã exiuit ſonus eorum, & in fines orbis verba eorum.

a *Pſal.18.ver.4.*

Venturus eſt ad iudicandum. Cap. LXI.

QVòd autem venturum Chriſtum de cęlis iudicem ſperamus,& quòd ei omne iudicium dedit Pater, per Ezechielem ita annuntiatur.Hæc dicit Dominus Deus: aufer cidarim, tolle coronam, [a] nonne hic eſt,qui humiles ſubleuauit,& ſublimes humiliauit? Iniquitatem,iniquitatem,iniquitatem ponam eam,& hoc non factum eſt,donec veniat,cuius eſt iudicium,& tradam ei. De quo Iſaias,[b] Dominus, ſicut fortis egredietur,&,ſicut vir prœliator,ſuſcitabit zelũ, vociferabitur, & clamabit, & ſuper inimicos ſuos confortabitur. Tacui ſemper,ſilui, patiens fui, [c] ſicut paries loquar, diſſipabo, & abſorbebo ſimul. Hoc ad ſecundum aduentum attinet,in quo non humilis,vt iudicetur,ſed [d],vt iudex fortis,egredietur, neq. tacebit,quod in priori aduentu fecit,aut patiens erit,ſicut fuit in paſſione carnis, ſed iudicãs vociferabitur,loquetur,vt paries,quia repente, quaſi paries corruens , ſuos hoſtes eſt oppreſſurus. Hoc etiam & teſtimonio Pſalmiſtæ docetur,vbi dicit: [e] Deus manifeſtè veniet, Deus noſter & non ſilebit: vtiq. quia & ſi in primo humilitatis ſuæ aduentu tacuit iudicatus,in ſecundo,dùm manifeſtus venerit,vt iudicet,non tacebit, ſed clamabit,vt reddat ſingulis, ſecundum opera eorum. Sequitur: Ignis ante eum ardebit, quia [f] vt ligna,fœnum,ſtipulam,delinquentium conſumpturus eſt opera,ac ſicut aurũ, argentum, lapideſq. pretioſos, iuſtorũ probaturus eſt geſta. Qui dicturi ſunt: [g] Tranſiuimus per ignem,& aquã,& induxiſti nos in refrigerium. [h] Aduocabit cælum [i] deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum. Congregate illi ſanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia,& annuntiabunt cæli iuſtitiam eius, quoniam Deus iudex eſt,Et Iſaias,[k] Auditam,inquit, faciet Dominus gloriam vocis ſuæ,& terrorẽ brachij ſui oſtendet,in comminatione furoris, & flammã ignis deuorantis. Allidet in turbine,& in [l] lapide grandinis. Brachiũ enim Dei Chriſtus eſt , qui in flamma, & terrore tempeſtatis ad iudicandum venturus eſt. De cuius iterùm iudicio idem Propheta ſic dicit: [m] Conſurge, ſicut in diebus antiquis, in generationibus ſeculorum. Nunquid nõ tu percuſſiſti ſuperbũ, vulneraſti draconẽ? Hic ſecundus Chriſti prædicatur aduentus, vt ea virtute conſurgat ad iudicium, ad ſeparationem bonorum, atq. malorum, qua virtute ſurrexit in generationibus ſeculorum.Hoc eſt in [n] principio,quando percuſſit ſuperbum, id eſt, Diabolum, ſeparando eum à bonorum conſortio Angelorum. De quo Chriſti iudicio , & Michæas Propheta ſic loquitur,dicẽs: [o] Audite colles iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ,quia iudicium Domini cum populo ſuo, & cum Iſrael dijudicabitur, dicens: Populę meus quid feci tibi,aut quid moleſtus fui tibi? reſponde mihi. Tunc enim iuxta Zachariam: [p] Videbunt in quem confixerunt, & plangent eum planctu,quaſi ſuper vnigenitum, & dolebunt ſuper eũ, vt doleri ſolet in morte primogeniti. Dolebũt enim eum à ſe crucifixum,cum viderint iudicantem, & in patris,ac ſua maieſtate regnantem.Iob quoq. ante legem Euangelicis virtutibus clarus, redimendum ſe,& reſuſcitãdum & Deo iudici,qui venturus eſt iudicare viuos,& mortuos,præſentandum, prophetica auctoritate pronuntiat dicens: [q] Credo enim,quòd redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſùm circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum [r] Saluatorem meum. Quem Deũ, niſi qui videndus eſt in iudicio? ſicut legimus: [s] Videbunt in quem confixerunt.Quõ quidam dicunt,in eo loco iudicaturum impios, vbi ipſe eſt iudicatus, Ioele Propheta teſtante: [t] Exurgant, inquit, & aſcendant omnes gentes in valle Ioſaphat, ibi ſedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Nam pleriq. ibi aſſerunt futurum iudicium , vbi paſſus eſt Dominus.Iſaia probante: [u] Conſumationem & [x] abbreuiationem Dñs Deus exercituũ faciet in medio orbis terræ. Quæ cõſumatio & abbreuiatio præceſſura, quæ poteſt eſſe niſi iudicij futuri? Sed vbi ſit medium terræ illud, fidele de paſſione Domini teſtimoniũ Dauid oſtendit,qui dicit: [x] Deus autem Rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terræ.Nulla enim alia eſt ſalus noſtra, niſi redemptio Domini noſtri Saluatoris,& iudicis,quæ in medio terræ orta eſt.

a Nonne hic eſt qui humiles ſubleuauit. *Ezech. 21.ver.26.niſi quod in linguis omnibus genere feminino legitur:* Nonne hæc eſt,quæ humiles ſubleuauit. *Verùm Hier.comment.ad eum locum, ea verba nihilominus de extremo iudicio explicat.*
b *Iſai.42.ver.13.*
c Sicut paries loquar. *Iſai.42.ver.13. Hiſpalenſis legit* Parturiens loquar. *Tarracon.minor.* Patiens loquar. *Quæ vera lectio eſt. Nos autem vitioſam lectionem neceſſario reliquimus, quoniam inferius,vbi hoc teſtimonium explicatur,Iſidorus ipſe ait:* iudicans vociferabitur,loquetur,vt paries,quia repente, quaſi paries corruens, ſuos hoſtes eſt oppreſſurus.
d *al* iudicet.
e *Pſal.49.ver.3.*
f 1 *ad Cor.3.ver.12.*
g *Pſal.65.ver.12.*
h *Pſal.49.ver.4.*
i *al.* ſurſum & terram,vt diſcerneret.
k *Iſai.30.ver.30.*
l *al.* lapidibus.
m *Iſai.51.ver.9.*
n *al.* principibus.
o *Michæ.6.ver.2.*
p *Zachar.12.ver.10.*
q Credo enim quod redemptor meus viuit. *Locus eſt Iob.19.ver.25. quo Hieron. ad Pammachium affirmat,nullum apertius in veteri Teſtamento extare,ad futuram corporum reſurrectionem comprobandam.*
r *Zachar.12.ver.10.*
s *Ioel.3.ver.12.*
t *Iſai.10.ver.23.*
u *al.* eleuationem.
x *Pſal.73.ver.12.*

Epilogus operis. CAP. LXII.

ECce noui testimonij iudicẽ, & Regem de Prophetis, ecce Christũ ex Lege omnium Dominum ostendimus. Tenent ista omnia libri Hebræorum, legunt cuncta Iudæi, sed non intelligunt. Quia omnia signata sunt illis, Propheta testante: [a] Et erunt sermones libri huius, sicut sermones libri signati, quem, si quis dederit homini nescienti litteras & dicat: lege: respondeat, nescio litteras: & rursum det alteri scienti litteras, & dicat, lege: ille verò respondeat, non possum, signatus est enim liber. Hæc sunt, Testamenti veteris signacula, quæ filius, & hæres resignauit, cordis nostri oculos illuminans, sicut scriptum est: [b] liga testimonium, A signa legem in discipulis meis. Habemus enim ad intelligendum Christum, ducem Legẽ, testes Prophetas, ex quibus diuinitatem eius, & nomen, gentem quoque, & genus, patriam, natiuitatem, virtutes & curationes, [c] comprehensiones, palmas, flagella, consputationes, suspensionẽ, fellis & aceti potationem, mortem, sagittam, sepulcrũ, infernum, incorruptionemq. corporis, resurrectionem carnis, ascensionem eius in [d] cælum, regnum, atq. iudicium declarauimus.

[a] *Isai. 29. ver. 11.*
[b] *Isai. 8. ver. 16.*
[c] Comprehensiones, palmas, flagella, consputationes. *Hæc deerant in Hispalensi, & nobis videbantur additicia, reliquimus tamen obelo notata admonendi lectoris causſa.*
[d] *al.* cælis.

DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
CONTRA IVDAEOS.
LIBER II.
PROOEMIVM.

QVIA Breuiarium præcedentis B libri quadam ex parte Domini, & Saluatoris nostri natiuitatẽ, passionem, resurrectionem, cæliq. [a] ascensionem explicuit, sequens opusculum vtriusq. populi propheriam, id est, Iudæorum, ac Gentium demonstrabit. In quo opere, sancta soror, poteris ex paucis animaduertere, quanta prophetarum voces in abiectione Iudaicæ plebis, & cæremoniarũ cecinerunt, quantaq. in laude populi noui Testamenti intonuerunt.

[a] *al.* ascensum.

De Gentium vocatione.
CAP. I.

IN principio autem opusculi huius de Gentium credulitate loquendum est, vt faciliùs reliqua [a] contueantur: dum ipsa fides Ecclesiæ antea declaratur. Deniq́ue cum pro adorato vitulo Dominum precaretur Moyses, vt parceret populo peccatori: respondit Dominus: [b] propitius ero illis: verũtamen, viuo ego, & viuit nomen meũ, quia implebitur gloria mea omnis terra. Proinde quia omnes Gentes ad vnius Dei veri cultum essent vocandæ, Dauid Propheta testatur dicens: [c] Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius omnes patriæ Gentium: quoniam Domini est regnũ, & ipse dominabitur Gentium. Et rursum: [d] Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Notum fecit Dominus salutare suum, ante conspectum Gentium reuelabit iustitiam suam. Quam pluralitatẽ gentiũ, ita declamat adunari ad vnius Dei cultum: [e] In conueniendo, inquit, populos in vnum, & regna, vt seruiant Domino. In vnum vtiq́ue, id est, in vnum [f] regem, vt qui diuersorum ritu simulacrorum, regna multa, & populi multi dicebantur, in vnam cõueniendo fidem, vnus Dei populus, vnumq. regnum vocetur. Huius populi congregatio ex Gentibus, ipsa est Ecclesia, cui in Psalmis

mis voce prophetica dicitur. [g] Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domũ patris tui, quia concupiuit rex speciem tuam. Prouocat enim Propheta plebem Gentium, obliuiscipopulum suum, id est, infidelium cœtum, & domum patris sui: Babyloniam scilicet, quæ Diaboli, & domus, & coniux est, & Christo fidei coniugio copulari. Ad cuius populos Isaias clamat dicens: [h] Congregamini, & venite, & accedite simul, qui saluati estis ex Gentibus, nescierunt enim qui leuant signum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluãtem. Qui sunt isti saluati ex Gentibus, nisi qui crediderunt ex Gentibus: quod vero dicit: congregamini & audite simul, ostẽdit in vnam debere Gentes fidem, communionemq. conglobari. Item ipse: [i] conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ, quia ego Deus, & non est alius. In memetipso iuraui, egredietur verbum de ore meo, & non reuertetur, quia mihi curuabuntur omnia genua, & iurabit omnis lingua in Domino. Hoc iam contuemur fuisse completum, quando [k] in omnibus terræ finibus Dei dilatatur Ecclesia. Qua prophetia [l] erubescant Iudæi quidem, Deum sibi peculiariter defendentes, dum audiunt. Iurabit omnis lingua in Domino, id est non tantũ Hebræorũ iam populus, sed & omnis Gentium multitudo. [m] Adhuc idem Isaias, posteaquam Christi, quam in carne pertulit humilitatem, digessit, denuo laudem Ecclesiæ Gentium, pro qua talia pertulit ita prædicauit, simulq. quod per vniuersum mundum, sit ipsa vna, sic prophetãdo aperuit dicens: [n] Lauda sterilis quæ nõ paris, decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas: quoniam iam multi filij desertę magis quã eius, quæ habebat virum, dicit Dominus: dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorũ tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim & læuam penetrabis, & semen tuum Gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit Et iterum: [o] creaui fructũ labiorum pacem: pacem ei qui longe est, & ei qui prope. Hoc & Apostolus exponit, vbi dicit pro Ecclesia ex circũcisione, & ex præputio veniente: [p] euangelizauit pacem his qui longe, & pacem his qui prope, & iterũ, [q] quæsierunt me, qui ante non interrogabant, inuenerunt, qui non quæsierunt me. Dixi: ecce ego, ecce ego, ad gentem quę nõ A inuocabat nomen [r] meum, expandi manus meas tota die ad populum incredulum. Itẽ idem ipse: [s] domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis, ait Dominus. Ad vltimum autem sic ait: [t] venio, vt congregẽ cũ omnibus gentibus, & linguis: & venient & videbũt gloriam meam, & ponam in eis signũ, & mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad Gentes, in mare, in Africam, in [u] Libyam tenentes sagittam: Hæc Isaias. Ieremias autem Gentium [x] compromissionem sic ostẽdit: [y] Et congregabuntur omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem, & non ambulabunt post prauitatem cordis sui; & post paullulum: Iurauit [z] Dominus in veritate, & in iudicio, & benedicent eũ gentes, ipsumque laudabunt. Item idem ipse de vocatione gentium. [a] Domine, inquit, fortitudo mea, ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: vere mendacium possederũt patres nostri. Item idem Ieremias ad populum Israeliticum: [b] Audite vocem tubæ, & dixerunt, non audiemus. Propter hoc audite gentes. Item in Osee: [c] Et miserebor eius, qui fuit sine misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu, & ipse dicit. Deus meus es tu & erit in loco, vbi dictum est ei, non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui. Item in Sophonia: [d] Quia tunc reddam populis labium electum, vt vocent omnes in nomine Domini, & seruiãt ei humero vno. Et post hæc: [e] adorabit eum vir de loco suo, omnes insulæ Gentium. In quo etiam loco vocatio Gentium prophetatur; nec iam locum orationis vnum, in quo carnalis populus Deum quodammodo videbatur includere, [f] sed pro vno omnem locum esse orationis ostendit, dum dicit: adorabit eum vir de loco suo. [g] Michæas quoq. congregari omnes gentes prænuntiat, vt fidei disciplinam percipiãt, ita: Et erit, inquit, in nouissimo dierum mons domus Domini, præparatus in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum populi, & [h] properabunt Gentes multæ, & dicẽt: venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de vijs suis, & [i] ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur Lex, & verbum Domini de Ierusalem, & iudicabit populos multos, & [k] corripiet gentes fortes, vsq. in lõginquo. Nouissimi dies, hi sunt, in quibus Saluatoris resplenduit fides. Præparatus autem mons super verticem montium, Christus est, quia ipse

ipse est caput Apostolorum & Prophetarũ. A Domus verò Domini Ecclesia Christi est, super eundem stabilita, ad quam Gentium cõgregatur diuersitas. Lex autem de Siõ exijt, & verbum Domini de Ierusalem, siue vt veniret in [l] Gentes, relictis ob incredulitatem Iudæis, siue quia in eadem plebe positus Iesus dixit discipulis suis: [m] Ite, docete omnes Gentes. Item Zacharias de Ecclesia Gentium sic dicit: [n] Lauda, & lætare filia Siõ: quia ecce venio, & [o] habitabo in medio tui, ait Dominus, & applicabuntur Gentes multæ ad Dominum in die illo, & erunt mihi [p] in populum, & habitabo in medio tui: [q] & scies, quia Dominus exercituum misit me ad te. Item ibi: [r] Hæc dicit Dominus exercituum, vsquequo venient populi, vt habitent in ciuitatibus multis? & vadãt habitatores vnus ad alterum, dicentes: Eamus, & deprecemur faciem Domini, & quæramus Deum exercituum, vadam etiam & ego, & venient populi multi, & gentes robustæ ad quærendũ Dominum exercituum in Ierusalem. His ergo tot tantisq. testimonijs erubescant Iudæi Gentium conuersarum æmulatores, tãdemq. conuicti cognoscant, atq. audiant in Deuteronomio Dominum proclamantem, [s] eritis Gentes ad caput, incredulus autem populus ad caudam.

a *al.* contineantur.
b *Num.14.ver.21.*
c *Psal.21.ver.28.*
d *Psal.97.ver.1.*
e *Psal.101.ver.23.*
f *al.* gregem.
g *Psal.44.ver.11.*
h *Isai.45.ver.20.*
i *Isai.45.ver.22.*
k *al.* omnes fines terræ.
l Erubescant Iudæi quidem. *Hispalensis legit.* Erubescant Iudæi quædam in Deum, *excusi,* Erubescãt Iudæi, qui dum Deum sibi. *Tarraconensis,* Erubescant Iudæi quidem, Deum sibi peculiariter defendentes. *Hanc nos lectionem amplexi sumus.*
m *al.* ad hæc.
n *Isai.54.ver.1.*
o *Isai.57.ver.19.*
p *Ephes.2.ver.17.*
q *Isai.65 ver.1.*
r *al.* tuum.
s *Isai.55.ver.7.*
t *Isai.66.ver.18.*
u In mare in Africam in Libyam. *Hispalensis,* in mare, in Africam, in Lydium, *quæ lectio commodior erat, nam ita Hebraica, Græca, & Vulgata editio habent Isa.66. ver.19. verũ quoniã hoc loco alij omnes codices discrepabant: & lib.1.c.54. vbi idem testimonium assertur, omnes codices constanter* Libyã *legebant. eam vocem in textu reliquimus.*

B Domum meam domum orationis vocabunt omnes Gentes. Item Psalmus: [a] Dicite in Gentibus quia Dominus regnauit a ligno. Item [b] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [c] Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedet super cherubim, moueatur terra. Item [d] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [e] Dominus regnauit, decorem indutus est. Item [f] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [g] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [h] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [i] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [k] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [l] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [m] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [n] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [o] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [p] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [q] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [r] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [s] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [t] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [u] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [v] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [x] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [y] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [z] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [aa] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [bb] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [cc] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [dd] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ee] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ff] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [gg] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [hh] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ii] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [kk] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ll] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [mm] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [nn] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [oo] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [pp] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [qq] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [rr] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ss] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [tt] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [uu] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [xx] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [yy] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [zz] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [aaa] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [bbb] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ccc] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ddd] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [eee] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [fff] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ggg] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [hhh] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [iii] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [kkk] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [lll] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [mmm] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [nnn] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ooo] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ppp] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [qqq] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [rrr] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [sss] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ttt] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [uuu] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [xxx] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [yyy] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [zzz] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [aaaa] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [bbbb] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [cccc] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [dddd] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [eeee] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ffff] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [gggg] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [hhhh] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [iiii] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [kkkk] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [llll] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [mmmm] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [nnnn] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [oooo] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [pppp] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [qqqq] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [rrrr] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ssss] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [tttt] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [uuuu] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [xxxx] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [yyyy] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [zzzz] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [aaaaa] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [bbbbb] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ccccc] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ddddd] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [eeeee] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [fffff] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ggggg] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [hhhhh] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [iiiii] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [kkkkk] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [lllll] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [mmmmm] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [nnnnn] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ooooo] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ppppp] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [qqqqq] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [rrrrr] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [sssss] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ttttt] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [uuuuu] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [xxxxx] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [yyyyy] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [zzzzz] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [aaaaaa] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [bbbbbb] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [cccccc] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [dddddd] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [eeeeee] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ffffff] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [gggggg] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [hhhhhh] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [iiiiii] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [kkkkkk] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [llllll] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [mmmmmm] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [nnnnnn] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [oooooo] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [pppppp] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [qqqqqq] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [rrrrrr] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ssssss] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [tttttt] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [uuuuuu] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [xxxxxx] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [yyyyyy] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [zzzzzz] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [aaaaaaa] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [bbbbbbb] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ccccccc] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ddddddd] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [eeeeeee] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [fffffff] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ggggggg] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [hhhhhhh] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [iiiiiii] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [kkkkkkk] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [lllllll] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [mmmmmmm] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [nnnnnnn] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ooooooo] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ppppppp] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [qqqqqqq] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [rrrrrrr] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [sssssss] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ttttttt] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [uuuuuuu] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [xxxxxxx] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [yyyyyyy] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [zzzzzzz] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [aaaaaaaa] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [bbbbbbbb] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [cccccccc] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [dddddddd] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [eeeeeeee] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ffffffff] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [gggggggg] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [hhhhhhhh] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [iiiiiiii] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [kkkkkkkk] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [llllllll] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [mmmmmmmm] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [nnnnnnnn] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [oooooooo] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [pppppppp] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [qqqqqqqq] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [rrrrrrrr] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ssssssss] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [tttttttt] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [uuuuuuuu] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [xxxxxxxx] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [yyyyyyyy] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [zzzzzzzz] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [aaaaaaaaa] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [bbbbbbbbb] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ccccccccc] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ddddddddd] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [eeeeeeeee] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [fffffffff] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ggggggggg] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [hhhhhhhhh] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [iiiiiiiii] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [kkkkkkkkk] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [lllllllll] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [mmmmmmmmm] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [nnnnnnnnn] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ooooooooo] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ppppppppp] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [qqqqqqqqq] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [rrrrrrrrr] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [sssssssss] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ttttttttt] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [uuuuuuuuu] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [xxxxxxxxx] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [yyyyyyyyy] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [zzzzzzzzz] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [aaaaaaaaaa] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [bbbbbbbbbb] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [cccccccccc] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [dddddddddd] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [eeeeeeeeee] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ffffffffff] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [gggggggggg] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [hhhhhhhhhh] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [iiiiiiiiii] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [kkkkkkkkkk] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [llllllllll] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [mmmmmmmmmm] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [nnnnnnnnnn] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [oooooooooo] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [pppppppppp] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [qqqqqqqqqq] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [rrrrrrrrrr] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ssssssssss] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [tttttttttt] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [uuuuuuuuuu] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [xxxxxxxxxx] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [yyyyyyyyyy] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [zzzzzzzzzz] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [aaaaaaaaaaa] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [bbbbbbbbbbb] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ccccccccccc] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ddddddddddd] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [eeeeeeeeeee] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [fffffffffff] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ggggggggggg] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [hhhhhhhhhhh] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [iiiiiiiiiii] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [kkkkkkkkkkk] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [lllllllllll] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [mmmmmmmmmmm] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [nnnnnnnnnnn] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ooooooooooo] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ppppppppppp] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [qqqqqqqqqqq] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [rrrrrrrrrrr] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [sssssssssss] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ttttttttttt] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [uuuuuuuuuuu] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [xxxxxxxxxxx] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [yyyyyyyyyyy] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [zzzzzzzzzzz] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [aaaaaaaaaaaa] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [bbbbbbbbbbbb] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [cccccccccccc] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [dddddddddddd] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [eeeeeeeeeeee] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ffffffffffff] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [gggggggggggg] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [hhhhhhhhhhhh] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [iiiiiiiiiiii] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [kkkkkkkkkkkk] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [llllllllllll] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [mmmmmmmmmmmm] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [nnnnnnnnnnnn] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [oooooooooooo] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [pppppppppppp] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [qqqqqqqqqqqq] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [rrrrrrrrrrrr] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ssssssssssss] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [tttttttttttt] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [uuuuuuuuuuuu] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [xxxxxxxxxxxx] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [yyyyyyyyyyyy] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [zzzzzzzzzzzz] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [aaaaaaaaaaaaa] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [bbbbbbbbbbbbb] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ccccccccccccc] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ddddddddddddd] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [eeeeeeeeeeeee] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [fffffffffffff] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ggggggggggggg] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [hhhhhhhhhhhhh] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [iiiiiiiiiiiii] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [kkkkkkkkkkkkk] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [lllllllllllll] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [mmmmmmmmmmmmm] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [nnnnnnnnnnnnn] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ooooooooooooo] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ppppppppppppp] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [qqqqqqqqqqqqq] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [rrrrrrrrrrrrr] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [sssssssssssss] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ttttttttttttt] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [uuuuuuuuuuuuu] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [xxxxxxxxxxxxx] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [yyyyyyyyyyyyy] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [zzzzzzzzzzzzz] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [aaaaaaaaaaaaaa] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [bbbbbbbbbbbbbb] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [cccccccccccccc] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [dddddddddddddd] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [eeeeeeeeeeeeee] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ffffffffffffff] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [gggggggggggggg] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [hhhhhhhhhhhhhh] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [iiiiiiiiiiiiii] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [kkkkkkkkkkkkkk] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [llllllllllllll] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [mmmmmmmmmmmmmm] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [nnnnnnnnnnnnnn] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [oooooooooooooo] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [pppppppppppppp] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [qqqqqqqqqqqqqq] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [rrrrrrrrrrrrrr] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ssssssssssssss] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [tttttttttttttt] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [uuuuuuuuuuuuuu] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [xxxxxxxxxxxxxx] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [yyyyyyyyyyyyyy] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [zzzzzzzzzzzzzz] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [aaaaaaaaaaaaaaa] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [bbbbbbbbbbbbbbb] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ccccccccccccccc] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ddddddddddddddd] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [eeeeeeeeeeeeeee] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [fffffffffffffff] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ggggggggggggggg] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [hhhhhhhhhhhhhhh] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [iiiiiiiiiiiiiii] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [kkkkkkkkkkkkkkk] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [lllllllllllllll] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [mmmmmmmmmmmmmmm] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [nnnnnnnnnnnnnnn] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [ooooooooooooooo] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [ppppppppppppppp] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudine, & præcinxit se. Item [qqqqqqqqqqqqqqq] Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Item [rrrrrrrrrrrrrrr] Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus f

Universidad de Deusto
Biblioteca

quuntur leuabit signum in nationibus,&c. *ex cap. 5. ver. 26. desumpta sunt. Isidorus memoriæ lapsu, & loci similitudine deceptus, quæ priora erant, quasi posteriora, & consequentia citauit. Tarraco. pro sibilabit, legit sibilabunt, sed corruptè, vt alij codices declarant, vulgata in hac parte, & editioni Septuaginta consentientes.*

i *Isai. 42. ver. 5. & 17. & 26.*
k *al.* calcantium.
l *al.* enim.
m *al.* educam.
n *Isai. 9. ver. 2.*
o *al.* ambulabat.
p *Isai. 51. ver. 4.*
q Exiuit, *vel* exijt.
r *Isai. 52. ver. 9.*
s *al.* adhuc.
t *Isai. 42. ver. 1.*
u *Isai. 52. ver. 13.*
x *Isai. 55. ver. 4.*
y *Habac. 2. ver. 2. & 4*
z *al.* tabulis.
a *al.* fine.
b *Agge. 2. ver. 6. al.* vestri.
c *al.* mouebo,

Iudæi et Gentes ad Christũ vocãtur. CAP. III.

QVia vterque populus Iudæorum,& Gẽtium sub Christi regimine vaticinijs prophetarũ vocantur,Isaias dicit:[a] Et erit in die illa,nutriet homo vaccam boum,& duas oues,& prę vbertate lactis comedet butyrũ. Vacca boum plebs est Iudææ veniens de semine Patriarcharum.Oues duæ,Ecclesia veniẽs de Gentibus:& idcirco duę oues,& vna vacca, quia auctior est ex Gẽtibus Ecclesiæ numerus,quã ex[b] Iudæis.Homo autẽ,qui nutriet eas,ipse est Christus:qui per Ieremiã dicit: [c] Conuertimini filij reuertentes, dicit Dñs,quia ego vir vester,& assumã vos, vnũ de ciuitate,& duos de cognatione,& dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia,& doctrina. Superbis nanque dixerat per Isaiam: nutriet homo vaccam vnam, & duas oues, quem hominem Deus nunc semetipsum esse ostendit, qui assumet duos de cognatione, & vnum de ciuitate, quia minor est numerus credentium ex circuncisione,quàm ex præputio.Hanc autem ciuitatem Iudæam dicit, siue Ierusalem:cognationem vero Gentes: pastores autem Apostolos,vel Ecclesiæ doctores Christi gratiam prædicantes. Sic & alio loco,idem ipse Ieremias Iudæos seruire Christo proclamat:Et [d] erit in die illa,ait Dominus exercituum, conteram iugum meũ de collo tuo, & vincula eius disrumpam,& non dominabuntur eis amplius alieni, sed seruient Domino Deo suo,& Dauid regi suo,quem suscitabit eis.De quo [e] Ieremias:ecce dies veniẽt dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum,& regnabit rex,& sapiens erit,& faciet iudicium,& iustitiam [f] super terram.In diebus illis saluabitur Iuda,& Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen,quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Cuius ortum propter vtramque gentem vox patris per Psalmistam ita annuntiat:[g] Commemorabo superbiæ,& Babylonis scientiũ me. Ecce Palæstina & Tyrus cũ Æthiopia, iste natus est ibi. Ad Sion autem dicetur: Vir & vir natus est in ea, & ipse fundauit eam Excelsus. Dominus narrabit scribens populos. Iste natus est ibi in Babylone, Palæstina, Tyro, Æthiopia gentes significantur. In Sion vero,Hebræorum populus,quia pro vtrarumque salute Gentium natus est Christus.Item Ezechiel, Christum sub persona Dauid,super vtramq. Gentem,sic prædicat regnaturũ:[h] Rex,inquit,vnus erit omnibus imperans,& non erunt vltra duę Gentes,nec diuidẽtur amplius in duo regna,nec polluentur vltra in dijs suis & abominationibus, & in cunctis iniquitatibus suis, & saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis, in quibus peccauerunt: & mundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus, & seruus meus Dauid rex super eos,& pastor vnus erit omnibus eorum : quia Christus rex Iudæorum est,Isaias indicat dicens: Dicite filiæ Sion : ecce rex tuus venit tibi iustus,& saluans, pauper, sedens super asinum indomitum. Daniel autem Propheta potestatem Christi, non solum super gentes, sed etiam super Iudæos à Deo patre datam,scribens sic ait: [i] Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli,quasi filius hominis veniebat,& vsq. ad antiquum dierũ peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. Nam postea quàm dixit assumptũ eũ in cælum, & perductum vsque ad patrem, adiecit: & data est ei potestas , & honor, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient . Quæ tribus? nisi Hebræorum populus. Quæ linguæ? nisi Gentium nationes. [k] Amos quoque Propheta ad Christi regnum Iudæos sic prouocat dicẽs: Præpara te in occursum Dñi Dei tu Israel, quia ecce ego firmãs tonitruũ, & creãs spiritũ,& annũtiãs in hominibus Christũ suũ.Sic & Isaias:[l] Dom[o] Iacob,venite & ambulem[o] in

in lumine Dñi,de quo Dauid,ait, [m] in lumine tuo videbimus lumen: Inter hæc & Michæas Propheta,dum locum originis Christi declararet, ita eum super Israel dominaturum subiunxit:Et tu,inquit,[n] Beth-lehem domus Ephrata, non es minima in millibus Iuda , ex te mihi prodiet Dominator in Israel. Quo loco, ostendit Christum, dominũ esse Iudæorum , eiusque regimine eundem populum subiugãdum,vbi & potestatẽ eius per vniuersum mũdum ita prænuntiauit: Stabit, inquit,& videbit , & pascet gregem suum in virtute Domini , & in honore nominis Dei sui erunt , quoniam nunc magnificatur vsque ad terminos terræ , & erit iste pax.Cuius aduentum Iudæis prædicandum Isaiæ sic Dominus loquitur: [o] Super montem excelsum ascende tu,qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuã, qui euãgelizas Ierusalem: dic ciuitatibus Iudæ,[p] noli timere.Ecce Deus vester.Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet , & brachiũ eius dominabitur.Ecce merces eius cũ eo,& opus illius corã eo,sicut pastor gregem suũ pascit, in brachio suo cõgregabit agnos. Zacharias autẽ Propheta de Christi regno in Iudæis,& Gentibus,ita proclamat: [q] Exulta satis filia Sion,iubila filia Ierusalẽ,ecce rex tuus veniet tibi, iustus, & saluator,ipse pauper,& ascendens super asinum,& super pullum asinæ, & potestas eius à mari vsque ad mare , & à fiumine vsque fines terræ Quæ Prophetia [r] quomodo fuisset completa in Christo,Euangelia ipsa testantur.

a *Isai. 7. ver. 21.*
b *al.* Iudæa.
c *Ierem. 3. ver. 14.*
d *Ierem. 30. ver. 8.*
e *Ierem. 23. ver. 5.*
f In terra.
g Cõmemorabo superbiæ, & Babylonis scientiũ me,*excusi*, superbiæ Babylonis sciẽtibus me,*Tarrac.* superbiæ & Babylonis scientibus me.*Nos Hispalẽsis lectionẽ sequuti sumus,quoniam erat in vicronymi versione, nisi quod pro* commemorabo, *legitur*, cõmemorabor.
h *Ezech. 37. ver. 22.*
i *Dan. 7. ver. 13. al.* in visu.
k *Amos. 4. ver. 12.*
l *Isai. 2. ver. 5.*
m *Psal. 35. ver. 10.*
n *Michæ. 5. ver. 2.*
o *Isai. 40. ver. 9.*
p Dic ciuitatibus Iudæ,noli timere, *excusi & Tarracon.* nolite timere, *quæ lectio commodior erat, nisi ordo esset præposterus. In vulgata enim legitur Isai 40. ver. 9.* Noli timere, dic ciuitatibus Iudæ, *Itaq.* noli timere, *ad prophetam referri debet, non ad ciuitates.*
q *Zach. 9. ver. 9.*
r Quãdo fuisset in Christo impleta Euãgelista testatur.

De vocatione Gentium ad fidem ante Hebræos. CAP. IIII.

IAm & quia prius Gentes credere poterãt in Christũ,& posteà Iudæi, Dauid prophe ta ostendit: videns enim quod ad Iudæam redimendam venisset Dominus, sed ante Gentilitas crederet, & post modum Iudæa sequeretur, dicit: [a] Æthiopia præueniet manus eius Deo, id est, priusquã Iudæa credat,saluãdam se offert omnipotẽti Deo peccatis nigra Gentilitas.[b] Sicut & Isaias ait, donec plenitudo Gentium introeat, & sic omnis Israel salu[o] fiat, & in Deuteronomio: [c] Eritis Gentes ad caput, incredulus autẽ pop[o] pul[o] ad caudã, quasi in nouissimo cõuersur[o].

a *Psal. 67. ver. 32.*
b Sicut & Isaias ait: donec plenitudo,&c. *Illa equidem verba,* donec plenitudo Gentium introeat. *Pauli sunt ad Romæn. 11. ver. 26. quæ sententia cum Isai. 59. ver. 20. ijs verbis contineatur:* veniet ex Sion,&c. *Isidor. Isaiæ verba in Pauli commutauit.*
c *Deuter. 28. ver. 44.*
d Quasi in nouissimo conuersurus. *Id est, conuertendus. Isidorus enim suo more, actiuis vtitur pro passiuis, qua de caussa Hispalensis lectionẽ repudiauimus qui habebat,* quasi in nouissimo conuersus, *tametsi commodior videbatur. Rursus cap 5. extremo, vbi excusi & Hispalensis legebant:* in nouissimis cõuersurus: *uos ex Tarracon. diximus,* in nouissimis conuertendus: *& paullò post, vbi ijdem codices legebant,* conuersuri sunt, *ex eodem Tarraconensi cui potissimum fidebamus,* conuersi fuerint, *posuimus. Quam varietatem nolumus lectorem ignorare.*

Quia in fine mundi in Christum credituri sunt Iudæi. CAP. V.

TRanseuntibus quidẽ istis carnalibus Iudæis,postea in nouissimis tẽporibus filij eorũ in Christo credituri sunt, Osee Prophe ta testãte:[a] Quoniã diebus multis sedebũt filij Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio,sine altari,sine sacerdotio,sine manifesta tionibus.Vtiq. quẽadmodũ nũc esse videntur,deinde sequẽter adiũxit:& postea reuertentur filij Israel,& inquirẽt Dñm Deũ suũ, & Dauid regẽ suũ,& stupescent in Dño,& in bonis suis,in nouissimis diebus.Quę omnis prophetia proculdubio de Christo est, qui in Dauid nomine significatur. De cuius semine secundum carnẽ est genitus,de quo Ieremias dicit:[b] Ecce dies veniunt dicit Dominus , & suscitabo Dauid germen iustũ,& regnabit rex & sapiẽs erit, & faciet iudiciũ & iustitiã in terra. In diebus illis saluabitur

Iuda,& Israel habitabit confidenter,& hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Malachias quoque ante finem mundi Eliam sic dicit esse mittendum ad conuersionem Iudæorum: [c] Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis,& conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Ante aduentum enim iudicij mittet Dominus Eliã, ad conuertendum cor filiorum ad cor Patriarcharum, & Prophetarum,vt credat posteritas eorum in Domino Iesu Christo, quem illi prophetantes expectauerunt. Nã si hactenus Iudæi rectè credunt, quid est in quo [d] per Eliã cõuerti eos in nouissimo Propheta testatur? Nunc enim mente cæcati sunt, nec possunt intelligere Saluatorẽ,qui audiunt, nisi in fine mundi:dum fuerit consummatio seculi, pronũtiat enim hoc Dominus per Isaiam Prophetam dicens: [e] Audite audientes,& nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere: excæca cor populi huius,& [f] aures eius aggraua,& oculos eius claude, ne forte videant oculis suis, & auribus suis audiant, & corde suo intelligant, & cõuertantur, & [g] sanem illos. Et dixit Propheta:vsquequo Domine?& dixit Dominus: donec [h] desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine, terra relinquetur deserta, & longè faciet Dominus homines: tunc conuertetur, & erit in ostensione, sicut terebinthus,& sicut quercus, quæ expandit ramos suos, semen sanctum erit,quod steterit in ea.Ecce apparet eos nunc à lumine fidei, & veritatis esse alienos, audiunt enim Christum, & non intelligunt, vident, & non agnoscunt.Sed [i] quandiu ita erunt? quousque subuertantur vrbes, & terra penè redeat in desertum, tunc enim conuersi videbunt, credituri in Christo, atque intelligentes [k] sanabuntur, & cognoscent omnia. Iuxta quod & Ieremias eis dicit:[l] in nouissimo dierum cognoscetis ea. De hac nouissima crudelitate Iudæorum,& Sophonias sic dicit: [m] In tempore illo saluabo claudicantem: & eam, quæ ejecta fuerat,congregabo: & ponam eos in laudem, & in nomen in omni terra confusionis eorum,in tempore illo, quo adducam vos,& in tẽpore,quo congregabo vos.Dabo enim vos in nomẽ,& in laudem in omnibus populis terræ, cum cõuertero captiuitatem vestram corã oculis vestris, dicit Dominus. Claudicantem,plebem Iudæam dixit, quæ nunc à semitis fidei claudicat,sicut Psalmus testatur dicens: [n] & claudicauerunt à semitis suis: & hanc se saluaturum in nouissimo Deus pronuntiat,dum dicit,saluabo claudicãtem.Et per Ezechielem:[o] Post dies,inquit, multos visitaberis,& in nouissimo annorum venies, & paullo superius quia baptizandi sunt: [p] Tollam, inquit,vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris,& adducam vos in terram vestram, & effundam super vos aquam mundã,& mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mũdabo vos, & dabo vobis cor nouum,& spiritum [q] nouum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideũ de carne vestra,& dabo vobis cor [r] carneum,& spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam,vt in præceptis meis ambuletis,& iudicia mea custodiatis, & operemini,& habitabitis in terra, quã dedi patribus vestris,& eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deũ,& saluabo vos ex vniuersis inquinamẽtis vestris. Hic est enim populus in nouissimis cõuertendus, quẽ Iacob Patriarcha sub figura Beniamin [s] lupũ mane comedentem prædam,& vespere spolia diuidentẽ prophetat. Vtiq. quia initio mundi idem populus, quasi in mane Legẽ accepit, in [t] vespere autem mundi,dũ fuerit crediturus,diuidet inter nouũ Testamentum & vetus.Nã de his quæ ad Israel in [v] futurum promittuntur,ad eandem partem dicitur,quę creditura est in Christo, quando in nouissimis temporibus conuersi fuerint,quale est illud apud eũdem Osee:[x] Et erit in loco,vbi dicitur ei, non populus meus,dicetur ei, filij Dei viuentis, & congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter,& ponent sibimet caput vnũ. Hoc in nouissimis erit temporibus, quãdo Elia prædicãte cõuertetur Iuda ad Christũ,vt sit vnum cũ Israel spiritualiter, hoc est,cum populo Gentium,iam Deum ex fide videntium,[y] ponentes sibimet caput vnum,quod est Christus. Ascendentesq. de terra, [z] hoc est à carnali terrenaque spe ad promissa cælestia.

a *Osee 3.ver.4.& 5.*
b *Ier.23.ver.5.al.*venient.
c *Malach.4.ver.5.*
d Quod Eliam cõuertere eos.
e *Isai.6.ver.9.*
f Aures eius aggraua, & oculos eius claude. *In Tarracon. deest relatiuũ* eius *in excusis illud* eius claude *nõ ponitur,qua forte vera lectio est:nã in Iuliano 1. cõt. Iudæos, ea duo verba etiam desiderantur. Nos Hispalensis lectionem prætulimus,quoniam erat in vulgata, porrò locus est Isai.6.ver.10.*
g ad me.
h dissoluantur.
i *al.*tandiu.
k *al.*saluabuntur.
l *Ierem.30.ver.24.*
m *Sophon.3.ver.19.*
n *Psal.17.ver.46.*
o *Ezech.38.ver.8.*
p *Ezechiel.36.ver.24.*
q *al.* meum.
r nouam.
s *Gen.49.ver.27.*
t *al.*fine.
v *al.futuris.*
x *Osee 1.ver.10.*
y *al.*ponent autem.

Plurimi ex Iudæorum populo nõ erant crediturí. CAP. VI.

SEd quia plurimi ex Iudæorum populo,nõ essent crediturí in Christum, Moyses legislator eandem eorum incredulitatem ante prænuntiauit. [a] Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & timebis die ac nocte, & non credes vitæ tuæ. Vnde & Isaias: [b] Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? & vidimus eum,& non erat [c] aspectus.Quibus verbis incredulitatem Iudæorum designat, qui Christum videntes non receperunt, quem quia nec credere,nec cognoscere potuerunt, illico excidium habituri. Sic Ieremias prædixit:[d] ascendite muros eius,& dissipate, auferte propagines eius, quia non [e] sunt Domini. Præuaricatione præuaricata est in me domus Iuda,ait Dominus,negauerunt me &, dixerunt, non est ipse.Hoc nũc vsque Iudæi pro Christo dicunt, non est ipse,expectantes alium,qui est Antichristus. Vnde & Dominus:[f] Ego inquit, veni in nomine patris mei, & non recepistis me, alius veniet in nomine suo, & recipietis eum.Itẽ apud eundem Ieremiam: [g] ecce sermo Domini factus est eis in opprobrium,& nõ suscipiunt illud. Adhuc quidem quia, Gentibus obedientibus Christo, Iudæi eum non essent recepturi,in Psalmis ostenditur. [h] Nam cum per Prophetam diceret idem Christus: Constitues me in caput Gentium,&,populus quem non cognoui, seruiuit mihi:continuo subiunxit incredulitatem Iudaicam dicens:filij alieni mentiti sunt mihi,filij alieni inueterauerunt, & claudicauerunt à semitis suis. Qui sunt alieni,nisi Iudæi:qui rectè alieni nuncupantur,pro eo quod in perfidia permanentes,ab æternę vitæ præmijs abdicati sunt, quæ nobis secundum fidem à Dei filio promittuntur. Hæc quoque in Christo Iudæorum praua incredulitas etiam per Isaiam ita est annotata, dicente Dominoillis: [i] Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere: excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videant oculis suis, & auribus suis audiant, & corde suo intelligant, & conuertantur, & sanem illos. Et alio loco: [k] tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem, qui [l] ambulant vias non bonas. Quibus Ieremias, [m] Audi hæc populе stulte, & sine corde, oculi sunt illis,& non vident, aures sunt illis, & non audiunt, aut me non timebitis, dicit Dominus,aut à facie mea nõ formidabitis?qui constitui terminum maris arenam, imperium æternum, & non transgredietur illud,& turbabitur,& non poterit,& [n] intumescent fluctus eius, & non transgredietur illud,populo autẽ huic factum est cor inobediens,& incredulũ.Et alibi idem ipse.[o] Quomodo dicitis? sapientes nos sumus,& Lex Domini nobiscum est.Verè mendaciũ operatus est stylus mendax scribarum, confusi sunt sapiẽtes,& perterriti,& capti sunt.Verbum enim Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis.De quibus Isaias:[p] qui peccare,inquit, faciebant homines in verbo, & declinauerũt frustra à iusto.Pro quo eos idẽ Propheta ita increpat dicens: [q] Audite me duro corde,qui lõge estis à iustitia,prope [r] feci iustitiam meam,non elongabitur,& salus mea nõ morabitur.Dabo in Siõ salutẽ,& in Ierusalem gloriã meam.Ipse autẽ Propheta, & credulitatem Gentium, & incredulitatẽ Iudæorum in Christo ita annuntiat:[s] Quæ sierunt me, qui antea non interrogabant, inuenerunt me,qui non inquisierunt me:dixi,ecce ego,ecce ego,ad Gentem,quæ non inuocabat nomẽ meũ,expandi manus meas tota die,ad populum incredulum. Quæsierunt enim nunc Gentes,quæ ante nõ interrogabant, quia ad eos Prophetæ non veniebant,& inuenerunt, quando illis Christum nuntiauerunt. Quid vero Iudæa plebs? nisi quod sequitur. Expandi manus meas tota die,ad populum incredulum.Et iterũ de eadẽ repromissione Gentiũ:Et erunt cãpestria

Universidad de Deusto
Biblioteca

in cæulas gregum, & vallis Achor, in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me, & vos, qui reliquistis Deum, numerabo vos gladio, & omnes in cæde corruetis. Cuius ergo populi sunt istæ repromissiones: nisi Gentium, qui requisierunt Deum, de quibus superius ait: quæsierunt me, qui ante non interrogabant. Et qui sunt, qui reliquerunt Deum, & [f] corruerunt in cæde: nisi Iudæorum populus de quo iã ait: expandi manus meas ad populum incredulum. Contra hunc sunt, & quæ sequuntur: ecce serui mei comedent, & vos esurietis, quia, vescẽte pane verbi Dei vocato ex Gentibus populo, Iudæa aresciť iciuna.

a Deut. 28. ver. 66.
b Isai. 53. ver. 1.
c al. ei alp.
d Ier. 5. ver. 10.
e al. est.
f Iohan. 5. ver. 43.
g Ier. 6 ver. 10.
h psal. 17 ver. 44.
i Isai. 6. ver. 9.
k Isai. 65. ver. 2.
l al. ambulabat.
m Ierem. 5. ver. 21.
n al. resonabunt.
o Ierem. 8. ver. 8.
p Isai. 29. ver. 21.
q Isai. 46 ver. 12.
r al. est iustitia mea.
s Isai. 65. ver. 1. 10. & 13.
t al. corruent.
v al. ieiunio.

Ob incredulitatem Iudæorum Christus ad Gentes erat transiturus.

CAP. VII.

ET quia ob incredulitatem Iudæorum Christus Iudæam desereret, transiretq. ad Gentes, Ieremias Propheta prædixerat, dicens: [a] Tibi peccauimus expectatio Israel, Saluator eius. Quare sicut colonus futurus es in terra, & [b] quasi viator declinans ad manendum? quare futurus es, quasi vir vagus, & qui nõ potest [c] saluari? Quid enim in hac sententia intelligitur? nisi quia videbat Propheta in spiritu, quod veniens Christus relicturus esset Iudæam, & iret per fidem in gentibus, idcirco dicebat: quare sicut colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Hoc est, venisti in terram, citò recessurus à Iudæis. Sicut & alibi ex persona Domini idem Propheta dicit: [d] Quis dabit mihi in solitudine diuersorium viatorum? & derelinquam populum meum, & recedã ab eis, quia omnes adulteri sunt, cœtus præuaricatorum, & extendũt linguã suam, quasi arcum mendacij, & non veritatis. Vox enim ista Christi est, qui in solitudine Gentium, diuersorium, id est, Ecclesiam constituit, in qua conuerterentur errantes, derelinquens populum Iudæorum. Quibus per Malachiam dicit: [e] Nõ est vlcra mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra: ab ortu enim Solis, vsq. ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus. Cum illis enim ante fuit Deus, sed postquam pro peccato suo abiecti sunt, Redemptor mundi in populo Gentium transijt. Cuius vniuersitas nunc per totum orbem terrarum exultans dicit: [f] Magnificauit Dominus facere cum illis, magnificauit Dominus facere nobiscũ, facti sumus lætantes. Ad populũ enim Israel, prius venit Christus, sed quòd non [g] essent crediturí, Propheta non tacuit dicẽs: [h] Prius ad Sion dicet, ecce adsum, & [i] Ierusalẽ Euangelistam dabo, & vidi, & non erat neq. [k] ex istis quisquam, qui iniret consilium, & interrogatus responderet verbum. Sed quia ad Gentes transijt, sequitur: [l] Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meũ super eum, iudicium gentibus profert.

a Ierem. 14. ver. 8.
b al. sicut.
c al. saluare.
d Ierem. 9. ver. 2.
e Malach. 1. ver. 10.
f Psal. 125. ver. 3.
g al. esset crediturus.
h Isai. 41. ver. 27.
i * ad.
k Exijt quisquam.
l Isai. 42. ver. 1.

Quia proiectis Iudæis Gentes introierunt.

CAP. VIII.

ECce ostẽsum est, Iudæos pro scelere, quo in Christo peccauerunt, abiectos, dispersosque fuisse. Sed quia proiectis illis, Gentes in eorum sedibus, per fidem erant successuræ, non siluerunt & hæc Prophetæ. Isaias enim sic dicit: [a] Educ foras populum cæcũ, & oculos habẽtem, surdum, & aures ei sunt. Omnes Gentes, congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus. Quis in vobis annuntiet istud: &, quæ prima sunt, audire [b] nos faciet? ecce foras educitur Israel, habens oculos, & aures, ad terrenas promissiones; & colligitur in vnum diuersitas Gentium, vt, vbi illi vocati sunt, isti ingrediantur, & ad istos pertineat hæreditas, quæ illis fuerat repromissa. Adhuc, quia eædem Gentes, in sedibus Iudæorum successuræ erant, idem propheta alio loco approbat, dicens: [c] In die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. Vrbs fortitudinis nostræ Sion, Saluator ponetur in ea, murus, & antemurale: aperite portas, & ingredietur gens iusta, & custodiens veritatem, vetus error abijt. Seruabis pacem, quia in te speramus, incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimen humiliabit. & humiliabit eam / vsque ad terram, detrahet eam, vsque ad puluerem, & conculcabit eam pes pauperis, [d] gressus egenorum. Quo vaticinio ostenditur, iustum, humilemque Gentium populũ successisse in locum, quem superba plebs Iudæorum perdiderat: Talia & alibi idem Propheta sub gratiarum actione Domino dicit: [e] Domine, Deus meus es tu, & exaltabo te: confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, & cogitationes antiquas fideles. Amẽ. [f] Quia posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem fortẽ in ruinã, domum alienorum, vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur, super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gẽtium robustarum timebit te. Alio quoque in loco ad eosdem Iudæos sub exprobratione ita loquitur, dicens: [g] & dimittetur nomen vestrum in iuramentum electis meis: vos autem interficiet Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio, in quo, qui benedictus est super terram, benedicetur à Domino Amen, & qui iurat in terra, iurabit in Deo Amen. In terra [h] qui iurat, id est, in carne à Christo accepta, in qua, quicunq. iurat, verè in Deo iurat.

a Isai. 43. ver. 8.
b Al. vos.
c Isai. 26. ver. 1.
d Al. & egressus.
e Isai. 25. ver. 1.
f Quia posuisti cinitatem in tumulum. *Sic lego quamuis omnibus codicibus discrepantibus, legentibusq. partim, in cumulum partim in tumulum vulgatæ sanè lectionem præferendam iudicauimus Isai. 25. ver. 12. præsertim cum inferius cap. 12. vbi idem testimonium ab Isidoro repetitur, omnes codices legant tumulum, præter Hispalensem, qui legit tumultum vitiosè haud dubium.*
g Isai. 65. ver. 15.
h Al. itaq.

Iudæi propter peccatum in Christum debellati, atq. dispersi sunt.

CAP. IX.

QVIA propter peccatum, quod in Christo præuaricati sunt Iudæi, debellati atque dispersi sunt, Isaias [a] prænuntiauit dicens: [b] Ipse redemit eos, & portauit eos, & leuauit eos cunctis diebus seculi, ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum [c] sancti eius, & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. Itẽ per Oseæ Prophetã: [d] Væ, inquit, eis, quia recesserunt à me, vastabũtur: quia præuaricati sunt in me. Ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me mendacia, & recesserunt à me, & ego erudiui eos, & conforraui brachia eorum. Et ipsi in me cogitauerunt malitiam, reuersi sunt, vt essent absque iugo. Facti sunt, quasi arcus dolosus, [e] abiecit eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus. Et Isaias posteaquã prædicauerat de Christo dicens: [f] Tanquam ouis ad occisionem ductus est, subiecit statim: Propter scelus populi mei percussi eum: & dabo impios pro sepultura eius, & diuites pro morte eius, & reliqua. Et per Ieremiam idem filius pro sua passione Iudæorum sic infert fuisse perditionem, dicit enim: [g] facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua, dedit cõtra me vocem, ideo odiui eam. Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? [h] nunquid auis tincta per totum? venite congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum, congregamini dixit: venerunt enim bestiæ agri, hoc est, feroces principes Gentium, & traditi sunt illis ad deuorandum populi Iudæorum. Propterea quod cõtra Dominum vocem dederũt, vnde & subiungit: propter me, exterminata est exterminio omnis terra. Hęc enim Christi vox est. Multa enim peccata priùs fecerant filij Israel, sed nunquam sic traditi sunt tàm longæ perditioni, & captiuitati: quando autem cõpleuerunt mensuram patrum suorum, & post Prophetarum necem Christum interfecerunt, tunc peccata peccatis cumulantes traditi sunt in longam exterminationem. Idcirco

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunc dicitur: propter me exterminatione exterminata est omnis terra. Quod quia non intelligunt, proinde se traditos direptioni, Isaias Propheta hoc ante prænũtiauit, dicens: [i] Effudit Dñs super populũ suũ indignationẽ furoris sui, & forte bellum: & combusit eum in circuitu, & non cognouit & succendit eũ, & non intellexit. Quorum interitum mœrens Ieremias Propheta, ita deplorat: [k] facti sunt, inquit, filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus. Et iterum: [l] Quos educaui, & nutriui, inimicus meus consumpsit eos.

a *Al.* pronuntiauit, vel pronuntiat.
b *Isai.63.ver.9.*
c *Al.* sanctum.
d *Osee.7.ver.13.*
e *Osee 9 ver.16.* quia oderunt eum.
f *Isai 53.ver.7.*
g *Ierem.12.ver.8.*
h Nunquid auis tincta per totum. *Ieremiæ 12.ver.9.* משפלנסיס legit, nunquid auis distincta per totum? *qua lectio commodissima videbatur: nam eandẽ auem discolorem prioribus verbis vocarat, & Hebraica consentiebant.* הציש צבוע נחלתי לי הציש סביב עליה, *hoc est*, nũquid auis discolor hæreditas mea mihi, nunquid auis circuitu super eam, *subaudi, discolor, siue distincta Hieronymus pauonem putat intelligi, eiq; Hierosolymam comparari, propter insignem plumarum varietatem. Sed neq. ipse, neq. vulgata, ac ne alij quidem Ispalensi codices H.ispalensi cõsentiebant. Quo circa alteram lectionem probamus.*
i *Isai.42.ver.25.*
k *Thren. 1 ver.16.*
l *Thren.2.ver.22. Al.* ædificaui.

De ruina Ierusalem. Cap. X.

QVia, propter quod negauerunt Christũ Iudæi, subuersa est Ieruſalem: per Ieremiam sic prædicat idem Dominus dicens: [a] Ascendite muros eius, & dissipate, auferte propagines eius, quia non sunt Domini, prævaricatione enim prævaricata est in me domus Iuda, ait Dominus, negauerunt me, & dixerunt, non est ipse. Itẽ Isaias: [b] Ruit Ieruſalem, & Iudas concidit, quia lingua eorum, & adinuentiones eorũ contra Dominum. Quo testimonio demonstratur, vrbem Ieruſalem, & prouinciam Iudææ pariter concidisse, causſamque ostendit sceleris eorum, quia contra Dominum blasphemauerunt, dicentes: [c] Tolle, tolle, crucifige. Nos non habemus Regem, nisi Cæsarem. Si quidem & [d] Dauid Propheta propter Christi passionem, futuram vrbis ac Iudæorum calamitatem, ex persona eiusdẽ Christi, ita prædixit: quando illi, sicut Euangelium loquitur, dederunt fel, atque acetum: [e] Dederũt, inquit, in escam meam fel, & in siti mea, potauerunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Effunde super eos iram tuã, & indignatio iræ tuæ apprehendat eos: Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet. Hoc enim postea expletum est, quod fuerat ante prædictũ: factũ est enim in hac ipsa vrbe Ieruſalẽ, nam postquã Christum amaritudine potauerũt, & postquam clamauerunt aduersus Filium Dei, vt occideretur, successit deinde vindicta à Domino: debellata est ciuitas, expugnati Iudæi, multaque millia interfecta: nulluſq. illuc modo permittitur accedere Iudæorum, vbi Christum crucifigendum acclamauerunt. [f] Item in Daniele, Angelus ille, postquam occisionem Christi prædixit, subsequutam protinus subuersionem Ieruſalem pronuntiauit, dicens: [g] Et ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce [h] venturo, id est, Romanus exercitus cum Vespasiano. Cuius [i] vastationis [k] Isaias Propheta lamentabile carmen composuit: in quo eadem Ieruſalem plangitur, & ruina illius perpetua sermone prophetico decantatur sub similitudine vineæ, [l] in qua plantauerat Deus turrem, & torcular, templum scilicet, & altare. Hæc igitur vinea, quandiu vberrimos attulit fructus, habuit custodem Deum, de quo scribitur: [m] non dormitabit, neq. obdormiet, qui custodit Israel, postquam verò spinas attulit creatori suo, reliquit eam Deus, & statim [n] vastauit eam aper de sylua, & vindemiauerunt eam omnes transeũtes viam, ita dicente Domino: [o] Et nunc ostendam vobis, quid facturus sum vineæ meæ: auferam maceriam eius, hoc est, tollam Angelorum auxilium, (de quibus in Psalmis scriptũ est: [p] Emittet Angelum Dominus, in circuitu timentiũ eum, & eripiet eos.) [q] Et diripietur ab aduersarijs, destruã muros eius, vt inimicis gentibus [r] pateat, & nubibus mandabo desuper, ne pluant super eam pluuiam, quod non de priore captiuitate prophetatum est: illo enim tẽpore post captam vrbem, & Ieremias prophetauit, & Daniel, & Aggæus, & Zacharias futura dixerunt. Sed hoc de nouissima captiuitate prædictum est, quia post passionẽ Domini, nec Prophetas, nec Apostolos habuerunt Iudæi

Iudæi: qui imbres [s] præberent virtutum, sed [t] contrario illud eis accidit, quod in Leuitico peccãtibus eis promisit Dominus: [t] ponam cælum vobis æreum, & terram ferreã. Et in Deuteronomio: [v] erit cælum super te æreum, & terra subter te ferrea. Et rursum: dabit Dominus pluuiam terræ tuæ, puluerem: & cinis de cælo descendet super te, donec tradat te, & deleat. Sed quare ista acciderunt illis? quia expectauit Deus, vt faceret iustitiam, & largitorem tantorũ munerum susciperent. Illi autem fecerunt spinas, quibus Christum coronauerunt, fecerunt que clamorem, [x] quo voci ferati sunt cõtra Dominum, & id est cõtra Christum] vt crucifigeretur.

a *Ierem.5.ver.10.*
b *Isai.3.ver.8.*
c *Ioan.19.ver.15.*
d *Al.* crucifige talem.
e *Psal.68.ver.22.*
f *Al.* eandem in Daniele.
g *Danie.9.ver.26.*
h *Al.* venturus.
i *Al.* vastitati.
k *Isai.5.ver.2.*
l *Al.* quam plantauerat.
m *Psal.120.ver.4.*
n *Psal.79.ver.14.*
o *Isai.5.ver.5.*
p *Psal.33.ver.8*
q *Isai.5.ver.6.*
r *Al.* pateant.
s *Al.* pluerent.
t *Leuit.26.ver.19.*
v *Deutero.28.ver.23. & 24.*
x *Al.* quo vociferatum est.

De spretis Iudais, & Synagoga reprobatione. Cap. XI.

DE qua ciuitate [per Isaiã sic Dominus loquitur, dicẽs: [a] Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eã? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Similiter & per Osee: [b] Iudicate matrem vestram, iudicate, quoniam ipsa non est vxor mea, nec ego vir eius. De cuius populi reprobatione, & per Ieremiam. [c] Sic loquitur Dominus dicens:] [c] Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam. Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua, dedit super me vocẽ suam: propterea odiui eam. Isaias autem Iudæorum captiuitatem æternam sic exprimit dicens: [d] Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni, regionem vestram in conspectu vestro alieni [e] deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili. [f] Quæ captiuitas & licet sub Babylonis tempore ex parte cõpleta sit, plenius tamẽ sub Romana captiuitate impleta est: quando vniuersam Iudæam Romanus vastauit exercitus, atque vrbs Ieruſalẽ euersa, atque succensa est.

a *Isai.50.ver.1.*
b *Osee 2.ver.2.*
c *Ierem.12.ver.7.*
d *Isai.1.ver.7.*
e *Al.* deuorabunt.
f *Al.* derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea.

De perpetua ruina Ierusalem. Cap. XII.

ISaias ait: [a] desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur filia Sion, sicut vmbraculum in vinea. Ita enim euersa est Ieruſalem, & destituta manifestatis sacramentis Christianæ veritatis, quemadmodũ deseruntur tabernacula vinearum, expletis vindemijs. Nam sicut tabernaculum nõ sui causſa, sed vindemiæ fit: ita & vetus populus, non suæ causſa salutis, sed Christianæ extitit veritatis. Item ipse: [b] super humum, inquit, populi mei spinæ, & vepres ascenderunt: quanto magis super omnes domos gaudij, ciuitatis exultationis? domus enim, inquit, dimissa est, multitudo [c] vrbis relicta est, tenebræ, & palpatio factæ sunt super speluncas vsq. in æternum. Item idem Isaias, perpetuam ruinam terrenæ Ieruſalem, & vocationem Gentiũ ita pronuntiat dicens: [d] Dominus Deus meus es tu, & exaltabo te, confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles. Amẽ. Quia [e] posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum, vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te, quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbraculum ab æstu. Spiritus enim robustorum, quasi turbo impellens parietem: sicut æstus in siti, tumultum [f] alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torrente, propagines fortium marcescere facies

facies. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuiũ pinguiũ medullatorum, vindemiæ [s] defæcatæ. Et Ezechiel:[h] porrò cum dedero, inquit Dominus, gloriam in terra viuentium. [i] Hoc verbo demonstrans, futuram Ecclesiæ ex Gentibus claritatem, ad terrenam Ierusalem vertit sententiam oraculi dicens: In nihilum redigam te, & non eris, & quæsita nõ inuenieris vltra in sempiternum. De huius quoque vrbis ruina perpetua sic etiam dicit Dominus ad Ieremiam: [k] & conteres lagũculam in oculis eorum, qui [l] ibunt tecum, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: sic conteram populum istum, & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non poterit vltra restaurari. Sophonias autem æternam desertionem ipsius ciuitatis sic prædicat: [m] Hæc est, inquit, ciuitas gloriosa, habitans in confidentia: quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia amplius: quomodo facta est in desertum cubile bestiæ: [n] omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit [o] manũ suam. [p] Væ prouocatrix & redempta ciuitas, columba non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam. Ad vltimum quoque Daniel Ierusalem destructionem ita significat vsq. ad consummationem mundi perseuerare: [q] Post hebdomadas, inquit, septuaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio, & deficiet hostia, & sanctuarium, & in templo erit abominatio [r] desolationis, & vsque ad cõsumationem, & finem, perseuerabit [s] desolatio.

a *Isai. 1. ver. 7.*
b *Isai. 32. ver. 13.*
c Al. orbis.
d *Isai. 25. ver. 1.*
e *Al.* opperuisti.
f Al. superborum.
g Al. densitate.
h *Ezechi. 26. ver. 20. & 21.*
i Al. Hæc verba demonstrant.
k *Ierem. 19. ver. 10.*
l *Al.* bibunt.
m *Sophon. 2. ver. 15.*
n draconum.
o Al. caput.
p *Sophon 3. ver. 1.* Al. vere.
q *Daniel 9. ver. 26.*
r Al. dissolutionis.
s Al. dissolutio.

De irreparabili desolatione Iudæorũ. CAP. XIII.

QVia Iudæi iuxta spem suam nunquam reparabuntur, Ieremias dicit: [a] ciuitates Austri clausæ sunt, trãslata est omnis Iudæa transmigratione [b] perfecta, id est, irreuocabili captiuitate. Item ipse: [c] quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingentes in vijs suis, & in semitis Israel, vt ambularent per eas in itinere non [d] trito: vt fieret terra eorum in desolationem, & in sibilum sempiternum. Omnis, qui præterierit per eam, obstupescet, & mouebit caput suum, sicut ventus vrens [e] dispergam eos. Hanc etiam sempiternam carnalis [f] Israel desolationem idem propheta alibi proclamat, dicens: [g] Argentũ reprobũ vocate eos, quia Dominus proiecit illos. Et post paullulum: [h] & derelinquam populum meum, & recedam ab eis. Et alio loco: [i] & derelinquã vos, & ciuitatem vestram, quam dedi vobis, & patribus vestris. Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiã æternam, quæ nunquam obliuione delebitur. Amos quoque propheta de his plenissimè prædicat: atque ita auersatum Deum dicit ab [k] Israel, ne illis vnquam misereatur: sed inseparabiliter in æterna desolatione permaneant. Sic enim ait: [l] Audite verbũ hoc, quod ego leuo super vos planctum. Domus Israel cecidit, nõ adijciet, vt resurgat. Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. Ecce vbi sic cecidit plebs illa, vt non resurgat. Si quidem & cæremonias carnales, eiusdem plebis sic cadendo euacuat veniente veritate, ne aliquando queant resuscitari, cum dicit: proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eã. Quod veraciter, de ipsa [m] terrena accipitur Iudæorum spe: sequiturque in eodem propheta: [n] venit finis super populum meum Israel, nõ adijciam vltra, vt pertranseam per eum, & stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus. Multi morientur, in omni loco [o] proijcietur silentium. In cuius [p] prophetico textu tertio repetit, sic se auersatũ fuisse ab Israel Dominum, ne illis, vt prædixi, iuxta spem ipsorum vnquam misereatur. In prioribus enim dicit: cecidit, nõ adijciet, vt resurgat virgo Israel. In secundo dixit: [q] Ecce ego ponam [r] trullam in medio populi Israel, non adijciam vltra super inducere eum. Tertio quoque dicit: Venit finis super populum meum Israel, non adijciam vltra, vt pertranseam per eum. Quæ omnia pertinent ad carnale ipsius populi regnum, vel obseruantiam, quia vltra irreparabilia erunt. Nam illæ repromissiones [s] reparationis, quas eorum prophetarum sermo complectitur, illi parti promittuntur, quæ ex Iudæis in Deum creditura est: nam neque omnes Iudæi [t] redimendi sunt, neq. omnes salui erunt. Sed sceleratis, & peccatoribus contritis, atque consumptis, hi qui fide electi fuerint, saluabuntur. Diximus de populo, & de vrbe: dicamus quid prophetæ tenuerunt de nouo Testamento.

a *Ierem. 13. ver. 19.*
b Al. perpetua.
c *Ierem. 18. ver. 15.*
d Al. tuto.
e Al. dispердam.
f Al. Ierusalem.
g *Ierem. 6. ver. 30.*
h *Ierem. 9. ver. 2.*
i *Ierem. 23. ver. 39.*
k Al. Ierusalem.
l *Amos, 5. ver. 1.*
m Al. æterna captiuitate Iudæorum accipitur.
n *Amos 8. ver. 2.*
o Al. proijcientur scelerati.
p Al. prophetiæ contextu.
q *Amos 7. ver. 8.*
r Al. tribulationem.
s Al. reparationes.
t Al. crediturі.

Quòd, veteri Testamẽto euacuato, nouum futurum erat. CAP. XIIII.

SEd quia, euacuato carnali eodem veteri Testamento, nouum Testamentum daturus esset Deus, clarissimè per Isaiam prophetam, Dominus annuntiat dicens: [a] Ne memineritis, inquit, priorum: & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, [b] & nunc orientur. Vtique cognoscetis ea: ponam in deserto viam, & in inuio flumina. Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones, quia dedi in deserto viam, flumina in inuio. Talibus enim vaticinijs legem veteris Testamenti commendat obliuiſci, & noui facit mẽtionem dicẽdo: ne memineritis priorum: ecce facio noua: & vt demonstraret, quæ essent noua, tum adiecit: ponam in deserto viam, & in inuio flumina. Quo significaret in gentibus, suam dedisse doctrinam: vbi glorificat eum bestia agri: dum ipsum credentes collaudant, & regna mundi, quem populum sibi acquisitũ dicit. Cæterùm contra Israel, quæ sequuntur, adiungit: Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel. De cuius quidem noui Testamenti promissione sequenter idem Dominus per eundem prophetam ita annuntiat: [c] Quæ prima fuerunt, ecce euenerunt: noua quoque ego annuntio, antequam oriantur audita vobis faciam, quibus verbis & vetus Testamentum veniſſe declarat, & nouum annuntiat, quod [d] Christiana ætate completũ est. Prima enim sunt vetera nouorũ, sed ordine, nõ dignitate: vnde & pacta, quæ tempore posteriora sunt, euacuatis anterioribus, maiora priorum habentur. Per Ieremiam quoque prophetam, Testamentum nouum se daturum euacuato priore, sic Dominus pollicetur: [e] Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundũ pactum, quod pepigi cũ patribus vestris, in die [f] qua apprehendi manum eorum, vt educerẽ eos de terra Ægypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc est pactum, quod feriam cum domo Israel, dicit Dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. In quo loco [g] vaticinijs prophetarũ Testamenti noui est facta commemoratio, quod quia discrepare potuit à veteri Testamento, inde adiungit: Non secundum [h] Testamentum, quod [i] dedi patribus eorum. Est enim in vtroque mirabilis differentia præceptorũ. In illo, exceptis sacramẽtis, quæ vmbrę erant futurorũ, cætera promissa tẽporalia sunt, Sabbathũ scilicet, & circuncisio, & multiplex sacrificiorum titus, ciborumque obseruantia, ac dierum cæremoniæ: quæ omnia, carnali congruunt vetustati. At contra in Testamẽto nouo [k] cordis bonum promittitur, vitæ æternæ felicitas pollicetur. [l] Et non quidem foris in lapideis diptychis sed intrinsecus in tabulis cordis. [m] Vnde & ita subiungit: [n] Quia hoc est Testamentum, quod ordinabo domui Israel. Post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in cordibus eorũ, & in mente eorũ scribam eã. Quo significaret eam spiritualiter in cordibus nostris operari debere secundum interiorem hominem, [o] vetustate carnalis operationis mutata. Intus enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim circuncisio, non præcisione carnis, sed A cordis purgatione. In tus Sabbathum, non per abstinentiam seruilium operum, sed per abstinentiam peccatorum. Quam legem etiã gentibus clarissimè reuelari per Isaiam sic Dominus potestatur, dicens: [o] Lex à me exiet, & iudicium meum in lucem Gẽtium requiescet, per quod ostenditur, commune esse fœdus Testamenti noui, Iudæis & Gentibus. Osee etiam propheta testante: In die illa, ait Dominus, [p] vocabit me vir meus, nõ vocabit me vltra Baalim, & referam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltra nominis eorum. Et per cutiam eis fœdus in die illa cum bestijs agri, & cum volucribus cæli, & cum reptili terræ, & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter. & sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & misericordia, & miseratione, & sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus.

a *Isai. 43. ver. 18. & 22.*
b *Al.* quæ nunc.
c *Isai. 42. ver. 9. Al.* venient.
d *Al.* Christi à natiuitate.
e Fœdus nouum, non secundum pactum, &c. *Ieremiæ 31. ver. 31. vt Hieronymus vertit, & vt est in editione vulgata. Malùi autem commodius* LXX. disponam, *inquiunt*, domui Israel, & domui Iuda Testamentum nouum, non secundum Testamentum, *id Hebraica dictio* Berith *significat. Sic antiqui patres hunc locum retulerunt. Cyprianus 1. contra Iudæos cap. 11. Augustinus libr. 18. de ciuitate Dei cap. 33. Sic Paulus ad Hebræos 8. ver. 8. Quin potius ex propria Testamenti ratione colligit, Christum qui nouum Testamentum nuncupauit, necessario, vt esset validum, fore moriturum cap. 9. ver. 16.* Testamentũ, *inquit*, in mortuis confirmatum est: alioqui nondum valet, dum viuit, qui testatus est.
f *Al.* quando.
g Al. vaticinij vel vocationis.
h Al. pactum.
i Al. pepigi cum.
k Al. corde bonis vitæ æternæ, &c.
l ⁊ Et non quidem foris in lapideis diptychis, sed intrinsecus in tabulis cordis.⁊ *Hæc omnia verba deerant in Hispalensi codice, & quia suspecta videbantur, obelo signata sunt. Erant autem* δίπτυχα *propriè, tabulæ Ecclesiasticæ quibus Episcoporum nomina scribebantur, vt constat ex D. Gregorij vita lib. 4. cap. 22. & Theodor. lib. 5. historiæ cap. 34. & 35. erant ij, gemina, vt nomen ipsum declarat, in altera viuorum nomina erant, defunctorum in altera, cuius rei in Missali Mozarabum & Græcorum liturgijs expressa vestigia extant. Dum enim sacris operantur duo cardinales diaconi, vnus ad dexteram altaris accedit, & ex altera parte alter, & ad dexteram quidem defunctorum, ad sinistram viuorum nomina recitantur. Vnde Ecclesiastici scriptores, cum de his tabulis loquuntur, ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ, sinistra & dextra, vel ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ δίπτυχα, sinistra & dextra diptycha, vel ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ μέρη, sinistra & dextra pars, vel ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ τῶν ἱερῶν τόπων, sinistra & dextra sacrorum locorum, vel ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ τῶν ἁγίων τόπων, sinistra & dextra sanctorum locorum, vel ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ τῶν ἁγίων τραπεζῶν, sinistra & dextra sanctarum mensarum, vel ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ τῶν ἁγίων θυσιαστηρίων, sinistra & dextra sanctarum victimarum, vel ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ τῶν ἁγίων ἀναθημάτων, sinistra & dextra sanctarum donationum, vel ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ τῶν ἁγίων ἀναφορῶν, sinistra & dextra sanctarum oblationum, vel ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ τῶν ἁγίων προσφορῶν, sinistra & dextra sanctarum oblationum, vel ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ τῶν ἁγίων δώρων, sinistra & dextra sanctarum donation

Universidad de Deusto
Biblioteca

f *Ezechiel.22.ver.8.*
g *Isai.66.ver.23.*
h *Ierem.17.ver.21.*
x *Matth.11.ver.29.*
y *al.*forte proponitur.

De Circuncisionis consummatione. Cap. XVI.

IAm tibi post populi perpetuam captiuitatem,post vrbis æternam ruinam carnales Iudæorum obseruatias,& celebrationes cuacuatas [a] enũtiabo. Accipe ergo primùm causſam circuncisionis.Quia enim ex semine Abrahæ secundum carnem futurus erat Christus, in quo cunctarum Gentiũ fuerat benedictio repromiſſa, & ab Abraham vſq. ad Christum multa erant secula post futura, præuidens Deus, ne genus Abrahã reliquis Gentibus miſceretur,& paullatim propago eius fieret incerta:populum Iudaicum, circuncisionis signo notauit, vt viuentes inter Ægyptios,atq. Assyrios, inter Babylonios, siue Chaldæos,hoc signaculo ab ijs,vel à cæteris gentibus,nationibuſq. diſtingueretur. Deniq. per quadraginta annos in eremo, nullus est circunciſus,ſoli quippe sine gentis alterius cõmixtione viuebãt. At vbi Iordanis alueũ populus Israëliticus trãſmeauit, atq. in terrã repromiſsionis peruenit: signũ circũcisionis futuro ex cõmixtione Gentiũ prouidit errori, quam rationabiliter custoditã esſe credimus,quouſq. naſceretur Christus, qui ex semine Abrahæ fuerat repromiſſus,qui nõ iam per circuncisionẽ carnis, ſed per amputationẽ vitiorũ mundaret corda omniũ gẽtiũ. [b] Quod nõ carnis circũcisionẽ, ſed cordis Moyſes filijs Israel ita futurã prænũtiabat dicens: [c] In nouiſsimis diebus circuncidet Dñs cor tuũ,& cor ſeminis tui. Vnde & Ieremias præuidens iã illud proximũ tẽpus, Iudæos ad nouũ Teſtamentũ, & ad circuncisionẽ cordis,nõ corporis ita prouocat dicens:[d] Hæc dicit Dñs viro Iuda, & * Ieruſalẽ, nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas:circũcidimini Dño veſtro, & auferte præputia cordiũ veſtrorũ viri Iuda,& habitatores Ieruſalẽ:ne forte [e] egrediatur,vt ignis,indignatio mea,& ſuccendatur, & nõ ſit,qui extinguat.Quibus verbis admonetur [f] Ieruſalẽ,à vetuſtate circuncisionis,& Legis, quæ ſpinis cõparatur, & vepribus ad gratiã noui transire Teſtamẽti,& per fidem Euãgelij cordis circũcisionẽ tenere, nõ carnis, iuxta quod legimus Petro Apoſtolo dicente: [g] Fide purificans corda eorũ. Quam ſimiliter fidẽ, iam non per priſca ſignacula carnis,& iniuriã corporis, ſed per nouã gratiã lauacri ſpiritualis adipiſcendam,Dñs per Iſaiam annuntiat,dicens: [h] Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce noua faciam,quæ nunc orientur,& cognoſcetis ea: & vt oſtenderet, quæ eſſent ipſa noua,ſubiecit: Faciã in deſerto viam,& flumina in loco inaquoſo,adaquare genus meũ electũ, & plebẽ meã,quam acquiſiui. Quid ergo hoc indicabat, niſi baptiſmatis purificationẽ futurã? in qua non iam vetuſta circuncisione carnis quiſque ſignatur,ſed ſola gratia ſacræ vndæ per fidẽ abluitur.Verùm quia hanc cordis circũcisionẽ Hebræi non recipiunt,Ieremias prædixit dicẽs:[i] Omnes gentes habent præputiũ,omnis autẽ domus Iſrael incircunciſus eſt corde. Nã ℸ quod ℸ & ab Ieſu duce, ſecũdo legitur populus circunciſus, vt ſignificaret in eremo ceſſaſſe circuncisionẽ, quæ in Ægypto [k] exercebatur, & à Dño Saluatore cordis circuncisione poſtmodum credentes eſſe mũdandos, & bene cultris lapideis ſecunda circuncisio fit: quia petra Chriſtus eſt, per quem ſpirituali circuncisione credentes purgantur, ab omnibus illecebris vitiorum.

a *al.*enuntiaui,vel annuntiaui.
b *Fortaſsis.*
c *Deutero.30.ver.6.*
d *Ierem.4.ver.3.* ℸ habitatoribus Ieruſ.
e *al.*ingrediatur.
f *al.*Iſrael.
g *Actor.15.ver.9.*
h *Iſai.43.ver.18.al.*priora.
i *Ierem.9.ver.26.*
k *al.*exigebatur.

De ſacrificijs. Cap. XVII.

IAm verò de ſacrificij veteris [a] reprobatione, quòd victimæ eorũ abiectæ ſint,& in abominationẽ tranſierint, per Iſaiã ſic Dñs dicit:[b] Quo mihi multitudinẽ victimarum veſtrarũ? dicit Dñs. Plenus ſum holocauſtis arietũ,& adipe pinguiũ, & ſanguinẽ vitulorũ,& agnorũ,& hircorum nolui:Cum venieritis ante conſpectũ meũ, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atrijs ℸ ſanctis ℸ meis? ne adferatis vltra ſacrificium fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi: Neomeniam, & Sabbatha, & feſtiuitates veſtras alias non feram, iniqui ſunt cœtus veſtri. Calendas veſtras, & ſollemnitate veſtras, odiuit anima mea: facta ſunt mihi moleſta,laboraui ſuſtinens,& cum [c] extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationẽ,non exaudiã Manus ℸ enim ℸ veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Item ipſe de Iudæorum ſacrificijs:[d] Facta ſunt morticinia eorum, quaſi ſtercus in medio platearum. Quæ ſunt hęc morticinia? niſi veteris Legis ſacrificia, quæ,quoniam iam remota ſunt, velut abiecta ſtercora reputantur. Vnde & idem propheta alias de ipſis eorũ ſacrificijs ſic dicit[e]: Qui immolat bouẽ, quaſi qui interficiat virum:qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillũ offerat:qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolo. Itẽ Ieremias de repulſis à Domino victimis, & holocauſtis Iudæorum: [f] Vt quid mihi thus de Saba offertis,& calamum ſuaue olentem de terra longinqua? holocauſtomata veſtra non ſunt accepta,& victimæ veſtræ nõ placuerunt mihi. Propterea hæc dicit Dominus:Ecce ego dabo in populum iſtũ ruinas, & ruent in eis patres,& filij ſimul,vicinus,& proximus,& peribunt. Vide,quia eorum ſacrificia non propter ſe carnaliter commendantur,ſed propter ſolã cordis, & fidei obedientiam,quam increduli amiſerunt. Vnde adhuc idem propheta ſic dicit: [g] Holocauſtomata veſtra addite victimis veſtris, comedite carnes, quia nõ ſum loquutus patribus veſtris,& nõ præcepi eis in die,qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocauſtomatum, & victimarum.Sed hoc verbum præcepi eis dicens:audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omnia,quæ mandaui vobis, & bene ſit vobis.Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed abierunt in voluptatibus, & prauitate cordis ſui mali. In qua ſententia ſubaudiendum eſt, non præcepi eis de verbo holocauſtomatũ,quaſi illa per ſe ipſa diligerem, ſed vt eorum fidei obediẽtiam approbarẽ. Item [m] ipſe, qui ſupra:Scribã, inquit, multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ ſunt. Hoſtias afferent,immolabũt carnes, & comedẽt,& Dñs non ſuſcipiet eas.Et poſt hęc,dereſtans eorũ ſacrificia.[i] Non libabunt, inquit, Dño vinũ,nec placebũt ei ſacrificia eorum,quaſi panis lugentiũ: omnes qui comedent eum cõtaminabũtur, nõ intrabũt in domũ Dñi. Et Ioel:[k] Interijt de domo Dei veſtri ſacrificiũ & libatio.Item Malachias: [l] Nõ eſt mihi voluntas in vobis, ait Dñs, & munus non ſuſcipiã de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſq. ad occaſum magnũ eſt nomen meum in Gentibus,& in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnũ nomen meũ in Gentibus, ait Dñs. Quo teſtimonio patet ſacrificia Iudæorum immunda eſſe,& reprobata: & ſolam oblationem Gentium Domino eſſe acceptam.

a *al.*abiectione.
b *Iſai.1.ver.11.*
c *al.*leuaueritis.
d *Iſai.5.ver.25.*
e *Iſai.66.ver.3.*
f *Ierem.6.ver.20.*
g *Ierem.7.ver.21.*
h Item ipſe,qui ſupra. *Etiam hoc libro,hallucinante memoria, alij pro alijs libris citantur, vti hoc loco teſtimonium Oſee 8.ver.12. Ieremiæ nomine:inferiùs cap. 22. extremo illud*: quia mei oblitus es ecce ego annuntiabo iuſtitiam tuam,*ex Iſaia 6.57.ver. 12. eiuſdem Ieremiæ nomine adducitur:*
i *Oſee 9.ver.4.*
k *Ioel.1.ver.13.*
l *Malach.1.ver.10.*

De eſcis. Cap. XVIII.

IN Regum libro ſic dicit: Factus eſt ſermo Dñi ad Eliam dicens: [a] Surge, & vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi. Præcepi enim ibi mulieri viduæ,vt paſcat te. Et ſurrexit, & abijt in Sarepta Sidoniorum: cumq. veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua,& accepit ab ea eſcam, & mãducauit. Tũc Eliasiuſſu Dei vaſa eius repleuit: & apud ipſam alienigenam hoſpitatus eſcis gentilibus vixit, quod fieri non liceret,niſi Lex ſpiritualiter data fuiſſet. Dũ enim quædam in Lege, quaſi non munda, in cibo damnantur, mores hominum proculdubio ſignificantur, quia non admittit Deus in ſanctis ſuis, [b] qui ad æternã vitam prędeſtinãtur,quidquid per illa immũda animalia in moribus hominũ cõparatur. Omnia enim,quęcũq. à Deo in ipſis primordijs mundi creata ſunt, ſuæ vocis auctoritate non tantùm bona, ſed etiam valde bona probantur.Ideoque,quæcumque in genere ſignificantur animalium inmundorum, rectiùs deriuantur in moribus hominum.

a 3.*Reg.17.ver.8.*
b *al.*ad æternam vitam prædeſtinatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De sacramentis fidei Christianæ. CAP. XIX.

HActenus ritus Iudaicos, & celebrationes diuinis testimonijs confutauimus: dehinc sacramenta nostræ fidei perstringamus, manifestantes primùm, quia nõ solum propter Iudæos Testamentũ Legis datum est, sed etiam propter omnes Gentes. Hæc enim Propheta Dauid testatur, dicẽs: [a] Annũtiabitur Dño generatio ventura, & annũtiabunt cæli iustitias eius, populo qui nascetur, quẽ fecit Dñs. Et iterũ ipse: [b] donec annuntiẽ brachiũ tuũ generationi omni, quæ vẽtura est, potentiam tuam, & iustitiã tuam Deus. Et Isaias: [c] De Siõ egredietur Lex, & verbũ Dñi de Ierusalẽ: & iudicabit Gẽtes, & arguet populos multos vsq; in longinquum. Dauid etiã in Psalmis: [d] Tunc dicent inter Gentes, magnificauit Dñs facere cum illis; magnificauit Dñs facere nobiscum, facti sumus lætantes. Quibus testimonijs manifestatur: priùs Iudæis Testamentũ Legis esse cõcessum, posteà vero Gentibus: quod [e] propterea collatum est illis, quia in eo cognoscere poterant Christũ, quem Iudæi mente cæcati nequaquam intelligunt.

a *psal.21.ver.32.*
b *psal.70.ver.18.*
c *Isai 2.ver.3.*
d *psal.125 ver.2.*
e Al.postea.

Scriptura non solum historialiter, sed etiam mysticè intelligenda est. CAP. XX.

QVòd Legis scriptura nõ solum historialiter, sed etiã mystico sensu, id est, spiritualiter [a] sentiẽda est: docet Dñs in psalmis: [b] Attendite populi mei Legẽ meã, inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei, aperiam in parabolis os meũ, loquar propositiones ab initio. Quod etiã propheta in alio Psalmo cõfirmat, dicẽs: [c] Inclinabo ad similitudiẽ aurem meã, aperiã in psalterio ænigmata mea. In similitudine enim & ænigmate sentiuntur omnia Legis, ænigma enim est obscura similitudo, per quã monet homo, vt cor suũ acuat & ad interiora intelligenda confugiat. Sic quoq; sapientia per Salomonẽ dicit: [d] Scribe Legẽ dupliciter, & tripliciter in corde tuo. Dupliciter enim sentitur Lex, vt priùs secũdum historiã, deinde secundũ sacramentorũ intelligentiã sentiatur. Tripliciter autem A scribitur, dũ nõ solum historialiter, vel mysticè, sed etiã moraliter, quid in vnũquodq; gerere debeat, edocetur. Vnde & arca, quæ [e] constructa est à Noe, bicamerata, & tricamerata fieri iubetur quod intra Ecclesiam [f] omnis Legis materia, & historia locũ habeat, & mysticũ sensum recipiat, & informationẽ morũ cõtineat. In parabolis enim & ænigmatibus scripta est Lex, & ipsæ parabolæ, & propositiones habẽt mysticas expositiones. Hinc est quod Iudæis obtecta, & clausa sunt omnia: qui, nisi crediderint, ad corum intelligentiã peruenire nõ possunt.

a *al.*accipienda.
b *Psal.77.ver.1.*
c *Psal.84.ver.5.*

Scribe Legem dupliciter, & tripliciter in corde tuo. *Prouerb. 22. ver. 20.* Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus, & scientia. *Septuaginta:* describe eam tibi ipsi tripliciter, in consiliũ, & cogitationẽ, *quod nisi ex hoc loco, nescio, vnde ea verba desumi potuerunt. Nimirum Isidorus diuersa editione vsus est: Quod præter ea, quæ dicta sunt, declarat locus Habacuc 3. ver. vltimo ab Isidoro adductus, superiori lib. c. 35. nam vbi alij omnes legunt:* vt vineam in Cantico eius, *siue,* victor in Psalmis canẽtẽ, *Isidor. legit:* vt vineã in claritate eius.

e *al.*constituebatur.
f *al.*omnia Legis mysteria.

Quia Testamentum Legis Iudæi nõ intelligunt CAP. XXI.

SIgnata enim habẽt ista omnia sacramenta scripturarũ, & ignorãt, quod legũt: legunt quippe omnia, & nõ intelligunt, sicut de eis cecinit Dñs ad prophetã: Dic, inquit, populo huic, auditione audietis, & non intelligetis: [b] & cernẽtes videbitis, & nõ [c] scietis: incrassatũ est enim cor populi huius. Et iterũ: [d] Auferet Dñs ab Iuda, & ab Ierusalẽ validum & fortẽ, iudicẽ, & prophetã, & sapientẽ de architectis, & prudentẽ eloquij mystici. [e] Hæc quippe cuncta abstulit ab eis Deus, & signauit illis omnia sacramenta iuxta duritiã cordis eorũ: ne forte intelligãt, eodẽ Isaia testãte de ipsis: [f] Et erit, inquit, vobis visio, sicut verba libri signati, quẽ cum dederint scienti litteras, dicent: Lege istud, & respõdebit nõ possum: signatus est enim. Sed quid adiecit de [g] Gentibus? In illa, inquit, die, audient surdi verba libri huius, & de tenebris, & caligine oculi cæcorum videbunt. Patefacta sunt enim Gentibus Legis mysteria. Iudæis vero clausa sunt, sicut & Daniel dicit. [h] Clausa sunt, signatique sermones vsq; ad tempus consummationis, quousq; addiscãt multi,

multi, & impleatur visio, & cognoscãt omnia hæc. Nã quod & Moysi facies velamine tegebatur, dum descenderet de monte cũ tabulis, id significabat, quia præ cęcitatis caligine Iudaicus populus Legẽ ipsam non posset agnoscere, dũ enim legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum.

a *Isai.6.ver.9.*
b Al.visionem cernentes.
d Al.sentietis.
c *Isai.3.ver.1.*
e Al.equidem, vel & quidem.
f *Isai.29.ver.11.& 18.*
g Al scientibus, vel legentibus.
h *Daniel.12.ver.9.*

Quòd Iudæi, nisi credant in Christum, non intelligent scripturas. CAP. XXII.

NEq. enim possunt Legem, & Prophetas intelligere, nisi ante [a] in Christũ crediderint: loquente Isaia: [b] si non credideritis, [c] nõ intelligetis, [d] iustus enim ex fide mea viuet, ait Dñs, per Prophetã. Vnde & [e] Abraham pater Gẽtium factus est, quia credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Isti autem quamuis Legem, & prophetas teneant, tamen non est indulgendum eis, Ieremia testãte: [f] Et dixit Dñs ad me. Si steterit Moyses, & Samuel coram me, nõ est anima mea ad populum istum, eijce illos à facie mea, & egrediatur. Per Moysem quippe Lex, per Samuelẽ prophetæ intelligũtur. Quos quamuis Iudæi habeant, propter erroris tamen impietatem proiecti sunt. Opera enim eorũ & iustitia sine fide Christi, nihil eis prodest, testante Domino per Ieremiam. [g] Quia mei oblitus es, ecce ego annuntiabo iustitiam tuã, & opera tua non proderũt [h] tibi.

a Al.Christo.
b *Isai.7.ver.9.*
c Al.mihi.
d *Habacuc.2.ver.4.*
e *Gene.15.ver.6.*
f *Ierem.15.ver.1.*
g *Isai.57.ver.12.*
h Al.mihi.

Quòd duo Testamenta à Deo sunt tradita. CAP. XXIII.

SEd quoniã duo Testamenta nouũ [scilicet] & vetus ab omnipotente Deo sunt tradita, Salomon in Cãticis Cãticorũ declarat: [a] In ianuis nostris omnia poma noua, & vetera, [b] frater meus, seruaui tibi. De quibus A & Dñs in Euangelio dixit: [c] Simile est regnũ cælorũ patri familias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera. Et alio scripturæ loco ita repromittit Deus: [d] Dabo, inquit, vobis pluuiã temporaneã, & serotinã, vetus scilicet Testamentum, & nouũ, & vtroq; imbre vos irrigabo. Imber enim doctrina accipitur testamentorũ, vnde est illud: Expectetur, sicut pluuia, sermo meus, & effundet super terram imbrem.

a *Cantico.7.ver.13.*
b Al.dilecte mi.
c *Matth.13.ver.52.*
d *Deutero.11.ver.14.*

Quòd peccatorũ remissio futura erat per baptismum. CAP. XXIIII.

QVòd per baptismũ erat purgatio peccatorũ futura, non per circũcisionem, quæ baptismi fuerat forma, scripturarũ voces idipsum apertè declarãt. Isaias enim futurũ baptismi mysteriũ sic præcinebat futuris credẽtibus, dicẽs: [a] Haurietis aquas cũ gaudio de fontibus Saluatoris. Quibus verbis etiã ipsum Saluatorẽ ostendit propheta, de cuius fontibus, aquas purificationis prædicat hauriendas, id est, de fontibus Iesu. Hoc enim nomine Hebræorum lingua Saluator exprimitur. Vnde & ipse clamabat: [b] Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Ad quod baptismi sacramentum, idẽ Isaias Iudæos, & Gentes ita prouocat, dicens: [c] Omnes sitientes venite ad aquas. Has aquas, & hũc fontẽ & per Ioelẽ prænũtiabat Spiritus Sãctus, dicẽs: [d] Distillabũt mõtes dulcedinẽ, & colles fluẽt [e] lacte, & per omnes riuos Iuda [f] ibunt aquæ, & fons de domo Dñi egredietur, & irrigabit orbẽ terrarũ, id est, vniuersitatẽ omniũ Gentiũ. De hoc fonte & Zacharias, [g] In die, inquit, illa erit fons patẽs domui Dauid, & habitantibus Ierusalẽ in ablutionẽ peccatorum, & menstruatæ. Dic quæso, quis est iste fons patens? nisi in quo omnes renascimur, per quẽ peccatorũ purificãtur delicta, & sordes mẽstruatæ, hoc est, immũdę animę salutari lauacro abluũtur. De cuius aquis & alibi idẽ prophetа testatur: [h] Et erit, inquit, in die illa, exibunt aquæ viuæ de Ierusalẽ, mediũ earũ ad mare Orientale, [i] & mediũ earũ ad mare nouissimũ. In die illa erit Dñs vnus, & nomẽ eius vnũ, & reuertetur omnis terra vsq; ad desertum. Quæ sunt igitur istæ aquæ viuæ? nisi baptisma, quod hominem [k] sancti Spiritus infusione viuificat. Sed cur de Ie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rusalem exire annuntiantur, nisi quia Dominus in populo eodem consistens, ait discipulis: [l] Ite, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Sed earum pars media vadit ad mare Orientale, id est, ad populum circuncisionis: & media ad mare nouissimũ, quod est ad populum gentium, fide postremum, vt omnibus sitientibus [m] largiatur tam Iudæis, quàm Gentibus, qui in Domino credunt. De ijs aquis adhuc & per eundem prophetam dicitur, quod egrediantur de domo Domini, & crescant in fluuium, & pergant ad solitudinem, siue ad mare mortuum, & omnia ad quæcumq. venerint, viuificentur, atque sanẽtur. Sic enim idem propheta dicit: [n] Conuerti me ad portam domus Domini, & ecce aqua egrediebatur subter limen domus ad Orientem: Facies enim domus [o] respiciebat ad Orientem, aquæ autẽ descendebant in latus tẽpli dextrũ ad meridiẽ altaris, & cõuerti me ad viã [p] foras portã exteriorẽ, quæ respiciebat ad Oriẽtẽ, & ecce aquę redũdãtes à latere dextro, id est, à Christi latere. Deinde dicit: & traduxit me per aquas, & ait ad me: aquæ istæ, quæ egrediũtur ad Oriẽtales, & descẽdunt ad plana deserti, vtiq. ad Gentes, intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur [q] aquæ: & omnis anima viuens, quæ respicit quocumq. venerit torrens, viuet: & erunt pisces multi satis: id est, regenerati: & adiecit: Postquam venerint aquæ illæ, & sanabũtur, & viuent omnia ad quæcumq. venerit torrens. Et stabũt super [r] illa piscatores, hoc est, Apostoli atque Doctores, plurimæ species erunt piscium eius. Hoc dixit ad significandam varietatẽ Gentium, ad vndam lauacri venientium, vnde & adiecit: sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ in ripis eius, [s] ex vtraque parte omne lignum pomiferum, non deficiet folium ex eo, & non deficiet fructus eius, per singulos mẽses afferre primitiua: quæ aquæ de sanctuario egredientur, & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicamina. Michæas quoq. propheta eiusdẽ baptismi sacramenta sub figura transitus maris ita reuelat dicens: [t] Secundùm diem egressionis tuæ de terra Ægypti, ostendam eis mirabilia, videbunt Gentes, & confundentur in fortitudine sua, manus suas ponent super os suum, aures suæ surdæ erunt. Dominum Deum nostrum [u] desiderabunt, & timebunt te. Quis Deus similis tibi: qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarum Israel, quia misericors est, conuertetur, & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras: & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. In qua sententia lector [x] animaduertet, manifestissimè reuelari ✠ sacrosanctum ✠ mysterium baptismi. Secundum, inquit, diem, egressionis tuæ de Ægypto ostendam eis mirabilia, deinde hostes sequentes, id est, delicta nostra præterita, sicut Ægyptios in mare proiectos, ita in baptismo deleta, atque extincta, ita pronuntiat dicens: quoniam misericors est, conuertetur, & miserebitur nostri. ✠ [r] demerget delicta nostra ✠ & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. Quid enim clarius hoc testimonio? quidue apertius? omnis enim per fidem verus Israel, exit ab Ægypto, dum renuntiat sæculo: ingrediturque mare rubrum, baptismum scilicet, Christi cruore signatũ. Tunc hostes insequentes intereunt, quia statim delicta moriuntur, vbi animæ regeneratorum resurgunt. [y] Legimus quoque Aaron, in præfiguratione baptismi aquis ablutum, cuius filij sacerdotio paterno participes laticis etiam sanctificatione purificantur. Iam tunc quidẽ purgatio illa, baptismi formam gerebat, cuius nũc lauacri sacramẽto abluitur omnis populus Ecclesiæ, quod est corpus veri, & magni sacerdotis, in remissionẽ peccatorũ, & lotis sordibus in sanctificationẽ diuino cultui cõsecrantur. Isaias namq. propheta inter cætera ostendit, nequaquã posse delicta Iudæorum dimitti, nisi abluti baptismo fuerint. Dicit enim per eundem prophetam Spiritus Sanctus: [z] Laboraui sustinens, si multiplicaueritis, orationes non exaudiã: manus ✠ enim ✠ vestræ, sanguine plenæ sunt. Lauamini, mũdi estote. Pro omnibus quippe victimis, quas memorauerat idẽ propheta, pro cunctis neomenijs, & Sabbathis, atq. solemnitatibus, solam baptismi purificationem præcepit, pro cunctis quoq. inquinamentis peccatorum, solùm regenerationis lauacrũ, quo tãtùm peccata abluũtur. Quod quia Iudæi [a] respuunt, audiant, Dominum per prophetam Ezechielem sibi comminantem: [b] Et factus est, inquit, sermo Dñi ad me dicens: fili hominis, notas fac Ierusalẽ abominationes suas, & dices: hæc dicit Dñs: Ierusalem, radix tua, & generatio tua, de terra [c] Chanaam: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa, & quando nata es in die ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem. Vbi ostenditur, quod in peccatis grauibus sit Ierusalem, & inde peritura esset, quod non sit lota aqua in salutem, quod est plena [d] significatio baptismi. Ad eos autem qui [e] conuertuntur ad Christum, & baptizãtur, sic ibi sermo Dñi sequitur: Et ingressus sum pastum tecum, ait Dominus, & laui te aqua, & emũdaui sanguinem tuum ex te, & vnxi te oleo, significans per pactũ Testamentum nouũ: per aquam, & oleum, baptismũ & chrisma, cuius baptismi purificationem, sic Spiritus Sanctus, per eundem Prophetã illis futuram promittit, dicens: [f] Tollã quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terrã vestram, & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & vt nouũ Testamẽtum suscipiant sic sequitur, & dabo vobis cor nouũ, & spiritum nouum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum [g] meũ ponam in medio vestri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini.

a *Isai.12.ver.3.*
b *Iohan.7.ver.37.*
c *Isai.55.ver.1.*
d *Ioel.3.ver.18.*
e *al.* lac & mel.
f *al.* fluent.
g *Zachar.13.ver.1.*
h *Zachar.14.ver.8.*
i * vadit.
k *al.* cælestis.
l *Matth.28.ver.19.*
m *al.* largiantur.
n *Ezech.47.ver.1.& 8.*
o *al.* respondebat.
p *al.* foris portam.
q *al.* aqua.
r *al.* illas.
s *al.* eius existent ex vtraque.
t *Micha.7.ver.15.& 19.*
x *al.* sanctificabunt.
y *al.* animaduerte.
z *Exod.40.ver.32.& Leuit.8.ver.6.*
x *Isai.1.ver.14.*

a *al.* despiciunt.
b *Ezech.16.ver.1.& 3.atq. 8.*
c *al.* Chananæa.
d Sanctificatio.
e Credunt in Christo.
f *Ezech.36.ver 24.*
g *al.* nouum.

Quòd chrismate Gentes sanctificari debeant. CAP. XXV.

QVia chrismate omnes ✠ gentes ✠ sanctificarẽtur, loquitur Dominus ad Moysem dicens: [a] Sume tibi aromata [b] prima, & oleum de oliuetis, faciesq. vnctionis oleum sanctum, vnguentum compositum, & vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcã Testamenti, mensamq. cum vasis suis, candelabrum, & vtensilia eius, altaria thymiamatis, & holocausti, & vniuersa, quæ ad cultum [c] eorum pertinent, sanctificabisq. omnia, & [d] erunt sancta sanctorum, qui tetigerit ea sanctificabitur. Aaron & filios eius vnges: sanctificabisq. eos, vt sacerdotio fungantur mihi, filijs quoque Israel dices: Hoc oleũ vnctionis, sanctum erit mihi in generationes vestras. Figura enim huius prioris tabernaculi ad typum Ecclesiæ ducitur, cuius omnis diuersitas populorum, in testimonio sanctitatis perũgitur, quæ per illam [e] vniuersitatem operum figurabatur, vt sacri chrismatis vnctione delibuti, omnes sanctificẽtur, atq. sanctificati in Dei [f] gloriam præparẽtur.

a *Exod.30.ver.23.*
b *al.* prima myrrha.
c *al.* tabernaculi.
d *al.* erunt omnia sancta.
e *al.* vniuersitate.
f *al.* gratiam.

Quia per signum crucis credentes saluarentur. CAP. XXVI.

CRucis autem figura, quæ fidelium frõtes ad tutelam salutis præsignat, per Ezechielẽ Prophetã legitur [a] demonstrata. [b] Et vocauit, inquit, virum, qui indutus erat lineis, & atramẽtarium scriptoris habebat in lumbis suis, & dicit ad eum. ✠ Trãsi per mediã ciuitatem in medio Ierusalẽ ✠ signa Thau in frõtes virorum gementium, & dolentium, super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Et post hæc adiecit: transite per ciuitatem, & percutite; non parcat oculus vester, neque misereamini [c] senem, adolescentulum, & virginem, [d] paruulũ, & mulieres interficite vsq. ad internecionem. Omnem autem super quem videritis Thau, ne occidatis. Intelligere ergo nos oportet, hãc sententiam. [e] Thau quippe littera speciem

Universidad de Deusto
Biblioteca

crucis [f] demõstrat, cuius signaculo [g] prænotati sunt, quicumque ab exitu huius seculi liberantur. Eiusdem typum præfigurabat in Ægypto sanguis ille agni candidi, & immaculati, quo imaginariè signantur [h] postes corporis nostri, vt meritò loquamur dicentes: [i] signatum est super nos, lumen vultus tui Domine. De hoc signo dicit Isaias ex persona Domini: [k] Ecce venio, vt congregem cum omnibus Gentibus, & linguis: & veniẽt, & videbunt gloriam meam, & ponam in eis signum: vtiq. crucis: Et alibi: Et [l] erit, inquit, Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur. Quod etiam & alibi idem Propheta significare voluit de Christo, B dicens: [m] & leuabit signum in nationibus. Vbi [n] ostendit, quòd eleuato signo crucis, Gentes ad eum venirent, atque crederent. Cuius sacrę crucis gloria ita est & in Psalmis prædicta: dicite in nationibus, [o] Dominus regnauit à ligno. De qua cruce Domini Iesu Christi per Ezechielem ita Dominus loquitur: [p] Gladius exacutus est, & limatus, vt cędat victimas. Exacutus es, qui moues sceptrum filij mei, succidisti lignum, & dedi eũ ad leuigandum, vt teneatur manu. Quo testimonio, & filius Dei crucifixus ostenditur, & crucis eius signum suscipiendum ab omnibus voce diuina prænuntiatur. Cuius C crucis figuram de duobus lignis compositã idem Ezechiel ita figuraliter prenotat dicẽs: [q] Factus est sermo Domini ad me, dicens: Et tu fili hominis sume tibi lignum vnũ, & scribe super illud Iudæ, & filiorum Israel sociorum eius, & tolle lignum alterum, & scribe super illud Ioseph lignum Ephraim, & cunctæ domus Israel sociorumq́ eius, & adiũge illa vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manu tua. Vbi ostenditur Iudam, & Ierusalem in vnum conuerti debere, & crucis signum suscipere, quod per duo ligna significatũ est. Hæc sunt duo ligna, quæ illa vidua alienigena, ad quã mit- D titur pascẽdus Elias, volebat colligere, priusquam moreretur. Vbi non [r] solum ligni nomine, sed etiam & numero lignorum signũ crucis expressum est.

a *al.* demonstrantem.
b *Ezech. 9. ver. 3. & 5.*
c *al.* simul.
d *al.* paruulam.
e Thau quippe littera speciem crucis demõstrat. *Intellige de veteribus Hebræorum characteribus, nunc enim alia forma est. Hieronymus ad ea verba quæ hoc loco ab Isidoro adducuntur ex Ezechielis 9. cap. Et vt ad nostra, inquit, veniamus, antiquis Hebræorũ litteris, quibus vsq. hodie vtũtur Samaritani, extrema. Thau littera crucis habet similitudinem, quæ in Christianorũ frontibus pingitur, &c. Porro ab Esdra veteres characteres Hebræorum fuisse immutatos, Hieronymus ipse testis est in prologo Galeato.*
f *al.* habet.
g *al.* prænotantur.
h *al.* partes.
i *Psal. 4. ver. 7.*
k *Isai. 66. ver. 18.*
l *Isai. 55. ver. 13.*
m *Isai. 5. ver. 26.*
n *al.* ostenditur, quod eleuatione crucis Gẽtes ad eum veniunt, quæ crediderunt.
o Dominus regnauit à ligno. *Post hæc verba in Hispalensi sequebatur illud,* & alibi: ecce ponam nomẽ meũ in gentibus, *quæ verba, vt male assuta, in hunc locum reijcienda indicauimus.*
p *Ezech. 21. ver. 9.*
q *Ezechi. 37. ver. 16.*
r *al.* solo.

Quomodo sacramentum Eucharistiæ præfiguratum est. CAP. XXVII.

ET quia panis, & calicis sacramentũ [a] Deo placitum esset [b] in holocausto, scripturarum testimonijs non tacetur. Huius enim sacrificij præfiguratio in [c] sacerdotio Melchisedech antea fuit expressa. Iste enim sacerdos Dei excelsi, cùm benediceret Abrahæ, ob mysterium futuri holocausti panem & vinum in sacrificio Domino obtulit. Hoc enim ille primum in typo filij Dei expresit: ad quẽ Psalmista ex persona Patris sic dicit: [d] Ante luciferum genui te. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Hoc est iuxta ritum huiusmodi sacrificij, quod & in passione sua perficiens Christus impleuit. Quodq́. etiam Apostolis in cõmemorationem suam fieri iussit. Non ergo iam victimas Iudaicas, quales sacerdos Aaró obtulit, credentes offerunt, sed quales idem Melchisedech rex Salem immolauit, id est, panem, & vinum, quod est corporis & sanguinis Domini verissimum sacramentũ. De quo idem Dominus dixit: [e] Qui manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meũ, in me manet, & ego in eo. Cuius quidem sacrificij sacramentum, & in Salomone per immolationem panis ac vini ita mõstratur: [f] Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinũ suum, proposuit mensam suam, misit seruos suos, dicẽs: Si quis est par-

A paruulus veniat ad me, & insipientibus loquitur, venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis, derelinquite insipientiam, & viuetis, & ambulate per vias prudentiæ. Dei ergo sapientia Christus constituit sibi domum sacrosanctam Ecclesiam, in qua mactauit sui corporis hostias, in qua miscuit vinum sui sanguinis in calice sacramenti diuini, & præparauit mensam, hoc est, altare Domini, mittens seruos suos Apostolos, atque doctores ad insipientes, ideſt, ad omnes Gentes verum Deum ignorantes, dicens eis: venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis, B id est sancti corporis escam sumite, & bibite vinum quod miscui vobis, ideſt, poculum sanguinis sacri percipite. Cuius quidem gratiã quia Gentes sumunt, & Iudæi nõ meruerunt. Declarat hoc Propheta Isaias dicens: [g] Hæc dicit Dominus Deus: ecce serui mei comedent, & vos esurietis: Ecce serui mei bibent, & vos sitietis, ecce serui mei lętabũtur, & vos confundemini. Ecce serui mei lætabũtur præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione [h] spiritus vlulabitis, & dimittetis nomen vestrũ in iuramentũ electis meis, & interficiet te Dominus Deus, & seruos, [i] id est, Christianos, vocabit nomine alio, in quo qui benedictus C est super terram, benedicetur in Deo Amẽ. Interficitur enim Israel, succedit ex Gẽtibus populus. Tollitur illis vetus Testamentum, redditur nobis nouum: conceditur nobis salutaris cibi gratia, & poculũ sanguinis Christi, illis fame, & siti arẽtibus. [k] Mutatur & nouo populo nomen aliud, [l] scilicet, Christianum: & omnia, quæ sunt gesta, nouitatẽ gratiæ resonant.

a *al.* Deo esset holocaustum.
b *al.* & holocaustum.
c *al.* sacerdote.
d *Psal. 109. ver. 3.*
e *Iohan. 6. ver. 56.*
f *Prouer. 9. ver. 1.*
g *Isai. 65. ver. 13.*
h *al.* cordis.
i *al.* suos vocabit nomine alio, id est, Christiano.
k *al.* mittatur.
l *al.* datur.

Recapitulatio operis. CAP. XXVIII.

O Infelicium Iudæorum defienda demen tia: ecce Saluatoris aduentum, nec Testamenti veteris auctoritate intelligũt, nec eum venisse accipiũt. Gentium conuersionem legunt, & de sua reprobatione minimè confunduntur. Sabbathi obseruationẽ susci piunt, quam reprobatam scripturæ testificatione cognoscunt. Circuncisionem carnis venerantur, qui cordis munditiam perdiderunt. Nos autem sub gratia positi omnia hęc facta, & celebrationes, quæ futurorum erant indicia, iam cognoscimus esse completa. Quidquid enim huiusmodi sacramenti prophetabatur, iam Christus impleuit, [a] qui non venit soluere legem, sed adimplere. Aduenię te ergo veritate, vmbra cessauit, ideoq́. iam carnaliter non circuncidimur, quia in circũcisionis typo, promisi baptismatis sacramẽto mundamur. Sabbathi otium superuacuũ ducimus, quia iã reuelatã spẽ [b] quietis æternæ tenemus. Sacrificia veteris Legis non immolamus, quia per eadẽ sacrificia aut Christi passionẽ, aut carnaliũ vitiorũ mortificationẽ [c] insinuatã cognoscimus. Azyma non obseruamus, quia, expurgata veteris vitæ malitia, in [d] noua fidei gratia ambulamus. Differentias ciborum non custodimus, quia cuncta illa spiritualiter discernimus in moribus hominum, quæ [e] immũdorum significabat diuersitas animalium. De agni esu pascha nõ celebramus, quia [f] pascha nostrum iam immolatus est Christus, qui per illum agnum figurabatur, [g] qui tãquam ouis ad occisionẽ ductus est, & quasi agnus coram tondente se, sic nõ aperuit os suum. Neomenias nouę Lunæ non custodimus, quia iam in Christo noua creatura, vetera transierunt, & ecce facta sunt noua. Scenopegias, id est, solẽnitates tabernaculorum, non obseruamus: D quia tabernaculum Dei sancti eius sunt, in quibus habitat in æternum.

a *Matth. 5. ver. 18.*
b *al.* vitæ.
c *al.* insinuari.
d *al.* nouam fidei gratiam.
e *al.* immundorum significabatur.
f *1. Corin. 5. ver. 7.*
g *Isai. 53. ver. 7.*

DIVI

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. IN LIBROS VETERIS AC NOVI TESTAM.

PROOEMIA.

PLENITVDO noui & veteris Testamenti,[a] quã in canone Catholica recipit Ecclesia, iuxta vetustã priorum traditionem, ista est.

In principio videlicet, quinque libri Moysi,[b] Genesis, Exodus, Leuiticus,[c] Numeri, Deuteronomium, id est, recapitulatio Legis, & quasi secunda Lex.

Huic succedunt libri Iesu Naue, Iudicũ, & libellus, cuius est titulus Ruth,[d] qui nõ ad historiam Iudicum, vt Hebræi asserunt: sed magis ad principium Regum pertinere videtur.

Hos sequuntur quattuor libri Regũ Quorum quidem Paralipomenon libri duo è latere annectuntur:[e] quia earundem gestarũ rerum continent causas, quæ in libris Regũ esse noscuntur.

Quanquam & alia sunt volumina, quę in consequentibus diuersorum inter se temporum texunt historias: vt Iob liber, & Tobiæ, & Esther, & Iudith, & [f] Esdræ, & Machabæorum libri duo.

[g] Sed hi omnes, præter librum Iob, Regũ sequuntur historiam, deinceps Iudæorũ annales suis quibusq. temporibus[h] persequuntur, continentes tristia, siue læta, quæ post excidium Ierusalem Iudaico populo[i] acciderunt.

Ex quibus quidem Tobiæ, Iudith, & Machabæorum Hebræi non recipiunt. Ecclesia tamen eosdem inter canonicas scripturas enumerat.

Occurrũt dehinc Prophetæ, in quibus est Psalmorũ liber vnus, & Salomonis libri tres, Prouerbiorum scilicet, Ecclesiastes, & Cantica Canticorum. Duo quoq. illi egregij, & sanctæ institutionis libelli, Sapientiam dico, & alium, qui vocatur Ecclesiasticus:[k] qui dum dicantur à Iesu filio Sirach editi, tamen propter quandam eloquij similitudinem Salomonis titulo sunt prænotati. Qui tamen in Ecclesia parem cum reliquis canonicis libris tenere noscuntur auctoritatem.

Supersunt libri sedecim Prophetarũ,[l] ex quibus quattuor sunt qui maiora volumina cõdiderunt, id est, Isaias, Ieremias, Ezechiel, & Daniel.

Reliqui verò duodecim breues sunt, & cõtigui, & ob hoc vno volumine coarctati, quorum nomina hæc sunt: Osee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, & Malachias. Quidam autem Ieremiæ [m] lamenta segregantes, de volumine eius [n] resecuerunt, licq. quadraginta quinque libros veteris Testamenti suscipiunt.

Hinc occurrit Testamentum nouum: cuius primùm Euangeliorum libri sunt quatuor, scilicet, Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohannes. Sequuntur deinde epistolæ Pauli Apostoli quattuordecim, id est, ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippẽses, ad Thessalonicẽses duæ, ad Colossenses, ad Timotheum duæ, ad Titum verò, & ad Philemonem, & ad Hebræos singulæ.

Epistolæ quoque Iohannis Apostoli tres, Petri duæ, Iudæ, & Iacobi singulæ.

Actus etiam Apostolorum, & Apocalypsis Iohannis. Fiunt ergò in ordine vtriusq. Testamenti libri septuaginta & duo.

Hæc sunt enim [o] noua & vetera, quæ de thesauro Domini proferuntur, è quibus cũcta sacramẽtorum mysteria reuelantur. Hi sunt [p] duo Seraphim, qui in confessione sanctæ Trinitatis iugiter decantantes [q] ἅγιος ἅγιος ἅγιος hymnum erumpunt.

[r] Hæc etiã duæ oliuæ in Zacharia, quæ à dextris & sinistris lampadis adstant, atque pinguedine & splendore Spiritus Sancti, totum orbem doctrinæ claritate illuminãt.

Hæ litteræ sacræ, hi libri integri numero & auctoritate: aliud cum istis nihil est [s] comparandum. Quidquid extra hos fuerit, inter hæc sancta & diuina nullatenus est recipiendum.

Dispositio igitur veteris ac noui Testamẽti ordine librorum, & numero, nũc cursim breuiterque in eos parua prooemia narrationũ subijciamus.

[a] Quam in canone. *Hoc libro castigando septem exemplaribus vtebamur: tria Hispali aduecta erant, duo carthaginea, tertiũ in membranis. In duobus carthaceis legitur* quam in canone sacro. *Verũ dictio* sacro *redundare visa est: & hic tonymus vbiq. in canone tantum ait, vt in prologo Galeato his verbis:* Igitur sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith & Tobias & Pastor, non sunt in canone. *Augustin. lib. 2. de doctrina Christ. c. 8.* Totus autem canon scripturarum in quo istam considerationem versandam dicimus, his libris continetur. *Erat enim moribus receptum, vt ferè in Conciliis canon ederetur, omnes diuinas scripturas comprehendens: Ab eo canone, libri canonici vocabãtur. Quemadmodum è contrario apocryphi libri, id est, absconditi dicti sunt: quoniam eorum lectione, cum prohibiti essent, occultè tantum, & in latebris vtebantur, & in diuinis libris, absconditi vox, aliquando in vetiti significatione sumitur, vt in psal. 16. ver. 14.* De absconditis tuis adimpletus est venter eorũ, id est. *Qua lege erant prohibita, comederunt. Sic sane locum intelligit Apollinarius in psalmorum Metaphrasi, his verbis:*

Τῶν κρυφίων ἐπλησαν ἐὼ πολυχανδέα νηδύν
πλησθέντες σιάλων.

b * id est.

c al. Numerus.

d Qui non ad historiam Regum, vt Hebræi asserunt, sed magis ad principium Regum pertinere videtur. *Hieron. in prologo Galeato Hebræorum canonem referens, ait:* Deinde subtexũt Sophetim, id est, Iudicum librum, & in eundem compingunt Ruth, quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia. *Nimirum Hebræi Abesan, qui post Iephten Iudæorum populo præfuit, Booz Ruth maritum fuisse, persuasum habent. Hanc Hebræorum opinionem Isidorus refellit, sequiturq. Augustinum sententiam 2. de doctrina Christian. c. 8. vbi ait:* Totus autẽ canon scripturarum, in quo istam considerationem versandam dicimus, his libris continetur: quinque Moysi, id est, Genesi, Exodo, Leuitico, Numeris, Deuteronomio, & vno libro Iesu Naue, vno Iudicum, vno libello qui appellatur Ruth, qui magis ad regnorum principia videtur pertinere. *Quo loco suspicor Augustinum lectionem esse vitiatam, & castigandã ex hoc loco Isidori. Alioqui comparatio, magis inepte poni videretur. Fauet opinioni Augustini Iosephus lib. 6 antiquit. c. 11. cũ Heli sacerdotis ætate Ruth historiam accidisse ait. Isidorus ipse eam tantum dicti rationem inferius affert: quod in eo libello genus Regis Dauid referatur.*

e Quia earũdem gestarum rerum cõtinent causas. *Causse nomen varie sumitur, inter alia, argumentũ significat. Vnde Rhetoribus triplex caussarum genus. Hoc loco negotium, euentum, successumq. significare mihi videtur. Hispanorum more, quibus causse nomen, hoc est, coss, latissimè pater lingua vernacula vsu, & proprietate, ac rem omnem significat, à qua significatione, αἰτία vox non multum differt. Iulianus certè Imperator, latissima eius vocis significatione vsus est: cum Proæresium ad historiam scribendam hortatur: Seq. si id susciperit, pollicetur de actionibus suis commentarios ad eum curaturum πᾶς αἰτίας ἀμεν ἱστορίαν γράφος ἀκριβεστάτας ἀναγγέλλω σοι. Vtitur inferius eadem voce Isidorus in eadem significatione, cum dicit:* Deuteronomium autem repetitionem eorundem librorum, & quasi quoddam Legis meditatorium dicunt: ea dũtaxat ratione, pro eo quod illi quattuor proprias rerum gestarum continent caussas, iste verò omnium. *Locus ex Hieronymo desumptus est, nisi glossæ ordinariæ auctor fallit initio Deuteronomij.* Sicut liber, inquiẽs, Deuteronomij repetitio est quattuor librorũ Legis, illi enim proprias continent in se caussas, iste replicat vniuersa. *Cassian. lib. 3. de Inst. cœno. c. 5. & coll. 21. c. 14. caussam pro re, seu conditione posuit.*

f Esdræ & Machabæorum libri duo. *Mallem legeretur,* Esdræ duo, & Machabæorum libri duo, *vt Aug. vnde hæc desumpta sunt, dixit, 2. de doct. Christ. c. 8. his verbis:* Iob & Tobias, & Esther, & Iudith, & Machabæorũ libri duo, & Esdræ duo, *vox certè duo, ad vtrũque referatur necesse est, alioqui summa librorum quadraginta quinque veteris Testamenti Isidoro non constabit. Neque mouere debet, quod in etymologijs lib. 6. cap. 2. hac verba legũtur.* Nec quemquam moueat, quòd vnus Esdræ dicitur liber, quia secundus, tertius, & quartus nõ habentur apud Hebræos, sed inter apocryphos deputantur. *Quæ verba manifestè corrupta sunt. Nam quamuis Hebræi, Esdra, & Nehemiæ sermones, vno libro comprehẽdant, quod fortè Isidorus in etymologijs sequutus est, apocryphi tamen Esdræ, non tres libri, sed duo tantum sunt.*

g Sed hi omnes, præter librum Iob, Regũ sequuntur historiam. *Augustin. loco citato sic ait:* Sicut est Iob, & Tobias, & Esther, & Iudith, & Machabæorum libri duo, & Esdræ duo, qui magis subsequi videntur ordinatam illam historiam vsq. ad regnorũ vel Paralipomenon terminatam. *Quod Augustin. de Esdræ libris intellexit, adnecti Regum & Paralipomenon libris: Isidorus ad Tobiam, Esther, Iudith, Esdræ, & Machabæorum libros extendit: vnde locus subobscurus redditur, quod, vt alij libri omittantur, de Tobia præsertim nescio quomodo possit intelligi, cùm constet tempore Salmanasar, & Senacherib eius filij, ante euersam Hierosolymam in Assyria vixisse. Nisi fortè Isidorus Regum sequi historiam eos omnes libros credidit: quod post omnes, aut post aliquot Reges, res in ijs libris explicatæ contigerint.* Porrò Iudæorum annales, Iosephi historiã, alioqui Hebræorum de rebus suis libros intelligit. *vnde Seder-holam, hoc est, Hebræorum Chronicõ ante quadringentos amplius annos constatum est.*

h al. prosequuntur.

i al. accesserunt.

k Qui dum dicantur à Iesu filio Sirach editi. *Codex D. Laurentij pro* dum dicantur, *legit:* dum sint, *iuxta vtramq. lectionem (quod frequens in Isidoro est) particulæ,* dum, *pro* cum *accipitur, quod veteribus etiam vsitatum fuit, vt in illa verba Æneidos 1.*

Cum venit aulæis iam se Regina superbis
Aurea composuit, sponda, mediamq. locauit.

Seruius ait: Sanè sciendum, cum & dum, malo errore à Romanis esse confusa. *Quòd verò Sapientiam, & Ecclesiasticum Iesu filio Sirach tribuit: & idem inferius repetit,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tit, ex Augustin. desumpsit 2. de doctr. Christia. cap. 8. vbi ait: Nam illi duo libri, vnus, qui Sapientia, & alius, qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur: Nam Iesus filius Sirach, eos scripsisse constantissimè prohibetur, (vnde & ex eiusdem Augustin. verbis lib. 17. de Ciuit. Dei c. 20. intelligitur proximis verbis legendum: propter quandam eloquij similitudinem, non autem propter grandem eloquij similitudinem, vt duo chartacei Hispalenses legebant) Verùm non animaduertit Isidorus Aug. 2. retract. c. 4. eam opinionem, quod spectat ad Sapientiæ librum, retractasse. Sanè & Hieronymus præfatione in libros Salomonis de Sapientiæ libro ait: Nonnulli scriptorum veterum hunc esse Philonis affirmant, quod Isidorus ipse sè ipso prudentior sequutus est, 6. etymol. c. 2. Philonis, vt ego suspicor, non Alexandrini, sed Biblici, de quo frequèsin Eusebio mentio, libris de præparat. Euang.

1 Ex quibus quattuor sunt, qui maiora volumina condiderunt. *Sequitur hoc loco Græcorum, & Latinorum opinionem, qui libros omnes Prophetarum, ab eisdem Prophetis, quorum nomina præferuntur, compositos esse credùt, cum 6. etymolog. c. 2. Ezechielis & Danielis libros affirmet, à quibusdam viris sapientibus scriptos esse, quæ est constans Hebræorum sententia. Rabbi Isaac Harama præfatione in Cantica: & Rabbi Mosis Kimhi lib. de auctoribus sacrorum librorũ: viros congregationis magnæ librũ Ezechiel, duodecim Prophetarum, Danielis & Esther scripsisse aiunt. Quo magis miror ex hoc numero Danielẽ solum inter Chethubim, id est, hagiographa ab Hebræis poni. Hieronymus prologo in Danielem & præfatione comment. ad eundem Prophetam, Porphyrium ait occasionem arripuisse calumniandi religionem nostram, quod negaret Danielis Prophetiam à Prophetæ ipso editam fuisse, sed à quodam, qui in Iudæa vixit tẽpore Antiochi Epiphanis, affirmaret scriptam.*

m *al.* lamentationes.

n *al.* secernunt.

o Matth. 13. ver. 52.

p Isai. 6. ver. 3.

q Trishagios hymnum erumpunt. *Sic legit Hispalensis in membranis. Septimancensis:* Ter hagios hymnũ erũpunt. *Duo carthacei Hispalenses & Tarraconensis* hagios, hagios, hagios dicentes hymnum erumpunt. *Alludit autem ad illa verba, Isai. 6. ver. 3. vbi de duobus Seraphimis ait:* Clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum. Porrò hymnum erumpunt, *dixit: pro* in hymnũ erumpunt, *qua locutionis forma Virgilius est vsus, cũ 3. Æneid. ait.*

Interdumq. atrâ prorumpit ad æthera nubem.

r Hæc etiam duæ oliuæ. *Hæc oliuarum comparatio, in vno tantum Laurentiano codice erat, & in altero Hispalensi ad marginem, neq. vtriusq. lectio cõsentiebat. Nos locum expungere omnino ausi non sumus, obelo notasse contenti argumento suspectæ lectionis.*

s *al.* computandum.

De Genesi.

GEnesis iuxta fidem historiæ describit fabricam mũdi, & hominis conditionẽ cataclysmum, & diuisionem terræ, confusionem quoque linguarum, gestaque omniũ Patriarcharum, vsque ad ingressionem Israel in Ægyptum.

De Exodo.

EXodus continet Hebræorum seruitutẽ, ac decem plagas Ægypti, egressum populi, & nubem protegentem transitum etiam rubri maris, mersumque cũ curribus Pharaonem, & gloriæ decantationẽ, ingressum quoque eremi, cibum mannæ ⁊ quo aliti sunt, percussionem quoque rupis, ⁊ fluenta in dulcedinem versa, pugnam Amalec, mandata etiam Decalogi, & arcam Testamẽti, dedicationemque tabernaculi, & oblationem.

De Leuitico.

IN Leuitico autem lex sacrificiorũ, hostiarumque diuersitas, indumenta Pontificũ, & Leuitarum ministeria describuntur: cibo rum etiam discretio, a & diuersæ peccatorũ purgationes, vel hostiæ ordinantur.

a *al.* Et diuersitas peccatorum purgationesque.

De Numeris.

IN Numeris verò egressæ de Ægypto tribus enumerantur; profectionesque a eorũ, perfectorum ætate virorum, qui egressi sunt de Ægypto, computatio tenetur inserta, Prophetia Balaã, quadraginta quoquè duarum per eremum mansionum sacramenta signantur.

a *al.* fortasis earum.

De Deuteronomio.

IN Deuteronomio autem, quæ est secũda lex, narrantur ea, quæ inter Pharan & Tophel, & Laban, & Naseroth, vsque ad Cades-Barne fuerunt a populo dicta à Moyse: mandata videlicet, atque promissa, maledictiones peccatorũ, & promissiones beatitudinis. Ibi canit canticum Moyses. Ibi dat benedictionem filijs Israel: ibique terra repromissionis conspecta moritur, atque sepelitur. b Nõnulli autẽ Hebræorũ quattuor tantumlibros computãt Legis, id est, Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros. Deuteronomium autem repetitionem eorundem librorum, & quasi quoddam legis meditatorium dicunt. Ea duntaxat ratione, pro eo quod illi quattuor proprias rerum gestarum continent caussas, iste verò omnium.

a Populo dicta. *Septimancensis, & Tarraconensis legunt* populo data. *Et aliquid dare dicere est, vt apud Virgilium.*

da Tityre nobis.

&-- da, non indebita posco.

Et contra accipere pro audire sumitur. Æneid. 1.

Quâ facere id possis, nostrã nũc accipe mentẽ.

b Nonnulli autem Hebræorum, quattuor tãtum libros computant Legis. *Fuisse qui negarent Deuteronomium à Mose conscriptum esse, Nicolaus de Lyra, ad primũ Deuteronomij cap. initio docet, his argumentis: quod initio libri dicatur: Hæc sunt verba, quæ loquutus est Moyses, non scripsit, quod dicat, quæ loquutus est trans Iordanem: quem fluuium nũquam Moyses transmisit, quod in fine Mosis describatur mors. Quæ argumenta refellere opus non est, & eam tamen opinionem ab antiquis Hebræis deriuatam arbitror. Nam recentiores Iudei quinque libros Legis, & omnes à Mose conscriptos esse constanter affirmant. Nam Deuteron. c. 31. ver. 9. dicitur:* Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filijs Leui, *& rursus ver. 24.* Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit, præcepit Leuitis, &c.

De Iosue.

IN Iesu Naue libro filij Israel duce Iesu Iordanem transeunt, ac secundò circuncidũtur, subuersisq. dehinc Chananæorum gentibus, a diuisione terræ eorum hæreditatis sortes suscipiunt.

a *al.* diuisionem terræ eorum hæreditatis sorte.

De libro Iudicum.

IN libro Iudicum continentur peccata, & seruitutes Israël, exclamationesq. populi, & miserationes Dei ⁊ describuntur prospera atq. aduersa bellorum. ⁊

De libro Ruth.

LIber Ruth eiusdem Moabitidis texit historiam, de cuius stirpe familia Dauid descendit.

Hunc Hebræi libellum, ad Iudicum librũ subiungunt, pro eo quod in diebus Iudicum gesta esse a commemorãt, quæ in eo scripta sunt: at contra Latini, pro eo quod genus Regis Dauid retexat, ortum ex eadem Moabitide Ruth, ad corpus libri regnorũ veraciùs eum pertinere contendunt.

a *al.* commemorantur.

De libro Regum

REgum liber, quãquam apud Latinos propter prolixitatem sui in quattuor a partibus sit desectus; apud Hebræos tamen in duobus diuisus est voluminibus. Quorum b primus Samuel scribit, arcam Domini à Iudæis transisse ad Gentes, c Heli quoq. sacerdotiũ in Samuel mysticè fuisse translatum, & in Dauid Saulis Regis imperium. Malachim verò Reges Iudææ, & Israeliticæ Gentis, gestaq. eorum per ordinem digerit temporũ, ipsum quoque Israel d ob errorem idolatriæ narrat in Assyrios transmigratum: ad extremum edocet, venisse Nabuchodonosor in Ierusalem: captiuumque duxisse Principem, ac populum, & subuertisse vrbem, & templum.

a *al.* partes.

b *al.* primum Samuel scripsit.

c Heli quoque sacerdotium in Samuel mysticè fuisse translatum. *Hæc est Augustin. sententia lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 4. vbi ait.* Nam Heli sacerdote reprobato, substitutus est in Dei ministerium Samuel, simul officio functus sacerdotis, & Iudicis, & Saule abiecto, Rex Dauid fundatus in regnum, hoc quod dico figurauerunt: nempè veteris Testamenti in nouum commutationem, *quod Isidorus illo aduerbio mystice significare voluit. Hieronymus 1. contra Iouinia. ex illis verbis psal. 98. ver. 6.* Moyses & Aarõ in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomẽ eius, *colligit, Samuelem non sacerdotem, sed Leuitam tantùm fuisse. Quæ sententia eruditis magis probatur. Qui enim esset sacerdos, præsertim summus, cum non esset de posteritate Aaronis? Idem epist. ad Paulinum, quæ instar est generalis præfationis in sacros libros, sacerdotij mutationem non ab Heli in Samuelem, sed ab Abiatar in Sadoch factam esse, competenter ait, eaque re Legis veteris in nouam transitionem significari affirmat.*

d *al.* ab errore.

De Paralipomenon.

PAralipomenõ a apud Hebræos sub vnius libri volumine cõtinetur, appellaturq. ab eis Dibre-haiamin, id est, verba dierũ, apud nos autẽ propter prolixitatem sui in duabus decisus est partibus. Hæc est aũt historia ordinem generationũ, & temporũ continẽs. In qua scilicet non parua sanctarum scripturarũ eruditio cõtinetur. Nam quæ in historia veteris Testamenti in locis suis, aut omnino omissa sunt, aut fortasse non plenè digesta: in isto summatim, ac breuiter explicata sunt, cuius quidẽ series è latere Legis, siue Regnorũ adiũcta procedit, perueniens ad illud vsq. tẽpus, quo & Regnorũ textus finitur. ⁊ b Namq. ab exordio fabricæ mundi incipiens protenditur per ordinem rerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

gestarum vsq. ad ruinam Ierusalem in annis tribus mille septuaginta duobus per generationes septuaginta duas.

[a] Paralipomenon apud Hebræos sub vnius libri volumine continetur. *Hæc ex Hieronymo sumpta sunt præfatione altera in libros Paralipomenon. Illud de suo auctor addidit: in duabus decisus est partibus. casuum permutatione, vt sæpè consueuit. Paulo inferius, vbi nos legimus explicata sunt, duo carthacei expleta sunt. Verum nostram lectionem veriorem esse, tùm ex plurium codicum fide, tùm ex ea Hieronymi præfatione intelligitur, tametsi sententia non discrepat, vtromis modo legatur.*

[b] Namq. ab exordio mundi incipiens, &c. *Locum obelo confiximus, quamuis trium codicum lectione subnixum, qui neq. in annorum numero, neq. in generationum conueniebant. Nos de annorum ratione non magnopere laboramus, cum in ea re, vt in qua maxime, scriptores varient. Euseb. ab initio mundi vsque ad Ieroso ymæ excidium sub Nabuchodonosor annos numerat 4610. Hebræi in Seder-holam 3338. Nos, cùm in ea re nonnihil operæ esset consumptum, annos inuenie bamus 3390. Atq. hæc de annorum ratione. Quòd verò septuaginta duæ generationes, seu progenies ab exordio mundi vsq. ad excidium Hierosolymæ fuisse ait, suspicor lectionē esse vitiatam, & quinquaginta duas generationes poni debere: nēpe quot in Luca, quotque ab Hebræis ex veteri Testamento ab Adamo ad illud tempus numerantur.*

De libro Iob.

IOb liber continet eiusdem sancti viri damna, funera vel flagella, & contumeliosa cōsolatium dicta, lamenta quoque eius, in quibus totius mundi deplorat miseriam: consolationes etiam Dei ad eum per turbinem, eiusq. duplicem bonorum in fine remunerationem. Hic autem ex suis passionibus & verbis Christi expressit imaginem: coniux verò eius carnalium typum designat, qui intra Ecclesiam positi vitam spiritualium moribus suis scandalizant. Amici verò eius speciem [a] præbuerunt hæreticorum, figuramque dogmatum peruersorum. Porrò Eliu, qui aduersus Iob graui exprobratione innititur, significat eos, qui intra sanctam Ecclesiam arroganter prædicant, & per tumorem cordis, ac scientię fastum, quidquid proferunt, superbiæ exemplis [b] ostentant.

[a] *al.* prætulerunt.
[b] *al.* ostendunt.

De Psalterio.

LIber Psalmorum, quanquam vno conclu datur volumine, non est tamen editus vno eodemq. auctore. [a] Decem enim Prophetę sunt, qui eos diuerso tempore scripserunt, Moyses, Dauid, Salomon, Asaph, Eman, Ethan, Idithun, & filij Core Asir, Elcana, Abiasaph, siue Esdras. Nōnulli etiam Aggæi, & Zachariæ esse existimantur. [b] De ijs autem, qui sine titulis sunt, traditio veterum talis est, vt cuius auctoris præscriptio præcesserit, cæteri, qui sine titulo sequuntur, ipsius esse credantur. Est autem hic liber allegoricis ac typicis sacramētis signatus: specialiter autem, quod natus, quod passus, quod resurrexit Christus: penè hoc omniū Psalmorum resonat organum. Sciendum autem, quòd apud Hebræos omnes Psalmi permisti fuerunt, & inordinati, quos tamen primus Esdras in vnū volumen [c] coēgit, & in ordinem, numerumque disposuit, ac per occulto mysterij sacramento alijs alios prætulit ordine, dùm posteriores videantur in tempore. Nam secundum historiæ cursum tertius Psalmus quinquagesimo posterior est, sed propter mysterium in ordine prior est. Sic enim habentur & cæteri, quia Spiritus Sanctus eos præordinauit, vt voluit.

[a] Decem enim Prophetæ sunt, qui eos diuerso tempore scripserunt. *Sententia est Hieronymi, non omnes Psalmos à Dauide fuisse editos epistola ad Cyprianum, & epistola ad Sophronium, & prima contra Rufinum. Cum Hieronymo omnes Hebræi conueniunt. Augustinus varius est initio commentar. in psalmes, & 17. de Ciuitate Dei, capit. 14. Cæteri fermè Græci, & Latini expositores, omnes Psalmos à Dauide fuisse editos tuentur. De re hac nihil in præsentia statuo. Nomina sanè Prophetarum à quibus Isidorus psalmos esse compositos ait, in omnibus exemplaribus corruptissimè posita erant. Nos veram lectionem restituimus, tum ex codicum inter se collatione, tum ex prim. Paralip. 6. vers. 22. in filijs Core a denarius Prophetarum numerus completur. Esdras, Aggæus, & Zacharias sub dubio ab Isidoro inter auctores Psalmorum numerantur, coniectura tum verborum, tum 6. etymologiarum capit. 2. vbi cum de re eadem agatur, eorum nomina prætermittuntur. Rabbi Isiac Haramá in Cantic. præfatione decem quidem Psalmorum auctores numerat, longè tamen aliter quàm Isidorus: nempe, Adam, Melchisedech, Abraham, Moysem, Heman, & Idithum, & tres filios Core, quæ ad Iudæorum fabulas ablegamus. Porrò præcipua auctoritate, & eruditione viri, Esdram non tantùm vt Hierony. epistol. ad Sophronium ait, psalmos omnes in vnum volumen collegisse affirmant, sed etiam pro certo pronunt. ab eodem primum psalmum fuisse compositum, vt esset instar præfationis in vniuersum opus, prouocaretq. lectorem ad diuina legis lectionem.*

[b] De ijs autem, qui sine titulis sunt. *Sententia est cum Hebræorum, tum Hieronymi epistola ad Cyprianum, eo argumento contendentis, vndecim omnino psalmos Moysem auctorem habere, à Psalmo octuagesimo nono, vbi eius nomē præfertur, cum decem psalmi sequentes sine titulo sint apud Hebræos.*

[c] *al.* collegit.

De libris Salomonis.

SAlomon tria volumina edidit: primus ex his Prouerbiorum liber est: secundus, qui appellatur Ecclesiastes: tertius cuius titulus est, Cantica Canticorum. In quibus quidem tribus libris [a] trium generum disciplinas composuit, quibus ad rerū scientiam peruenitur. In primis namque Ethicam, idest, moralem, post hæc Physicam, quæ qualitatē naturæ comprehēdit, ad vltimum Theoricā, id est, contemplatiuam: in Prouerbijs enim moralia docens, per communem quemdam loquēdi vsum altiorem intelligentiam edidit, conseruationemque mandatorum, & doctrinæ cælestis [b] institutionem succinctis versibus, breuibusque sententijs coaptauit. Sunt autem prouerbia sub verbis alijs res alias explicantia, vel significantia quæ aliter quam dicuntur, intelligūtur, plus in virtute sententiarum, quam in sono verborum, quæ Græci parœmias vocant. In Ecclesiaste vero rerum naturam discutiens, cuncta in mundo caduca, & vana esse reprehendit, rerumque omnium fragilitate perspecta, renuntiare mundo admonuit. In Cāticis autem Canticorum supergressus visibilia, atque contemplans ea, quæ sunt cælestia, vel diuina: sub specie sponsi, & sponsæ, Christi Ecclesiæque vnitatem declarat atque animam ad amorem cælestium excitās [c] prouehendam ad consortium Dei prouocat. Illud etiam nō est omittendum, quod à Doctoribus nostris traditur: [d] apud Hebræos hanc fuisse obseruationem, ne cuiquā librū hunc legere permitterent, nisi viro iā perfectæ scientiæ, & roboratæ fidei: ne fortè per imbecillitatem infantiæ, & fidei imperitiam, non tam erudiret cognitio lubricas mentes: quā potius ad concupiscentias corporales conuerteret. Omnes enim scripturas à Doctoribus eorum tradi pueris solitum est: etiam eas, quas deuteroseis vocant. Quattuor tantum istas ad vltimum reseruari, id est, principium Geneseos, de mundi creatione: Ezechielis quoque prineipia, in quibus de Cherubim scripsit: & finem eius, in quo templi descriptio continetur: & Cantica Canticorū.

[a] Trium generum disciplinas composuit. *Sic sentit Hieronymus in initio commentariorum in Ecclesiast. & epistola ad Paulam Vrbicam, nisi quod pro theorice, quam ponit Isidorus, Hieronymus priori loco Theologiam, posteriori logicam posuit. Vtramq. lectionem coniunxisse videtur Isidorus ipse 2. etymolog. c. 24. cum ait: In his quippe tribus generibus philosophiæ etiam eloquia diuina consistunt. Nam aut de natura disputare solent, vt in Genesi, & Ecclesiaste: aut de moribus, vt in Prouerbijs, & in omnibus passim libris: aut in logica, pro qua nostri Theologiam sibi vendicant, vt in Cantic. Canticor. & in Euangelijs.*

[b] *al.* imitationem.

[c] *al.* peruenien dum.

[d] Apud Hebræos hanc fuisse obseruationem. *Sic Hieronymus ad Paulinum de Genesi, & principio atque fine Ezechielis, & Origenes homil. 1. in Cantica, totidem fermè verbis, quot Isidorus in hunc modum: Aiunt enim obseruari etiam apud Hebræos, quod nisi quis ad ætatem perfectam, maturamq. peruenerit, libellum hunc, ne quidem in manibus tenere permittatur. Sed & illud ab eis accepimus custoditi, quandoquidem moris est apud eos, omnes scripturas à doctoribus & sapientibus tradi pueris simul & eas quas δευτερώσεις appellant. Ad vltimum quattuor ista reseruari, id est, principium Geneseos in quo mundi creatura describitur: & Ezechielis, &c. Porrò ætas perfectæ 30. annorum erat, vt ait Hieronymus loco citato, & δευτερώσεις vt ipse Hieronymus docet epistola ad Algasiam. q. 10. & in Ezech. cap. 36. Iudaicæ traditiones, & fabulæ erant, primo institut. Apostol. c. 7. Clemens traditiones seniorū vocat δευτερώσεις. Eas Epiphanius hæres 33. contra Ptolemaitas, apud Hebræos quattuor libris comprehensas esse ait. Nostra ætate Thalmud Babylonicum in Misna, & Ghemara distributum est auctore Elia in Thisbi. Misna autem, & deuteroseis, quod vis vtriusq. nominis declarat, repetitionem significantis, idem sunt, ac propriè significant præcepta, vel expositionis Legis, quæ post Moysem ab Hebræis inuenta sunt, quia ratione inter Moysis libros. Deuteronomium hoc nomen habet, quod sit velut repetitio præcedētium librorum, & quasi secunda Lex, vt ipsis Isidori verbis vtamur.*

De libro Sapientiæ.

LIber [a] Sapientiæ, qui vocatur Panaretō, Christi aduentum, qui est sapientia Dei Patris, passionemq. eius aperta manifestatione denuntiat. ℵ Hunc edidit Iesus filius Sirach, in quo etiam nonnulla viuendi præcepta composuit.

[a] Liber Sapiētiæ, qui vocatur Panaretôn. *Sic legit Tarraconensis. In alijs codicibus vox Panaretôn corrupta erat, nisi quod in on. omnes terminabant. Ea verba ex Hieronymo, prologo in Salomonis opera, errore quodam sumpta ab Isidoro sunt. Fertur, inquit Hieronymus, & Panaretos Iesu filij Sirach liber, & alius pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quod ergo Hieronymus de Ecclesiastico dixit, Isidorus ad Sapientiæ librum transtulit, non eadem prorsus voce. Nam Panaretos, qua voce tio ronymus est vsus, eximiū, ac præcipuum significat, ab ἀρέσκω. Panaretôn autem ἀπὸ τῆς ἀρετῆς quasi virtutum omnium apotheca. Rabanus prolog. in Ecclesiast. Isid. etymon sequutus, non gignendi casu, vt ipse, sed nominādi, neq. de Sapientiæ libro, sed Ecclesiastico, propter excellentiam, inquit, virtutū suauū Panaretos, id est, omnium virtutum capax appellatur.*

De Ecclesiastico.

ECclesiasticus verò morū penè omniū disciplinā, & sanctę religionis cōuersationē

Universidad de Deusto
Biblioteca

affatim, copioseque conscripsit. Dictus est autem Ecclesiasticus, pro eo quod in medio cœtu populi, id est, coram Ecclesia fuerit habitus. Hic enim propter nimiam sensus similitudinem, & eloquij paritatem Salomonis titulo prænotatur. Constat autem & hūc librum à Iesu filio Sirach editū fuisse, & inter reliquos sacrarum scripturarum libros pari habitum veneratione.

De Isaia.

ISaias Propheta, qui interpretatur salus Domini, hic, postquam de altari missus calculus labia eius purgauit, dignus efficitur Spiritus Sancti Prophetia. Speculaturq. duo Seraphim in ænigmate duorum testamentorum, cum duodecim alis, id est Apostolis, qui prædicatione sua [a] totum mundum volucri celeritate discurrunt, tegentes faciem, & pedes sedentis in throno Dei, id est, occultantes ea, siue quæ ante seculi fuerunt exordia, siue quæ post transactam huius mūdi figuram futura sunt. Hic tamen post visionem Iudæ & Ierusalem aduersus cæteras gentes, quæ in circuitu eius sunt, prophetiæ conuertit sermonem, & iuxta qualitatem locorum, & vitæ diuersitatem, quæ essent eis mala ventura denuntiat. Post captiuitatem enim Ierusalem ruinam Babyloniæ comminatur. Deinde necem Philisthijm, vastitatem Moab, extermnium Damasci, & Ægypti commotionem, & solitudinem maris deserti, obsidionem quoque Edom, fugam & interitum Arabię, [b] excidiū vallis Sion, subuersionem etiam Tyri, siue quadrupedum. Sed figuraliter in visione Iudæ Synagoga proijcitur, & Ecclesia Domino copulatur. In ruina Babyloniæ confusio totius mundi, superbiaque arguitur, & finis eius monstratur. In vastitate Moab error scientiæ secularis in silentium, luctumque mutatur. In euersione Ægypti totius mundi idolatriæ destruuntur, templique Domini ædificatio prædicatur. In contritione Philisthijm luctus eorum mōstratur: qui abijciunt iugum Christi, & eleuant se contra scientiam Dei. Porrò per Damascum prædicatio gentium, & ruina ostenditur populi Iudæorum. Per onus maris deserti huius seculi tentatio declaratur: & quæ illi ventura sunt, ostenduntur. Per Idumæam oritur sol iustitiæ gentium, & tenebræ veniunt populo Iudæorum. Per Arabiam prædicatur aqua baptismatis præbenda ijs, qui fugerunt gentium errores, vel eorum blasphemias. Per vallem Sion perditio prædicatur Ierusalem, & hæreticorum, qui de sublimitate Ecclesiæ ceciderunt, Per Tyrum gentibus prædicatur, vt, seculi errore depositio, ad Christum Dominum conuertantur. Reliqua verò eius vel de Christo, vel de Ecclesia gentiū sunt, siue de consummatione mūdi. [c] Prophetauit autem annis fermè LXX. sub Regibus quattuor Iudæ ordine atque genere sibimet succedentibus, id est, Ozia, Ioathan, Achaz, ad vltimum Ezechia: sub quo pars magna voluminis eius vsq. ad calcem texitur prophetiæ.

a Totum mundum volucri celeritate discurrunt. *Hispanismus est, pro: Per totum mundum.*

b Excidium vallis Sion. *Sic constanter legebant omnia exemplaria præter vnum Laurentianum, cui, quod recens esset descriptum, non multum fidei tribuebamus, in quo excidium vallis visionis, legebatur. Isai. 22. vers. 1. Hieron. & vulgata.* Onus vallis visionis *legunt. Septuaginta interpretes* ῥῆμα τῆς φάραγγος σιών, *id est, verbū vallis Sion, quo loco suspicor Hebraicam lectionem vt in plerisq. aliis locis, ab antiquo esse mutatam. & pro* חזיון גיא *vt habent codices Hebraici hoc tempore, & Hieron. septuaginta legisse* גיא הציון *facilimer se litterarū permutatione, lectio commuta-ri potuit, sententia non dissimilis est, cùm Rabbi Salomo. & Rabbi Dauid Kimhi commentarijs ad eum locum contendant, vatem de valle Sion, atq. Hierosolyma esse loquutum.*

c Prophetauit autem annis fermè LXX. *Quot annis singuli Prophetæ vaticinati sint: haud promptum est explicare. In Eusebij Chronico, nisi locus est vitiatus, ab initio vaticinij Isaiæ, vsque ad eius interitum centum fermè anni elabuntur. Neque minor est difficultas in Ieremia, quem Isidorus annis 72. & tribus mensibus prophetasse ait, & suspicor vehementer locum esse corruptum. Nam Hieron. commentar. ad 1. eius Prophetæ cap. vno, & quadraginta annis vaticinatum esse ait: præter illud tempus, quando ductus est in Ægyptum, ex Eusebij Chronico ab initio Ieremiæ Prophetia vsque ad euersam Ierusalem colliguntur anni 45.*

De Ieremia.

IEremias Propheta, qui interpretatur excelsus Domini, simplex in loquendo, & ad intelligendum facilis; qui in omnibus dictis, & passionibus suis Redemptoris nostri imaginem prætulit. Hic postquam in typo Christi regna destruxit Diaboli, iustitiaque vel fidei ædificauit imperium, iubetur prophetare super omnes Gentes. Ægyptum videlicet, & Palæstinos. Moab & Ammon, Edom & Damascum, & Cedar, & super regna Assur, necnon super Helam & Babyloniam, inter hæc autem videt virgā vigilantē diuinæ correptionis & potestatis.

Ollam quoque succensam, ideſt, Iudaicā plebem igne carnalium desideriorum ardentē. Aspicit & duos cophinos ficorum in præfiguratione duorum populorum. Descendit & in domum figuli, & videt [a] diminutionē vasis prioris, & noui instaurationē ad designandū defectū prioris populi, & successionē futuri. Sumit etiam calicem supplicij, atque vniuersis gentibus porrigit. Accipit & lumbare sub exemplo populi Iudæorum, atque putrefactum proijcit illud in dispersionem trans flumina gētium. Ostendit & calicem aureum Babylonis, per quem inebriatus est mundus lethifero idolatriæ haustu.

Iubetur & proijcere in Euphratē volumē lapidi alligatum, ad demonstrandum interitū Babylonis, vel figuraliter totius mundi. Increpat etiam delinquentes, & ad conuersionem prouocat.

Ad vltimum plangit ruinā Ierusalem, temporique excidium, & dispersionem gentis; quæque non tantum prænuntiauit, sed etiā præsentia vidit. Exorsus est autem duodecimo anno Iosiæ Regis Iudæo tempore, quo & Olda mulier, Prophetiaque eius perquatuor Reges extensa est, sub Iosia, & Eliacim, & Ioacim & Sedecia, sub quo euersa est Ierusalem. Annis LXXII. & tribus mēsibus prophetauit, excepto illo tempore, quo post euersam Ierusalē in Ægypto cū populo fuit.

a Diminutionem vasis prioris. *Diminutionem pro comminutione dixit, iuxta illud Terentij.* Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis.

De Ezechiele.

EZechiel, qui in Latinum vertitur fortitudo Dei; hic figurans typicè Christum, stat iuxta fluuium seculi, & præclara cōtuetur mysteria.

Cernit similitudinem gloriæ Dei, & quatuor animalia in similitudinem Euangeliorum: & rotas se inuicem continentes in typo testamētorum. Videt & aurigam, id est, Christum, deorsum igne iudicij, sursum electri, id est, diuinitatis fulgore rutilantem. Comedit quoque librum diuinæ legis, in quo scriptum est lamentum pœnitentium, & carmen iustorum, & væ eorum, qui post peccatum pœnitentiam nō egerūt. Dehinc accipit laterem: in quo obsessa Ierusalem pictura describitur, vel in quo sub typo Christi eiusdem Ierusalem, id est, totius Ecclesiæ, quæ est è latere Christi formata mysteria describūtur. Capit & hic Propheta somnium sinistri lateris, in [a] typo mortis peccatorum qui ad læuam positi æterna supplicia sustinebunt: ac demùm à sinistro in dextro latere dormire iubetur propter spem eorū, qui per mutationem morum resurrectionis gloriam obtinebūt. Aspicit interea, & duas virgas sibimet copulatas, in similitudinē circuncisionis, & gentium, siue aquilā sub Nabuchodonosor, velut Antichristi [b] figura, magnis alis, & volucri celeritate totius mundi imperia occupantem.

Plangit præterea sub specie Principis Tyri beatitudinem Diaboli, quā amisit, & ruinam eius magnam cum lamentatione deplorat. Ad vltimum arundinem vel funiculum gestans metitur sub specie sanctorum mysticè Ierusalem.

Inter hæc mystica subijcit quædam moralia: falsos [c] criminatur Prophetas, atq. speculatoribus præcipit, ne reticeant malitiam. Quattuor etiam vltionum pœnas peccatoribus prædicat; animasq. redire ad corpora sua prophetat. Ostēdit quoq. vnumquemq. pro se rationem Domino redditurum: nec in progeniem posse vltra diffundi labem paterni delicti. Obiurgat inter hæc sub Oolla, & Oolliba, omnem turpitudinem Samariæ, & Ierusalem: natiuitatemq. obijcit cōtumeliosam. Sæpè etiam ad pœnitentiam captiuos prouocat populos, & post præuaricationem admonet populum redire conuersum. Hic autem XXXV. ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto in Chaldæa exulans prophetauit: ibique vaticinium [d] consummauit.

a *al.* typum.
b *al.* figuram.
c *al.* comminatur.
d *al.* vaticinium suum.

De Daniele.

DAniel, qui interpretatur iudicium Dei, quiq. etiam de Christo cunctorū manifestior Prophetarum est. Deniq. iste non solùm vēturum prædicauit, vt cæteri, sed etiā & tempus incarnationis, & passionis, per ordinem Regum, & numerum definiuit annorum: ita vt potius non videatur futurū prædicere, sed quasi transacta narrare. Hic autē quattuor regnorum cernit frequētiùs visiones, eorumque differentias sub diuersis imaginibus intromittit. De Antichristo quoq. ostendit, quòd ipse sit cornu pusillum, id est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

paruo tempore regnaturus: & decẽ Regibus subiugatis, solus postremis tẽporibus regnaturus. / De consummatione Ierusalẽ, vel mundi, plura scribit, siue de die iudicij, & regno sanctorum. In fine autem voluminis Prophetiæ suæ Susannæ historiam, [a] & Belis, draconisque fabulas ponit.

Hic autem liber apud Hebræos Hebraicis quidem litteris, sed Chaldaica lingua scriptus est. Prophetauit autẽ in Babylone, quando & Ezechiel.

[a] Et Belis, draconisq. fabulas ponit. *Plerique codices pro fabulis*, fabulam *legebant. Hieronymus tamen prologo in Danielem, vnde hæc Isidorus est mutuatus, Susannæ historiã negat, hymnum trium puerorũ, Belis & draconis fabulas in Hebræo esse. Eodem modo loquitur proœmio commentariorũ ad eundem Prophetam, neque vocis insolentia moueri quis debet, vt credat, Hieronymi, & Isidori testimonio Danielis vaticinium ea parte falsi accusati. Nam fabula, quæ a fando dicitur, vt sit Varro. 5. de lingua Latina, est res passim vulgata, siue vera, siue falsa ait. Itaq. passim ea vox in vtramq. partem accipitur. Origenes homil. 5. in Genes.* Hic iam (*inquit*) refertur famosissima illa fabula Lot. *Euseb. 3. hist. Ecclesiast. c. 23.* Audi fabulam, & non fabulam, sed rem gestam de Iohanne Apostolo. *Hieron. ad Philip. 2.* longum est, *inquit, si* vellem Samsonis fabulã ad Christi trahere sacramentum.

De Osee.

OSee Propheta, qui intelligitur saluãs, in duodecim Prophetis primꝰ: profundior reliquis in sententijs, & [a] operosior intellectu. Iste ad eas tribus, quæ vocãtur Ephraim, & Samaria, domum Ioseph, & Israel loquitur, sed per Ephraim hæreticos arguit, qui recedentes ab Ecclesiæ vnitate, participes facti sunt idolorum.

Per Samariam autem [b] eorumdem hæreticorũ demonstrat figuram: qui [c] præceptorum Dei custodes esse mentiuntur: & sub prætextu veritatis mendacium colunt. Hic historialiter Iudæos [d] in Christo vltimo tempore credituros pronuntiauit. Tertium quoque resurrectionis Dominicę diem prędixit. Prophetauit autem in diebus Oziæ Regis Iuda, siue Ieroboam Regis Israel, quando & Isaias.

[a] *al.* peritior.
[b] *al.* eorum.
[c] *al.* præceptorum Dei Legem custodisse se mentiuntur.
[d] In Christo vltimo tẽpore credituros. *Archaismus est, pro in Christum: vt Æneid. 2.* Talis in hoste fuit Priamo. *Simili libertate dicendi superius dixit*, transmigratum *pro transmigrasse*, inuisi sunt, *pro inuiderunt, & alia, quorum inter rationem, longum esset.*

De Ioele.

IOel Propheta, qui interpretatur incipiens. Iste ad Iudam tantum, & Ierusalem vaticinium proferens, in principio sui voluminis, post voluptuosa conuiuia ad luctum prouocat Ierusalem: excidiumque eius pronũtiat. Prædicat quoque vocationem gentium, & super congregatos credentes superuenturum Spiritum Sanctum. Prophetauit autem sub Ioatham Rege Iuda, quãdo & Micheas.

De Amos.

AMos, qui interpretatur onus, vaticinauit in [a] Samariam & Ierusalem, tria & quatuor scelera gentium sub totius mundi figura describens. Primum itaq. scelus, quia omnes in Adam peccauerunt. Secundum, quia insitam naturæ legem immemores rationis non intellexerunt. Tertium quoque eorum, qui datę Legi non obedierũt. Quartum inexpiabile eorum, qui in Christo non crediderunt, pro quibus sceleribus intonat Dominus ignem, id est, sententiam ęterni iudicij illaturum. Hic autem aduentũ Christi sub Dominica voce ita prædicat. Ego [b] firmans tonitruum, & creans spiritum, & [c] annuntians in hominibus Christum. Reliqua autem, quæ de Amasia & Ieroboam, siue Israel loquitur: tropologicè ad hæreticos sunt referenda. Prophetauit autẽ sub Rege Ozia, eo tempore, quo Osee, & Isaias.

[a] *al.* Samaria.
[b] *al.* formans.
[c] Annuntians in hominibus Christum. *Sic quidam codices correctiores, tres alij legebant*, annuntians in hominibus Christum suum, *vt est in ipso contextu Septuaginta interpretum, & vt legit Aug. 18. de ciuit. Dei, cap. 28. Totus locus ex Amos 4. ver. 13. desumptus est, vbi vulgata editio habet*: Quia ecce formans montes, & creãs vẽtum, & annuntians homini eloquium suum, *nimirũ vt docet Hier. comment. ad eum locum, vbi eius, & nostro tẽporo Hebræi legunt* כוה שהו *Septuaginta legerunt* כשיהו *atque ea fuit variæ interpretationis occasio.*

De Abdia.

ABdias, qui interpretatur, seruus Domini, inter omnes Prophetas breuior numero verborum, sed gratia mysteriorum æqualis. Iste contra Idumæam loquens increpat mysticè superbiam Edom: prioris, videlicet populi audaciam, quod Iacob fratrem suum, id est, Christum ex [a] Hebræorũ stirpe creatũ occi-

occiderit. In monte autem Sion, quæ est Ierusalem, futuram salutem, & sanctum, qui est Christus annuntiat, atq. in monte Esau, per quem figuratur Ecclesia gentium, futurum intonat Domino regnum. Prophetauit sub [b] Iosia Rege Iuda, quando & Michæas.

[a] *al.* eorum.
[b] Prophetauit autem sub Iosia. *Locus est implicatissimus. Hebræi, vt Hyeronymus ait, vtrinq. in eundem Prophetam, sentiunt: hunc esse Abdiam illũ, qui Achab tempore, Prophetas pauit in specubus. Dorotheus in Synopsi eundem tertium ducem quinquagenariam ad Eliam missum ait. Vtrumq. Isidorus ipse sequitur, de vita & morte Sanctor. Hæc si vera sunt non Oziæ tempore vaticinatus est, sed Iosaphat, vt habẽt codices Septimancensis, Laurentianus, & Hispalensis in mẽbranis. Hieronymo in Osee c. 1. Oseas, Isaias, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas οὐσχεδὸν fuerunt. Cum hac opinione conuenit lectio, quæ est in duobus chartaceis Hispalensibus, nempe sub Ozia esse vaticinatum Isidotus ipse Abdiam Micheæ coætaneum, Michæam Sophoniæ facit. Sophonias sub Iosia vaticinatus est, quo tempore Ieremias. Itaq. codices Tarraconensis & Parisiensis Prophetam hunc sub Iosia vaticinatum esse aiunt. Hanc nos lectionem sequuti sumus, tametsi do Ioele ait: paullò superius*: Prophetauit autem sub Ioatham Rege Iuda, quando & Michæas. *Nisi hoc etiam fortassis loco*, Ioatham *legendum sit* Iosia.

De Iona.

IOnas, qui interpretatur columba, tàm sermone quàm naufragio suo passionẽ Christi, mortemque & resurrectionem [a] figurat: siue quod de naui in mare, tãquam de cruce in terram, proiectus est, siue quòd in vẽtre ceti exceptus, tanquã in sepultura terrę tribus diebus, ac noctibus reconditus est, vel quòd in figura Niniue [b] pœnitentiam mundo prædixerit. In sequentibus autem typum gerit Iudæorum, qui salutem gentium, non tantum aduenire noluerunt, sed dum venit, inuisi sunt. Niniue quoque gentium significat speciem. Ionas verò in hoc loco Iudæorum. Nam quemadmodum Niniuitarum salus ad æmulationem prouocauit Ionam, ita redemptio gentium scandalum extitit Iudæorum. Meritò & contra Orientem ciuitatis sedisse legitur sub vmbra hederæ, quia eadem plebs separans se à salute Ecclesiæ, dolore tabida contra Christum, id est, Orientem Ecclesiæ, linguam suam mouere nititur: sedens sub vmbra Legis, quæ vmbra à verme arefacta est: [b] Quia adueniente Christo vetera transierunt, & ecce facta sunt omnia noua. Propheauit [c] autẽ sub Ozia Rege Iuda, quãdo & Osee, & Amos, & Isaias prophetauerunt.

[a] *al.* indicat.

[b] *2. ad Corinth. 5. ver. 17.*
[c] Prophetauit autem sub Ozia. *4. Regum 14. ver. 15. Ieroboam filij Ioas Regis Israel, qui fuit æqualis Oziæ ætate Ionam vixisse constat. Falluntur enim, qui Ionam eum puerum fuisse aiunt, quem Elias ad vitam reuocauit, 4. Reg. 4. Tametsi Dorotheo, Hieronymi, magnorumq. aliorum virorum auctoritate nitantur.*

De Micheæa.

MIchæas Propheta interpretatur: Quis iste? comminatur Samariæ irã Domini ob caussam simulacrorum, interitumq. [a] populo Israel venturum denuntiat. Locum etiam in quo nasceretur Christus, demonstrat. [b] Prophetauit autem sub Iosia, quando & Sophonias.

[a] *al.* populi.
[b] Prophetauit autem sub Iosia, quando & Sophonias. *Alij codices legunt*, sub Ozia. *Neutrum placet, mallem* sub Ezechia: *propter locum Iere. 26. ver. 18.* Michæas de Morasthi fuit Propheta in diebus Ezechiæ Regis Iuda. *Ipse initio suæ prophetiæ ait.* Verbum quod factum est ad Michæam Morasthitem, in diebus Ioatham Achaz, & Ezechiæ, Regum Iuda. *Fortassis ad Iosiæ regnum peruenit, quando Sophoniam vaticinatum esse constat, quem Isidorus Michæa æqualem fecit, Michæam Ioeli, & Abdiæ.*

De Nahum.

NAhum, [a] qui est consolator, simulacra gentium exterminanda pronũtiat, nec non vrbem sanguinũ Ierusalem, post cuius interitum pedes annuntiantis pacem, id est, Saluatoris aduentum proclamat.

[a] Nahum, qui est consolator. *Sic Septimancensis, at Tarraconensis & Hispalensis in membranis*, consolatus, *quæ lectio haud contemnenda est. vocabolum Sader-holam Hebræi asserunt, Iohel, Nahum, & Habacuc vaticinatos esse Manassis tempore, & quoniam improbus erat, subticuisse eius nomen. Hieronymus prologo in duodecim Prophetas*: In quibus autem, ait, tempus non præfertur in titulo, *sub illis eos Regibus prophetasse, sub quibus, & hi, qui ante eos habent titulos prophetauerunt. Quamopinionem, vnde desumpsit Hieronymus, non ieiunio. Isidorus sanè vaticinijs Nahum, & Habacuc nulla tempora designauit.*

De Habacuc.

HAbacuc amplexans, siue luctator fortis in principio voluminis sui describit Diabolum cum membris, ac moribus suis: in fine verò [a] prænuntiat aduentum, passionemque Saluatoris.

[a] *al.* pronuntiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Sophonia.

SOphonias, speculator mysteriorum Domini,& absconden̄s,cernit captiuitatem vrbis Ieruſalem à Romanis futuram: per vocem clamoris à porta piſcium,& per collium contritionem, id eſt,montis Sion, qui eſt collis Ieruſalem, nec non & aliarū gentium euerſionem prædicat, terroremque diuini iudicij intonat. Loquitur etiam contra Moab & Ammon,ſed per ipſos, tanquā finitimi populo Dei, & proximi Catholicis ſacramentis,hæretici arguuntur. Hic tertiū die reſurrectionis Chriſti prophetat: atque in aduentu Chriſti totum orbem ſub vno iugo Domino ſeruiturum annuntiat. Prophetauit autem ſub Ioſia, quando & Ieremias.

De Aggæo.

AGgæus, qui interpretatur ſollemnis. Hic in vaticinij ſui textu templum Domini reſtaurandum præcepit,contritionem prædicat gentium,vel commotionem totius mundi prædicit, ac ſub figura Zorobabel Chriſti vaticinatur aduentū. Septuageſimo autē anno captiuitatis populi prophetauit:duobus tantùm menſibus Zachariam vaticinio ſuo præcedens.

De Zacharia.

ZAcharias, qui nominatur memoria Domini: poſtquam iam Domini [a] patribus prophetauit; vidit virum ſedentem ſuper equū rufum, in figura corporis Chriſti, roſeū ſanguine paſsionis: ſiue myrteta, gentium populum ſignificantia: aſpicit, & cornua quattuor,ſiue fabros in figura gentium, quæ Iudam,& Iſrael diſpergentes, graui pōdere depreſſerunt. Intuetur ſimiliter & Ieſum ſordibus carnis & mortalitate veſtitū, quibus ablatis indutum immortalitate & gloria. Cernit & lapidem, qui eſt Chriſtus, ſeptem habentem oculos,id eſt,ſeptiformis ſpiritus plenitudinem. Inter hæc intuetur torrem & titionem extinctum, id eſt, Diabolum. Candelabrum videt in figura Chriſti cum lucernis ſeptem,quæ ſunt Eccleſiæ: nec non & duas oliuas ad dexteram, & ad ſiniſtram candelabri poſitas,duorum teſtamentorum typum ſignificantes. Aſſumit quoq. idem duas virgas funiculi, & deoris in typo Iudæorum & gentium. Aſpicit deinde duas mulieres, id eſt, hæreticorum plebes,ſiue Iudæorum in alis ſuis leuantes amphoram, id eſt,[b] diabolicam doctrinam, maſſamq. plumbi, quod eſt pondus peccati grauiſsimum, ſiue volumen volans, in quo peccata hominum & ſupplicia deſcribuntur. Videt & quadrigas quattuor vno prædicationis Euangelicæ iugo currentes. Poſt hoc aſpicit equos miſſos ad prædicationem mundi: Primum rufum, paſsione martyrij. Secundum nigrum, ſqualore pœnitentiæ. Tertium albū,candore baptiſmatis. Quartum varium, expoſitione & doctrina fidei. Cernit quoq. & tubas ſanctorum geſtātes figuram, per quas Dominus mundo canit, atq. angulum,in quo duo ex aduerſo populi coniunguntur, ſiue paxillum, figuraliter Chriſtum, infixio in cordibus populorum, deſcribit & paſtorem, Antichriſtum, opus, & intentionem in ſiniſtro habentē. Equum quoq. in figura plebis hæreticorum, & aſcēſorem eius,Diabolum. Prædicat etiam fontem in domo veri Dauid patentem in lauacro regenerationis. Alia quæcumq. ſcribit, aut de aduētu Domini, aut de eius paſsione ſunt,aut de ſeculi fine,ſiue iudicio. Prophetauit autem ſecūdo anno Darij Regis Medorum ijſdem tēporibus,quibus & Aggæus: anno ſeptuageſimo deſolationis templi, & captiuitatis populi.

a *al.* in patrib. b *al.* Diabolum,maſſamq.

De Malachia.

MAlachias, qui interpretatur Angelus [a] Domini,in principio vaticinij ſui demonſtrat odium Iudæorum in Eſau, & dilectionem iunioris populi in Iacob. In ſequentibus autem veteres Iudæorum victimas reprobat. Et ſacrificium transferri ad gentes annuntiat. In [b] fine verò aduentum Domini, diem quoq. iudicij, iuſtorumque præmia, & impiorū pœnas. Iohannē etiam prædicat ante primum aduentum Domini miſſum, & Eliam ante ſecundum aduētum [c] annuntiat eſſe mittendum. Inter hæc nō nulla moralia & diſciplinis congruentia explicat:in quibus corripit populum, ſiue ſacerdotes deſpicientes nomen Domini, arq. eius ſacramenta pollutis oblationibus, & ſacrificijs violantes. Præmonet etiam Epiſcopos [d] doctos, & ſine macula eſſe debere. Et citra

citra perſonarum acceptionem, populos veritatem inſtruere: diſcordes quoque arguit, decimas & primitias [e] reddendas in prædicatoribus à populis Eccleſiæ præcipit. Obiurgat & eos, qui coniuges [f] ſuas deſpiciunt,& aliarum amore nectuntur. Similiter & illos, qui miſeriam ſuam dolentes felicitatem laudant eorū,qui huius mūdi proſperis perfruuntur. Prophetauit autem nouiſsimus in Babylone,quando Aggæus, & Zacharias:

a *al.* Dei.
b *al.* finem.
c *al.* denuntiat.
d *al.* bonos,& ſine crimine.
e reddenda à populis præcipit.
f ſuas deſpiciunt, & aliarum amore nectuntur.

Duo viſpalenſes: poſt hæc verba addunt: Hunc aūt Malachiā Hebræi Eſdrā intelligūt ſacerdotē. Nā & cōplara quæ in hac prophetia ſcribūtur,in eius volumine cōtinētur. *Quæ verba tametſi Hieronym. præfat. in hāc Prophetam, & Auguſt. 20. de ciuit. c. 25. auctoritate defendi poterant, tanquam malè aſſuta, loco mouimus, reiecimuſq; in hunc locum.*

De Eſdra.

ESdras [a] ſcribit populum, expleto captiuitatis tēpore imperante Cyro Rege Perſarum in Ieruſalem fuiſſe reuerſum: ac ſub Zorobabel, & Ieſu filio Ioſedech ſacerdote magno,ſiue Nehemia, muros Ieruſalē, templumque & altare renouatum, ius quoque ſacerdotum reſtitutum,& ſanctæ religionis cultum, multiſq. opibus gentium Principumque Perſarum muneribus perornatum.

a *al.* ſcripſit.

De Machabæis.

MAchabæorum libri, licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab Eccleſia inter diuinorum voluminum annumerantur hiſtorias. Prænotant autē prælia inter Hebræorum duces,genteſque Perſarum,pugnam quoq. Sabbathorum,& nobiles Machabæi triumphos, fœdus quoque amicitiarum cum Romanorum ducibus, actaq. legationum.

De quattuor Euangelijs.

EVangeliorum prædicatio, quāuis [a] quadrifaria ſit, vna eſt tamen: quia ex vno, eodemq. ore diuinitatis proceſsit. Hęc ſunt enim quattuor flumina de vno paradiſi fonte manantia, quæ quadrupli vnione decurrunt,ac per totum mūdum cæleſtis prædicationis miniſtrant fluenta, gratiæ, ac fidei [b] virorem infundunt. Hæc eſt illa in Zacharia quadriga Domini, in qua per omnē orbem euectus leni iugo colla ſibi cunctarum gentium [c] ſubijcit. Hi ſunt etiā & quos ſub quattuor animalium ſpecie viſio prophetalis [d] deſcripſit, id eſt, hominis, leonis, bouis,& aquilæ. Namq. primus,ſcilicet,Matthæus,vt homo,ordinē humanę natiuitatis deſiguat. Secūdus,ſcilicet,Marcus ad inſtar rugientis leonis ſtatim in principio ſui diuinæ poteſtatis fortitudinem intonat. Tertius, ſcilicet, Lucas victimā ſacerdotis præmittens,quaſi [e] vituli mortē inſinuat. Quartus,ſcilicet,Iohannes,more aquilæ aſpectās cælum, terram auidus tranſuolat, atq. natiuitatem verbi occulta myſterij intelligentia penetrat, ſed ex his tria illa animalia, quæ in terra gradiuntur, actualem vitam ſequentes, ea tantūmodo perſequuti ſunt, quæ homo Chriſtus in terris temporaliter geſsit. Quartum autem animal contemplationis acie cæleſtia inſpicit, & pauca operum, plurima diuinitatis ſacramenta digeſsit. & [f] Matthæus itaq. in principio regalem Chriſti ſequens proſapiam,& moralem: tamen deinceps potius diſciplinam ſequutus,pauca ſignorum & plura viuendi præcepta compoſuit. Item Marcus abbreuiator Matthæi,ea,quæ in itinere ad rationem vitæ regendæ docebat Petrus,veloci ſtylo retexuit:gradiens pariter inter Lucā, atq. Matthæum, plura tū ex Matthæo cōmemorat, non tantum verum, ſed & verborum ordinem ſeruans. Lucas verò hiſtoriæ magis ordinem tenens,copioſiùs cæteris geſtorum Chriſti virtutes enuntiat. Ad vltimū Iohannes naturalia explicās tranſuolauit cælos, & Angelos verbumq. Dei reperit:& in principio fuiſſe annuntiauit. Ex his primus & vltimus, ea prædicauerūt, quæ ex ore Chriſti audierunt, vel quæ ab illo facta,vel geſta audierunt. Reliqui medij duo ea tantummodo, quæ ab Apoſtolis cognouerunt: quorum quidem Matthæus Euangeliū in Iudæa primus ſcripſit,deinde Marcus in Italia tertius, Lucas in Achaia, vltimus Iohannes in Aſia. Ex quibus ſolus tantùm Matthæus prædicationis ſuæ hiſtoriam Hebraico perſtrinxit ſtylo. § Reliqui verò

a *al.* quadrifaria ſit, vna eſt tamen: quia ex vno,

verò Græci sermonis eloquio ediderunt. A

a *al.* quadrifariam.
b *al.* rorem *al.* vigorem.
c *al.* subegit, *vel* subiugauit.
d *al.* describit.
e *al.* vitulum.
f Matthæus itaq. *Hæc verba, vsq. ad illud.* Et in principio fuisse annuntiauit, *In duobus Hispalensibus tantùm erant, & suspectæ fidei esse visa sunt, quo circa obelo sunt iugulata, quemadmodum totus ille locus de epistolis* B. *Petri, cui instium est.* In prima autem epistola, *vsq ad extremum Præterea nonnulla alia verba toto opere obelo notata sunt, de quibus vt propria mentio fieret, & singulorum ratio redderetur, non iudicauimus fore necessarium.*
g Reliqui verò Græci sermonis eloquio ediderunt. *Hæc multo commodior opinio est, omnes Euangelistas* B *præter Matthæum Græcè scripsisse, quam quæ nuper prodijt, Marcum Latinè scripsisse, nullo satis idoneo argumento fundata.*

De Epistolis Pauli.

PAulus Apostolus quattuordecim Epistolis prædicationis suæ perstrinxit stylũ. Ex quibus aliquas propter typum septiformis Ecclesiæ septem scripsit Ecclesijs, cõseruans potius, nec excedens numerum sacramẽti propter septiformem sancti Spiritus efficaciam. Scripsit autem ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, [a] ad Thessalonicẽses, ad Hebræos, [b] reliquas verò postmodum singularibus edidit personis, vt rursus ipsum illum septenarium numerum ad sacramentum vnitatis conuerteret. Argumenta autẽ earumdem Epistolarum hæc sunt: Imprimis Romanæ plebis fidem collaudat: Corinthios gemina doctrina castigat: apud Galatas per gratiam fidei excludit opera Legis: Ephesios magnificat in fide, quam acceperũt: laudat Colossenses pro eo quòd in fide [c] perstiterunt: Philippenses Euangelium custodisse gratulatur: Thessalonicenses in prima Epistola, fide creuisse & operibus: in secunda, persecutiones toleràsse fortiter [d] gloriatur. Instruit quoq. per Timotheum, & Titum Ecclesias. Philemonem de emendato seruo Onesimo rogat. Ad vltimum Hebræos, qui in Christo crediderũt, & postmodũ persecutionibus Iudaicis territi à fide recesserunt, confortat, atque ad gratiam Euangelij reuocat.

a Ad Thessalonicenses ad Hebræos. *Hebræos non ponit in numero Ecclesiarũ, quoniam ad eos scribit, vt paullò inferiùs ait, qui à fide recesserunt.*
b *al.* reliquas vero quattuor.
c *al.* steterunt.
d *al.* gratulatur.

De Epistolis B. Petri.

PEtrus Apostolus scripsit duas Epistolas, quæ canonicæ nominantur. Scripsit autem ijs, qui ex circuncisione credentes, in dispersione gentium erant, quæ quidem videntur quibusdam esse planiores: dum tam profundis repletæ sint sensibus, vt per eas, qui possunt perscrutari diuinæ scientiæ sensum, quasi per breue quoddam receptaculum, magnas sententias, & magna sibi mysteria reuelari contueantur. In prima autẽ Epistola, scribit regenerationis potẽtiam, & Prophetas, qui prænuntiauerũt futuram Ecclesiæ in passionibus tolerãtiam. Admonet deinde Pontifices in castitate viuere, &, vt paruulos, sine dolo manere. Demonstrat etiam sanctos, lapides esse viuos, & populũ acquisitionis, & regale sacerdotium. Inter hæc popularibus benè viuendi ordinem instituit: hortatur mulieres subditas esse, cultuq. pretioso non incedere, viros quoq. ad modicum vxoribus adhærere: orationem frequentare, & cum omnibus vnanimiter viuere. Præterea scribit arcæ mysteriũ, siue baptismi sacramentum, per quod homo à mundi actibus liberatur. Imperatq. fidelibus solius diuinæ voluntatis obedire præceptis, nec vltra carnis inseruire desiderijs. Docet etiam clerum, ac populum sibi ministrare vicissim, passionesq. Christi nullum pauescere: & de domo Dei inchoare iudicium: & coronari sanctos, mansuetudinem quoq. & humilitatem alternam, inuicem admonet obseruare, insidiasq. Diaboli omni solicitudine præcauere, adijciẽs omne opus bonum incipientis per Deum ad consummationem perduci.

In secunda autem Epistola alloquitur fideles, in hoc mundo quasi interfectos: atq. exhortatur omnes de peioribus ad meliora transire. Scribit etiam iustorum memorias refouendas, memoratq. Pseudo prophetas vtriusq. testamenti, qui sunt magistri mendacij. Deinde infert diluuij exemplum ad signandum interitum impiorum: & eorum, qui [a] voluptatibus peccatorũ iniecti, serui corruptionis effecti sunt. Scribit etiã abundare nouissimis tẽporibus derisores, & apud Deum mille annos vnum diem habeti prædicat. Inter hæc resurrectionem elementorum, nouitatemque cæli, & terræ. Ad extremum de Epistolis Pauli loquitur, quas cum quidam indocti non intelligunt, prauo eas sensu euertunt.

a *forte* voluptatibus peccatorum illecti.

De Epistola B. Iacobi.

IAcobus frater Domini scripsit vnam Epistolam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem, cuius sententiæ immensam scientiæ claritatẽ legentibus videtur infundere.

De Epistolis B. Iohannis.

IOhannes Apostolus tres scripsit Epistolas: quarum prima, officium charitatis cõmendans, tota in amore Dei, & fraterna dilectione versatur.

Secunda quoque, quam Electæ Dominæ scripsit, dilectionis hortatur studium: denotat etiam seductores, & ab hæreticis admonet declinandum.

Tertiam autem Caio scribit: in qua collaudat eum in studio veritatis, & opere misericordiæ: deinde denotat proteruiã cuiusdam Diotrepis, & Demetrio testimonium perhibet veritatis.

a Secunda, quoq. quam Electæ Dominæ scripsit. *Primam Iohannis Epistolam ad Parthos scriptam esse Higinus in sua Epistola decretali, & Augustinus 2. quæst. Euangel. q. 39. affirmant.* Cassiodorus *lib. de diuin. lectio. cap. 14. ait:* Epistola Petri ad Gentes Iudæ, Iacobi, & Iohãnis ad Parthos.

De Epistola Sancti Iudæ Apostoli.

IVdæ Epistola increpat blasphemantes in Christo, & quosdam impudicos sub exẽplo impiorum, qui per superbiam & luxuriam sempiternis ardoribus traditi sunt, pro quibus admonet Ecclesiam, vt eos arguat, & ad pœnitentiam cohortetur.

De actibus Apostolorum.

APostolorum historia nascentis Ecclesiæ fidem, opusque describit, cuius quidem scriptor Lucas Euangelista monstratur. Continet autem ea, quæ in Iudæa vel gentibus per gratiam Spiritus Sancti, tam à Petro, quàm ab alijs Apostolis, & specialiter à Paulo operata, vel gesta sunt.

De Apocalypsi.

IOhannes, postquam scribere septem iubetur Ecclesijs, aspicit filium hominis sedentem in throno & viginti quattuor seniores, & quattuor animalia [a] procedentia ante thronum, in dextera quoq. sedentis librum septem sigillis signatum, in quo bellũ, egestas, mors, clamor interfectorum, finis quoq. mũdi notatur, & seculi. Describit deinde duodena millia seruorũ Dei, qui signãtur in frõtibus, ibi septẽ Angeli tubis canunt sequẽti grãdine & igne cũ sanguine in terra. Tertia quoq. pars terræ ibi comburitur, & tertia pars maris sanguis efficitur: astraque ipsa rutilantia, tertiam fulgoris partẽ amittunt: ibi de fumo putei locustæ producuntur Dæmoniorum accipientes potestatem lædendi, qui non sunt agni cruore signati. Præterea comedit Euangelista librũ Testamenti oris prædicatione suauissimum, & operis difficultate amarum. Metiturq. cæleste templum, describitque verba viginti quattuor seniorum, & arcam Testamenti, ac mulierem amictam sole, pugnamque in cælis Michaelis cum dracone, ruinamque draconis. Conspicit præterea & Antichristi figuram habentem capita regni septem, & cornua potestatis, & numerum nominis. Narrat inter hæc & canticum Testamenti nouum, speculaturque Angelos gestantes [b] pateras, cernitq. similiter interitũ bestiæ, & beatitudinem eorum, qui corporis sui vestimenta absq. carnis voluptate munda seruauerunt. Exequitur deinde interitum meretricis Babyloniæ, & nuptias agni, aduentum iudicij, interitumq. Antichristi, & sempiternam punitionem Diaboli. Ad vltimum memorat resurrectionẽ mortuorum, cæliq. nouitatem & terræ, descriptionemq. Ierusalem, flumen etiam baptismi mũdum, lignumque vitæ Dominum Iesum Christum.

a *al.* procidentia.
b *al.* phialas, *alij* citharas.

DIVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. DE ECCLESIASTICIS OFFICIIS, LIB. I.

De origine officiorum.

1. pet. 3. 391.

Domno meo & Dei seruo Fulgentio Episcopo, Isidorus.

A

QVÆRIS à me originem officiorũ, quorum magisterio in Ecclesijs erudimur, vt quibus sint inuenta auctoribus, breuibus cognoscas indicijs. Itaque, vt voluisti, libellum de origine officiorum misi ordinatum ex scriptis vetustissimis auctorum, vt locus obtulit, commentatũ: in quo pleraque meo stylo elicui, nonnulla verò, ita vt a pud ipsos erant, admiscui. Quo faciliùs lectio de singulis fidei auctoritatem teneret. Si qua tamen ex his displicuerint, erroribus meis paratior venia erit, quia non sunt referenda ad culpæ meę titulum, de quibus testificatio adhibetur auctorum.

B

PRÆFATIO.

EA, quæ in officijs Ecclesiasticis celebrantur, partim sanctarum Scripturarum auctoritate, partim Apostolica traditione, vel consuetudine vniuersalis Ecclesiæ statuta reperiuntur. Quorum quidem primordia repetentes, à quibus exorta fuerint (vt prædiximus) auctoribus referamus.

C

De Ecclesia, & vocabulo Christianorum. CAP. I.

PRIMVM à sancto Petro Ecclesia in Antiochia est fundata, ibiq. primùm nomen Christianorũ per eius est prædicationem exortũ, sicut actus Apostolorum testantur. Vocantur autẽ Christiani deriuato vocabulo ex nomine Christi. Nam sicut ex Iudæ nomine vocabulum traxerũt Iudæi, à quo in illa gente regiæ stirpis dignitas claruit: ita à Christo Christianæ genti nomen inhæsit. [a] Cuius & in gentibus & in Iudæis prærogatiua est dignitas potestatis. [b] Ecclesia aũt vocatur propriè, propter quod oẽs ad se vocet, & in vnum cõgreget. Catholica autem ideo dicitur, quia per vniuersum mundum est constituta: vel quoniam Catholica, hoc est, generalis in ea doctrina est, ad instructionem hominum de visibilibus atque inuisibilibus, cælestium, ac terrestriũ: vel propter quod omne hominum genus trahit ad se ad pietatis subiectionem, tam principũ, quàm etiam qui principantur, oratorum, & idiotarũ: vel propter quod generaliter curat omnium peccata, quæ per corpus & animam perficiuntur.

[a] Cuius & in gentibus & in Iudæis prærogatiua est dignitas potestatis. *Ita vterq. m.s. quod ferri posse video. Sic enim apud Ciceronem* prærogatiua centuria, & prærogatiuum omen comitiorum, *& apud Cyprianum lib. 5. ep. 13.* prærogatiua communicatio *legitur. Sed vereor, ne vox* dignitas *interpretatio fuerit* prærogatiuæ, *alienaq. sit: Ambros. lib. de Noe & arc. c. 24.* Hæc prærogatiua potestatis in cæteris animantib. videtur hominib. attributa & in superiorib. partib. *Et in lib. de Incarn. Dñicæ sacram. c. 19.* Vident igitur in verbis prærogatiuam quãdam potestatis esse: Nisi quis prærogatiuam dignitatis, & potestatis *malit, quòd est aliquanto plenius.* Neq. solis sacerdotib. prærogatiua est dignitatis, *ait auctor libri de cardinalib. operib. Christi apud Cyprianum.*

[b] Ecclesia autem &c. *Omnia vsq. ad finem capitis sunt verba Cyrilli Ierosolymitani Cateches. 18. ex veteri interpretatione.*

De templis. CAP. II.

TAbernaculũ Moyses legislator primum Domino condidit. Salomon deinde templum [a] prudentia peritus instituit. Nostrorum post hæc temporũ fides in toto mundo Christi [b] altaria consecrauit.

[a] Prudẽtia peritus. *Ita vterq. m.s.* prudentiam petiturus *impress.*

[b] Christi altaria. *al.* atria.

De

De Choris. CAP. III.

CHoros idem Moyses post transitum Rubri maris primus instituit, & vtrumq. sexum, distinctis classibus, se ac sorore præeunte, canere Domino in choris carmen triumphale perdocuit. [a] Chorum autem ab imagine factus coronæ, & ex eo ita vocatus. Vnde & Ecclesiasticus liber scribit: stantem sacerdotem ante aram, & in circuitu eius coronas fratrum. Chorus enim propriè multitudo canentium est, quiq. [b] apud Iudæos nõ minus à decem constat canentibus, apud nos autem incerto numero à paucioribus plurimisue finevllo discrimine constat.

[a] Chorus ab imag. fact. *Idem lib. 6. etymolog. c. vltim. At Plato 2. de legib. ἀπὸ τῆς χαρᾶς chorum duci maluit.*

[b] Apud Iudæos non minus à decem. *Homos est in eo habitus Decalogo. Nam & psalterio propterea decachordo sunt vsi, cum apud alios nouem tantùm chordis constitisse dicat Athenæus. Sola quoq. decem instrumenta agnoscunt recentiores Hebræi ad hymnor. modulationem. Quod autẽ non minus à decem dixit: eodem modo locutus est lib. 3. etymolog. c. 3. & sæpè alias, neq. id sine exemplo, vt eo loco ostẽsum est.*

De Canticis. CAP. IIII.

CAnticum idem tunc Moyses primus inuexit quando percussa Ægypto decem plagis, & Pharaone submerso cum populis per insueta maris itinera ad desertum gratulabundus egressus est, dicens: Cantemus Domino, glorioſè enim honorificatus est. Deinde Debora non ignobilis fœmina in libro Iudicum hoc ministerio functa reperitur. Postea multos non solùm viros, sed etiam fœminas spiritu diuino completas Dei ceciniſſe mysteria. [a] Canticum autem est vox hominis: psalmus autem qui canitur ad psalteriũ.

[a] Canticum autem est vox hom. *Ruffinus (siue Hilarius) in prologo psalmor.* psalmus est cũ cessante voce, pulsus tantum organi canentis auditur. Canticum est, cum cãtantium chorus libertate sua vtens, neq. in consonum organi astrictus obsequium, hymno canoræ tantùm vocis exultat. Psalmus autem cantici est, cũ organo præcinẽte, subsequens & æmula organo vox chori cantantis auditur, modum psalterij vocis imitata. Canticum vero psalmi est, cum choro ante cantante, humanæ cantationis hymno ars organi consonantis aptatur, vociſque modulis præcinentis pari psalterio suauitate modulatur.

De Psalmis. CAP. V.

PSallere vsum esse primum post Moysen Dauid prophetam in magno mysterio prodit Ecclesia. Hic enim à pueritia in hoc munus specialiter à Domino electus, & [a] cantorum princeps, psalmorumq. thesaurus esse promeruit, cuius psalterium idcirco cum melodia cantilenarum suauium ab Ecclesia frequentatur, quo faciliùs animi ad compunctionem flectãtur. Primitiua autem Ecclesia ita psallebat, vt modico flexu vocis faceret resonare psallentem, ita vt pronuntianti vicinior esset, quàm canenti. Propter carnales autem in Ecclesia, non propter spirituales consuetudo cantandi est instituta: vt, qui verbis non compunguntur, suauitate modulaminis moueantur. Sic nanq. & beatissimus Augustinus in libro Confessionum suarum consuetudinem canendi adprobat in Ecclesia, vt per oblectamentum, inquit, aurium, in firmior animus [b] ad affectũ pietatis exurgat. Nam in ipsis sanctis dictis religiosis & ardentiùs mouentur animi nostri ad flãmam pietatis, cum cantatur, quã si non cantetur. Omnes enim affectus nostri, pro sonorum diuersitate, vel nouitate, nescio qua occulta familiaritate excitantur magis cum suaui, & artificiosa voce cantatur.

[a] Cantorum princeps. *Ex Roman. edit.* cunctorum princeps *Gotth.*

[b] Ad affectum pietatis exurgat. In effectum pietatis assurgat, *apud August.*

De Hymnis. CAP. VI.

HYmnos [a] primum eundem Dauid prophetam condidisse, ac ceciniſſe, manifestum est, deinde & alios prophetas. Postea quidem & tres pueri in fornacem positi cõuocata omni creatura creatori omniũ hymnum canentes dixerunt. Itaq. [b] & in hymnis, & in psalmis canendis non solùm Prophetarum, sed etiam ipsius Domini, & Apostolorum habemus exemplum, & præcepta de hac re vtilia ad mouẽdum piè animum, & ad inflammandum diuinę dilectionis affectum. Sunt autem diuini hymni, sunt & ingenio humano compositi. Hilarius autem Gallus episcopus Pictauiensis eloquẽtia cõspicuus hymnorũ catmine floruit primus. Post quem Ambrosius episcopus vir magnæ gloriæ in Christo, & in Ecclesia clarissimus doctor, copiosus in huiusmodi carmine claruisse cognoscitur, atq. [c] ijdẽ hymni ex eius nomine Ambrosiani vocantur. [d] quia eius tempore primum in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperũt, cuius celebritatis deuotio dehinc per totius occidentis Ecclesias obseruatur. [e] Carmina autem quæcunq. in laudem Dei dicuntur, hymni vocantur.

[a] Hymnos primũ eund. Dauid. *Nam librũ psalmorũ eund. hymnor. & soliloquiorũ vocari ait Ruffinus.*

[b] In hymnis & psal. *vsq. ad exẽpl. Legũtur hæc Cõcil. 4. Tolet. c. 12. & apud Gratian. de consec. d. 1. c.* de hymn.

ce [c] Quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

d Quia eius tempore in Eccles. Mediolan. *Augustinus* IX *confess. c. 6.* & *7.* Non longè cœperat Mediolanensis Ecclesia hoc genus consolationis, & exhortationis celebrare magno studio fratrum cõcinentium vocibus, & cordib. Nimirum annus erat, aut non multo amplius, &c.

e Carmina autem quæcunq. in laudem Dei dicuntur. *Canuntur mallem. Id enim omnino exigit hymni ratio Ruffino & Augustino auctoribus, sic enim ille:* Hymni sunt cantus laudem Dei continentes. Si sit laus, & non sit Dei, non est hymnus. Si sit laus Dei, & non cantetur, non est hymnus. Oportet ergo, vt si sit hymnus, habeat hæc tria, & laudem, & Dei, & canticum. *Eadem Aug. in ps. 72. totidem, aut pluribus etiam verbis. Quæ etiam relata sunt in* VI. *etymolog.*

De Antiphonis. Cap. VII.

ANtiphonas[a] Græci primi composuerũt duobus choris alternatim concinẽtibus, quasi duo Seraphim, duoq. Testamenta inuicem sibi conclamantia. Apud Latinos autẽ primus idem beatissimus Ambrosius antiphonas[b] cõstituit, Græcorum exemplum imitatus. Ex hinc in cunctis occiduis regionibus earum vsus increbuit.

a Antiphonas Græci. *Vid. Paulin. Sigebert. & Rodulph. apud Pamelium lib. 1. Liturg.*

b Instituit. *Al.* constituit.

De Precibus. Cap. VIII.

PRecibus Dominum deprecari Christus nobis & cõposuit, & constituit. Cum ergo quærerent supplicare Apostoli Deo, & nescirẽt quomodo precarentur, dixerũt Christo: Dñe doce nos orare, id est, compone nobis preces. Statim Dñs[a] de libro iuris cælestis docuit, quomodo orarent, vel quomodo Deum impetrarent. Ex hoc perducta consuetudo Ecclesiæ Deum precibus exposcere contra ægritudines animæ, & vti precibus ad instar earum, quas constituit Christus, quasq. primi Græci cœperunt componere, quibus Domino supplicarent.

a De libro iuris celestis. *Laboramus, vt verba auctori suo redderemus. Nam, quin Isidoro antiquiora sint, non dubitamus. Tertulliani, aut Cypriani visa sunt aliquando. Nunc magis adduci mur, vt Augustini esse credamus. Is enim ep. 118. ad Ianuarium c. 4.* Non enim mihi, *inquit*, de libro Dei hæc recitaturus est. *Nam proximũ videtur, vt Christus Dominus de iuris celestis libro recitet.*

De Responsorijs. Cap. IX.

REsponsoria[a] ab Italis longo ante tempore sunt reperta, & vocata hoc nomine, quòd vno canente,[b] chorus consonando respondeat. Antea autem id solus quisque agebat: nunc interdũ vnus, interdũ duo, vel tres communiter canunt, choro in plurimis respondente.

a Responsoria ab Italis. *Idem 6. etymolog. nisi quòd illic* Responsorios *dicit, vt in regul. monach. c. de offic.*

b Chorus consonando. *Nempe idem respondendo. Sic enim in etymologijs* quod vno canente chorus id respondeat.

De Lectionibus. Cap. X.

LEctiones pronũtiare antiquæ institutionis esse Iudæorũ traditio docet. Nam & ipsi legitimis, præfinitisq. diebus ex Lege & Prophetis lectione in Synagogis vtuntur, & hoc de veteri patrũ institutione seruãtes. Est autẽ lectio non parua audientiũ ædificatio. Vnde oportet, vt quando psallitur, psallatur ab omnibus: cùm oratur, oretur ab omnibus: a cũ lectio legitur, facto silẽtio, æquè audiatur à cunctis. Nam & si tunc superueniat quisq. cum lectio celebratur, adoret tãtùm Dñm & præsignata fronte aurẽ sollicitè accõmodet. Patet tempus orandi, cum omnes oramus: patet cum volueris orare priuatim: obtentu orationis ne perdideris lectionem. Quia non semper eam quilibet paratã potest habere, cum orandi potestas in prõptu sit, nec putes paruã nasci vtilitatẽ ex lectionis auditu. Siquidem oratio ipsa fit pinguior, dum mens recenti lectione saginata, per diuinarum rerũ, quas nuper audiuit, imagines currit. Nam & Maria soror Marthæ, quæ sedens ad pedes Iesu, sorore neglecta, verbum intentiùs audiebat, bonam partem sibi elegisse Dñi voce firmatur. Ideò & Diaconus clara voce silentiũ admonet: vt, siue dũ psallitur, siue dũ lectio pronũtiatur, ab omnibus vnitas conseruetur: vt quod omnibus prædicatur, æqualiter ab omnibus audiatur.

a Cum lectio legitur facto silẽtio. *Ambros. in proœm. psalt.* Quantum laboratur in Ecclesia, vt fiat silentium, cum lectiones leguntur?

De libris Testamentorũ. Cap. XI.

PRonuntiantur autẽ lectiones in Christi Ecclesijs de scripturis sanctis. Cõstat aũt eadem sacra Scriptura ex Veteri Lege, & Noua. Vetus Lex illa est, quæ data est primum Iudæis per Moysen, & Prophetas: quæ dicitur Vetus Testamentum. a Testamentum autem dicitur, quia idoneis testibus, vtiq. à prophetis, scriptum est, atq. signatum. Noua verò lex est Euangelium, quod dicitur Nouũ Testamentũ, quod per ipsum filium Dei Christum, & per suos Apostolos dedit. Illa lex vetus velut radix est, hæc noua, velut fructus ex radice, ex lege enim venitur ad Euãgelium. Siquidem Christus, qui hic manifestatus est, ante in lege prædictus est. Immò ipse locutus est in prophetis, sicut scriptum est: qui loquebar ecce adsum, Legem quidem præmittens, velut infantibus pędagogum, Euangelium verò perfectũ vitæ magisterium iam adultis omnibus præstans. Ideo in illa operantibus bona terræ promittebantur, hic vero sub gratia ex fide viuentibus regnum cæleste tribuitur. Euãgelium autem dicitur bonum nũtium, & re vera bonum nũtium, vt, qui susceperint, filij Dei vocentur. Hi sunt autẽ libri Veteris Testamẽti, quos ob amorem doctrinæ, & pietatis, legendos, recipiendosq. Ecclesiarum principes tradiderunt.

Primùm nãq. Legis, id est, Moysi libri quinque sunt. Genes. Exodus, Leuiticus, Numeri. Deuteronomium. Hos sequuntur historici libri sedecim, Iesu Naue scilicet, & Iudicum libri singuli, siue Ruth, Regũ etiã libri quattuor, Paralipomenon duo, Esdræ duo, Tobiæ quoq. & Ester, & Iudith singuli, & duo Machabæorũ. Super hos prophetici libri sedecim: sunt Isaias, Ieremias & Ezechiel & Daniel, libri singuli: duodecim quoq. prophetarum libri singuli, & hæc quidem prophetica sunt. b Post hęc versuum octo libri habentur, qui diuerso apud Hebræos metro scribuntur, id est, Iob liber, & Psalmorum, & Prouerbiorum, & Ecclesiastes, & Cantica Canticorum, liber Sapiẽtię & Ecclesiasticus, Lamẽtationesq. Ieremiæ, sicq. complentur libri Veteris Testamẽti quadraginta quinq. Noui autem Testamẽti, primum quattuor Euãgelia sunt Matthæi, Marci, Lucæ, & Iohannis. Hos quattuordecim Pauli Apostoli epistolæ sequũtur. Quibus etiã subiunctæ sunt septem Catholicæ epistolæ, Iacobi, Petri, Iohãnis & Iudę, Actus quoq. duodecim Apostolorum, quorum omnium signaculum est Apocalypsis Iohãnis, quod est reuelatio Iesu Christi, qui omnes libros & tempore cõcludit, & ordine. Hi sunt libri canonici septuaginta duo, & ob hoc Moyses elegit presbyteros, qui prophetarent. Ob hoc & Iesus Dominus noster septuaginta duos discipulos prædicare mandauit. c Et quoniam septuaginta duæ linguæ in hoc mũdo erant diffusæ, congruè

A pronidit Spiritus Sanctus, vt tot libri essent, quot nationes, quibus populi ad percipiendam fidei gratiam ædificarentur.

a Testamentum autem dicitur, quia idoneis testibus *Verecundior notatio, quam si Testamentum a testatoris monumento, aut testes à testamento deduxisset, quod vtrumque fecit* 5. *etymolog.*

b Post hæc versuum octo libri. *Quinque tantùm priores recensct Cyrill. Catech.* 4. & *Sapientiam Hebraicè scriptam reperisse se negat Hieronymus. At Isidorus non sua, sed aliena, nunc suis, nunc aliorum verbis se tradere in his libris præ se fert. Dicet autem paullò post ex Sapientis cuiusdam testimonio, librum hunc ab Hebræis aliquando receptum, postea reiectum.*

c Quoniam LXXII linguæ. *Clem. Alexand. Stromat. lib. 1. Ab Ephoro & scriptoribus aliis* LXXV. *tum gentes, tum linguas prodi, ex Moysi verbis,* Erant autem omnes animæ ex Iacob LXXV. quæ descenderũt in Ægyptum. *Sed linguas dialectósue videri* LXXII. *planè fuisse, vt nostra tradunt scripturæ. Quod se etiam colligere tradunt Hebræi, è familiar. numero. totidem namque censeri Genes. c.* 10.

De scriptoribus sacrorum librorum. Cap. XII.

VEteris aũt Testamẽti, secundũ Hebræorũ traditionẽ hi scriptores habẽtur: primus Moyses scripsit Pentateuchum, Iesus Naue edidit librum suum. Iudicum autem, & Ruth & a Samuelis primam partem conscripsit Samuel: sequentia Samuelis vsq. ad calcem scripsit Dauid. b Malachim autem in commune totum edidit Ieremias. Nã antea sparsus erat per singulorum regum historias. Iob librũ Hebræi Moysen scripsisse putant, alij vnum ex prophetis. c Psalterium vero scripserũt decem Prophetæ, id est, Moyses, Dauid, Salomon, Asaph, Etham, Idithum, & Eman, & filij Core, id est, Asir, Elcana, Abiasaph. Sunt qui & Esdram, & Aggæum, & Zachariam scripsisse dicant. Salomon scripsit Prouerbia, Ecclesiastem, & Cantica Canticorum. Isaias scripsit librũ suum, Ieremias librum suum cum lamentationibus eius. d Viri Synagogæ sapientes scripserunt Ezechielen, duodecim Prophetas Danielem, & Paralipomenon & Ester. Esdras scripsit librum suum. Omnes autem hos libros idem Esdras Propheta scriba post incensam legẽ à Chaldæis: dum Iudæi regressi fuissent in Ierusalem, diuino afflatus spiritu reparauit. Cunctaque prophetarũ volumina, quæ fuerant à gentibus corrupta, correxit: totumq. testamentũ in XXII. libros constituit: vt tot libri essent in Lege, quot habẽtur &

Universidad de Deusto
Biblioteca

litteræ [c] Primam post Esdram editionem de Hebræo in Græcũ LXX. interpretes ediderũt sub Ptolęmeo Ægyptio Rege, successore Alexandri, qui in legẽdo studiosus fuit, omniumq. libros gentiũ congregauit. Iste enim ab Eleazaro, qui erat princeps sacerdotũ multa don a mittẽs ad tẽplũ, petijt, vt seni de duodecim tribubus Israel transmit, terentur, qui interpretarẽtur omnes libros. Et, vt fidem interpretationis aduerteret, singulis eorum, qui fuerant destinati, singulas cellulas dedit, & assignans omnibus omnes scripturas, iussit interpretari. Qui, cùm per septuaginta dies istius rei negotium adimplessent: omnium simul interpretationes, quas per diuersas cellulas segregati, nullo ad vllũ propinquante fecerunt, cõgregauit in vnum. Atq. ita omnes libri interpretati per Spiritum Sanctũ inuenti sunt, vt non solum in intellectu, verum etiam in sermonibus consonantes inuenirentur. Hæc fuit prima interpretatio vera, ac diuina. Hos libros meditari omniũ gentiũ Ecclesiæ primùm cœperunt, eosdemq. de Græco in Latinũ interpretantes primi Ecclesiarũ prouisores tradiderũt. Post hæc secundã editionẽ Aquila, tertiam & quartam Theodotion, & Symmachus ediderunt, ambo Iudæi proselyti. Quintam verò & sextam editionẽ Origenes reperit, & cũ cæteris supradictis editionibus comparauit. Hi sunt itaq. tantùm, qui scripturas sacras de Hebræo in Græcũ verterunt. Qui etiam & numerantur. Nam Latinorum interpretum, qui de Græco in nostrum eloquium trãstulerunt, ([f] vt meminit sanctus Augustinus) infinitus numerus. Si cui enim (inquit) primis fidei tẽporibus ad manus venit codex Græcus, atq. aliquãtulũ sibi vtriusq. linguæ peritiã sumpsit: ausus est statim interpretari, atq. inde accidit, tam innumerabiles apud Latinos extitisse interpretes. De Hebræo autẽ in Latinũ eloquiũ tãtummodo Hieronymus presbyter sacras scripturas cõuertit. Cuius editione generaliter omnes Ecclesiæ vsquequaq. vtuntur, pro eo quòd veracior sit in sententijs, & clarior in verbis. Librũ sapientiæ Salomon scripsisse probatur testimonijs illius, quibus ibi legitur: Tu me (inquit) elegisti regem populo tuo, & dixisti, vt ædificarem templũ in nomine sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ. Hoc opus Hebræi (vt quidã sapientiũ meminit) inter canonicas scripturas recipiebant. Sed postquam cõprehẽdentes Christũ interfecerunt, memorãtes in eodẽ libro tam euidentissima de Christo testimonia, quibus dicitur: Dixerũt inter se impij, cõprehẽdamus iustũ, quia inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & promittit Dei scientiã se habere, & filium Dei se nominat. Et infra: Si enim verè est filius Dei, suscipiet illum, & liberabit eum de manu contrariorum. Ac deinde, vt sciamus reuerẽtiã illius, & probemus patientiã eius, morte turpissima condẽnemus eum: Collatione facta, ne nostri eis pro tam aperto sacrilegio derogarent, à propheticis eum voluminibus reciderunt, legendum q. suis prohibuerunt. Librũ autem Ecclesiasticũ composuit Iesus filius Sirach Hierosolymitani nepos Iesu sacerdotis, de quo meminit Zacharias, qui liber apud Latinos propter eloquij similitudinẽ Salomonis titulo prænotatur. Pręterea Iudith, & Tobię siue Machabęorũ libros, qui auctores scripserunt, minimè constat. In Nouo autẽ Testamẽto quattuor libros Euangeliorum, quattuor Euangelistæ singulos scripserunt, quorum solus Matthæus Hebræo scripsisse perhibetur eloquio, cæteri Græco. Paulus Apostolus suas scripsit Epistolas, ex quibus nouẽ septẽ Ecclesijs destinauit, reliquas discipulis suis misit, Timotheo, Tito, & Philemoni. [g] Ad Hebræos autem epistolam, plerisq. Latinis eius esse incertum est propter dissonantiam sermonis. Eandemq. alij Barnabam conscripsisse, alij à Clemente scriptam fuisse suspicantur. Petrus scripsit duas nomine suo epistolas, quæ Catholicæ nominantur: quarum secunda à quibusdam eius esse nõ creditur, propter stili sermonisq. distantiam. Iacobus suam scripsit epistolã. Quæ & ipsa à nõnullis eius esse negatur, sed sub nomine eius ab alio dictata existimatur. Iohannis epistolas tres idẽ Iohãnes edidit, quarũ prima tantùm à quibusdam eius esse asseritur, reliquæ duæ Iohannis cuiusdã presbyteri existimantur, cuius iuxta Hieronymi sententiã alterũ sepulcrum apud Ephesum demõstratur Iudas suã edidit epistolã. Actus Apostolorũ Lucas cõposuit, sicut audiuit, vel vidit. Apocalypsin Iohãnes Euãgelista scripsit eodẽ tẽpore, quo ob Euangelij prædicationẽ in insulã Pathmos traditur relegatus. Hi sunt scriptores sacrorũ librorũ, diuina inspiratione loquẽtes, atq. ad eruditionẽ nostrã præcepta cælestia dispensantes. Auctor autẽ earũdem scripturarum Spiritus sanctus esse creditur. Ipse enim

enim scripsit, qui per prophetas suos scribenda dictauit. Iam tibi post psalmorũ originem atque hymnorum, post sanctorum etiam librorum numerũ, postulata sequentia prænotabo.

[a] Et Samuelis primam partem. *Idem sensit Diodorus, qui Samuelis 9. verba illa.* Nam videtẽ vocabat populus, qui nunc propheta dicitur, *non ipsius Samuelis, sed eius, qui Samuelis scripta collegit, verba fuisse vult. Isidoro sat fuit monuisse, non se de suo, sed de Hebraor. sensu, & traditione loqui.*

[b] Malachim totum edidit Ieremias. *Nihilo id certius.*

[c] Psalterium vero scripserũt decem. *ij scilicet quorum nomina in psalmor. titulis præscribuntur. Id verò persuadere alicui fortasse possent, nisi Adamo, & Melchisedecho suos etiam psalmos assignarent, illi nonagesimum primum, huic centesimum nonum.*

[d] Viri synagogæ sapientes scripserunt Ezech. & Hest. *Fabellæ iudeor.*

[e] Primam post Esdram. *Quæ de LXX. interpretum editione refert, vsq. ad verbum* inuenirentur, *leguntur in Cyrilli Catechesi 4. Eademq. Iustinus, Irenæus, Augustinus, Philo, atq. alij prodidere. Sed ridet Hieronymus quæ de cellulis referuntur. Neq. huic, neq. illis nostror. Theologorum studia desunt. Nec minore contentione de ea quoq. re dissident, omnesne veteris Testamenti, an soli quinq. Moysi libri ab illis sint conuersi.*

[f] Vt meminit S. Augustinus. *Lib. 2. de doct. Christ. c. 11. idem in nouo Testamento accidisse ait Hieronymus Ep. 123. ad Damasum, tot pæne fuisse exemplaria, quot codices.*

[g] Ad Hebræos autem epist. *Ex Hieronymi catalogo. At nunc dubitandi nullus relictus locus post concilior. sequentium decreta. Quæ de Petri, Iacobi, & Iohãnis epistolis dicũtur, ex eodem sunt catalogo. De Apocalypsi, quoniam etiam ante Hieronymi ætatem recepta fuerat, neglexisse videtur Isidorus eos, qui illam suo tempore non reciperent, contra quos est Concilij Toletani IV. canon. 16.*

De Laudibus. CAP. XIII.

LAudes, [a] hoc est, Alleluia canere, canticum est Hebræorum, cuius expositio duorum verborum interpretatione consistit, hoc est, laus Dei, de cuius mysterio Iohannes in Apocalypsi refert spiritu reuelante vidisse & audisse vocem cælestis exercitus Augelorum, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem validorum tonitruum dicentium Alleluia. Ex quo nullus debet ambigere hoc laudis mysterio, si digna fide & deuotione celebretur, Angelis esse coniunctum. Alleluia autem, sicut & Amen, de Hebræa in Latinam linguam nequaquam transfertur, non quia interpretari minimè queant, sed, sicut aiunt Doctores, seruatur in eis antiquitas propter sanctiorem auctoritatem. [b] In Africanis autem regionibus non omni tempore, sed tãtum Dominicis diebus, & quinquaginta post resurrectionem Domini Alleluia cantatur, pro significatione futuræ resurrectionis, & lætitiæ. Verumtamen apud nos secundum antiquam Hispaniarum traditionem præter dies ieiuniorũ, vel Quadragesimæ omni tempore cantatur Alleluia, scriptum est enim, semper laus eius in ore meo. Quòd verò post consummatã psalmorum, siue lectionum prædicationem, Alleluia in fine cantatur: hoc in spe futura facit Ecclesia: significans post annuntiationẽ regni cælorum, quæ in hac vita per vtrumque testamentum mundo prædicatur, actionem nostram, non esse futuram nisi in laudem Dei, sicut scriptum est: Beati qui habitãt in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Hinc est, quòd & liber psalmorũ in laude concluditur, vt eadem post finem seculi laus æterna monstretur.

[a] Laudes. *Quid Laudes appellet, & ipse satis superq. declarat: & cuiuis ex concilio IV. Tolet magis adhuc constare poterit. Vt mirum sit tam manifesta in luce quantas sibi ipse tenebras offuderit, qui magno negotio contenderit, vt hæc, plurium capitum inuerso ordine, post caput de Matutinis collocaret. Cum neq. quid Laudes, neq. quid Matutinæ preces apud Isidorum sit, posset vlla ratione dispicere. Ac de Matutinis suo loco. Laudes hoc loco canticum* Alleluia dicitur, *quod in alijs regionibus, (vt nunc vbiq. fit) ante Euangelij lectionem, in Hispania post Euangelium decantari ea Synodus præcipit can. X. & XI.*

[b] In Africanis autem regionib. *Ex Ep. 119. August. ad Ianuarium cap. 15. & 17.* Actionem nostram non esse futuram, *vsq. ad* laudabunt te. *Verba sunt Augustini c. 15.*

De offertorijs. CAP. XIIII.

OFfertoria, [a] quę in sacrificiorum honore canũtur, Ecclesiasticus liber indicio est, veteres cantare solitos, quando victimæ immolabantur, sic enim dicit, Porrexit, inquit, sacerdos manum suam in libationem, & libauit de sanguine vuæ, & fudit in fundamento altaris odorem diuinũ excelso principi: Tunc exclamauerunt filij Aaron in tubis productilibus, & sonuerunt, & auditam fecerunt magnam vocem in memoriam coram Deo. Non aliter & nunc in sono tubæ, id est, in vocis prædicatione cantu accendimur, simulque corde & ore laudes Domino declamantes iubilamus in illo scilicet vero sacrificio, cuius sanguine saluatus est mundus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Offertoria quæ in sacrificier. honore canuntur. *Gētiles quoq. in libationib. grauiores quosdā sonos adhibuisse, qui magnam partem spondaīs pedib. constarent, vnde nomen huic pedi datum, qui & pontificius propterea dictus est, notum ex Terentiani versib.*

Qui quod in tēplis canorus à sono vocis malæ Aurib. libantis obstat, & fauet, σιγηφόρος est.

Eam vicem vbi cantores organaq. desunt, tintinnabulor. rotæ antiquo iam ritu præstant.

De Missa, et orationibus. Cap. XV.

ORdo autem Missæ, & orationū, quibus B oblata Deo sacrificia consecrantur, primū à sancto Petro est institutus, [a] cuius celebrationem vno eodemq. modo vniuersus peragit orbis. Prima earundē oratio admonitionis est erga populum, vt excitentur ad exorandū Deum. Secunda inuocationis ad Deum est, vt clemēter suscipiat preces fidelium, oblationesq. eorum. Tertia autē effunditur pro offerentibus, siue pro defunctis fidelibus, vt per idem sacrificium veniā consequantur. Quarta post hæc infertur pro osculo pacis: vt charitate recōciliati omnes inuicem, dignè sacramento corporis & sanguinis Christi consocientur: quia non recipit dissensionē cuiusquā Christi indiuisibile corpus. [b] Quinta deinde infertur illatio in sanctificatione oblationis, in qua etiā & ad Dei laudem terrestriū creaturarum, virtutumq. cælestium vniuersitas prouocatur, & Osanna in excelsis cantatur, quòd, Saluatore de genere Dauid nascente, salus mūdo vsq. ad excelsa peruenerit. Porrò sexta exhinc succedit conformatio sacramenti, vt oblatio, quæ Deo offertur, sanctificata per Spiritū sanctum, Christi corpori ac sanguini conformetur. Harum vltima est oratio, qua Dns noster discipulos suos orare instituit, dicens: Pater noster qui es in cælis. [c] In qua D oratione, vt sancti patres scripserūt, septem petitiones continentur: sed in tribus primis æterna poscuntur: in sequentibus quattuor tēporalia: quæ tñ propter æterna adipiscēda petuntur. Nam cum dicimus: Sanctificetur nomen tuū, Adueniat regnū tuum, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Hic quidem ista tria inchoantur, sed in illa vita sperantur, vbi sanctificatio Dei & voluntas & regnum in sanctis suis immortaliter permanebit. Iam verò panis quotidianus, qui vel animæ, vel carni tribuitur, hìc exposcitur: hìc etiam post subsidium cibi, venia de exēplo fraternæ indulgentiæ postulatur: hìc ne in peccati tentationem incidamus exposcimus. Hìc post omnia, vt à malis liberemur, Dei auxilium imploramus, illic autem nihil istorum est. Hanc itaq. orationē Saluator docuit, in qua & spes continetur fidelium, & confessio peccatorum: de qua propheta prædicens, ait. Et erit, omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Hæ sunt autem septem sacrificij orationes cōmendatæ Euāgelica, Apostolicaq. doctrina, cuius numeri ratio instituta videtur, vel propter septenariā sanctæ Ecclesiæ vniuersitatē, vel propter septiformē gratiæ spiritū, cuius dono ea, quæ inferūtur, sanctificātur.

a Cuius celebrationem. *Traditam à Petro, quem ad consecrationis verba quidam tres orationes, aly solā Dñicam inijcio adhibuisse dicunt. Auctæ deinde aliæ ab alijs tū preces, tum cæremoniæ, vt videmus in Patrum liturgijs. Nā & illud Pauli 1. ad Corinth. 11. Cætera autem cū venero disponā, ad id refert Aug. epist. 118. c. 6. Isidorus ordinem, qui ætate sua in concil. Tolet. IV. iussus est per omnem Hispaniam, & Galliciam obseruari, tantum refert. Qui tamen ordo non idem prorsus retinetur in Mozarabo Missali, quod aduertit etiam Iacobus Pamelius.*

b Quinta deinde infertur illatio. *Orationes vt à Græcis ἐπιφοραὶ, ita à nostris illationes dictas, constat è Cassiodor. lib. 12. ep. 16. quomodo illationis voce vsa est etiā Synodus Tolet. VII. can. 4.* Ne ergo fiat de cætero, quod constat hactenus inordinatè præsumptum, non amplius, quām duos solidos vnusquisq. episcopor, præfatæ prouinciæ per singulas diœceses suæ basilicas iuxta synodum Bracarensem annua illatione sibi expetent conferri. *Mediaq. videtur inter exactionem & oblationē, siue inter pensionē & munus illatio. Vt enim Imperatores pensionis tristiorem appellationem, illationis nomine mitigarunt; ita Ecclesiastici viri submissius loqui putauerunt, si quæ alias dona & munera vocant illationem appellarent. Id quod etiam debitum seruitutis non vno in loco dicitur. Hinc illud in Canone* offerimus præclaræ maiestati tuæ de tuis donis ac datis. *Nimirū videbatur* offerimus, *ni subiiceretur* de tuis donis ac datis. *Sed (vt ego quidem existimo) dicebatur illatio, tum panis, & vinū antequam offerrentur, tum formula ipsa precationis quā inferebātur. Erat ergo illatio, tum id, quod inferebatur, ex quo erat oblatio facienda; tum precatio ipsa, qua inferebatur, vt fieret ex illatione oblatio.*

c In qua oratione, vt Patres scripser. septem petitiones. *Singulis petitionibus Amē, respondetur. Quarta excepta,* Panem nost. q. d. n. hodie, *cui respondetur,* quia tu es Deus.

De Symbolo Nicæno. Cap. XVI.

SYmbolum autem, quod tēpore sacrificij à populo prædicatur, trecētorū decē & octo sanctorum patrum collatione apud Synodū A Nicænam est editum. Cuius veræ fidei regula tantis doctrinæ fidei mysterijs præcellit, vt de omni parte fidei loquatur, nullaq. pene sit hæresis, cui per singula verba vel sententias non respondeat. Omnes enim errores impietatum, perfidiæq. blasphemias calcat, & ob hoc in vniuersis Ecclesijs pari confessione à populo proclamatur.

De benedictionibus. Cap. XVII.

BEnedictionem [a] autem dari à sacerdotibus populo antiqua per Moysem benedictio pandit, & comprobat: qua benedicere populo sub sacramento trinæ inuocationis iubetur. Ait enim ad Moysen Dominus. Sic benedices populum meum, & ego benedicam illos. Benedicat te Dominus, & custodiat te: [b] illuminet Dominus faciem suam super te, & misereatur tui: attollat Dominus faciem suam super te, & det tibi pacem.

a Benedictio. *Singulis prope missis benedictiones propriæ assignantur in Mozarabo Missali. Est autem hæc è Dominic. VII. post pentecost.*

b Illuminet Dominus faciem, &c. *Ita Gotth. codex ex septuaginta interpretatione: in excusis libris Vulgatæ edit. verba substituta sunt.*

De sacrificio. Cap. XVIII.

SAcrificium [a] autē, quod à Christianis Deo offertur, primùm Christus Dominus noster, & magister instituit, quando commendauit Apostolis corpus & sanguinem suum, priusquam traderetur: sicut legitur in Euāgelio: Accepit, inquit, Iesus panem & calicē, & benedicēs dedit eis. Quod quidem sacramentum Melchisedech rex Salem figuraliter in typum corporis & sanguinis Christi primus obtulit, primusq. mysterium tanti sacrificij imaginariè idem expresit, præferens similitudinem Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, Sacerdotis æterni, ad quem dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech. Hoc ergo sacrificium Christianis celebrare præceptum est, relictis ac finitis Iudaicis victimis, quæ in seruitute veteris populi celebrari imperata sunt. Hoc itaq. fit à nobis quod pro nobis Dominus ipse fecit, [b] quod non mane, sed post cœnam in vesperum obtulit. Sic enim Christum oportebat adimplere circa vesperam diei, vt hora ipsa sacrificij ostenderet vesperā mundi. [c] Proinde autem non communicauerunt ieiuni Apostoli, quia necesse erat, vt Pascha illud typicum antea impleretur, & sic denuo ad verum Paschæ sacramentum transirent. Hoc enim in mysterio tunc factū est, quod primum discipuli corpus & sanguinem Domini non acceperunt ieiuni. Ab vniuersa autem Ecclesia nunc à ieiunis semper accipitur. Sic enim placuit Spiritui Sancto per Apostolos, vt in honorem tanti sacramē ti in os Christiani prius Dominicum corpus intraret, quàm cęteri cibi: & ideo per vniuersum orbē mos iste seruatur. Panis enim, quē frangimus, corpus Christi est, qui dixit: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Vinū autem sanguis eius est, & hoc est, quod scriptum est. Ego sum vitis vera, sed panis quia corpus confirmat, ideo corpus Christi nuncupatur: vinū autem, quia sanguinem operatur in carne, ideo ad sanguinem Christi refertur. Hæc autem, dum sunt visibilia, sanctificata tamen per Spiritum Sanctum in sacramentum diuini corporis transeunt. Proinde autem, vt sanctissimus Cyprianus ait, [d] calix C Dominicus vino & aqua mixtus offertur, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. Quādo autē in calice vino aqua miscetur: Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur, & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini, sic miscetur in calice Domini, vt commixtio illa ab inuicem non possit separari, sicut nec Ecclesia potest à Christo diuidi. Sic autē in sanctificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quodmodo nec vinum solum potest. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Quando autem vtrumq. miscetur, & adunatione confusa sibi inuicem copulatur, tunc sacramentum spirituale & cæleste perficitur: Sic vero calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrunq. sibi misceatur, quomodo nec corpus Domini potest esse simila sola, aut aqua sola, nisi vtrūq. adunatum fuerit & copulatū, & panis vnius compage solidatum. Quo & ipso sacramento populus noster ostenditur adunatus; vt quemadmodum grana multa in vnum collecta, & commolita, & commixta panem vnum faciunt, sic in Christo, qui est panis cæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

lestis vnum sciamus esse corpus,cui coniunctus sit noster numerus & adunatus.[c] Dicũt aliqui,nisi aliquo intercedente peccato, Eucharistiam quotidie accipiendam:hũc enim panem dari quotidie nobis iubente Domino postulamus, dicentes: Panem nostrum quotidianum danobis hodie.Quod quidem bene dicunt,si hoc cum religione, & deuotione,& humilitate suscipiunt, nec confidẽdo de iustitia, superbiæ præsumptione id faciant.Cæterũ si talia sunt peccata,quæ quasi mortuum ab altari remoueant; prius agenda pœnitentia est,ac sic deinde hoc salutiferum medicamentum tũc suscipiendũ. Qui enim manducauerit indignè,iudicium sibi manducat & bibit. [f]Hoc est enim indignè accipere, si eo tempore quis accipiat, quo debet agere pœnitentiam. [g]Cæterùm si nõ sunt tanta peccata, vt excommunicandus quisque iudicetur, non se debet à medicina Dominici corporis separare, ne dum forte diu abstinendus prohibetur, à Christi corpore seperetur.Manifestum est enim,eos viuere,qui corpus eius attingunt.Vnde etiam timendum est,ne ,dum diu quisq. separatur à Christi corpore ,alienus remaneat à salute, ipso dicente: Nisi comederitis carnem filij hominis,& biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis. Qui enim iam peccare quieuit,cõmunicare non desinat. Coniugatis autem abstinendum est coitu, plurimisq. diebus orationi debent vacare,& sic deinde ad Christi corpus accedere. [h] Relegamus Regum libros , & inueniemus sacerdotem Abimelech de panibus propositionis noluisse prius dare Dauid,& pueris eius,nisi ante interrogaret, vtrũ mũdi essent pueri à mulieribus,non vtiq. ab alienis,sed à coniugibus proprijs, & nisi eos audisset ab heri & nudiustertius vacasse ab opere coniugali, nequaquam panes , quos prius negauerat, concessisset.Tantum interest inter propositionis panes,& corpus Christi,quantum inter vmbram & corpus , inter imaginem & veritatem, inter exemplaria futurorum, & ea ipsa, quæ per exẽplaria præfigurabantur. Quapropter eligendi sunt aliquot dies,quibus prius homo continentiùs viuat,quo ad tantum sacramentum digniùs accedere possit.

Sacrificium pro defunctorum fidelium requie offerre,vel pro eis orare,quia per totũ hoc orbem custoditur , credimus quod ab ipsis Apostolis traditum sit.Hoc enim vbiq. A Catholica tenet Ecclesia, quæ nisi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata,non pro eorum spiritibus vel eleesymonam faceret, vel sacrificium Deo offerret. Nam & cum Dominus dicit:Qui peccauerit in Spiritum Sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo,nec in futuro : demonstrat quibusdam illic dimittendapeccata,& quodam purgatorio igne purganda.Ergo in quodam loco dictum est à sanctissimo Augustino:[i] defunctorum animas sine dubio pietate suorum viuentium releuari,cum pro illis sacrificiũ offertur,vel eleemosynæ fiunt, si tamen aliquod quisq. sibi meritum præparauit, dum adhuc in corpore viueret,per quod ista prosint,quæcunq. pro illo fiunt. Nam non omnibus prosunt.Et quare nõ omnib⁹ prosunt, nisi propter differentiã vitæ, quã quisq. gessit in corpore.Nam pro valde bonis gratiarũ actiones sunt,pro non valde malis propitiationes sunt,pro valde malis,etiã si nulla sunt adiuuamenta mortuorum,qualescunq. consolationes viuorum sunt. Quibus autẽ prosunt,aut ad hoc prosunt,vt sit plena remissio aut certè,vt tolerabilior fiat ipsa damnatio. B C D

a *Vid.Cyprian.epist.3.lib.2.de sacramento Dominici calicis.*

b Quod non mane,*vsque ad*,vesperam mundi,*Cypriani verba sunt.*

c Proinde non communicauerunt ieiuni Apostoli.*Vid.c.54.*liquido *de consec.d.2.*

d Calix Dominicus,*vsque ad*,adunatus.*Omnia sunt Cypriani verba.*

e Dicũt aliqui nisi aliquo interuen.peccato,*Vid.c.13.de consd.d.2.*Quotidie.

f Hoc est enim indignè accipere.*Aug.ep.118.*

g Cæterùm si non sunt tanta peccata. *Hilarij siue Augustini verba relata à Gratiano de cons. d.2. cap.* si nõ sunt.

h Relegamus libros Regnor. *vsque ad* , accedere possit.*Verba sunt Hier.in c. 1.epist.ad Tit*

i Defunctor. animæ,&c. *vsq.ad fin.cap.* verba sunt Augustini in Enchirid.ad Laur.c.110.

De tertia,sexta,& nona officijs. CAP. XIX.

HOram [a] tertiam,sextam , & nonam Daniel & tres pueri supplicationibus deuouerunt, scilicet vt ab ortu diei in tẽpus precationis tres horę porrectæ Trinitatis nobis reuerentiam declararent,patiliter ad tertiã, ad sextam,atque deinde ad nonam per lucis interualla,ratis demensionibus terminata Trinitas ter die rogata coleretur. Illud etiam occurrit ad probationem venerabilis Trinitatis, quod Spiritus Sanctus hora tertia,hoc est, suo loco & numero & tempore, descendit ad terras impleturus gratiam,quã Christus promisit. Nam & sexta hora Christus passus, ad nonam patibuli cruciamenta porrexit.Tali enim sacramento legitimis ad precẽ temporibus per ternas horas Trinitatis perfectio aut laudatur celebritatibus,aut precibus impetratur , licet & sic cõputetur diurna celebritas per quaternarium vsq. ad vespertinum officium, hoc est, quaterni significetur mundus quadrifario diuisus,in Trinitate saluatus.Siquidem & in nocte stationes & vigiliæ militares in quatuor partes diuisæ,ternis horarum spacijs secernuntur,vt & in ipsis nocturnis mundialibusq. officijs Trinitatis mysterium veneretur. A B

a *Vid.Cypriani librũ de Orat.Dominic. & Tertullian.de ieiunio.*

De Vesperis. CAP. XX.

VEspertinum diurni officium finis, & alternæ lucis occasus est , cuius ex Veteri Testamento sollemnis est celebratio.Denique hoc tempore veterum sacrificia offerre,adoleriq. altario aromata & thura mos erat. Testis est hymnidicus ille regio ac sacerdotali functus officio, dicens. Ascendat oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. In Nouo quoq. Testamento eo tempore quo Dominus & Saluator noster cœnantibus Apostolis mysterium sui corporis , & sanguinis initio tradidit,[a] vt tempus ipsum sacrificij vesperum ostenderet seculi, proinde in honorẽ ac memoriam tantorum sacramentorum,his tẽporibus adesse nos decet Dei conspectibus,& personare in eius cultibus, orationum nostrarum illi sacrificium offerentes,atq. in eius laudibus pariter exultantes.Vesperũ aũt nominatũ à sidere qui vesper vocatur, & decidente sole exoritur.De quo Propheta dicit. Et vesperũ super filios hominum prodire facit. C D

a Vt tempus ipsum vesp. *vsque ad*, seculi. *Cypriani sunt verba,epist.cit.*

De Completis. CAP. XXI.

DE [a] completis autem celebrandis idem etiam in patrum inuenimus exemplis.

Dauid Propheta dicente: si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationẽ, aut requiem temporibus meis , donec inueniã locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Quis non stupeat tantam in Dei amore animi deuotionem vt somnũ sibi,sine quo vtiq. corpora humana deficiunt penitus interdixerit,donec locum ac templum Domino fabricandum in pectore suo rex & Propheta reperiret?Quæ res debet nos fortiter admonere , vt si ipsi locus Domini esse volumus, & tabernaculum eius,aut templũ cupimus haberi,in quantum possumus exempla sanctorum imitemur,ne de nobis dicatur,quod legitur:Dormierunt somnum suum,& nihil inuenerunt,& cætera.

a *Integrum caput ex epist.*de obseruatione vigiliarũ. *36.apud Hier.tom.9.*

De vigiliarum antiquitate. CAP. XXII.

ANtiqua [a] est vigiliarum deuotio, familiare bonum omnibus sanctis. Isaias deniq́ue Propheta clamabat ad Dominum dicens: De nocte vigilat spiritus meus ad te Deus, quia lux præcepta tua sunt super terram.Item Dauid & regio & prophetico sanctificatus vnguento, ita canit, Media nocte surgebam ad confidendum tibi super iudicia iustitiæ tuæ. [b] Hoc nanque tempore vastator Angelus transiens primogenita Ægyptiorũ percussit. Vnde & nos vigilare oportet,ne periculo Ægyptiorum admisceamur. Ijsdem etiam horis venturum sese in Euangelio Saluator adstruxit.Vnde & ad vigilandum auditores suos exsuscitat,dicens, Beati serui illi, quos cùm venerit Dominus inuenerit vigilantes.Etsi vespertina,inquit,hora venerit,& si media nocte,& si galli cantu & ita inuenerit eos vigilantes,beati sunt serui illi.Itaq́ue & vos estote parati , quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. Siquidem nec verbis solũ docuit vigilias , sed etiam confirmauit exemplo,sic namq. testatur in Euangelio: quia erat Iesus pernoctãs in oratione Dei. Paulus quoque & Silas in custodia publica circa medium noctis orantes hymnũ [c] audientibus cunctis vinctis dixisse memorantur: vbi repentè terræmotu facto, & concussis carceris fundamentis,& ianuæ sponte apertæ , & omnium vincula sunt A B C D

a Integrum caput ex epist. 36. apud Hier. tom. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt soluta. Vnde oportet his horis psallendi orandiq. frequentiam nos in sanctis habere officijs,finemque nostrum, vel si aduenerit sub tali actu,expectare securos. Est autem quoddam genus hæreticorum superfluas existimantium sacras vigilias, & spirituali opere infructuosas, dicẽtes:iussa temerari diuina,qui noctem fecit ad requiem,sicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco sermone [d] Nyctages, hoc est, somniculosi vocantur.

[a] *Pleraq.ex ead.epistola carptim hinc inde sumpta.*
[b] Hoc namq. tempore vastator Angel., *ex Hieron.Matth.25.*
[c] Audientib. cunctis vinctis, *vox* cunctis, *non est apud Hieron.neq. Act.16.& fortasse librarior.partim* vinctis, *partim* cunctis *scribentium vitio vtrumque tandem inoleuit.*
[d] Nyctages, *aut etiam* nystages, *vel* nystazontes. *ead.8.etymol.c.5.*

De Matutinis. Cap. XXII.

DE [a] Matutinorum antiquitate,& auctoritate testis est idem Dauid Propheta dicens:in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus,& alibi:preuenerũt,inquit, oculi mei ad te diluculò,vt meditarer eloquia tua. Cassianus autem dicit, matutinæ sollemnitatis officium nouo adhuc tempore institutum. Primitus in Beth-lehem monasterio,vbi Dominus noster Iesus Christus pro redemptione humani generis ex virgine nasci dignatus est. Sicq. ex illo per vniuersum mundum eiusdem celebrationis inualuit consuetudo. Diluculò autem proinde oratur,vt resurrectio Christi celebretur, matutina enim luce radianti Dominus & Saluator noster ab inferis resurrexit, quando cœpit oriri fidelibus lux,quæ moriente Christo occiderat peccatoribus. Siquidem & eodem tempore cunctis spes futuræ resurrectionis creditur:cum iusti & omnes ab hac temporali morte,quasi à sopore somni resurgentes,euigilabunt.

[a] *Matutinæ preces hic dicuntur ea.quas nos Laudes dicimus,vt constat ex Cassian.lib.3.de instit.cœnob.c.3,4.& 8. Sequebatur vigilias Missa post galli cantum,inde ea quas nos Laudes, Cassianus matutinam sollemnitatem nominat c.4.& 6.in qua canebatur psal.* 148. Laudate Dñm de cælls. *cum sequentib. Nouella (vt ipse vocat) tũc sollemnitati,quæ à nobis prima dicitur denutati erant psalmi.* 50 Miser.mei Deus secund. 62. Deus Deus meus ad te de luce vig.& 89. Domine refugium factus. *Ita videntur Ecclesiæ Occidentalis Laudes vt tranq.illor.id est, Matutinam antiquam sollemnitatem, & nouellã atque amplius aliquid continere. Nam nouella, hoc est, Prima, psalmi alij sunt assignati.*

De Dominico die. Cap. XXIIII.

DOminicum [a] diem Apostoli idem religiosa sollemnitate sanxerũt,quia in eodem Redemptor noster à mortuis resurrexit. Quiq. ideo Dominicus dies appellatur, vt in eo à terrenis operibus, vel mundi illecebris abstinentes,tantùm diuinis cultibus seruiamus, dãtes scilicet huic diei honorem & reuerentiam propter spem resurrectionis nostræ,quam habemus in illo. Nã sicut ipse Dominus noster Iesus Christus & Saluator noster tertia die resurrexit à mortuis :ita & nos resurrecturos in nouissimo seculo speramus. Vnde etiam in Dominico die stantes oramus,quod est signum futurę resurrectionis;hoc agit vniuersa Ecclesia, quæ in peregrinatione mortalitatis inuẽta est,expectãs in finem seculi, quod in Domini Iesu Christi corpore præmonstratum est, qui est primogenitus à mortuis.

[a] *Pleraq. omnia ex epist. Aug. ad Ianuar. 119.c.10.*

De Sabbatho. Cap. XXV.

SAbbathum [a] autem datum est priori populo in otio corporaliter celebrandum,vt figura esset in requiem,vnde & Sabbathum requies interpretatur. Dies [b] tamẽ Dominicus non Iudæis, sed Christianis per resurrectionem Domini declaratus est,& ex illo habere cœpit festiuitatem suam. Ipse est enim dies primus, qui post septimum reperitur octauus. Vnde & in Ecclesiaste ad duorum Testamentorum significationem dicitur,illi septem,& illi octo. Primò enim solùm celebrandum Sabbathum traditum est, quia erat antea requies mortuorum. Resurrectio autem nullius erat,qui resurgens à mortuis non moreretur, mors illi vltra non dominaretur. Iam postquam facta est talis resurrectio in corpore Domini,vt præiret in capite Ecclesiæ, quod corpus Ecclesiæ speraret in finem;dies Dominicus,id est,octauus,qui& primus,in festiuitate succesit. [c] Apparet autem hunc diem etiã in sacrosanctis scripturis esse sollemnem,ipse enim primus est dies seculi,in ipso creati sunt Angeli,in ipso quoque à mortuis resurrexit Christus,in ipso de cælis super Apostolos sanctus descendit Spiritus, manna in eodem die in eremo primũ de cælo datum est. Sic enim dicit Dominus: Sex diebus colligetis manna, in die autem sexto

sexto duplum colligetis. Sexta enim dies est Parasceue, quæ ante Sabbathũ ponitur. [d] Sabbathum autẽ dies septimus est, quem sequitur Dominicus, in quo primum manna de cælo venit. Vnde intelligant Iudæi, iã tunc prælatam esse Iudaico Sabbatho Dominicam nostram,iam tunc indicatum est, quod in Sabbatho ipsorum gratia ad eos de cælo nulla descenderit, sed in nostra Dominica,in qua primum manna Dominus pluit.

[a] Sabbathum autem dat. *vsque ad*, interpretatur. *ex ead.epist.c.10.*
[b] Dies tamen Dominicus, *vsque ad*, succesit, *ex c.13.*
[c] Apparet autem,*vsq. ad*, datum est, *ex eiusdem sermone 251.*
[d] Sabbathum autem dies septim, &c. *è serm.91. quæ sunt eadem Origenis homil.7.in Exod.c.15.*

De Natali Domini. Cap. XXVI.

NAtalis Domini dies ea de caussa à patribus votiuæ sollemnitatis institutus est, quia in eo Christus pro redemptione mundi nasci corporaliter voluit, prodiens ex virginis vtero, qui erat in Patris imperio. Cuius susceptæ carnis caussa hæc est. Postquam enim inuidia Diaboli parens ille primus spe seductus inani cecidit, confestim exul & perditus in omni genere suo radicem malitiæ, & peccati transduxit, crescebãtque in malum vehementius omne genus mortaliũ diffusis vbique sceleribus, &,quod est nequius, omnium cultibus idolorum seruiens. Volens ergo Deus terminare peccatum cõsuluit verbo,Lege,Prophetis,signis,plagis,& prodigijs. Sed cum nec sic quidem errores suos admonitus agnosceret mundus, misit Deus filium suum, vt carne indueretur, & hominibus appareret,& peccatores sanaret. Qui ideo in homine venit,quia per seipsum ab hominibus cognosci non potuit. Vt autẽ videretur,verbum caro factũ est,assumendo carnẽ,non mutatũ in carnẽ. Assumpsit enim humanitatẽ,nõ amisit diuinitatẽ Ita idẽ Deº & idẽ homo, in natura Dei æqualis Patri, in natura hominis factus mortalis in nobis pro nobis, de nobis,manens quod erat,suscipiẽs quod non erat, vt liberaret quod fecerat. Hæc est ergo Dominicæ natiuitatis magna sollemnitas, hęc est diei huius noua, & gloriosa festiuitas, aduentus Dei factus ad homines. Itaq. dies iste,pro eo quod in eo Christus natus est, Natalis dicitur: quemq. ideo obseruare per reuolutum circulum anni festa sollemnitate solemus, vt in memoriam reuocetur quo die Christus natus est.

De Epiphania. Cap. XXVII.

EPiphaniorum diem proinde festa sollemnitate viri Apostolici signauerũt, quia in eo est proditus stella Saluator,quando inuenerunt Magi Christum in præsepi iacentem,adorato offerentes competẽtia munera Trinitati, aurum,thus,& myrrham:Regi, Deo,atq. passuro. Ideo ergo diem hunc annua celebritate sacrauerũt, vt mũdus agnoscat Dominum, quem elemẽta cælitus prodiderunt. Siquidem eodem die idem Iesus etiam Iordanis lauacro tinguitur,diuisõque cælo Spiritus sancti descendentis testimonio Dei esse filius declaratur,cuius diei nomẽ,ex eo quod apparuit gentibus, Epiphania nuncupatur. Epiphania enim Græcè, Latinè apparitio vel ostensio dicitur. Tribus igitur ex caussis hic dies hoc vocabulũ sumpsit:siue quòd tũc in Baptismo suo Christus populis fuerit ostensus: siue quod ea die sideris ortu Magis est proditus: siue quòd primo signo per aquã in vinum versam multis est manifestatus. Refert autem [a] Cassianus apud Ægyptios natiuitatis diem, & Epiphaniorum sollẽnitatẽ non bifariè, vt in occiduis prouincijs, sed sub diei vnius festiuitate celebrari. [b] Epistolæ quoq. Pontificis Alexãdrini per vniuersas Ægypti Ecclesias, vel monasteria diriguntur,quibus & initium Quadragesimę,& dies Paschæ denuntiatur.

[a] *Cassian,collat.10.*
[b] Epistolæ quoq. Pontif. Alexãdrini: peracto eo die, *ait Cassian.*

De Palmar. die. Cap. XXVIII.

DIes palmarum ideo celebratur, quia in eo Dominus & Saluator noster,sicut Propheta cecinit, Ierusalem tendens,[a] asellum sedisse perhibetur. Tunc gradiens cum ramis Palmarum multitudo plebium obuiam ei clamabat. Osanna benedictus, qui venit in nomine Domini,Rex Israel. In ramis enim palmarum significabatur victoria,qua erat Dominus mortem moriendo superaturus, & trophæo crucis de Diabolo mortis principe triũphaturus. In asello autẽ, quem sedendo Ierusalem venit, indicauit simplicia

Universidad de Deusto
Biblioteca

plicia corda gentilitatis,quæ præsidẽdo atq. regẽdo perducebat ad visionem pacis. Hoc autem die symbolum Competentibus traditur, propter confinẽ Dominicæ Paschæ sollemnitatem: vt quia iam ad Dei gratiam percipiendam festinant,fidem,quam confiteantur,agnoscant.Vulgus ideo eum diem [b] Capitilauium vocant,quia tunc moris est lauandi capita infantium, qui vnguẽdi sunt, ne forte obseruatione Quadragesimę sordidata ad vnctionem accederent.

[a] Asellum sedisse perhibetur, *Et mox*, quem sedendo.Ita *etiam Ambrosius*.Pullus sedetur alinæ.

[b] Capitilauium vocant. *Aug.ep.118 c.7.*Si autem quæris,cur etiam lauandi mos ortus sit; nihil mihi de hac recogitanti probabilius occurrit,nisi quod, baptizandor.corpora per obseruationem Quadragesimæ sordidata cum offensione sensus ad fontẽ tractarentur,nisi aliqua die lauarentur.*Hanc autem diem,quæ in Hispania Dominica,vt videtur,Palmarum fuit, in Africa fuisse Feriam V.in cœna Domini, ex hoc Augustini loco apparet:subdit enim.* Istum autem diem potius ad hoc electum, quo cœna Dñica anniuersariè celebratur, &c. *Qui mos adeo in Africa inualuerat, vt de lotione pedum, quæ in eundem diem incurrebat, vel tollenda prorsus,vel certè in alium diem reijcienda,propterea cogitauerint.Sic enim Augustinus ep.119.ad Ianuar.c.*18.De laudis vero pedib.cum Dñs hoc propter formam humilitatis, propterquam docendam venerat, commendauerit(sicut ipse consequenter exposuit)quæ situm est,quo nam tempore potissimùm, res tanta etiam facto doceretur,& in illud tempus occurrit, quo ipsa commendatio religiosiùs inhæreret. Sed ne ad ipsum sacramentum Baptismi videretur pertinere: multi hoc in consuetudinem recipere noluerunt. Nonnulli etiam de consuetudine auferre non dubitauerũt. Aliqui autem,vt hoc sacratiore tempore commendarent, & à Baptismi sacramẽto distinguerent,vel diem tertium octauarum, quia ternarius numerus in multis sacramentis maximè excellit,vel etiam ipsum octauum,vt hoc facerent, elegerunt.

De cœna Domini. Cap. XXIX.

COEna Dñi,hoc est, quinta feria vltimæ Quadragesimæ, quando Dominus & Saluator noster,post typicum illud Pascha completum,ad verum Pascha transiens mysterium corporis & sanguinis sui primũ Apostolis tradidit,quando post sacramenta cælestia discipulus fallax & proditor pretium à Iudæis accepit, & Christi sanguinem vẽdidit. Eo etiam die Saluator surgens à cœna pedes discipulorum lauit [a] propter humilitatis formam commendãdam, ad quam docendam venerat,sicut & ipse consequenter exposuit.

A Quod etiam decebat potissimum, vt facto doceret,quod obseruare discipulos præmoneret.Hinc est, quod eodẽ die altaria,templiq.parietes,& pauimenta lauantur, vasaq. purificantur,quæ sunt Dño consecrata.Quo die proinde etiam sanctum Chrisma conficitur, quia ante biduũ Paschæ Maria caput ac pedes Dñi vnguento perfudisse perhibetur. Vnde & Dñs discipulis suis dixit. Scitis quia post biduum Pascha fiet,& filius hominis tradetur,vt crucifigatur.

[a] Propter humilitatis formam commend. *Augustin. ibid.*

De Parasceue. Cap. XXX.

PArasceue,id est,sexta sabbathi,ideo in sollẽnitate habetur, quia in eo die Christus mysterium crucis expleuit,propter quod venerat in hunc mũdum,vt quia ligno percussi fueramus in Adam,rursus per ligni mysterium sanaremur. Huius enim caussa triumphi,humana pusillitas Christo per omnem mundum celebritatem annuam præbet, pro eo quod dignatus est sanguine passionis suæ seculum redimere, & peccatum mundi per crucem morte deuicta absoluere.Cuius quidem crucis iniuriam non pertulit illa diuinitatis substantia,sed sola susceptæ humanitatis natura.Passio enim corporis fuit,diuinitas vero exors iniuriæ mansit.Tripertita autem ratio Dominicæ passionis ostenditur. Prima itaq.caussa est,vt Christus pro reatus mundi redemptione daretur,& hostis antiquus,velut hamo crucis,caperetur,scilicet vt,quos obsorbuerat,euomeret,& prædam, quam tenebat, amitteret, non potentia victus sed iustitia,non dominatione,sed ratione.Secunda caussa est, vt secuturis hominibus vitę magisterium præberetur. Ascendit enim in crucem Christus,vt nobis passionis & resurrectionis præberet exemplum,passionis ad confirmandam patientiam, resurrectionis ad excitandam spem: vt duas vitas nobis ostẽderet in carne, vnam laboriosam, alteram beatam: laboriosam,quam tolerare debemus,beatam, quam sperare debemus. Tertia caussa est susceptæ crucis,vt superba seculi & inflata sapientia per crucis stultam, vt putatur,prædicationẽ humiliata,corruere:vt pateret,id, quod stultũ Dei est,quanto sit hominibus sapientius,& quod infirmũ Dei est,quanto sit fortius tota hominum fortitudine.

titudine.[a] Docet Apostolus Paulus illuminatos debere habere oculos cordis ad intelligẽdũ,quæ sit latitudo crucis,& longitudo,& altitudo,& profundum. [b] Cuius latitudo est transuersum lignum,quo extenduntur manus: longitudo à latitudine deorsum vsque ad terram: altitudo à latitudine sursum vsque ad caput: profundum verò, quod terræ infixum absconditur: quo signo crucis omnis vita sanctorum describitur.[c] Dicitur enim homini,tolle crucem tuã & sequere me.Tunc enim crucifigitur caro, cum mortificantur membra nostra super terram,fornicatio,immunditia,luxuria,& cætera.Dumq.exterior homo corrumpitur, vt interior renouetur de die in diem, passio est crucis. Et hæc quidem dum sunt bona opera,tamen adhuc laboriosa,quorum merces requies est.Ideoq. dicitur,spe gaudẽtes, vt cogitantes scilicet requiem futuram, cũ hilaritate & laboribus operemur. Hãc hilaritatem significat crucis latitudo in transuerso ligno,vbi figũtur manus.Per manus enim opus intelligitur, per latitudinem hilaritas operantis: quia tristitia facit angustias.Porrò per latitudinem crucis,cui caput adiungitur, expectatio supernæ retributionis de sublimi iustitia Dei significatur. Et vt ipsa opera bona non propter beneficia Dei terrena ac temporalia facienda credantur,sed potius propter illud,quod desuper sperat fides, quæ per dilectionem operatur.Iam verò per longitudinem,qua totum corpus extenditur,ipsa tolerantia significatur, vt longanimes permaneamus,Vnde longanimes dicuntur,qui tolerãt. Per profundum autem, hoc est, partem illam ligni, quæ in terræ abdito defixa latet,sed inde consurgit omne quod eminet, inscrutabilia indicãtur iudicia Dei: de quibus occulta eius voluntate vocaturhomo ad participationem tantæ gratiæ, alius sic,alius verò sic.

[a] Docet autem Apostolus, *vsq. ad*, profundum. *Verba sunt Ruffini in Symbol.*

[b] Cuius latitudo, *vsq. ad*, describitur. *Communia hæc sunt Ruffino cum Augustino 2.de doct.Chr.c.*42. *& in lib. de grat.Vet.& Nou.Testam.*

[c] Dicitur enim homini,&c. *Omnia sunt vsq.ad finem capitis Augustini verba ep.cit.ad Ianuar.c.*14.

De Sabbatho Paschæ. Cap. XXXI.

SAbbathi Paschalis veneratio hinc celebratur, pro eo quod eodem die Dominus in sepulcro quieuit. Vnde & bene in Hebræo sermone sabbathũ requies interpretatur,siue quod Deus eodem die requieuit mundo perfecto,siue quod in eo Dominus & Redẽptor noster quieuit in sepulcro. Hic autem dies inter mortem Christi & resurrectionẽ medius est,significans requiem quandam animarum ab omni labore,omniq. molestia post mortem,per quam fit transitus per resurrectionem carnis ad illam vitam,quam Dominus noster Iesus Christus sua resurrectione præmonstrare dignatus est.

De die sancto Paschæ. Cap.XXXII.

IAm verò Paschale sacramẽtum,quod nũc in Saluatoris nostri mysterio manifestissimè celebratur,in veteri testamento figuraliter primum gestum est,quando agno occiso Pascha celebrauit populus Dei in Ægypto. Cuius figura in veritate cõpleta est in Christo,qui sicut ouis ad immolandum ductus est.Cuius sanguine illitis postibus nostris,id est,cuius signo crucis signatis frontibus nostris à perditione huius seculi, tanquam à captiuitate Ægyptiaca liberamur.[a] Cuius quidem diem paschalis resurrectionis mysticum non solum pro eo celebramus,quod in eodem à mortuis resurrexit,sed etiam & pro alijs sacramẽtis,quæ per eundẽ significãtur. Quia enim sicut dicit Apostolus, mortuus est propter delicta nostra,& resurrexit propter iustificationem nostram,transitus quidem de morte ad vitam in illa passione Domini & resurrectione sacratus est.Nam & vocabulum ipsum,quod Pascha dicitur,nõ Græcum sed Hebræum est,neq. à passione,quoniam πάθος Græcè dicitur pati, sed à transitu Hæbræo verbo Pascha appellatum est. Quod & maximè Euangelista expressiit,cũ celebraretur à Domino Pascha cum discipulis.Cum vidisset,inquit,Iesus,quia venit hora,vt transiret de hoc mũdo ad Patrem.Trãsitus ergo de hac vita mortali in aliam vitam immortalem,hoc est, de morte ad vitã, in passione & resurrectione Dñi cõmendatur. Hic trãsitus à nobis modo agitur per fidem, quæ nobis datur in remissione peccatorum, quando consepelimur cum Christo per baptismũ, quasi à mortuis trãseuntes de peioribus ad meliora,de corporalibus ad spiritualia,de cõuersatione huius vitæ ad spem futuræ resurrectionis & gloriæ.Propter ipsũ ergo initium nouæ vitæ, ad quam trãsimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& propter nouum hominem, quem iubemur induere, & exuere veterem, expurgãtes vetus fermentum, vt simus noua conſperſio, quoniam Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Propter hanc ergo vitæ nouitatem primus menſis in anni menſibus celebrationi huic attributus eſt, nam & ipſe dicitur mẽſis nouorũ. Quia verò in toto tempore ſeculi nunc tertium tempus apparuit, ideo reſurrectio Domini triduana eſt. Primum enim tempus eſt ante Legem, ſecundum ſub Lege, tertium ſub gratia, vbi iam manifeſtum eſt ſacramentũ quod erat, ante in prophetico ænigmate occultum. Hoc ergo & in lunari numero ſignificatur. Quia enim ſeptenarius numerus ſolet in ſcripturis ad qualandam perfectionem myſticus apparere, in tertia hebdomada lunæ Paſcha celebratur, id eſt, qui dies occurrerit à quarta decima in viceſimam primam. Sed & nõ ſolùm propter tempus tertium, quia inde incipit hebdomada tertia, ſed etiã propter ipſam conuerſionem lunæ. Tunc enim illa ab inferioribus ad ſuperiora conuertitur, & hæc nobis de luna ſimilitudo adſumitur, de viſibilibus ad inuiſibilia, & de corporalibus ab ſpiritualia ſacramenta tranſire, vt magis magiſque huic ſeculo moriamur, & vita noſtra abſcondatur cum Chriſto, omnemque lucem ſtudij noſtri, quæ ad inferiora vergebat, ad ſuperiora conuertamus, ad illam ſcilicet æternam contemplationem immutabilis veritatis. Vſq. ad viceſimam verò primã, ideo Paſcha obſeruatur, propter ſeptenariũ numerũ, quo vniuerſitatis ſignificatio ſæpè figuratur, qui etiã ipſi Eccleſiæ tributus eſt, propter inſtar vniuerſitatis, ideoq. & Iohannes Apoſtolus in Apocalypſi ſeptem ſcripſit Eccleſijs. Eccleſia verò adhuc in iſta mortalitatis carne conſtituta propter ipſam mutabilitatem lunæ nomine in ſcripturis ſæpè vocatur. Quòd verò anniuerſarius dies Paſchalis, non ad eundem redit anni diem, ſicut dies, quo creditur Dominus natus, hoc fit propter Dominicum diẽ & lunam. Manifeſtum eſt enim, quo die Dñs crucifixus ſit, & in ſepulcro fuerit, & reſurrexit. Adiuncta eſt enim ipſorum dierum obſeruatio per Patres Nicæni Cõcilij, & orbi vniuerſo Chriſtiano perſuaſum, eo modo Paſcha celebrari oportere, vt non ſolùm lunam Paſchalem, ſed & diem Dominicum, in quo reſurrexit à mortuis expectare debeamus. Inde eſt, quòd ad eundem anni diem non reuertitur Paſcha. Nam Iudæi tantùm modo menſem nouorum, & lunam obſeruant. Diem autem Dominicum addendum Patres noſtri cenſuerunt, vt & noſtra feſtiuitas à Iudæorum feſtiuitate diſtingueretur.

[a] Cuius quidem Paſchalis reſurr. *Omnia vſque ad finem ex ep. citata Auguſtini ad Ianuar. deſcripta ſunt.*

De Aſcenſione Domini. Cap. XXXIII.

Aſcenſionis Dominicæ ſollemnitas ideo celebratur, quia eodem die poſt mundi victoriam, poſt inferni regreſſum aſcendere Chriſtus memoratur ad cælos, ſicut ſcriptũ eſt: Aſcendit in altum, cepit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quæ feſtiuitas ideo per reuolutum circulum annorum celebratur, vt humanitas aſſumptæ carnis aſcẽdentis Domini collocata ad dexteram Patris in memoriam reuocetur, cuius corpus ita in cælo eſſe credimus, vt erat, quando aſcendit, quod & vox Angelica proteſtatur, dicens: Sic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum, id eſt, in eadem carnis ſpecie atque ſubſtantia: cuius profectio carnis immortalitatem donauit, naturã non abſtulit. Dextera autẽ Patris, ad quam idem Filius ſedere creditur, nõ eſt corporea, quod nefas eſt de Deo ſentire. Sed dextera Patris eſt beatitudo perpetua, quæ ſanctis in reſurrectione promittitur, id eſt, vniuerſæ Eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti: ſicut & ſiniſtra eius rectè intelligiturmiſeria & pœna perpetua, quæ impijs dabitur.

De Pentecoſte. Cap. XXXIIII.

Initium [a] ſanè & cauſſa feſtiuitatis Pentecoſtes paullò altius repetenda eſt. Pentecoſtes enim dies hinc accepit exordium, quando Dei vox in Sina monte deſuper intonantis audita eſt, & Lex data eſt Moyſi. In Nouo autem Teſtamento Pentecoſte cœpit, quando aduentum Sancti Spiritus, quem Chriſtus promiſit, exhibuit, quem ait non eſſe venturum, niſi ipſe aſcendiſſet in cælum. Deniq́ue dum portam cæli Chriſtus intraſſet, decem diebus interpoſitis intremuit ſubitò orantibus Apoſtolis locus, & deſcendente Spiritu Sancto ſuper eos, inflammati ſunt ita, vt linguis omnium gentium Dei magnalia loquerentur. Aduentus itaq́ue Spiritus Sancti de cælo ſuper Apoſtolos in varietate linguarum diffuſus ſollẽnitatem tranſmiſit in poſteros, eaq. de cauſſa Pẽtecoſte celebratur, & dies ipſe proinde inſignis habetur. Cõcordat autem hæc feſtiuitas Euangelij cum feſtiuitate Legis: illic enim poſteaquam agnus immolatus eſt interpoſitis quinquaginta diebus data eſt Lex Moyſi, ſcripta digito Dei: hic poſtquam occiſus eſt Chriſtus, qui tanquã ouis ad immolandũ ductus eſt, celebratur verũ Paſcha, &, interpoſitis quinquaginta diebus, datur Spiritus Sãctus, qui eſt digitus Dei ſuper centũ viginti diſcipulos Moſaycæ ætatis numero conſtitutos, ſiquidem & hæc feſtiuitas aliud obtinet ſacramentum. Conſtat enim ex ſeptimana ſeptimanarum, ſed dictum quidem ſeptimanæ generant eandem Pentecoſten, in qua fit peccati remiſsio per Spiritum Sanctum, annorũ vero ſeptimanæ quinquageſimum annum faciunt, qui apud Hebræos iubilæus appellatur, in quo ſimiliter terræ fit remiſsio & ſeruorum libertas, & poſſeſsionum reſtitutio, quæ pretio fuerant comparata. Septem enim ſepties multiplicati quinquagenarium ex ſe generant numerum aſſumpta monade, quam ex futuri ſeculi figura præſumptam eſſe maiorum auctoritas tradidit, ſit enim ipſa & octaua ſemper & prima, imò ipſa eſt ſemper vna, quæ eſt Dominicus dies. Neceſſe eſt enim Sabbathiſmum animarum populi Dei illuc recurrere, atque ibi compleri, vbi datur pars his, qui octo, ſicut quidam diſſerens Salomonis dicta ſapienter expoſuit. Idcirco autem totius Quinquageſimæ dies poſt Domini reſurrectionem ſoluta abſtinentia in ſola lætitia celebrantur, propter figuram futuræ reſurrectionis, vbi iam non labor, ſed requies erit lætitiæ. Ideoq. in his diebus nec genua in oratione flectũtur, quia, ſicut quidam ſapientium ait, inflexio genuum, pœnitentiæ & luctus indicium eſt. Vnde etiã per omnia eãdem in illis ſollemnitatem, quam die Dominica cuſtodimus, in qua maiores noſtri nec ieiunium agendum, nec genua eſſe flectenda ob reuerentiam reſurrectionis Dominicæ tradiderunt.

[a] *Pleraq. ex cad. Auguſtini ad Ianuar. epiſtola.*

De Feſtiuitatibus Martyrum. Cap. XXXV.

Feſtiuitates [a] Apoſtolorum, ſeu in honorẽ Martyrum ſollemnitates antiqui Patres

in venerationis myſterio celebrari ſanxerunt, vel ad exercitandam imitationem, vel vt meritis eorum conſociemur, atque orationibus adiuuemur, ita tamen vt nulli Martyrum, ſed ipſi Deo Martyrum ſacrificemus, quanuis in memorias Martyrum conſtituamus altaria. Quis enim antiſtitum in locis ſanctorum corporũ aſsiſtens altari aliquãdo dixit: offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? ſed quod offertur, offertur Deo, qui Martyres coronauit apud memorias eorum, quos coronauit, quod ex ipſorum locorum admonitione maior affectus exurgat ad acuendam charitatem, & in illos quos imitari debemus, & in illum, quo adiuuãte poſſumus. Colimus ergo Martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo in hac vita coluntur ſancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Euangelica veritate paſsionem paratum eſſe ſentimus. Sed illos tanto deuotiùs, quanto ſecuriùs poſt certamina ſuperata, quanto etiam fidentiori laude prædicamus, iam in vita feliciore victores quàm in iſta adhuc vſq. pugnantes. At verò illo cultu, quæ Græcè latria dicitur, Latinè vno verbo dici non poteſt, cum ſit quædam propriæ diuinitati debita ſeruitus, nec colimus, nec colendum docemus, niſi vnum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio ſacrificij, vnde idolatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent, nullo modo aliquid tale offerimus, aut offerẽdum præcipimus, vel cuiquam ſanctæ animæ, vel cuiquam ſancto Angelo. Et quiſquis in hunc errorem delabitur, corripitur per ſanam doctrinam, ſiue vt corrigatur, ſiue vt condemnetur, ſiue vt caueatur, dum etiam ipſi ſancti vel homines, vel Angeli exhiberi ſibi nolunt, quod vni Deo deberi norunt. Apparuit hoc in Paulo, & in Barnaba, cum commoti miraculis, quæ per eos facta ſunt, Lycaonij, tanquam dijs, immolare voluerunt. Conſciſsis enim veſtimentis ſuis confitentes, & perſuadentes ſe deos non eſſe, iſta ſibi fieri vetuerunt. Apparuit & in Angelis ſicut in Apocalypſi legimus, Angelum ſe adorari prohibentem ac dicentem adoratori ſuo, conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum, Deum adora. Rectè itaque ſcribitur homini ab Angelo prohibitum eſſe adorare ſe, ſed vnum Deum, ſub quo ei eſſet, & ille conſeruus. Non ergo ſit nobis ille diuinæ religionis cultus in Angelos aut Martyres: quia non ſic habentur, vt tales quærant ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nores vt Deus : quia nec ipsi volunt se A
coli pro Deo, sed illum à nobis coli volunt,
quo illuminante lætantur. Honorandi sunt
ergo Martyres propter imitationem, non
adorandi propter religionē: honorandi cha-
ritate,non seruitute.

a *Totum caput ex lib.20.Aug.contra Faust.Manich.c.21.*

De Encæniis. Cap. XXXVI.

FEstiuitates annuas dedicationis Ecclesia
rum ex more veterū celebrari in Euāge-
lio legimus,vbi dicitur:Facta sunt aūt encæ- B
nia Ierosolymis. [a] Encænia quippe festiui-
tas erat dedicationis tēpli,Græcè enim cænō
dicitur nouum.Quandocunq. enim aliquid
nouum fuerit dedicatū, Encænia vocatur.
Illum enim diem, quo templū dedicatum
est,Iudæi sollēniter celebrabant, & ipse dies
apud eos festus agebatur, qui licet vsus in
illis exsoleuit , quia & cultu, & templo ca-
ruerūt:tamen Christiani seruant motē illum
patrum , in quos gloria translata videtur.
Omnes autem festiuitates pro varietate re-
gionū,diuersoq. in honore Martyrū tēpore, C
ideo à viris prudentibus institutæ sunt:ne
forte rara congregatio populi fidem minue
ret in Christo. Propterea ergo dies aliqui
constituti sunt:vt in vnū omnes pariter con-
uenirent : vt ex conspectu mutuo & fides
crescat,& lætitia maior oriatur.

a *Encænia quippe est. Ex Aug. Tract. 48. in Iohann.*

De Ieiunio Quadragesi. Cap. XXXVII.

IEiuniorum tempora secundum scriptu-
ras sanctas quattuor sunt , in quibus per
abstinentiam & lamentū pœnitentiæ Do-
mino supplicandum est : & licet omnibus
diebus orare & abstinere conueniat, his ta-
men temporibus amplius ieiunijs, & pœni-
tentiæ seruire oportet. [a] Primùm enim ieiu-
nium Quadragesimæ est,quod veteribus li-
bris cœpit ex ieiunio Moysi , & Eliæ, & ex
Euangelio, quia totidem diebus Dominus
ieiunauit, demonstrans Euangelium non
dissentire à Lege, & Prophetis. In persona
quippe Moysi Lex,in persona Eliæ Prophetę
accipiuntur, inter quos in monte Christus
gloriosus apparuit, vt euidentiùs emineret, D

quod de illo dicit Apostolus:Testimonium
habens à Lege, & Prophetis. In qua ergo
parte anni congruentiùs obseruatio Qua-
dragesimæ constitueretur,nisi cōfini, atque
continua Dominicæ Passioni?Quia in ea si-
gnificatur hęc vita laboriosa,cui etiam opus
est continentia, vt ab ipsius mundi illece-
bris ieiunemus viuentes in solo manna,
id est , cælestibus spiritualibusque præce-
ptis. Numero autem quadragenario vita
ista propterea figuratur, quia denarius est
perfectio beatitudinis nostræ, creatura au-
tem septenario figuratur,quæ adhæret crea-
tori,in quo declaratur vnitas Trinitatis per
vniuersum mundum temporaliter annun-
tiata . Et quia mundus [b] à quattuor ven-
tis delimatur, & à quattuor elementis erigi-
tur,& quattuor annuis tēporum vicibus va-
riatur, decem quater ducta in quadraginta
consumātur , quo numero ostenditur omni
tempore à delectatione abstinendum , &
ieiunandum esse, & castè continenterque
viuendum. Licet & aliud sacramenti
mysterium exprimatur, quòd quadraginta
diebus eadem ieiunia celebrantur. [c] Lege
enim Mosaica generaliter vniuerso populo
est præceptum, decimas & primitias offerre
Domino Deo. Itaque dum in hac senten-
tia principia voluntatū consummationesq.
operum nostrorum referre ad Dei gratiam
admonemur,in supputatione tamen Qua-
dragesimæ summa ista legalium decima-
rum expletur. Totum enim anni tempus
[d] triginta sex dierum numero decimatur,
[e] subtractis enim à Quadragesima diebus
Dñicis,quibus ieiunia resoluuntur: his die-
bus, quasi pro totius anni decimis ad Eccle-
siam cōcurrimus,actuumq. nostrorum ope-
rationem Deo in hostiā iubilationis offeri-
mus. [f] Cuius quidem Quadragesimæ lege,
sicut ait noster Cassianus , quique perfecti
sunt, non tenentur, nec exigui huius cano-
nis subiectione contenti sunt. Quem profe-
cto illis , qui per totum anni spatium deli-
cijs ac negotijs secularibus implicantur, Ec-
clesiarum principes statuerunt , vt vel hac
legali quodammodo necessitate constricti,
his saltem diebus vacare Domino cogeren-
tur,ac dierum vitæ suæ , quos totos quasi
quosdam fructus fuerant voraturi, & velut
decimas Domino dedicarent.

a Primum enim ieiunium Quadrag. *vsq. ad vi-
uendum. Verba sunt August. ad Ianuar. c. 15.*

A quat-

b A quattuor ventis delimatur. *Ita m. s. vterque & apud August. & Hieronymū tom. 9. ep. 21. nam* describitur *quod in excusis libris est, & apud Raban. lib. 2. de inst. cler. c. 20. prouidubio interpretatio fuit eius, qui* deliniatur *legerat: vt est in edit. Rom.* delimatur *autē, vel purgatur interpretor, vel potius deuehitur, & obliquatur, vt* delimatur & erigitur, *ἀντὶ τοῦ ἐλαύνηται. Est enim limū transuersum, & obliquum. Erit ergo* delimatur *quod Virgilius dixit* deuexus premitur.

Mundus vt ad Scythiam Riphæasq. arduus arces
Consurgit, premitur Libyæ deuexus in Austros.

Sed Maro de cælo, Augustinus de terra orbe locutus est. Declinatur *probari alicui posset, ita enim in lib. de natura rer. ad Sisebuth. Regem c. 9.* Nam quemadmodum erigitur mundus in Septentrionalem plagam, ita declinatur in Australē, *nisi Augustinus, cuius hæc sunt, obstaret.*

c Lege enim Moysaica, *vsq. ad* dedicarent. *è Cassian. collat. 21. c. 25.*

d Triginta sex dier. Triginta sex semis *Cassianus.*

e Subtractis enim à Quadragesima diebus Dominicis. Si dies Dominici, & Sabbatha subtrahuntur *Cassianus. Sed quia in Occidentalib. ciuitatibus, & maximè in vrbe Sabbathis ieiunabatur, vt idem ait lib. 3. c. 10. propterea Isidorus Sabbatha non subtraxit, nec semis addidit, aut rationem aliam iniit, non enim ἀκριβῶς hac exigebat.*

f Cuius quidem Quadragesimæ legib. *vsq. ad* dedicarent. *Ex ead. collat. c. 29.*

g Velut decimas Domino dedicarent. *Ita Cassianus & Gotthicus,* vt decimas *excusi libri.*

De ieiunio Pentecostes. Cap. XXXVIII.

SEcundum ieiunium est,quod iuxta cano-
nes post Pentecosten alia die inchoatur, C
secundum quod & Moyses ait. Initio men-
sis hordearij,facietis vobis hebdomadas se-
ptem. Hoc [a] ieiunium à plerisque ex auc-
toritate Euangelij post Domini ascensionem
completur,testimonium illud Dominicum
completur, testimonium illud Dominicum
historialiter accipientibus,vbi dicit.Nunquid
possunt filij sponsi lugere,quandiu cùm illis
est sponsus?Veniet autem dies cum auferē-
tur sponsus ab eis, & tunc ieiunabunt.Di-
cunt enim post resurrectionem Domini,
quadraginta illis diebus, quibus cum disci-
pulis postea legitur conuersatus, non opor-
tere ieiunare, nec lugere, quia in lætitia su-
mus. Postea vero quàm tempus illud exple-
tur,quo Christus aduolans ad cælos præsen-
tia corporali recessit , indictum ieiuniū est,
vt per cordis humilitatem & abstinentiam
carnis , mereamur è cælis promissum acci-
pere Spiritum Sanctum.

a Hocieiunium à plerisq. ex auctoritate Euan-
gelij post Domini Ascensionem completur. *Id ve-
tat Theonas apud Cassianum collat. 21. c. 20, ex Apostoli-
cor. vitor. traditione.*

De ieiunio Septimi mensis. Cap. XXXIX.

TErtium ieiunium est,quod à Iudæis age-
batur post Tabernaculorū sollēnitatem,
quod decimo die Septēbris mensis Ecclesia
celebrat. Hoc enim primum in lege à Do-
mino institutū est,dicente ad Moysen, Lo-
quere filijs Israel,dicens. Decimo die men-
sis septimi, dies exorationis vocabitur. San-
ctus erit vobis, & humiliabitis animas ve-
stras in ieiunio. Omnis anima,quæcumq. se
non humiliauerit in ipso die ieiunij, exter-
minabitur de populo suo, & omnis anima,
quæ fecerit opus in ipso die, peribit anima
illa de populo suo.Quo quidem ieiunio vsos
fuisse antiquos , Esdræ liber meminit. Post-
quam enim redierunt, inquit, filij Israel &
Ierusalem, & fecerunt sibi tabernaculorum
lætitiam magnam, dehinc conuenerunt in
ieiunio, & in saccis, & humus super eos, &
steterunt confitentes peccata sua, & iniqui-
tates patrum suorum, & consurrexerunt ad
standum,& ad legendum, & legerūt in vo-
lumine Legis Dñi Dei sui,[a] quater in die,&
quater in nocte confitebantur,& adorabāt
Dñm Deū suum , hoc etiā mēse septimo sol
secundum computum incipit facere minus
de die,& nox esse maior, id est,octauo Ka-
lend Octobris , quando æquinoctium est.
Ideoq. & ieiunium habetur in hoc mense,
quia ostenditur in defectione solis & noctis
augmento,vita nostra deficere, adueniente
morte,quæ mors iudicio Dei & resurrectio-
ne reparatur.

a Quater in die,& quater in nocte. *Absunt hæc à LXX. interpretum editione emendata. Voces autem* in nocte *etiam à Vulg. & Hebraica veritate.*

De Ieiunio Kalend. Nouemb. Cap. XL

QVartum ieiuniū est Kalendarū Nouem-
briū,quod diuina auctoritate vel ini-
tiatū,vel institutū Ieremiæ Prophetæ testi-
monio declaratur,dicēte ad eū Dño. Tolle
volumen libri , & scribes in eo omnia verba,
quæ locutus sum tibi aduersus Israel & Iudā
& aduersum omnes gentes:si forte reuerta-
tur vnusquisq.à via sua mala& pessima,& pro
pitius ero iniquitatibus eorū. Vocauit ergo
Ieremias Prophetа Baruch filiū Neriæ , &
scripsit Baruch ex ore Ieremiæ omnes sermo
nes Dñi,quos locutus est ad eū in volumine

Universidad de Deusto
Biblioteca

bri. Et præcepit Ieremias Baruch dicens, Ingredere,& lege de volumine, de quo scripsisti ex ore meo verba Domini, audiente populo in domo Dñi in die ieiunij leges, si forte cadat oratio eorũ in conspectu Domini, & reuertatur vnusquisque à via sua pessima: quoniam magnus furor & indignatio, quam locutus est Dominus aduersum populum hunc. Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia, quæ præceperat Ieremias propheta,legens ex volumine sermones Domini in domo Dei.Factum est in mense nono prædicauerunt ieiunium in conspectu Domini omni populo in Ieruſalem. Hac ergo auctoritate diuinæ scripturæ Ecclesia morem obtinuit,& vniuersali ieiunium obseruatione celebrat.

A *Solog.serm.de Kalend.Ianuar.S.Maxim.homil.de Circunc. sive de Kalend.Ianuar. Alcuinus libr.de diuin. offic.c.4.* Hæ *(inquit)* Kalendæ secundum dementiam Gentilium, potius cauendæ sunt dicendæ, quàm Kalendæ.

B

De Ieiunio Kalend. Ianuar. Cap. XLI.

IEiunium [a] Kalendarum Ianuariarum propter errorem gẽtilitatis instituit Ecclesia. Ianus enim quidam princeps Paganorum fuit,à quo nomen mensis Ianuarij nuncupatur,quem imperiti homines, veluti Deum colentes in religione honoris posteris tradiderunt,diemq.ipsum scenis & luxuriæ sacrauerunt.Tunc enim miseri homines,& quod peius est,etiam fideles sumentes species mõstruosas in ferarum habitu transformantur, alij fœmineo gestu demutati, virilem vultum effœminant.Nonnulli etiam de fanatica adhuc consuetudine quibusdam ipso die obseruationum augurijs profanantur, perstrepunt omnia saltantium pedibus, tripudiantium plausibus, quodq. est turpius nefas,nexis inter se vtriusq.sexus choris, inops animi furens vino turba miscetur. Proinde ergo sancti Patres considerantes maximam partẽ generis humani eodẽ die huiusmodi sacrilegijs,ac luxurijs inseruire,statuerunt in vniuerso mundo per omnes Ecclesias publicum ieiunium,per quod agnoscerent homines in tantum se prauè agere,vt pro eorum peccatis necesse esset omnibus Ecclesijs ieiunare.

C

D

[a] *Refertur à Possidio Augustini tractatus de Kalendis Ianuarij.Vnde hæc fortasse sumpta. Har. Kalendar. in eandem hãc sententiã meminere* Cõcil.*Turon.*11.*c.*13.*&* 16.*&* Toletan. IV.*c.*10.*Est etiã canon.*1.*Antisiodoren.*Nõ licet Kalẽdis Ianuarij Vecolo,aut Ceruolo facere,vel strenas diabolicas obseruare.*Vid.Augu.serm.*215.*de tẽp.& append.tom.*9.*et act.*20.*Ambros.serm.de Circuncis.Petr.Chrysolog.serm.de Kalend.Ianuar.S.Maxim.homil.de Circuncis.*

De Triduani ieiunij consuetudine. Cap. XLII.

TRiduanis autẽ diebus ieiunare de exẽplo sumptum est Niniuitarũ,qui,damnatis pristinis vitijs,totos se tribus diebus ieiunio ac pœnitẽtiæ cõtulerũt, & opertis saccis Deũ ad misericordiam prouocauerunt.

De diuersorum dierum,ac temporum ieiunijs. Cap. XLIII.

PRæter hæc autem legitima tempora ieiuniorum omnis sexta feria propter passionem Domini à quibusdam ieiunatur, sed & sabbathi dies à plerisq. propter quod in eo Christus iacuit in sepulcro, ieiunio consecratus habetur,scilicet ne Iudæis exultando præstetur,quod Christus sustulit moriendo. Dominico autem die reficiendum semper esse, vt resurrectionem Christi & gaudium nostrum gentibus prædicemus, præsertim cum Apostolica sedes hanc regulam seruet. [a] Post Pascha autem vsq. ad Pentecosten licet traditio Ecclesiarum abstinentiæ rigorem prandijs relaxauerit, tamẽ siquis monachorum, vel clericorũ, siue etiam deuotarum, vel viduarum religiosarum ieiunare cupiunt,non sunt prohibendi,quia & Antonius & Paulus,& cæteri Patres antiqui, etiã his diebus in eremo leguntur abstinuisse, neq. soluisse ieiunium, nisi tantùm die Dominico.Quis enim parsimoniam non laudet?ieiunium non prædicet?Ieiunium enim res sancta,opus cæleste,ianua regni, forma futuri,quod qui sanctè agit, Deo iungitur, alienatur mundo, spiritualis efficitur. Per hoc enim prosternũtur vitia, humiliatur caro,Zabuli tentamenta vincuntur.

[a] Post Pascha autem,vsq.ad Pentecost.*Referuntur hæc à Gratiano d.*76.*c.*10.

De vario vsu Ecclesiarum. Cap. XLIIII.

HÆc [a] & alia similia multa,sunt quę in Ecclesijs Christi gerũtur,ex quibus tñ quædam

dam sunt quæ in scripturis canonicis commendantur:quædam verò non sunt quidem scripta,sed tamen tradita custodiuntur. Sed illa quidem,quæ toto orbe terrarum seruãtur,vel ab ipsis Apostolis, vel ab auctoritate principalium conciliorum statuta intelliguntur, sicut Domini passio, & resurrectio, & ascensio in cælũ,& aduentus Spiritus sancti, quæ,reuoluto die anni,ob memoriã celebrãtur,sed & si quid aliud,quod seruatur ab vniuersis, quacumque se diffudit Ecclesia. Alia verò,quæ variè per diuersa loca obseruantur, sicuti est,quòd alij ieiunant Sabbatho, alij nõ,alij quotidie communicant, alij certis diebus, ab alijs nullus dies prætermittitur,quo non offeratur sacrificium,alibi Sabbatho tãtùm & Dominico, alibi tantùm Dominico, & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest. Totum hoc genus rerum, vt quibuscunque placuit sacerdotibus Ecclesiæ vel religionis,cui præerant, instituerunt, nec disciplina in his melior est graui prudentique Christiano, nisi vt eo modo agat,quo agere viderit Ecclesiam,ad quam fortè deuenerit. Quod enim neque contra fidem,neque contra mores bonos habetur, indifferenter sequẽdum, & propter eorum, inter quos viuitur, societatem seruandum est,ne per diuersitatẽ obseruationũ schismata generentur.

A

B

C

[a] *Totum caput ex ep. Aug.* 118. *ad Ianuar.cap.*1.*&.*2.

De carnium vsu,vel piscium. Cap. XLV.

CArnes [a] autem,& vinum post diluuium hominibus in vsum concessa sunt, nam ab initio permissum non fuerat, nisi tãtùm illud, vt scriptum est. Lignum fructiferum, & herbam seminalem dedi vobis in escam. Postea vero per Noe data sunt in esum cũcta animalia, vinique tunc attributa licentia est: Sed postquam Christus, qui est principium & finis,apparuit, hoc quod in principio suspenderat,etiam in temporum fine retraxit,loquens per Apostolum suum:Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum. Et iterum: Qui infirmus est olera manducet. Non igitur,quia carnes malæ sunt,ideo prohibentur, sed quia earũ epulæ carnis luxuriam gignunt,fomes enim ac nutrimentum omnium vitiorum, esca ventri, & venter escis,quia scriptum est:Deus hunc & has destruet.Piscem sanè, quia eum post resurrectionem accepit Dominus, possumus manducare. Hoc enim nec Saluator, nec Apostoli vetuerunt.

[a] *Vid cap.*Ab exordio *d.*35.*&* Hieron.*1.contra Iouinianum:*

DIVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP.

DE ECCLESIASTICIS OFFICIIS, LIB. II.

De origine ministrorum.

PRÆFATIO.

QVoniam origines & causſas officiorum, quæ in communi ab Eccleſia celebrantur, ex parte aliqua explicuimus, deinceps exordia eorum, qui diuino cultui miniſteria religionis impendunt, ordine proſequamur.

De Clericis. CAP. I.

IN TAQVE [a] omnes, qui in Eccleſiaſtici miniſterij gradibus ordinati ſunt, generaliter Clerici nominantur. Cleros autem vel Clericos hinc appellatos Doctores noſtri dicunt, quia Matthias ſorte electus eſt, quem primum per Apoſtolos legimus ordinatum. Sic & omnes, quos illis temporibus Eccleſiarũ principes ordinabant, ſorte eligebant. Nam cleros ſors interpretatur, vnde & hæreditas, Græcè cleronomia appellatur, & hæresclero nomos. Proinde ergo clericos vocari aiunt, eo quod in ſortem hæreditatis Domini dentur, vel pro eo quod ipſe Dominus ſors eorum ſit, ſicut de eis ſcriptum eſt, loquente Domino: Ego hereditas eorũ. Vnde oportet, vt qui Deum hæreditate poſsidẽt, abſq. vllo impedimento ſeculi Deo ſeruire ſtudeant, & pauperes ſpiritu eſſe contendant, vt congruè illud Pſalmiſtę dicere poſsint, Dominus pars hæreditatis meæ.

[a] *Vid. ep. Hieronymi ad Nepotian.*

De regulis clericorum. CAP. II.

HIs [a] igitur lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatibus ſeſe abſtineant: non ſpectaculis, non pompis interſint: conuiuia publica fugiant, priuata nõ tãtùm pudica, ſed & ſobria colant. Vſuris nequaquam incumbãt, neq. turpium [b] occupationes lucrorum, fraudiſq. cuiuſquam ſtudium appetant, amorem pecuniæ, quaſi materiam cunctorum criminum fugiant, ſeculária officia negotiaq. abijciant, honorum gradus [c] per ambitiones non ſubeant. Pro beneficijs medicinæ Dei munera non accipiant, dolos & coniurationes caueãt: odium, æmulationem, obtrectationem atq. inuidiam fugiant. Non vagis oculis, [d] non infræni lingua, aut petulanti tumidoq. geſtu incedant, ſed pudorem ac verecundiam mentis ſimplici habitu inceſſuq. oſtendant. Obſcœnitatem etiam verborum, ſicut & operum penitus execrentur. Viduarum ac virginum viſitationes frequentiſsimas fugiant, conturbernia fœminarum extraneárum nullatenus appetant, caſtimoniam quoq. inuiolati corporis perpetuò conſeruare ſtudeant, aut certe vnius matrimonij vinculo fœderẽtur. Senioribus quoq. debitam præbeant obedientiam, neq. vllo iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollant. Poſtremo in doctrina, in lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis, exercitio iugi incumbant. Tales enim eſſe debent, qui diuinis cultibus ſe mancipandos ſtudẽt exhibere, ſcilicet vt dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.

[a] His igitur lege cauetur. *Totius huius capitis verbis Concilium Moguntiacum canonem 10. ſanxit.*

[b] Occupationes lucror. *Ita quidem Gotth. & Concil. Mog. ſed non diſplicet alterius m. ſ. ſcriptura,* aucupationes lucror.

[c] Per ambitionem non ſubeant: ad honorũ gradus, per ambitionem non ſubuehant: *idem m. ſ. non ineleganter: modò* pro ſubuehant, ſubuehantur *legas, eſt enim ſubuehi è loco humili in excelſum vehi. Virg.* Necnon ad templum, ſummaſq. ad Palladis arces Subuehitur magna matrum regina caterua.

[d] Non infræni lingua. Effreni *idem m. ſ.*

[e] Geſtu incedant. Greſſu *impreſſ.*

De generibus Clericorum. CAP. III.

DVo [a] ſunt autẽ genera Clericorum: vnũ Eccleſiaſticorum ſub regimine Epiſcopali degentium, alterum Acephalorum, id eſt, ſine capite, quem ſequantur, ignorãtium. Hos neq. inter laicos ſecularium officiorum ſtudia neq. inter Clericos religio retentat diuina, ſed ſolutos atq. oberrantes ſola turpis vita complectitur & vaga. Quiq. dum nullum metuentes, explendæ voluntatis ſuæ licentiam conſectantur, quaſi animalia bruta libertate ac deſiderio ſuo feruntur, habentes ſignum religionis, non religionis officium, Hippocentauris ſimiles, neq. equi, neq. homines, mixtumq. (vt ait Poeta) genus, proleſq. biformis. Quorum quidem ſordida atq. infami numeroſitate, ſatis ſuperq. noſtra [b] pars Occidua pollet.

[a] *Hoc quoq. capite ead. Synodus eſt vſa legem ferens de vagis clericis c. 22.*

[b] Pars occidua pollet. *Ita vtercq. m. ſ.* polluitur, *impreſſ.*

De tonſura. CAP. IIII.

TOnſuræ Eccleſiaſticæ vſus à Nazarẽis, niſi fallor, exortus eſt, qui priùs crine ſeruato, denuo poſt vitæ magnę continentiam deuotione completam, caput radebant, & capillos in igne ſacrificij ponere iubebantur: ſcilicet, vt perfectionem deuotionis ſuæ Domino conſecrarent. Horum ergo exemplo vſus ab Apoſtolis introductus eſt: vt hi, qui diuinis cultibus mancipati Domino conſecrantur; quaſi Nazaræi, id eſt, ſancti Dei, crine præciſo innouẽtur. Hoc quippe & Ezechieli prophetæ iubetur, dicente Domino: Tu fili hominis, ſume tibi gladium acutum, & duces per caput tuũ & barbã: videlicet quia & ipſe ſacerdotali genere Deo in miniſterium ſanctificationis deſeruiebat. Hoc & Nazaræos illos Priſcillam & Aquilam in Actibus Apoſtolorum primùm feciſſe legimus, Paulũ quoq. Apoſtolum, & quoſdam diſcipulorum Chriſti, qui in huiuſmodi cultu imitandi extiterunt. Eſt autem in Clericis tonſura ſignũ quoddam, quod in corpore figuratur, ſed in animo agitur: ſcilicet vt hoc ſigno in religione vitia reſecentur, & criminibus carnis noſtræ, quaſi crinibus exuamur, atq. innouatis ſenſibus, vt comis rudibus, eniteſcamus, expoliantes nos iuxta Apoſtolum, veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitione Dei. Quam renouationẽ in mente oportet fieri, ſed in capite demonſtrari, vbi ipſa mẽs noſcitur habitare. [a] Quòd verò detonſo ſuperius capite, inferiùs circuli corona relinquitur: ſacerdotium regnumq. Eccleſiæ in eis exiſtimo figurari. Tiara enim apud veteres conſtituebatur in capite Sacerdotum. Hæc ex byſſo confecta rotũda erat, quaſi ſphæra media, & hoc ſignificatur in parte capitis tonſa. Corona autem latitudo aurei eſt circuli, quæ regum capita cingit. Vtrumq. itaq. ſignum exprimitur in capite Clericorũ, vt impleatur etiam quadam corporis ſimilitudine, quod ſcriptum eſt, Petro Apoſtolo perdocente: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium. Quæritur autem, cur ſicut apud antiquos Nazaræos, non ante coma nutritur, & ſic tondetur? Sed qui hæc exquirunt, aduertant, quid ſit inter illud Propheticum velamẽtum, & hãc Euãgelij reuelationem, de qua dicit Apoſtolus: cum tranſieritis ad Chriſtum, auferetur velamen. Quod autẽ ſignificabat velamẽ interpoſitum inter faciem Moyſi, & aſpectum populi Iſrael, hoc ſignificabat illis temporibus etiã comã ſanctorum ſuccidi. Nam & Apoſtolus comam pro velamẽto eſſe dicit. Proinde iam non oportet, vt velentur crinibus capita eorum, qui Dño conſecrantur, ſed tãtùm, vt reuelentur. Quia quod erat occultum in ſacramento propheticè, iam in Euangelio declaratum eſt.

[a] Quòd vero detonſo ſuperius capite. *Vid. c.* Duo ſunt genera 12. *q.* 1. *ex Hieronymo.*

De Sacerdotio. CAP. V.

VEniamus ergo nunc ad ſacratiſsimos ordines, & ſingulariter demonſtremus, quod eſt [a] Sacerdotij fundamentũ, vel quo auctore pontificalis ordo adoleuit in ſeculo? [b] Initium quidem Sacerdotij Aaron fuit. Quamquam & Melchiſedech prior obtulerit ſacrificium, & poſt hunc Abraham, Iſaac, & Iacob. Sed iſti ſpontanea voluntate, non ſacerdotali auctoritate iſta fecerunt. Cæterùm Aaron primus in lege ſacerdotale nomen accepit, primuſque pontificali ſtola infulatus victimas obtulit iubente Domino, ac loquente ad Moyſen: Accipe, inquit, Aaron & filios eius, & applicabis ad oſtium taber-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabernaculi testimonij. Cumque laueris patrem cum filijs aqua, indues Aaron vestimẽtis suis, id est, linea tunica, & superhumerali, & rationali, quod constringes balteo, & pones tiaram in capite eius & laminam sanctã super tiaram, & oleum vnctionis fundes super caput eius, atq. hoc ritu consecrabitur. Filios quoq. illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesq. balteo Aaron scilicet & liberos eius, & impones eis mitras, eruntq. sacerdotes mihi religione perpetua. Quo loco cõtemplari oportet, Aaron summum sacerdotem fuisse, id est, Episcopum, namfilios eius presbyterorũ figuram premonstrasse. Fuerunt enim filij Aaron & ipsi sacerdotes, quibus merito adstare debuissent Leuitæ, sicut summo sacerdoti. Sed & hoc fuit inter summum sacerdotem Aaron, & inter filios eiusdem Aaron, qui & ipsi sacerdotes fuerunt, quòd Aaron super tunicam accipiebat, poderem, stolam sanctam, coronam auream, mitram, & brachiale aureum, zonam aureã, & superhumerale, & cætera, quæ supra memorata sunt. Filij autem Aaron super tunicas lineas cincti tantummodo & tiarati adstabant sacrificio Dei. Sed forsitan quæritur & hoc: cuius figurã faciebat Moyses? Si enim filij Aaron presbyterorum figuram faciebãt, & Aaron summi sacerdotis, id est, Episcopi: Moyses cuius? Indubitanter Christi. Et verè per omnia Christi, quoniam similitudo fuit mediatoris Dei, qui est inter Deum & homines Iesus Christus, qui est verus dux populorum, verus princeps sacerdotum, & dominus pontificum, cui est honor & gloria in secula seculorum, amen. Hactenus de primordijs sacerdotalibus in Veteri Testamento. In Nouo autem Testamẽto post Christum sacerdotalis ordo à Petro cœpit. Ipsi enim primùm datus est põtificatus in Ecclesia Christi, sic enim loquitur ad eum Dominus.[d] Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non vincent eam, & tibi dabo claues regni cælorum. Hic ergo ligandi soluendiq. potestatem primus accepit, primusq. ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit, siquidem & cæteri Apostoli cum Petro pari consortio honoris & potestatis effecti sunt, qui etiam in toto orbe dispersi Euangelium prædicauerunt. Quibusq. decedentibus successerunt Episcopi, qui sunt constituti per totum mundum in sedibus Apostolorum, qui non iam ex genere carnis & sanguinis eliguntur, sicut prius secundùm ordinem Aaron, sed pro vniuscuiusq. merito, quod in eum gratia diuina contulerit, sicut etiam ad Heli Dominus pronuntiauit, dicens. Hæc[e] dicit Dominus Deus Israel. Dixi, domus tua, & domus patris tui permanebunt coram me vsq. in æternũ: & nunc dicit Dominus: nequaquã, sed glorificantes me glorificabo, & qui me spernit, spernetur. [f] Quattuor autẽ sunt genera Apostolorum: vnum à Deo tantum, vt Moyses, alterum per hominem & Deum, vt Iosue: tertium tantum per hominem, sicut his temporibus multi fauore populi & potestatum in sacerdotium subrogantur: quartum autem genus ex se est, sicut pseudoprophetarum, & pseudoapostolorum. Quid sit autem nomen Apostololorum? Apostoli in Latina lingua missi interpretantur, quia ipsos misit Christus euangelizare ad illuminationem omnium populorum. Episcopatus autem, vt quidam prudentium ait, nomen est operis, non honoris. Græcum est enim, atq. inde ductum vocabulum, quòd ille qui super efficitur, superintendit, curam scilicet subditorum gerens, scopus quidem intẽtio est. Ergo Episcopos Latinè superintẽdentes possumus dicere: vt intelligat, non se esse Episcopum, qui non prodesse, sed præesse dilexerit. Quòd vero per manus impositionẽ à præcessoribus Dei sacerdotibus Episcopi ordinantur, antiqua institutio est: Isaac enim patriarcha sanctus ponens manum suam super caput Iacob, benedixit ei: similiter & Iacob filijs eius. Sed & Moyses super caput Iesu Naue manum suam imponens, dedit ei spiritum virtutis, & ducatus in populo Israel. Sic & superimpletor Legis & Prophetarũ Dominus noster Iesus Christus per manus impositionem Apostolis suis benedixit, sicut in Euãgelio Lucæ scriptum est: Et [g] produxit eos trans Bethaniam, & eleuauit manus suas, & benedixit eis: factumq. est cum benedixisset illis, discessit ab eis, & ipsi reuersi sunt in Ierusalem cum gaudio magno. Et in actibus Apostolorum ex præcepto spiritus sancti Paulo & Barnabæ ab Apostolis manus imposita est in episcopatum, & sic missi sunt ad euangelizandum. Quòd autem à trigesimo anno sacerdos efficitur, ab ætate scilicet Christi sumptum est, ex qua idem Christus orsus est prædicare. Hæc enim ætas perfectu iam non indiget paruulorum, sed perfectionis vi plena est, & robusta, & ad omnẽ disciplinę ac magisterij exercitiũ præparata.

[b] Quod

[h] Quòd vero vni[9] matrimonij virginalis sint, qui eliguntur in ordinem pontificatus: & in veteri Lege mãdatum est, & pleniùs scripsit Apostolus, dicens, Vnius vxoris virũ. Sacerdotẽ enim quærit Ecclesia, aut de monogamia ordinatũ, aut de virginitate sanctum, digamo autem aufertur agere sacerdotiũ. [i] Porrò quòd Episcopus non ab vno, sed à cunctis comprouincialibus Episcopis ordinatur, id propter hæreses institutum agnoscitur, ne aliquid contra fidem Ecclesiæ vnius tyrannica auctorias moliretur. [k] Ideoq. ab omnibus conuenientibus instituitur, aut non minus quàm à tribus præsentibus, cæteris tamen cõsentientibus testimonio litterarum. Huic autem, dum consecratur, datur baculus, vt eius indicio subditam plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum sustineat. Datur & annulus propter signum põtificalis honoris, vel signaculũ secretorũ. Nã multa sunt, quæ carnaliũ minusq. intelligentiũ sensibus occultãtes sacerdotes, quasi sub signaculo, condũt, ne indignis quibusque Dei sacramenta aperiantur. Iam verò quod seculares viri nequaquam ad ministerium Ecclesiæ admittuntur, eadem auctoritas Apostolica docet, dicẽs. Manus cito nemini imposueris, & iterùm: Nõ neophytum, ne in superbiam elatus, putet [l] se nõ tã ministeriũ humilitatis, quàm administrationẽ secularis potestatis adeptum, & condemnatione superbię, sicut Diabolus, per iactãtiam deijciatur. Quomodo enim valebit secularis homo sacerdotis magisterium adimplere, cuius nec officium tenuit, nec disciplinã agnouit? Aut quid docere poterit, cum ipse non didicit? [m] Nunc verò sæpè cernimus plurimos ordinationem in talibus facere, nec eligunt, qui Ecclesiæ prosint, sed quos vel ipsi amãt, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit: &, vt deteriora dicã, qui, vt ordinarẽtur, muneribus impetrarunt. Taceo de reliquis, alij successores filios, vel parentes faciunt, & conantur posteris præsulatus relinquere dignitatem. [n] Cum hoc nec Moyses amicus Dei facere potuit, sed Iesum de alia tribu elegit, vt sciremus principatum in populo non sanguini deferendum esse, sed vitæ meritis. [o] Interdum autem & iuxta meritum plebiũ eliguntur personæ rectorum: vnde nouerint populi, sui fuisse meriti regimẽ peruersi susceptisse pontificis. [p] Quòd autem is, qui post baptismum aliquo mortali peccato corruptus sit, ad sacerdotiũ nõ promoueatur, Lex ipsa testatur. Moyses enim in Lege præcepit sacerdotibus, ne aliquod pecus vitiatum ad aram Dei offerant. Quod ipsum postea offerentibus & spernentibus sacerdotibus Israel per Malachiã improperauit Deus dicẽs: Ad vos, ò sacerdotes, qui polluistis nomẽ meum, & dixistis, In quo polluimus te: Offertis super altare meum panẽ pollutum. Nõne si offeratis cęcum, & languidũ, nonne malum est? Vnde & in Numeris, vitula rufa, cuius cinis expiatio est populi, non aliter iubetur offerri ad altare Domini, nisi quæ terrena opera nõ fecerit, iugumq. delicti non traxerit, nec vinculis peccatorum fuerit alligata. Sed quid plura subijciam? Si enim is, qui iã in episcopatu, vel presbyterio positus mortale aliquod peccatum admiserit, retrahitur ab officio, quanto magis ante ordinationem peccator inuentus non ordinetur? [q] Quapropter quia Lex peccatores à sacerdotio remouet, consideret se vnusquisq. & sciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahat se ab hoc non tam honore, quàm onere, & aliorũ locum, qui digni sunt, non ambiat occupare. Qui enim in erudiendis atq. instituendis ad virtutem populis præerit, necesse est, vt in omnibus sanctus sit, & in nullo reprehẽsibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipse à peccato debet esse alienus. [r] Nam cum qua fronte subiectos arguere poterit, cum illi statim posit correptus ingerere: ante doce te, quæ recta sunt? Quapropter qui negligit recta facere, desinat recta docere. Prius quippe semetipsum corrigere debet, qui alios ad bene viuendum admonere studet, ita vt in omnibus semetipsum formã viuendi præbeat, cunctosq. ad bonum opus doctrina & opere prouocet. [s] Cui etiam sciẽtia scripturarum necessaria est, quia si Episcopi tãtùm sancta sit vita, sibi soli potest prodesse, sic viuens. Porrò si & doctrina & sermone fuerit eruditus, potest cæteros quosq. instituere, & docere suos, & aduersarios repercutere, qui ni refutati fuerint, atq. conuicti, facile queunt simplicium corda peruertere. Huius autem sermo debet esse purus, simplex, apertus, plenus grauitate, & honestate, plenus suauitate & gratia, tractãs de mysterio Legis, de doctrina fidei, de virtute continentiæ, de disciplina iustitiæ, vnumquemq. admonens diuersa exhortatione iuxta professionis morumq. qualitatẽ, scilicet vt prœnoscat, quid, cui, quãdo, vel quomodo proferat.

Cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cuius præ cæteris speciale officium est, scripturas legere, percurrere canones, exempla sanctorum imitari, vigilijs, ieiunijs, orationibus incumbere, cum fratribus pacem habere, nec quenquam in membris suis despicere, nullum damnare, nisi comprobatum, nullum excommunicare, nisi discussum. Quiq. ita humilitatem pariter & auctoritatem præstabit, vt neq. per nimiam humilitatem suã subditorum vitia conualescere faciat, neq. per immoderatam auctoritatem seueritatis potestatem exerceat: sed tantò cautiùs erga commissos agat, quantò duriùs à Christo iudicari formidat. Tenebit quoq. illam supereminẽtem donis omnibus charitatem, sine qua omnis virtus nihil est: custos enim sanctitatis charitas, locus autem huius custodis humilitas. Habebit etiam inter hæc omnia & castitatis eminentiam, ita vt mens Christi corpus confectura ab omni inquinamento carnis sit mũda & libera. Inter hęc oportebit cum sollicitudine dispẽsatione curam pauperum gerere, esurientes pascere, vestire nudos, susCipere peregrinos, captiuos redimere, viduas ac pupillos tueri, peruigilem in cunctis exhibere curam, prouidentiam, & distributionem discretam. In [c] quo etiam hospitalitas ita erit præcipua, vt omnes cum benignitate & charitate suscipiat. Si enim omnes fideles illud Euãgelicũ audire desiderant: Hospes fui, & suscepistis me: quãto magis Episcopus cuius diuersoriũ cũctorũ debet esse receptaculũ? Laicus enim vnum aut duos suscipiens impleuit hospitalitatis officium, Episcopus, nisi omnes receperit, inhumanus est. In negotijs autẽ secularibus dirimendis oportet eũ caussã merito discernere, nõ gratia, neq. enim sic debet Episcopus suscipere potentẽ, vt cõtristet cõtra iustitiã pauperem, neq. pro paupere auferat iustitiã à potente. Non defendat improbum, nec sancta indigno committẽda arbitretur, neq. arguat, aut impugnet, cuius crimẽ nõ reprehẽdit. [u] Erit, quoq. illi etiam iuxta Apostolum manſuetudo, patiẽtia, sobrietas, moderatio, abstinentia, siue pudicitia, vt non solùm ab opere immundo se abstineat, sed etiam à iactu oculi & cogitationis errore, ita vt dum nullum vitium in se regnare permittit, impetrare apud Deum veniam pro subditorum facinoribus valeat. Qui enim ista sectauerit, & Dei minister vtilis erit, & perfectũ sacerdotiũ repręsentabit.

[a] *Sacerdotum nomine hoc loco, vt sæpè aliàs, Episcopi soli veniunt.*

[b] Initium quidem sacerdotij, &c. *Ex Anacleti ep. 2. ad Episcopos Italia.*

[c] Accipe, inquit, Aaron. *Exod. 39.*

[d] Tu es Petrus. *Matth. 16.*

[e] Hæc dicit Dominus. *1. Reg. c. 2.*

[f] Quattuor sunt autem genera Apostolor. *Ex Hieron. in c. 1. ep. ad Galat.*

[g] Et produxit eos trans Bethaniam. *Ex veteri interpretatione. Nostra enim:* Eduxit autẽ eos foras trans Bethaniam. *Luc vltim.*

[h] Quòd verò vnius matrimon. virg. *Vid. d. 3. cap. si quis. & 28. q. 3.*

[i] Porrò quod Episcopus non ab vno. *c.* Archiepiscopus, *& seqq. d. 66. & Ruffini histor. c. 6. in Nicæna Synodi canonib.*

[k] Ideoq. ab omnib. conuenientib. *Vid. 64. distinct.*

[l] Putet se non tam ministerium humil. *Ex Hieron. in c. 1 ep. ad Tit.*

[m] Nunc verò sæpè cernimus, *vsq. ad,* dignitatem. *Ex eod. loco.*

[n] Cum neq. Moyses. *Ex eod.*

[o] Interdum autem. *Vid. c.* audacter. *8. q. 1. ex Origene vel Hier. potiùs.*

[p] Quòd autem is qui post baptismũ aliquo mortali peccato correptus. *Quod eiusmodi sit (ait Gratianus d. 25 c. primum) vt ex eo sit perpetua infamia. Ita enim ille Hieronymi verba in c. 1. ep. ad Titũ. vnde hæc sumpta sunt, interpretatur, quæ referemus, necui hæc duriora videãtur,* Primũ itaq. sine crimine iubetur esse Eps, quod puto alio verbo ad timotheũ irreprehensibilẽ nominatũ. Nõ quòd eo tẽpore, quo ordinandus est, sine vllo sit crimine; & præteritas maculas noua cõuersatione diluerit: sed quod ex eo tẽpore, quo in Christũ renatus est, nulla peccati conscientia remordeatur. Quomodo enim potest præses Ecclesiæ auferre malũ de medio eius, qui in delicto simili corruit? aut qualibertate corripere peccãtem potest, cum tacitus sibi ipse respondeat, eadẽ admisisse, quæ corripit? *Legitur autem* corruptus *in Gothic. & in ed. Rom. sed* correptus, *magis videtur ex Gratiani sensu. Mollijsse enim videtur Isidorus Hieronymi verba, cum non quolib. crimine, sed mortali, &* correptũ, *quasi deprehẽsum esse voluit.*

[q] Qua propter quia lex pecc. *vsq. ad,* occupate. *Verba sunt Hieronymi ibidem.*

[r] Nã cũ qua frõte, *vsq. ad,* recta sunt. *Eiusd. sunt.*

[s] Cui etiã sciẽtia script. *vsq. ad,* peruertere. *eiusd. ibid.*

[t] In quo etiã hospitalitas, *vsq. ad,* inhuman⁹. *Hier. ibid.*

[v] Erit quoq. illi iuxta Apost. *Ibid. & 1. cõtra Iouinian.*

De Chorepiscopis. Cap. VI.

CHorepiscopi, [a] id est, vicarij Episcoporũ, iuxta quod canones ipsi testantur, instituti sunt ad exemplum septuaginta seniorũ, tanquam consacerdotes propter sollicitudinem pauperum. Hi in villis & vicis constituti gubernant sibi commissas Ecclesias, habẽtes licentiam constituere lectores, subdiaconos, exorzistas, acolythos: presbyteros autẽ aut diaconos ordinare non audeant, præter conscientiam Episcopi, in cuius regione præsse noscuntur: hi autẽ à solo Episcopo ciuitatis cui adiacent, ordinantur.

[a] *Quæ de Chorepisc. dicit è Concil. Antioch. c. 10. sumpta videri possunt. Vid. Leon. ep. 88. & can. Ntcæn. 54.* Hi propter insolentiã (*ait Gratianus c. Chorepisc. d. 68.*) ab Ecclesia prohibiti sunt.

De Presbyteris. Cap. VII.

PResbyterorum ordo [a] exordium sumpsit (vt dictum est) à filijs Aarõ. Qui enim sacerdotes vocabantur in Veteri Testamẽto, hi sunt, qui nunc appellantur presbyteri, & qui nuncupabantur principes sacerdotum, nunc Episcopi nominantur. Presbyteri autem interpretantur seniores, quia seniores ætate Græci presbyteros vocant. [b] His enim, sicut Episcopis, dispensatio mysteriorũ Dei cõmissa est. Præsunt enim Ecclesiæ Christi, & in confectione diuini corporis & sanguinis consortes cum Episcopis sunt, similiter & in doctrina populorũ, & in officio prædicãdi. Ac sola propter auctoritatẽ sũmo sacerdoti clericorũ ordinatio, & cõsecratio seruata est, ne à multis Ecclesiæ disciplina vendicata cõcordiã solueret, scãdala generaret. [c] Nam Paulus Apostolus cosdẽ presbyteros, vt verè sacerdotes, sub nomine Episcoporũ ita asseuerat, loquens ad Titum. Huius rei (inquit) gratia reliqui te Cretę, vt ea, quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, quemadmodũ ego tibi disposui. Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim Episcopũ sine crimine esse. Qua sententia ostendit presbyteros etiam sub Episcoporũ nomine taxari. Vnde & ad Timotheũ de ordinatione Episcopi & Diaconi scribens, de presbyteris omnino tacuit, quia eos in Episcoporũ nomine cõprehendit. Secundus enim primo coniunctus gradus est, sicut & ad Philippenses de Episcopis & Diaconibus scribit, cum vna ciuitas plures Episcopos habere non posit. Et in actibus Apostolorum presbyteros Ecclesiæ Ierosolymã iturus congregauit, quibus inter cætera. Videte (inquit) gregẽ, in quo vos Spiritus Sanctus Episcopos ordinauit, vnde etiam tales in Ecclesia presbyteros cõstituẽdos esse sicut Episcopos, & Apostolus ad Titũ loquitur, & canones ipsi testãtur. [d] Presbyteros aũt merito & sapiẽtia dici, non ætate, nam & Moysi præcipitur, vt eligat presbyteros. Vnde & in Prouerbijs dicitur, Gloria senũ canities. Quæ est hęc canities? haud dubiũ, quin sapiẽtia, de qua scriptũ est, canities hominũ prudẽtia est, cumq. nõgentos & amplius annos ab Adã vsq. ad Abrahã, vixisse homines legimus, nullus alius appellatus est primus presbyter, id est, senior, nisi Abrahã qui multò paucioribus annis vixisse cõuincitur. Nõ ergo propter decrepitã senectutẽ, sed propter sapientiã presbyteri nominãtur. Quòd si ita est, mirum est cur insipientes cõstituantur.

[a] Exordium sumpsit à filijs Aaron. *Anaclet. ep. 2. & Hieronym. ad Nepotian. ep. 2.*

[b] His enim sicut Episcopis, *vsq. ad* prædicandi. *Carptim hæc sumpta ex ep. ad Rustic. Narbonen. Hieronym. tom. 9. ita vt quadam resecuisse consultò videatur, vt confirmandi & benedicendi officia. Quòd autem æquare Episcopis presbyteros videtur, nos eũ alia ratione nõ defendemus, quàm qua tuetur ipse sese, nõ referẽda esse ad culpæ suæ titulũ de quibus testificatio adhibetur auctorũ. Sunt aũt verba quibus plus æquo presbyteris tribuisse videtur, nõ Isidori. sed Hieron. Cuius mens atq. animus is fuisse videtur, vt Episcopor. fastum, & insolentium comprimeret, atq. retunderet, nõ vt presbyteros illis pares faceret. Vt ex collatis eius plurib. locis collegere tamprudem doctissimi viri, In quib. Franc. Turrianus lib 8. const. c. 36. Maria. Reatin. in ep. ad Euagr. Cæs. Baron. Annal. tom. 1. ann. 58. Nã quid Isido. senserit de Episcop. offic. satis cõstat ex c. perlectis. d. 25. & ex c vlt. huj⁹ operis de chrismate.*

[c] Nã Paulus. *Ex Hier. ep. ad Euagr & comm. ad Tit.*

[d] Presbyteros aũt merito, vsq. ad fin. *Verba sunt Hieron. in c. 3. Isai. quorũ pleraq. legũtur etiã in Anacleti ep. 2.*

De Diaconibus. Cap. VIII.

DIaconorum ordo à Leui tribu accepit exordium. Præcepit enim Dñs Moysi, vt post ordinationẽ Aarõ sacerdotis & filiorum eius, rursus Leui tribus in diuini cultus ministerijs ordinarẽtur, & consecrarentur Dño pro omnibus primogenitis, & seruirent pro Israel corã Aarõ, & filijs in tabernaculo Dñi, excubãtes in templo die ac nocte: ipsiq. gestarent Arcã, & Tabernaculũ, & omnia vasa eius, & in circuitu Tabernaculi castra ipsi cõstituerẽt, & in promouẽdo Tabernaculo ipsi deponerẽt, rursus ipsi cõponerent. A xxv. annis, & supra ijsdẽ in Tabernaculo seruire mãdatũ est, quã regulã sancti Patres, & in Nouo Testamẽto cõstituerũt. In Euãgelio primordia eorũ in actibus Apostolorũ ita legũtur, cõuocantes itaq. xii. Apostoli multitudinẽ discipulorũ dixerũt, nõ placet nos relinquere verbũ Dei, & ministrare mensis. Quid ergo est fratres? cõsiderate ex vobis ipsis viros boni testimonij vii. plenos Spiritu Sãcto, & sapientia, quos cõstituamus in hãc rẽ. Nos verò erimus orationi, & ministerio sermonis instãtes. Et placuit hic sermo corã omni multitudine, & elegerunt Stephanũ plenũ fide & Spiritu sctõ Philippũ, & Prochorũ, & Nicanorẽ, & Timonẽ, & Parmenã, & Nicolaũ adue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam Antiochensem. Quos statuerunt ante Apostolos, & cum orassent, imposuerũt illis manus,& verbũ Dei crescebat,& multiplicabatur numerus credentiũ. Ex hinc iã decreuerunt Apostoli, vel successores Apostolorũ, per omnes Ecclesias septem Diaconos, qui sublimiori gradu cæteris proximi circa aram Christi, quasi colũnæ altaris assisterẽt,& non sine aliquo septenarij numeri mysterio. Hi sunt enim, quos in Apocalypsi legimus, septem Angeli tubis canentes. Hi sunt septẽ cãdelabra aurea. Hi voces tonitruorum. Ipsi enim clara voce in modũ præconis admonent cunctos, siue in orando, siue in flectendis genibus, siue in psallendo, siue in lectionibus audiendis, ipsi etiam, vt aures habeamus ad Dñm, adclamant, ipsi quoq. Euãgelizant, sine ipsis sacerdos nomẽ habet, officium non habet. Nam sicut in sacerdote cõsecratio, ita in ministro dispẽsatio sacramẽti est, illi orare, huit psallere mãdatur: ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispẽsat. Ipsis etiã sacerdotibus propter præsumptionem non licet de mensa Dñi tollere calicẽ, nisi eis traditus fuerit à Diacono. Leuitæ inferũt oblationes in altari, Leuitæ cõponunt mensam Dñi, Leuitæ operiunt arcam Testamẽti. Nõ enim omnes vident alta mysteriorum, quæ operiũtur à Leuitis, ne videãt, qui uidere nõ debent, & sumant, qui seruare non possunt, quiq. propterea altario albis induti assistũt, vt cælestem vitam habeãt, candidiq. ad hostias, immaculatiq. accedant, mũdi scilicet corpore, & incorrupti pudore. Tales enim decet Dñm habere ministros, qui nullo carnis corrũpantur contagio, sed potius eminẽtia castitatis splẽdeãt. Quales enim Diaconi ordinẽtur, Apostolus Paulus plenissimè scribit ad Timotheum. Nã cum præmisisset de sacerdotũ electione, cõtinuo subiecit. Diaconi similiter irreprehensibiles, hoc est, sine macula, sicut Episcopi: pudici vtiq. id est, à libidine cõtinentes: nõ bilingues, scilicet, ne cõturbẽt habentes pacẽ: nõ multò vino dediti, quia vbi ebrietas, ibi libido dominatur & furor: non turpe lucrum sectantes, ne de cælesti mysterio lucra terrena sectentur. Est quoq. & turpis lucri appetitio, plus de præsentibus, quàm de futuris cogitare. Post hæc subiecit: Hi autem probentur primùm, & sic ministrẽt. nullũ crimẽ habẽtes. Vtiq. sicut Episcopi, sic & isti ante ordinationem probari debent si digni sunt, & postea sic ministrẽt.

a *Pleraq. ex ep. citata ad Rustic. Narbonen.*

A

De Custodibus sacrorũ. Cap. IX.

CVstodes sacrarij Leuitæ sunt. Ipsis enim iussum est custodire tabernaculũ, & omnia vasa templi, quiq. ideo in Lege ab anno quinquagenario eligũtur Custodes vasorũ: vt post edomitũ carnis conflictũ iam quieti, mundo corpore pariter & mente Deo seruiant, præferentes speciem grauitatis, ne fallantur consilio, ne fidem deserant, neque quicquam intemperantiùs gerant.

De Subdiaconibus. Cap. X.

B SVbdiaconi, [a] qui apud Græcos hypodiaconi vocantur, in Esdra inueniũtur, appellaturque ibi Nathinæi, id est, in humilitate Dño seruientes. Ex eorũ ordine fuit ille Nathanael, qui in Euangelio Iohannis diuina proditione cõmonitus, Saluatorẽ Dñm meruit confiteri, quiq. etiã ad primum diuinitatis indiciũ fidelis enituit, protestante Dño, ac dicente. Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Deniq. isti oblationes in tẽplo Dñi suscipiũt à populis, isti obediunt officijs Leuitarũ, isti quoq. vasa corporis & sanguinis Christi Diaconibus ad altaria Dñi offerunt. De quibus quidem placuit Patribus, vt quia sacra mysteria cõtrectant, casti, & cõtinẽres
C ab vxoribus sint, & ab omni carnali immũditia liberi, iuxta quod illis Propheta dicẽte iubetur, Mundamini, qui fertis vasa Dñi. Hi igitur, cũ ordinantur, sicut sacerdotes & Leuitæ, manus impositionẽ non suscipiunt, sed patenam tantùm & calicem de manu Episcopi, & ab Archidiacono scyphũ aquæ cum aquæmanili, & manutergium accipiunt.

a *Vid. cit. ep. ad Rustic.*

De Lectoribus. Cap. XI.

D LEctorũ ordo formam, & initium à Prophetis accepit. Sunt igitur Lectores, qui verbũ Dei prædicant, quibus dicitur. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Isti quippe, dum ordinantur, primùm dẽ eorum conuersatione Episcopus verbũ facit ad populũ. Deinde coram plebe tradit eis codicem apicum diuinorum ad Dei verbum annuntiandum. Qui autem ad huiusmodi prouehitur gradum, iste erit doctrina & libris imbutus, sensuumq. ac verborum scientia perornatus, ita vt in distinctionibus sententiarũ intelligat, vbi finiatur iunctura, vbi adhuc

adhuc pendet oratio, vbi sententia extrema claudatur. Sicq. expeditus vim pronũtiationis tenebit, vt ad intellectum omnium mentes sensusq. promoueat discernendo genera pronuntiationum atq. exprimendo sententiarum proprios affectus, modo indicantis voce, modo dolentis, modo in crepantis, modo exhortantis, siue his similia secundum genera propriæ pronuntiationis. In quo maximè illa ambigua sententiarum adhibenda cognitio est. Multa enim sunt in scripturis, quæ nisi proprio modo pronuntientur in cõtrariam recidunt sententiam, sicuti est. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iu- B stificat? Quod si quasi confirmatiuè non seruato genere pronuntiationis suæ dicatur, magna peruersitas oritur. Sic ergo pronuntiandum est, ac si diceret, Deus ne, qui iustificat? vt subaudiatur, non. Necesse est ergo in tantis rebus scientiæ ingenium, quo propriè singula, conuenienterq. pronuntientur. Propterea & accentuũ vim oportet scire lectorem, vt noueritin qua syllaba vox protẽdatur pronũtiantis. Pleruntq. enim imperiti lectores in verborum accentibus errant, & solent irridere nos imperitiæ hi, qui videntur habere notitiam, detrahentes & iurantes penitus nescire, quod dicimus. Porrò vox lectoris simplex erit, & clara, & ad omne pronun- C tiationis genus accõmodata, plena succo viri li, agrestem & subrusticum effugiens sonum, non humilis, nec adeo sublimis, non fracta vel tenera, nihilq. fœmineum sonans, neq. cũ motu corporis, sed tãtummodo cum grauitatis specie. Auribus enim & cordi consulere debet lector, non oculis, ne potius ex seipso spectatores magis quã auditores faciat. Vetus opinio est, lectores pronũtiandi causſa præcipuam curam vocis habuisse, vt exaudiri in tumultu possent. Vnde & dudum lectores præcones vel proclamatores vocabãtur.

De Psalmistis. Cap. XII.

PSalmistarũ, id est, cantorum principes vel auctores Dauid, siue Asaph extiterũt. Isti enim post Moysen Psalmos primi cõposuerũt, & cãtauerũt. Mortuo autem Asaph filij eius in hunc ordinem subrogati sunt à Dauid, erantq. Psalmistæ per successionem generis, sicut & ordo sacerdotalis, ipsiq. soli cõtinuis diebus in templo canebant candidis induti stolis ad vocem vnius respondẽte choro. Ex hoc veteri more Ecclesia sumpsit exẽplum nutriendi Psalmistas, quorum cãtibus

A ad affectum Dei mentes audientium excitentur. Psalmistam autem & voce & arte prę clarũ illustremq. esse oportet, ita vt oblectamẽto dulcedinis animos incitet auditorum. Vox enim eius nõ aspera, vel rauca, vel dissonãs, sed canora erit, suauis, liquida, atq. acuta, habens sonum & melodiã sanctæ religioni congruentem, nõ quæ tragica exclamat arte, sed quæ Christianam simplicitatem, & in ipsa modulatione demonstret, nec quæ musico gestu vel theatrali arte redoleat, sed quę compunctionem magis audientibus faciat. Antiqui pridie quàm cantandum erat, cibis abstinebãt, psallentes tamẽ legumine caussa vocis assiduè vtebantur. Vnde & cantores apud gẽtiles fabarij dicti sunt. [a] Veteres, lamina pectori imposita, sub ea cãtica exclamãtes alẽdis vocibus rationẽ demõstrauere. Solent aũt ad hoc officiũ etiã absq. scientia Episcopi sola iusſione presbyteri eligi quiq. quos in cãtãdi arte probabiles esse cõstiterit.

a Veteres lamina pectori imposita. *Hoc de Nerone prodidit Plinius lib. 34 c. 18.* Nero (quoniã ita Dijs placuit) princeps, lamina pectori imposita sub ea cantica exclamãs, alẽdis vocibus demõstrauit rationẽ.

De Exorcistis. Cap. XIII.

IN ordinatione & ministerio Ecclesiæ secundũ officia, quæ in tẽplo Salomonis erãt
C dispositа, quæq. posterius sunt ab Esdra dispertita, inuenimus, eos quos Esdras. [a] Actores memorat tẽpli, eos nũc esse Exorcistas in Ecclesia Dei. Fuerunt enim sub Esdra Actores tẽpli, seruorũ Salomonis filij, qui actum templi totius sub cura sua haberent, non tũ sacerdotalibus officijs ministrarẽt, aut sacris oblationibus deseruirent. Et cum fuissent ex ordine & ministerio tẽpli, lõgè fuerũt ob officio altaris Dei, quia nec psalmistis, nec ostiarijs, nec sacrorũ seruis attingere licebat munera altaris, nisi tantummodo Leuitis. Quid ergo est? Nullã aliã curã habebant Actores templi, nisi ad sarta tecta reficienda, vt quæcunq. fuissent vexata in ædificio templi aut delapsa, per eosdẽ Actores de thesauris Dñicis reficerentur, atq. excolerẽtur. Ergo Actores templi, Exorcistæ sunt in populo Dei, quo modo enim Actor prudẽs & bonus scit, quis sit Dñi sui census, & omnis substantiæ modus, & redigit apud se totius possessionis instrumẽta originalia: sic & Exorcista redigit in suam diligentiã totius regni Domini secreta, vt memoriæ mandet de scripturarum sacramentis, vnde exerceat donũ, quod illi est à Spiritu Sancto cõcessum, secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostoli præconium. Exorcistas enim memorat Apostolus,cum dicit: Nũquid omnes habent donationes sanationum ? Hi enim, cum ordinantur, sicut ait canon, accipiunt de manu Episcopi libellũ, in quo scripti sunt exorcismi,accipientes potestatẽ imponendi manus super energumenos, siue baptizatos, siue catechumenos.

[a] Quos Esdras actores tẽpli: *Quid exorcistis cum actorib.templi ? Hoc opinor: corpora nostra templa sunt Spiritus Sancti. In ea cum immigrat nequam spiritus,iam tum adibus (vt Comici verbis loquar) vitium datur. Atq.eo nonnunquam res redit,vt non videantur ædes sarciri posse, quin totæ perpetuæ ruant. Exemplo esse possunt: & is,quem restituere non potuerunt Apostoli, & is,quem mutum, surdum,cæcumq. Dominus ipse sanauit,ac refecit. Id igitur Exorcistar. munus, eas* B *vti ædes reficiant, sartas tectasq. reddant. Est verò Poetæ locus, quem indicaui, supra quam dici posit elegans ad hanc similitudinem illustrandam, atq. dilatandam.*

De Acolythis. Cap. XIIII.

AColythi [a] Græcè, Latinè ceroferarij dicuntur,à deportandis cereis, quando legendum est Euangelium.aut sacrificiũ offerendum;tunc enim accenduntur luminaria ab eis,& deportantur, non ad effugandas tenebras, dum Sol eo tempore rutilet,sed ad signum lætitiæ demonstrandum,vt sub typo luminis corporalis illa lux ostẽdatur,de qua in Euãgelio legitur. Erat lux vera,quę illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mũdum.

Rab.lib.7.etymol.og. c.12.

De Ostiarijs. Cap. XV.

OStiarij sunt, qui in Veteri Testamento ianitores templi vocabãtur, qui præerãt portis Ierusalem: quiq. ordinati per vices suas: omnia interiora templi vel exteriora custodiebant. Hi deniq́ue inter sanctum & iniquum discernẽtes, eos tantum in Ecclesia, qui sunt fideles, recipiunt. Intrare enim templum, nisi per hos, nõ possumus,habent enim potestatem tam bonos recipiendi,quã reijciendi indignos.

De Monachis. Cap. XVI.

VNde autem ad Monachos studiũ defluxit paupertatis,vel quis huius conuersationis exitit auctor,cuius isti habitũ imitantur? [a] Quantũ attinet ad auctoritatem veterũ scripturarum,huius propositi princeps Elias, A & discipulus eius Eliseus fuerũt, siue filij prophetarũ, qui habitabãt in solitudine, vbiq́. relictis faciebãt sibi casulas prope fluẽta Iordanis. Huius etiã propositi in Euangelio Baptista Iohannes auctor extitit, qui eremũ solus incoluit, locustis tãtum & agresti melle nutritus. Iam deinde progeniti sunt conuersationis huius nobilissimi principes,Paulus,& Antonius,Hilarion, Macharius,cæteriq́. patres quorum exemplis per vniuersum mundum adoleuit sancta institutio Monachorum. Sex autem sunt genera Monachorum,quorum tria optima, [b] reliqua vero terrima,atq́. omnimodis cuitanda. [c] Primũ genus est Cœnobitarum,idest,in commune viuentium,instar sanctorum illorum, qui tẽporibus Apostolorum Ierosolymis, venditis ac distributis omnibus suis indigentibus,habitabant in sancta communione vitæ, non dicentes aliquid proprium, sed erant illis omnia cõmunia,& anima vna, & cor vnum in Deum. Horum igitur institutione monasteria sumpsere principium.

[d] Secundum genus est Eremitarum, qui procul ab hominibus recedentes, deserta loca & vastas solitudines sequi atq́ue habitare perhibentur,ad imitationẽ scilicet Eliæ & Iohannis Baptistæ, qui eremi secessus penetrauere. Hi quippe incredibili mundi cõtemptu sola solitudine delectantur, herbis tantum agrestibus victitantes,aut pane solo, vel aqua contenti, quæ eis per certa interualla temporũ deferuntur, sicq́. secretissimi penitus,& ab omni hominum conspectu remoti,diuino tantùm colloquio perfruuntur, cui puris mentibus inseruiunt, & propter cuius amorem non solùm mundũ,sed etiam hominum consortia reliquerunt.

Tertium genus est Anachoretarũ,qui iam cœnobiali conuersatione perfecti, includũt semetipsos in cellulis procul ab hominum conspectu remoti,nulli adse præbẽtes accessum sed in sola contẽplatione Dei viuentes.

[e] Quartum genus est,qui sibi Anachoretarũ imagine blãdiũtur:isti,vt ait Cassianus,in primordijs suis feruore quodã breui cœnobij perfectionẽ videtur expetere, sed continuò tepefacti, dum pristinos mores ac vitia resecare contemnunt,nec iugum humilitatis ac patientiæ diutius sustinere contenti sunt,subdiq́. seniorum imperio dedignãtur, separatas expetunt cellas, ac solitarij sedere desiderant: vt à nemine lacessiti, mansueti vel humiles existimentur, quæ institutio, immo

immo tepor,hos quos semel infecerit,ad perfectionem nũquã permittit accedere. Hoc enim modo non solùm abscindũtur,verumetiã in deterius eorũ vitia cõualescũt,dum à nemine prouocati,vt quoddã lerhale & intestinum virus,quod quantò ampliùs celatum fuerit, tanto profundiùs serpẽs insanabilem morbum generat ægrotanti. Pro reuerentia enim singularis cellulæ nullus iam vitia solitarij audet arguere, quæ ille ignorari maluit,quàm curari.

[f] Quintum genus est Circumcellionũ,qui sub habitu monachorũ vsq́.quaq́. vagantur, venalẽ circũferentes hypocrisin, circũeuntes prouincias,nusquã missi,nusquã fixi,nusquam stantes,nusquã sedentes:alij quæ non viderunt confingunt,opiniones suas habentes pro Deo:alij mẽbra martyrum(si tamen martyrum)venditant:alij fimbrias & phylacteria sua magnificant, gloriã captantes ab hominibus:alij criniti incedũt, ne vilior habeatur tonsa sanctitas,quàm comata. Vt videlicet qui eos viderit, antiquos illos, quos legimus,cogitet,Samuelẽ & Eliã,& cæteros. Alij honores,quos nõ acceperunt, habere se protestantur: alij parentes, vel consanguineos suos in illa,vel in illa regione se audisse, & videre, & ad eos pergere mentiuntur, & omnes petunt,ab omnibus exigũt aut sumptum lucrosæ egestatis, aut simulatæ pretiũ sanctitatis. Cũ interea vbicũq́. in factis suis malis ac verbis deprehensi fuerint,vel quoquo modo innotuerint, sub generali nomine Monachorũ propositum blasphematur.

[g] Sextum genus est Monachorũ,& ipsum tetertimũ atq́.neglectũ,quod per Ananiã,& Saphiram in exordio Ecclesiæ pullulauit, & Apostoli Petri seueritate succisum est,quiq́. ab eo, quòd semetipsos à cœnobiali disciplina sequestrant,suasq́. appetunt liberi voluptates, Ægyptiorum lingua Sarabaitę,siue Remobothitæ nũcupãtur. Cõstruunt enim sibi cellulas,eaq́ue falso nomine monasteria nuncupant,liberiq́. ab imperio seniorum arbitrio suo viuunt,certatim in operibus laborantes,non vt indigentibus distribuant,sed vt acquirant pecunias,quas recondant,& sicut ait de ipsis Hieronymus,quasi ars sit sancta,non vita. Quicquid vendiderint,maioris est pretij:re vera (vt idem dicit)solẽt certare ieiunijs, vt rem secreti victoriæ faciãt. Apud hos affectata sunt(inquit)omnia,fluxę manicæ, caligæ follicantes, vestis grosior, crebra suspiria,visitatio virginum, detractio A clericorum,& si quando dies festus venerit,o satiantur ad vomitum. Inter cœnobiũ autẽ & monasteriũ ita distinguit Cassianus:quòd monasteriũ possit etiã vnius Monachi habitatio nuncupari, cœnobium autem non nisi plurimorũ. Quorũ quidem cõuersationem, vt patrum edocet institutio, breuiter intimabo. Hi quippe (vt prædictum est) cõtemptis primùm ac desertis mundi huius illecebris,in cõmuni vita sanctissima congregati, simul agunt, viuẽtes in orationibus,in lectionibus,in disputationibus, in vigilijs, in ieiunijs, nulla superbia tumidi, nulla inuidia liuidi,sed modesti,verecundi,placati, concordissimã vitam sectantur, cogitationesq́. suas B alterutrũ reuelantes,inuicẽ discutiũt & corrigunt. Nemo quicquã terrenũ sorte peculiari possidet, pretiosis vel coloratis vestibus nõ induũtur.sed vilissimis atq́. sinceris,lauacris nunquã vtuntur ad delectationẽ corporis, sed rarò, propter necessitatẽ languoris, inconsulto Abbate nusquam progrediũtur, neq́ue aliquid ab eis sine nutu paternæ iussionis assumitur:operantur autem manibus ea, quibus corpus pasci possit, & adeo mens impediri non possit. Canunt autem manibus operantes,& ipsum laborem, tanquam diuino celeumate,consolantur. Opus autem suum tradunt eis, quos Decanos vocant, eo C quòd sint denis præpositi,vt neminem illorũ cura sui corporis tangat,neq́ue in cibo, nec in vestimento, nec si quid aliud opus est, vel quotidianę necessitati,vel mutuæ,vt adsolet,valetudini. Ipsi autem Decani tradunt ea Præposito,Prępositus autem cum magna sollicitudine omnia disponens prę̃sto facit, quicquid illorum vita propter imbecillitatem corporis postulat,rationem tamẽ etiam ipse reddit ei, quem Patrem vocãt. Hi verò Patres intellectu, tolerantia atq́ue discretione insignes,omnibus rebus excelsi,nulla D superbia consulunt his,quos filios appellant, magna sua in iubendo auctoritate, magna illorum in obediendo voluntate. Cõueniũt autem omnes frequenter nocte dieq́. dato signo festina cum properatione ad orationem sollemnium horarum celebrantes fixa intentatione cordis, vsq́ue ad cõsummationem Psalmorum sine fastidio persistentes. Item conueniunt diebus singulis interpositis, dum adhuc ieiuni sunt in collatione ad audiendum Patrem. Audiunt autem cum incredibili studio, summo silentio, affectusq́ue animorum suorum, prout eos

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouocauerit differentis oratio, vel gemitu, vel fletu significantes. Corpus deinde cum silentio magno reficiunt tantum, quantum saluti necesse est, coercente vnoquoq. parsimoniam concupiscentiam, & gulam: ne grauetur corũ cor, vel in ea ipsa, quæ præsto sunt, parca & vilissima, Itaq. non solùm à carnibus & à vino abstinent pro sufficentia domandarum libidinum, sed etiam ab omnibus, quæ ventris & gutturis prouocãt appetitũ. Sanè quidquid necessario victui superest ex operibus manuum, & epularum restrictione, tanta cura egentibus distribuitur, vt nihil remaneat, quod abũdauerit. Ad cuius sanctæ militiæ propositum veniũt nõ solum liberi, sed etiam plerunq. & ex conditione seruili, sed propter hoc à dominis liberati, vel propter hoc potius liberandi. Veniunt quoq. & ex vita rustica, & ex opificum exercitatione & ex plebeio labore, tantòvtiq. felicius, quantò fortius educati. Quòd si nõ admittantur, graue delictum est. Multi enim ex eo numero verè magni imitandiq. extiterunt, nã propter ea & infirma mundi elegit Deus, vt confunderet fortia, & stulta mundi elegit, vt confunderet sapientes, & ignobilia mundi, & ea, quæ non sunt vt ea, quæ sunt euacuentur, & non glorietur omnis caro coràm Deo. Simili quoq. modo extãt & cœnobia fœminarum Deo sollicitè casteq. seruientium, quæ in habitaculis suis segregatæ ac remotæ à viris quàm longissimè, pia tantùm sanctitatis charitate iunguntur, & imitatione virtutis. Ad quas iuuenum nullus accessus est, neq. ipsorum quauuis grauissimorum & probatissimorum senum, nisi vsq. ad vestibulum necessaria præbendi, quibus indigẽt, gratia. His præsunt singulæ grauissimæ ac probatissimæ, non tantùm instituendis componendisq. moribus, sed etiam instruendis mentibus peritæ atq. paratæ. Lanificio etiam corpus exercẽt, atq. sustentant, vestesq. ipsas monachis tradunt, ab his inuicem, quod victui opus est, resumentes. Hos mores, hanc vitam, hanc institutionem tenere videntur cœnobia virginum, ac Monachorum. Monachi autem secundum humilitatem eliguntur. Multos enim ex eis cenodoxiæ morbus commaculat, multos abstinentia inflat, & extollit scientia. Faciunt enim bona, sed propter famam, non propter vitam æternam: scilicet vt aut affectẽt gloriam laudis, aut perueniãt ad fastigiũ desiderati honoris. Inter hos sæpius discordia oboritur, inuidiæq. liuor de fraternis profectibus gignitur, amor temporalium rerum grassatur, sequentes terrenas concupiscentias tantò inhianter, quantò sæpius & ante humanos oculos impudẽter. Tales itaq. nequaquam Monachi vocandi sunt, quia Deo sola professione, nõ actione iunguntur.

a Quantum pertinet ad auctor. *vsq. ad* Iordan. *Ex Hieron. ep. 13. ad Paulin.*

b Reliqua verò teterrima atq. omnimodis euitanda. *Cassian. coll. 18. c. 4.* Tria sunt in Ægypto genera monachor. quor. duo sunt optima, tertium verò tepidum atq. omnimodis euitandum.

c Primum genus, *vsq. ad*, cor vnum. *Ex eod. Cass. c. 5.*

d Secundum gen. *è c. 6. & Hier. ep. 22. ad Eustoch.*

e Quartum genus, *vsq. ad*, quam curari. *è c. 8. eiusd. collat.*

f Quintum genus est Circumcellionum. *Circumcelliones dictos (ait Augustinus) adiuersus Gaudentium, quod victus sui causa villas rusticanas circuirent.*

g Sextum gen. *Ex eod. collat. c. 7. & 10.* Sicutait de ipsis Hieronymus. *Ep. 22. ad Eustoch.*

De Pœnitentibus. Cap. XVII.

POEnitentibus Iob exemplum primus exhibuit, quando post funera vel flagella adhuc in sui redargutione etiam in cilicio & cinere lamenta pœnitudinis sumpsit, dicẽs: idcirco ago pœnitẽtiam in fauilla & cinere. Post hunc nobis Dauid pœnitẽtiæ magisterium præbuit, quando graui vulnere lapsus, dũ audisset à Propheta peccatum suum, cõfestim pœnituit, & culpã suam pœnitentiæ confessione sanauit. Sic Niniuitæ & alij multi peccata sua confessi sunt, & pœnitentiam egerunt, displicuerunt sibi quales fuerint, & quales per Deum facti sunt, illi placuerunt. Est autem pœnitentia medicamentum iyulneris, spes salutis, per quam peccatores saluãtur, perquam admisericordiam Deus prouocatur, quæ non tempore pensatur, sed profunditate luctus, & lacrymarum. Pœnitẽtia nomẽ sumpsit à pœna, qua anima cruciatur, & caro mortificatur.

Hi verò, qui pœnitentiã agunt, proinde capillos & barbam nutriunt, vt demonstrent abundantiam criminum, quibus caput peccatoris grauatur. Capilli enim pro vitijs accipiuntur, sicut scriptum est: crinibus peccatorum suorum vnusquisq. constringitur. Vir quippe si comã nutriat, ignominia est illi, vt ait Apostolus. Ipsam ergo ignominiam suscipiunt pœnitentes pro merito peccatorum. Quòd verò in cilicio prosternũtur: per cilicium quippe recordatio est peccatorũ propter hœdos ad sinistram futuros. Inde ergo consitentes in cilicio prosternimur, tamquã dicentes: & peccatum meum contra me est semper. Quòd autem cinere aspergũtur, vel vt sint memores, quia cinis & puluis sunt: vel quia puluis, ideſt, impij facti sunt: vnde & illi præuaricatores primi homines recedentes à Deo malisq. factis offendentes creatorẽ, in puluerẽ vnde primò sumpti sunt, redierũt. Benè ergo in cilicio & cinere pœnitens deplorat peccatum, quia in cilicio asperitas est & punctio peccatorum, in cinere autem puluis ostenditur mortuorum. Et idcirco in vtroq. pœnitentiam agimus: vt & punctione cilicij agnoscamus vitia, quæ per culpam cõmisimus: & per fauillam cineris perpendamus mortis sententiam, ad quam peccando peruenimus. Pœnitẽtiæ autem remedium Ecclesia catholica in spe indulgentiæ fidenter alligat exercendum. Et post vnum baptismi sacramentum, quod singulari traditione commendatum sollicitè prohibet iterandum, medicinali remedio pœnitentiæ subrogat adiumentum. Cuius remedij egere se cuncti agnoscere debent pro quotidianis humanæ fragilitatis excessibus, sine quibus in hac vita esse non possumus: [a] horum duntaxat dignitate seruata, ita vt à Sacerdotibus & Leuitis Deo tantùm teste fiat, à cæteris vero antestante coram Deo sollẽniter sacerdote, vt hoc tegat fructuosa confessio, quod temerarius appetitus, aut ignorãtiæ notatur cõtraxisse neglectus. Vt sicut in baptismo omnes iniquitates remitti, vel per martyriũ nulli peccata credimus imputari: ita per pœnitentiæ compunctionem fructuosam vniuersa fateamur deleri peccata. Lacrymæ enim pœnitentium apud Deum pro baptismate reputantur. Vnde quamlibet magna sint delicta, quamuis grauia, non tamen est in illis Dei misericordia desperãda. In actione autem pœnitudinis (vt supra dictum est) non tam cõsideranda est mensura temporis, quàm doloris: cor enim contritum & humiliatum Deus non spernit. Verumtamen quanta in peccando fuit ad malum abruptæ mentis intentio, tanta necesse est in lamentatione deuotio. Duplex est autẽ pœnitentiæ gemitus: vel dum plangimus, quod malè gessimus: vel dum non agimus, quod agere debebamus. Ille autem verè pœnitẽtiam agit, qui nec pœnitentiam præteritorum negligit, nec adhuc pœnitenda committit. Qui verò lacrymas indesinenter fundit, & tamen peccare non desinit, hic lamentum habet, sed mundationem non habet. Si qui autem per gratiam Dei ad pœnitentiam conuertuntur, perturbari non debent, si rursus post emendationem relicta vitia cor pulsent, dum non possint bonæ conuersationi nocere, si talis cogitatio nõ erumpat in consensum vel opera. Ferre enim sine perfectione vitiorum cogitationes non est ad damnationem, sed ad probationẽ: neque est occasio subeundi discriminis, sed potius augendæ virtutis. Nam & siquis circa finem suum per pœnitentiam desinat esse malus, non ideo debet desperare, quia in termino est vltimo vitæ: quoniam Deus nõ respicit, quales antea fuimus, sed quales circa finem vitæ existimus. Ex fine enim suo vnũquemque aut iustificat, aut condẽnat: sicut scriptum est, ipse iudicat extrema terræ: & alibi, vniuersorum finem ipse considerat. Proinde non dubitamus circa finem iustificari hominem per pœnitentiæ compunctionem. Sed quia rarò id fieri solet, metuendum est, nedum ad finem differtur conuersio sperata: ante occupet mors, quàm subueniat pœnitentia. Quare & si bona est ad extremum conuersio, tamen multo melior est, quæ longè ante finem agitur, vt ab hac vita securiùs transeatur.

a Horum duntaxat dignitate seruata: *Offendit quosdam hic locus, qui non aduertere de pœnitentia publica loqui Isidorũ. Sunt autem verba Felicis III. ep. 1. c. 1. Vid. Gratian. d. 50. cap.* Confirmandum. *cum sequentib.*

De Virginibus. Cap. XVIII.

NVnc autem quæ sit sacræ virginitatis integritas, vel à quo [a] tam sancti propositi studium sit exortum, breuiter intimabo. Quantum enim ad Vetus Testamentũ attinet, Elias, Ieremias, & Daniel castitatis, & continentiæ bono primi studuisse noscũtur: quantum verò ad Nouum, virorum virginũ caput est Christus, fœminarum virginũ caput est Maria. Ipsa earum auctrix, ipsa mater nostri capitis, qui est virginis filius, & virginum sponsus. Inde agmina virorũ & puellarum sanctarum, inde sectatores, & sectatrices perpetuæ continentiæ pullularunt, castigãtes se, nec solùm in corpore, sed etiam in ipsa concupiscentiæ radice castrantes, cælestẽque, atque Angelicã vitam in terrena mortalitate meditantes, atque in carne corruptibili

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptibili incorruptionem perpetuam retinẽ A nubant,qui nondum vouerint Deo castitatẽ. Cæterùm vel qui in corde suo promisit, si aliud facerit,habet damnationem,quia primam fidem, sicut ait Apostolus, irritam fecit. Quod enim erat per naturã licitum, per votum sibi fecit illicitum, sicut Ananias & Saphira,quibus de pretio possessionis suę retinere nihil licuit,ob quam caussam & subita morte prostrati sunt. In Euangelio autem virginum diuersa genera memorantur,sed illis specialiter regni possessio deputatur,qui se amore Dei castrauerunt,id est,non quos impotentibilitatis necessitas cogit:sed quos voluntas fecit continentes. Sic enim scriptum est,domino disputante: Sũt enim spadones, qui ita nati sunt:sunt & alij,qui ab hominibus facti sunt: & sunt, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Quibus etiam[g] per Isaiam prophetam dicit,se daturum in domo sua & in muris suis locum nominatum[h] meliorem multò,quàm filiorum ac filiarum

Nam illis,qui sic nascũtur,aut quibus ipsum virile membrũ debilitatur, vt generare non possint (sicut sunt Eunuchi potentum & regũ) sufficit vtiq. quod Christiani sunt,& Dei præcepta custodiunt,eo tamen proposito,vt coniuges si potuissent haberent, ideoq. cæteris cõiugatis in domo Dei fidelibus adæquantur,quia castrati sunt propter seculum, non propter regnum cælorum:neque enim vxores animi virtute,sed carnis necessitate non ducunt. Quantum autem sit in virginibus sanctitatis donum,vt etiam Iohãnes eos tantum agni vestigijs inhærere præscribat, qui contaminati mulierũ conuentibus non fuerint: ipsi enim sunt duodecies duodena millia sanctorũ cytharœdorũ illibatæ virginitatis in corpore,inuiolatæ castitatis in corde,qui sequuntur agnum quocunque ierit, quem nemo sequi vel audet, vel valet, nisi tantum virginitas. Sequuntur itaque agnũ & cæteri fideles,qui virginitatẽ corporis amiserunt,sed non quocũque ierit, sed quoviq. ipsi potuerint. Vnde,ne tãtæ sanctitatis donũ superbia corrũpatur,cauendum est:multos enim extollit virginitas, eleuat continentia,fidenter dico,facilius sequuntur agnum, & si non quocunq. ierit,certè quo vsque potuerint coniugati humiles,quàm superbientes virgines. Quomodo enim sequitur, ad quem non vult accedere? Aut quomodo accedit,ad quem nõ venit,vt discat, quoniam mitis est & humilis corde? Pergant ergo viã sublimitatis virgines pede humilitatis sequãtur Christum,tenendo perseueranter,quod vouerunt ardẽter: ita vt professæ ac seruatę integritati cæteris etiam moribus cõgruant, sine quibus proculdubio otiosa & inanis manet virginitas. Boni enim actus si addantur virginitati, Angelicam vitam hominibus,& cæli mores exhibẽt terris. Illæ ergo virgines esse probantur, quæ sic continentiæ inseruiunt: vt nullis criminibus nulloq. terrenæ sollicitudinis onere prægrauẽtur. Cũram enim mũdi coniugalis copula gignit, Paulo docẽte,qui ait,volo autẽ vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est sollicitus est quæ Dei sunt,quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mũdi, quomodo placeat vxori: vnde agnoscitur non posse placere Deo huiusmodi continentiæ votum, quod præpeditur secularium impedimẽto curarum. Nihil enim expeditos prodest esse ab actione carnis,qui illigãtur secularibus curis. Nisi tantùm quod sibi maiora acquirunt supplicia, pro eo quòd seculum minimè vincunt,qui carnem vincere potuerunt. Quæritur autem,cur fœminæ virgines in benedictione velentur? Quarum hæc caussa est. [i] In gradibus enim vel officijs Ecclesiasticis fœminæ nullatenus præscribũtur, nam neque permittitur eis loqui in Ecclesia,vel docere: sed neque tangere, vel offerre:neq. vllius virilis muneris,aut sacerdotalis officij sortẽ sibi vendicare. Ideoq. hoc tantùm, vt quia virgo est, & carnem suam sanctificare proposuit, idcirco velaminis venia fit illi,vt in Ecclesiã[k] notabilis vel insignis introeat, & [l] honorem sanctificati corporis in libertate capitis ostendat, atque mitram, quasi coronam virginalis gloriæ,in vertice præferat.

a Tam sancti propositi. *Verba Cassiani,cuius sunt quæ sequũtur,nisi Hieronymi esse, vel communia vtriusque mauis.*

b Cum & ipsa vniuersa. *Aug. serm. 23. de verb. Domini secundum Matth.* Tota Ecclesia quæ constat ex virginib. & pueris & maritatis,& vxoratis,vno nomine virgo est appellata. Vnde hoc probamus? Apostolum audi dicentem,non solis sanctimonialibus, sed vniuersæ potius Ecclesiæ Dei: Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo,& *Tertull. lib. de monogam.* Et coniungent vos in Ecclesia virgine vnius Christi sponsa. *Ambrosius quoque in hortatione ad virginitatem.* Virgo est Ecclesia,quam studuit Apostolus virginẽ castã exhibere Christo.

c Sic tamen laudetur virginitas, ne nuptiæ condemnentur. *Hoc sæpe repetit Hieronymus.*

d Ante aduentum quippe Christi coniugia placuere. *Ex Tertulliano, vnde eadem quoq. hausit Hieronym.*

e Et nisi fallor vnius eiusdẽq. Dei. *vsq. ad.* indulserat. *Verba sunt Tertull. in exhortatione ad castitatem.*

f Et iterum si acceperis vxorem, *vsq. ad.* prostrati sunt. *Verba sunt ex commentarijs in ep. ad Corinth. Hieron. adscriptis.*

g De Isaiam Prophetam se daturum. *Quem locum tractat elegantissimè Basilius in lib. de virginitate.*

h Meliorem multò. *Vulg.* melius à filijs, & filiabus.

i In gradib. enim vel officijs, *vsq. ad.* ostendat. *Tertull. in lib. de virginib. veland.* potuit dignius honorari aliqua prærogatiua viriliis gradus, aut officij? *&c. E quo loco sunt verba ferè quæ restant huius capitis.*

k Notabilis vel insignis. *More suo disiunctione pro coniunctione vtitur. Nam Tertullianus* notabilis & insignis *dixit.*

l Honorem sanctificati corporis. Honorem sanctitatis. *Tertullianus.*

De Viduis. Cap. XIX.

VIduarum multa exempla sunt, quarum prima in scripturis legitur Noemi, & vidua,ad quam Elias missus esse scribitur, & vidua Sunamitis,quæ solebat Eliseum recipere,& victum illi administrare: extat & Iudith illa admirabilis vidua,quæ de Holoferne Assyriorũ principe triumphauit, saluũq. pudorẽ hoste deuicto reuexit. In Nouo autem Testamento Anna prima vidua legitur, [a] quæ Dominũ cognouit infantem, quę meruit gratiã diuinitatis eius agnoscere, antequam potuisset verbum eius audire. Cuius quidem gradus virginitati penè coniunctus est: vnde & Christum,quem virgo peperit, vidua prima cognouit. [b] Felix ergo virgo,quia intacta: fortior vidua,quia experta: vtrisque tamen est apud Deũ merces: maiòr illa,subsequens ista. Illam autem viduam Apostolus vocat, [c] quæ post vnius coniugij torum interceptum exinde sexui renũtiat. Dicit enim. Vidua eligatur non minus annorum sexaginta,vnius viri vxor. Vnde consequens est, vt quæ plurimis fuit nexa maritis,careat verę nomine viduitatis. Quales esse viduę debeant: idem Apostolus expresit dicẽs: si fuerit in operibus bonis testimonium habens, [d] vtiq. sicut Tabitha: si filios educauit,subauditur Deo: si hospitio susceptit, si sanctorum pedes lauit,si tribulationem patientibus subministrauit,hoc est,ęgrotis,vel in carcere positis,si omne opus bonum subsecuta est: breuiter vniuersa cõcludens,vt in omnibus sint exempla viuẽdi. Et iterùm: Anus similiter in habitu sancto: vtique [e] vt ipse earum incessus, motus,vultus,sermo, silentium quandã

sacræ

sacræ cõtinentiæ præferat dignitatem. Post hæc adiecit: Non criminatrices, non multo vino seruientes, sed paruo vtentes. [f] Nam solent hæ ætates, quæ corporis frixere luxuria, vino se dedere pro libidine. Post hæc additur: bene docentes, vt prudentiam doceãt. Docere illis quidem permisit, sed fœminas: & hoc non in Ecclesia, sed priuatim: nam hoc genus mulierc ularum solet esse garrulum. Vnde & curiosas & verbosas quasdam viduas idem Apostolus notat, & hoc vitium dicit venire ex otio. [g] Simul autem (inquit) & otiosæ discunt circuire domos, scilicet, dũ nullo timore detentæ, nec mariti potestati subiectæ, non solum otiosæ verum etiam curiosæ discurrunt, loquentes quæ nõ oportet. Prædicat autem idem Apostolus dãnationẽ habere viduas, quæ post propositum continentiæ nubere cupiunt. Cum enim (inquit) luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volũt, habentes damnationem, quia primã fidem irritã fecerunt, id est, quia in eo, quod primò vouerant, non steterunt. Nec tamen ait, nubunt, sed nubere volũt: multas enim earum reuocat à nubendo non amor præclari propositi, sed aperti dedecoris timor. Igitur quæ nubere volunt, & ideo non nubunt, quia impune non possunt, hæ melius non vouerent, & nuberent, quàm vrerentur, id est, quàm occulta flamma concupiscentiæ vastarẽtur, quas pœnitet professionis, & piget cõfusionis, quæ nisi correctæ cor dirigant, & Dei timore rursum libidinem vincant, in mortuis deputandæ sunt, si in delicijs agant. Vnde dicit Apostolus: Quæ autẽ in delicijs agit, viuens mortua est, siue in laboribus atque ieiunijs nulla cordis correctione, sed magis ostentationi, quàm emendationi seruientibus.

[a] Anna quæ Dominum cognouit infantem. *Tertull. in lib. de ieiunio aduersus Psychicos.* Anna prophetis filia Phanuelis, quæ infantem Dominum & agnouit, & multa super eo prædicauit expectantib. redemptionem Israel.

[b] Felix ergo virgo quia intacta, &c. *Hausere ista non Isidorus modò, sed Hieronymus quoq. è Tertulliano, cuius sunt, lib. 1. ad vxorem hæc verba.* Quanti est vidua ipsa, cuius assertor Dominus disputabit? Nõ tãtùm virginib. datum opinor, licet in illis integritas solida, & tota sanctitas de proximo visura sit faciem Dei. Tamen vidua habet aliquid operosius, quia facilè est non appetere quod nescias, & auersari quod desideraueris nunquam. Glorioſior continentia quæ ius suum sentit, quæ quid viderit, nouit. Poterit virgo felicior haberi, at vidua laborioſior: illa quod bonum semper habuit: ista quod bonum sibi inuenit, in illa gratia, in ista virtus coronatur, &c.

[c] Quæ post vnius coniugij torum interceptũ, *vsq. ad*, renuntiat. *Ita vterq. m. s. probissimè, quos sequi non est ausus, qui, cuius hæc essent, non olfeceras. Sunt autem eiusdem Tertulliani initio exhortationis ad castitatem.* Tertius gradus supereſt monogamiæ, cum post matrimonium vnum interceptum exinde sexui renuntiatur. *Ergo vox virili turpitet addita fuerat, quæ etiam legitur in edit. Rom.*

[d] Vtiq. sicut Tabitha, *vsq. ad*, viuendi. *Ex commentarijs in epistolam ad Timotheum Hieronymo adscriptis.*

[e] Vtiq. vt ipse earum incess. *vsq. ad*, dignitatem. *Ex Hieronymo ad Tit. 2.*

[f] Nam solent, *vsq. ad*, ex otio. *Verba sunt eiusd. ibid.*

[g] Simul autem, *vsq. ad*, quæ non oportet. *Ex commentarijs in ep. ad Timoth. citat.*

De Coniugatis. Cap. XX.

DE Coniugatis lex naturæ à seculo est. Deus enim fecit Adã & dedit ei adiutorem Heuam cum procreationis subsecuta sententia, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Sed facta eadem mulier priùs solatio, quàm coniugio fuit, donec à paradiso inobedentia ejiceret, quos intra paradisum obedientia tenuisset. Ac post beatæ sedis excessum mulierem suam pulsus agnosceret libro Geneseos edocente. Et cognouit Adam mulierem suam, & concepit, & peperit filium. Ergo adiectum laborem nuptiæ præcesserunt, & tribulos spinasque passuri præuios adiecere conuentus secuta in procreationibus tædia: vnde & parituræ tale præcessit edictum: In dolore (inquit) & mœrore paries filios, quos vtique sic creatos diuersi (vt cernimus) casus, luctusque surriperẽt. Vnde & Apostolus prędicans, ait: tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Non tamen coniugiorum honorabilis torus & immaculatum cubile sine fructu est. Nempe suboles inde Sanctorũ, & quod laudatur in virginitate, coniugij est. Ideoque nec peccatum nuptias dicimus: nec tamen eas bono virginalis continẽtiæ, vel etiam vidualis coæquamus. Coniugia autem tantum perse bona sunt: propter ea verò, quæ circa illa sunt, mala fiunt. Per id namque mala fiunt, per quod dicit Apostolus. Qui autem cum vxore est, cogitat, quæ sunt mundi: & iterum, Propter fornicationem vnusquisque suam vxorem habeat. Quòd autem non vnus & multæ, sed vnus & vna copulantur, ipsa prima diuinitus facta coniunctio in exemplum est. Nam cum Deus hominem figurasset, eique parem necessariam [a] prospexisset, vnam de costis eius mutuatus, vnã illi fœminam finxit, sicque Adam & mulier Heua vnis inter se nuptijs functi, formã hominibus de originis auctoritate, & prima Dei voluntate sanxerunt. [b] Item secundum spirituales nuptias, sicut vnus Christus & vna Ecclesia, sic vnus vir & vna vxor tam secundum generis documentum, quàm secundum Christi sacramentum. [c] Numerus autẽ matrimonij à maledicto viro cœpit. Primus Lamech duabus maritatus tres in vn am carnem effecit. Sed dices, quòd & Patriarchę simul pluribus vxoribus vsi sunt: ergo propterea licebit nobis plures ducere. Sanè licebit, si qui adhuc typi alicuius futuri sacramenti supersunt, quibus plures nuptiæ figurentur. [d] Secundas autem nuptias propter incontinentiam iubet Apostolus, melius est enim denuo vni viro nubere, quàm explendæ libidinis causſa cum plurimis fornicari. Sæpius enim nubendi licentia iam non est religionis; sed criminis. Nam quod in ipsa coniunctione connubia à sacerdote benedicuntur, hoc etiam à Deo in ipsa prima conditione hominum factum est, sic enim scriptum est: Fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit eum, masculum & fœminam creauit eos, & benedixit eos, dicens, Crescite, & multiplicamini. Hac ergo similitudine fit nunc in Ecclesiã, qua tunc factũ est in paradiso. [e] Quòd vero eisdem virginibus legitimè nubentibus vniuiræ pronubæ adhibentur, scilicet propter monogamiam: & si auspicij causſa fit, tamen boni auspicium est.

[f] Quòd vero eædem fœminæ, dum maritantur, velantur, scilicet vt nouerint se per hæc viris suis esse subiectas & humiles, vnde & ipsum velamen vulgo mauortem vocant, id est, Martem, quia signum maritalis dignitatis, ac potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est, licet & proinde velentur, dum nubunt: vt verecũdiam muliebritatis agnoscant, quia iam sequitur inde, quod pudeat. [g] Vnde Rebecca cũ ad sponsum duceretur, simul vt eum ipsa conspexit, salutationem, vel oscula non sustinuit: sed statim sentiens quod esset futura, pallio caput velauit, obnubere enim cooperire dicitur. Hinc etiam & nuptæ dictæ, quòd vultus suos velant, vnde & nubes dictæ, eo quòd æthera obtegant. Quòd autem nubentes post benedictionẽ [h] à Leuita vno vinculo copulantur: videlicet ne compagem coniugalis vnitatis disrumpant. At verò quòd eadem vitta cãdido purpureoq. colore permiscetur: candor quippe admunditiam vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur: vt hoc signo, & continentiæ lex tenenda ab vtrisq. ad tempus admoneatur, & post hæc reddendum debitum non negetur. Quod enim dicit coniugatis Apostolus: abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi, hoc ille candor vitæ insinuat: quod vero subiungit: & iterum reuertimini in idipsum: hoc purpureus color ille demonstrat. Illud verò [i] quod imprimis annulus à spõso sponsę datur, fit hoc nimirũ vel propter mutuæ fidei signum, vel propter id magis, vt eodem pignore eorum corda iungantur. Vnde & quarto digito annulus idem inseritur, quòd in eo vena quędam (vt fertur) sanguinis ad cor vsque perueniat. [k] Antiquitus autem non amplius vno dabatur, ne pluralitas amorem vnicum carperet. [l] Penes Israel autem illicitum erat puellam viro tradere, nisi post manifestatum sanguinẽ maturitate. [m] Apud veteres in eligẽdis maritis quattuor ista spectabãtur: virtus, gen°, pulchritudo, oratio: in fœminis tria, si generosa, si bene morata esset, si pulchra. Nũc autem non genus ac mores, sed magis diuitiæ in vxoribus placent: nec quæritur, quã sit fœmina pudica, sed potius quàm formosa, quæ & concupiscendi libidinem nutriat, & cũctorum post se suspiria trahat. Pulchra enim (vt [n] ait quidã sapiens) cito adamatur, & difficile custoditur, quod plures amant. Illæ enim sunt certæ nuptiæ, quæ in coniugio non libidinẽ, sed prolem requirũt: neq. enim sic institutæ sunt, vt carnis voluptati seruiant, sed tantùm vt fructum propaginis quærant. [o] Nam & ipsæ dotales tabulę indicãt, quòd causſa procreandorum liberorum ducitur vxor. [p] Quando ergo quisq. luxurioſè amplius viuit, quàm necessitas procreandorum liberorum cogit, iam peccatũ est. Vnde necesse est, vt quotidianis eleemosynis, ac precibus intercedant, qui tori cõiugalis pudicitiam frequentiùs per incõtinentiam maculant. Nuptialia autem bona tria sunt: proles, fides, & sacramẽtũ. In fide attenditur, ne præter vinculum coniugale cum altera vel altero cõcũbatur: in prole, vt amanter suscipiatur, pudicè nutriatur: in sacra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cramento,vt coniugium non separetur,neque causſa prolis alteri coniungantur. Sacramentum autem ideo inter coniungatos dictum eſt,quia ſicut non poteſt Eccleſia diuidi à Chriſto, ita & vxor à viro. Quod ergo in Chriſto & in Eccleſia,hoc in ſingulis quibuſque viris atque vxoribus coniunctionis inſe parabile ſacramẽtum eſt. Vnde & Apoſtolus,præcipio(inquit)non ego,ſed Dominus, vxorem à viro nõ diſcedere. Prohibet enim dimitti quacunque ex cauſſa,ne alijs coniũgatur ſecundum conſuetudinem Iudæorũ, quam Dominus interdixit dicens:Quicunque dimiſerit vxorem ſuã excepta fornicationis cauſſa, & aliam duxerit,mœchatur.[q] Solum(vt ait Hieronymus) adulterium eſt, quod vxoris vincat affectum, immo cũ illa vnam carnẽ in aliam diuiſerit, & ſe fornicatione ſeparauerit,à marito non debet teneri,ne virum quoque ſub maledicto faciat:dicente ſcriptura:Qui adulteram tenet,[r] ſtultus & impius eſt. Vbicunque igitur fornicatio,eſt & fornicationis ſuſpicio, liberè vxor dimittitur.[s] Quid ergo ſi ſterilis eſt,ſi deformis,ſi ætate vetula,ſi fœtida, ſi remulẽta,ſi iracunda,ſi malis moribus, ſi luxuriosa, ſi fatua,ſi guloſa,ſi vaga,ſi iurgatrix,& maledica?tenenda eſt velis,nolis,& qualiſcũque accepta,eſt habenda. Cum enim eſſes liber, ſponte te ſeruituti ſubiecisti. Cumq. habet quis vxorem([t] vt ait Lactãtius)nequam ſeruam, neq. liberam habere poterit, vt matrimonij fidem ſeruet. Neq. enim,vt iuris publici ratio eſt, ſola mulier adultera eſt, quæ virũ habens ab altero polluitur, & maritus, ſi alteram habeat,à crimine adulterij alienus habeatur,dum diuina lex duos ita in vnum matrimonij corpus coniunxerit, vt adulter ſit quiſquis cõpagẽ corporis in diuerſa diſtraxerit.[u] Seruanda igitur fides ab vtroq.alteri eſt. Exẽplo cõtinẽtię docẽda eſt vxor à viro, vtſe caſtè gerat. Iniquũ eſt enim vt id exigas quod præſtare nõ poſsis: caput eſt enim mulieris vir,vbi autem melius viuit mulier,quã vir,capite deorſum pendet domus. Ideoq. præcedere debet vir in omnibus bonis factis vxorem ſuam:quia caput eſt,vt illa imitetur virũ,&ſequatur verè, vt corpus caput ſuum,ſicut Eccleſia ſequitur Chriſtũ. Hortatur Apoſtolus coniuges,vt propter orationem abſtineant,atque ex conſenſu tempora ſanctificationis obſeruent,& ſine impedimento carnali orationibus vacent. Nam & in Veteri Teſtamento ante ſanctificati ſunt omnes à mulieribus,& ſic deſcendenti Deo in monte aſsiſtere meruerunt.[x] Item hortatur idẽ Apoſtolus mulieres ſubditas eſſe viris ſuis:nam multę erga ſimpliciores viros diuitijs & nobilitate perflatæ Dei ſententiæ non recordãtur,per quam ſubiectæ ſunt illis. Ait quippe Dominus ad mulierem: cõuerſio tua ad virum tuũ,& ipſe tui dominabitur. Obediendum eſt itaque Sacræ Scripturæ præceptis,& ſeruiendum viro quadam ſeruitute libera & dilectione plena. Etenim nõ eſt creatus vir propter mulierem,ſed mulier propter virum:& cum caput mulieris vir ſit,caput autem viri Chriſtus, quæcumque vxor non ſubijcitur viro,hoc eſt,capiti ſuo,eiuſdẽ criminis rea eſt, cuius & vir ſi non ſubijcitur Chriſto capiti ſuo. Verbum autem Domini blaſphematur, vel contemnitur Dei prima ſentẽtia & pro nihilo ducitur: vel Chriſti infamatur Euangelium,dum contra legem ſidemque naturæ ea,quæ Chriſtiana eſt & ex Dei lege ſubiecta,præeſſe viro deſiderat, cũ etiam gentiles fœminæ ſeruiant viris ſuis communi lege naturæ. Seruatur ergo lex naturæ,ſi mulier Deo ſimul & marito ſubiecta eſt. At contra ſi illa viro imperare deſiderat, & ordo naturæ corrumpitur,& domus illa miſera & peruerſa vocabitur.

[a] Vnam de coſtis eius mutuatus vir in fœm. fecit. *Tertull. in lib. de monogam.* Vnam fœminam maſculo Deus finxit,vna coſta eius decerpta,& vtiq. ex pluribus. &c. *que eadem in exhortatione dixerat, totumq. locum Hieronymus ſibi aduerſus Iouinianum aptauit.*

[b] Item ſecundum ſpirituales nupt. *Idem in exhortatione:* At cum Apoſtolus in Eccleſiam & Chriſtũ interpretatur, erunt duo in carne vna, ſecundum ſpirituales nuptias Eccleſiæ,& Chriſti, vnus Chriſtus,& vna eius Eccleſia: agnoſcere debemus, duplicatam & exaggeratam eſſe nobis vnius matrimonij,tam ſecundum generis fundamentũ, quàm ſecundum Chriſti firmamentum.

[c] Numerus autem matrimonij, *vſq. ad*, figurẽtur. *Verba Tertull. ibid. & Hieronymi 1. contra Iouinian.*

[d] Secundas autem nupt. *vſq. ad*, non eſt religionis,ſed criminis. *Dicuntur hæc ex Hieronymi ſenſu, non qui digamos, aut etiam octogamos(vt ipſius verbis vtar) damnet: ſed qui cœlibatum & viduitatem cõiugio longè antiſtare velit. Cuius verba aliquanto etiam liberiora, quàm hæc ſunt, retulit quoq. Gratianus 31. q. 1. c.* quomodo.

[e] Quòd verò ijſdem virginib. legitimè nubentib. vniuitæ. *Tertull. in exhort.* Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt, vt & virginibus legitimè nubentibus vniuira pronuba adhibeatur, etſi auſpicij initium eſt, tamen boni auſpicium eſt. *Ita enim Tertulliani ratio explenda eſt ex hoc loco. Quod non vidiſſe, qui in eo emendando laborarunt, neq. in interrupta & pendenti ſententia quidquam deſideraſſe, valde miror.*

[f] Quòd verò eædem fœminæ. *vſq. ad*, peruenient. *Legitur totus hic propè locus apud Grat. 32. q. 5. c.* fœminæ.

[g] Vnde & Rebecca, *vſq. ad*, velauit. *Ex Tertul. lib. de virginib. veland. ead. etiã apud Amb. in fine lib. 1. de Abraham.*

[h] A Leuita vno vinculo copulantur. *Aliter hæc apud Gratianum, nos codices noſtros ſumus ſecuti.*

[i] Quòd imprimis anulus, Quod in primis negotijs anulus. *Apud Gratianum.*

[k] Antiquitus. *Tertull. Apologet. c. 6.* cum aurũ nulla norat,præterquam vnico digito, quem ſponſus oppignerasſet pronubo anulo.

[l] Pœnes Iſrael autem, *vſq. ad*, maturitate. *Verba ſunt Tertull. in libro de virginib. veland.*

[m] Apud veteres. *Vid. etymolog. lib. 9. c. 7.*

[n] Vt ait quidã ſapiẽs. *Theophr. apud Hier. 1. cõtr. Iouini.*

[o] Nã & ipſæ dot. tab. *Auguſt. libr. de morib. Manichæor.* Nuptiæ aũt, vt ipſæ nuptiales tabulæ clamant, liberorum procreandorum fœminam maremq. coniũgunt. *atq. ead. ſerm. 3 Dom. 22. poſt Trinit.*

[p] Quando ergo quiſq. luxurioſè amplius viuit, *vſq. ad*, maculãt. *Auguſt. ibidẽ:* Sed dicis peccatũ quidẽ eſt, ſed tũ paruũ eſt. Nec nos dicimus, quia capitale peccatũ eſt, ſed tũ ſi frequentius exerceatur, & ieiunijs, vel eleemoſynis non redimatur, nimis immundam animam facit. *Vid. Hieron. 1. contra Iouin. & Grat. 23. q. 4. c.* origo. *& Fulgent. ep. 1.*

[q] Solum vt ait Hieronymus. *In Matth. c. 19 quæ verba citantur à Gratiano 32. q. 1. c.* Dixit Dominus.

[r] Stultus & impius. *Ita Gotth. & Hieronymus.* Stultus & inſipiens. *Vulg. edit.*

[s] Quid ergo ſi ſterilis, *vſq. ad*, habẽda. *Ex eod. Hier. loco.*

[t] Vt ait Lactantius. *Lib. 6. c. 23.*

[u] Seruãda igitur fides, *vſq. ad*, ſequitur Chriſtũ. *Ex Aug. c. 4. de doctẽ chord. citat. 32. q. 6. c.* Nõ mœchaberis.

[x] Hortatur idem Apoſtolus, &c. *vſque ad*, finem. *Verba ſunt Hieronymi ad Titum. 2.*

A ueterata malitia, vel violẽta incurſio expulſa fugetur. Hoc ſignificat lunaticus ille,quẽ increpauit Ieſus,& exijt ab illo dæmoniũ. Poteſtas aũt Diaboli exorcizatur,& inſufflatur in eis, vt ei renũtient,atq. eruti à poteſtate tenebrarũ, in regnũ ſui Dñi per ſacramentũ baptiſmatis trãſferãrur. Quòd quia paruuli per ſe renũtiare nõ poſſunt:per corda,& ora geſtãtiũ adimpletur. Sales aũt in miniſteriũ catechumenis dãdos à Patribus ideo eſt inſtitutũ, vt eorũ guſtus cõdimentũ ſapientiæ percipiãt,neq. deſipiant à ſapore Chriſti:nec ſint fatui,& retro reſpiciant, ſicut vxor Lot, ne malũ exemplũ dantes ipſi remaneãnt, vt alios cõdiant. Quemadmodũ illa, quæ, cùm liberaretur à Sodomis,in via poſita retro reſpexit:ibiq. remanſit facta ſtatua ſalis. Quo ſigno cõdirẽtur hi,qui per fidẽ mũdo,& actibus deſiderijſq. eius renũtiant:vt affectionis priſtinæ nõ recordẽtur, neq. ad ſeculi illecebras reuocẽtur,quia ſecũdũ Saluatoris ſentẽtiã, ponẽs manũ ſuã ſuper aratrũ,& reſpiciẽs retrò,regno cælorum aptus eſſe non poteſt.

De Competentibus. Cap. XXII.

POſt catechumenos, ſecũdus cõpetentiũ gradus eſt. Cõpetẽtes aũt ſunt,qui iã poſt doctrinã fidei,poſt cõtinentiã vitæ ad gratiã Chriſti percipiendã feſtinãt. Ideoq. appellãtur cõpetentes,id eſt,gratiã Chriſti petẽtes: nã catechumeni tãtùm audiũt,nec dũ petũt. Sũt enim quaſi hoſpites, & vicini fideliũ,de foris audiũt myſteria & gratiã,ſed adhuc nõ appellãtur fideles. Cõpetentes aũt iã petũt, iã accipiũt,iã catechizantur,id eſt,imbuuntur inſtructione ſacramẽtorũ. Iſtis enim ſalutare ſymbolum traditur, quaſi commonitorium fidei & ſanctæ cõfeſsionis indicium, quo inſtructi agnoſcant,quales iam ad gratiam Chriſti exhibere ſe debeant.

De Symbolo. Cap. XXIII.

SYmbolum autem, quod ijdem Cõpetẽtes accipiunt,tali ratione inſtitutum maiores noſtri dixerũt: [a] Tradunt enim his verbis. Quòd poſt aſcenſionẽ Domini, & Saluatoris noſtri ad Patrem, cum per aduentũ Sãcti Spiritus diſcipuli eius inflammati, linguis omniũ gentiũ loquerẽtur, quo præſagio cõſecutũ eſt,vt nulla illis gẽs extera,nulla lingua barbara, inacceſſa,vel inuia videretur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

præceptũ est eis à Dño datũ ad prædicandũ Dei verbũ, ad singulas quasq. nationes adire. Discessuri itaq. ab inuicẽ normã priùs sibi futuræ prædicationis in cõmune cõstituũt, ne localiter ab inuicẽ discedẽtes, diuersum aliquid, vel dissonum prædicarẽt his, qui ad fidẽ Christi inuitabãtur. Omnes igitur in vno positi & Spiritu Sãcto repleti, breue sibi prædicationis indiciũ conferendo in vnũ, quod sentiebãt, cõponunt, atq. hãc credẽtibus dãdam esse regulã statuũt. Symbolum aũt hoc multis, & iustissimis ex caussis appellare voluerũt. Symbolũ enim Græcè, & indiciũ dici potest, & collatio, hoc est, quod plures in vnũ cõferunt. Id enim fecerũt Apostoli in his sermonibus in vnũ cõferendo vnusquisq. quod sensit. Indiciũ aũt vel signũ idcirco dicitur, quia illo in tẽpore, sicut Paulus Apostolus dicit, & in Actibus Apostolorũ refertur, multi se simulabãt esse Apostolos Christi, nominãtes quidẽ Christũ, sed nõ integris traditionũ lineis nũtiantes. Idcirco igitur istud indiciũ posuere, per quod agnosceretur is, qui Christũ verè secundũ Apostolicas regulas prædicaret. Deniq́ & in bellis ciuilibus hoc obseruari ferũt, quoniã & armorũ par habitus & sonus vocis idẽ, & mos vnus est, atq. eadẽ instituta bellãdi: sed vt ne qua doli surreptio fiat, symbola discreta vnusquisq. dux suis militib. tradit, quæ Latinè vel signa, vel indicia nũcupãtur. Vt si fortè occurrerit quis, de quo dubitetur, interrogatus symbolum prodat, si sit hostis, an socius. Idcirco aũt hoc Patres nostri nõ scribi mẽbranis, sed retineri cordibus tradiderũt, vt certũ esset neminẽ hoc ex lectione, quæ peruenire interdũ etiã ad infideles solet, sed ex Apostol. traditione didicisse. Discessuri itaq. (vt dictũ est) ad prædicãdum istud vnanimitatis, & fidei suæ Apostoli indiciũ posuere. Est autẽ symbolum, per quod agnoscitur Deus, quodq. proinde credentes accipiũt, vt nouerint qualiter cõtra Diabolũ fidei certamina præparẽt, in quo quidẽ pauca sunt verba, sed omnia cõtinentur sacramenta. De totis enim scripturis hæc breuiatim collecta sunt ab Apostolis, vt quoniã plures credẽtiũ litteras nesciunt, vel, qui sciunt per occupationes seculi scripturas legere nõ possunt, hæc corde retinentes habeant sufficientẽ sibi scientiã salutarẽ. [b] Est enim breue fidei verbũ, & olim à Propheta prędictũ: quoniã verbũ breuiatũ faciet Dñs super terram.

[a] Tradũt enim his verbis: quòd post Ascens. *vsq. ad*, indiciũ posuere. *Verba sũt Ruffini in præfat. ad Symbolũ.*

[b] Est enim breue verbum fidei, &c. *Ex eod. paullo superiùs, ead. Cyprianus in oratione Dominica.*

De regula fidei. Cap. XXIV.

HÆc est autẽ post symbolũ Apostolorum certissima fides, quã doctores nostri tradiderũt. Vt profiteamur Patrẽ, & Filiũ, & Spiritũ Sanctũ vnius essentiæ, eiusdemq. potestatis, & sempiternitatis, vnũ Deũ inuisibilẽ: ita vt in singulis personarũ proprietate seruata, nec substantialiter Trinitas diuidi, nec personaliter debeat omnino cõfundi. Patrẽ quoq. cõfiteri ingenitũ, Filiũ genitũ, Spiritũ Sanctũ verò, nec genitũ nec ingenitũ, sed de Patre & Filio procedentẽ. Filiũ à Patre nascendo procedere, Spiritũ verò Sanctũ procedendo non nasci. Ipsum quoq. Filiũ perfectũ ex Virgine sine peccato [a] hominẽ suscepisse: ut quem sola bonitate creauerat, spõte lapsum misericorditer repararet: quẽ veraciter crucifixũ, & tertia die resurrexisse, & cũ eadẽ ipsa carne glorificata ascẽdisse in cælũ, in qua & ad iudiciũ viuorũ & mortuorũ expectatur venturus. Et quòd [b] diuinam humanamq́ substantiam in vtroq́ perfectus vna Christus persona gestauerit, quia nec geminauit vtriusq́ substantiæ integritate personam, nec confudit geminam vnitate personæ substantiam. Altero quippe neutrũ excluſit, quia vtrũq. vnus intemerato iure seruauit. Quod Noui & Veteris Testamẽti salubris cõmendetur auctoritas: illa quippe per Prophetiã, ista per historiã veraciter persoluta. Et quod neq. de Deo, neque de creatura seculi sit cum Paganis, aut cum Hęreticis, aliquid sentiendũ in his rebus, in quibus à veritate dissentiunt. Sed quod in vtroq. Testamento diuina protestãtur eloquia, hoc tãtùm modo sentiendũ. Quòd siue hominem, siue vniuersa nulla Deus necessitate creauerit, neq. vllã omnino esse visibilẽ, inuisibilẽq. substantiã: nisi aut quæ Deus, sit, aut à bono Deo bona creata sit: sed Deus summè & incõmutabiliter bonus, creatura verò inferius & mutabiliter bona. [c] Et quòd animæ incerta sit origo. Et quòd Angelorũ natura, vel animæ nõ sit pars diuinæ substãtiæ, sed Dei creatura ex nihilo cõdita, [d] ideoq́ incorporea, quia ad imaginẽ Dei creata. [e] De pietate morum, sine qua fides diuini cultus otiosa torpescit, & cũ qua integritas diuini cultus perficitur: vt vnusquisq. Deum, propter Deũ, & proximum in Deo diligens vsque ad dilectionem quoque inimicorum pertendendo proficiat, vt proficiendo perueniat. Alterum quoq. alterius pollui non posse peccato, vbi volũtatis par nõ tenetur cõsensio. Legitimas nuptias non credi damnãdas, licet ex eis quoq. originali peccato obnoxia credatur nasci posteritas, eisque iure fideliũ virginũ, vel continentiũ præferenda doceatur integritas. Neq. vnũ Trinitatis baptisma (quod nefas est) iteretur: neq. pro diuersitate tradẽtiũ ministrorũ singulis putetur quibusq. conferri, sed à Deo singulari potestate donari. De quo dictum legimus Super quẽ videris spiritũ descendẽtem & manẽtem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu Sãcto: & ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Et ne pœnitentiæ remedijs nõ egere nos putemus, pro quotidianis humanæ fragilitatis excessibus, sine quibus in hac vita esse nõ possumus, ita vt pœnitẽtiæ cõpũctione fructuosa vniuersa fateamur deleri peccata, sicut scriptum est. Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dñs peccatũ. Nullũ quoq. suis viribus, sed per diuinã gratiã capiti Christo subiungi, atq. in disruptæ pacis perseuerantia in vnitate Ecclesiæ ipsius solidari. [f] Nec humanæ voluntatis arbitrio bono quidquam deputandum existimari: sed secundũ propositum volũtatis Dei, omnẽ numerũ electorum acquiri. Bona quaq tẽporalia bonis malisq. cõmunia à Deo creari, eiusq. dispensatione singulis quibusq. vel tribui vel negari. Quorũ bonorũ in vno quoq. fideliũ nõ habitus, sed vsus aut improbãdus est, aut probãdus. Certa vero æternaque bona solos posse bonos in futuro consequi, quorum pignore Ecclesiam nunc informatam credimus detineri, hic habentem primitias spiritus, in futuro perfectionem, hic sustentari in spe, postea pasci in re: hîc videre per speculum in ænigmate, in futuro autem facie ad faciem cum ad speciem fuerit perducta per fidem. Quod donec perficiatur in nobis, vt summi Dei bonis fruamur æternis, tẽporalibus fruẽdo in Deo, nõ oberim [g] & proximis. Eã quoq. nos spẽ resurrectionis habere, vt eodẽ ordine eadẽq. forma, qua ipse Dñs resurrexit à mortuis, nos quoq. resurrecturos esse credamus in eodẽ corpore, in quo sumus, vel viuimus: non naturam aut sexũ mutantes, sed tãtùm fragilitatem & vitia deponentes. Ipsum quoque Satanam cum Angelis suis, atque cultoribus æterno incendio condemnandum: neque secundum quorundam sacrilegam dispositionem, ad pristinam, id est, Angelicam dignitatem, ex qua propria malignitate cecidit, reducendum. Hæc est catholicæ traditionis fidei vera integritas, de qua si vnum quodlibet respuatur, tota fidei credulitas amittitur.

[a] Hominem suscepisse. *Frequens apud Patres locutio: August. libro singulari de Gen. ad litteram, in ipsa fidei explicatione.* Cum ipsa ineffabilis, incommutabilisq. Dei sapientia plenũ totumq. hominẽ susceperit dignatus est, *& in quotidiano hymno.* Tu ad liberandum suscepturus hominẽ non horruisti virginis vterum.

[b] Diuinã humanãq. substantiã. *Neq. minus vsurpata est substãtia pro natura. Vt testimonia afferre abutẽtis otio sit.*

[c] Et quod animæ incerta sit origo. *Cunctationẽ suã sapissimè fatetur August. vt ep. 157. ad Optatum.* Aliquid ergo certũ de animæ origine nondũ in scripturis canonicis reperi. *Et lib. 1. Retract. c. 1.* Nam quod attinet ad eius originẽ, qua fit vt sit in corpore: vtrũ de illo vno sit, qui primũ creatus est, quãdo factus est homo in animã viuã: an semper ita fiant singulis singulæ, nec tũc sciebã, nec adhuc scio. *Eod. modo hæsit Isidorus cum Fulgentio, cuius verba refert lib. 1. different. c. 26. ita vt neutram in partẽ vterq. inclinare ausus sit, cum nondum quidquam definitũ esset. Sed idem quid senserit satis expressit postea lib. 1. sent. c. 14. his verbis.* Animam non esse partẽ diuinæ substãtiæ vel naturæ, neque esse eã priusquam corpori misceatur, sed tunc eam creari, quando corpus creatur, cui admisceri videtur. *Eadem Greg. ep. 53. ad Secundinum lib. 7.*

[d] Ideoq. incorporea quod ad imaginẽ Dei creata sit. *Ead. ratione est vsus lib. 1. sent. loco citato. Sed cum hæc sit scriptura codicis vtriusq. manuscripti: corporeã tñ fecerant impressi libri, etiã (quod mirũ sit) Romani. Atq. eo magis mirũ, quod eodẽ volumine hic ipse locus, cũ tota regula fidei integer sinceriusq. in Rabano est editus.*

[e] De pietate morũ. *Hæc non satis integra videntur.*

[f] Nec humanæ voluntatis arbitrio boni quidquã deputandũ. *Hæc absurdã sententiã redderent, si separatim legerentur: sed annectenda sunt sequentib. verbis, sed secundũ propositũ voluntatis Dei omnẽ numerũ electorũ acquiri. Vt sit sensus, ad prædestinationẽ nihil conferre arbitriũ nostrũ, sed soli diuinæ voluntati & gratiæ vocationem & electionem assignandam. Ita facilè metu liberamus eos, quos hic locus malè habebat.*

De Baptismo. Cap. XXV.

BAptismi sacramentũ si prima repetens ab origine pandam: [a] Baptizauit Moyses in nube & in mari, in typo & in figura, ita enim Paulus pronũtiat. Habuit ergo mare formã aquæ, nubes verò Spiritus Sãcti, manna panis vitæ. Illic enim, sicut Patrũ exẽpla docẽt, Ægyptius demergitur, Dei populus resurgit renouatus Sãcto Spiritu, qui etiã per mare rubrũ inoffenso trãsiuit vestigio. Baptizauit & Iohãnes, sed non ex toto Iudaicè: non enim solùm in aqua, nec tñ in Spiritu, sed hoc solùm addidit, quòd in pœnitentiã baptizauit, sicut ait Paulus in Actibus Apostolorũ. Iohãnes baptismo pœnitẽtiæ baptizauit populũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cui tamen ideo datum est in aqua baptizare, vt Christus, qui in aqua & spiritu baptizaturus erat, Iohannis baptismate manifestaretur in Israel, quando Spiritus Sancti descensione, & Patris voce Filius Dei palàm cunctis ostensus est. Cœpit ergo perfectum baptisma à Iesu ipse enim baptizauit primùm in Spiritu Sancto: sicut & Iohannes dicit. Ego quidem baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, ipse baptizabit vos in Spiritu Sancto, & igni. Hæc est perfectio baptismi, Deus est enim, qui baptizat, vt possint & qui baptizantur fieri filij Dei. Tria sunt autem genera baptismi. Primum, quo sordes peccatorum per regenerationis lauacrum abluũtur. Secundum, quo quis sanguine suo per martyrium baptizatur, quo baptismo etiam Christus baptizatus est, vt & in hoc, sicut & in cæteris, formam credentibus daret, sicut dicebat ad discipulos suos filios Zebedęi. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, & baptismo quo ego baptizor baptizari? Itaque aqua & sanguis gemini est figura baptismatis: vnum, quo regeramur ex lauacro, aliud, quo consecramur ex sanguine. Est tetium baptisma lacrymarum, quod laboriosiùs transigitur, sicut ille, qui persingulas noctes stratum suum lacrymis rigat, qui imitatur conuersionem, Manasse & humilitatem Niniuitarum, per quam misericordiam consecuti sunt. Qui imitatur publicani illius orationem in templo stantis à longe, & percutientis pectus suum, quique nec ausus fuit oculos ad cælum eleuare.[b] Baptismus enim aqua est, quæ tempore passionis de latere Christi profluxit. Nullumque aliud elementum est, quod in hoc mundo purget vniuersa, viuificet cũcta, ideoque cum baptizamur in Christo, per ipsam renascimur, vt purificati viuificemur. Fons autem origo omnium gratiarum est, cuius septem gradus sunt: tres in descẽsu propter tria, quibus renũciamus: tres alij in ascensu propter tria quæ confitemur: septimus verò, ideſt, qui & quartus similis filij hominis extinguens fornacem ignis, stabilimentum pedum, fundamentum aquę, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. In Patre autem & Filio & Spiritu sancto salutaria baptismi dona consistunt. Vnde nequaquam baptismi sanctificatur officio, nisi qui sub Trinitatis tinguitur sacramẽto, sicut & Dominus ait. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Proinde si omissa qualibet Trinitatis persona baptisma detur, manifestè in regenerationis sollemnitate nihil agitur, nisi tota Trinitas inuocetur. Nam & Dominus, dum à Iohãne baptizaretur, eundem baptismum, sub Trinitatis sacramento legitur peregisse. Dicente enim Deo: Hic est filius meus, Pater in voce, Filius in corpore, Spiritus autem Sanctus fuisse probatur in specie columbæ. Duæ sunt autem pactiones credẽtium. Prima enim pactio est, in qua renuntiatur diabolo & pompis, & vniuersæ conuersationi illius. Secunda pactio est, qua se credere in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum profitetur. Semel autem nos oportet in Christe lauari, quia Christus semel pro nobis mortuus est. Si enim vnus Deus & fides vna est: necessario, & vnum baptisma sit, quia & Christi mors vna pro nobis est, in cuius imaginem mergimur per mysterium sacri fontis, vt consepeliamur Christo morientes huic mundo, & ab ijsdem aquis in forma resurrectionis eius emergimur, non reuersuri ad corruptionem, sicut neque est reuersus ad mortem. Quòd & si postea quisque præuentus fuerit in aliquo peccato, non iam lauacri beneficio, sed pœnitentiæ expiatur, quæ in similitudine fontis peccata mortificat. Perfectis autem ætate baptismum, vel ad purgationem originalis noxæ, vel ad abolitionem actualis peccati proficere credimus: paruulis autem, vt ab originali peccato ab luantur, quod ab Adam per primam natiuitatem traxerunt. Qui si priùsquam regenerentur transierint, procul dubio à regno Christi alieni sunt, ipso Saluatore testante. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non intrabit in regnum Dei, quique ijdem[c] paruuli alio profitente baptizantur, quia adhuc loqui, vel credere nesciunt, sicut etiam ægri, muti, vel surdi, quorum vice alius profitetur, vt pro eis respondeat, dum baptizantur. Quamuis autem per regenerationem pereat originale peccatum, pœna tamen mortis, quæ per pręuaricationem mandati introiuit, manet & in eos, quos à reatu originis purgat baptisma Saluatoris. Et hoc proinde, vt homo nouerit pro futuræ beatitudinis spe regenerationem consequi, non vt à pœna temporalis mortis possit absolui. Illud verò, quòd nec priuatis nec clericis baptizare liceat, nisi tantùm sacerdotibus, in Euangelio legimus sanctis Apostolis tantùm permissum,

permissum, Iesu post resurrectionem dicente: Sicut misit me pater & ego mitto vos. Et hoc cum dixisset, insufflauit, & ait. Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt. Et in alio loco. Ite, docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti.[d] Vnde constat baptisma solis sacerdotibus esse tractandũ, eiusque ministerium nec ipsis Diaconibus explere est licitum absq. Episcopo vel Presbytero, nisi his procul absentibus, vltima lãguoris cogat necessitas: quod etiam & laicis fidelibus plerunque permittitur, ne quisquam sine remedio salutari de seculo euocetur. Hæretici autem, si tamen in Patris & Filij & Spiritus Sãcti attestatione docentur baptisma suscepisse, non iterum baptizandi, sed solo chrismate, & manus impositione pur gandi sunt. Baptismus enim non est hominis, sed Christi: ideoque nihil interest hæreticus, an fidelis baptizet. Quod sacramentum tam sanctum est, vt nec homicida ministrãte polluatur.[e] Habet quidem hæreticus baptismum Christi, sed quia extra vnitatẽ fidei est, nihil ei prodest. At vbi ingressus fuerit, statim baptisma, quod habuerat foris ad perniciem, incipit illi iam prodesse ad salutem. Quod enim accipit, approbo: sed quia foris accepit, improbo. Dum autem venerit, non mutatur, sed agnoscitur: character est enim regis mei, non ero sacrilegus si corrigo desertorem, & non muto characterem.

[a] Baptizauit Moyses, *vsque ad*, ad cælum eleuare. *Omnia ex oratione Gregorij Nazianzeni* εἰς τὰ ἅγια φῶτα.

[b] Baptismus enim aquæ est, *vsq. ad*, habitat corporaliter. *Ex epistola ad Rusticum Narbonen. de septem gradib. Eccles. Hieronym. tom. 9.*

[c] Paruuli alio profitente, *vsq. ad*, respondeat. *refertur à Grt. De consec. d. 4. c. 74.*

[d] Vnde constat baptisma, *vsq. ad*, euocetur. *Eadem d. c. 19.*

[e] Habet enim hæreticus baptism. *Vid. Augustin. 2. contra Parmenian. c. 3. & ex eod. c.* Quamuis *de cons. dist. 4.*

De Chrismate. Cap. XXVI.

CHrismatis vnguentum Moyses primùm in Exodo, iubente Domino, & composuit, & confecit, quo primi Aarõ & filij eius in testimonium sacerdotij, & sanctitatis perunctisunt. Deinde quoque & reges eodem chrismate sacrabantur, vnde & Christi nuncupabantur, sicut scriptum est: Nolite tangere Christos meos, cratque eo tempore tãtum in regibus, & sacerdotibus mystica vnctio, qua Christus figurabatur: vnde & ipsum nomen à chrismate dicitur. Sed postquam Dominus noster verus rex, & sacerdos æternus à Deo Patre cælesti ac mystico vnguento est delibutus, iam non solum pontifices & reges, sed omnis Ecclesia, vnctione chrismatis, consecratur, pro eo quod membrum est æterni regis, & sacerdotis. Ergo quia genus sacerdotale & regale, sumus ideo post lauacrum vngimur, vt Christi nomine censeamur.

De Manuum impositione, vel Confirmatione. Cap. XXVII.

SEd quoniam post baptismum per Episcopos datur Spiritus Sanctus cum manuum impositione, hoc in Actibus Apostolorum Apostolos fecisse meminimus. Sic enim dicitur. Factũ est, dum Apollo esset Corinthi, vt Paulus, peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, ibique cum inuenisset quosdam discipulos, dixit ad illos. Si Spiritũ Sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eũ: Sed neq. si Spiritus Sãctus est, audiuimus. Dixitq. eis: In quo ergo baptizati estis? At illi dixerunt, in Iohannis baptismate. Ait autẽ Paulus: Iohãnes baptizauit baptismo pœnitentiæ plebem, dicens: in eum, qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est, in Iesum Christum. Quod cum audissent, baptizati sunt in domine Domini Iesu, & cum imposuisset illis manum Paulus, venit Spiritus Sanctus super illos, loquebanturq. linguis & prophetabãt. Itẽ in alio loco. Cùm audissent autẽ qui erant Ierosolymis Apostoli, quòd accepit Samaria verbũ Dei, miserunt ad illos Petrum, & Iohãnem. Qui cum venissent, orauerunt pro eis, vt acciperent Spiritum Sanctum, nondum enim in vllum eorum descenderat, sed tantùm baptizati erant in nomine Domini Iesu Christi. Tunc imponebant illis manus, & accipiebant Spiritum Sanctum. Spiritum autem Sanctum accipere possumus, dare non possumus, sed, vt detur, Dominum inuocamus. Hoc autem à quo potissimùm fiat, quemad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modum Papa sanctus [a] Innocentius scripse- A
rit subijciam. Dicit enim non ab alio, quàm
ab Episcopo fieri licere: nam presbyteri, licet
sint sacerdotes, Pontificatus tamen api-
cem non habent. Hoc autem solis Ponti-
ficibus deberi, vt vel consignent, vel vt
Paracletum spiritum tradant, quod non
solùm consuetudo Ecclesiastica demõstrat,
verùm & superior illa lectio actuum Apo- B
stolorum, quæ asserit, & Petrum & Iohan-
nem esse directos, qui iam baptizatis tra-
derent Spiritum Sanctum. Nam presbyte-
ris, seu extra Episcopum, siue præsente E-
piscopo cum baptizant, chrismate baptiza-
tos vngere licet, sed quod ab Episcopo, fue-
rit consecratum, non tamen frontem ex
eodem oleo signare, quod solis debetur
Episcopis, cum tradunt Spiritum Paracle-
tum. Hæc sunt pauca ex multis, quæ proba-
bilium virorum nouimus præcepisse doctri-
nas, quorumq. eloquia proinde quibusdam
in locis à nobis interiecta esse noscuntur, vt
sermo noster paternis sententijs firmare-
tur. Ora pro me.

[a] Innocentius scribit. *Ad Decentium. Vid. c.* Manus *de cons. d. 5.*

DIVI



DIVI ISIDORI
HISPAL. EPISCOP.
[a] SYNONYMORVM, DE LAMENTATIONE ANIMÆ PECCATRICIS.
LIB. I.
PROLOGVS PRIOR.

IN subsequenti hoc libro, A
qui nuncupatur Synony-
ma, id est, multa verba in
vnam significationem [b]
coeuntia, sanctæ recorda-
tionis Isidorus Archiepi-
scopus Hispalensis intro-
ducit personã hominis lamẽtantis in ærum-
nis præsentis seculi, seq. deflentis, penè vsq.
ad desperationis defluxum. Cui [c] mirabili
cõcursu ratio obuians, leni hũc moderamine
consolatur, atque à lapsu desperationis ad
spem veniæ reformat, & quemadmodum
tergiuersantis mundi lapsum euitet, formu
lamque vitæ spiritualis arripiat, mirabiliter
docet. Deinde vsque ad contemplationis B
ascensum summopere eum prouehens, vsq.
in arcem perfectionis adducit. Is denique
in perfectum virum perductus, eidem ra-
tioni debitas grates exoluit. In quo quidem
opere quisquis intenta mente lector nititur
pergere, sine dubio reperiet, quo pacto ca-
ueat vitia, quomodo defleat peccata com-
missa, & qualiter per lamenta pœnitentiæ
reparatus, ad fructum sanctæ operationis ac-
cedat, vt non cum mundi concupiscentijs
pereat, sed æternis præmijs remuneratus vi- C
uat cum Christo Domino nostro: qui cum
Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat
Deus in secula seculorum. Amen.

[a] Synonymorum de lamentatione animæ peccatricis. *Varias inscriptiones, in decem codicibus, quibus vsi sumus, huic operi præfixas inuenimus. In altero Laurentiano codice, in Septimancensi & in Nauarrico,* Soliloquia, *inscribitur. In altero Laurentiano,* Dialogus inter rationẽ & appetitum. *Reliqui codices* Synonyma *habent. Nisi quod quidam ex ijs, pro Synonymis,* Synoninam *legunt genere fœminino, sequuti D. Ildefonsum de virorum Illustrium scriptis. In Isidoro (nisi lectio est vitiata) consilio sanè Toletano 8. c. 2. hoc opus* Synonyma *nũcupatur. Sic Braulio in D. Isidori vitæ. Sic Gratianus, vbicunq, ex hoc opere fragmenta desumpsit, ex* Synonymis *se afferre ait. Addidimus aũt ex Guadalupeo & Hispalensi codicibus ea verba.* De lamentatione animæ peccatricis. *Ildefonsi auctoritate, qui de Isidoro sic ait.* Librum lamẽtationis (*supple scripsit*) quem ipse Synonymam vocauit. *Itaq, ab eo tempore, vtramq; appellationem pratulit: Lamentationis quidem loquentium abusu, Synonymorum autem ab ipso Isidoro factam.*

[b] *Al.* conuenientia.

[c] *Al.* miserabili.

Prologus alter.

Isidorus lectori salutem.

VEnit nuper ad manus meas [a] quædam schedula quam Synonyma dicunt: cuius formula persuasit animo, quoddam lamentum mihi, vel miseris condere. Imitatus profectò non eius operis eloquium, sed meum votum. Quisquis ergo ille es, libenter id perlege, & dum aduersitatibus mundi tangeris, te ipsum censorio iudicio discute, & statim agnosces, quia quascunque afflictiones pateris in hoc seculo, retributione tibi iustissima inferuntur, duorum autem personæ hic inducuntur, deflentis hominis, & admonentis rationis.

[a] Quædam schedula. *Hoc est, quidam libellus, nam scheda vox aliquando in libri significatione sumitur. In Guadalupeo, & Hispalensi legebatur,* quædam schedula Ciceronis, *& sanè, libellus circumfertur non incommodus, in quo voces Synonymæ colliguntur: Ciceronis nomine ad Lucium Veturium. Ea inscriptio cum mẽdacio affixa sit, & Ciceronis vox in alijs omnibus codicibus desit, expungendam iudicauimus.*

Homo.

ANima mea in angustijs est, spiritus meus æstuat, cor meum fluctuat, angustia animi possidet me. Angustia [a] animi affligit me, circũdatus sum omnibus malis, circumseptus ærumnis, circumclusus aduersis, obsitus miserijs, opertus infelicitate, oppressus

angustijs, nõ reperio vspiam tanti mali perfugium, tanti doloris non inuenio argumẽtum, euadendæ calamitatis [b] indicia non comprehendo, minuendi doloris argumenta non colligo, effugiendi funeris vestigia non inuenio, vbiq. me infelicitas meapersequitur, domi foriſque mea calamitas me non deserit. Vbicumq. fugio, mala mea me insequuntur: Vbicumque me conuertero malorum meorum me vmbra comitatur: velut vmbram corporis, sic mala mea fugere non possum. Ego ille homo ignoti nominis, homo obscuræ opinionis, homo infimi generis, cognitus per me tantũ, cognitus tãtùm mihi: nulli vnquã malũ feci, nulli calũniatus sum, nulli aduersus extiti, nulli molestiã intuli: nulli inquietus fui: sine vlla querela apud homines vixi, vitã meã omnes lædere nitũtur: omnes cõtra me frendent, atq. insaniunt: conserta manu in me pericula ingerunt, ad exitium me pertrahunt, ad periculum me adducunt, ad discrimen vocant meam salutem. Nullus mihi protectionem præbet: nullus defensionem adhibet: nullus adminiculũ tribuit: nullus malis meis succurrit: desertus sum ab omnibus hominibus: quicunque me aspiciunt, aut fugiunt, aut fortasse me persequuntur: intuentur me quasi infelicem: & nescio quæ loquuntur mihi in dolo verbis pacificis: occultam malitiã blandis sermonibus ornant: & aliud [c] ore promunt, aliud corde volutant. Opere destruunt, quod ore promittunt: sub pietatis habitu animo venenato incedunt. Velant malitiam fuco bonitatis: calliditatem simplicitate occultant: amicitiam dolo simulãt: ostendunt vultu, quod in corde non gestãt. Cui credas? cui fidem habeas? quem proximum sentias? vbi iam fides? perijt fides, ablata est fides, nusquam tuta fides, [d] Si legitimum nihil est, si veritas iudicij nulla est, si æquitas abijcitur, si ius non creditur, si iustitia cunctis negatur, pereunt leges auaritia iudicante. Creuit auaritia, perijt lex cupiditatis amore, iura nihil valent: præmia & dona legibus vires [e] tulerunt. Vbiq. pecunia vincit: vbiq. iudicium venale est: nullus legibus metus: nullus iudicij timor. Impunita manet malè viuendi licentia, nemo peccãtibus contradicit, nec scelus vlciscitur quisquam. Omne crimen inultum manet, iniqui salui fiunt, innocentes pereunt, boni indigent, improbi abundant, scelerati potentes sunt. Iusti egent, iniqui honorantur, iusti

A despiciuntur, iniqui lætantur, iusti in mœrore & luctu sunt. Impius prævalet aduersus iustum, damnant mali bonos, honoratur iniquus pro iusto, iustus damnatur pro impio, innocentes pro nocentibus pereunt, nulla re impediente.

Nulla causſa, nulla criminatione, nulla malitia crimen mihi obijciunt, crimen mihi [f] impingunt, criminis nodos contra me nectunt. Criminis & suspicionis locum in me conuertunt. In crimen me periculumque deducunt, objiciũt mihi crimen, cuius non habeo conscientiam. Nihil exploratum est, nihil patefactum est, nihil inuestigatum est, B nihil repertum est, non tamen quiescunt aduersum me mala confingere, non quiescunt falsa testimonia præparare, non desinunt accusatores objcere, & iudices non sinunt conscribere. Testium & iudicum falsa & crudeli sententia iudicor. Testium falsa sententia ad necem innocens ducor. Ex eodem concilio testes, ex eodem iudices, ex eodem cœtu accusatores. Improbòs iudices opponũt: falsos testes obijciunt: in quorum testimonio confidentia est. Nemo ab illis dissentit: nemo discordat: nemo consilium eorum repudiat. Cui dicam? cui credam? cui loquar? quem adeam? à quo con- C silium petam? in quo animum meũ ponam? quem potissimum quæram? Omnibus odiosus sum, omniũ charitate desertus sum, projiciunt me omnes à se, abominatione me omnes abominantur, exhorrescunt me omnes, repudiãt omnes, abdicationẽ intendunt: volo ad eos confugere, sed minantur: cupio eorum deprecari vestigia, sed fugiunt, aduersantur, & odiunt: supplicando propitios eos habere volo, illi autem magis molesti sunt: interdum adiungunt se ficta charitate, non ad consolationem, sed ad tentationem: loquuntur simulatè, & si tacent, non est simplex silentium: quærunt, quod accu- D sent: quærunt, quid audiant: quærunt, quid prodant: explorant, vnde decipiant. Ego autem reclinato capite, humiliato vultu, deposita facie, sileo, taceo, in incepto persisto silentio, ori meo custodiam posui, ori meo signaculum dedi, vocem à sermone repressi, linguam à loquutione restrinxi: etiam de bono interrogatus, taceo: malui enim retinere improbis, quàm respondere. Illi autem non quiescũt, illi amplius sruiũt: percussum amplius persequuntur: magis magisq. irruunt super me, obstrepunt super me clamoribus: iactant

iactant in me petulanter conuicia voce, habitu, strepitu. Super me prosiliũt, voce aperta contumelias, & opprobria super me iactant, & ab alio prouocati, in me omnes cõcitantur, ad me omnes arma conuertunt: omnes in me sæuiunt: omnes in exitium meum intendunt, omnes in mortem meam manus suas præparant. In tanto igitur metu, in tanto pauore, in tanta formidine contabui miser: pallui miser: exanguis effectus sum: emarcuit cor meum: pauore æstuo: formidinis metu tabesco: timor & tremor animam meam quassauerunt. Sic exilio trusus sum, sic exilio damnatus sum, sic exilij pœnã lugeo, sic exilij dãnationem gemo, vinculo B seruitutis addictus, conditionis pondere pressus, seruili opere mancipatus, in algore, in niue, in frigore, in tempestatibus tetris, in omni labore, in omni periculo positus. Post damna bonorum, post amissionem omnium rerum, inops, & pauper effectus sum, egeo, mendico infelix: publicè posco [h] eleemosynam, egenti nemo manũ porrigit: indigẽti nullus succurrit: apud nullum miseratione dignus sum: omni misericordia desolatus sum, qui misereatur, non est. Omnes [i] mendicantem spernunt, esurientem nec micis suis reficiunt: in os sitientis nullus distillat guttam refrigerij: nullus præbet mihi vel C modicum vndæ rorem, effectus sum enim cunctis abominabilis. Quicumque me intuentur, omnes vt vlcerosum contemnunt, vt fœtentem expuunt, vt leprosum tangere horrent. Iacet caro [k] astricta ferro, iacet pressa catenis, iacet ligata vinculis, iacet vincta compedibus, non desunt tormenta, non desunt cruciamenta: nõ [l] desunt mihi supplicia, quotidie crudescit in me sæuitia. Corporis mei carnifices nouis me cruciatibus lacerant, inaudito genere pœnarum viscera mea, & membra mea dilaniant, quidquid possunt super me crudele excogitant, D non perimor nuda morte: mille pœnis extortus: mille subactus tormentis: mille laceratus supplicijs. Caro mea plagis secta computruit, semiusta latera saniem effundunt, lacerata membra [m] putredine diffluũt, cum fletibus sanguis manat, cum lacrymis cruor stillat: nec est solus [n] fletus lacrymarum, sed vulnerum. Consumptus sum dolore miser, in dolore, & animus, & corpus deficit: mens iam victa est, anima dolore [o] præclusa est, multa intolerabilia sensi, multa acerba

A sustinui, multa grauia pertuli: tã graue & crũdele vulnus nunquã excepi, inopinato vulnere oppressus sum, momentaneo interitũ [p] percussus sum: improuisa me in tãtum malum calamitas vitæ coniecit. Ignorantem me oppresit subita calamitas, repentini interitus casusque me subruerunt. Cur infelix natus sum? cur in hanc miseram vitam proiectus sum? vt quid miser hanc lucem vidi? vt quid misero huius vitæ ortus occurrit? Vtinam velocius egrederer à seculo, quàm sum ingressus, quacumq. iam ratione recederem, sed heu miseris expecta mors tardè venit. [q] Cupienti mori iam B liceat occumbere. Viuendi enim mihi tædium est, moriendi votum, sola mihi mors placet. O mors quam dulcis es miseris: ò mors quàm suauis es amarè viuentibus, quàm iucunda es ò mors tristibus, atq. mœrentibus. Accedat ergo ad vitæ magnum malũ mortis grande solatium, sit vitæ terminus finis tantorum malorum, det finem miseriæ requies sepulturæ; & si non vita, saltem vel mors [r] misereri incipiat. Mors malorum omnium finem imponit: mors calamitati terminum præbet, omnem calamitatem mors adimit. Certè [s] vel mors subuenit miseris, melius est benè mori, quàm malè viuere: melius est non esse, quàm infeliciter esse: ad comparationem miseriarum mearum, feliciores sunt mortui, quàm viuentes: parcite dolori meo, quæso: mœrori meo, quæso, ignoscite: angustiæ meæ veniam date: indulgete meis doloribus: in tanto dolore contra me cõmoueri nolite: percussionẽ enim meam plango: calamitarem meã deploro, familiarem cladem miseriæ meæ lugeo: plura enim ministrat dolor: non valeo consolari miser, impatiens enim est dolor meus, infinitus est mœror meus. Nullatenus linitur vulnus meum, nullus lacrymis modus est, nullus dolorũ finis est, iam nulla fiducia est animi, iam ferre non potest animus, iam victus miserijs concidit animus.

a *al.* animæ.
b Indicia non comprehendo. *Laurentianus alter legebat* iudicia non comprehendo. *Nos lectionem alteram, quæ aliorum omnium codicum est, secuti sumus. Porrò argumenti & indicij voces hoc loco modum, formam, rationemq. Isidoro significant.*
c *al.* ore promittunt.
d *Supple,* quæritur.
e *al.* abstulerunt.
f *al.* imponunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

g Iudices non sinunt conscribere. *Quid sit iudices conscribere, ex Asconio Pediano intelligitur in 2. Verrinam vbi ait:* Cum multi iudices in consilio cum prætore suo iudicaturi essent, qui quæsitor fuisset in caussa publica: necesse fuerat eos primum, de curia Senatoria conscribi, cum Senatus iudicaret. Deinde in vrnam mitti, vt de pluribus necessarius numerus sortitò confici posset. Tertio permittiaccusatori, & reo, vt ex illo numero reijciant, quos putauerint, sibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore. Reiectione celebrata, in eorum locum, qui reiecti fuerant, subsortiebatur prætor alios, quibus ille iudicum numerus legitimus compleretur. *Erit ergo verborum sententia. Non sinunt, vt iudiciorum recepto more, & instituto in cognitione procedatur. Omnia perturbare agunt. Aut fortasse non sinunt iudices conscribere dixit, desit, inter se conuenire sententijs non permittunt.* συγγράφεσθαι *enim aliquando in cõsentiendi significatione ponitur: vt apud Theophrastum quinto de plantis.* Διο καὶ οἱ ἀρχιτέκτονες συγγράφουσι παραιρεῖν τὰ πρὸς τὴν μήτραν, ὅπως λάβωσι τὸ ξύλον τὸ πυκνότατον καὶ μελανώτατον, *aut fortasis legendum.* Non desinunt iudices circumscribere. *Verum codices omnes in eam, quam posuimus, lectionem conspirabant.*

h *al.* alimoniam.

i vt.

k *al.* afflicta.

l Non desunt mihi supplicia. *In altero Laurentiano & vetustiori.* Non desunt minus supplicia. *In Hispalensi & Guadalupeo,* Non minus desinunt supplicia. *In Parisiensi* Non sunt minus supplicia *ex Seguntino, Septimancensi & Legionensi, vera restituta est lectio. Nam etsi in illis hæc desint verba proximè tamen superiùs legunt,* Nec desunt mihi tormenta.

m *al.* putredinem.

n *al.* fluuius.

o *al.* percussa.

p *al.* perculsus.

q Cupienti mori iam liceat occumbere. *In Lauentiano veteri* cupiente mori iam licet occumbere. *In Guadalupeo & Hispalensi,* cupienti mori iam libet occumbere. *In cæteris omnia hæc verba desunt. Nos quia neutræ lectioni sententia satis constat: ex vtrisq. veram, vt credimus lectionem constauimus: voce tãtum,* licet *in* liceat, *commutata. De quo lectorem admonendũ duximus, vt quãta vsi simus religione his libris castigandis non ignoraret.*

r *al.* miserit

s *al.* velox.

Ratio.

O Homo, quid tantum diffidis animo? cur adeo mente debilitaris? cur spem [a] atq. fiduciam omnem amittis? cur animo tãtum diffunderis? quare tãta pusillanimitate deijceris? quare in aduersis adeo frangeris? Omitte tristitiam, desine tristis esse, tristitiam repelle à te, mœstitiæ noli succumbere, noli te multũ dare mœstitiæ, repelle à corde tuo doloré, ab animo exclude doloré, inhibe doloris impetum: nõ perseueres in dolore, vince animi dolorem, supera mentis dolorem.

a *al.* spei fiduciam.

Homo.

QValiter? quo pacto? quomodo? quemadmodum? qua ratione? qua arte? quo consilio? quo ingenio?

Ratio.

OMni ope, omni vi, omni ingenio, omni virtute, omni arte, omni ratione, omni cõsilio, omni instantia sume luctamen contea corporales [a] molestias: esto in cũctis casibus firmus, patiẽter tolera omnia, omniaaduersa æquo animo tolera. Noli singularem tuam conditionem attendere, non est tua à te sola pensanda acerbitas: non est sola tua à te consideranda calamitas: respice similes aliorum casus: intende miserias eorum, quibus acerbè aliquid accidit: dum tibi aliena pericula memoras, mitiùs tua portas: aliorum enim exempla dolorem releuant: alienis malis faciliùs cõsolatur homo. Quid incusas acerbissima tua decreta? quid caussas tui periculi tãtum luges? non sunt noua tua supplicia, habes exempla calamitatis. [b] Quanti tales casus, quanti talia pericula pertulerunt? Patienter ab vno ferendum est, quod multis accidit tolerabile. Pœna huius vitę breuis est: & qui affligit, & qui affligitur, mortalis est. Tribulatio huius temporis finem habet. Transeunt omnia seculi huius, nec permanent: omne quod venit, stare nõ potest. [c] Nihil est tandiu, nihil tam longum, quod non breui finiatur: omnia sub cælo finem suum habent: impossibile est, vt homo sis, & non gustes angustias: dolor & tristia omnibus cõmunia sunt: omnia in hoc seculo euentu simili sustinemus. Nemo in perpetuum expers mali est: nemo est, qui in hoc seculo nõ doleat: nullus est, qui in hac vita positus non suspiret: vita ista lacrymis plena est: vita ista à fleribus inchoat: qui nascitur, à fletu incipit viuere: flentes proijcimur in hanc miseram vitam: ipse ortus sequentium dolorum est gemitus. Interpone ergo tibi rationem: particeps esto rationis: præualeat tibi ratio: tempera animum ratione: animam ratio cõfirmat: vim tanti mœroris reprimat ratio: cõfirmato animo nullum periculum [d] pertimescis. [e] Oportet nos per multas tribulationes intrare in regnum Dei. [f] Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: [g] quod in præsenti est, momẽtaneum est, & leues tribulationes in nobis: quod æternum est, supra

pra modum est, pondus excellens gloriæ, vtilis est tribulatio, vtiles sunt huius vitæ pressuræ. Malorum prauitas non te occidit, sed erudit: prauorum aduersitas non te deijcit, sed extollit: humana tentatio arguit te, non interficit: quantum enim in hoc seculo frangimur, tantum in perpetuo seculo solidamur: quantum in præsenti affligimur, tantũ in futuro gaudebimus. Si hic flagellis atterimur, purgati in iudicio inueniemur. Sẽper Deus hic vulnerat, quos ad salutem perpetuam præparat. In fornace probatur aurũ: tu, vt sorde careas, tribulationis camino purgaris: vt purior appareas, persecutionis igne conflaris: vt omnium peccatorum sorde purgeris, ad probationẽ sunt ista omnia, quæ sustines. Non igitur murmures: nõ blasphemes: non dicas, quare sustineo mala? cur affligor? vt quid mala patior? sed magis dic, peccaui: vt eram dignus recipio. Æqualem vindictam peccati mei nõ sentio, minus percussũ me, quàm merebar agnosco, iuxta modum criminis minor est retributio vltionis: secundum meritum peccatorum dispar est caussa pœnarum: non sunt tanta supplicia, quanta extiterunt peccata. Qui enim in flagellis murmurat, Deum contra se plus irritat: furorem Dei amplius prouocat: iram Dei indignantis plus sibi exaggerat. Qui verò aduersa patienter tolerat: Deum citius placat. Si enim vis purgari, in pœna te accusa: & Dei iustitiam lauda: ad purgationem tuam proficit, si ea, quæ pateris, ad iustitiam Dei retuleris: si pro irrogata [h] iniuria humilis Deũ glorificaueris. Corripit enim te Deus, flagello piæ castigationis, exercet in te disciplinã: & qui parcendo te ad[i] se reuocabat, feriendo clamat, vt redeas. Cogita, ò homo quoslibet mundi cruciatus: intende animo quascumque seculi pœnas, quoscumq. tormentorum dolores, quascumque dolorum acerbitates: compara hoc totum gehennæ: & leue est omne quod pateris: si times, illas pœnas time, istæ temporales sunt: illæ æternæ: istæ finem habent, illæ perpetuæ sunt: in istis moriẽdo tormẽta recedunt, in illis moriẽdo æternus dolor succedit. Si enim cõuersus fueris, emẽdatio est quod pateris, cõuersum namque flagella à peccatis absoluunt: cõuerso instantes plagæ proficiũt ad purgationem. Qui enim hic castigatus corrigitur, illic liberatur: qui verò nec sub flagello corriguntur, & temporali pœna, & æterna dãnantur, & in hoc prius iudicantur seculo, & illic denuo in futuro. His duplex damnatio est: gemina his percussio est: quia & hic habent initium tormentorum, & illic perfectionem pœnarum. Vide, quia manus Dei te tradidit ad pœnam. Scito autẽ ò homo nullum tibi aduersari potuisse, nisi Deus potestatem dedisset: nec habuisset in te potestatem aduersarius, nisi permitteret Deus: vniuersa, quæ tibi accidunt, absque Dei non veniunt voluntate: iniquorum potestas super te ex Dei datur licentia. Omnes, qui tibi aduersantur, Dei consilio faciunt: manus Dei te ad pœnã tradidit: indignatio Dei te affligere iussit. Ipse iratus iussit te omnia mala experiri, nam & quòd infirmaris, quòd carnis morbis afficeris, quod corporis debilitatibus frãgeris, quòd languorum stimulis cruciaris, quòd passionibus animi quateris, quòd mentis angustia torqueris, quòd grassante [l] impugnationis spiritu agitaris: & hoc ipsum tibi pro peccato tuo diuina iustitia irrogat, & ipsum pro culpa tibi diuini iudicij infertur sententia. Omnis enim aduersitas rerum, delictorum tuorum meritis excitatur, tua contra te dimicant arma, sagittis tuis cõfoderis, telis tuis vulneraris, per quę enim peccasti, per hæc & torqueris. Sequutus es carnem, flagellaris in carne: in ipsa gemis, in qua peccasti: in ipsa cruciaris, in qua deliquisti: ipsa tibi est censura supplicij, quæ fuit caussa peccati, vnde corruisti ad vitia, inde luges tormenta. O homo discute cõscientiã tuã, intende mẽtem tuam, examina te, loquatur tibi cor tuum, considera meritum tuũ: iustè argueris: iustè flagellaris: iusto iudicio iudicaris: procella iusta te conterit: iustitiæ pœna te premit: nihil enim bonum agis, nihil rectum, nihil æquum: nihil iustum, nihil sanctum: nihil in te sanctitatis est: nihil pudoris: nulla memoria dignitatis: nihil Deo dignum. Quotidie peccas, quotidie laberis, quotidie præceps in deterius vadis: elatio tua non [n] recedit: superbia tua nõ deponitur: tumor & iactantia non cohibentur, rapit te quoque furor, inflammat ira, clamor excitat, commouet indignatio: paratus semper ad iram supra modum irasceris: super mensuram animi furore moueris: zelare bonis solitus, inuidere melioribus solitus, alienis virtutibus semper inuidus, alienis felicitatibus semper æmulus. Quem nõ laceraſti? cui vnquam non detraxisti? cuius non [o] obruisti vitam? cui non iactasti infamiam? fallax, inconstans, infidus, auarus, tenax, sterilis, inhumanus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

manus,infructuosus, nō est in te vlla misericordia,cecidisti ? in concupiscētijs seculi, & defluxisti in cupiditatibus mūdi : flagras in terreno amore:congeris res perituras; nescis satiari q cupiditatis tuæ sitis : nouis te quotidie peccatis inuoluis : nouis facinoribus vetera auges: nō diluis scelus,sed dilatas:nec satias vnquam flāmam libidinosę concupiscētiæ.O te infelicem, nō te pudet per multas aspergi libidines;corruptor libidinose,luxuriose adulter,sic in libidine perduras ? sic in flagitio perseueras? sic in luxuria permanes?sic in carnali amore persistis?Heu quandiu?quousque errabis?quem ad finem te effrænata trahet luxuria ? iam tādem peccare B quiesce:iam tandem desine à scelere: aliquādo mores malos commuta in melius.Cur in peccati sordibus manes?cur in volūtate peccandi persistis?noli diu errare miser,de malo iam mutare in melius : pone peccato finem:pone legem nequitię,habeat culpa modum, habeat iniquitas terminum: delictorum tuorum considera magnitudinem:culpas tuas saltem verberatus agnoscito.

a *al.*temporales.
b *al.*aliorum.
c *al.* nihil est diu , nec tam longum.
d *al.*pertimescas.
e Acto.14.vers.21.al.introire.
f ad Rom.8.ver.18.
g Quod in præsenti est,&c. *Alludit ad locum Pauli.1.ad Corin.4.ver.* 17.*Parisiensis legit.* Quod in præsenti est tribulationis in nobis,momentaneum est, & leue: quod æternum est in nobis,supra modum est,pondus excellens gloriæ. *Quæ lectio etsi nō incommoda visa est:sequuti eam non sumus , quoniam omnes veteres codices discrepabant.*
h *al.*miseria,
i *al.*reuocauit.
k *al.*consilium.
l *al.*impugnatione spirituum.
m Sap.11.vers.17.
n *al.*non residet.
o *al.* obrisisti. al. obrasisti , al. horruisti. *al.* abrosisti.
p *al.* concupiscentias.
q *al.*expleri.

Homo.

HEu me, heu infelicem me, heu miserum me, nesciebā,quòd pro mea iniquitate percutior:ignorabā, quòd pro meo merito iudicor:quod istud iudicium de mea sit iniustitia,tu mihi manifestasti,tu mihi indicasti,tu mihi notū feciſti,per te cognoui quod nesciebā,iā pro certo scio , iā certū habeo,iā menō latet,manifestū est mihi satis,satis mihi est cognitum, perpensum mihi est satis, A iam exploratum est mihi.occultum mihi iā non est,iam mihi non estambiguum , iam mihi non est absconditum.

Ratio.

INde est homo,inde omnis ista calamitas, inde ista acerbitas,inde est ista crux,inde est ista pœna, inde ista ærumna , tibi notæ sunt causſæ,non ex aliquo casu,non ex quolibet euentu,non ex quolibet fortuitu , iste lāguor propriæ culpæ est , ista ægritudo propriæ iniquitatis est. An aliud tibi videtur?an aliter putas?an aliter existimas?an aliter sentis?an aliter contueris ? an aliud iudicas?an aliud deputas?

Homo.

NIhil sanè,nihil prosus,nihil penitus,nihil omnino,nihil habeo, quod cōtradicam: cedo veritati, negare nō possum, fateor esse verum,quis hoc dubitat? a quis istud ambigit?quis istud negat?

a *Quis istud negat. In Meiorada codice, & altero Laurentiano addebatur.* Nesciebam quod iusto iudicio (*fortasse* iustum iudicium) de mea sit iniustitia, tu mihi manifestasti,per te cognoui, quòd antea nesciebam. *Quæ verba, vt addititia,in hunc locum reijciunda putauimus.*

Ratio.

C SIita est,si ita existimas,si certum habes, si perpensum est, si explorarum est, aufer à te iam vitium,à vitio & peccato;te retrahe: fugæ iam vitæ maculam , fuge vitij cultum, crimen remoue à te,à vanitatis te malo coerce, fuge turpitudinem vitæ,puritatē vitæ tene,veteres maculas ablue.

Homo.

BEne dicis,bene doces,benè instruis,benè admones,benè persuades,benè instituis: & ego optabam à peccati nexu resolui, cupiebam à consuetudine mala retrahi , desiD derabam à vitio & peccato recedere, quærebā vsum nequissimum superare . Sed heu a difficile est prauam consuetudinem vincere, prauus vsus vix aboletur, assidua consuetudo in naturam conuertitur,assiduo vsu in naturam mutatur vitium,animus sceleribus astrictus diuelli ab eis vix potest , tanta sunt in me vitia, vt vix b euelli possint , vix credo peccata mea vllo spatio temporis exolescere.Vltro me miserum antea vitiaui, spontaneo me dudum studio pollui,proprio me prius arbitrio perdidi, propria voluntate me maculaui. Bonus eram , sponte mea ad peccatum dilapsus sum , liber eram, sponte mea factus sum debitor mortis. Infelix ego, peccatum sponte mihi primus ipse paraui, ego priùs occasionem peccandi amplexus sum , nunc peccati vsu astrictus detineor, mala consuetudo me c sibi grauiter implicauit:vsus peccandi necessitatis vinculis me astrinxit : à delicto discedere volo , nec valeo. Quæro à lapsu resurgere , & non valeo vsui repugnare. Trahor boni amore, retrahor malæ consuetudinis lege. Longa cōsuetudo in me ius sibi , & legem fecit , longus peccandi vsus me superatum obtinuit. Peccata mea cōsuetudine duruerūt. Volo agere B bonum, sed desideria consueta non permittunt. Consuetudine peccandi , quando ne scio , sic delinquo: peccati vsu quando non opto incurro: repugnante carnali consuetudine implere bona non valeo: prauo vsui contraire nitor, sed carnis desiderio aggrauor:ad iustitiam me amor erigit, sed ad peccatum consuetudo constringit.

a *al.* valde.
b *al.*elui.
c *al.*sic.

Ratio.

RELucta contra malam cōsuetudinē, contra cōsuetudinem peccandi tota virtute repugna , vince vsum carnalem etiam cum dolore:pernicioſam cōsuetudinē vince,quāuis cum difficultate : quamuis cum dolore vsui malo resiste.Propone tibi aduersus præsentes carnis ardores futuri supplicij ignem, superet a æstum libidinis recordatio æterni incendij , memoria ardoris gehennæ ardorem excludat luxuriæ. Fornicationis pœnam metus grauioris supplicij vincat , fortior dolor dolorem minorem exuperet. Patienter leuiora portabis,si grauiora fueris recordatus. Versetur ante oculos tuos imago futuri iudicij : b præuide , quæ postmodum eris passurus. Futuram Dei sententiam cogita , futura Dei iudicia super te formida , terreat te gehennæ metus, terreat te futuri iudicij sententia, reuocet te pœnarum terror à culpa. Vitæ tuæ terminum quotidie intuere omni hora. Habeto mortem præ oculis, ante oculos tuos c tenebrarum semper versetur aduentus. De morte tua quotidie cogita, finem vitæ tuæ semper considera , recole semper diem mortis incertū: esto sollicitus, ne subitò rapiaris: quotidie dies vltimus appropinquat: vitā nostrā quotidie dies aufert,quotidie ad finem tendimus,quotidie viā vitæ transimus,ad mortem quotidie properamus , ad vitæ terminum quotidie tendimus, momentis decurrentibus ad finē deducimur.Nescimus quid nobis hodie contingat,nescimus quādo extremum vitæ tempus adueniat. Ignoramus si hac nocte animam nostrā conditio mortis reposcat.Finis noster nobis absconditus est, venturi exitus ignorantia nobis incerta est. Improuisus est mortis occursus,incertus est euentus,& finis d omnium. Dum nescimus, repente mors venit:dum non existimamus, improuiso tollimur:dum ignoramus, repēte subtrahimur. Timeamus,ne dies illa,e tanquam fur nos comprehendat: ne nos turbo diuini iudicij, dum ignoramus diripiat : ne nos repertinus interitus f auferat: ne ignorantes subito calamitas comprehendat. Spiritus, qui ad peccandū succendit peccātem sæpē subitò rapit : qui viuentes inflammat , morientes subito deuorat : qui inflectit ad vitia, pertrahit subito ad totmenta. Quātos ad pœnā mortis improuisa calamitas g strauit: quantos improuisus exitus rapuit:quāti subito subtracti deficiunt:quanti,dum mori non existimant,auferuntur: quanti ad mortē subito rapiūtur:quanti repente ad æterna supplicia deducuntur. Aspice ergo ex alieno C tormēto,quod timeas. Respice in alieno exitio quod pauescas,vita foueā,in quam vides corā te alium cecidisse , pericula aliena in te pertimesce. Alienos casus tua fac esse pericula: morientis vocatio, tua sit emendatio: aliorū perditio , tua sit cautio. Retrahat te à peccato impiorum interitus. Abstrahat te à culpa pereuntium pœna,delinquentiā finis te corrigat , reproborū interitus te adducat ad pœnitentiā. Iniquorū pœna ad tuā salutē proficiat:quod malè feciſti,dū potes,emēda: dū potes à vitio & à peccato te reuoca:dum tēpus est,clama : dū datur spatiū,luge:dū est licētia,pœnitere festina:dum potes, plange, D dum adhuc anima versatur in corpore:dum adhuc viuis, remedium tibi futurum acquire : priusquam te dies mortis præueniat, priusquam te profundum obsorbeat, priusquam te infernus rapiat, vbi iam nullus est indulgentiæ locus , vbi nulla pœnitentiæ patet libertas , vbi nulla correctionis datur licentia , vbi nullus est ad confessionem recursus,ad veniam nullus regressus.

a *al.*ignem.
b *al.*prouide.
c *al.*pœnarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

d al. hominum.
e 1. ad Thessalo. 5. ver. 2.
f al. incautos.
g al. trahit.

Homo.

VErum dicis, verum loqueris, narras mihi quod opportunum est: informas [a] me quod magis mihi expediat: nihil est melius: nihil gratius: nihil acceptius: nihil iucundius: nihil me magis delectat: nihil me magis gratificat. Id solum quæro, ecce scio, noui, didici istud. Illud itē quæro: illud scire volo: [b] illud nosse maximè cupio. Si est spes in confessione: si est fiducia: si est remissio: si est venia: si est indulgentia: si est locus per pœnitentiam regredi ad iustitiam.

a al. in me.
b al. id nosse tantummodo cupio.

Ratio.

ESt planè: est vtique: est prorsus: est proculdubio: est profecto. Confessio sanat: cōfessio iustificat: cōfessio peccati veniā donat, omnis spes in cōfessione cōsistit, in cōfessio ne loc[c] misericordię est. Certissimè igitur crede, nullo modo hæsites, nullo modo dubites, nullatenus de misericordia Dei desperes. Habeto spem in confessione: habeto fiduciam. Nō desperes remediū sanitatis: non desperes salutem, [a] si ad meliora cōuertaris. Qui enim veniam de peccato desperat, plus se de desperatione, quam de cōmisso scelere damnat. Desperatio auget peccatum: desperatio peior est omni peccato: Corrige igitur te, & indulgentiæ habeto spem. Depone iniustitiam, & spera vitā: depone iniquitatem, & spera salutem. Nulla tam [b] grauis culpa est, quæ non habeat veniam: quamuis enim peccator sis, quamuis criminosus, quamuis sceleratus, quamuis infinitis criminibus nefandis oppressus, non denegatur tibi pœnitentiæ locus: facile pœnitētibus diuina clementia subuenit, per pœnitentiam indulgentia datur, per pœnitentiā delicta omnia abstergunt[ur].

a al. sed.
b al. grandis.

Homo.

HEu miserum me, spem perdideram, fiduciam amiseram, diffideram animo, fractus fuerat animus, [a] in desperationē penè conciderat animus. Iam regressus sum ad spem, iam recepi fiduciam, spem indulgētiæ iam habeo, de pietate Dei spero, de bonitate Dei non dubito, habitabo in spe, erexit me ad spem pietas eius, dedit mihi spem vitæ in pœnitentia. Si Deus igitur respexerit, si in auxilium mihi accesserit: si ad implendum quod cupio adiuuerit, hoc facere decreui, hoc statui defixum, hoc in animo meo est, euelli hoc ab animo meo non potest.

a al. in desperatione.

Ratio.

DEus tibi optata tribuat: Deus votis tuis faueat: Deus votorum tuorum te compotem faciat: Deus voluntatē tuam in bono perficiat: Deus vota tua cōfirmet: Deus votis tuis suffragetur: Deus tibi, quod optas, concedat: Deus tibi ad vota tua accedere faciat: omnia Deo fauente agas: ergo age dum licet, dū mors moratur. Si igitur cordi est, si in voluntate est, si voti est, si animi est, si desiderij est: ora, pete, obsecra, ne taceas, erumpe in vocem, clama fortiter, plange iniquitates tuas, mala scelerum tuorū deplora, quæ prauè gessisti, fletibus [a] dilue: quæ illicitè commisisti, lacrymis ablue: [b] ploratu scelera dilui solent: mala, quę gessisti, flendo cōmemora. Reatus tui dolorem plange, pœnam tuam flendo cognosce, lamenta pœnitentiæ te lauēt, mœroris tui vnda te irriget, cōpellat te plangere fluuius lacrymarum.

a al. dele.
b al. plorata.

Homo.

HEu mihi infelix anima, in tātis peccatis, in tantis criminibus, in tam multis iniquitatibus, quid primum ploret? quid primum plangam? quid lugeam priùs? quas lacrymas sumam? non sufficit memoria referre tantorum criminum gesta. Peccata quoque mea mihi sensum dolorīs tulerunt, hebetudine cordis coagulatæ sunt lacrymæ, obriguit animus, nullo [a] mœrore compungitur. Anima mea in stuporem conuersa est, insensata facta est anima mea. O lacrymę, vbi vos subduxistis? vbi estis fontes lacrymarū? vbi es mœroris vnda? vbi estis lamenta? Redite obsecro lacrymæ, mouemini fontes lacrymarū, aspergite me fletibus, fluite super faciem meam, humectate maxillas meas, genas meas irrigate: date mihi planctum amarum, inter omnes enim ego grauius corrui, inter omnes deterius cecidi. Omnium impiorum pœnas scelere meo vici: tartarea tormenta vix malis meis sufficiunt. Non est peccatum super peccatum meum, non

non est iniquitas super iniquitatem meam: nequiorem me cunctis peccatoribus penso. Comparatione mea nullus iniquus est: iustè pœnas debitæ infelicitatis exoluo: iustè tantis supplicijs conteror, ex meo peccato mala mihi omnia aduenerunt. Deus iustè me affligit: iusto iudicio repēditur factis meis congrua vicissitudo: minus tamen retribuitur mihi, quam ipse deliqui: peccatorum meorū minor vicissitudo rependitur: plagæ meæ culpa mea durior inuenitur, leuior est peccato meo pœna dānationis meæ: grauius est quod admisi, leuius est quod tolero. Grauior est culpa, quam feci: minor vindicta, quam perfero. Penso malū quod gessi, nō est tantum quod patior. Leuior est plaga mea pondere peccatorum meorum, aliud est prorsus, aliud quod amplius me affligit, quod me magis contristat, quod me magis perturbat, quod me magis terrificat: cui simile malum nullum est, cui incomparabilis omnis pœna est, quod omnibus supplicijs antefertur, quod antecedit cuncta tormenta, quod exuperat omnia mala.

a al. metu.

Ratio.

HEu anima, quid est quòd [a] multū metuis? quid est, quod te magis corripit? quid est quod ad mœstitiā te amplius impellit? quid amplius formidas? quid amplius paueſcis? quid amplius metuis?

a al. malum.

Homo.

METuo diem iudicij, metuo diem tenebrarū, diem nebulosum, diem amarum, diem durū: perpendo quidē malū quod tolero. Sed amplius quod restat formido, lugeo quæ in hac vita iam patior: sed, post hāc [a] ne grauiora patiar, pertimesco. Sententiā licet iam tolerē in pœna, tormēta tamen gehēnæ formido ex culpa. Iam præsens pœna me laniat, sed futura [b] magis conturbat. Grauia sunt, quæ sustineo: grauiora, quæ in perpetuū pertimesco, de pręsentibus quidem pœnis doleo, sed de futuris amplius ingemisco.

a al. vitam.
b al. pœna me.

Succurre mihi, Deus meus, antequā moriar: antequam mors me præueniat: antequam me tartara rapiant: antequam me flāma cōburat: antequam me tenebræ inuoluant. Subueni priùs, quàm ad tormēta properem, priusquā gehennæ ignibus deuoter, priusquā sine termino crucier, reus enim A timore iudicij tui terreor, pauore peccati iram tuam formido, immanitate sceleris examen tuum trepidus conscientia metuo. [a] Si enim iustus vix saluabitur, ego impius vbi ero? [b] quid faciam, dum venerit tremēdi formido iudicij? cùm examen iudicij venerit, quid respōdebo? quid ero dicturus, cum ante tribunal Christi fuero præsentatus? væ diem illum, quando peccaui: væ diem illum, quando transgressus sum: væ diem illum, quando malum expertus sum. Vtinam non illuxisset mihi: vtinam non fuisset ortus super me: vtinam super me non apparuisset. O dies detestanda, ò dies abominanda, ò dies penitus nec dicēda, quæ me in hoc seculum protulit, quæ mihi claustra partus aperuit, quæ ortus mei ostia reserauit, dies illa à luce in tenebras permutetur, profunda illam caligo confundat, æterna illam cæcitas obruat, amittat temporis statum. [c] Omni memoria extinguatur, nullis digna seculis memoretur. Melius mihi fuerat non esse ortum: melius non fuisse genitum: melius non fuisse in hoc seculo procreatū, quàm æternos perpeti cruciatus. Flete me cælum & terra, lugete me omnes creaturæ, plorate me omnia elementa, ingemiscite super me vniuersum genus, & quo potestis vita sensu super me lamētum effundite: peccaui enim crudeliter, lapsus sum fortiter, cecidi grauiter, corrui miserabiliter, nullum inuenitur peccatum, cuius sordibus non sim coinquinatus. Nullus est morbus vitiorum, à quo nō contraxerim contagium, nulla sordium sentina extitit, quæ in me miserum non confluxerit. Probrosus, sceleratus, flagitijs cūctis obrutus, innumerabiliter frequentaui impudicitiam fœditatis. Vt bene viuerē, vltro promisi: quod pollicitus sum, nunquam seruaui. Semper ad peccatū meum redij: semper delicta mea iteraui, prioribus sceleribus semper deteriora coniunxi: nunquam in melius mores mutaui: nunquam à malis factis recessi: plurimos etiam maculaui me perdens, plurimos prauis moribus ad iniquitatem conuerti: scelere meo multæ animæ perierunt: exemplis vitæ meæ multi subuersi sunt. Ego multis causſa mali extiti, per me multorum propositum maculatum est: per me nomē sanctitatis laceratū est. Orate pro me ad Dñm, omnes viri sācti: obsecrate pro me, plebs omnis sanctorū: implorate pro me omnis chorus iustorum: si forte misereatur mihi Deus, si forte recipiat me, si forte

Universidad de Deusto
Biblioteca

deleat peccatum meum,si forte auferat iniquitatem meam, si misericordiam præstet mihi: iratus enim est super me nimis, compleuit furorem suum in me,effudit iram indignationis suæ super me, propter multitudinem iniquitatis meæ, quia creuerũt auersiones,quia multiplicatæ sunt prævaricationes meæ. Væ mihi,quia cõsumptus sum: væ mihi quia defecit anima mea, afflicta mœrore,contrita luctu,extenuata gemitu.

Quis miserebitur tui,anima? quis consolabitur te? quis dabit lamentum pro te? [d] magna est sicut mare contritio tua, afflictio tua sicut pelagus sæuiens,dolor tuus quasi fluctus tumens, quæ tẽpestas non [e] irruit super te? quæ procellæ nõ acciderunt tibi? omnes molestiarum riui,omnes turbulentissimæ tempestates super tuum caput intonuerunt, plena es angustia, & miserijs,plena es fluctibus,plena es tempestatibus anima.

Vbi es custos hominum? vbi es redemptor animarum? vbi es pastor? cur spreuisti me? cur auertisti faciem tuam à me? vt quid longè factus es à me. Consolator animæ meæ? reuertere iam Deus meus, non me obliuiscaris in finem, non me in perpetuum deseras,non me ad perdendum in potestate dæmonum derelinquas. Licet offensa sit grauis, tu autem clemens,tu pius,tu multæ miserationis,nullum relinquis,nullum spernis, nullum detestaris, nullũ [f] recusas à misericordia,sed vltro offers clementiam. Peccantes expectas, vt redeant. Quanti enim scelerati,quanti luxurijs dediti, quanti concupiscentijs seculi [g] saginati bonitate tua ad indulgentiam peruenerunt? Multis non mœrentibus gratis peccata donasti, ostende & in me clementiam tuam pateat & mihi venia,pateat indulgentia, non abneges vni, quod plurimis es largitus. Scelera mea non defendo,peccata mea non excuso, displicet mihi quod feci, displicet quod peccaui. Offensam fateor, errorẽ confiteor, culpã agnosco,vocem confessionis aperio. Suscipe quæso clamorem confitentis, attende Domine vocem deprecantis. Audi vocem peccatoris clamãtis. Peccaui,Deus,miserere mei,peccaui,Deus,propitiare mihi. Parce [h] malis meis, ignosce peccatis meis, indulge sceleribus meis, deleat culpas meas gratia tua, [i] Sana animam meam,quia peccaui tibi [k] Si enim iniquitates recordatus fueris, quis sustinebit: Ad examen tuum nec iustitia iusti secura est. Quis enim iustus, quis e audeat dicere sine peccato? quis præsumat coram te aliquid de iustitia? nullus hominum absq; peccato,nullus mundus à delicto, ecce inter sãctos nemo immaculatus [l] Ecce, qui seruierunt Deo,non fuerunt stabiles, & in angelis reperta est prauitas. [m] Astra immunda sunt cotam te: cæli non sunt mundi in conspectu tuo, quantò magis ego abominabilis,& putredo,& filius hominis, vermis, qui hausi quasi gurges peccatum,& bibi quasi aquas iniquitatem, [n] qui commoror in pulucre, qui habito in domo lutea, qui terrenũ habeo fundamẽtum. [o] Memorare Domine quæ sit mea substantia, memento, quia terra sum, [p] memento, quia puluis, & cinis sum [q] operi manuũ tuarum porrige dexterã. Cõsule infirmę materię, succurre carnali fragilitati, infirmæ cõditioni. Pateat regressus salutis, pateãt tibi vulnera mea. Corã te est ægritudo mea, tu vides quantum sauciatus sum & languidus, medicinam, qua saner, tribue: medelam qua curer, impende: refice infãctum vitijs, reforma corruptum peccatis. Extingue in me flãmam [r] concupiscentiæ. Iacula ignita diaboli me vltra non penetrẽt, nõ exardescant in me vlterius. Tu enim scis tẽtationes, quas porto. Tu scis fluctus, quos patior. Tu nosti tempestates quas tolero, vbi lapsus sim, vbi defluxus sim, vbi infelix demersus sim, tu scis. Incurri enim negligens in ruinam. Corrui incautus in turpitudinis foueam, decidi in cœnum flagitiorum, descendi in profundum malorum miser, erue animam meam captiuam ab inferis, erue me de immanissimo abysso. Non me concludat profundum, non mihi deneget exitum. Ecce dies metuendus iam imminet: iam dies vltimus appropinquat: iam instat limes vitæ: [s] nihil supereſt mihi præter tumulum, nihil supereſt præter sepulcrum: parce mihi, antequam eam: munda me ab iniquitate mea, antequam ab hac vita egrediar. Solue priùsquam moriar, peccatorum meorum [t] vincula.

a 1. Petri. 4. ver. 18.
b Iob 31. ver. 14.
c al. omnis memoria eius.
d Threno. 2. ver. 13.
e al. ingruit.
f al. recludis.
g al. agitati.
h al. dele.
i Psal. 40. vers. 5.
k Psal. 129. ver. 3. recordaberis.
l Iob 4. ver. 18.
m Iob 15. ver. 15.

n Iob 7. ver. 21.
o Psal. 88. ve. 48.
p Gen. 18. ve. 27.
q Iob. 14. ver. 15.
r al. libidinosæ.
s Iob 17 ver. 1.
t al. maculam.

Ratio.

COmmotus ad lacrymas tuas, ad fletus tuos cõpunctus sum, lamentatio tua me resoluit,lamentatio tua lacrymas mihi [a] exigit: lamentando ad lacrymas me coẽgisti: lamentando ad fletum me commouisti: ad lamentum tuum lacrymas fudi,ad plãctum tuum in lacrymas resolutus sum. Deus tibi veniam tribuat: Deus tibi culpas tuas parcendo ignoscat. Peccata tua Deus à te suspendat: peccata tua laxando dimittat, criminum tuorum maculas abluat,ab omni te mali labe detergat: liberet te ab imminenti peccato. Age itaq; iam, vt oportet: age, vt decet: age, vt dignũ est: age, vt rectum est: age, vt æquum est: Propone, vt vlteriùs nõ pecces, ne vltra delinquas, statue. Caue culpas tuas iterare: caue mala repetere: ad vitiũ, [b] ex quo te abscidisti nõ reuoces: quod deliquisti non iteres: trãsacta mala non repetas. Post lapsum denuo non delinquas, non te polluas post lamentũ, post pœnitentiæ luctũ non redeas ad peccatum, nõ denuo committas deplorata delicta. Ne rursus facias, quod iterum plangas: ne culpam, pro qua veniam postulas, iterare præsumas: [c] inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat: vulnus iteratum tardius sanatur: frequenter peccãs,& lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamẽta, si replicantur peccata. Nihil valet veniam à malis poscere,& mala denuo iterare. Persiste ergo in confessione, [d] esto in pœnitẽtia fortiter confirmatus. Vitã bonam, quam cœpisti, tenere non [e] desinas. Propositum vitæ bonæ cõserua iugiter. Beatus eris, si permanseris: beatus, si perseueraueris: tũc erit perfectum opus tuum, si vsq. in finem duraueris. Salus [f] perseuerantibus promittitur, præmiũ perseuerantibus datur: [g] Beati, qui custodiũt iudicium,& faciunt iustitiã in omni tẽpore. Non est beatus, qui bonum facit, sed qui incessabiliter facit. [h] Qui enim perseuerauerit vsq. ad finem, hic saluus erit.

a b al. forte excutit.
c al. à quo.
Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat,&c. *Gratianus de pœnitentia d. 3. c. cui initiũ est* Inanis, *hunc locum transtulit in suum decretum tãquam Augustin. in libro Soliloquiorum, nimirum hoc opus Soliloquia à quibusdam vocabatur, vt initio dictum est,& Augustino tribui solitum. Petrus etiam Blesensis Gratiano ferme æqualis ostendit simili errore hunc ipsum locum Augustini nomine citans tractatu de confessione.*
d al. ista.
e al. deseras.
f al. inchoantibus.
g Psal. 105. ver. 3.
h Matth. 10. ver. 22.

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP. SYNONYMORVM. LIB. II.

Homo.

DVÆSO te anima, obsecro te, deprecor te: imploro te, nequid vltra leuiter agas, ne quid inconsultè geras, ne temere aliquid facias: ne repetatur malum, ne renascatur peccatum, ne redeat iniquitas, ne recurrant malitia, ne denuo exoriatur nequitia, ne resumat iniustitia vires.

Ratio.

SCito homo temetipsum: scito, quis sis: scito, cur ortus sis: quare natus sis, in quem vsum genitus sis: quare sis factus, qua conditione sis editus: aut quare sis in hoc seculo procreatus: memẽto cõditionis tuæ, naturæ tuæ ordinem serua. Esto, quod factus es: qualem te Deus fecit: qualẽ te factor condidit: qualem te creator instituit. Serua rectam fidem, tene sincerã fidẽ, custodi intemeratã fidẽ, maneat inte recta fides. Sit in te [a] incorrupta cõfessionis fides, nulla te insipiens doctrina decipiat, nulla religio peruersa corrũpat, nulla prauitas à fidei soliditate auertat. Nihil temere de Christo loquaris: nihil de Deo prauum, nihil impium sentias: nihil peruerse sentiendo in dilectione eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

offendas. Esto in fide iustus, habeto [b] fidē rectam, cenuersationem sanctam: quam inuocas fide, non abneges opere: ab omnibus quæ lex verat, abstine: omnia quæ scriptura prohibet, caue. Non delinquas in opere, qui in fide perfectus es. Fidem turpiter viuendo non polluas, fidei integritatem prauis moribus non corrumpas: nihil contra præceptum Dei facias: viue in bono, nullo adiuncto malo: bonos mores nulla conuersatio mala coinquinet: opera recta sinistra facta non maculent: non admisceas virtutibus vitium: non adiungas bonis malum, malum mixtum bonis contaminat plurima bona. Vnum malum multa bona perdit. [c] Qui in vno peccauerit, eum omnibus vitijs subiacere scito. Per vnum enim peccatū multæ iustitiæ pereunt. Per vnum malum multa bona possunt subuerti.[d] In id quo delectatur corpus, animum non declines. Carnali delectationi consensum non præbeas. Non des animam tuam in potestatem carnis, refræna mētem ab appetitu illius: Cor tuum quotidie discute, cor tuum quotidie examina: priuata examinatione occultorum tuorum latebras discute. A cogitatione noxia custodi animam tuā: mentē tuā turpis cogitatio non surripiat: discerne cogitationes tuas, quid vites, quid facias: munda cōscientiam tuā à peccato. Sit animus tuus ab omni pollutione purgatus. Sit mēs tua pura, nullæ ibi sordes resideant. Sic vitium absterge à te, vt nec animo quippiam apud te remaneat. Scito te de cogitationibus iudicandū. Deus conscientias iudicat. Deus non solùm carnem, sed & mentem examinat. Deus iudex & de cogitationibus iudicat animā. Quādo [e] titillat praua cogitatio, non consentias illi. Quando [f] suggerit aliquid illicitum, nō ibi teneas animum: [g] primam peccati suggestionem contemne, non sinas eam in corde tuo manere. Quacumque hora venerit, expelle illam: vt apparuerit scorpio, contere eum. Calca serpentis caput, calca prauæ suggestionis initium. Culpam ibi emenda, vbi nascitur: in ipso initio cogitationi resiste, & euades cætera. Aduersus initium cogitationis decerta, [h] & vinces: caput cogitationis exclude, & cætera superantur. Si expuleris cogitationē à corde, non prorūpit in opere. Si cogitationi non consenseris, operi cito resistes: quem delectatio non rapit, consensio sibi non subdit. Non enim potest corpus corrumpi, nisi prius animus corruptus fuerit. Dum anima labitur, statim caro ad peccandum parata est. Anima enim carnem præcedit in crimine, nihilque potest caro facere, nisi quod voluerit animus: munda ergo à cogitatione animum, & caro nō peccat: [i] si enim volueris, te omnino superare non poterit.

a *al.* Incorruptæ.
b *al.* in fide recta.
c Iacob. 2. ver. 10.
d In id quo delectatur corpus. *Omnes codices habebant.* In id quod delectatur corpus, *ego legendum iudicabam,* in id quo delectatur corpus, *aut in* id quod delectat corpus, *& paullò inferius, vbi ait.* Mentē tuam turpis cogitatio non surripiat, *legēdum putabam,* non subrepat, *quo loquendi modo inferius etiam ipse Isidorus vtitur. Verùm hunc posteriorem locum sine exemplari mutare ausus non sum, priorem autem Cassiodori præcepto animatus libro de diuinis lectionibus cap. 15. mutauimus: coniectura ducti d. litterā, vnde incipit vox,* delectatur, *librariorum vitio fuisse geminatam.*
e *al.* te tangit.
f *al.* subierit.
g *al.* prauam.
h *al.* cætera.
i Si enim volueris, te omnino superare non poterit. *Varia codicum lectio est. Nonnulli habent.* Si enim volueris, vinci omnino non poteris. *Quidam:* Si enim volueris, vinci animo non poteris. *Laurentianus vetustior, cui multum in alijs fidebamus.* Si enim volueris, te omnino non poterit. *Nostra lectio ex Nauarrico codice, qui non minori auctoritate, nec vetustate erat: desumpta est. Suspicabar tamen veram huius loci lectionem esse.* Si enim volueris, vinci omnino non poteris.

[a] *De fornicatione.*

AVdi anima, quæ loquor, ausculta quæ dico, attende quæ moneo, nulla iam immūditia polluaris: nulla libidine maculeris, ab omni te carnis corruptela suspende, ab omni carnis corruptione te subtrahe. Luxuria in te vltra non inualescat. Libido vltra nō te deuincat. Custodi à fornicatione corpus tuū. Ne vlla vnquā carnali [b] cogitatione inquineris: fornicatione cōtaminari deterius omni peccato puta: omnibus peccatis fornicatio maior est. Graue peccatum est fornicatio. Fornicatio vniuersa antecedit mala. Fornicatio grauior est morte: melius est mori, quàm fornicari: melius est mori, quàm libidine maculari: melius est animam effundere, quàm eam per incontinentiam perdere. Continentia hominem Deo proximum reddit: continentia hominem Deo proximum facit: vbi manserit continentia ibi, & Deus permanet.

a De fornicatione. *Tituli in hoc 2. libro ab Isidoro positi non sunt, sed à librarijs, maioris perspicuitatis caussa. Itaq. in his variant exemplaria. In nonnullis etiam, penitus desiderātur. Nos etiam nonnullis locis ex nostro iudicio immutauimus.*
b *al.* contagione.

De castitate.

CAstitas hominem cælo iungit, castitas hominem ad cælum trahit. [a] Castitati cæli regnum promittitur. Castitas hereditatem cæli [b] suppetere facit. Libido verò in infernum mergit hominem: libido ad tartara hominēm mittit: ad pœnas tartari hominem libido perducit. Quòd si adhuc carnis molestias sentis: si adhuc carnis stimulis tāgeris: si adhuc libidinis suggestione pulsaris: si animum tuum adhuc fornicationis titillat memoria: si adhuc caro te impugnat: si te adhuc luxuria tentat: si adhuc libido inuitat: memoriam mortis tibi obijce, diem exitus tui tibi [c] propone, finem vitæ tuæ ante oculos adhibe: propone tibi futurum iudicium, propone tibi futura tormenta, propone tibi futura supplicia, propone tibi infernorum perpetuos ignes, propone tibi gehennæ pœnas horribiles.

a *al.* castis.
b Suppetere facit. *Sic codex Nauarricus legebat, nisi quod addebat:* hominem. *Alij legunt:* suppetere cupit. *Laurentianus vetustior:* hæreditatem cæli suppetere, *habet, nullo alio verbo addito. In Laurentiano altero recentiori, totum illud.* Castitas hæreditatem cæli suppetere facit, *desiderabatur.*
c *al.* præpone.

De oratione.

ORa lacrymis indesinenter, ora iugiter, precare Deum diebus ac noctibus, sit sine cessatione oratio, sit frequens oratio, sint orationis arma assidua, oratio non deficiat, insiste orationi frequenter, incumbe orationi assiduè, geme semper & plange, surge in nocte ad precem, vigila [a] & ora, pernocta in oratione & prece, incumbe nocturnis vigilijs. Ad modicum clausis oculis rursum ora, oratio frequens diaboli iacula submouet. Oratio continua diaboli tela exuperat. Hæc prima virtus aduersus tentationum incursus. Hæc prima tela aduersus hostium tentamenta. Immundos spiritus precum expellit frequentia, immundos spirius orationis euincit instantia. Dæmonia oratione vincuntur, oratione dæmonia superantur, omnibus malis prævalet oratio.

a *al.* & ora per noctem.

De Ieiunio.

ADime quoque tibi saturitatem panis, parsimonia tuum corpus castiga, ieiunijs & abstinentiæ inserui, pallida ora gere, aridum porta corpus. Esuri, & siti, abstine, & aresce: nō potes tentationes vincere, nisi ieiunijs erudiaris. Escis enim libido crescit, ciborum saturitas carnis luxuriā suscitat, edacitatis vitio crescit carnis tentatio, saturitati libido semper adiuncta est, at contra ieiunio, libido restringitur. Ieiunio luxuria superatur: sequestrata saturitate non dominatur luxuria. Abstinētia enim carnem superat, abstinentia luxuriam frenat, libidinis impetum abstinentia frangit, libidinis virtutem abstinentia soluit: sitis, & fames carnis luxuriam interimit: fames, & sitis carnis lasciuiam superant. Vino quoque [a] multo grauatur mens. Vinum virus est in animo. Vino luxuria excitatur. Vino fomes libidinis enutritur. Venis vino repletis luxuria in mēbris [b] pullulat: pocula quippe instrumenta luxuriæ sunt. Igni enim adiecto fomite magis crescit incendium: adiecta igni materia plus augetur flamma.

a *al.* multum,
b *al.* generatur, al. excitatur.

De oculis, & otio.

OCuli quoque prima tela libidinis: visio prima concupiscentia mulieris, mens enim per oculos capitur. Aspectus namque [a] amoris iacula mittit, [b] cōcupiscentiæ libidinem nutrit aspectus: mentem inlicit, animam titillat, cor vulnerat. Sutrahe igitur visum, reprime oculos à petulantia, nec eos figas in specie carnis. Nullam attendas ad cōcupiscendum: nullam hoc animo inspicias, vt concupiscas: tolle occasionem peccandi, aufer materiam delinquendi. Si vis esse à fornicatione tutus, esto corpore, & visione discretus: corpore quippe seiunctus à peccati intentione discedis. Circa serpentem autem non eris diu illæsus: ante ignem consistens, etsi ferreus sis, aliquando dissolueris: proximus periculo diu tutus non eris, per assiduitatem cito peccat homo. Sæpe familiaritas implicuit multos: Sæpe occasio peccandi voluntatem facit. Sæpe quos [c] voluntas nō potuit, assiduitas superauit. Otiosi tati deditum cito luxuria [d] surripit. Vacan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem luxuria cito præoccupat. Grauius libido A
vrit, quem otiosum inuenerit. Cedit autem
libido rebus, cedit operi, cedit industriæ
& labori, libidinem quippe carnis sæpe la-
bor euincit: corpus enim labore fatigatum
minus delectatur flagitio. Quapropter præ-
caue otium, non diligas otium, nō ducas in
otio vitam, fatiga corpus laboribus, exerce
operis cuiuslibet studium, quære tibi opus
vtile, quo animi [c] infigatur intentio, cum
opere vaca lectioni, vaca in lege Dei, vaca
in meditatione scripturarum: habeto in di-
uinis libris frequentiam, assiduitas legendi
sit tibi, sit tibi frequens lectio, sit quotidiana
legis meditatio. Lectio vitæ demit errore, B
lectio à mundi subtrahit vanitate: lectio-
ne sensus, & intellectus augetur: lectio do-
cet quid caueas: lectio ostendit [f] quo tēdas.
Multis proficis cū legis, si tamen facias quod
legis. ✠ [g] Iā & si cætera bona placent, si &
alia grata sunt, si in volūtare sunt, si in voto
sunt, si in bonis cunctis animus est intentus,
si in bonis cunctis animus est paratus.

a *al.* amor.
b *al.* concupiscentiæ.
c *al* fortasse voluptas.
d *al.* forte subrepit.
e *al.* implicetur.
f *al.* quid teneas.
g Iam etsi cætera bona placent. *Hæc erant in omnibus* C
codicibus, præterquam in Septimancensi, & Seguntino, quibus, quoniam non fidebamus, cum multa in ijs alijs etiam locis desiderentur, obelo notasse contenti fuimus, tanquam non satis, neque cum superioribus, neque cum ijs, quæ sequuntur cohærentia.

De humilitate.

ESto humilis, esto in humilitate fundatus,
esto omnium vltimus & nouissimus, hu-
militate minimum te fac, nulli te præponas,
nulli te superiorem deputes, æstima omnes
superiores esse tibi, omnium te minimum
existima, inferiorem te omnibus deputa. D
Quamuis summus sis, humilitatem tene: si
humilitatē tenueris, habebis gloriā: quātum
enim humilis fueris, tātum te sequetur, glo-
rię altitudo. Caue autē iactātiā, caue ostē-
tationis appetitum. Caue glorię inanis stu-
diū, nō te arroges, nō te iactes, nō te insolēter
extollas. Alas superbiæ non extēdas: elatio-
nis pennas non erigas, nihil de te præsumas,
nihil tibi boni tribuas, de iustitiæ virtute
nulla elatione superbias, de bonis factis non
extollaris, de beno opere nō glorieris: desce-
de, vt ascendas: humiliare, vt exalteris, ne
exaltatus humilieris: qui enim attollitur, hu-
miliatur, deijcit: qui eleuatur, qui exaltatur,
prosternitur: qui inflatur, alliditur: de excel-
so grauior casus est: de alto maior ruina est,
initium enim peccati superbia. Superbia an-
gelū deposuit, tumor regna dissoluit, elatio
excelsos deiecit arrogantia sublimes humi-
liauit, humilitas autem casum nescit, humi-
litas lapsum non nouit, humilitas ruinam
nunquam incurrit, numquam lapsum passa
est humilitas. Cognosce, homo, quia Deus
humilis venit, & [b] quia se in forma serui hu-
miliauit, factus obediens vsq. ad mortem:
ambula [c] sicut & ille ambulauit, sequere eius
exēplum, imitare vestigia eius, existe vilis,
existe abiectus, existe despectus, displice tibi,
despectus esto apud te metipsum. Qui enim
sibi vilis est, ante Deum magnus est: qui sibi
displicet, Deo placet: esto igitur paruus in
oculis tuis, vt sis magnus in oculis Dei. Tan-
to enim eris ante Deum pretiosior, quan-
to fueris in oculis tuis despectior. Porta quo-
que [d] verecundiam in vultu de recordatio-
ne delicti: porta pudorem in facie de memo
ria commissi peccati. Peccati pudore ocu-
los tuos attollere erubesce. Incede depositā
facie, mœsto ore, abiecto vultu, [e] perculso
corde, lugubri veste, sacco [f] inuolutus, o-
pertus cilicio corpus: fatiscentes artus cili-
cium, & cinis inuoluat, squallentia, & tabe-
scentia membra saccus operiat. [g] exustum
corpus luctuosus habitus tegat,

a *al.* de iustitia & virtute.
b *Ad Philip. 2. ver. 8.*
c in humilitate.
d semper.
e percusso.
f inuoluto.
g *al.* exhaustum.

De lugendis incessanter peccatis.

TErra sit tibi incessanter cubile, stratus
humus, puluis es, in puluere sede: cinis
es, in cinere [a] sede semper lugens, semper
mœrens, semper gemēs, semper suspiria cor-
dis emittens: sit compunctio in corde, sint
gemitus crebri in pectore: frequenter [b] ocu-
lis lacrymæ profundantur: ad lacrymas esto
paratus: dilige lacrymas, suaues sint tibi la-
crymæ, delectet te semper planctus, & luc-
tus. Planctum & compunctionem fac tibi A
semper: planctum & lacrymas nunquam de-
seras. Tātum sis promptus ad lamenta, quā-
tum fuisti pronus ad culpam: qualis fuit tibi
ad peccandum intentio, talis sit ad pœni-
tendum deuotio: ita reuertere, sicut in pro-
fundum recesseras: secundum morbum im-
pertienda est medicina: iuxta vulnus sunt
adhibenda medicinæ remedia. Grauia pec-
cata grandia lamenta desiderant. Nulla te
res de peccato securum faciat: nulla tibi
securitatis deceptio blandiatur: nulla secu-
ritas deceptum à pœnitentiæ intentione
suspendat. Incessanter in corde tuo spes & B
formido consistant. Pariter sint in te, timor
atque fiducia, pariter spes & metus: sic spera
misericordiam, vt [c] iustitiam metuas: sic te
spes indulgentiæ erigat, vt metus gehennæ
semper affligat.

a *al.* viue.
b *al.* oculi lacrymis perfundantur.
c *al.* de iustitia.

De timore.

TImor enim semper emendat: timor ex-
pellit peccatum: timor reprimit vitium:
timor cautum facit hominem, atque solli-
citum: vbi verò timor non est, ibi dissolutio
vitæ est: vbi timor non est, ibi perditio mor-
tis est: vbi timor non est, ibi scelerum abū- C
dantia est. In infirmitatibus tuis non con-
tristeris: in languoribus gratias age Deo. Va-
lere te animo magis opta, quàm corpore:
valere magis mente, quàm carne: aduersa
corporis remedia animæ sunt. Ægritudo
carnem vulnerat, mentem curat: languor
enim vitia excoquit: languor vires libidinis
frangit. Si prosperitas arriserit, non extolla-
ris: si aduersitas acciderit, non deijciaris: si
felicitas eluceat, non sis iactans: si calami-
tas contigerit, pusillanimis non existas. Ha-
beto tēperamentum in prosperis: habeto
patientiam in aduersis. Probari te in dolore
cognosce, ne frangaris. Probari te in pros- D
peritate cognosce ne exalteris. æqualis esto in
omnibus. Mentē nec gaudio, nec mœrore
commutes, omnia æquali [a] iure sustine, [b]
nulla insolentia commuteris.

a *al.* forte ore aut corde.
b ad nullam insolentiam.

De sollicitudine.

NVllus te casus imparatū inueniat: nullus
sit casus, quē non meditatio tua præue-
niat. Propone tibi nihil esse quod nō accide-
re, possit præmeditare cōtra omnia fortuita,
futuras semper cōmētare miserias. In secun-
dis meditare, quo pacto aduersa feras: ne ali
quid aduersum accidat semper animo co-
gita. Sapientis est, periculi præuidere iactu-
rā. Omnia meditata leuiora accidunt: expe-
ctata mala [a] tolerabiliter feruntur. Cedit
aduersus casus consilio: [b] præexpectata res
non admiratur, cum acciderit. Aduenientes
impetus meditatio frangit. Præcogitatio
futuras molestias attenuat: præuisio malo-
rum lenit aduentum: inopinatum autē ma-
lum fortiter ferit. Acerba sunt, quæ cogitata
non fuerunt: grauia existunt, in quibus im-
prouisi incurrimus. Improuisa mala graui-
ter feriunt, repentinum malum cito frangit,
quod prouisum non est vehementer af-
fligit. Subita maris tempestas terrorem exu-
scitat. Improuisus hostis, malè perturbat,
inopinatus hostis, facilè opprimit. Omnia
repentina, grauiora existunt. Quæ repente
accidunt grauiora occurrunt. Et ad bona
igitur & ad mala præpara cor tuū: & bona,
& mala, prout tibi euenerint, porta: & ad-
uersa, & prospera, vtcumq. occurrerint, to-
lera: quodcumque euenerit, mente libera
sustine.

a *al.* tolerabilius.
b *al.* prospecta *al.* perspecta.

De iracundia.

SI præuenerit iracundia, restringe illam: si
præoccupauerit, mitiga eā. Tēpera furo-
rem, tēpera indignationem, cohibe animi
motū, refræna iracundiæ impetū. Si nō po-
tes iram [a] vitare, vel tempera: si non potes
furorem cauere, vel cohibe: promptior esto
ad suscipiendam, quàm ad inferendā mo-
lestiam. Disce mala magis tolerare, quàm fa-
cere: disce mala ferre potius, quam referre.
Caue ne sis vltor iniuriarum tuarum.

a *al.* vetare *al.* vincere.

De patientia.

ESto patiens: esto mansuetus: esto mitis:
esto modestus. Serua patientiam: serua
modestiam: serua mansuetudinem. Stude
patientiæ & mansuetudini, despice [a] probra
illatæ contumeliæ. Irrisionem despiciendo
exupera: dissimulando [b] errores detrahen-
tium calca: contumelias detrahentium pa-
tientia supera. Sagittas contumeliæ clypeo
patien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

patientiæ frange. Præpara contra aſperum verbum tolerantiæ clypeum,contra linguę gladium patientiæ ſcutum præbe. Quamuis quiſque irritet, quamuis incitet, quamuis exaſperet,quamuis inſultet, quamuis laceſſat,quamuis conuicietur, quamuis crimi netur,quamuis ad litem prouocet,quamuis ad iurgium prouocet,quamuis conuiciũ dicat,quamuis iniuriam faciat ,quamuis afficiat cõtumelijs:tu ſile , tu tace,tu diſsimula, tu contemne,tunõ loquaris,tu exerce ſilentium. Iniuriatus non reſpondeas,conuicium nõ retorqueas,contumeliam non [c] repetas. Tene ſilentij patiẽtiam,tacendo citius [d] vinces.

[a] *al.*opprobria.
[b] *al.*forte irriſiones.
[c] rependas.
[d] *al.* vincis.

De tolerantia.

DIſce à Chriſto modeſtiam,diſce tolerantiam,Chriſtum attende,& non doles in iurias.[a] Pro nobis namque paſſus,nobis reliquit exẽplum, palmis enim percuſſus , flagellis cæſus, ſputis deriſus,clauis confixus, ſpinis coronatus , cruci damnatus, ſemper conticuit. Magna eſt virtus,ſi non lædas , à quo læſus es;magna eſt fortitudo, ſi etiam læſus remittas:magna eſt gloria,ſi cui potuiſti nocere,parcas. Quando [b] enim cõuicia ris,propter peccata tua contigit tibi: quando iniuriaris,mala tua id faciunt. Quicquid tibi cõtigit aduerſum, pro tuo peccato exiſtima euenire : conſideratione ergo iuſtitiæ dolorem tempera. [c] Leuiùs portabis , ſi pro quibus infertur intenderis : cum ergo derogatur tibi , tu ora : cum maledicitur tibi,tu benedic maledicẽti, benedictionem oppone,iraſcentem patientia delinire,blandimento iracundiã furentis diſſolue. Vince nequitiam lenitate, vince bonitate malitiam, inimicos pacis omni modeſtia placa, mala aliorũ tuo bono ſupera, trãquilla mẽte illatas cõtumelias porta:aperi trãquillo corde dolorem:iniuriæ vulnus,quamuis graue ſit,apertum euaporat , valde autem comedit animum vulnus incluſum,quanto enim magis id tegis , tanto maximè auges: aperi ergo hoc [d] grauato animo, & non te excruciat.

[a] 1. *Petri* 2. *ver* 21.
[b] *al.*tibi conuitiatur.
[c] *al.*lenius.
[d] *al.* grato.

De reconciliatione.

SI contriſtaueris in aliquo fratrem tuum, ſatisfac illi. Si peccaueris in eum,age pœnitentiam corãillo, ſi offenderis quẽquam, repropitiare eum prece. Perge velociter ad [a] reconciliationem offenſionis tuæ,cito veniam poſtula:non dormias, niſi reuertaris ad pacem:non requieſcas,niſi reconciliatus fueris fratri. Reuoca eum celerrimo [b] dilectionis affectu: Reuoca eum humilitate ad gratiam:humili te illi affectu proſterne,ſupplici animo veniam deprecare. Petenti quoque tibi veniam libenter indulge: poſcenti indulgentiam placanter dimitte, reuertenté ſtatim amplectere. Redeuntem confeſtim benigna ſuſcipe charitate. Dimitte,vt dimittatur tibi. Ignoſce,vt ignoſcatur tibi , peccanti in te non retribuas ſecundum culpã, ſciens quia & in te venturum eſt iudicium. Non enim habebis indulgentiam,niſi dederis:& ſi ille non ſupplicet,ſi ſibi dimitti non poſtulet,ſi deprecandi humilitatem non ſubeat, ſi peccatum ſuum mala conſcientia non agnoſcit: tu relaxa ex corde,tu dimitte ex animo,tu gratis indulge,tu veniam propria tua voluntate cõcede. Dolorem in corde non reſerues,dolorem in animo non retentes,auferà corde fraternam offenſionẽ, alienæ nequitię non reſeruesdolorem. Odiũ enim hominem à regno Dei ſeparat,à cælo ſubtrahit,à paradiſo eijcit , odiũ nec paſſione adimitur , nec martyrio expiatur , nec fuſo ſanguine [d] deletur.

[a] *al* repropitia.
[b] *al.*deuotionis.
[c] *al.*ſerues.
[d] *al.*detergitur.

De inuidia.

QVid Zeli referam ignem? inuidia cuncta virtutũ germina cõcremat, inuidia cuncta bona ardore peſtifero deuorat. Hæc primùm ſibi nocet,primùm ſe mordet , primum ſuum auctorem rodit.[a] Inuidia eſt animi tinea,ſenſum comedit,pectus vrit, mentem afficit,cor hominiſ,quaſi quædam peſtis,[b] depaſcit, Occurrat igitur contra zelum bonitas,aduerſus inuidiam charitas præparetur, de bono alterius non doleas , de alterius profectibus nõ tabeſcas, nullius proſperitate lacereris , nullius felicitate crucieris, nullius inuidentiæ facibus agiteris.

[a] *al.*

[a] *al.*inuidia ſicut animi tinea.
[b] *al.*depoſcit.

De Pace.

PAcem ama , pacem dilige , pacem cum omnibus retine, omnes in maſuetudine, &charitate amplectere: proba te amplius amare,quam ipſe amaris:non ſis in pace infidus,non ſis leuis in amicitia. Retine ſemper vinculũ cõſtantiæ, odientes ad pacẽ inuita, diſcordantes ad cõcordiam reuoca,diſsidentiũ corda pace concilia, habeto placabilitatẽ mẽtis,habeto animi benignitatem,prõptus eſto in affectu , affabilis in ſermone, grato animo affare omnes : nullus exiſtat ſermo iurgiorum, qui concordiam diuidat.

De vitanda contentione.

FVge rixas , vita lites, caue contentiones, tolle occaſionem litis. Litem ſperne,viue ſemper in pace,in nulla cauſſa contendas, in nulla actione decertare ſtudeas. Contentio contradictionem exigit,contentio lites parit, contentio rixas gignit, contentio faces odiorum accẽdit. Pacem cordis contentio extinguit,cõcordiam contentio rumpit. Si ceciderit inimicus tuus,noli gratulari: in ruina aduerſarij noli extolli: non læteris ſuper inimici interitu,ne ſuperueniant in te ſimilia,ne forte conuertat Deus ab eo in te iram ſuam. Qui enim gaudet de inimici caſu,cito incidet in illum:ſit magis erga humiliatum humanus affectus,ſit erga deiectum compaſsionis intuitus,delectet te dolere ſuper eum, qui afflictus eſt: condole in alienis calamitatibus:ſatiare fletibus in alienis mœroribus,non ſis durus,nõ ſis ferreus,non ſint tibi dura præcordia. Sic alienam miſeriam, tanquam tuam luge : in tribulatione alterius,& tu eſto triſtis. Cum plangentibus plãge,cum flentibus fle,cum lugẽtibus [a] mentis affectu coniungere.[b]

[a] *al.*mentis affectum coniunge.
[b] *al.*& luge.

De imitatione bonorum.

IN omnibus actibus tuis, in omni opere tuo,in omni conuerſatione tua, imitare bonos,æmulare ſanctos,habeto ante oculos exempla ſanctorum,exempla iuſtorum imitando conſidera , exempla ſanctorum propone tibi,ſint tibi patrum exempla diſciplinæ incitamenta. Intende ad bene operandum virtutes ſanctorum: intende ad bene viuendum documenta iuſtorum: nullum vitæ tuæ ſcandalizet infamia,nullum opinio cõtriſtet aduerſa: diſce bono [a] fragrare præconio,habeto teſtimonium bonum,cuſtodi bonam famam tuam , nullis fœtoribus obſcuretur,nullis laceretur [b] opinionibus. Laceratio enim opinionis:boni iacturam facit. Caue autẽ gloriam popularem , vita admirationem vulgi,deſine iaſtare te in adulantium oculis, non ſis [c] circumflatus vento fauoris. Contemne fauores,cõtemne laudem popularis fauoris:eſſe magis bonus,quàm videri ſtude:non exquiras, ſi quis te extollat, aut ſi quis contemnat:nec fauor te ſeducat nec vituperatio frangat:qui laudem non appetit,nec contumeliam ſentit: ſi contemnes laudem, facile & vituperationem reijcies. Non ideo te bonum exiſtimes,ſi bonus prædiceris: in lingua aliena conſcientiam tuam interroga:diſcerne te tuo,non alieno iudicio:neque ex alieno ſermone,ſed ex tua te mente metire:nemo magis ſcire poterit quis ſis,ſicut tu,qui cõſcius es tui:quid enim prodeſt,dũ malus es,ſi bonus prædiceris? aut quid boni laus pertinet [d] ad te, ſi aliud es, & aliud eſſe fingaris? Quapropter vita ſimulationem,vita fictionem, obſcuriori veſte non ſimules ſanctitatem , qualis haberi vis,talis eſto,profeſsionem tuam & habitu, & inceſſu demonſtra,ſit in ingreſſu tuo ſimplicitas,in motu puritas,in geſtu grauitas,in inceſſu honeſtas,nihil dedecoris,nihil laſciuiæ,nihil petulantiæ,nihil inſolẽtiæ,nihil leuitatis in inceſſu tuo appareat:animus enim in corporis habitu apparet, geſtus corporis ſignum eſt mentis , corporis geſtu animus proditur,corporis geſtu animi habitus panditur, inceſſus ergo tuus imaginem leuitatis non habeat,inceſſus tuus alterius oculos nõ offendat: non præbeas de te alijs ſpectaculum , non des alijs de te obtrectandi locum:nec te adiungas leuibus perſonis, nec te admiſceas vanis:vita malos,caue iniquos, fuge improbos, [e] pelle ignauos à te: fuge turbas hominum , maximè eius ætatis, qui ad vitia proni ſunt. Bonis te adiunge, bonorum conſortium appete,bonorum ſocietatem quære. Sanctis indiuiduè adhære. Si fueris ſocius conuerſationis,eris & virtutis: qui cum ſapientibus graditur , ſapiens erit, qui cum ſtultis, ſtultus erit: ſimiles enim ſimilibus coniungi ſolent. Periculoſum eſt,

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum malis vitam ducere: perniciosum est cum his, qui prauæ voluntatis sunt, sociari. In famiam tibi nutris, si indignis te sociaueris. Melius est habere malorum odium, quàm consortiũ: sicut multa bona habet habet cõmunis vita sanctorũ, sic plurima mala affert societas malorũ: qui enim tetigerit immundum, coinquinabitur ab eo: claude etiam aures tuas, ne audias malum.

a *al.* flagrare.
b *al.* approbrijs.
c *al.* forte circumlatus.
d *al.* ad rem.
e *al.* sperne ignotos.

De Lingua.

REspue sermones impudicos, fuge inhonesta verba, nulla aures tuas sermonum impudicitia [a] subrepat, vanus sermo cito polluit mentẽ, & facile agitur quod libenter auditur. Nihil ex ore tuo, quod impedire possit, procedat: nihil, quod non expedit, sonus vocis erumpat: hoc procedat ex labijs, quod aures non polluat audientis. Cauenda est verborum obscœnitas, fugiẽda est turpitudo sermonis, sermo vanus vanæ conscientiæ est index, mores hominis lingua pandit: & qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur: [b] ex abundantia enim cordis os loquitur. Ab otioso sermone compesce linguã ab otioso verbo reprime linguam. Caue à fabulis ineptissimis, aniles fabulas nõ loquaris. Turpia & inania verba non garrias: retice verbum, quod non ædificat audientes: [c] sermo otiosus nõ erit absque iudicio. Vnusquisq. rationem redditurus est sermonum suorum: ante vniuscuiusque faciem sua verba stabunt, Qui otiosa verba non reprimit, ad noxia cito transit: qui minima spernit, in maximis facile proruit: minor namque culpa maiorẽ generat: paullatim [d] crescũt vitia & dũ parua non vitamus, in magnis prolabimur: minima igitur vita, & ad maiora non peruenies: [e] parua sperne, & in deterius non incides. Ea quæ loqueris, grauitate, atq. doctrina digna existant: sit sermo tuus irreprehẽsibilis, sit expectationi audientium vtilis: studedicere, non quod libet, sed quod oportet, Discerne quid loquaris, quid taceas, & in loquendo, & in tacendo peritus esto. Multum ante delibera, quid dicas, ne reuocare non possis. [f] Fuge casus linguæ, lingua tua non te perdat. Tolle insidianti occasionem, non pateat inimici iaculis os tuum, non loquaris, quod excipiat aduersarius. Amicum semper habeto silentium, pone custodiam ori tuo, labijs tuis signaculum præbe, oppone linguæ tuæ claustra silentij, circumclude linguam munitione custodiæ. Intende opportunitatem loquendi, tempus proferendi sermones inquire, scito quo tempore loquaris, considera quando dicas, tempore congruo loquere, tempore congruo tace. Tace vsque quo interrogeris, non loquaris nisi interrogatus, non dicas priusquam audias, interrogatio os tuum aperiat, sint verba tua pauca. Tolle verbositatem sermonis superflui, loquendi modum non excedas, ne immoderatione linguæ incurras periculum. multiloquia non effugiunt culpam [g], multiloquium non declinat peccatum, fluuius exundans cito colligit lutum, vltra modum flatus maris periculum parit, imbriũ nimietas periculum suscitat, linguosus homo imperitus est: sapiens paucis vtitur verbis, breuem sermonem scientia facit, loqui multum stultitia est, vox enim insipientis, in multiplicatione sermonis. Sit igitur in verbo mensura, sit in sermone statera, semper verba tua moderare, modum loquendi non transeas.

a *al.* surripiat.
b *Matth. 12. ver. 34.*
c *Matth. 12. ver. 36.*
d *al* increscunt.
e *al* fortassis non sperne.
f *al* quod dicis.
g *Prouerb. 10. ver. 19.*

Deuitanda detractione.

ABscinde etiam à lingua vitium detrahendi. Alienam vitam non laceres, de malo alieno os tuum non coinquines. Non detrahas peccanti, sed condole: quod in alio detrahis, in te potius pertimesce. Detractio graue vitium est, detractio graue peccatum est, detractio graue crimẽ est, detractio grauis damnatio est. Hoc omnes reprehendũt, hoc omnes vituperant, hoc fœdius nihil est, hoc summæ turpitudinis est. Canum mos est [a] latrare, canum linguas exerere, canũ dente pestifero mordere, soli canes [b] obtrectare nouerunt: quando alio detrahis, te discute: quãdo alium mordes, tua peccata redargue: si vis detrahere, ad tua te peccata retorque: non alterius delicta, sed propria cerne, cerne: vitia tua attẽde, nõ alterius. Nunquã detrahes, si te bene perspexeris: de tua igitur correctione esto sollicitus: de tua salute, & emẽdatione esto attẽtus, detrahẽtes nõ audias. Susurrãtibus auditũ nõ præbeas. Pari reatu detrahẽtes, & audientes tenentur: vtrisq. simile discrimẽ impẽditur. Qui detrahẽtẽ audit, & is, qui detrahit, æqualiter iudicãtur: quod ad te nõ pertinet, noli quærere: quid interse loquantur homines, cognoscere nũquam desideres. Noli quærere, quid quisq. dicat, vel faciat: deuita curiositatẽ: omitte curas alienæ vitæ: omitte curã, quæ ad caussã tuã nõ pertinet. Nulla curiositas animũ tuũ capiat: nulla te concupiscentia detestandæ curiositatis subripiat, nec oblitus tuorum morum, alienos perquiras: tanta cura corrige vitia tua, quanto studio perspicis aliena.

a *al.* lacerare.
b *al.* oblatrare.

De mendacio.

OMne [a] quoq. genus mẽdacij sũmopere fuge, nec casu nec studio loquaris falsũ: nec, vt præstes, mẽtiri studeas: nec qualibet fallacia vitã alicuius defendas: caue mẽdaciũ in omnibus: mẽdacio enim fides tollit, error inducitur: veritas abolet: nullũ iustũ mẽdaciũ, omne mendaciũ peccatũ est. Omne, quod à veritate discordat, iniquitas est. [b] Leges seculi falsarios dãnãt, mẽdaces puniunt, fallaces perimunt. Si mẽdacia apud homines lege dãnantur, si fallacia humano iudicio plectit, si falsitas capitali pœna [c] cõscribitur, quãto magis ante Deũ testẽ verborũ, [d] ante quẽ & de otioso verbo rationẽ vnusquisq. [e] præstabit, ante quẽ, & pro otioso sermone pœnas quisq. luet, os enim, quod mentitur, occidit animã: &, [f] perdes eos, qui loquũtur mẽdaciũ: s, &, testis falsus nõ erit impunitus. Refuge ergo fallaciã, declina [b] mẽdaciũ: caue falsum, purè loquere, nunquã mẽtiaris, esto verax, neminẽ mentiẽdo fallas, neminẽ mẽtiendo in errorẽ inducas, nullũ circũscribas verbis, nullũ fallẽdo decipias, nullũ argumẽtis verborum mẽtiendo seducas. Nõ aliud dicas, & aliud facias: nõ aliud loquaris, & aliud in animo teneas: præbe affectũ sine simulatione: sine fuco exhibe bonitatẽ. Prohibe etiã tibi iuramẽtũ, tolle iurãdi vsũ: iusiurãdũ interdic tibi: periculosum est enim iurare, assiduitas iurãdi periurij cõsuetudinem facit. Iurãdi vsus ad periuriũ ducit: [f] sit in ore tuo, est: sit in ore tuo, nõ est: veritas iuramẽto non indiget: fidelis sermo sacramenti retinet locũ, firma etiam sit sacramenti tui fides.

a Omne quoq. genus mẽdacij summ opere fuge. *Ex hoc loco Gratia. 22. q. 2. desumpsit caput illud, cui initiũ est* omne genus mẽdacij, *vnde totũ locũ castigauimus, nã codices magnopere variabãt: quidã pro.* vt præstes *legebat,* nõ præstes, *alius* nec per testes, *&* pro vitã *alij* vitã, vel vitium, *quidam* vitium *tantùm habebant.*
b *al.* Reges.
c *al.* constringitur.
d & operum.
e *al.* reddet.
f *Psal. 5. ver. 7.*
g *Prouerb. 19. ver. 5. & 9.*
h *al.* à mendacio.
i *al.* Sit in ore tuo est, est, non, non. *Matth. 5. ver. 37.*

De voto reddendo.

FAc bonũ, quod spopõdisti. Nõ sis in verbis facilis, & in opere difficilis. Coram Deo aliquid facile nõ promittas: sine consideratione [a] viriũ nihil voueas: quod nõ potes facere, nõ pollicearis. Multũ Deo reus eris, si nõ reddideris: quod voueris: displicẽt Deo, qui vota sua nõ explẽt. Inter infideles cõputãtur, qui, quod vouerũt, nõ impleuerũt: melius est enim nõ promittere, quã fidẽ promissi non exoluere: melius [b] est enim non vouere, quàm post votum promissa non reddere. [c] In malis promissis rescinde fidẽ, in turpi voto muta decretum, quod incautè vouisti, non facias: impia est promissio, quæ scelere adimpletur.

a *al.* vero.
b *Eccles. 5. ver. 4.*
c In malis promissis rescinde fidẽ. *Hũc locũ eo modo, quo nos correximus, legũt* Gratian. 22. q. 4. c. In malis, *& Magister sent. lib. 3. d. 39. c. 8 nisi quod pro* nõ facias, *vt habebãt codices omnes, ipsi legũt:* ne facias. *Idẽ locus citatur ex hoc libro Synonymorũ in Concil. Tolet. 8. c. 2. & quidẽ in excusis, totidẽ verbis, quot nos posuimus. In duobus Gotth. quos ante 600 annos descriptos esse constat, vbi nos legimus* in turpi voto muta decretum, *legitur* in turpe votũ *quã lectionẽ Meiorada codex, & Lauret. alter sequebãtur. & fortassis, ea est germana Isidori lectio, tametsi mutare nos ausi non sumus.*

De Deo, et conscientia.

ANte Deũ nihil est occultũ, verbũ iniquũ nec in corde tuo dicas: verbũ malũ nec silẽtio abscõdi putes. Omne verbũ [a] abscõditũ nõ celabit: pãdit enim inmanifesto, quod in occulto [b] deponit: quod intus agis, vel dicis, palã positũ puta. Lapides enim, quib⁹ cõscijs loquimur, nõ celabũt: & ipsi parietes, quod audierit, nõ tacebũt. Sihomines tacẽt, iumẽta loquẽt. Ita ergo peccata declina, quasi celare nõ possis. Ibi pecca, vbi Deũ esse nescis: nihil celatur ante Deũ: videt occulta, qui fecit abscondita. [c] Diui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis enim iudicijs eris reus,quamuis sis ocu A
lis humanis absconditus.Deus vbiq. præ-
sens est,Spiritus eius totum implet: maie-
stas eius omnia penetrat elementa, cun-
cta suæ potentiæ attingit præsentia, extra
eũ locus nullus est. Cognitioni eius nihil
occultũ est,omnia secreta vis virtutis ei[a] ir-
rũpit,nulla occulta sibi latere patitur,nullis
obicibus,vt penetret,impeditur.Ipse cogi
tationes nouit,ipse cor inspicit: quod intus
agitur,aut latet,ipse videt : quod intus di-
sponitur, ipse cõprehẽdit:etiã quod homo
in se ignorat,ille nouit. Nemo potest etiã
semetipsum effugere, & si te nõ dãnat pu-
blica fama,cõdẽnat propria cõscientia:nulla
pœna grauior cõscientia, vis aũt nũquã esse
tristis,bene viue:securamẽs tristitiã leuiter
sustinet,bona vita gaudiũ sẽper habet, cõ- B
sciẽtia aũt rei sẽper in pœna est. Reus ani-
mus nũquã securus est, mẽs enim mala cõ
sciẽtiæ proprijs agitatur stimulis.Si [d] enim
in bono permanseris, tristitia elongabitur
à te:si in iustitia perseueraueris, tristitia nõ
occurret tibi:nec plaga,nec morste terre-
bit,si bene & piè vixeris.Cõsilium autẽ, &
opus tuũ semper adDñm cõuerte.Inomni
opere tuo Dei auxiliũ posce. Omnia di-
uinæ gratiæ, diuino dono adscribe : nihil
meritis tuis attribuas , in virtute tua nihil
præsumas,in audacia nihil [e] ponas:vis autẽ
virtutes tuas augeri,prodere noli:occulta C
virtutes pro elatione : abscõde bona facta
pro arrogãtia:fuge videri quod esse merui
sti,quod manifestãdo potes amittere, tacẽ
do custodi:vitia vro cordis tui reuela:pra
uas cogitationes: illico manifesta: peccatũ
enim proditũ cito curatur, crimen autem
tacendo ampliatur,silentio culpa crescit:si
patet vitium,fit ex magno pusillũ , si latet,
fit ex minimo magnũ:si tegitur magis cre-
ditur esse malum : malum autem cauere, D
potius quàm emẽdare oportet:melius est,
vt vites vitiũ, quàm vt emendes: ne forte
cum incurreris,reuocare non possis.

a *al.*absconsum.
b *al.*deprimitur al.depromitur.
c *al.*diuini enim iudicij.
d *al.*forte autem.
e *al.*proponas.

De bono et malo vsu.

VSus enim difficile vincitur.Consuetu-
dinis vincula vix soluuntur,inolita diu
tardius corriguntur. Ancipitẽ diu delibe-
ra sentẽtiã,ante factũ cogita diu,ante opus
prẽmeditare diu:matura cõsiliũ,vt perfice-
re possis : quod vis agere, diu exquire:diu
proba,& sic age:cum diu cogitaueris, tunc
fac,quod probaueris:nihil ex prẽcipiti ma
gnũ,consilij mora melior est.In rebus autẽ
certis bene agendi tarditas remoueatur à
te,tolle moras,in crastinũ nihil differas : in
bonis dilatio nocet : in his, quod expedit,
differre impedit: absit in bonis remissa se-
gnities:absit negligẽtia torpens.Inertis vi-
tium pigritiæ procul sit, vitia cito captant
inertes.Per torporẽ enim vires & ingeniũ
defluũt.Negligẽtia,& torpor dissoluũt ani
mũ,desidiâ [a] naturacorrũpitur,desidiâ frige-
scit ingeniũ.Torpor enim exuperat sen-
sum,hebetudo sciẽtię lumen extinguit:so-
lertia aũt sensũ meliorẽ reddit,peiorẽ facit
negligẽtia, sẽsum desidia obtũdit, segnitiẽ
iuduſtria acuit,excellẽtior fit natura,doctri
nâ,ardẽtius fit ingeniũ subiũcto studio.Tar
diora enim ingenia studijs acuũtur,torporẽ
naturæ[b] induſtria excitat. Sensus tarditatẽ
assiduitas acuit.Exercitatione proficit sen-
sus,experientia plus[c] scitur. Sæpè natura,
moribus immutatur:sæpè natura cõsuetu-
dine superatur, assiduitas enim mores fa-
cit. Iugis vsus in naturã vertitur. Omnia
vsui cedunt , vsui omnia parent,res ita se
agit,[d] vt vtêris.Quod cum difficultate cæ-
peris:per vsum cum [e] voluptate perficies.

a *al.*obscuratur.
b *al.*exasperat.
c *al.*suscitatur.
d *al.*res ipsa se agit,vt vsus ea eris.
e *al.*voluntate.

De sapientia & ignorantia.

NIhil sapiẽtia melius, nihil prudẽtia dul-
cius,nihil sciẽtia suauius: nihil stultitia
peius, nihil insipiẽtia deterius,nihil [a] igno-
rãtia turpius:ignorantia mater errorũ est:
ignorãtia vitiorum nutrix. Peccatũ magis
per ignorantiã prævalet:ignorantia enim, D
quid sit dignũ culpa nõ sentit: ignorantia,
nec quãdo delinquit,agnoscit.Per imperi-
tiã nãq. multi peccant:insipiẽs assiduè pec-
cat,indoctus enim facilè decipitur.Stultus
in vitia citò dilabitur. Prudẽs aũt citò de-
prehẽdit insidias : prudẽs celerius errores
agnoscit:noxia nõ vitamus,nisi per sapien
tiã.Sciẽtia enim à malis abstinet: sapiẽs o-
nia prudẽter examinat. Inter bonum &
malũ sapiẽs intelligẽdo diiudicat.Sũmũ bo
nũ est scire,quid caueas:sũma miseria,nesci
re,[b] quo tẽdas.Dilige ergo sapientiã,& ma
nifestabit tibi,accede ad illã, & appropin-
quabit ad te,assiduus esto illi,& instruet te, *al.*

a *al.*ignauia.
b *al.*quid teneas.

De doctrina.

DIsce,quod nescis, ne doctor inutilis in-
ueniaris:antea esto auditor,postea do-
ctor:per disciplinam nomen magistri acci-
pe:bonum,quod audieris,dic:bonũ , quod
didiceris,doce:discendi, & docendi non
contẽnas studium.Sciẽtiam,quam aure cõ-
cipis,ore effunde.Sapientiam,cum cæteris
impertiris,tibi magis hanc auges:doctrina,
quanto amplius data fuerit, tanto magis
abundat.Sapientia, dando largior fit, reti-
nendo minoratur:largiendo redundantior B
est scientia,& dum plus cõfertur,plus abũ-
dat. [a] Verbum tamen præcedant opera:
quæ ore [b] promis,opere adimple: quæ ver-
bis doces, exemplis ostende : esto non so-
lum magister,sed & imitator virtutis.Si do
ces,& facis, tunc gloriosus haberis . Non
enim satis est laudare ,quod dicis , nisi di-
ctis facta cõiunxeris.In doctrina ipsa ab hu-
mana laude te tempera.Sic instrue alios,vt
te custodias.Sic doce,vt humilitatis gratiã
non amittas.Caue , ne dum alios docendo
erigis,ipse laudis appetitu demergaris. Cũ
autem doces, noli verborum obscuritate
vti,ita dic vt intelligaris, nec simplicibus,
loquendo displiceas,nec prudentes offen- C
das.Iuxta sensum audientis erit sermo do-
ctoris,secundũ mores est impertienda do-
ctrina. Iuxta vulnus adhibenda remedia:
variæ voluntates variam disciplinam de-
siderant:vnusquisq. secundum professionẽ
suam docendus est. Intpiciẽda est varietas
personarum: vnũquẽq. quomodo erudias,
tracta:communia omnibus, secreta perfe-
ctioribus loquere:aperta cũctis,operta pau
cis denuntia: quædam enim plurimis,quæ-
dam paucis sunt differenda. In omni tem-
pore paratus esto ad instructionẽ: nullum
tempus sit vacuum,quo non ædifices,nulla D
hora prætereat, qua doctrinæ studium nõ
conferas,verba bona aperte & constanter
prædica nec erubescas loqui , quod nosti
defendere:quod deesse tibi scientiæ sen-
tis,quære ab alijs,collatione enim obtecta
clarescũt,cõferendo difficilia aperiuntur.

a *al.*verba tua.
b *al.*promittis.
c *al.*nec simplices loquendo despicias.

De curiositate.

NVlla autem sit tibi curiositas sciendi la-
tentia.Caue indagare,quæ sunt à sensi-
bus humanis remota.Prætermitte,quasi se-
cretum,quod scripturæ auctoritate non di-
dicisti.Nihil,vltra quàm scriptum est,quæ-
ras: nihil amplius perquiras, quàm diu næ
litteræ prædicant,Scire non cupias, quod
scire nõ licet:curiositas periculosa præsum-
ptio est:curiositas , damnosa peritia est :in
hæresim prouocat,in fabulas sacrilegas mẽ-
tẽ prẽcipitat,in causis obscuris reddit au-
daces,[a] in rebus ignaris facit præcipitem.
In dispositione aũt,tolle certamẽ,tolle per
tinacẽ vincẽdi defensionẽ, cede citò veri-
tati, nõcontradicas iustitiæ, non cõtendas
euacuare,quod rectum est. Iure,nõ fraude
contende,non te peritiorem alijs iudices,
nec te ad disputationes contrarias præpa-
res,Nec,vt vincas,contra veritatem coneris.In omni disputatione, tene rationem,
disputare studę,non superare : plus dilige
audire,quàm dicere:plus auscultare, quàm
loqui.In principio audi , loquere nouissi-
mus:finis plus habet honoris:in omni re fi-
nis intenditur,extrema quæruntur. [b] Me-
lior est finis,quàm principium, melior no-
uissimus sermo,quàm primus:venerare om
nes sciẽtia meliores,ac vita:venerare vnũ-
quemque pro suo merito sanctitatis.Potio-
ri gradui competentem reuerentiam tri-
bue.Iuxta dignitatem redde vnciuqiq.ho-
norem. Superiori æqualem te non exhi-
beas.Senioribus præsta obediẽtiam, famu-
lare imperijs eorum,eorum auctoritati ce-
de,obsequere voluntati. Defer obsequia
iusta maioribus,obedi cunctis in bonis prę-
ceptis.Ita autẽ obtempera homini,vt vo-
luntatem Dei non offendas.

a In rebus ignaris facit præcipitem. *Ignarum dixit pro ignoto,qua forma loquendi, non parum sæpè Isidorus vti solet. Quo circa hanc lectionem, quæ plurium codicum erat Nauarrici lectioni prætulimus legentis.* In rebus inanibus facit præcipitem, *Tacitus sæpe gnarum, & ignarum pro noto,& ignoto ponit.*

Malis iussionibus non est obtemperandum.

MAlum facere iussus,nõ acquiescas:ma-
lum facere iussus,nõ cõsentias.Noli in
malũ,potestati cuiquam cõsentire etiam,si
pœna compellat , si supplicia immineant si
tormenta occurrant:melius est mortẽ pati,
quàm pernicioſa iussa complere:melius est
ab homine iugulari, quàm damnari æterno
iudicio : non solum factores , [a] sed etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſcij peccati tenẽtur obnoxij, nec enim A eſt immunis à ſcelere, qui, vt fieret, obediuit. Similis eſt, qui obtemperat in malo, ei, qui agit malum: facientem & obſequentem par pœna conſtringit.

a Sed etiã conſcij peccati tenentur obnoxij. *Hanc lectionem ex Septimancenſi tantùm deſumpſimus, nã in alijs legebatur.* Sed etiam conſcios peccati teneri, vel tenere obnoxios *quo modo ſi legas, oratio deficiens reddatur & ſupplenda vox: puta, aut quid ſimile.*

De prælatis, ac ſubditis.

A Subditis venerari magis, quàm timeri, ſtude: ſubiecti plus te reuereãtur, quã metuant, plus tibi officio dilectionis, quàm conditionis neceſsitate adhæreant: talẽ te redde ſubditis, vt magis ameris, quàm timearis. Ex reuerẽtia enim amor procedit, odiũ timor affert: fidẽ metus tollit, affectus reſtituit: timor non ſeruat diuturnam fidẽ. Vbi timor eſt, audacia ſequitur: vbi metus eſt, deſperatio occurrit. Quapropter tẽperadominij auſteritatem, ſumma bonitate ſubditos rege, nõ ſis terribilis in ſubiectis. Sic eis dominare, vt tibi delectentur ſeruire: & in diſciplina, & in modeſtia, modum ſerua: nec nimium, nec parum indulgeas: nec modicũ, nec ſatis ignoſcas, Tene modũ in omni opere, [a] in omni re tene tẽperamẽtũ, nihil intẽperantius agas, necminus nec C nimiũ aliquid, nec vltra quam oportet, nec infra: etiam in bonis, immoderatũ eſſe, non decet. Omnia mediocria vtilia, omnia in ſuo modo, perfecta: quæ cum temperantia fiunt, ſalubria ſunt. Bona autem immoderato vſu noxia efficiũtur. Nimietas enim omnis in vitio deputatur: omne autem quod cum moderatione fit, ſalubriter fit: quę cũ temperantia fiunt, ſalubria ſunt. Tempera cuncta prudenter, nede bono fiat malum: [b] perſpice quoque, quid cui aptum ſit tempori, quid, vbi, quando, qualiter, quandiu facere debeas. Cauſſas rerum & temporũ regulas inſpice: ſingulorum operũ diſcretionem agnoſce: diligenter diſtingue omnia, D quę agis: qualiter bonũ incipias, qualiter peragas ſcito: In omni actione tene diſcretionẽ, in nulla re indiſcret[e] appareas. Serui vnicuiq. virtuti ⟨ congruè ⟩ in tẽpore ſuo, cum bene diſtinxeris opus tuum, ⟨ optimè ⟩ iuſtus eris. Quicquid boni cum diſcretione feceris, virtus eſt: quicquid ſine diſcretione geſſeris, vitium eſt. Virtus enim indiſcreta pro vitio deputatur: virtus ſine diſcretione vitij obtinet locũ: multa ſunt cõſuetudine vitiata, multa prauo vſu præſumpta, multa cõtra pudicos mores illicitè vſurpata: adime cõſuetudinẽ, ſerua legem, [c] vſus auctoritati cedat, prauum vſum lex & ratio vincat. Quod tibi fieri vis, fac alteri: quod vis, vt faciat alius tibi, hoc & tu facito illi: talis eſto alijs, quales eſſe optas circa te alios. Teſtimonio tuo nulli noceas, ad nullius periculũ vocẽ teſtificationis adhibeas. Sermo tuus nec animæ cuiuſquam, nec rebus noceat. Quod non vis pati, non facias: quod nõ vis fieri tibi, alteri nũquam facias: non inferas alij mala, ne patiaris ſimilia. In te ſerua modeſtiã, in alijs ſerua iuſtitiam, tene iuris æquitatẽ, ſequere veritatem iudiciorũ. Nullum contra veritatẽ defendas: dum iudicas, [d] nullius perſonæ affectu deflectaris à vero. Pauper, an diues ſit, cauſſam perſpice, nõ perſonã. In omnibus veritatẽ cuſtodi, nulla ambitione, vel pretio moueatis. Sperne etiã munus, ne per id iuſtitia corrũpatur: munera ſemper veritatem [e] prævaricãt. Citò enim violatur auro, iuſtitia citò corrumpitur munere: de iuſto iudicio temporalia lucra non appetas: pro iuſtitia nullum ſeculi præmium quæras. Iuſtitiã pro ſola æterna remuneratione diſtribue. Qui enim præſentia dona affectat, futuram gloriã non ſperat: qui bona hic recipit, vlterius quod expectet, præmiũ nõ habet. Dũ enim iudicas, pro futura mercede iudica: ne quæras rependi tibi, quod tibi in futuro debetur, Excute manus tuas ab omni munere, ſi in excelſis vis habitare. In iudicio autẽ ſine miſericordia nunquam ſedeas. Cuſtodi diſcretionẽ iuſtitiæ: [f] noli eſſe iuſtus, pluſquã iuſtũ eſt. Omne enim, quod nimiũ eſt, vitiũ eſt. Impia iuſtitia eſt, humanæ fragilitati nõ ignoſcere. Nõ igitur amesdãnare, ſed emendare potius, & corrigere. Tene ergo rigorẽ in diſcuſsione iuſtitiæ, in diffinitione ſentẽtiæ miſericordiã: iudicij examẽ ſequatur pietas, diſtrictionis cẽſurã tẽperet indulgẽtia. Ita clemẽs eſto in alienis delictis, ſicut in tuis: nec quemquam diſtrictius, quàm te iudices: nec aliter te, aliter alios pẽſes. Sic alios iudica, vt ipſe iudicari cupis. Dũ enim indulges alieno peccato, tibi miſereris. Quo iure in alium ſtatueris, eo iure teneberis. Qua lege, [g] & pœnæ cõditione quẽpiam iudicaueris, eadem & ipſe iudicãdus eris. Lex tua te conſtringit. Iudicium quod alijs imponis, ipſe portabis: in quo enim iudicas, ipſe damnandus es, & qua

qua menſura menſus fueris, remetietur tibi, Omnia autem primùm inquire, & cum iuſtitia definies. Nullum condemnes ante iudicium, nullum iudices ſuſpicionis arbitrio, ante proba, & ſic iudica: non enim qui accuſatur, ſed qui conuincitur, reus eſt. Periculoſum eſt, de ſuſpectione quempiam iudicare. In ambiguis Dei iudicio ſerua ſẽtentiam: quod noſti, tuo, quod neſcis, diuino committe iudicio: non poteſt condemnari humano examine, quem Deus ſuo iudicio reſeruauit. Incerta non iudicemus, quouſq. veniat Dominus, qui latentia producit in lucem, [i] qui illuminabit abſcondita tenebrarum, qui manifeſtabit conſilia B cordium: quamuis vera ſint, credenda non ſunt, niſi quę certis indicijs comprobantur, niſi quæ manifeſto examine conuincũtur, niſi quæ ordine iudiciario publicantur.

a *al.* tuo.
b *al.* reſpice al. proſpice.
c Vſus auctoritati cedat. *Gratianus diſt. 11. c. 1. hũc locum in ſuum decretum tranſtulit, atq. eius auctoritate permoti, alteram lectionem reiecimus, quæ plurium codicum erat, in quibus pro illis verbis,* vſus auctoritati cedat, *legebatur* cedat conſuetudo auctoritati. *Tametſi ſuſpicabamur, vtrumq. legendum eſſe hoc ordine,* cedat cõſuetudo auctoritati, vſus auctoritati cedat. *Cum hæc ſit vis Synonymorum, vt eadem ſententia pluribus verbis repetatur. Quod verò ſtatim vbi legitur.* Ratio vincat *Hiſpalenſis, meditatio vincat Guadalupeus & Laurentianus alter* moderatio vincat *ponunt; tanquam vitioſas lectiones repudiauimus.*
d *al.* caue ne perſonæ affectu.
e iudiciorum.
f *Eccleſiaſt. 7. ver. 17.*
g *al.* pœna.
h *Matt. 7. ver. 2.*
i *1. ad Corin. 4. ver. 2.*

Qualiter ſe quiſq. habere debeat in honoribus.

H Omo.* In ſummo honore, ſumma ſit tibi humilitas, quamuis ſis in ſummo honore, humilitatem tene. ⟨ Si humilitatem tenueris, habebis gloriam, quanto D enim humilior fueris, tanto te ſequetur altitudo glorię? Quamuis ſublimis [a] poteſtatis in te celſitudo ſit: humilitate eam reprime non te extollat honor, preme humilitate culmen ſublimitatis: tanto ſis maiori humilitate conſpicuus, quanto [b] magna es dignitate prælatus.

Impoſitas tibi quoque curas humiliter ſuſcipe. Traditum miniſterium mente ſubdita exple, eſto obediens diuinæ diſpenſationi, voluntati eius contraire non audeas, A Iura poteſtatis adeptæ moderanter exerce. Poteſtatis iura accepta ordinato animo adminiſtra. Omnia non turbulento, ſed trãquillo corde diſpone. Caue honores, quos tenere ſine culpa non potes. Sublimitas honorũ, magnitudo ſcelerum eſt: in maiori gradu maior ſine dubio & pœna. Qui minor eſt, veniæ proximus eſt. [c] Potentes autem potenter tormenta patientur. Iudiciũ enim duriſsimum in ijs, qui præſunt fiet. [d] Cui multum datur, multũ ab eo quæritur: cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Honores ſecũ pericula gerunt, citò perclitatur poteſtas, citò ruinã patitur. Quãtò maior honor, tantò maiora pericula. Alta arbor, à ventis fortiùs agitatur. ⟨ & rami eius citius in ruina confringũtur. ⟩ excelſæ turres grauiori caſu procũbunt. Altiſsimi mõtes crebris fulminibus feriũtur. In potẽtem citò cadit inuidia: citò [e] patet inſidijs gloriоſus. Gloria enim inuidiã parit, inuidia vero pericula. Quãuis quis in ſeculi gloria fulgeat, quãuis purpura, auroq. reſplẽdeat, quãuis cultu pretioſo redimitus emineat, quãuis ſit multitudine præmunitus, quãuis excubantiũ armis protectus, quãuis innumeris obſequentiũ cuneis conſtipatus, quãuis agminibus tutus: ſemper tamen in C pœna eſt, ſemper in anguſtia, ſemper in mœrore, ſemper in diſcrimine: in ſericis ſtratiscubat, ſed turbidus; in pluma iacet, ſed pallidus: in lectis aurcis, ſed turbatus.

a *al.* poteſtate ſis in te celſitudinem reprime.
b *al.* maiore.
c *Sap. 6. ver. 7. & 6.*
d *Luc. 12. ver 48.*
e cadit in inſidijs.

De breuitate huius vitæ.

B Reuis eſt huius mũdi felicitas, modica eſt huius ſeculi gloria, caduca eſt & fragilis tẽporalis potẽtia. Dic vbi ſunt reges? vbi principes? vbi imperatores? vbi locuples tes rerũ? vbi potẽtes ſeculi? vbi diuites mũdi? quaſi vmbra tranſierũt, velut ſomnium euanuerũt. Quærũtur, & nõ ſunt: diuitiæ vſq. ad periculũ ducũt, diuitiæ vſq. ad exitiũ perrahũt, multi propter opes periclitauerũt. Multi propter diuitias in diſcrimẽ venerũt: multis exitiabiles fuerũt diuitiæ: multis mortem generauerunt opes. Nunquam mentis requiem habet, qui curis terrenis ſe ſubdit, ſollicitudines enim rerum mentẽ conturbant, [a] curæ rerum, mentem exagitant. Potentia enim ſolli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citudinis, nunquam carebis angustijs. Si ergo A vis esse quietus nihil seculi appetas: semper mentis requiē habebis, si à te mundi curas abieceris: semper interna quiete frueris, si te à strepitu terrenarum actionum subtraxeris. Si præsentia despexeris, sine dubio æterna inuenies: si seculares res & humanas calcaueris, facile, & leuiter cælestem gratiam accipies, & cum eo regnabis, qui viuis & mortuis dominatur. Diuitiæ, nūquam sine peccato acquiruntur: diuitiæ nunquan sine peccato administrantur. Nullus res terrenas sine peccato administrat. Valde rarum est, vt qui diuitias possident, ad requiē tendant: qui curis terrenis se implicant, à Dei [b] timore se separant. Qui in rerum [c] amore defigitur, in Deo nullatenus delectatur. Curæ enim rerum ab intentione Dei auertunt. Nemo potest amplecti Dei gloriam simul & seculi: nemo potest amplecti Christum, simul & seculum. Difficile est, cælestibus & terrenis curis pariter inseruire: difficile est, Deum simul & mundum diligere. Vtraq. simul æqualiter amari non possunt. Difficile, immò impossibile est, vt præsentibus & futuris quis fruatur bonis, vt & hic ventrem, & illic mentem impleat, vt de delicijs ad delicias transeat, vt in vtroque seculo sit primus, vt in terra & in cælo, appareat gloriosus. Propter Deū ergo renūtia omnibus, à seculi curis te propter Deū suspēde, sine impedimēto seculi Deo seruire stude. Nullus te amor mūdi à Dei amore separet: nulla cura à Dei amore te subtrahat: nulla te sollicitudo rerū ab intentione Dei suspendat. Abijce à te quidquid impedire bonum propositum potest. Toto animo & odi, & damna, quod diligit mundus: esto mortuus mundo, & mundus tibi: mundi gloriā tamquam mortuus non aspicias: tanquam mortuus, ab affectu vitæ istius te separa. Sicut sepultus, non habeas curam de seculo. D Tamquam defunctus, ab omni terreno te priua negotio. Contemne viuens, quæ post mortem habere non potes. Quod habes, habeto ad misericordiam: suffragetur virtus tua egeni [e] inopiæ. Si quem positum in necessitate cognoueris, si quē ad inopiam redactum, si quem direptione alicuius exinanitum, si quem oppressum, si quem humiliatum: nullum contemnas, nullum spernas, nullum despicias, vacuum nullum dimittas, nullus à te tristis abscedat, nemo à te confusus abeat. Omnibus communica, omnibus tribue, omnibus præbe: nō eligas, cui miser[a]aris, ne forte prætereas eum, qui meretur accipere. Incertus es, pro quo magis placeas Deo: nescis, pro quo tibi maior fructus iustitiæ præparetur. Quicquid tribuis, cum affectu [d] distribue: quicquid largiris, cum hilaritate largire. Præbe misericordiam sine murmuratione: præbe eleemosynam sine tædio. Maior sit beneuolentia, quàm quod datur: maior gratia, quàm quod impenditur. Tale erit opus tuum, qualis fuerit intentio tua: quod enim affectu bono dispensatur, hoc accipit Deus: qui autem cum tædio dat, mercedem perdit: qui cum tristitia manum porrigit, fructum remunerationis amittit: qui cum tristitia largitur, retributionis non percipit fructum. Non est enim misericordia, vbi non est beneuolentia. De tuis iustis laboribus ministra pauperibus: non auferas [e] alteri, vnde alteri tribuas: nec te misericordem ostendas, de alieno spolio. Nihil prodest si alterum inde reficis, vnde alium in anem facis. Condemnat miseratio ista, non propitiat. Talis misericordia peccata non purgat, sed amplificat. Bonum quod facis, misericordiæ caussa, non iactantiæ facito: nihil studeas propter laudem: nihil propter C temporalem opinionem, nihil propter famam, sed propter vitam æternam: quidquid agis, pro futura age mercede: æternæ remunerationis expectatio te teneat ampliùs. Nec quod ad huius, [f] sed quod ad vitæ æternæ gloriam prosit. ⁊ quæras. ⁊ Si enim hic laus quæritur, illic remuneratio amittitur. Iusti enim mercedem, non hic, sed in futuro recipiunt. Futura merces, non præsens promittitur iustis. In cælo non in terra, merces promittitur Sanctis: non est hic expectandum, quod alibi debetur.

a *al.* curę seculares al. curæ rerum secularium.
b *al* amore.
c *al.* terrenarum.
d *al.* tribue.
e *al.* vni, vt alteri.
f Sed quod ad vitæ æternæ gloriā prosit. ⁊ Quæras. ⁊ vox (quæras) *in nullo codicum erat. Nos ex sententia adiecimus, deesse aliquid certi, cum obelo tamen, vt suspecta lectionis esse lector animaduerteret.*

Ratio concludit.

ECce accepisti monita, data est tibi viuendi norma, nulla te iam ignorantia à peccato excusat, non es iam vitæ nescius, non es imprudēs, aut ignarus: legem, quam A debeas sequi, ex posui: qualis debeas esse, descripsi: cognitionem mandatorum habes. Iam scis, quid sit recte viuere: vide ne vltra offendas: vide ne deinceps bonum, quod nosti, despicias: vide ne, quod legendo respicis, viuendo contemnas. Donum scientiæ acceptum retine: imple opere, quod didicisti [a] prædicatione.

a . præceptione.

Homo.

GRatias ago, gratias refero, gratiarum actiones rependo, actiones gratiarum persoluo. Ago, atque habeo vberem tibi gratiam: quantas valeo, gratias celebro: quātas pro viribus possū, gratias ago. Multa sunt à te mihi cōcessa, multa collata, multa speciali miseratione largita. Omnia mihi placent, omnia grata sunt, omnia insederunt animo, omnia blandiuntur mihi, omnia me oblectant. Quam igitur satisfactionem per- B soluam? quam remunerationem rependam? quid compensare possum donis tuis: nisi vt tuis præceptis vtar, tibi semper obtemperē, tibi paream, tibi iubenti obediam. Tu enim es dux vitæ, tu magistra [a] virtutis. Tu me, tāquam regula, in directum ducis. Tu es, quæ à recto nunquam discedis. Tu es, quæ à veritate nunquam auerteris. Tu inuentrix bonorum, tu magistra morum, indagatrix virtutum, sine qua nihil vita hominis [b] esse potest. Per te cunctis viuendi regula datur. Per te de vitæ prauitate ad meliorem vitam homines adducuntur. Præceptis tuis formantur animi. Si quid distortum est, tu corrigis: si quid corrigendum est, tu emendas. Nihil mihi te charius, nihil mihi te dulcius, ⁊ Nihil mihi te suauius, nihil mihi te iucundius, nihil mihi te blandius, nihil mihi te leuius, nihil mihi te sanctius: tu mihi supra vitam meam places.

a *al.* morum atq.
b nosse, al. scire.

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP.

EPISTOLÆ.

DOMNO MEO DEI seruo Leudefredo Episcopo, ISIDORVS. *epi.*

PERLECTIS [a] sanctitatis tuæ litteris gauisus sum, C quod optatam salutem tuam, earum relatu cognoui: de ijs autem quæ in consequentibus insinuare eloquij tui sermo studuit, gratias ago Deo, quòd sollicitudinē officij pastoralis impendis, & qualiter Ecclesiastica officia ordinentur perquiris. Et licet omnia prudentiæ vestræ sint cognita, tñ quia affectu [b] fraterno me cōsulis, ex parte qua valeo, expediā, & de omnibus Ecclesiæ gradibus, quid ad quem pertineat, eloquar.

Ad Ostiarium namque pertinent claues Ecclesiæ, vt claudat & aperiat tēplum Dei: & omnia, quæ sunt intus extraq. custodiat, fideles recipiat, excommunicatos & infideles reijciat.

Ad Acolythū pertinet præparatio luminariorum in sacrario, ipse cereū portat, ipse suggesta, pro eucharistia Subdiaconis calicem præparat.

Ad Exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere: manus super Energumenos, & Catechumenos exorcizandos imponere.

Ad Psalmistam pertinet officiū canendi: dicere benedictiones, psalmos, laudes, sacrificij responsoria, & quidquid pertinet ad cātandi peritiam.

Ad Lectorē pertinet lectiones pronūtiare, & ea, quæ Prophetæ annuntiauerunt, populis prædicare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Subdiaconum pertinet calicem & patenam ad altarium Christi deferre, & Leuitis tradere, eisq;ue administrare:vrceolum quoque & aquamanilem, & manutergium tenere,& Episcopo & Presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altariū manibus aquā præbere.

Ad Diaconum pertinet adsistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus,quæ agūtur in sacramentis Christi, in Baptismo scilicet,in Chrismate,in patena & calice: oblationes inferre,& disponere in altario, componere mensam Domini,atq. vestire, crucem ferre,prædicare Euangelium & Apostolum.Nam sicut Lectoribus Vetus Testamentum,ita Diaconibus Nouum prædicare præceptum est:ad ipsum quoque pertinet officiū precū,recitatio nominū ipse prę monet aures adDominumhabere,ipse hortatur clamore,pacem ipse annuntiat.

Ad Presbyterum pertinet sacramentum corporis & sanguinis Domini in altari Domini conficere,orationes dicere, & benedicere populum.

Ad Episcopum pertinet basilicarum cōsecratio,vnctio altaris, confectio chrismatis,ipse prædicta officia & ordines ecclesiasticos constituit,ipse sacras virgines benedicit:& dum præsit vnusquisque in singulis,hic tamen est in cunctis. Hi sunt ordines & ministeria clericorum,quæ tamen auctoritate Pontificali in Archidiaconi cura, & Primicerij ac Thesaurarij sollicitudine diuiduntur.

Archidiaconus enim imperat Subdiaconibus & Leuitis,ad quē ista ministeria pertinent:ordinatio vestiendi altaris àLeuitis, cura incensi & sacrificij deferendi ad altare ,cura Subdiaconorum de subinferendis ad altare in sacrificio necessarijs, sollicitudo quis Leuitarum Apostolum & Euangelium legat,quis preces dicat, seu responsorium in Dominicis diebus aut sollēnitatum. Sollicitudo quoque Parochitanorum & ordinatio & iurgia ad eius pertinent curam:pro reparandis diœcesanis basilicis ipse suggerit sacerdoti : ipse inquirit parochias cum iusione Episcopi, & ornamenta vel res basilicarum Parochitanarum, gesta libertatum Ecclesiasticarum Episcopo idem [c] defert. Collectā pecuniā de Cōmunione ipse accipit & Episcopo ipse defert, & clericis partes proprias ipse distribuit. Ab Archidiacono nūtiāturEpiscopo excessus Diaconorum: ipse denuntiat sacerdoti in sacrario ieiunorum dies, atque sollēnitatum: ab ipso publicè in Ecclesia prædicantur. Quādo autem Archidiaconus absens est,vicē eius Diaconus sequens adimplet.

Ad Primiceriū pertinēt Acolythi & Exorcistæ,Psalmistæ,atque Lectores, signū quoque dandum pro officio clericorum,pro vitæ honestate,& officium [d] meditandi & peragendi sollicitudo. Lectiones, benedictiones,psalmum,laudes offertorium,& responsoria,quis clericorum dicere debeat : ordo quoq. & modus psallendi in choro pro sollemnitate & tempore:ordinatio pro luminarijs deportandis : si quid etiam necessarium pro reparatione basilicarum,quæ sunt in vrbe, ipse denuntiat sacerdoti: epistolas Episcopi pro diebus ieiuniorū Parochitanis per Ostiarios iste dirigit: clericos quos delinquere cognoscit,iste distringit : quos vero emendare non valet eorum excessus ad agnitionem Episcopi defert. Basilicarios ipse constituit, & matriculas ipse disponit. Quando autem Primicerius absens est,ea, quæ prædicta sunt,ille exequitur,qui ei aut loco est proximus aut erudi tione in his expediendis intentus.

Ad Thesaurariu'm pertinet Basilicarij, & Ostiarij ordinatio , incensi cura, chrismatis cura conficiendi, baptisterij ordinandi, præparatio luminariorum in sacrario , præparatio sacrificij de his, quæ immolanda sunt: ad eum venient de parochijs pro chrismate:cereos,& oblationes altaris ipse accipit à populo:ipse colligit per Ecclesias cereos in festiuitatibus. Ad eum pertinēt ornamenta,& vestimenta altaris, quidquid in vsu templi est, sub eius ordinatione existit , vela, & ornamenta basilicarū,quæ in vrbe sunt,& nō habēt presbyterū,ipse custodit. De candelis autē & cereolis quotidianis,quidquid supereſt in basilicis,Basilicarius per singulos menses huic deportat.Ex quibus Thesaurarius dat quartam Basilicario , tres reliquas partes diuident æqualiter sibi cum Primicerio,& Presbytero qui missam celebrat in eandem basilicam.

Ad Oeconomum pertinet reparatio basilicarum atq. cōstructio, actiones Ecclesiæ in iudicijs vel in proferendo vel in respondendo,tributi quoque acceptio & rationes eorum,quæ inferuntur.Cura agrorum, & culturæ vinearum,causlæ possessionū, & seruitialium stipendia clericorum , viduarum & deuotarū,pauperū : dispensatio vestimenti, & victus domesticorum clericorum,seruitialium quoque & artificum, quæ omnia cum iussu,& arbitrio sui Episcopi ab eo implentur.

Hæc sunt,quæ vel à maioribus per officiorum ordines distributa sunt,vel consuetudine Ecclesiarum in vnumquemq. seruata , nec aliquid ex his nostri iudicij deputes, nisi quod aut ratio docuit, aut vetustatis antiquitas sanxit.

Patrem autem monasterij,vnde innotuistis,illum præferri oportet,quem sancta vita,&probitas morum commendat,quique, dum subiectus extitit, fraus in illo nō fuit. Huic iustè gratia cumulatur dicēte Domino,quia in pauca fuisti fidelis , in multa te cōstituam. Qui vero adhuc sub regimine positus improbè vixit,& fratribus fraudem facere non pertimuit,hic prælatus licenter ac liberè maiora & deteriora committet, dùm se in potestate & libertate aspexerit. De talibus enim dicit Apostolus,sed vos iniuriam facitis & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Sed nobis ista sufficiatdicere tibi,quodDeo dignum existimas, adimple. Post hæc autē precari tuam sanctitatem non desino, vt pro me interceſſor apud Dominum existas, vt,quia meo vitio lapsus sum, per te remissionem consequar peccatorum.

[a] *Citatur à Gratiano Dist. 25.*
[b] *al.* paterno.
[c] *al.* refert.
[d] *Post Archidiaconi officium ante Primicerium in vno Complutensi codice, leguntur hæc* : Archipresbyter verò se esse sub Archidiacono, eiusq. præceptis, sicut Episcopi sui,sciat obedire: & (quod specialiter ad eius ministerium pertinet) super omnes presbyteros in ordine positos curam agere, & assiduè in Ecclesia stare:& quando Episcopi sui absentia cōtigerit, ipse vice eius Missarum sollēnia celebret, & collectas dicat, vel cui ipse iniunxerit. *Quæ in reliquis codicibus non sunt:neq; ex Isidoro, sed ex Concilio Toletano ab aliis citantur. Vid. notat. ad Gratian. & fragmenta Concil. Toletan.*
[e] *al.* cantandi.

In Christo charissimo & dilectissimo filio, Braulioni Archidiacono, Isidorus. 2

DVm amici litteras,charissime fili,suscipis,eas pro amico amplecti nōmoreris. Ipsa est enim secūda inter absentes consolatio,vt si nō est presens, qui diligit pro eo

literæ amplexentur. Direximus tibi annulū propter nostrū animū, & palliū pro amicitiarum nostrarū amictu , vnde antiquitas hoc traxit vocabulum.Ora igitur pro me, inspiret tibi Dominus,vt merear adhuc in vita videre te. Et quem mœstificasti abeundo, aliquando iterum lætifices te præsentando. Quaternionem regularum per Maurentionem Primiclerium direximus. De cætero autem opto tuam semper cognoscere salutē, dilectissime mi Domine, & charissime fili.

In Christo charissimo & dilectissimo fratri, Braulioni Archidiacono, Isidorus. 3

QVia non valeo te frui oculis carnis, perfruar saltem alloquijs, vt ipsa amici sit cōsolatio incolumem litteris cognoscere, quem cupio videre. Vtrumque bonum esset,si liceret:sed vel mente de te reficiar,si corporali obtutu non valeo. Dū pariter essemus postulaui te, vt mihi decadam sextam sancti Augustini trāsmitteres: posco,vt quoquomodo me cognitum ei facias.Misimus vobis Synonymorum libellum,non pro id,quod alicuius vtilitatis sit, sed quia eum volueras.Commendo autem hunc puerum, cōmendo & memetipsum, vt ores pro me misero,quia valde langueo & infirmitatibus carnis & culpa mentis.In vtroque tuum præsidium posco , quia per me nihil mereor:de cętero peto,vt dum vita comite portitori ad nos regredi fuerit opportunitas , vestris nos iubeatis lætificare eloquijs.

Domino sancto meritisque beato [a] Massonæ Episcopo, Isidorus. 4

VEniēte ad nos famulo vestro viro [b] religioso Nicetio litteras honorificentiæ vestræ nobis detulit:in quib⁹ agnitio salutis vestræ nihilominus [c] perpatuit maximè per eū portitorē , cuius lingua epistola viuens erat. Vnde pro salute vestra gratiarū actionibus Deo nostro repēsis , in quātum valuit mediocritas nostra vice * inquisitionis studio poscentes vestrorū meritorum suffragijs diuinis vos commendare conspectibus. Verùm quod sequenter in epistolis

Universidad de Deusto
Biblioteca

stolis venerabilis fraternitas vestra innotuit: nulla est in huiusmodi sentẽtijs decretorũ diuersitas intelligenda: quòd alibi legitur: [d] in lapsu corporali restaurandũ honoris gradum post pœnitentiam: alibi, post huiusmodi delictum, nequaquam reparãdum antiqui ordinis meritum. Hæc enim diuersitas hoc modo distinguitur, illos enim ad pristinos officij gradus redire canon præcipit, quos pœnitentiæ præcessit satisfactio, vel digna peccatorum cõfessio: at contra ij, qui neque à vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum, quod admittunt, etiam vendicare quadam superstitiosa temeritate nitũtur, nec gradum vtique honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita est vtraque dirimenda sententia, vt necesse sit illos restaurari in locum honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem meruerũt diuinæ pietatis. Hi neque immeritò cõsequuntur ademptæ dignitatis statum, qui per emendationem pœnitentiæ recepisse noscuntur vitæ remedium. Id enim, ne forte magis ambiguum sit, diuinæ auctoritatis sentẽtia confirmetur. Ezechiel enim Propheta sub typo præuaricatricis Ierusalem ostendit, post pœnitentiæ satisfactionem pristinum posse restaurari honorem. Confundere (inquit) ò Iuda, & porta ignominiam tuam. Et post paullulum: & tu, inquit, & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem vestram. Quod dixit cõfundere, ostẽdit post confusionem, id est, peccati opus, debere quemque erubescere, & pro admissis sceleribus verecũdam frontẽ humi prostratã demergere, pro eo quod dignũ confusionis perpetrauerit opus. [e] Deinde præcipit, vt portet ignominiam, id est, de honorationem nominis siue dignitatis, & reuertatur ad antiquitatem suam. Ergo dum quisque post opera confusionis suæ confunditur, atq. ignominiam depositionis suæ cum humilitate portauerit, reuocari secundum Prophetam ad priorẽ statum poterit. Item Iohannes Euangelista Angelo Ephesi Ecclesiæ inter cætera simile quiddam scribit. Memor esto, vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera [f] tua fac, alioquin veniam tibi, & mouebo candelabrum tuũ de loco suo. In Angelo Ecclesiæ præpositum vtiq. id est, sacerdotem ostendit, iuxta Malachiam, qui dicit: labia sacerdotis custodiunt scientiam, & lex requiritur ex ore eius, quia Angelus Domini exercituũ est. Præpositus ergo lapsus in vitium per Euangelistam monetur, vt memor sit vnde ceciderit, & agat pœnitentiam, & prima opera faciat, vt nõ moueatur candelabrum eius. Nam candelabrum doctrina sacerdotalis, vel honor potestatis, quem gestat, intelligitur: iuxta quod scriptum est apud Samuelẽ in damnationem Heli: oculi eius caligauerãt, nec poterant videre lucernam Dei, antequam extingueretur: lucerna quippe Dei fuerat, quando dignitate sacerdotali pollens, iustitiæ claritate fulgebat: extinctam Propheta asserit, dũ ob scelera filiorũ sacerdotij potestatẽ, meritorũq. lumẽ amisit. Candelabrũ ergo siue lucerna sacerdotis (quæ intelligũtur charismata honoris) tunc penitus iuxta Iohannem extinguitur vel mouetur, quãdo post delicti casum neglecta pœnitentia admissa scelera non deflentur. Non enim dicit, pro eo quòd cecidisti, commouebo candelabrum tuum: sed, nisi pœnitentiam egeris, mouebo candelabrum tuum. Ergo ad quemq. prepositum peccantem, si præuenerit pœnitentia delicti vtique sequitur venia, & reparatio meriti. Et in Prouerbijs scriptum est. Qui abscõdit scelera sua, non dirigetur: qui verò confessus fuerit & dereliquerit ea, misericordiã consequetur. Nam & ipsum, quòd canonum censura post septem annos remeare pœnitentem in statũ pristinũ præcipit, non ex electione proprij arbitrij sancti Patres, sed potius ex sententia diuini iudicij sanxerũt. Nam legitur, quòd Maria soror Moysi prophetissa, dum obtrectationis aduersus Moysem incurrisset delictũ, illico stigmate lepræ perfusa est: cumque Moyses peteret, vt emũdaretur, præcepit eam Deus extra castra septem diebus egredi, atque post emundationem rursus eam in castra admitti. Maria ergo soror Aaron caro intelligitur sacerdotis, quæ dum superbiæ dedita sordidissimis corruptionum contagijs maculatur, extra castra septẽ diebus, id est, extra collegium sanctæ Ecclesiæ septem annis proijcitur, qui post emundationem vitiorum loci, siue pristinæ dignitatis recipit meritũ. Ecce in quantum valui concilij Ancyritani antiquam, & plenam auctoritate sententiam sacris testimonijs planè explanaui. Ostendẽs eum posse restaurari, in proprio honore, qui per pœnitentiæ satisfactionem

nẽ nouit propria delicta deflere, qui vero neque luget, quæ gessit, sed lugenda sine vllo pudore religionis, vel timore diuini iudicij committit, eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari. In fine autem huius epistolæ hoc adijciendum putaui, vt quotiescumque in gestis conciliorũ discors sententia inuenitur, illius concilij magis teneatur sententia, cuius antiquior aut potior extat auctoritas. Dat. prid. Kal. Mart. anno tertio regni Domini nostri gloriosissimi VViterici regis.

[a] *al.* Massoni *citatur hæc ep. à Gratian. dist. 50. c.* Domino sancto. *& 33. q. 2. c.* Hoc ipsum. *fuit autem Massona, siue Massana, siue, Masson. siue Massanus, siue Massenus, Emeritensis Episcopus, qui primus subscribit in Concil. Tolet. 3.*

[b] *al.* vincentio.

[c] *al.* præpatuit *al.* apparuit.

[d] In lapsu corporali. *Quæ ante hæc verba leguntur in quibusdam libris:* Idem in canone Ancyritani Concilij c. 19. *inserta è margine sunt, neq enim apud Raban. neq in alijs melioris notæ codicibus reperiuntur.*

[e] Deinde præcipit &c. *Hic locus alio atq. alio modo legitur, eodem tamen sensu.*

[f] opera tua fac, *vox* tua *non est apud Raban. est tamen in vet. cod. & apud Ambros.*

Dominis meis, et Dei seruis, Helladio, cæterisq., qui cum eo sunt coadunati, Episcopis, Isidorus. 5

AFficimur lacrymis, compungimur stimulis peccatorum nostrorum, cum ruinam fratris agnoscimus, quia sicut de salute lætitia, ita de periculo animæ gemitus est. Cognouimus enim [a] Hispalensem Cordubensis Ecclesiæ sacerdotem in pontificali culmine carnali labe dilapsum, & de altitudine honoris in profundo flagitiorum flẽda ruina demersum: & quia vobis sollicitudo pastoralis incumbit vestroq. iudicio delinquentium errores discutiendos censura diuina disposuit dicens: Sacerdotes stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt inter sanctũ & pollutum. Hanc igitur vocem Domini cognoscentes, cum effusione lacrymarum vestram sanctitatem deposcimus, vt idem lapsus sancto cœtui vestro præsentatus, agnito à vobis cõfessionis eloquio, synodali sentẽtia à gradu sacerdotij deponatur. Melius est illi vt temporaliter iudicetur à vobis, quàm æterno damnetur iudicio. Leuior est illi præsentis temporis ignominia, quàm futura gehennæ tormẽta. Sciat enim se amisisse nomen & officium sacerdotis, qui meritum perdidit sanctitatis. Quapropter iudicij vestri decreto pœnitentię perpetim flagitia perpetrata lamentatione deploret: plangat, sacerdotij cultum, quem male viuendo perdidit: lugeat animæ suæ statum, quem tanto putredinis cœno coinquinauit, fortasse porriget illi manũ quãdoq. Spiritus Sanctus, vt per dignam satisfactionem mereatur peccatorum remissionem. Pro me quoq. deprecor, sanctissimi Sacerdotes, vt pietatem diuinam exorare dignemini, vt immemor malorum meorum, quibus & ipse cõlapsus sum, à peccatorum vinculo, quibus huc vsq. sum colligatus, dissoluat, & fructum indulgentiæ vestris meritis tribuat.

[a] *Forte redundat, vox* Hispalensem.

Dilecto in Christo filio[a] *Claudio Duci, Isidorus.* 6

CAtholicæ strenuitatis tuæ suscipiens schedulas, Domini nostri Iesu Christi omnipotentiam conlaudamus, qui de prosperis tuis successibus & triumphis Ecclesiæ sanctæ suæ misericorditer in præsenti de inimicis triumphare largitur. Te quidẽ me pijs vrgente petitionibus, tuis inquisitionibus respondere, lætor in Domino, quia ea, quæ sunt de fide Catholica, sollicitè perquiris. Ad id ergo, quod obiecisti primò, prætermissis plurimis rationibus, tibi rationabiliter ac simpliciter respondemus. Sic nos scimus præesse, Ecclesiæ Christi, quatenus Romano Pontifici reuerenter, humiliter & deuotè, tanquam Dei Vicario, præ cæteris Ecclesiæ Prælatis specialiùs nos fateamur debitam in omnibus obedientiam exhibere. Contra quod quemquam procaciter venientem, tanquam hæreticũ à consortio fidelium omnino decernimus alienum. Hoc verò nõ ex electione proprij arbitrij, sed potius auctoritate Spiritus Sancti habemus firmum, ratumque credimus & tenemus. Si verò (quod absit) infidelis sit nõ manifestè, in nullo læditur obedientia nostra, nisi præceperit contra fidem. Præterea prauis Prælatis obediendum in iussionibus bonis Dominus præcipit, vbi dicit: Quod dicunt facite, eorum praua opera præcipit euitanda, cum subiungit: Quod autem faciunt, nolite facere. In dubijs etiam præceptis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceptis, prauis Prælatis obediendum est, A quādiu eos Ecclesia toleraverit, nisi ex manifesta Prælati infamatione in præcepto iustè posit hæresis suspicio prouenire. De similibus quoque illaqueationibus idem videtur. In præceptis manifestè malis nullatenus est obediendum, etiam bonis Prælatis, quia quandoque Deus occultat maiori, quod reuelat minori. Item nobis insinuare curasti quorundam Græcorum obiectionem, quod in Nicæna vel Constantinopolitana Synodo, sub anathemate prohibitum legitur in symbolo, & in illo sancti Athanasij de fide Catholica diminuere, vel B addere aliquid: atque ideo quidā ex Græcis Latinos proteruè nituntur reprehendere, quod in professione sanctæ fidei Deo corde, & ore decantēt: qui ex Patre Filioq. procedit: cum in prædictis concilijs fuerit positum, ex Patre procedit, & sancta Romana Ecclesia, ex Patre Filioque Spiritum Sanctum procedere approbat, atq. credit. Quæ supradicta prohibitio, si subtiliter & rectè perspicitur, omnis ambiguitas remouetur: cū enim addere seu diminuere prohibuit, de re cōtraria intellexit, cui sententiæ illud Apostoli congruit: Si quis vobis aliud euangelizauerit, præter id, quod accepistis à nobis, anathema sit. Et Iohannes Apostolus ait: Si quis venerit ad vos aliam doctrinam afferens, non eum recipiatis, neque ei aue dixeritis. Cum dixit aliam doctrinam, hæresim præcauendo, absque ambiguitate de doctrinæ contrarietate nobis voluit demonstrare. Plura quidem alia prædicauerunt Apostoli Martyres, & Ecclesiæ Orthodoxi Doctores, sed quia non contraria, prohibitio Apostolica huiusmodi non intelligitur contraire, eo quòd sint ad vnum veritatis finem tendentia. Cum D ergo de similibus idem constet esse iudicium, patet proculdubio prædictarum sententiarum prohibitiones de contrarietate hæresum esse recipiendas. Spiritum verò Sanctum esse Patris & Filij, & à Patre & à Filio mitti, atque procedere ab vtroque, sanctæ scripturæ testimonijs clarius demōstremus. Apostoli verba sunt hæc. Si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, & cætera. Et alibi. Misit Deus spiritum Filij sui in corda nostra. Ecce manifestè patet Apostolicis verbis: Spiritum Sanctum esse Dei Patris suscitantis à morte, & Dei Filij suscitati, qui non tres Dij sed vnus est credendus & adorandus, sicut Moyses testatur. Audi, inquit, Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. A Patre Spiritum Sanctum mitti, Dns in Euangelio loquitur, dicens. Paracletus Spiritus Sanctus, quē mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Et quod mittatur à Filio, ipsa veritas dicit: cum venerit Paracletus, quem ego vobis mittā à Patre. His itaq. plenariè declaratur Sancti Spiritus missionem à Patre esse & à Filio. A Patre nēpe Spiritus Sānctus procedere ostenditur, cum dicitur: Spiritus veritatis, qui à Patre procedit: à Filio verò, cum post resurrectionem suam insufflauit, & discipulis suis dixit: accipite Spiritum Sanctum. Isaias etiam in persona Patris dicit: Spiritus à facie mea egredietur. Dei Patris verbum vel facies Vnigenitus eius est, homo enim per faciem à nobis agnocitur, & Deus Pater per Filiū innotuit mūdo, vnde Filius ait: Pater, manifestaui nomē tuum hominibus, quos dedisti mihi. Et illud: notum feci eis nomē tuum, & notum faciam. Possumus ad hæc latius probanda plura inducere: sed forsitan, cui non sufficiunt ista, multa non proderunt ad salutem, quia animalis homo non percipit ea, quæ C Dei spiritus sunt, arbitrans esse stultitiā, quę dicuntur, & quia profecto hoc ex contemptu ignorantiæ prouenit, ignorans ignorabitur. Dum autem Sanctę. Trinitatis personas loquēdo distinguimus, sūmopere curemus, ne indiuiduam ac simplicissimā essentiā vnius Dei diuidere videamur. Sed quid sit illud ineffabile Patris generare: illud etiam inæstimabile Filij nasci, generari, vel exire: atq. illud incomprehensibile Spiritus Sancti à Patre & Filio mitti vel procedere, & cætera, quæ huismodi de personarum varietate dicuntur, si non capimus mente, capiamus fide, vt salui esse perpetuo mereamur. Ecce breuitate, qua valui, tuis inquisitionibus satisfeci. Sed quod subiecisti, habere te hæreticos cum quibus assiduè disputas, & quos ad fidem Catholicam studes reuocare, laudamus zelum, sed audaciam reprehendimus. Dicit namq. scriptura diuina: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Caue igitur, dilectissime fili, vt quia Deus triumphalibus trophæis armorum strenuitate prostratis inimicis te fecit victoriosum, hæreticis suasionibus ignominiosè ne victus sucumbas: te etenim laborante eos ab errore mortis eruere, ipsi inuigilant

gilant, te in prēcipitiū erroris demergere, à A quorum cōfabulatione, vel solatio quemlibet Christicolā, tanquā à lethifero veneno, sub obtestatione diuini iudicij præcipimus abstinere, nisi fuerit in diuinis præceptis experientia operum probatus, & sacris eruditus scripturis. Testamur igitur corā Deo, monemus, & quicquid possumus hortando prēcipimus, vt quàm citius eos, zelū Dei legis exercens, nisi Catholicā professi fuerint veritatē, à te repellas, atq. dicta eorū & obiectiones nobis scribēdo mittere nō moreris. Deo reste fraternitatem dilectionis tuæ in viscerib⁹ Iesu Christi amplectimur charius: & singula, quātum Deus dederit, ad salutē animæ, & tui corporis honestatē determi- B nabimus, sacris ea fulciēdo auctoritatibus, vt falsitas veritati cedat, & Ecclesiæ Christi gloria roboretur, & crescat. Memēto cōmunis nostri doctoris Leandri, & eius fidem atq. doctrinā pro viribus imitare, vt in præsēti bonis perfrui, & in futuro celestiū bono rū participationē valeas adipisci. Amē. Ora pro me: donet Dns, vt animę, corporis, fidei, & honoris tibi seruata integritate, merear te videre de cætero, mi Dne, & charissime fili.

Ad hunc Claudium scribit Greg. lib. 7. Regist. ep. 124.

Dilecto filio in Christo Redempto Archidiacono, Isidorus. 7

MVltis nonmodo Ecclesiasticis, verum etiam huius perituri regni præpeditus negotijs, pro vt optamus, tuæ charitatis quæstionibus ad præsens satisfacere nō valemus. Verū, quia impellēte charitate omnibus sumus debitores, ex parte, qua valeo, pareo dilectioni tuæ, ad inquisita cōpēdiosè respōdere paratus. Innotuisti quippe nobis, in animo tibi versari scrupulū, eo quod Oriē talis Christi Ecclesia ex fermētato pane, Occidētalis ex azymo sacratissimi corporis sa- D cramentū cōficere cōsueuit: & quia ipsi Oriētales Latinos, super hoc reprehēdere nō verētur, illud etiā animo tuo insedit, quòd illi sericos pānos, nos autē lineos, quos corporalia dicimus, ad ornamēta tanti sacrificij exhibemus. Scias itaq. eorū iam dictis cōsuetudinibus minimè nos opponere reprehēsionis obstaculū, quādiu eas Romana Ecclesia duxerit tolerādas, maximè cum nō sint de essentia, siue substātia sacraméti. De substātia sacraméti sunt verba Dei à sacerdote in sacro prolata ministerio, scilicet, hoc est corpus meū, paniśq. frumenti & vinum, cui cōsueuit aqua adhiberi, quia vtrumq. de latere Christi, videlicet, sanguis & aqua profluxit. Cætera vero pertinent ad decorem sacramenti, futurorū exēplum, ad nostram & eorum humiliationem, atq. in Dei laude exercitationem, & cum prædictorum facta fuerit consecratio, non, vt quidam putant indocti, sub panis specie sola caro Christi, & in calice tantummodo sumitur sanguis: sed in vtroq. Deus & homo, in corpore glorificato totus & integer Christus, integer Christus in calice, panis viuus, qui de cælo descendit, totus est in vtroq. Ipse est panis, qui reficit, non deficit, panis, qui totus à singulis sumitur, & in nulla sui parte minuitur, visibilis Angelis, fide non dubia creditur à nobis miraculosè & inuisibiliter totus in sumentibus singulis, & integra sui essentia visibiliter totus semper regnat in cælis: quia vero Oriētales Romanorū siue nostras consuetudines impudenter obtrectādo reprehēsionis abolitione impugnare nitūtur, ad arma diuini oraculi cōcurrētes, nos quātum potuerimus casdē defendere veritate præuia insurgemus. Dns enim noster Iesus Christus, quando discipulis corporis sui mysteriū agendū tradidit, nō legitur accepisse C panem fermētatum, vel azymū, sed accepit pane & dedit discipulis suis dicens. Hoc est corpus meū: hoc facite quotiescumque sumitis in meam cōmemorationē. Legitur tamen præcepisse Dns Moysi, vt Pascha cum azymis panibus & lactucis agrestibus manderetur, & apud quēcumq. Hebræorū fermentatus panis per septem dies Paschæ inueniri posset, occideretur. Dns igitur noster Pascha secundū Legē celebrauit, & in cœna suū corpus sub panis, & vini specie discipulis edēdum tradidit, & eis eundē cōficiendi tradidit potestatem, atq. panē azymū, cum quo Pascha agebatur, obtulit. Similiter sacratissimum corpus eius non legitur panis sericis, vel laneis, sed mundis linteaminibus in sepultura inuolutum fuisse. Ergo, cuius mysterium passionis, & sepulturæ, eum quotidie immolando, geritur in altare, à tramite recto deuiare non possunt, qui in pane azymo, vino, & aqua, additis, & mundis sanctisque linteaminibus, secundum consuetudinem Ecclesiæ Romanæ corporis, & sanguinis Domini, sacrosanctum sacrificium student conficere. Videtur etiam

Dñs nobis fauere in Exodo dicens. Nõ immolabis(inquit)ſuper fermẽto ſanguinẽ hoſtiæ meæ. Quod etiã de vaſe agitur ligneo fictili,vel metallino, quo agitur immolatio ſacrificij, quia nullus Euãgeliſtarũ expreſſẽ oſtẽdit, cuiusmodi fuerit,ad Legis videtur recurrendũ potius auctoritatẽ, quia in miniſterio tabernaculi aũt domus Dei, nulla vaſa ſacræ vnctionis oleo delibuta legũtur lignea vel fictilia,ſed magis ex metallo erãt. Dñs etiam quæq. de melioribus ſibi offerri præcepit,& Tabernaculũ teſtimonij cũ maxima diligẽtia auri & argenti mira pulchritudine adornare. De Salomonico templo quid?Re vera idẽ. Quod ſi ceremonialia illa quæ vmbra erant veritatis futuræ, quibus pecudũ carnes immolabantur, vel ſanguis, tanto voluit Deus decore perfrui, quanto magis ſacrũ altare, ſanctũq. vas,in quo ipſa veritas,ſcilicet vnigenitus Deus, quotidie Deo Patri offertur,quãto honore reuerẽtia gloria & decore debẽt ſtudio & diligentia adornari? Liquidè patet tam inæſtimabile ſacrificium in vaſe luteo,vel ligneo,niſi neceſsitate vrgẽte, vel cogẽte inopia, offerre turpe,ac vile præſumptuoſum eſſe & temerariũ,quod poteſt iuſto examine reprobari. Sed forſan obijcis: pannũ ſericũ pretioſiorẽ eſſe lineo, & idcirco magis diuinis vſibus aptũ. Ad quod nos in vtroq. teſtamento dicimus,candorem veſtiũ maximè approbari, eo quòd in eo mentis ſinceritas requiratur, quam cõſtat intet eęteras virtutes Deo eſſe gratioſiorẽ,ad quam peruenire cupiẽti charitati veſtræ, vt pateat clariùs, ſacræ ſcripturæ teſtimonijs oſtendamus. Dicit enim omni tẽpore ſint veſtimenta tua candida,& Dñi ſacerdotes Ephod lineo excellentiæ cauſſa erãt ſuperinduti, Euangeliũ etiam in transfiguratione Dñica, quod apparuerint veſtimenta Dñi tãquam nix, euidenter teſtatur,& in Apocalypſi,qui in cõſpectu agni ſtabant, & qui ſequũtur ipſum,quocunque ierit,ſtolis albis perhibẽtur amicti,& quamplurima alia. Quis inter pannos mundus, vt lineus, cui ex ablutione frequenti candor augetur,cum in ſericis magis ex eadem obfuſcari videatur? Mentis aũtẽ munditiã nullatenus eſſe intelligas,vbi infidelitas viget, non enim eſt cõuentio Chriſti ad Belial. De incongruitate verò Grammaticæ loquutionis, quæ in veteri Teſtamento reputatur vel nouo,reſpondemus, verba cælestis oraculi nõ ſubiacẽt Priſciani regulis,vel Donati, & quãuis ſit analogia ſciẽda,vſus præ omnibus æmulandus eſt. Dummodo ſententia à veritate nõ diſcrepet, & à ſanctorũ Patrum veſtigijs nullatenus recedẽdum. Lucidè habes,fili chariſsime, in quam partem tui animi intellectum debeas inclinare, atque tui cordis ſcrupulum ſuper hoc omnino deponere. Diligenter per omnia inſpice,& reperies ſanctę Romanæ Eccleſię cõſuetudines à diuinis auctoritatib⁹ in nullo aliquaten⁹ deuiare. Pro me ad Dñm orare quęſo digneris.

Domino chariſsimo, et virtutibus inclyto Eugenio[a] Epiſcopo,
Iſidorus. 8

VEſtræ ſanctitatis litteras per nuntium ſuſcipiens Verecundum, rerũ omnium conditori grates impendimus. Quòd Eccleſiæ ſanctæ ſuæ, mentis & corporis veſtri valitudinem conſeruare dignatur, atq. ad inquiſita pro modulo parati ſatisfacere,exoramus orationũ veſtrarũ ſuffragijs ab ærũnis opprimentibus à Dño ſubleuari. Verùm quod in quibuſdam quæſtionibus venerabilis veſtra fraternitas, licet vos non ignoremus peritos, me compulit reſpondere: maioris ſententiæ innodatio,niſi ex diſpenſationis articulo, à minori nequaquam valeat enodari,ſed potius ab inferiori prolata, à ſuperiore iure mediante caſſetur, Orthodoxi quidem Patres Spiritus Sancti auctoritate præuia ſanxerunt: aliter autẽ quolibet adſtruẽte,ſicut eſt veſtræ prudentiæ cognitum, prauum ſuborietur, ſcilicet gloriatio ſecuris contra eum, qui ſecat in ea. Quod vero de parilitate agitur Apoſtolorũ:Petrus præeminet cæteris, qui à Dño audire meruit,tu vocaberis Cephas,tu es Petrus & cętera,& nõ ab alio aliquo, ſed ab ipſo Dei & virginis filio honorẽ Pontificatus in Chriſti Eccleſia primus ſuſcepit. Cui etiam poſt reſurrectionem filij Dei ab eodem dictum eſt: Paſce agnos meos,agnorũ nomine Eccleſiarũ prælatos notans. Cuius dignitas poteſtatis, etſi ad omnes catholicarũ Epiſcopos eſt tranſfuſa,ſpecialiùs tamẽ Romano antiſtiti ſingulari quodam priuilegio, velut capiti, cæteris membris celſior permanet in æternum. Qui igitur debitam ei non exhibet reuerenter obedientiam, à capite ſeiunctus Acephalorũ ſchiſmati ſe reddit obnoxium, quod ſicut illud ſancti Athanaſij de fide ſanctæ Trinitatis, ſancta Eccleſia approbat,& cuſtodit,quaſi ſit fidei catholicæ articulus. Quod niſi quiſq. fideliter firmiterq. crediderit,ſaluus eſſe nõ poterit. Hęc veſtræ dulciſsimæ charitati breuiter prælibaui,conſiderans illud philoſophi, pauca ſufficere ſapienti.

[a] *Hic fuit Eugenius ſecundus ſucceſſor Iuſti.*

Domino meo, et Dei ſeruo, Braulioni Epiſcopo,
Iſidorus. 9

OMni deſiderio deſideraui nunc videre faciẽ tuã, & vtinã aliquando impleret Deus votũ meũ, antequã moriar. Ad præſens autẽ deprecor: vt commẽdes me Deo orationibus tuis, &, vt in hac vita ſpẽ meã impleat,& in futura beatitudinis tuæ conſortium mihi concedat. *Et manu ſua.* Ora pro nobis beatiſsime Domine & frater.

Domino meo, & verè Dño Chriſtiq; electo Iſidoro Epiſcoporum ſummo. Braulio ſeruus inutilis ſanctorum Dei. 10

OPie Domine, & virorum præſtantiſsime,ſera eſt inquiſitio,& tardè data mihi ſcribendi optio,quia peccatis meis ingruentibus non modo ſterilitatis vel inopiæ malo,verũ etiã luis & hoſtilitatis,quominus inquirerẽ,horribili ſum præpeditus incurſu. Nunc autem & ſi mille neceſsitatibus,mille curis attritus poſt longum miſeriæ tempus,veluti ab improbi ſoporis, vt ita dixerim,grauedine ſuſcitatus,iſtius meę ſuggeſtionis affatibus dependere præſumo ſalutis obſequium,& cordis & corporis humilitate proſtratus,imprecãs excellẽtiſſimam tuæ beatitudinis poteſtatem: vt peculiarẽ famulum, quẽ pio illo ſacræ dignationis intuitu ſemper habuiſti ſuſceptum, vſq. in finem habere iubeas commẽdatum. Nam & ego (Chriſtus nouit) graui dolore diſcrucior,quod emenſo tempore tam pro lixo, vel nunc veſtrum non mereor videre conſpectum,ſed ſpero in illum,qui nõ obliuiſcitur miſereri,nec repellit in finẽ,quia exaudiet precẽ pauperis, & veſtro me miſerũ repræſentabit aſpectui. Suggero ſanè & omnimoda ſupplicatione depoſco, vt librum etymologiarum,quem iam fauente Domino,audiuimus cõſummatum,promiſſionis veſtræ memores ſeruo veſtro dirige re iubeatis: quia, vt mihi ſũ cõſcius, magna ibi ex parte ſerui tui poſtulatione ſudaſti. Et ideo in me primum exiſte munificus,ſic in ſanctorũ cœtibus,& felix habearis & primus. Geſta etiam ſynodi in qua Sintharius examinis veſtri igni(etſi nõ purificatus,inuenitur tamẽ decoctus)quęſo vt veſtro inſtinctu à filio veſtro Dño Rege,nobis dirigantur citò. Nã & noſtra eius ſic flagitauit gloriã ſuggeſtio, quia multũ in cõcilio pro inueſtiganda opus eſt veritate. De cætero creatoris altiſsimi pietatẽ effl agito, vt coronã beatitudinis veſtræ pro integritate fidei,& ſtatu Eccleſiæ ſuæ lõgo tẽpore præcipiat cõſeruare, meq. inter oblatrãtia præſentis mũdi varia, & innumerabilia diſcrimina munitũ reddat tuę interceſsionis gratia,ac recõditum in gremiũ memorię tuæ, tutũ ab omni tẽpeſtate peccati oratu veſtro efficiat Trinitas ſacratiſsima. *Et manu ſua.* Ego ſeruus Dñi Braulio Iſidoro: in Dño fruar te lucerna ardens, & nõ marceſcens.

Domino meo et Dei ſeruo, Braulioni Epiſcopo, Iſidorus. 11

QVia te incolumẽ cognoui,gratias Chriſto egi: & vtinã cuius cognoui ſalutẽ,in hoc corpore aſpicerẽ & viſionẽ. Quid autem mihi euenit pro peccatis meis, manifeſtabo: quia nõ fui dignus tua perlegere eloquia, ſtatim vt accepi pittatium tuum, puer regius ad me venit,dedi cubiculario meo illud pittatium: & cõfeſtim ambulaui ad Principem,vt poſtea perlegerem,& reſcriberem. Reuerſus è palatio Regis non ſolùm ſcripta tua non inueni,ſed etiã quidquid aliud in chartis fuit,perijt. Et idcirco, ſcit Dñs,luxi meritum meum,quia nõ perlegi eloquiũ tuum,ſed rogo vt quæcumq. occaſio venerit: reſcribe mihi. Et gratiam verbi tui non auferas,vt quod ex meo delicto perdidi, iterum gratia tua recipiam. *Et manu ſua.* Ora pro nobis beatiſsime Dñe.

Domino meo, et verè Dño Chriſtiq; electo Iſidoro Epiſcoporum ſummo. Braulio ſeruus inutilis ſanctorum Dei. 12

SOlet repleri lætitia homo interior ac ſpiritualis,cũ inquiſitione fungitur amãtis. Ob id velle meum eſt,mi Dñe reuerentiſſime, niſi culparũ maceria mearũ obſiſtat, & benignè te inquiſitionẽ meã amplecti, & querelarũ calumniã patienter accipere. Vtrumq enim ago, & officium inquiſitionis perſoluo, & tibi contra te cauſſarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mearũ neceſsitates dirigo, quod vt benigniſsime tuo auditui admittas, in ingreſſu huius dictationis portuq.proſtratus peto à culmine veſtri apoſtolatus: & quãquã vacillet calũnię obiectio,vbi lacrymarũ eſt interceſsio, cũ lacrymę nõ ſint ſigna calũnię, tñ ſint opto & lacrymabiles calũniæ, & calũniabiles lacrymæ.Sed vtrumq.pro licẽtioſa amoris præſumptione,nõ aũt pro arrogantiæ temeritate. Sed iam cauſſam exordiar. Septimum,ni fallor,annum tẽpora gyrant, ex quo me memini libros à te cõditos Originum poſtulaſſe, & vario diuerſoq. modo præſentem vos me fruſtratũeſſe,& abſenti nihil inde vos reſcripiſſe,ſed ſubtili dilatione modò necdũ eſſe perfectos, modò nec dũ ſcriptos, modò meas literas intercidiſſe,aliaq.multa opponentes ad hãc vſq; diẽ peruenimus,& ſine petitionis effectu manemus.Ob hoc & ego vertã preces in querelam,vt,quod ſupplicatione nequiui, vel calumnia laceſcendo valeam adipiſci. Sæpe namq.ſolet mendico prodeſſe vocifer tio. Quocirca cur, quæſo te, mi Domine, non tribuas,quod rogaris?Vnum ſcias,non dimittam,quaſi fingens me nolle negata. Sed quæram:& inſtanter quæram, quouſq. aut accipiam,aut eliciam pijſsimo Redemptore iubente:Quærite & inuenietis, & adijciente:pulſate & aperietur vobis.Quę ſiui & quæro, etiam pulſo. Vnde & clamito,vt aperias.Nam huius argumenti me conſolatur inuentio,quia qui contempſiſti poſtulantem,exaudies forte calũniantem. [a]Hinc & ego ſcienti tua ingero, nec ſtyli iactatione noui aliquid ſuggerere inſipiẽs perfecto præſumo.Nec tñ erubeſco imperitus diſertiſsimo loqui Apoſtolici memor præcepti,quo præciperis libenter ſufferre inſipientẽ.Quamobrẽ accipe clamores calũniæ.Cur rogo talentorũ diſtributionẽ & cibariorũ diſpẽſationẽ tibi creditã hucuſq. retentas? Iam ſolue manũ,impertire familijs,ne inopia pereãt famis.Noſti,quid creditor veniens repoſcat à te. Nõ minuetur tibi, quicquid dederis nobis. Memor eſto paruis panibus multitudinẽ ſatiatã, & ſuperaſſe reliquias fragmẽtorũ magnitudine panũ.An putas donũ tibi collatũ pro te ſolummodo eſſe datũ?Et veſtrũ eſt,& noſtrũ: cõmune eſt, nõ priuatũ.Et quis dicere vel inſanus præſumat, vt priuato tuo gaudeas, qui de cõmuni tãtum inculpabiliter gaudere ſcias?Nam cum Deus tibi œconomiã ſui theſauri & diuitiarũ ,ſalutis, ſapientiæ, & ſcientiæ tenere cõceſſerit,cur larga manu non effundis,quod dando non minues? An cum in membris ſuperni capitis vnuſquiſq.quod non accepit,ſic in altero poſsideat,vt alteri,quod habet,poſsidẽdũ ſciat: tu forſitan ideo nobis parcus exiſtis, quia quod mutuò à nobis reſumas,non inuenis? Sed ſi habẽnti das, tãtillæ mercedis fructũ reportas.Sin vero non habenti tribuis,præceptis Euangelicis ſatisfacis,vt reddatur tibi in retributione iuſtorũ.Proinde & ego remordeor conſcientia,eò quod in me cõmunicabile nihil boni ſentiam, quoniam iubemur per charitatem ſeruire inuicem, & vnuſquiſq.quam accepit gratiam in alterutrum illam admiſtrare, ſicut boni diſpẽſatores multiformis gratię Dei: atq vnicuiq.ſicut diuiſit Deus menſuram fidei in vnã compagem membrorum debeat eam cæteris partibus cõmunicare: quia hęc omnia operatur vnus atq.idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. Sed ad vnum ac peculiare ſubſidiũ,quod prẽmiſi,recurro,ad importunitatem ſcilicet amicam amicitia deſtitutis,ac nulla membrorum honeſtorum gratia decoratis. Idcirco audi vocẽ meam tot interiacentibus terris. Redde,redde, quod debes.Nam ſeruus,ſeruus es Chriſti & Chriſti ianorũ, vt illic ſis maior omnium noſtrum, & quia noſtri cauſſa tibi collatã præſentis gratiam,ſitientibus animis ſciẽtiaq fame cruciatis impertiri nõ dedigneris.Non ſum ſaltim pes, qui ad iniuncta diſcurrens poſsim aluo Eccleſię,membrorum ſcilicet iudici, obedientiæ diſcurſu parere,nec principatui capitis imperanti obſequẽdo placere.Quin & ſi de inhoneſtioribus mẽbris me eſſe ſciã:ſufficiat, quia quæ te conſtat à capite percepiſſe, per me eſt dignũ egerere,nec te,me nõ egerere,quãuis minimũ,Chriſti tamen ſanguine redẽptum.Nã nec dicit caput pedibus,nõ eſtis mihi neceſſarij,quoniã quæ vidẽtur mẽbra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt, & quæ putãtur ignobiliora eſſe,his honorẽ abũdantiorẽ circũdamus, &,quæ inhoneſtiora ſunt noſtra,maiorẽ honeſtatẽ habẽt. Sic itaq. creator noſter ac diſpẽſator cuncta diſpẽſat,vt cũ in altero alteri dona diuina,quæ in ſe nõ percipit,poſsidẽda tribuũtur,charitas cumuletur.Deniq. tunc bene multiformis gratia diſpẽſatur: quãdo acceptum donum & eis,qui hoc nõ habẽt, creditur:

ditur:quando propter eum,cui impẽditur, datum putatur.Hoc Apoſtoli capitulum à nobis in parte prætermiſſum, optimè nouit prudentia charitatis veſtræ huic rei congruere totũ,& quicquid ſummatim tetigi, te proculdubio noſſe melius,latet nullum. Itaq. hoc ſolùm ſupereſt,quod & magnopere peto,vt præſtes poſtulata,& ſi nõ pro me,ſaltim pro ipſa charitate diuinitus impertita. Pro qua iubemur & noſſe & præſtare omnia, & ſine qua nihil ſunt omnia. Sed & ſi qua ſuperflua,ſi qua negligenter,ſi qua minus humiliter aut inutiliter potius effudi,quàmdixi:cũcta quęſo benignè ſuſcipias,cũcta ignoſcas, cũcta ores,vt Deus ignoſcat.Ergo,& hoc noteſco, libros etymologiarum,quos à te Dño meo poſco, & ſi detrũcatos corroſoſq. iam à multis haberi. Inde rogo,vt eos mihi trãſcriptos integros, emendatos, & bene coaptatos digneris mittere, ne raptus auiditate in peruerſum cogar vitia pro virtutibus ab alijs ſumere, Ego autem opto quãuis nullius egeas,& vltroneę dicũtur putere merces,vt dignatio veſtræ benignitatis imperet nobis, in id quod poſſumus & valemus, tantum vt obſequio noſtro vtaris, immo charitate, quæ Deus eſt,perfruaris.Hisigitur expletis erũt mihi quæſtiones de ſacris diuiniſq paginis, quarum mihi expoſitionem cordis veſtri lumen aperiret,ſi tñ & nobis iubes reſplẽdere,& diuinæ legis obſcura reſerare. Nec ſi iſta,quæ peto,percepero,de illis ſilebo,ſed viam reſeras capiẽdæ fiduciæ.Cum in hac prima fronte non me confoderis ſtimulis verecundiæ,& ignauiæ meæ locum dederis veniæ,quod quem diligebas,quamlibet immeritum, non iuſſeris reprobare: quia ignominioſum valde videtur ac vile:ſi nec dũ ſatiatus quis charitate ab eo, quẽ amabat,inuenitur ſecedere.Obſequio aũt meę ſeruitutis dependo iura ſalutis, & quæſo pietatem ſanctiſsimæ veſtræ poteſtatis, vt pro me orare digneris: quatenus quotidie fluctuãtem animam in malis,tuo interceſſu lucreris & ad portũ tranquillitatis æternę deducas,erutam à miſerijs & ab ſcandalis. Dulce mihi fuit diu ad te loqui, quaſi coram poſitus vultum viderem tuæ faciei. Ideo nec verboſitatem caui: & temeritatem fortaſsis incurri.Sed aut hoc aut aliud agere debui,tantum vt quod noluiſti per humilitatem, ſaltim tribuas per tumultuãtem improbitatem. Ecce quantum audaciæ dedit mihi gratia veſtræ beneuolẽtiæ. Et ideo ſi quid in hoc diſplicuerit, ſibi imputet,quæ tãtùm amat,vt timorem tollat. Nam perfecta charitas foras mittit timorem. Speciali quoq. gratia fretus ſpeciali Dño, in quo vires ſanctæ Eccleſiæ cõſiſtũt, ſuggero, vt quia Euſebius noſter Metropolitanus deceſsit, habeas [c]miſericordiæ curam.Et hoc filio tuo noſtro Domino ſuggeras,vt vtilẽ illi loco præficiat,cuius doctrina & ſanctitas cæteris ſit vitæ forma. Hũc autem filium præſentem beatiſsimæ poteſtati veſtræ per omnia commendo,& tam de his,quæ hic ſuggeſsimus ,quã etiam de his,quę ſupra queſti ſumus,eloquio veſtro per eum illuſtrari mereamur.

[a] Ex Ou. *Gotth.* clamitantem *Rom.cod.*
[b] Ex Ou *Gotth.voce* ſtulti *in* ſtyli *tantùm mutata.*
[c] miſſe curam. *Veteres libri per compendium.*

Domino meo, et Dei ſeruo, Braulioni Epiſcopo, Iſidorus. 13

TVæ ſanctitatis epiſtolæ me in vrbe Toletana inuenerũt. Nã permotus fuerã cauſſa cõcilij.Sed quãuis iuſsio Principis in itinere poſitum remeare me admoniſſet, ego tamẽ quia propinquior erã præſentiæ ipſius,quã regreſsioni,maluipotius curſũ itineris nõ intercludere.Veni ad preſentiam, Principis, inueni,præſentẽ diaconũ tuum, per eum eloquia tua ſuſcipiens , amplexus ſum & legi,& de ſalute tua Deo gratias egi: deſiderio omni deſiderans quamuis debilis atq.feſſus, fiduciam tamen habens per Chriſtum in hac vita videndi te, quia ſpes non confunditur per charitatem,quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris . Codicem etymologiarum cum alijs codicibus de itinere tranſmiſi,& licet inemendatum præ inualitudine,tamen tibi modò ad emendandum ſtatueram offerre,ſi ad deſtinatũ cõcilij locum perueniſſem.De conſtituendo autẽ Epiſcopo Tarraconenſi nõ eam,quam petiſti,ſenſi ſententiam Regis: ſed tamen, & ipſe adhuc vbi certius cõuertat animũ, illi manet incertum. Peto autem, vt pro meis peccatis apud Dominum exiſtere digneris interceſſor,vt impetratu tuo deleãtur delicta mea , & remittantur facinora. *Item manu ſua.* Ora pro nobis beatiſsime Dominc,& egregie frater.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP.

REGVLA MONACHORVM.

PRÆFATIO.

PLVRA sunt præceptavel instituta maiorum, quæ à sanctis Patribus sparsim prolata reperiuntur, quæq. etiã nonnulli latiùs, vel obscuriùs posteritati composita tradiderunt: ad quorum exemplum nos hæc pauca vobis eligere ausi sumus, vsi sermone plebeio, vel rustico, vt quàm facillimè intelligatis, quo ordine professionis vestræ votum retineatis. Præterea quisquis vestrum illam vniuersam veterum disciplinam contẽdit appetere, pergat in quantum placet, & arduum illum limitem, atque angustum leuigato cursu incedat. Qui verò tanta iussa priorum explere nequierit, in huius limite disciplinæ gressus constituat, nec vltra declinandum disponat: nè dum declinatus appetit inferiora, tam vitam, quàm nomen monachi perdat. Qua propter sicut illa præcepta priorum perfectum monachum reddunt ac summum: ita faciunt ista vel vltimum. Illa custodiant perfecti, ista sequantur post peccatum conuersi.

De Monasterio. CAP. I.

IMPRIMIS, fratres charissimi, monasterium vestrum [a] miram conclauis diligentiã habeat, vt firmitatem custodiæ munimẽta claustrorum exhibeãt: inimicus enim noster Diabolus, sicut leo rugiens, circuit ore patẽti quærens vnumquemq. nostrum, quẽ deuoret. [a] Monasterij autem munitio tantùm ianuam extrinsecus habeat, vnumque posticum, per quem eatur ad hortum. Villa sanè longè remota debet esse à monasterio: ne vicinius posita aut labis inferat periculum, aut famam inficiat dignitatis.

A Cellulæ fratribus iuxta Ecclesiam constituantur, vt possint properare quantocyus ad officium. Locus autem ægrotantium remotus erit à basilica, vel cellulis fratrum, vt nulla inquietudine, vel clamoribus impediantur. Cellarium monachorum iuxta cœnaculum esse oportet, vt secus positum sine mora mensis ministerium præbeatur. Hortulus sanè intra monasterium sit inclusus, quatenus, dum intus monachi operantur, nulla occasione exteriùs euagentur.

[a] *Iustinian. constit. nouill. 133. cap. 1. in fine* ἐγὼ ἤκριβῶ ὁρισμῷ περιφραγμένον τὸ μοναστήριον, ὥστε μηδεμίαν ἔξοδον ἀλλαχόθεν πλὴν ἢ διὰ τῶν πυλίδων εἶναι.

[a] *De eligendo Abbate. CAP. II.*

ABbas interea eligendus est in institutione sanctæ vitæ duratus, atque inspectus patientiæ & humilitatis experimentis, qui etiam per exercitium vitam laboriosam tolerans, ac transcendens ætatem adolescentię iuuentute sua senectutem tetigerit: cui etiam maiores non dedignentur parêre, obedientes ei tam pro ætate, quàm etiã pro morũ probitate. Iste enim se imitandum in cunctis operum exemplis exhibebit: neque enim aliquid imperasse cuique licebit, quod ipse non fecerit. Singulos autem hortamentis mutuis excitabit, adloquens cunctos, exhortans, vel ædificans in eis, si quid eorum vitæ pro vniuscuiusq. gradu prodesse perspexerit. Circa omnes quoque seruans iustitiam, contra nullum liuore odij inardescens, omnes ex corde amplectens, nullum Conuersum despiciens, paratus etiam quorundam infirmitati compati misericordia, Apostolum sequẽs, qui dicit: facti sumus paruuli in medio vestrum, tãquam si nutrix foueat pullos suos.

[a] *Hoc caput penultimum est in codice Gotthico Ouetensi.*

De

De Monachis. CAP. III.

MOnachis autem summopere studendum est, vt Apostolicam vitam tenentes, sicut in vnum cõstituti esse noscuntur, ita cor habeant vnum: nihil sibi proprium vindicantes, nec quantulumcunque amorem rei priuatæ habentes, sed iuxta exemplum Apostolicum, omnia communia habentes, in præceptis Christi fideliter permanendo proficiant. Patri honorem debitum referentes, erga seniores obediẽtiam, erga æquales incitamenta virtutum, erga minores boni exempli magisterium conseruabunt. Nemo cæteris se iudicans meliorem, sed inferiorem se omnibus deputans tantò humilitate claresçat quãtò plus cæteris culmine virtutum coruscat. Abstineat se etiam à furore: & à detractione parcat monachus linguam. Indecenter quoque vel notabiliter non incedat, philargyriæ cõtagium, vt lethiferam pestem abhorreat, à turpibus verbis vel otiosis linguam auertat, atque indesinenter cor mundum labiaque exhibeat. Affectus quoque animi turpes ab intentione cogitationis abstergat, per compunctionem cordis in stadio se sanctæ meditationis exerceat. Torporem somni atque pigritiam fugiat, vigiliisq. & orationibus sine intermissione intendat, gulæ concupiscentiam deprimat, atq. abstinentiæ virtutibus semetipsum per studium domandarum libidinum affligat, domans ieiunijs carnem, quantùm valetudo corporis sinat, liuore quoq. inuidiæ de fraternis profectibus nequaquã tabescat, sed quietus atque pacificus per amorem fraternæ dilectionis de cunctorum gaudeat meritis, iracundiæ perturbationẽ reijciens, & patienter omnia sustinens: nulla tristitia, nullo temporali mœrore afficiatur, sed cõtra omnia aduersa interiori gaudio fretus, ipsam postremo vanæ gloriæ laudem procul à se abijciat, & Deo tantùm interiùs humili corde placere studeat, vt dum his virtutibus radiat, merito nomẽ suæ professionis retineat.

De Conuersis. CAP. IIII.

QVi renuntians sæculo ad monasterium venerit, non statim in cœtum deligendus est monachorum. Vitam enim vnicuiq. in hospitalitatis seruitium tribus mẽsibus considerare oportet: quibus peractis ad cœtum sanctæ cõgregationis accedet: neque enim intus suscipi quemquam cõuenit, nisi priùs foris positus eius humilitas, siue patientia comprobetur. Qui relicto sæculo ad militiam Christi pia & salubri humilitate conuertuntur, omnia sua primùm, aut indigentibus diuidant, aut monasterio conferant. Tunc enim serui Christi liberum animum diuinæ militiæ offerunt, quãdo à se spei secularis vincula cuncta præcidunt. Qui non rigida intentione conuertuntur, citò aut superbiæ morbo, aut vitio luxuriæ subdũtur. Nequaquã ergo debent à tepore inchoare, qui mũdo renuntiant, ne per ipsum teporem rursus in amorem sæculi cadant. Omnis Conuersus non est recipiendus in monasterio, nisi prius ipse scripto se spopõderit permansurum. Sicut enim ij, qui ad secularẽ promouentur militiam, in legionem non transeunt, nisi ante in tabulis conferantur: ita & ij, qui in spiritualibus castris cælesti militiæ sunt signandi, nisi prius professione verbi, aut scripti teneantur, in numerum societatemq. seruorum Christi transire non possunt. Qui in monasterio prior ingreditur, primus erit in cunctis, gradu vel ordine: nec quærendum est, si diues, aut pauper, seruus an liber, iuuenis an senex, rusticus aneruditus: in monachis enim nec ætas nec conditio quæritur, quia inter serui & liberi animam nulla est apud Deum differentia. Qui tamen iugo alienæ seruitutis adstrictus est, nisi Dominus vincula eius dissoluerit, nequaquam recipiendus est, scriptũ est enim: quis dimisit onagrũ, liberũ? & vincula eius quis soluit? Onager enim liber dimissus monachus est sine dominatu & impedimẽto sæculi deseruiens, & à turbis remotus. Tũc enim libera seruitute Deo quisq. famulatur, quando nullius carnalis conditionis pondere premitur. Vbi enim iam suaue iugum, & leue onus Christi est, durum & graue est portare seruitium sæculi. Qui aliquid habentes in sæculo conuertuntur, non ex tollantur, si de suis facultatibus quodcunque monasterio contulerunt: sed potius timeant, ne hic per superbiam eleuentur, & pereant. Quibus melius esset, si diuitias suas cum humilitate in sæculo fruerentur, quàm vt iam pauperes effecti, de earum distributione elatione superbiæ extollantur. Hi, qui de pau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertate in monasterio conuertuntur,non A
sunt despiciẽdi ab eis,qui seculi diuitias reliquerunt: quia apud Deum vnius ordinis habentur omnes,qui cõuertuntur ad Christum: neque enim differt,vtrùm ex inopi vel seruili cõditione ad seruitiũ Dei quisq. venerit, an ex generosa & locuplete vita:multi enim ex plebeio censu documentis virtutum eximijs enitentes prælatiores nobilibus facti sunt, eosque virtutum excellentia præuenerunt:& qui erant conditione infimi, virtutis merito effecti sunt primi sapientes.[a] Nam propterea infirma mundi elegit Deus,vt confunderet fortes: & ignobilia mundi, & ea quæ non sunt, vt ea,quæ sunt,euacuaret: vt nõ glorietur B
omnis caro coram illo. Qui ex paupertate ad monasterium veniunt, non extollantur in superbiam: quia se ibi æquales aspiciunt ijs,qui aliquid in seculo videbantur:neque enim dignum est,vt vbi diuites celsitudine depositra seculari ad humilitatem descendunt,ibi pauperes elatione mentis superbi efficiantur:qui oportet,vt depositra arrogãtia humiliter sapiant, suæq. paupertatis & inopiæ memores semper existant.

a Nam propterea *eod. testimonio est vsus libr. 2. de off. cap. 15.*

De opere Monachorum. Cap. V.

C

MOnachus semper operetur manibus suis ita, vt quibuslibet varijs opificum artibus laboribusque studium suum impẽdat,sequens Apostolum, qui dicit: neque panem gratis manducauimus, sed in labore & fatigatione nocte & die operantes:& iterum,qui non vult laborare,non manducet.Per otium enim libidines,& noxiarum cogitationum nutrimenta concrescunt: per laboris vero exercitium vitia nihilominus[a] elabuntur. Nequaquã debet mo- D
nachus dedignari versari in opere aliquo monasterij vsibus necessario.Nam Patriarchæ greges pauerunt,& Gentiles Philosophi sutores, & sartores fuerunt, & Ioseph iustus,cui Virgo Maria desponsata extitit, faber ferrarius fuit. Siquidem & Petrus Princeps Apostolorum piscatoris officium gesit, & omnes Apostoli corporale opus faciebant vnde vitam corporis sustentabant. Si igitur tantæ auctoritatis homines laboribus, & operibus etiam rusticanis in- A
seruierunt, quantò magis monachi, quos oportet non solùm vitæ suæ necessaria proprijs manibus exhibere,sed etiam indigentiam aliorum laboribus suis reficere. Qui viribus corporis & integritate salutis consistunt, si in opere otiosi sunt, dupliciter peccare noscuntur: quia non solùm non laborant,sed etiam alios vitiant, & ad imitationẽ suam inuitant.Propterea enim quisq. cõuertitur, vt Deo seruiens laboris habeat curam: non vt otio deditus inertia pigritiaque pascatur. Qui si volunt lectioni vacare,vt non operentur: ipsi lectioni contumaces existunt, quia non faciunt,quod ibi legunt: ibi enim scriptum est, operantes suum panẽ manducent:& iterum,ipsi enim scitis,quomodo oportet imitari nos, quia non inquieti fuimus inter vos,neq. panem gratis ab aliquo manducauimus, sed in labore & fatigatione die ac nocte operantes, ne quem vestrum grauaremus. Qui per infirmitatem corporis operari nõ possunt, humaniùs clementiùsque tractandi sunt. Qui verò sani sunt,& fallunt, proculdubio dolendi atque lugendi sunt, quia non corpore,sed,quod peius est, mẽte ægroti sunt: qui etsi humanis oculis conuinci non possunt,Deum tamen latere non possunt. Tales igitur aut ferendi sunt, si ægritudo latet:aut distringendi, si sanitas pateat.Monachi operantes meditari, aut psallere debent, [b] vt carminis verbique Dei delectatione consolentur ipsum laborem. Si enim seculares opifices inter ipsos labores amatoria turpia cantare non desinunt, atq. ita ora sua in cantibus & fabulis implicant, vt ab opere manus non subtrahant, quantò magis serui Christi:qui sic manibus operari debent,vt semper laudem Dei in ore habeant,& linguis eius psalmis & hymnis inseruiant. Laborandum est enim corpore animi fixa in Deum intentione:sicque manus in opere implicanda est, vt mens non auertatur à Deo. Proprijs autem temporibus oportet operari monachũ, & proprijs orationi,lectionique incũbere.Horas enim debet habere monachus congruas ad singula officia deputatas. Partes autem annui temporis suis quibusque operibus taliter deputantur. Æstate enim à manè vsque ad horam tertiam laborare oportet: à tertia autem vsq. ad sextam lectioni vacare: de hinc vsq. ad nonam requiescere: post nonam autem vsq. ad tempus vespertinum iterum

iterum operari. Alio autem tẽpore, id est, A
autumno & hyeme, siue vere à manè vsq. ad tertiam legendum: post celebrationem tertiæ vsq. ad nonam laborandum est:post refectionem autem nonæ aut operari oportet aut legere, aut sono vocis aliquid meditari. Quæcumque autem operantur monachi manibus suis, præposito deferant, præpositus autem principi monachorum: nihil operis apud fratrem remaneat,ne sollicitudinis eius cura mentem ab intẽtione contemplationis auertat. Horti olera vel apparatus ciborum proprijs sibi manibus fratres exerceant:ędificiorum autem con- B
structio,vel cultus agrorum ad opus seruorum pertinebunt.Nullus monachus amore priuati operis illigetur,sed omnes in communi laborantes patribus sine obmurmuratione obtẽperare debent: ne forte murmurãdo pereant, sicut perierũt,qui in deserto murmurauerunt.Si enim illis paruulis adhuc in lege, & rudibus nequaquam indultum est, quantò magis ijs, qui perfectionis legem perceperunt, non parcet, si talia gesserint.

a vt carminis *lib. 2. de off. c. 15.* canunt autem psalmos manibus operantes,& ipsum laborem,tãquam diuino celeumate consolantur.
b elabuntur *ex Gotth. al.* euelluntur.

De officio. Cap. VI.

IN psallendis autem officijs ita erit discretio: dato enim legitimis tẽporibus signo ad horas canonicas, [a] festina cum properatione,omnes ad chorum occurrant nulliq. ante expletum officium licebit egredi prẽter eum, quem necessitas naturæ compulerit.Recitantibus autem monachis, [b] post consummationẽ singulorum psalmorũ prostrati omnes humi pariter adorabunt,celeriterque surgentes psalmos sequentes incipiant,eodemque modo per singula officia faciant. Quando celebrantur psalmorum D
spiritualia sacramenta, refugiat monachus risus vel fabulas: sed hoc meditetur corde, quod psallitur ore.In tertia,sexta,vel nona: tres psalmi dicẽdi sunt, responsoriũ vnum, lectiones ex veteri nouoque Testamento, [c] duæ, deinde laudes,hymnus atq. oratio. In vespertinis autem officijs, [d] primò lucernarium,deinde psalmi duo,responsorius vnus, & laudes hymnus atq. oratio dicẽda est. Post vespertinum autem congregatis fratribus oportet,vel aliquid meditari, vel de aliquibus diuinæ lectionis quæstionibus disputare,conferendo piè & salubriter.Tãtumque meditando disputandoque immorari, quoad vsq. completorij tempus possit occurrere.Ante somnum autem,sicut mos est, peracto completorio, vale dictis inuicem fratribus, cum omni cautela, & silentio requiescẽdũ est,vsq. quo ad vigilias cõsurgatur. In quotidianis verò officijs vigiliarum primùm tres psalmi canonici recitandi sunt, [e] deinde tres missæ psalmorum, quarta canticorum, quinta matutinorum officiorum. In Dominicis vero diebus, vel festiuitatibus Martyrum, sollemnitatis caussa singulæ super adijciendæ sunt missæ.Verùm in vigilijs recitandis aderit vsque in matutinis psallendi canendiq. consuetudo,vt vtroq. modo seruorum Dei mentes diuersitatis oblectamẽto exerceãtur, & ad laudẽ Dei sine fastidio affluẽtius excitentur. Post vigilias autem vsque ad Matutinum requiescendum,aut aliquid perlegendum erit.Post Matutinum autem aut operandum aliquid aut legendum,lectiones autẽ ex nouo aut veteri Testamẽto tempore officij quotidianis diebus recitẽtur. Sabbatho autem die atq. Dominico ex nouo tantùm pronũtientur.Monachus C
autem corporis sanitate consistens, si vigilijs,vel quotidianis officijs defuerit,perdat communionem,si sanitas patet.

a *Festina cum properatione idem lib. 2. de offi. c. 15.* Cõuenunt autem omnes frequenter nocte ac die festina cum properatione ad orationem.
b Post consummationem. *Vid. Cass. lib. 2. c. 7.*
c Duæ deinde laudes, *Hoc est Alleluia, vt constat ex lib. 1. de off. c. 15.*
d Primo lucernarium. *Vid. ann. in Cass.*
e Deinde tres missæ. *Vid. ann. in Cass.*

De collatione. Cap. VII.

AD [a] audiendum in collatione Patrem D
tribus in hebdomada vicibus, fratres post celebrationem tertiæ, dato signo,ad collectam conueniant: audiant docentem seniorem instruentem cunctos salutaribus præceptis:audiãt Patrem studio summo & silentio, intentionem animorum suorum suspirijs & gemitibus demonstrantes. Ipsa quoque collatio erit, vel pro corrigendis vitijs instruendisque moribus,vel pro reliquis caussis ad vtilitatem cœnobij pertinentibus.Quòd si talia desunt,pro consuetudine tamen disciplinæ, nequaquam erit omit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

omittẽda collatio, ſed in præfinitis diebus, cunctis pariter congregatis, præcepta Patrum regularia recenſenda ſunt: vt qui nec dum didicerunt, percipiant, quod ſequuntur: qui verò didicerunt, frequẽti memoria admoniti, ſollicitè cuſtodiant, quod nouerunt. Sedentes autem omnes in collatione tacebunt, niſi forte quem auctoritas Patris præceperit, vt loquatur.

a Ad audiendum in coll. Patrem. *Ead. 2. de off. c. 15.*

De codicibus. CAP. VIII.

OMnes codices cuſtos ſacrarij habeat deputatos, à quo ſingulos ſinguli fratres accipiant, quos prudenter lectos, vel habitos, ſemper poſt veſperam reddant. Prima autem hora codices ſingulis diebus [a] petantur: qui verò tardiùs poſtulat, nequaquã accipiat. De his autem quæſtionibus, quæ leguntur, nec forte intelliguntur, vnuſquiſque fratrum aut in collatione, aut poſt veſperam Abbatem interroget, & recitata in loco lectione, ab eo expoſitionem ſuſcipiat, ita vt, dum vni exponitur, cæteri audiant. Gentilium libros vel hæreticorum volumina monachus legere caueat: melius eſt enim eorum pernicioſa dogmata ignorare, quàm per experientiam in aliquem laqueum erroris incurrere.

a Petantur: expetantur. *Gotth.*

De menſis. CAP. IX.

TEmpore, quo refectionis debitum ſoluitur, clauſtra monaſterij obſerẽtur, [a] nec oculus extraneus intereſſe præſumat, ne quietem fraternã præſentia ſua impediat. Refectionis tempore dato ſigno pariter omnes concurrant. Qui autem ad menſam tardiùs venerit, aut pœnitentiam agat, aut ieiunus ad ſuum opus vel cubile recurrat. Nemo autẽ ad veſcendum ibit, antequam ad vocandum omnes vox ſigni ſolita inſonuerit. Refectorium pariter vnum erit: ad ſingulas menſas deni conueſcentes reſideant: reliqua turba paruulorum adſiſtẽt. Tempore conueſcentium fratrum, omnes diſciplinæ gerant ſilentium, Apoſtolo obtemperantes, qui dicit: cũm ſilentio operãtes ſuum panem manducent. Vnus tamen in medio reſidens benedictione accepta de ſcripturis aliquid legat, cæteri veſcentes tacebunt, lectionem attentiſsimè audientes, vt ſicut illis corporalis cibus refectionem carnis præſtat, ita mentem eorum ſpiritualis [b] ſermo reficiat. Nullus ad menſas clamor excitetur, ſoli tantùm Prępoſito ſollicitudo maneat in his, quę ſunt veſcẽtibus neceſſaria. Abbas, citra lãguoris neceſsitatem, cibos in conſpectu pariter cum fratribus ſumat: nec aliud, quàm cæteri, nec cultius, quàm quæ in communi conſiſtũt, præparari ſibi quidpiam expetat: ſicque fit, vt, dum præſens eſt, omnia diligentius adminiſtrentur: & dum communia ſunt ſalubriter & cum charitate ſumantur. Æqualia quippe erunt menſura omnium fercula, ſimilibuſque alimentis cuncti reficiẽdi ſunt fratres. Quidquid pręſens refectio dederit, omnes ſine murmuratione percipiant: nec id deſiderent, quod edendi voluntas appetit, ſed quod naturæ neceſsitas quærit. Scriptum eſt enim: carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Per omnem autẽ hebdomadam fratres viles olerũ cibos, [c] ac pallentia vtantur legumina. Diebus vero ſanctis [d] inducant cum oleribus leuiſsimarum carnium alimenta. Non erit vſque ad ſatietatem reficiẽdum corpus, ne forte intereat animus: nam ex plenitudine ventris citò excitatur luxuria carnis. Qui autem appetitum edacitatis reprimit, ſine dubio laſciuiæ motus reſtringit. Tanta cum diſcretione reficiendum eſt corpus, vt nec nimia abſtinentia debilitetur, nec ſuperflua edacitate ad laſciuiam moueatur. In vtroq. ergo temperantia adhibẽda eſt: ſcilicet, vt & vitia carnis non præualeant, & vis ad miniſterium bonę operationis ſufficiat. Quicunq. ad mẽſam reſidens à carnibus vel vino abſtinere voluerit, non eſt prohibendus: abſtinentia enim non prohibetur, ſed potius conlauda tur: tãtum ne ex contemptu creatura Dei humanis conceſſa vſibus execretur. [e] Nullum eſui furtiua contaminatio polluat, aut impudens, vel priuatus extra cõmunẽ mẽſam appetitus: excommunicationis enim ſententiæ ſubiacebit, qui vel occultè vel extra ordinariam menſam aliquid deguſtauerit. Ante refectionis tempus nullus veſci audeat, præter eum, qui ægrotat: qui enim tempus edendi anteceſſerit, ſubſequentibus pœnis abſtinentiæ ſubiacebit. Sitienti, aut cuiuſpiam defectum patienti ante edẽdi tempus conſulendũ eſt, Abbate, vel Prępoſito ordinante, non tamen palàm, ne forte

te ſitire, vel eſurire alios cogat. Hebdomadarius ſolus cibos deguſtet, nec quis id alius audeat, nec ſub occaſione deguſtandi gulæ, vel gutturi ſatisfaciat. Laici miniſtri menſis monachorum nullatenus intere runt, nec enim poterit illis menſæ communis eſſe locus, quibus diuerſus eſt propoſitus. Monachi cum à menſa ſurrexerint, ad orationẽ omnes concurrant. Quod menſæ redundauerit, omni cura ſeruatum egentibus diſpenſetur. In refectione monachorũ à diebus Pentecoſtes vſq. ad autumni principium tota æſtas interdiana prandia inuitet, reliquum tempus ſuſpendat prandia: cœna tantùm apponatur. In vtriſq. temporibus refectio menſæ tribus erit pulmentis olerum ſcilicet, & leguminũ, &, ſiquid tertium fuerit, id eſt, pomorum. Ternis quoq. poculis fraterna reficienda eſt ſitis. In obſeruatione autẽ Quadrageſimali, ſicut fieri ſolet poſt exemptum ieiuniũ, pane ſolo & aqua contenti omnes erũt, à vino quoq. & oleo abſtinebunt.

a Nec oculus extran. *Ex Gotth. al.* nec vllus extraneus.
b Sermo reficiat *vox* ſermo, *non eſt in Gotth.*
c Pallẽtia legumina *2. de off. c. 12.* Antiqui pridie quam cantandum erat, cibis abſtinebant, pallentia tantùm legumina cauſſa vocis ſumebant, vnde vulgo cantores fabarij dicti ſunt.
d Inducant *Ex Gotth. al.* interdum.
e Nullum furtiua contaminatio. *Caſſ. lib. 4 c. 16. inter monachorum delicta numerat extraordinariam, aut furtiuam refectionem.*

De ferijs. CAP. X.

HÆ ſunt feriæ monachorum, in quibus ieiunia conquieſcunt. In primis venerabilis dies Dominicus nomini Chriſti dicatus. Qui, ſicut propter myſterium reſurrectionis eius ſolemnis eſt, ita & apud omnes ſeruos eius celebritatem conuiuij voti uo gaudio retinebit. Item à primo die Paſchę vſq. ad Pentecoſten, quinquaginta ſicilicet quotidianis diebus, ieiunium à ſanctis Patribus diſſolutum eſt: propter reſurrectione videlicet Chriſti & aduentum Spiritus ſancti: vt hi dies non in figura laboris, quod Quadrageſimę tẽpus ſignificat, ſed in quiete lætitiæ laxatis ieiunijs celebrentur. Placuit etiam Patribus à die natalis Domini vſq ad diem circunciſionis ſollemne tempus efficere, licentiamq. veſcendi habere: non aliter & dies Epiphaniorum veteri regula reficiendi indulgentiam conſequuta eſt: ſiquidẽ & dum quiſq. fratrum [a] conuertuntur, aut ex alijs monaſterijs fratres viſitãdi gratia occurrunt, pro charitate adimplenda interrumpuntur ieiunia. Prẽter hęc alia tempora liberè, libenterq. cultui ieiuniorũ inſeruiant. Si qui autem monachorũ prædictis temporibus ieiunare diſponunt, nequaquam prohibendi ſunt: nam & multi antiquorum Patrum his diebus in eremo abſtinuiſſe, nec aliquando ieiunia ſoluiſſe leguntur, niſi tantũ diebus Dominicis propter reſurrectionem Chriſti.

a Dum quiſq. fratrum conuenerit. *Gotth.*

De Ieiunio CAP. XI.

IEiuniorum autem hos dies potiſsimè veteres elegerunt. Primum ieiunium Quadrageſimę quotidianum, in quo maior abſtinentiæ obſeruẽtia manebit in monachis, quando non ſolum à prandijs, ſed etiam à vino & oleo abſtinent. Secundum ieiuniũ interdianum poſt Pentecoſten alia die inchoatum vſq. ad æquinoctium autumnale protenditur, ternis ſcilicet diebus per ſingulas hebdomadas propter æſtiuos ſolis ardores ieiunium celebratur. Tertium ſequitur quotidianũ ieiunium, ab octauo Kalendas octobris vſq. ad natalẽ Dominicum, in quo quotidiana ieiunia nequaquam ſoluũtur. Quartum item quotidianum ieiunium poſt diem circunciſionis exoritur, peragiturq. vſq. ad ſollemnia Paſchæ. Hi autẽ, qui vetuſtate corporis conſumpti, aut teneræ ætatis fragilitate detenti ſunt, nõ ſunt quotidianis ieiunijs exercendi, ne aut ſeneſcẽs ætas antequam moriatur deficiat: aut creſcẽs, priuſquam proficiat, cadat: & ante intereat, quàm bonum facere diſcat.

De habitu monachorum. CAP. XII.

CVltus veſtium, vel indumentorum inſignes monacho deponẽdi. Munitus debet eſſe monachus non delicatus: ſicut autem non oportet in monacho eſſe notabilis habitus, ita nec ſatis abiectus: nam prætioſa veſtis animum ad laſciuiam pertrahit, nimis vilis aut doloré cordis parit, aut morbum vanæ gloriæ contrahit. Veſtimenta nõ erunt æqualiter diſtribuenda omnibus, ſed

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cũ discretione,prout cuiusq. ætas graduſq. A expoſtulat:nita enim Apoſtolos feciſſe legimus,ſicut ſcriptũ eſt:erãt illis omnia cõmunia:& diſtribuebatur vnicuiq.,prout opus erat.Vniuſcuiuſq.fratris ſupplementun,vel indigentia inſpiciatur:vt qui habent, contenti ſint:& qui non habent,accipiãt: nam habẽti nõ dabitur,vt ſit,vnde egentibus diſtribuatur.Porro linteo non oportet monachum indui:orarium,[a]birros, planetas non eſt fas vti,neq. indumenta, vel calciamenta,quæ generaliter cætera monaſteria abutuntur.Ternis autem tunicis , & binis pallijs , & ſingulis cucullis contenti erunt ſerui Chriſti, quibus ſuperadijcietur melotes B pellicea,mapula,manicę quoq.[b]pedules & caligæ. His tantum contenti erunt, nihil præterea aliud præſumentes. Pedules autem vtendi in monaſterio, quãdiu hyemis coegerit violentia:ſiue dum fratres gradiũtur in itinere,vel proficiſcuntur ad vrbem. Monachi autem in monaſterio pallijs ſemper operiantur,vt pro honeſtate tecti incedant,& pro miniſterio operis expediti diſcurrant.Sanè ſi quis forte pallium non habet,humeris mapulam ſuperponat. Nullus monachorum vultus curam gerat, per quẽ laſciuiæ,& petulantiæ crimen incurrat, nõ eſt enim mente caſtus , cuius aut corporis C cultus,autimpudicus extat inceſſus.Nullus monachorum comam nutrire debet : nam qui hoc imitatur, etſi ipſi hoc ad decipiendum homines per ſpeciem ſimulationis nõ faciant,alios tamen ſcandalizant,ponentes offendiculum infirmis,& ſanctum propoſitum vſque ad blaſphemiam perducentes. Tondere debet ergo iſte, quãdo & omnes, immo & ſimul,ac pariter omnes.Nã reprehenſibile eſt,diuerſum habere cultum, vbi non eſt diuerſus propoſitus.

[a] Birros,planetas. *Vid.annot.in Caſsian.*

[b] Pedules & caligas. *S. Benedictus in Regula cap. 55. indumenta pedum pedules & caligas. Smaragd.* Pedules modo dicimus calceos, caligas nos ſubtalares,vel ſoccos vocamus.

De ſtramentis. CAP. XIII.

ABbatẽ cum fratribus pariter in congregatione commorari oportet, vt communis conuerſatio & teſtimonium bonæ vitæ,& reuerẽtiam prębeat diſciplinę. Fratres quoq.omnes,ſi poſsibile eſt,in vno cõclaui cõmorari decet.Quod ſi difficile fuerit,certe vel decem,quibus vnus eſt prępo nẽdus decanus,quaſi rector & cuſtos. Speciosam , vel variam ſuppellectilẽ monachũ habere conlicet,cuius ſtratus erit ſtoria,& ſtragulũ pelles lanatę duæ,[a] galnapis quoq. & faciſtergium,geminuſq.ad caput puluillus. Per ſingulos menſes Abbas , ſiue Præpoſitus lectulos cũctorũ perſpiciat, nequid indigeant fratres, nec ſuperfluum habeãt. Nocte, dum ad dormiẽdum vadũt,ſeu poſt quam quieſcitur,vnus alteri nemo loquatur.Duobus in vno lecto iacere nõ licet.In nocturnis tenebris nemo loquatur fratri, cui obuiat. Iuncta autem nocte dormientium lucerna locũ illuminet,vt depulſis tenebris teſtimonium pateat ſingularis quietis. Strat[a] monachi in nulla turpi cogitatione verſetur, ſed in ſola contẽplatione Dei: accubans & requiem corporis & quietem habeat cordis,cogitationeſq.prauas à ſe repellat,bonaſq. amplectens,turpes à ſe reijciat:nam animi motus imaginibus ſuis agitatur, & qualis vigilantis cogitatio fuerit, talis & imago per ſoporẽ occurit. Qui nocturna illuſione polluitur,publicare hoc Patri monaſterij non moretur,culpęq.ſuæ merito hoc tribuat, & occultò pœnitentiam agat,ſciẽs quia niſi præceſsiſſet in eo luxus animi turpia cogitantis, non ſequerentur C ſordidæ,atq. immundæ pollutiones : quem enim præuenit cogitatio illicita, tentatio illum citò fœdat immunda. Qui nocturno deluſus phantaſmate fuerit, tempore officij in ſacrarium ſtabit, nec audebit eadẽ die Eccleſiam introire, antequam ſit lotus, & aquis & lacrymis. In Lege quippe qui ſomno nocturno polluebatur, egredi iubebatur à caſtris, nec regredi priuſquam ad veſperã lauaretur. Etſi illi in carnali populo ita faciebãt, quid ſpiritualis ſeruus Chriſti facere debet, qui magis cõtaminationẽ ſuã debet reſpicere,& lõgè ab altario poſitus mẽte,&corpore pertimeſcere,atq.in fi- D gura aquę,pœnitẽtię lacrymas adhibere,vt nõ ſolùm aquis,ſed etiã fletibus ſtudeat ablui, quod forte per culpã occultã immũda cõtaminatio polluit? Qui fornicationis tentamentis exæſtuat, oret indeſinenter, atq.abſtineat nec erubeſcat cõfiteri libidinis æſtum,quo vritur:quia vitium detectũ cito curatur,latens vero quantò amplius occultatum fuerit,tanto magis profundius ſerpit,quod reuera qui publicare negligit, curari minimè cupit.

[a] Galnapis quoq. *Smaragd. ad c. 55. Regul. S. Benedicti.* Lena (inquit) ſpecies veſtis eſt, quam nos tonxam dicimus, alij verò galnapem vocant, legitur quoq. vox galnapis ſine interpretatione 19. etymolog. c. 26.

[b] Iuncta autem nocte,&c. Ex *Gotth. al.* Lux autẽ nocte dormientium locum illuminet.

De delinquentibus. CAP. XIIII.

SI quis in aliquo leui delicto titubans oberrauerit, ſemel atque iterum admonendus eſt: qui,ſi poſt ſecũdam admonitionem nequaquam fuerit emendatus,congrua animadverſione coërceatur. Peccantem autem nullus occultet:criminis enim eſt conſenſio poſt ſecundam admonitionem celare quempiam peccantem. B

De ſæpius peccante. CAP. XV.

SI quis ſæpius peccãtem viderit,prius hoc vni vel duobus demõſtret fratribus, quorũ teſtimonio poſsit cõuinci. Si negauerit, qui deliquit: peccatum palam commiſſum palam eſt arguendum : vt dum manifeſtè peccans emendatur,ij,qui eum in malo imitati ſunt,corrigantur.Sicut autem vnius delicto ſæpè multi pereunt,ita vnius emendatione pleruną. multi ſaluantur.

De culpa indulgenda,vel culpati correctione. CAP. XVI.

QVi verò in fratrem peccauerit, ſi ſtatim reminiſcens ad veniam poſcendam fuerit inclinatus,percipiat ab eo indulgentiam,cui ignoſcitur intuliſſe iniuriam. Qui aũt nõ petit,aut non exanimo poſcit:in collationẽ deductus iuxta exceſſum iniurię cõgruæ ſubiaceat diſciplinæ.Qui ſibi inuicem conuicia obijciunt , ſi iterum inuicem ſibi celeriter laxando ignoſcunt,hi ab alio iudicandi non ſunt:quia pariter ſibi veniam dare feſtinauerunt : ſi tamen excedere in ſemetipſos frequentiùs non præſumant. Qui ſponte culpam confitetur,quam geſsit, veniam promereri debet,quam expetet.Oretur igitur pro eo, eique confeſtim,ſi leuis culpa eſt,poſtulata indulgentia prębeatur. Qui pro graui vitio ſæpe excommunicatus emendari neglexerit, tamdui damnationi ſubiaceat,quouſq,vitia inolita deponat, vt quem ſemel inlata animaduerſio nõ coër- A cuit, frequens ſcueritas cenſeat emendandum. Quamuis frequentium grauiorumq. vitiorum voragine ſit quiſquam immerſus, non tamen eſt à monaſterio proijciendus, ſed iuxta qualitatem coërcendus:ne forte qui poterat per diuturnam pœnitudinem emendari , dum proijcitur, ore Diaboli deuoretur.

De delictis. CAP. XVII.

DElicta autem aut grauia ſunt, aut leuia. Leuioris culpæ reus eſt: qui otioſus eſſe dilexit, qui ad officium,vel ad collationem vel ad menſam tardius venerit,qui in choro horis riſerit, fabuliſue vacauerit : qui relicto officio , vel opere extra neceſsitatis cauſſam foras diſceſſerit: qui torporem aut ſomnum amauerit:qui ſæpius iurauerit:qui multiloquus fuerit:qui miniſterium cuiuſlibet operis iniunctũ ſibi ſine benedictione ſuſceperit, aut perfecto opere benedictionem minimè poſtulauerit: qui iniunctum opus negligenter , vel tardius expleuerit: qui caſu aliquid fregerit : qui damnum rei paruæ intulerit : qui codicem negligenter vſus fuerit: [a] qui alicubi ad momentum ceſſerit : qui occultè ab aliquo litteras , vel C quodlibet munus acceperit : vel epiſtolam ſuſcipiens ſine Abbatis conſenſu reſcripſerit:vel quemlibet parentum,ſeu ſecularium ſine iuſſu Senioris, aut viderit, aut cum eis locutus fuerit : qui Seniori inobediens fuerit:[b] qui contumaciter Seniori reſponderit: qui erga Seniorẽ linguã non repreſſerit, qui laſciuus in lingua fuerit : qui inhoneſtè inceſſerit:qui iocauerit: qui ſatis riſerit :[c] qui cum excommunicato locutus fuerit,oraverit, aut comederit:qui illuſionẽ nocturnam Patri non patefecerit. Hæc igitur & his ſimilia triduana excommunicatione emendanda ſunt. Grauiori autem culpæ obnoxius eſt , ſi temulentus quiſquam ſit, ſi diſcors,ſi turpiloquus , ſi fœminarum familiaris , ſi ſeminans diſcordias , ſi iracundus , ſi altæ & erectæ ceruicis , ſi mente tumidus, vel iactanti inceſſu immoderatus , ſi detractor , ſi ſuſurro , vel inuidus , ſi præſumptor rei peculiaris , [d] ſi pecuniæ contagio implicitus, ſi aliquid præter regularem diſpenſationem ſuperfluũ poſsidens,ſi fraudator rei acceptæ, aut cõmiſſæ ſibi, aut minus D

Universidad de Deusto
Biblioteca

commissæ. Inter hęc, si de rebus secum allatis extulerit, vel de ijs per inobedientiam murmurauerit, si falsum dixerit, si contentiones vel rixas amauerit, si manifestum cõuicium fratri intulerit, si personam innocẽtem falso crimine maculauerit, si contumaci animo Seniorem despexerit, si rancorem aduersus fratrem tenuerit, si peccanti in se & postea supplicanti veniã nõ concesserit, si cum paruulis iocauerit, riserit, vel eos osculatus fuerit, si cum altero in vno lecto iacuerit, si rei maioris damnum intulerit, si furatus fuerit, si periurauerit, si extra communem mensam priuatim vel furtim quippiam sumpserit, si alicubi extra consultum Præpositi, vel Abbatis discedens medio die, vel amplius commoratus fuerit, si, vt otiosus sit, falsam infirmitatem prætẽderit. Hæc & his similia iuxta arbitrium Patris diuturna excommunicatione purganda sunt, & flagellis emendanda: vt qui grauius peccasse noscuntur, acriori seueritate coerceantur: consideratis tamen personis; qui sint humiles, quiúe superbi.

[a] *Cass. libr. 4 cap. 16.* Si ad punctum tẽporis vspiam secesserit *& paullò post*: si epistolã cuiusq. susc ipere, si rescribere sine Abbate suo tentauerit.

[b] *Cassian. ibid.* Si superfluo, si duriùs, si contumacius responderit.

[c] *Cass.* Si orauerit cum eo, qui est ab oratione suspensus.

[d] *Cass.* Philargyriæ contagio affectus, atq. possessio rerum superfluarum.

De excõmunicatione. Cap. XVIII.

SAtisfactio delinquentium hæc est, in officio fratribus constitutis, peracto pœnitẽtiæ tempore, vocatus is, qui excommunicatus est, soluet statim cingulum [a] humiq. extra chorum prostratus iacebit agens pœnitentiam, quousq. expleatur celebritas: cumq. iussus fuerit ab Abbate de solo surgere, ingrediẽsq. in chorum, data oratione pro eo ab Abbate, & respondentibus cunctis amen, surgat, atq ab omnibus pro negligentia veniam poscat, adepturus indulgentiam post huius emendatorię satisfactionis censuram. In minori verò ætate constituti non sunt coercendi sententia excommunicationis, sed pro qualitate negligentiæ congruis affligendi sunt plagis: vt quos ætatis infirmitas à culpa non reuocat, flagelli disciplina compescat. Excommunicati autem ab ijs locis, quibus fuerint constituti ante pœnitentiæ tempus expletum prohibeantur progredi. Ad excommunicatum nulli licebit ingredi citra imperium Senioris. [b] Cum excommunicato neq. orare, neq. loqui cuilibet licebit. Cum excommunicato nulli penitus vesci liceat, ne ipsi quidem, qui alimenta victui præbet. Si excõmunicatio biduana fuerit, excommunicato nihil alimenti præbendum est: certè si plurimorum dierum illata fuerit communionis suspensio, sola panis & aquæ in vespertinum erit adhibenda refectio. Excõmunicatis præter hyemis violẽtiam [c] cubile humus erit, stratum, siue storia: amictus autẽ, tegmen rasum, aut certe cilicium: calciamẽtum, aut sparteę, aut quodlibet genus solearũ. Excommunicandi potestatem habeant Pater mouasterij, siue Prępositus: reliqui autem excessus monachorum in collectam Abbati vel Præposito deferentur, vt is, qui deliquisse cognoscitur, competenti seueritate coẽrceatur.

[a] Humiq. extra chorum prostrat. Ex *Gotth. Cass. libr. 4. cap. 16.* cunctis in synaxi fratribus congregatis, tandiu prostratus in terra veniam postulabit, donec orationum consummetur sollemnitas, impetraturus eam, cum iussus fuerit Abbatis iudicio de solo surgere.

[b] *Smaragdus c. 26.* Hinc Isidorus ait: Cum excommunicato neq. orare, neq. loqui cuiquam licebit, cum excommunicato nulli penitus vesci licet, ne ipsi quidem, qui alimentum victui præbet.

[c] Cubile humus. *Smaragd.* Lectus eorum aut nuda humus, aut certè storia, id est, matta super humum.

De familiari vita. Cap. XIX.

MOnachi in cõmuni viuentes nihil peculiare sibi facere audeant: neq. in suis cellulis quidquam quod ad victum, vel habitũ, vel ad quamlibet rem aliam pertineat, sine regulari dispensatione Abbatis possidere præsumant. In Pentecoste autem, quę est dies remissionis, omnes fratres sub diuina professione se alligent, nihil peculiare apud cõscientiã suã habere. Si quod à parẽtibus, vel extraneis munus cuilibet monacho fuerit directum, in conuentum fratrum redactum sit, vt cui necesse erit, præbeatur. Monachus enim quidquid acquirit, nõ sibi, sed monasterio acquirit. Null[a] peculiariter separatã sibi ad habitãdum cellulã expetat, in qua priuatim à cœtu remotus viuat, prẽter eum, qui fortasse morbo vel ætate defessus, & hoc ex consultu Patris monasterij promeruerit. Cæteri vero, quibus nec languor, nec senectus inest, in sancta societate communem vitam & conuersationem retinebunt. Nullus separatam cellulam à cœtu remotus sibi expetet, in qua [a] subsidio reclusionis, aut instanti otio, aut latenti vitio seruiatur, & maximè [b] vanæ gloriæ aut mundialis opinionis famæ. Nam plerique proinde recluſi latere volunt, vt pateant, vt qui viles erant, aut ignorabantur foris positi, sciantur, atq. honorentur in cluſi. Nam reuera omnis: qui propter vitæ quietem à turbis discedit, quantò magis à publico separatur, tãto minus latet. O portet ergo tales in sancta societate commorari, atq. sub testimonio vitam suam transigere, vt si quid in eis vitiorum est, dum nõ celatur, curetur: si quid vero virtutũ, ad imitamentum proficiat aliorum, dum humilitatis eorum exempla alij contuentes, eruditur. Non est præsumendum sine conscięntia Abbatis egenis, vel quibus libet cõferre de eo, quod regulari dispensatione noscitur monachus possidere: nec cum alio fratre quippiam cõmutare, nisi Abbas vel Præpositus illi iusserit nulli licebit: nec habebit quispiam præter illa, quæ communi monasterij lege cõcessa sunt de rebus monasterij. Abbati, vel monacho monasterij seruum non licebit facere liberũ, qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienæ dare non debet. Nam sicut seculi leges sanxerunt, non potest alienari possessio, nisi à proprio domino: ita & omne, quod in monasterio in nummo ingreditur, sub testimonio seniorum accipiẽdum. Eadem pecunia in tribus partibus diuidenda est: quarũ erit vna pro infirmis & senibus & pro aliquo coemendo in diebus sanctis [c] cultius ad victum fratrum: alia pro egenis: tertia pro vestimẽtis fratrum & puerorum, vel quibusq. ad necessitatem monasterij coemẽdis. Quas tres partes custos sacrarij percipiat: ac præcipiẽte Abbate, sub testimonio Prępositi, vel seniorum de singulis partibus pro suis necessarijs causis expendat.

[a] Subsidio reclusionis Ex *Gotth. al.* sub studio reclusionis.

[b] Vanæ gloriæ incurrat. *In Gotth. vna plus voce.*

[c] Cultibus *Gotth. supra c. 9.* Nec cultus quàm quæ in communi consistunt, *nentro tamen modo satis integer videtur locus.*

[d] Necessitatis. *Ex Gotth. al.* necessarijs.

Quid ad quem pertineat. Cap. XX.

AD Prepositũ autem pertinet sollicitudo monachorũ, actio caussarũ, cura possessionũ, satio agrorũ, plãtatio & cultura vinearũ, diligentia legum, constructio ædificiorũ, opus carpentariorũ, siue fabrorũ. Ad custodem sacrarij pertinet cura vel custodia tẽpli, signum quoq. dandi in vespertinis nocturnis officijs, vel vestes suere, ac vasa sacrorum, codices quoq. instrumentaq. cũcta, oleũ in vsum sacrarij, cerã ad luminaria. Iste à vestiario monasterij suscipiet acus: etiam & fila diuersa pro consuendis vestibus fraternis habebit, & omnibus, vt necesse est, ministrabit. Ad hunc quoq. pertinebit aurum atq. argentum, cæteraq. fracta æris, ferriq. metalla, ordinatio quoq. lintearium, fullonum, calcearium, atq. sartorum. Ad ianitorem pertinebit cura hospitum, denuntiario aduenientium, custodia exteriorum clausstrorum. Ad eum, qui cellario præponitur, pertinebit sollicitudo eorũ, quæ in promptuario sunt: iste prębet hebdomadarijs quidquid necessariũest victui monachorum, hospitum, & infirmorum: isto presente dispensantur ea quæ mẽsis deferenda sunt: is etiam quicquid residuum fuerit, pro pauperum vsibus conseruabit, huic quoque hebdomadarius expleta hebdomada vasa sibi tradita exhibebit, ad perspiciendum vtique, si negligentius habita sunt, & ad denuo succedentem hebdomadarium coram isto tradẽtur. Ad hunc quoq. pertinẽt horrea, greges ouium, & porcorum, lana & linum, de [a] area sollicitudo, cibaria administrandi pistoribbus, iumentis, bobus, & auibus, industria quoq. calciamentorum, cura pastorum, seu piscatorum. Ad hebdomadarium pertinet cura ferculorum, administratio mensarum, signum dandi in diurnis officijs, siue in collatione, vel in collecta post solis occubitum. Ad hortulanum quoque pertinebit munitio custodiaque hortorum, aluearia apum, cura seminum diuersorum, ac denuntiatio quid, & quando oporteat in hortis seri, siue plantari. Ars autem pistoria ad laicos pertinebit: ipsi enim triticum purgent, ipsi ex [b] more molant: massam tantumdem monachi conficiant, & panem sibi proprijs manibus ipsi faciãt, Porrò pro hospitibus, vel infirmis laici faciant panes. Instrumentorum, & ferramentorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

custodia ad vnũ,quem Pater monachorum elegerit,pertinebit:qui ea operantibus distribuat,receptaq.custodiat.Et licet hęc cũcta specialiter singulis maneant distributa, omnia tamen à Patre ordinata ad curam Præpositi pertinebunt. Ad custodiendam autem in vrbe cellam vnus senior & grauissimus monachorum cum duobus paruulis monachis cõstituendus est,ibiq.si culpa caret,conuenit eum perpetim perdurare.Porrò cura nutriendorum paruulorum pertinebit ad virum,quem elegerit Pater,sanctũ sapientemq. atq. ætate grauem,informantem paruulos non solum studijs litterarum, sed etiam documentis magisterioq. virtutum. Cura peregrinorũ, vel pauperũ eleemosyna pertinebit ad eum,cui dispensationis potestas commissa est .Iste quod habet, tribuat,& communicet,in quãtum potest, non ex tristitia aut necessitate:hilarẽ enim datorem diligit Deus.

a Area Ex *Gotth.al.* Ex arca.
b Ex more Ita *Gotth.& Smaragd. al.* Ex mole.

De infirmis CAP. XXI.

CVra infirmorum sanę sanctęq.conuersationis viro commitenda est,qui pro eis sollicitudinem ferre possit, magnaque cũ industria præsto faciat,quidquid imbecillitas eorum exposcit. Ipse autem sic ægrotis deseruiet, vt de sumptibus eorũ vesci non præsumat. Ægrotis delicatiora sunt præbẽda alimẽta, quousq.ad incolumitatem perueniant.Postquam salutem receperint,ad vsum pristinum reuertentur. Infirmi autẽ, pro eo quod delicatius aguntur ,fortiores inde nequaquam scandalizentur:qui enim sani sunt infirmos tolerare debent: qui autem infirmi sunt,sanos & laborantes anteponendos sibi non dubitent.Nullum oportet, vel veram corporis infirmitatem celare,vel falsam prætendere. Sed qui possunt, Deo gratias agant,& operentur: qui verò non possunt, manifestent suos languores, humaniusque tractentur. Sub prætextu infirmitatis nihil peculiare habendum est,ne lateat libido cupiditatis sub languoris specie. Lauacra nulli monacho adeũda studio lauandi corporis,nisi tantummodo propter necessitatem languoris,& nocturnam pollutionem. Nec differendum est propter medelam, si expedit: nec murmurandum est, quia non fit pro appetitu voluptatis, sed pro remedio tantùm salutis.

De hospitibus. CAP. XXII.

ADuenientibus hospitibus prompta,atq. alacris susceptio est adhibenda:scientes ob hoc in nouissimũ consequi retributionẽ. Sicut enim Dns dicit: Qui vos recipit, me recipit: & qui me recipit,recipit illum, qui misit me:qui recipit Prophetam,in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: & qui potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine meo, amen dico vobis, non perdet mercedẽ suam. Et licet omnibus hospitalitatis bonum cum gratia oporteat referri: vberior tamẽ monachis deferenda est honorificentia hospitalitatis.Præbeantur eis habitacula,lauentur eorum pedes,vt præceptum Dominicum impleatur: congruis etiam sumptibus eisdem humanitatis gratia præbeatur.

De profectione. CAP. XXIII.

NVllus monachus incõsulto Abbate audeat vspiam progredi, nèc aliquid præsumere sine imperio eius, seu Præpositi. Si quado Abbas, vel Præpositus alicubi proficiscũtur,ille ferat fratrum sollicitudinem, qui est Prępositus secundus in ordine. Nullus propinquum,vęl extraneum,hospitem, vel monachum, familiarem, seu parentem videre absque imperio Senioris, neq. sine iussu Abbatis quisquam accipere Epistolã, vel dare cuiquam præsumat. Quando fratres foras proficiscuntur,vel redeunt, congregatis omnibus in Ecclesia, benedictionem accipiant. Eodemq. modo hebdomadarius,vel quilibet rerũ dispensatores: sed dum pro necessitate aliqua monasterij diriguntur,duo fratres spirituales, ac probatissimi eligantur.Adolescentuli autem, vel nuper conuersi à tali ministerio remouendi sunt: ne aut infirma ætas carnis desiderio polluatur, aut rudis conuersatio ad seculi desiderium reuertatur. Monachus,dum ad aliquod monasterium mittetur visitandum, quamdiu cum eis fuerit,ad quos destinatus est, ita eum ibi oportet viuere, sicut reliquum cœtũ sanctorum videt, propter scandalum scilicet, & perturbationen infirmorum.

De

De defunctis. CAP. XXIIII.

TRanseuntibus de hac luce fratribus,antequam sepeliantur, pro dimittendis eorum peccatis, sacrificium Domino offeratur. Corpora fratrum vno sepeliẽda sunt loco, vt quos viuentes charitatis tenuit vnitas, morientes vnus locus amplectatur. Pro spiritibus defunctorum altera die post Pentecosten sacrificium Domino offeratur, vt beatæ vitæ participes facti,purgatiores corpora sua in die resurrectionis accipiant. Hæc igitur, ò serui Dei,& milites Christi contemptores mundi,ita vobis custodiẽda volumus,[a] vt maiora prȩcepta potius seruetis. Suscipite igitur inter illa, & hãc admonitionẽ nostram, humili corde custodientes quæ dicimus,libenter sumentes quod dispensamus : quatenus & vobis de fructu operis sit gloria,& nobis pro ipsa admonitione postulata proueniat venia.Deus autem omnipotens custodiat vos in omnibus bonis, & quomodo cœpit,sic & confirmet gratiam suam in vobis.Amen.

a Et maiora præcepta Patrum, per omnia obseruentur *Gotth. sed non conuenit cum præfatione.*

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP.

DE CONFLICTV VITIORVM, ET VIRTVTVM. LIBER.

Isid in Al. 9. 338

APOSTOLICA vox clamat per orbem,atq. in procinctu fidei positis, ne securitate torpeãt,dicit:omnes, qui piè volunt viuere in Christo Iesu,persecutionem patientur.Et ecce,quia Christianitas etiam in suis principibus iam religiosa, iamque fidelis est, desunt piè viuentibus in Christo Iesu vincula, verbera, flagella, carceres, equulei, cruces, & si qua sunt diuersorum genera tormentorum; quomodo ergo verum erit, quod per Apostolum sonuit, vt omnes piè viuentes persequutionem patiantur?an forte nemo pacis tempore vult piè viuere in Christo Iesu, & ideo desunt ista? Quis hoc vel desipiens dixerit? In hac ergo Apostoli sententia non specialis quorundam, sed generalis omnium persequutio debet intelligi.Et quidẽ sunt multi intra sinũ matris Ecclesiæ cõstituti, qui piè viuẽtes in Christo, contumelijs afficiũtur, opprobrijs,iniurijs, derisionibusque lacessuntur. Ista verè est illa generalis persequutio, quam Apostolus omnes piè viuẽtes in Christo,pati descripsit? Non facilè dixerim:cum sint quidam religiosi, quibus nemo praeorum audeat in faciem derogare. Alia ergo intelligenda est, quæ immanior & magis noxia est,quam non mortalis intorquet seueritas, sed vitiorũ gignit aduersitas. Dum enim contra humilitatem superbia, contra veram religionem simulatio,contra subiectionem pugnat contemptus, contra Domini timorem inanis gloria, contra fraternam congratulationem inuidia, contra dilectionem odium,contra libertatem iustæ correptionis detractio, contra patientiam ira nihilitat, contra mansuetudinem proteruia, contra satisfactionem tumor, contra spirituale gaudium seculi tristitia, contra virtutis exercitium torpor vel ignauia, contra firmam stabilitatem dissoluta vagatio,contra spei fiduciam desperatio, contra mundi contemptũ cupiditas, contra misericordiam obduratio, contra innocentiam fraus vel furtũ, contra veritatẽ fallacia atq. mendaciũ, contra ciborum parsimoniã vẽtris ingluuies,cõtra moderatum mœrorem inepta lætitia, contra discretam taciturnitatem multiloquium, contra carnis integritatem immunditia atque luxuria,contra cordis munditiam spiritualis fornicatio,cõtra amorem patriæ cælestis appetitus seculi præsentis opponens semet immergit: quid aliud quã crudelis piè viuẽtium per sequutio aduersus cõglobatas virtutũ acies desęuit? O quã dirus, ò quã amarus est superbiæ cõgressus,quę Angelos de cęlo proiecit,homines de Paradiso eliminauit,cuius exercitus

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq. armorum conflictus, vitia sunt, quæ A breuiter comprehensa tetigimus. Sed videamus, qualiter castra cæli, & inferni dimicent: arma Christi,& Diaboli collisa decertent.

Dicit superbia.

CErtè multis, immo etiã penè omnibus melior es verbo,scientia,diuitijs,hononoribus,& cunctis,quæ vel carnalibus, vel spiritualibus suppetunt,charismatibus: cũctos ergo despice, cunctis temetipsum superiorem ostende.

Humilitas vera respondet.

MEmento,quia puluis es, quia cinis es, quia putredo, & vermis es, quia & si aliquid es,nisi tantò te humilies, quãtò magnus es,perdes omnino quod es. Nunquid tu altior,quàm primus Angelus? nũquid tu splendidior in terra, quàm Lucifer in cælo? Quodsi ille de tãta sublimitate per superbiã cecidit,quomodo tu ad cælestẽ celsitudinẽ superbiens de imis conscẽdes,qui illa, quãdiu hîc viuis,conditione teneris,de qua per quẽdam sapientẽ dicitur,corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ? Quàm densissimis putamus in terra su- C perbiæ tenebris lutum nostrum inuolui, si potuit in cælo stella, quæ mane oriebatur, lucis suæ globos amittere? Audi ergo potius lucem veritatis dicentem: qui sequitur me (inquit)non ambulat in tenebris,sed habebit lumen vitæ. In quo autem ipsa esset sequenda,alibi præmonuit dicens: discite à me,quia mitis sum,& humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Audi tumor superbiæ,audi dicentem ad hæc humilitatis magistrum: omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabi- D tur:& illud, super quem requiescet spiritus meus,nisi super humilem,& quietũ, & trementẽ sermones meos? Audi,quid etiã de illa Apostolus dicat, qui te ad sectandã humilitatem inuitat. Ait enim:qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus,& habitu inuentus, vt homo:humiliauit semetipsum,factus obediẽs vsq. ad mortem, mortem autem crucis. Si ergo tanta humilitate se deprimit diuina maiestas, quomodo superbire in aliquo debet humana infirmitas?

Inanis gloria dicit.

AGe bonum,quod vales: ostende cunctis bonum, quod agis: vt bonus dicaris, vt sanctus & venerabilis ab omnibus prædiceris: vt tanquam Dei electus noscaris: vt nemo te contemnat,nemo te despiciat,sed vniuersi debitum tibi honorem persoluãt.

Timor Domini respondet.

SI quid boni aliquando agis,non pro transitorijs,sed pro æternis id honoribus age. absconde quod facis,in quantũ potes: quod si ex toto nõ vales, sit in corde tuo occultãdi B voluntas, & non erit de ostentatione vlla temeritas, nec criminis erit aliquando manifestare,quod semper vis celatum habere. Sic deniq; duas Redemptoris sententias, sibi quasi contrarias,videberis adimplesse, quibus dicitur, faciente te eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, sed eleemosyna tua sit in abscondito,& Pater tuus,qui videt in abscõdito,reddet tibi: &,videant vestra opera bona,& glorificent Patrem vestrum,qui in cælis est. Caue prorsus,ne illa sententia tibi conueniat, qua de hypocritis dicitur:omnia opera sua faciunt, vt beatificentur ab hominibus: amen dico vobis,receperunt mercedem suam. Attẽde tibi in cunctis, quæ agis,ne cenodoxiæ elatione pulsatus cum his, qui etiam de miraculorum signis gloriabantur,audias: videbam Satanã sicut fulgur descendentem de cælo: sed time: nam scriptũ est: Timor Dñi gloria & gloriatio,& lętitia,& corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium, & lõgitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur:& infra: radix sapientiæ timere Dominum,& rami illius longitudo dierum.

Simulatio suggerit.

QVia nihil boni in abscondito facis, ne à cunctis cognitus detesteris, finge te foris, quod intus esse non appetis.

Vera religio respondet.

NEquaquã omnino id agas,sed magis satage bonus fieri,quod non es: nã ostendere hominibus, quod non es, quid aliud, quàm damnatio est? Memor esto itaq. quod dicitur. Væ vobis Scribæ,& Pharisæi hypocritæ,qui mundatis, quod de foris est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina,

rapina,& immunditia. Pharisæe, ἐκκάθαρον mũda A priùs quod intus est calicis,& paropsidis: vt fiat mundum,quod deforis est. Itemq. illud, quod in Euangelio inculcando repetitur: Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ,qui similes estis sepulcris dealbatis, quæ foris apparent hominibus speciosa, intus plena sunt ossibus mortuorum,& omni spurcitia: sic & vos de foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autẽ pleni estis hypocrisi, & iniquitate; nec non & illud,quod de talibus scriptum est; venient ad vos in vestimentis ouium,intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Elatio obijcit.

QValis es tu, vt peioribus obtẽperes? deterioribus famulatũ exhibeas? te magis,quàm illos decuerat imperare, qui tibi non possunt ingenio,vel industria,aut viribus coæquari. Obtempera igitur imperio Dei, & non sit tibi vlterius cura de aliquo.

Beata autem submissio respondet.

SI Deo obtemprandum est imperio, humano subdi necesse est magisterio: ipse enim dicit,qui vos audit,me audit:& qui vos spernit,me spernit. Ita(inquit)oportet, sed si talis qui imperat esset:non est talis,per quem Deus imperet. Sed Apostolus cõtra,nõ est potestas,nisi à Deo: quæ aũt sunt,à Deo ordinata sunt: itaq. qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: quales enim esse debeãt hi,qui imperant,non est subditis discutiendum. Et quidẽ primis Ecclesiæ pastoribus Dominus dicit,scitis,quia reges gẽtium dominantur eorum,& qui potestatẽ exercent inter eos,benefici vocantur: vos autem nõ sic, sed qui vult in vobis esse maior, erit omniũ seruus: sicut filius hominis non venit ministrari,sed ministrare,& dare animã suã pro multis: sed tamen quia non omnes tales futuros pręuidit, subiectorũ omniũ per- D sonas in discipulis assumens,præmonuit dicẽs: super cathedrã Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi,quæcunq. dixerint vobis facite: quæ autem faciunt,facere nolite.

Inuidia dicit.

IN quo illo, vel illis minor es? cur ἐγω eis vel æqualis,vel superior nõ es? quanta vales,quæ ipsi non valent? non ergo tibi aut superiores, aut etiam æquales esse debent.

Fraterna congratulatio respondet.

SI cæteros virtutibus antecellis, tutiùs in loco infimo, quãin summo temetipsum conseruas, sæpe enim de alto peior fit ruina: quod si tibi,vt asseris, quidam superiores, vel æquales sunt, quid te lædit? quid tibi nocet? caue prorsus,ne dum alijs locũ in uides celsitudinis,illũ imiteris,de quo scriptum retines: inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarum, imitantur autẽ illum qui sunt ex parte illius.

Odium dicit.

ABsit,vt illum ames,quẽ in omnibus con- B trarium habes,qui tibi derogat,qui tibi insultat, qui te conuicijs exasperat,qui tibi peccata tua improperat, qui te dictis, operibus,atq. honoribus semper pręire festinat? nisi enim tibi inuideret, nequaquam se ita præferret.

Dilectio respondet.

NVnquid, quia hæc,quæ narras odio habenda sunt in homine, propterea non est amãda Dei imago in homine? sicut Christus,qui in cruce positus inimicos suos dilexit, & ante crucis tormentum admonuit dicens: diligite inimicos vestros,& benefa- C cite his,qui oderũt vos, & orate pro persequẽtibus & calũniãtibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est:& sicut per Salomonẽ; & Apostolos dicitur: si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit,potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius? Cui sentẽtiæ Apostolus ex proprio subiunxit dicens,noli vinci à malo, sed vince in bono malũ: quod cõtra de his, qui fratres odisse noscuntur, per Iohannẽ dicitur: qui odit fratrẽ suum homicida est: &, scitis; quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem:& rursum, qui odit fratrem suum, in tenebris ambu- D lat,& in tenebris est vsque adhuc,& nescit quo eat, quoniam tenebræ obcæcauerunt oculos eius. At (inquis) sufficit mihi,quòd amantes me diligo? sed Dominus è contrario: si enim diligitis eos,qui vos diligũt,quã mercedẽ habebitis? nonne & publicani hoc faciũt? Quid tu ad hęc obijcere vales? Certe,qui odit fratrem suum,manet in morte: & qui diligit in Deo manet, & Deus in eo: omnem ergo amaritudinem fellis cuome, & quoquo pacto valueris, charitatis dulcedinẽ sume: nihil enim suauius, nihil illa bea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius est,Deus(inquit Iohānes) charitas est: & egregius prędicator:Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum,qui datus est nobis.Vnde neq.immeritò delictorū facinora tegere dicitur:sicut scriptum est, vniuersa delicta operit charitas.

Detractio dicit.

QVis poterit sustinere? quis silentio tegere:quāta ille, vel ille praua committit, nisi forte qui consentit?

Libertas iustæ correptionis respondet.

NEc tacenda sunt mala proximi,nec consentiēda,sed charitate fraterna in faciē proximus est redarguendus,non autē occultè detrahendus. Quod si obijcitur, idcirco fratrem coram oculis increpare nolle, ne exasperatus non correptione proficiat,sed magis ex correptione scandalū sumat: occurrit scriptura diuina, & versa vice hoc magis scandalū esse denuntiat,dicēs: Sedēs aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalū. Maius enim scandalum sumit, qui sibi detrahētem intelligit, quàm qui corripientē sustinet, & quia nōnūquam errata delinquē tium ad tempus silentio tegenda sunt, vt aptiori tempore corrigantur, subiungitur: hæc feci‹sti,› & tacui. Ne autem ex hoc discreto silentio detractores sibi plauderent, qui,dū semper occultè derogare malūt,nūquam in apertā increpationem prosiliunt: adhuc subinfertur;Existimasti iniquè,quòd ero tibi similis; ac si diceretur: iniquum est cogitare, vt inde detractori similis appaream:vnde ad tempus reticens, nec derogans,locum apertę correptionis expecto; vnde & protinus subditur;Arguā te, & statuam cōtra faciem tuam: veluti diceretur, non in occulto,vt est tua cōsuetudo,sed in aperto,vt est mea sollicitudo, aptum corripiendi tempus expectans, peccatorem arguam, & eius delicta contra faciem illius statuam.At (inquis) nō odi,sed amo, quem ita in absconditis dijudicans reprehendo. Immo magis hunc odis, & nō diligis:vnde detrahis,& non corrigis. Quàm sit autem detestanda obtrectatio proximi, plerisque in locis scriptura diuina testatur: vnde est illud: Detrahētem aduersus proximū suum occultè,hūc persequebar; & illud: Qui detrahit fratri,detrahit leg:illudq. Qui detrahit fratri,eradicabitur:nec non & illud Apostoli Pauli: Videte, ne dum inuicem mordetis,ab inuicem consummamini.

Ira dicit.

QVæ contra te agūtur,æquanimiter ferri non possunt, immo patiēter tolerare peccatum est: quia si non eis cum magna exasperatione resistitur, cōtra te deinceps sine mensura cumulabuntur.

Patientia respondet.

SIpassio Redemptoris ad mētem reducitur,nihil tam durū est,quod nō æquo animo toleretur.Christus enim (vt ait Petrus) passus est pro nobis,nobis relinquēs exēplū, vt sequamur vestigia eius:ipse autē dicit;Si patrem familias Belzebub vocauerūt,quātò magis domesticos eius: si me persequuti sunt,& vos persequētur. Sed quanta sunt in cōparatione passionū illius,quæ patimur? ille enim opprobria, irrisiones, contumelias,alapas,sputa, flagella, spineam coronā, crucemq. sustinuit: & nos miseri ad nostrā confusionem vno sermone fatigamur, vno verbo deijcimur. Et quid agimus de eo, quod dicitur:Si nō cōpatimur nec cōregnabimus? Quapropter retudendi sunt iræ stimuli,& eius metuenda dānatio: vnde scriptum legimus: Qui irascitur fratri suo,reus erit iudicio,qui autem dixerit fratri suo racha,reus erit cōcilio: qui autem dixerit fatue,reus erit gehennæ ignis. Ibi tamen remedium inuenitur ex eo, quod subditur: Si offers munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris,quòd frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare,& vade prius reconciliari fratri tuo,& tūc veniens offeres munus tuū:Ac si apertè diceretur, nec in corde tacitā precem effundas, nisi prius offensum proximum satisfaciendo,ad lenitatis mansuetudinem perducas:munus enim nostrum est oratio nostra,altare verò nostrum est cor.Ille autem, qui hoc facere,quoties inter duos sine causa ira fuerit excitata, studuerit, promissam damnationem nequaquam incurret. Sed sunt multi,qui petenti sibi veniā delicta nō remittunt,contra quos illa Domini sententia venit,qua dicitur:Si non dimiseritis hominibus peccata eorū de cordibus vestris, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra. Plura sunt (inquis) quæ cōmisit,& me sæpius offendit. Ad hęc nō ego, sed Dominus respondet. Nam cùm Petrus ad

ad eum diceret: Quoties peccabit in me frater meus,& dimittā ei? vsq. septies?& ille ad eū inquit: Non dico tibi vsq. septies, sed vsque septuagies septies. Quàm multi autem sunt, qui suas iniurias tardè relaxāt, Dei vero citius indulgent? fitque nonnunquam, vt occasione Domini iniurias vindicandi, suas vindicent irati. Quid quoq. de illis dicendum est,qui furore cæcitatis vsq. ad verba prodeunt maledictionis; nisi hoc quod Apostolus ait:Neque maledici regnū Dei possidebūt? quod Iacobus exaggerādo detestās ait: Linguam nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero, in ipsa benedicimus Deū, & Patrem,& in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt, ex ipso ore procedit benedictio,& maledictio. Nō oportet,fratres mei,hæc ita fieri; nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amarā aquam? hac de caussa alibi, etiam dicitur:Mors & vita in manibus linguæ.

Proteruia dicit.

NVnquid stultis, nunquid insensatis, ac brutis animalibus lenia verba, & non magis asperrima (vt tales decet) dum delinquunt,obijcienda sunt?

Mansuetudo respondet.

NOn tua in his persuasio,sed Apostoli sequenda est præceptio, qui de hac sententia dilectum discipulū admonet dicens: Seniorē ne increpaueris,sed obsecra,vt patrē;iuuenes,vt fratres:anus,vt matres;adolescentulas,vt sorores in omni castitate. Et rursum;Seruū(inquit) Dñi non oportet litigare,sed mansuetū esse ad omnes,docibilē, patientem,cum modestia corripiētem eos, qui resistūt veritati.Rursumque:Argue,obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina;quod videlicet malum proteruiæ deteriusadhuc subditis, quàm prælatis nocet: sæpius enim contingit vt leniter, ac cum charitatis dulcedine prolatam correptionem spernant, & contra humilitatis verba despectionis emittant iacula; vnde scriptū est:Qui arguit derisorē, ipse sibi facit iniuriam.E contra de illo, qui per increpationē proficit dicitur; Argue sapientem, & amabit te.

Tumor dicit.

TEstem habes Deum in cælis: non tibi sit cura,quid de te suspicentur homines in terris.

Humilis satisfactio respondet.

NOn est danda detrahendi occasio, nec susurrandi suspicio:sed si sunt, quæ corrigantur,manifestanda: aut certè si desunt, humili protestatione negāda: quia & Apostolus admonet, nullam occasionem dare Diabolo maledicti gratia:quod & in illis detestatus est, qui Christiano nomine censiti in idolio ad comedendum recumbebāt: & quamquam idolum pro nihilo ducentes, immolata, quasi innoxios cibos,sumerent, infirmas tamē fratrum cōscientias per hoc factum ad nefandos idolorum ritus trahebant.

Tristitia dicit.

QVid habes, vnde gaudeas, cum tanta mala de proximis portas? perpende, cum quo mœrore omnes intuendi sunt,qui in tanto contra te amaritudinis felle versantur?

Spirituale gaudium respondet.

GEminam esse tristitiam noui,immo duas esse tristitias noui: vnam scilicet, quæ salutem, alteram quæ perniciem operatur; vnam, quæ ad pœnitentiam trahit, alteram,quæ ad perditionem perducit. Tu quidem vna ex illis esse cognoscēris, sed omnino quæ mortem operaris: non est igitur in his cōtristandum: quæ suades,sed contra magis gaudendum in his, quæ nec dum intelligis: quia & dator gaudij perennis dixit. Cum per sequuti vos fuerint homines, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter nomen meum, gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra copiosa est in cęlis.Memēto, quia nostræ religionis culmina Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliam pati: nullus ergo mœroris locus esse debet, vbi tanta lætitia succedit.

Torpor,& ignauia dicunt.

SI lectioni continuato studio semper insistis,oculorum caliginem incurris:si indesinenter lacrymas fundis, ipsos etiā oculos amittis: si pro te latis vigilijs Psalmorum cē sum persoluis, insaniam capitis acquiris: si quotidiano te conficis labore,ad opus spirituale quando consurges?

Exercitium virtutum.

QVid tibi adhuc proferenda tam longa temporum promittis spatia? nūquid scis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

scis, si craſtina viues die? Immo etiam si vel A vnã horã in hac vita facias? an forte mente excidit, quod Saluator in Euangelio dicit: vigilate, quia neſcitis diem neque horam: quapropter diſcute torporis inertiam, ſemperque memento, quia regnum cælorum non tepidi, non molles, non deſides, ſed violenti atq. feruentes diripiunt.

Diſſoluta vagatio dicit.

SI Deum eſſe vbiq. credis, cur vnum ſingulariter locum, quo tanta mala perpetrãtur, cuſtodis, & ad alia potius non tranſis?

Firma ſtabilitas dicit.

SI ita eſt, vt aſſeris, quia vbiq. Deum eſſe B fateris, ergo nec iſte locus deſerẽdus eſt, quem fugere appetis, quia & in ipſo Deus eſt. At, in quis, meliorẽ inquiro, meliorem inuenio: ſed reſpondeo: nunquid meliorem aut etiam talem inuenies, qualem Diabolũ & hominem perdidiſſe cognoſcis? memor eſto itaque, quia primus Angelus de cælo ruit, & primus homo de paradiſo expulſus ad ærũnam huius ſeculi peruenit: attende quia Lot exercitio malorũ probatus inter Sodomitas ſanctus fuit, in monte vero ſecuritate torpens inebriatus cũ filiabus peccauit: quod videlicet vagationis tædium adhuc alteram ſpeciem reddit, dum quoſdam C etiã in vno loco perſeuerãtes à ſpititualibus retrahens vel terrenis negotijs implicare, vel rebus viliſsimis ſatagit occupare, cõtra dicta Apoſtoli perpetrans, qui ait: nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit. Et rurſum: ſine intermiſsione orate, in omnibus gratias agite.

Deſperatio dicit.

QVę & quanta cõmiſiſti? quàm grauia crimina? quam innumera delicta? & tũ in melius nec dum vitam mutaſti, nec dum conuerſationem vtiliter correxiſti: ecce enim (vt cernis) mala ſemper conſuetudine D obligatus teneris, conaris exurgere, ſed peccatorum oneribus prægrauatus relaberis. Quid ergo agendum eſt, quando de præteritis certa damnatio imminet? de præſentibus emendatio nulla ſuccurrit? niſi vt admittantur rerum temporalium voluptates, dum conſequi nequeunt futuri ſeculi oblectationes.

Spei fiducia reſpondet.

SI de criminibus agitur, & delictis ecce Dauid adulterio reus ſimul & homicidio de inferni faucibus Domini miſericordiâ deſcribitur liberatus. Ecce Manaſſes omniũ peccatorum nefandiſsimus, impuriſsimus, ac ſordidiſsimus, illecebroſiſsimus quoque, per pœnitentiam tamẽ de morte ad vitam rediit. Ecce Maria Magdalene innumeris peccatorum ſordibus inquinata, ad fontem pietatis anxia currens, dominique veſtigia lacrymis rigans capillis detergens, deoſculans quoque, & lambens, vnguentoque vngens ablui promeruit. Ecce Petrus negationis ſuæ vinculis aſtrictus amariſsimis lacrymis infidelitatis nodos reſoluit. Ecce ſimul ſeditione, & effuſione fraterni ſanguinis latro obnoxius vnius horæ momẽto, vnaq. confeſsionis voce de cruce ad Paradiſum tranſijt. Ecce Saulus Eccleſiam Dei perſequens multos pro nomine Chriſti perimẽs, &, vt ita dixerim, martyrum cruore totum ſe inficiens, Apoſtolus factus, in vas electionis eſt commutatus. Vbi ergo tot tantaque præcedunt exempla, dent locum deſperationis mala colloquia: cum etiam ſcriptum ſit: In quocumque die conuerſus peccator ingemuerit, ſaluus erit. Et rurſum: nolo mortem impij, dicit Dominus. De cõuerſatione in melius nec dum mutata quid aliud reſpondeam? niſi vt quod heri quiſque non egit, hodie agat, dum adhuc viuere licet, nec differat de die in diem, dum neſcit ſi vel vnam correctionis habeat diem, ſemperque pro viribus deſuper acceptis prauæ conſuetudini reſiſtens dicat manè & veſpere: Nunc cœpi, hęc eſt mutatio dexteræ excelſi.

Cupiditas dicit.

VAlde ſine culpa es, quòd quædam habenda concupiſcis, quia non multiplicari appetis, ſed egere pertimeſcis: & quod malè alius retinet, ipſe melius expendis.

Mundi contemptus reſpondet.

ISta nec apud homines ſeculares ſine periculo, vel offenſione procurantur: quia quantò quiſque amplius habere cœperit, tantò amplius habere concupiſcit: fitq. vt modum in concupiſcendo nõ habeat, dum innumeris huius ſeculi curis deſeruire feſtinat. Vt enim ait ſcriptura: Auarus pecunijs non implebitur, quæ nimirũ, quam ſit deteſtanda Paulus indicat, dicens: & auaritia, quæ eſt idolorũ ſeruitus: quam ſit noxia, idem exponens ait: Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli,

Diaboli, & deſideria multa & nociua, quæ A immergunt homines in interitum & perditionem: quàm ſit deteſtanda, quidã ſapiens denũtiat, cũ dicit: auaro nihil eſt ſceleſtius: quàm ſit noxia: Iacobus aperit, dicẽs: Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſerijs, quæ aduenient vobis, diuitię veſtræ putrefactæ ſunt: veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt: aurum, & argentum veſtrum æruginauit, & ærugo eorum in teſtimoniũ vobis erit, & manducabit carnes veſtras, ſicut ignis. Sed nec Redemptor noſter præterire voluit cupiditatis malũ, quàm noxiũ eſſet, ait enim: Difficile, qui pecunias habent, in B regnum Dei introibunt. Et rurſum. Facilius eſt camelũ perforamen acus tranſire, quàm diuites in regnũ cælorum intrare. Si igitur ſeculatibus viris ita eſt periculoſa cupiditatis induſtria, quantò magis illis periculoſior eſt, qui iam habitu & conuerſatione ſeculares eſſe deſierũt, qui totũ, quod viuunt, Deo deuouerunt? ad quos ſpecialiter Redẽptoris tranſeunt verba, quibus deſtrui poſsit morbus auaritię: Nolite (inquit) ſollicitiesse, quid manducetis: aut quid bibatis, aut quo operiamini: hæc omnia gentes inquirunt, quærite primũ regnũ Dei & iuſtitiã eius, & hæc omnia adijcietur vobis. O quàm beata, ò quam ſecura, ò quam amplectenda ſen- C tentia, nullus in hac vita ſecurus eſt: vt ille, qui nihil præter Chriſtũ appetit poſsidere, cuncta, quæ ſunt neceſſaria, ſub hac ſponſione probatur habere, ſicut Paulus ditiſſimus pauper dicebat: tanquam nihil habentes & omnia poſsidentes. Omnia itaq. non ſuperflua, ſed tantùm neceſſaria ipſo confirmante ac dicente: habentes victum & veſtitum, his contenti ſimus. Dicis forte, ideo à ſanctis, religioſiſque viris plura habenda ſunt, vt melius ab ipſis, quàm à popularibus, erogentur Chriſti pauperibus. Et ego conſentio, ſed prælatis, non autem ſub- D ditis, quos maximè illud mulieris Lot exẽplum deterret, quæ dum poſt tergum à Sodomis exiens reſpexit, in ſtatuam ſalis conuerſa ſpiritũ efflauit. Vnde & Chriſtus tale quid præcauẽdum denuntiat dicẽs: Nemo mittẽs manũ ſuã ad aratrũ & reſpiciens retro, aptus eſt regno cælorum. Hinc Petrus ait: Melius illis eſſet non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt cognitionem retrorſum conuerti ab eo, quod eſt illis traditũ, ſancto mandato. Cõtinget enim eis illud veri proverbij: canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti. Qui nimirùm auaritiæ morbus, nunquam melius cõpeſcitur, niſi cũ dies mortis ſine obliuione meditatur, & cum qualis poſt modicũ in ſepulcro futur⁹ ſit homo cõſideratur. Hoc certè fixũ manebat in illius memoria, qui dicebat: homo putredo, & filius hominis vermis. Hæc ab illius non receſſerant corde, qui dicebat: In omnibus operibus tuis memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. Quid tunc rogo, quid tunc diuitiæ conſeruatæ proderũt? audi quid dicit Iob: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc; & Apoſtolus: Nihil intulimus in hũc mũdũ ſed nec auferre quid poſſumus?

Obduratio dicit.

SIea, quę poſsides, egentibus tribuis, vnde ſubiectos, abſque pecunia nutris?

Miſericordia reſpondet.

SI Apoſtoli modum in hac parte tenueris, vtrumque perficere valebis: hinc enim idẽ ipſe ad Corinthios ait: Si volũtas prõpta eſt, ex hoc, quod habet, accepta eſt, non ſecundùm id quod non habet; non enim vt alijs ſit remiſsio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate. In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: Qui multum non abundauit, & qui modicũ, non minorauit. Hinc quidã iuſtus prolem dilectam admonet dicens: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi autem exiguũ, & hoc ipſum libenter impertire. Hinc quoque incarnata veritas dicit: verum tamen, quod ſupereſt date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Audite obdurata præcordia: Iudicium ſine miſericordia ei, qui non facit miſericordiam. Quo cõtra per Prophetã Dominus admonet, dicẽs: Frange eſurienti panẽ tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Memento, quid purpurato diuiti contigerit, qui non ideo dãnatus eſt, quòd aliena abſtulerit, ſed quòd egenti pauperi ſua non tribuerit; vnde in inferno poſitus ad petenda minima peruenit, quia hîc parua negauit. Memento etiam, quid ad ſiniſtram poſitis iudex cæli dicturus ſit; Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius. Et rurſum: Eſurijui, & nõ dediſtis

Universidad de Deusto
Biblioteca

distis mihi manducare, & cætera, quæ ibi A terribiliter enumerantur.

Furtum & fraus quamquã gradus diuersos habeant loquutionis, vnum est tamen, quod dicunt.

Furtum dicit.

SI aliena non tollis, ex proprio diues, vel sufficiens esse non vales.

Fraus dicit.

SI cuncta, quæ tibi prælatus seruãda commisit, illibata consignas, & nec modicum quid seruandum existimas, vnde vel proprijs vtilitatibus consulas, vel amicis & cõmilitonibus placeas, non habebis. B

Sed innocentia ad vtraq. respondet.

MElius est esse pauperem, & insufficientem, nulliq́ue ex dato placere, quàm aliquem lædere furto vel fraude: qui enim aliena quolibet modo iniustè præripit, ipse sibi regni cælestis aditum claudit; vnde & prædicator egregius quosdam redarguit dicens. Omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos: quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudẽ patimini? sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? atq. in- C ter cætera subiũgit: neq. fures neque rapaces regnum Dei possidebunt.

Fallacia atque mendacium, & ipsa vnum dicunt: fallacia autem fit ingenio, mendacium vero simplici verbo, cum in nõ dãdo aliquem lædere quærit.

Fallacia dicit.

QVid in petendo moras innectis? non habeo, quod tibi tribuere possim. Celãs vtique in corde quod habet, vel quod sibi conseruet, vel quod alijs (si voluntas ineſt) tribuat.

Mendacium dicit.

OMnino quod postulas, nõ habeo, licet non artificioso ingenio, sicut fallacia, sed simplici negationis verbo frustratur petentem.

Sed veritas ad vtraq. respondet.

NEc artificioso ingenio nec simplici verbo oportet decipere quemquam, quia quolibet modo mẽtiatur quis, os, quod mẽtitur, occidit animam, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ignis ardentis sulphure.

Dicit ventris ingluuies.

AD esum Deus omnia munda condidit, & qui saturari cibo respuit, quid aliud quam muneri concesso contradicit?

Sed ciborum parsimonia respondet.

VNum horum, quod dicis, verum est, ne enim homo fame moreretur, omnia ad esum Deus munda creauit: sed ne comedendi mensuram excederet, abstinentiam imperauit: nam inter cætera sua mala saturitate, maximè panis, Sodoma perijt, Domino attestante, qui ad Ierusalem per Prophetam loquitur dicẽs: Hæc est iniquitas sororis tuæ Sodomæ, saturitas panis. B Quapropter sicut æger ad medicinam, sic ad sumendas dapes debet quisq. accedere, nequaquam scilicet in illis voluptatem appetens, sed necessitati succurrens. Hinc incarnata veritas per Euãgelium ait: Attendite, ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate. Contra de insatiabili Iudæorum voracitate Apostolus dicit: Multi ambulãt, quos sæpè dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Et rursum: Esca ventri, & vẽter escis, Deus autem, & hunc & has destruet: ille C autẽ plenè hoc vitium superat, qui in summendis dapibus, non solùm parsimoniam tenet, vt scilicet refectionẽ semper esuries imperet: verumetiam acuratiores simul, & lautiores epulas excepta corporis infirmitate, & hospitum susceptione contemnit.

Dicit inepta lætitia.

VT quid animi gaudium intus abscondis? egredere in publicum lætus, dic aliquid foris, vnde, vel tu, vel proximi rideant, fac eos lætos tua lætitia.

Moderatus mœror respondet.

D VNde tibi est tanta lætitia? nunquid iam Diabolum vicisti? nunquid iam infernı pœnas vicisti? nunquid iam de exilio ad patriam venisti? nunquid iam de tua electione securitatem accepisti? An forte in obliuionem venit, quod Dñs dicit? Mundus gaudebit, vos autẽ cõtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. An forte memoria excesit, quod idem alibi dicit? Væ vobis, qui nunc ridetis, quia plorabitis & flebitis: quodq́ue per Salomonem dicitur: Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus

luctus occupat: & ecõtra per Euangelium: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: rursumque per Salomonem: Nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit, sed omnia reseruantur in futurũ incerta. Comprime ergo inanem lætitiam, qui necdum euasisti pœnalem ærumnam. Nonne apud omnes insanus iudicatur is, qui in carceris tenebris reclusus gaudere conatur?

Multiloquium dicit.

NOn reus ille tenebitur, qui plura quidem, sed bona loqui, sed ille qui saltem rara, sed mala dicere probatur. B

Cui discreta taciturnitas respondet.

VErum est, quod dicis: sed dum multi bona proferre videntur, sæpè contingit, vt à bonis loquutio inchoata, ad aliquid prauum deriuetur. Hoc ipsum sacra scriptura pronuntiãte, quia in multiloquio peccatum non deerit. Et si forte inter innumera verba declinantur criminosa: sed nunquid declinari poterunt inutilia atque otiosa, de quibus vtiq. ratio erit in futuro reddenda? Tenendus ergo est modus in loquendo, & ab ipsis nonnunquam vtilibus verbis parcendum, sicut beatus Psalmista C legitur fecisse, dicit enim: humiliatus sum, & silui à bonis.

Immunditia dicit.

NOn est grande facinus sine concubitu maris, & fœminæ, vel proprijs, vel alterius inquinari manibus.

Carnis integritas respondet.

NOn sic ait Apostolus. Quid ergo ait? Neque immundi (inquit) regnum Dei possidebunt.

Luxuria dicit.

CVr te in voluptate tua modo non dilatas, cum, quid te sequatur, ignoras? acceptũ tempus in desiderijs perdere nõ debes, quia quàm citiùs pertranseat nescis, si enim Deus misceri hominem in voluptate coitus noluisset, in ipso humani generis exordio masculum, & fœminam non fecisset. D

Castitas illibata respondet.

NOlo ignorare te fingas, quid post hanc vitam recipias: si enim piè & castè vixeris, sine fine gaudebis, si verò impiè & luxurioſè, æternis incendijs subiacebis. Inde autem eò castius viuere debes, quò citius tempus acceptum pertranseat, ignorare te dicis. Quod verò in exordio generis humani ad hoc masculum, & fœminam Deum creasse profiteris, vt mutuis amplexibus se miscere deberent: omnino verissimè dicis: sed quia nubendi licentia quibusdam tribuitur, hoc est, qui virginitatem, vel castimoniam vidualem nequaquã professi sunt, quibusdam autem non tribuitur, id est, qui virgines vel continentes esse decreuerũt: fornicatio verò, quia nulli impunè cõceditur, nõ attendis. An cõtẽnendũ putas quod Apostolus lubricis dicit: Fugite fornicationẽ, omne enim peccatum quodcunq. fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Quòd si hoc parui pendendum existimas: audi quod post modum in sempiternum deplores & gemas: Neq́ adulteri (inquit) neque fornicarij, neque masculorũ concubitores regnum Dei possidebunt. O quàm parua est concubitus hora, qua perditur vita æterna, quod ergo emolumentum affert corpori? quod vetribuit lucrum, quod tacitò animam ducit ad tartarum?

Item spiritualis fornicatio dicit.

NVnquid damnandum aliquid agit is, qui in corde libidini consentit, & ad opus libidinis non pertransit?

Sed munditia cordis respondet.

OMnino delinquit, qui animæ castimoniam non custodit: vnde & auctor munditiæ in Euangelio dicit, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo: Vnde & per beatum Iob, dicitur, pepigi fœdus cum D oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine, quam enim partem haberet Deus in me desuper, & hæreditatem Omnipotens de excelsis? nisi enim auctori nostro cogitatio praui consensus displiceret, nequaquam per Isaiam diceret: Auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis: & in Euãgelio Pharisæis: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Sed nec Apostolus diceret: cogitationum inter se inuicẽ accusantium, aut etiam defendentiũ in die qua iudicabit Dominus occulta hominum, se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundùm Euangelium meum, per Iesum Christum.

Appetitus seculi præsentis dicit.

QVid pulchrius? quid honestius? quid venustius? quidve potest esse delectabilius, quàm quod in præsenti vita quotidie cernimus? ò quam mirabilis cæli camera in aëre iucundo, in lumine solis, in augmento lunæ, atque defectu, in varietate stellarũ & cursu: quàm oblectabilis terra in nemorum floribus: in fructuum suauitatibus: in pratorum riuorumque amœnitatibus: in segetum culmis luxuriantibus: in vinearum folijs, & botris plenis palmitibus: in vmbris syluarum, & planis exitibus: in equorum & canum cursibus: in ceruorum, & caprearum saltibus: in accipitrum volatibus, in pauonum, columbarum, turturumq. & omnigenarum auium vocibus, pennis, & collis: & in domorum pictis muris, & laquearibus: in organorum, omniumq. musicorum instrumentorum tinnulis cantibus: in mulierum venustis aspectibus, earumque supercilijs, & crinibus, oculis, & genis, gutture, & labijs, naso, manibus: atque extrinsecus adhibitis auro, & gemmis distinctis monilibus: postremò innumeris cæli & terræ, atque maris varietatibus, necnon & vtilitatibus: & si qua sunt alia, quæ modò non recolit sensus.

Amor patriæ cœlestis respondet.

SI te ista delectant, quæ sub cælo sunt: cur non magis delectant ea quæ super cælo sunt? si carcer ita pulcher est: patria, ciuitas, domus qualis est? Si talia sunt ea, quæ colunt peregrini, qualia sunt quæ possidẽt filij? si mortales & miseri in hac vita taliter sunt remunerati: immortales & beati qualiter sunt in illa vita ditandi? Quapropter recedat amor præsentis seculi, in quo nullus ita nascitur, vt non moriatur: & succedat amor seculi futuri, in quo sic omnes viuificantur, vt deinceps nõ moriantur; vbi nulla aduersitas turbat, nulla necessitas angustat, nulla molestia inquietat; sed perennis lætitia regnat. Si quæris, quid ibi sit, vbi tanta & talis beatitudo persistit? aliter dici non potest: nisi quicquid boni est, ibi est: & quicquid mali est, ibi nusquã est. Quod (inquis) bonum est illud? quid me interrogas? A Propheta & Apostolo definitũ est: quòd oculus (inquiunt) non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Ad hanc felicitatem multis seculi diuitijs constipatus Da: iid anhelabat, cum diceret: Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? multis regalibus dapibus abundans dicebat: Satiabor, dum manifestabitur gloria tua: sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? rursumq. Heu me, quia incolatus meus prolongatus est. Hinc Paulus: Cupio dissolui, & esse cum Christo, multo enim melius.

His ita decursis, quamquam multa prætermiserim, tamen, vt mihi videtur, hostis nostri fortia castra monstraui: quæ piè viuentes in Christo Iesu non desinunt impugnare. Sed necdum his contentus Diabolus ad alia conuertitur argumenta: dum quibusdam insomnijs sæpius vera pronuntiat: vt eos quandoque ad falsitatem pertrahat: cum dormientes ante horam, vel tempus suscitat, vt eos vigiliarum tempore somno grauissimo deprimat: cum psallentes, atque orantes, sibilis stridẽtibus, latratibus diuersis, & inconditis vocibus, iactis etiam lapidibus, vel stercoribus perturbat, vt eos quolibet pacto ab spiritualibus operibus retrahens inanes efficiat. Tu autem, homo Dei, vigilanti studio attende, quæ dico, ipso adiuuãte, qui viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

DIVI

DIVI ISIDORI HISPAL. EPISCOP.

V. 2 Gen. 3. 19

EXPOSITIO IN CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS.

Osculetur me osculo oris sui. A

LANGAT me dulcedine præsentiæ suæ, quem sæpius à Prophetis promissum audiui.

Quia meliora sunt vbera tua vino.

Dulcedo Euangelicæ doctrinæ austeritate Legali melior est.

Fragrantia vnguentis optimis.

Donis Spiritus Sancti, à chrisma Christus, id est, ab vnctione vnctus, quod nomẽ cum gratia Sancti Spiritus in baptismo effunditur in omnes fideles. B

Ideo adolescentulę dilexerunt te.

Electorum animæ gratia baptismatis renouatæ.

Vox Ecclesiæ.

Trahe me post te.

Vt ascendentem in cælos sequar.

Introduxit me Rex in cellaria sua.

Fide in gaudia cælestis patriæ interna.

Exultabimus, & lętabimur in te memores vberum tuorum super vinum.

In te, non in nobis: memores per omnia fidei gratiam, super Legis esse doctrinam.

Recti diligunt te.

Nullus te diligit, nisi rectus: & nullus est rectus, nisi qui te diligit.

Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem.

Vox Ecclesiæ de suis pressuris. Nigra in pressuris persecutionum, sed formosa in decore virtutum.

Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

In tentatione obscurata Dæmonum, formosa in mortificando desideria carnalia.

Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me sol.

Nolite mirari, si hominibus despecta sim foris obtentationum æstus.

Filij matris meæ pugnauerunt cõtra me: posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui.

Acerbitas filiorum Synagogæ me fecit vineam Ierosolymis non custodire, sed multarum esse vinearũ, id est, Ecclesiarum per orbem custodem.

Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

Indica mihi pastorem meum, quem tota mente diligo, & in quibus pascua, & requiẽ habeat: ne æstu tentationum turbata, per sodalium, id est, hæreticorum cõuenticula eum quærere incipiam.

Vox sponsi.

Si ignoras te, ò pulchra inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum.

Si ignoras te sub huiusmodi tẽtationum conditione mihi esse spõsatam, egredere à meo conspectu, & varios errantium actus sequere.

Et pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum. C

Id est, perditos nutri auditores, secuta insipientium doctrinas magistrorum.

Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.

Sicut priorem populum de Ægyptio liberaui timore, sicte, sponsa mea, si in me confideris, liberabo inanibus minis.

Pulchræ sunt genę tuę, sicut turturis.

Tanta te verecũdiæ salutaris virtute decoraui, vt castitatẽ promissæ mihi fidei nulla doctorum prauorum seductione corrũpas.

Collum tuum, sicut monilia: murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In collo doctores designantur. In monilibus opera exprimũtur: quia ea, quæ verbo docent, operibus ostendunt. In murenulis scriptura sacra ostenditur, quæ auro spiritualium sensuũ fulget interiùs, & argento cælestis eloquij nitet exteriùs.

Vox Ecclesiæ.

Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.

Rege Christo in beatitudine cælestis secreti quiescente, sanctorum virtus magnæ nobis gratiam suauitatis administrat.

Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

Mors dilecti mei, quam pro mea salute subijt, semper in mea memoria commorabitur.

Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi.

Qui fuit fasciculus myrrhæ in amaritudine passionis, ipse est botrus cypri in dulcedine resurrectionis. Myrrha tristificat, vinum lætificat. In vineis En-gaddi propter charismata diuina, quæ post resurrectionem largitus est in baptismo suis participibus. En-gaddi, fons, hœdi, baptismum significat.

Vox Christi.

Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es.

Pulchra in simplicitate cordis, & munditia operum.

Oculi tui columbarum.

Quia sensus tui spirituali sunt intelligentia prædita.

Vox Ecclesiæ.

Ecce tu pulcher es, dilecte mi, ecce tu pulcher es.

Tu solus naturaliter pulcher, ego ex te pulchra.

Lectulus noster floridus.

Pax sanctæ Ecclesiæ & virtutibus sanctis florescit, & spirituali prole multiplicatur.

Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

Tigna, & laquearia doctores sunt in sancta Ecclesia propter munimen, & decorem. Cedrina, & cypressina propter eximias virtutes eorum, & odorem bonæ vitæ.

CAP. II.

Ego flos campi, & lilium conuallium.

Ego decus mundi, & gloria humilium.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.

Tu requiem quæris, & laudas lectuli, recordare, quòd candidior tribulationũ aculeis efficeris, & maior est fructus prædicationis, quàm quietis.

Vox Ecclesiæ.

Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios.

Sicut malus visu, odore, gustu antecellit ligna syluestria, sic Christus antecellit omnes sanctos, qui filij Dei dicuntur, sed gratia, ille solus natura.

Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi.

Eodem protegente, quem semper adesse quæsiui, quiesco & secura permaneo.

Et fructus eius dulcis gutturi meo.

Quia gratiæ suæ cælestis dulcedine me refecit.

Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.

Cella vinaria Ecclesia debet intelligi, in cuius vnitate solummodo Spiritus Sanctus dari solet, & accipi. Cuius gratia hoc loco vini nomine designatur. In qua cella ordinata charitas est, vt quisquam Deum toto corde, plusquam seipsum diligat.

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

Consolamini me exemplis, seu incipientium, seu terminantium viam salutis, dum adhuc in huius peregrinationis tædio amore supernæ visionis languesco.

Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

In læua Christi temporalia eius bona, in dextera, perpetuæ vitæ beatitudo designatur. Quia hîc per spem mentem roborat, & illic per remunerationem glorificat.

Vox sponsi.

Adiuro vos, filiæ Ierusalem, per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, nec euigilare faciatis dilectam, quo adusque ipsa velit.

Conte-

Conteſtor pacificas fidelium animas, per suas quamque virtutes, quæ per munda & ruminantia animalia signatæ sunt, ne pia fratrum studia aliqua importunitate impediant: sed sic quisque de proximi profectu, sicut de suo gaudeat.

Vox sponsę.

Vox dilecti mei.

Subauditur, hæc est, quem audiui adiurantem filias Ierusalem, ne me in eius amplexu quiescentem suscitarent.

Ecce iste venit saliens in mõtibus, transiliens colles.

Tales enim saltus fecit dilectus meus. De cælo venit in vterum, de vtero in præsepium, de præsepio in crucem, de cruce in sepulcrum, de sepulcro redijt in cælum. Iste, qui eleuatus est super omnes montes, & colles, id est, sanctorum altitudines.

Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum.

In assumptione carnis, & humilitate capreæ: in varietate virtutum, & innocentia hinnulo ceruorum Christus comparatur, id est, Patriarcharum.

En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

Indutus pariete nostræ mortalitatis latuit, sed prospiciens ad nos per cancellos & fenestras miracula fecit, vt ex miraculis appareret Deus, qui ex passionibus latuit.

En dilectus meus loquitur mihi.

Ad prædicandum me hortatur, dicens.

Vox Christi.

Surge, propera amica mea, formosa mea, & veni.

Surge de stratu quietis, in quo tuimet solius curam agere quæris: propera tu, & veni ad impendendã etiam proximis curam salutis per studium sedulæ prædicationis.

Iam enim hyems transijt, imber abijt, & recessit.

Iam frigus infidelitatis, & imber iniquitatis recesserunt: quæ totum orbem vsque ad tempus Dominicæ incarnationis tegebant.

Flores apparuerunt in terra nostra.

Id est, initia fidei, & iustitiæ floruerunt in mundo crescente Ecclesia.

Tempus putationis aduenit.

Id est, vt, amputatis inutilibus vanæ religionis sarmentis, futuro fidei fructui præparentur corda hominum.

Vox turturis audita est in terra nostra.

Id est, Christi Saluatoris nostri dicentis. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.

Ficus protulit grossos suos.

Veteris Legis præcepta ceciderunt.

Vineæ florentes dederunt odorem.

Id est, Euangelicus populus, seu vites florentes sanctæ conuersationis odorem longè, lateq. dederunt.

Vox sponsi.

Surge, propera amica mea, speciosa mea, & veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.

O sponsa & amica, cui tanta obtuli bona, surge, & veni: accingere ad certamen, vnde æternam quietem accipies. Columba mea, per infusionem Sancti Spiritus. In foraminibus petræ, id est, vulneribus, quæ pro salute sponsę sponsus accepit. In cauerna maceriæ, id est, custodia virtutum cælestium.

Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.

Vox videlicet laudis, vel prædicationis.

Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

Illius namque vox Domino dulcis est, cui dulce vel verbum Domini annuntiare, vel ipsi Domino laudes resonare. Et illa fides decora est, quæ ex operibus ornata aduersa pati non metuit.

Vox aduersus hæreticos.

Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.

Id est, vincite hæreticos, & schismaticos prauos fide, & dolosos verbo, qui dente prauæ doctrinæ rudes fidelium mentes lacerare solent.

Nam vinea nostra floruit.

Id est, latè electorum plebes germinant.

Vox Ecclesiæ.

Dilectus meus mihi, & ego illi.

Id est, Solus mihi dilectus, & solus adiutor mihi est; Et ego illi sola sum dilecta, quia nul

lus alius rectè diligit Christum, nisi vnica Ecclesia,& nulla alia ab eo diligitur. A

Qui pascitur inter lilia.

Id est,Munditia fidei, & candore virtutum.

Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

Donec venturi seculi lux oriatur ęterna, & vmbræ,id est,errores præsentis vitę trãseant.

Reuertere,similis esto capreæ,hin nuloque ceruorum super montes Bether.

Obsecro, dilecte mi, vt sæpius dulcedine visitationis tuæ reuertaris ad me, qui carne, quam de Patriarcharũ origine sumpsisti, super omnes altitudines cælestium montium ascendisti,vt laborem peregrinationis meæ speculatione æternæ patriæ releues. B

CAP. III.

Vox Ecclesiæ de gentibus.

In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui, & non inueni.

Iam dudum, inquit, multo studio quæsiui Dominũ : Sed quia adhuc illecebris carnis meæ subdita fui,& tenebris ignorantiæ obcęcata nõ inueni lumen veritatis,id est, Dominum. C

Surgam,& circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea,quæsiui illũ,& non inueni.

Proposui animo meo surgere de lectulo carnalium voluptatum, terras, ac maria circuire, & philosophorum audire magisteria:sed nec sic inueni illum.

Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea vidistis?

Vigiles sunt,qui custodiunt Ecclesiã Apostoli, & doctores, qui gẽtilitatem veritatis indagine sollicita inuenerunt.

Paullulum, cum pertransissem eos, inueni,quem diligit anima mea.

Dum me illorũ magisterio tradidi, mox lumen veritatis,quod quæsiui,inueni.

Tenui illum,nec dimittam,donec introducam illum in domum matris meæ,& in cubiculum genitricis meæ.

Teneo illum firma fide,donec in fine seculi per officium prædicationis introducam illum in domum,& in cubile Synagogæ,que me genuit in Domino,& sit vnum ouile,& vnus pastor.

Vox Christi.

Adiuro vos filiæ Ierusalem,&c.

Ideo hunc versum repetit sponsus,ne minorem Ecclesiæ de gentibus congregatæ, quàm de Iudæis habere sollicitudinem putaretur, sed vt sit de vtrisq; vna sponsa, & illa dilectissima.

Synagoga de Ecclesia dicit.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum?

Miratur Synagoga, quomodo gentium populus nullo circũcisionis mysterio emẽdatus,nulla prophetarum admonitione eruditus subitò ab infimis voluptatibus per desertũ idololatrię,& gẽtilitatis ad alta virtutum culmina, & sponsi amplexus ascendisset.

Sicut virgula fumi ex aromatibus.

Igne amoris accensa omni nisu virtutum ad cælestia tendit.

Myrrhæ,& thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij.

Ex mortificatione carnalium voluptatum, & puritate orationũ, & omnium virtutum odore.

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.

Lectulus Salomonis est conuersatio sanctorum:sexaginta fortes,prædicatores sunt sancti,& fortissimi bellatores, qui mundo corde digni sunt Dominum videre.

Omnes tenẽtes gladios, & ad bella doctissimi.

Tenent enim gladium spiritus,quod est verbum Dei, qui, quod ore docent, opere complent. D

Vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.

Nocturni timores sunt in die tentationis occultæ. Ensis prædicatoris, est custodia vigilans,carnis concupiscentias, premens, ne verbum prædicationis immunditia vitę maculet.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani.

Ferculum Salomonis est Sancta Ecclesia, quæ

quæ credẽtes ad æternæ beatitudinis epulas leuat, quæ de fortibus animo, quasi de lignis imputribilibus, constructa est. A

Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum.

Columnæ argenteæ sunt doctores eloquij luce fulgẽtes. Reclinatorium aureum est, spes perpetuæ quietis fidelibus promissa.

Ascensum purpureum.

Quid est ascensus purpureus? nisi martyrum sanguis, & passio Redemptoris nostri; quia non ascenditur ad epulas vitæ, nisi per mysterium passionis Christi. B

Media charitate constrauit propter filias Ierusalem.

Omnis enim, qui charitatem habet Dei, & proximi ad hanc requiem,& ad has epulas lætus perueniet. Hæc omnia ornamẽta Ecclesiæ præstitit Christus ob nimiam charitatem, qua dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.

Vox Ecclesiæ de Christo.

Egredimini,& videte filiæ Sion regem Salomonem.

Egredimini mente & actu de turbulenti mundi conuersatione, vt regem pacis valeatis videre.

In diademate, quo coronauit eum mater sua.

Videte Dominum Christum in humanitate, quam de Virgine matre susceptam, in maiestatis Paternæ dextera collocauit.

In die desponsationis illius.

Id est, in tempore incarnationis illius, quo ad copulandam sibi Ecclesiam spõsam ex Virginali vtero processit.

In die lætitiæ cordis eius.

Id est, redemptionis humani generis, quæ fuit dies lætitiæ Christi.

CAP. IIII.

Vox sponsi.

Quàm pulchra es amica mea? quàm pulchra es?

Pulchram dicit Ecclesiam, & pulchram repetit:quia hanc & actione,& prædicatione vidit esse laudabilem.

Oculi tui columbarum.

Sensus tui spiritualium sunt rerum contemplatione excellentes,ac venerandi.

Absq; eo,quod intrinsecus latet.

Magna est gloria quippe aperti operis, sed longè incomparabilior æternæ retributionis,quæ necdum videri potest.

Capilli tui,sicut greges caprarum.

Possunt in capillis populi fideles accipi, qui maximum decus sua numerositate præbent Ecclesiæ.

Quæ ascenderunt de mõte Galaad.

Galaad aceruus testimonij interpretatur,qui bene cõuenit adunatæ multitudini sanctorum.

Dentes tui, sicut greges tonsarum.

In capillis fragiliores, in dentibus verò perfectiores quique ad regendam Ecclesiam apti designantur.

Quæ ascenderunt de lauacro.

Id est,fonte sacri baptismatis, qui & tõsi, & loti sunt, hoc est, nudati renuntiando seculo,& vitę lauacro mundati.

Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.

Non est, qui fœtus boni operis in eis non agat.

Sicut vitta coccinea labia tua,& eloquium tuum dulce.

Vitta coccinea doctrina veritatis intelligitur. Labia sponsæ cocco assimilantur, quia Dominici sanguinis, quo redempta est,pretium prædicare non cessat Ecclesia: vel quia prædicatio sancta ardore charitatis flammescit. C

Sicut cortex mali Punici,genæ tuæ.

In genis verecundia, in malo Punico passio Christi exprimitur.Habet ergo ruborem in genis sponsa mali Punici,cum sacramentum Dominicæ crucis verbis fatetur, & factis probat.

Sicut turris Dauid collum tuum.

Turris Ecclesiã est,collum prędicatores, quorum fides & constantia in eadem ciuitate firma est,& vndiq;inexpugnabilis. D

Quæ ędificata est cum propugnaculis.

Propugnacula autem eius ciuitatis,scripturarum sanctarum munimina sunt, vel Patrum præcedentium.

Mille clypei pendent ex ea.

Quia,quot in diuinis libris prędicta sunt, tot sunt pectoris nostri munimina, quibus contra insidias omnes defendimur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnis armatura fortium.

A Omnis instructio est vel operationis, vel doctrinæ cælestis, per quam nō solum euadimus, sed etiam superamus.

Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli: qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

Duo vbera, duo sunt populi ex circuncisione venientes, & gentilitate: qui per humilitatem quidem paruos se intelligunt, & peccatores, sed charitate currentes omnia obstacula mundi transeunt: qui pascuntur B in lilijs, hoc est, cādidissimis sanctorum patrum exēplis: donec præsentis mortalitatis vmbras æterno die aspirāte trāseamus.

Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

In myrrha mortificatio carnis, in thure deuotio orationis exprimitur: quasi diceret sponsus: frequentabo eos, & pia propitius illustratione glorificabo, quos in passionis, siue orationis virtute sublimes esse perspicio.

Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano.

Libanus candor interpretatur, id est, C anima bonis actibus candidata, quam tertiò hortatur sponsus, vt veniat. Primò viuēs in carne per bona opera: Secundò absoluta carne ad percipiendam vitam beatam: Tertiò recepto corpore ad fruenda post resurrectionem gaudia perfecta.

Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

Leones propter superbiā, pardi propter crudelitatem maligni sunt spiritus: Montes D vero Amana superba infidelium corda, vbi immundi spiritus sedem habent, designant. Dum sancti prædicatores tales ad viam salutis conuertunt, coronantur de capite, & vertice montium, id est, principibus superborum, quia de labore certaminis crescit corona gloriæ.

Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum.

In vulneratione cordis magnitudo amoris Christi, in Ecclesia intelligitur.

In vno oculorum tuorū, & in vno crine colli tui.

In vnitate sancta doctorum, id est, oculorum, & vnitate sancta plebis, id est, capillorum.

Quam pulchræ sunt mammæ tuæ, soror mea sponsa.

Item in mammarum nomine sancti doctores designātur propter consolationem infirmorum, & paruulorum sustentationē, quæ lacte ex primitur.

Pulchriora sunt vbera tua vino.

Suauitas gratiæ pulchrior est austeritate Legis.

Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

Fama suauissima diffusæ per totum orbē fidei latior est, quā veteris Legis & patrū in ea, quæ in sola Iudęa coangustabatur.

Fauus distillans labia tua, sponsa.

Fauus mel in cera est. Mel autem in cera spiritualis est diuinorum sensus in littera mel stillans: quia multiplices sensus penè singulæ sententiæ habēt: labia, spiritus sunt doctorum, qui multifarios sensus sacris litteris inesse pandunt.

Mel, & lac sub lingua tua.

In lacte eruditio paruulorum: in melle perfectior doctrina fortiorum signatur: sub lingua, id est, in meditatione cordis.

Et odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris.

Vestimēta Ecclesiæ opera sunt eius, quę odori thuris comparantur, quia cuncta, quę sancta pro Dño agit Ecclesia, orationum pro ea vicem reddunt.

Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus: fons signatus.

Hortus conclusus Ecclesia, est, quia multifaria spiritualium operū germina gignit: fons est, quia doctrina salutari redundat: conclusus, quia Domini protectione munita persistit: signatus, sermone fidei.

Emissiones tuæ paradisus malorū Punicorum, cum pomorum fructibus.

Per irrigationem sacri baptismatis sancta Ecclesia Paradisum ex se emisit malorum Punicorum, id est, sanctorum martyrum: cum pomorum fructibus, id est, cum sanctarum virtutum fructu.

Cypri cum nardo, nardus & crocus.

Cyprus arbor aromatica est, significatq; cælestis gratiæ benedictionem. Nardus Dominicæ

minicæ passionis typum: crocus charitatis A feruorem exprimit, coniungitur cyprus nardo, cum diuina gratia confortat nos pro Christo pati. Item nardus croco coniungitur, cum charitate Christi mortem libēter suscipimus.

Fistula, & cinnamonum cum vniuersis lignis Libani.

Fistula, quę & casia, arbor aromatica est, sed modica, & ideo spiritu humiles designat. Item cinnamonum, qui seipsos despiciunt, signat. Quæ & ipsa est breuis arbor, sed odorifera, & dulcis. Sed humilitas magnam habet laudem & dulcedinem apud Dominū. B

Cum vniuersis lignis Libani.

Sicut fistula & cinnamonum humiles sanctorum cogitationes signant, ligna Libani sublimes eorum actiones demonstrāt. Myrrha, & aloē arbores sunt aromaticæ, quæ continnentiam carnis exprimunt.

Cum omnibus primis vnguentis.

Id est, charismatibus virtutum excellentioribus, & pulchra est coniunctio harum arborum: Quia dum carnem à lasciuia refrænamus, consequens est, vt maiora, spiritus dona percipiamus.

Fons hortorum, puteus aquarum viuentiū, quæ fluūt impetu de Libano. C

Vtrumq; Ecclesia: & fons est hortorum: quia spirituales gignit fructus, & puteus aquarum viuentium, quæ impetu fluunt de Libano, propter occulta mysteria, quæ sanctis propter reuelationem Sancti Spiritus solis panduntur: aquarū viuentium, propter eloquia diuina, quæ de inuisibilibus diuinæ gratiæ procedunt thesauris: de Libano, de ipsa Ecclesia dicit, quæ & candida est per munditiam fidei, & alta per virtutē gloriæ.

Vox sponsi.

Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum. D

In Aquilone enim aduersa mundi, in Austro blandimenta designātur, qua gemina impugnatione probatur Ecclesia. Consurge, permittentis vox, non imperantis.

Et fluant aromata illius.

Id est, virtutum constantiam miro odore dispergat.

Cap. V.

Veniat dilectus meus in hortū suū.

Veniat Dominus in Ecclesiam suam, vt eam ipse conseruet immaculatam vbiq. & fidei fruge fœcundet.

Et comedat fructum pomorum suorum.

Et libenter accipiat, grataterq. inspiciat opera seruorum suorum.

Vox Christi.

Veni in hortum meum, soror mea sponsa.

Veni (inquit) sæpissimè in Ecclesiam meam, & venio, vt corrigam, adiuuem, & confirmem.

Messui myrrham meam cum aromatibus meis.

Per myrrham passio, vel mortificatio: per aromata omnes virtutes exprimūtur. Metit myrrhā cum aromatibus, quando martyres cum cæteris electis ad maturitatem præmiorum perducit.

Comedi fauum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo.

In fauo & vino prædicatores: in melle & lacte auditores intelliguntur, & vtrosque internus iudex approbat, & remunerat.

Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

Amici, faciendo, quæ præcipio, obsecro, ita factis sanctorum, quasi epulis præcipuis, præcordia vestra replete.

Ego dormio.

Donante gratia Dei in pace præsentis vitæ cum colo.

Et cor meum vigilat.

Quo tranquillius ab incursibus externis quiesco, eo altius intus video, quàm bonus est Deus.

Vox dilecti mei pulsantis.

Pulsat ostium cordis, cum Dominus nos ad profectum virtutū excitat. Aperi mihi, id est, cor pande mihi, soror mea. Amica mea, quia arcanorum meorum conscia. Columba mea, quia spiritus mei dono illustrata. Immaculata mea, quia sola aspectu meo digna.

Quia caput meū plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.

Caput Christi Deus. Cincinni sunt fidelium collectiones. In rore & guttis noctium frigens charitas in multis osteditur, quam in Domino, & proximis habere debuerūt. Ideo necessariò excitat Dominus fideles quosque

Universidad de Deusto
Biblioteca

quosque ad prædicationis studium, cui pro- A uocata ad laborem docendi respondet Ecclesia.

Vox Ecclesiæ.

Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?

Ac si apertè dicat, deserui negotia secularia tui caussa, quomodo repetam illa?

Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

Iam secretæ cõpunctionis fletibus ablui cogitationes terrenas: quomodo mũdi sordibus iterùm polluar? quia prædicationis officium sine occupatione seculari vix esse potest.

Dilectus meus misit manum suam per foramen.

Manum quippe suam dilectus per foramen misit, cum nos Dominus occulta inuisibiliter compunctione ad opus virtutum accẽdit; nobisq. in memoriam reuocat, quomodo, & quanta de sinu Patris descendens pro nobis est passus.

Et venter meus intremuit ad tactũ eius.

Hæc recolens intimâ conscientiâ sponsa, tota expauescit: & pigritiam quietis ac- C cusans ad laborem prædicationis festinat: vnde sequitur.

Surrexi, vt aperirem dilecto meo.

Id est, verbum Domini prædicarem.

Manus meæ stillauerũt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.

In manibus enim opera, in digitis discretio signatur. In myrrha continentia & passiones: quæ tunc probatissima est, cum solummodo pro charitate Dei, & proximi D vel continentia fit, vel passiones fiunt.

Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.

Pessulum dilecto aperit, qui templum sui pectoris diuina visitatione & inhabitatione dignum fecerit.

Ille declinauerat, atq. transierat.

Quia nulli in hac vita plena visio Dei, sicut in futuro, conceditur: ideo transire dicitur dilectus, id est, in futurum se videndum, & perfruendum pleniùs ostendit.

Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.

Quanto suauiùs, inquit, vocem, atque viciniam dilecti mei accepi, tãtò sublimiùs, quidquid in me frigidum erat, charitate incaluit: & quidquid rigidum erat, liquefactum est.

Quæsiui, & non inueni illum.

Quia donum compunctionis, & dulcedinis intimæ non in arbitrio est volentis, sed in miseratione donantis, ideo non semper habent illum æqualiter: quia non ita se offert Deus in exilio laborantibus, quomodo in patria regnantibus.

Inuenerunt me vigiles, qui circumeunt ciuitatem, percusserunt me, vulnerauerunt me, tulerunt pallium meũ mihi custodes murorum. B

Custodes ciuitatis, id est, Ecclesiæ, sancti sunt doctores, qui sedula prædicatione circumeunt corda singulorum, & spiculis cælestis amoris vulnerant, &, vt magis ardeãt, inflammescunt, & vetustæ conuersationis tutamen eis subtrahunt.

Adiuro vos, filiæ Ierusalẽ, si inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo.

Meritò languet sponsa, cum gladio verC bi Dei percussa terrenum exuit amictũ: & filias Ierusalem, id est, Deo dignas animas adiurat, vt sui amoris magnitudinẽ ad Dominum referant: & pro eius videnda gloria supernum sibi poscant auxilium.

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?

Obsecro te, quia sic adiurasti me, vt amore, quo te languescere dicis, me quoq. per verbum prædicationis facias ardescere: & mihi ostendas, qualis sit dilectus tuus ex ea parte, qua possit diligi, non timeri: quia perfecta charitas foras mittit timorem.

Vox Ecclesiæ de Christo.

Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus.

Candidus, quia sine peccato; rubicũdus sanguine passionis Christus: qui solus mediator Dei & hominum.

Caput eius aurum optimum.

Caput Christi Deus, qui solus bonus, & optimus.

Comę

Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus. A

Comę, cæteruæ sunt sanctorum, quæ Deo fideli famulatu adhærent. Elatæ, vel electæ palmæ propter caput Christi, nigræ ob pressuras.

Oculi eius, quasi columbæ super riuulos aquarum.

Oculi eius doctores sunt, per quos Ecclesia videt, quæ recta sunt: qui bene columbæ propter simplicitatem, & riuulis aquarum propter charismata diuina comparantur.

Quæ lacte sunt lotæ, & residentiuxta fluenta plenissima. B

Lacte lotas dicit, id est, gratia diuina, & dulcissima mundatas: & residentiuxta fluẽta plenissima, id est, omnium donorum spiritualium abundantia. Potest in riuulis veteris Legis eruditio, & per fluenta plenissima perfectio Euangelicæ doctrinæ signari: quia sancti prædicatores de thesauris suis proferunt noua & vetera.

Genæ illius, sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentarijs: Labia eius lilia distillantia myrrham primam.

In genis Saluatoris nostri, & modesta pietas simul, & seueritas exprimitur. Areo- C lis aromatum virtutes & dulcedo, & fama designantur. Consitæ à pigmentarijs Prophetis & Apostolis: his futuræ incarnationis eius arcana, illis facta narrantibus. Labia eius verba sunt doctrinæ eius. Lilia, quia claritatem cælestis regni promittunt. Distillantia myrrham primam, quia per contemptum voluptatum præsentium ad hanc perueniendum esse prædicant.

Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis.

Manus, id est, opera, quia quæ verbis do- D cuit, factis impleuit. Tornatiles, quia in se omnem regulam iustitię tenẽt. Vnde dicit: oportet me omnem iustitiam adimplere. Sunt & manus aureæ, quia omnia, quæ in homine gesit, diuitias gloriæ perfecit. Plenæ hyacinthis: quia ad spem nos cælestium, atque amorem excitant: quia hyacinthus aurei coloris gemma est.

Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

Venter dilecti fragilitatem humanitatis eius designat. Eburneus decorem castitatis. Sapphirus sublimitas est cælestium virtutum. Distinctus sapphiris: quia partim humana fragilitas esurie, tentatione, fatigatione, morte: partim diuina celsitudo miraculis, resurrectione, & ascensione glorię intelligitur.

Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas.

Crurum vocabulo itinera incarnationis Christi insinuantur, quæ columnis marmoreis propter firmitatem, & rectitudinem comparantur. Fundatæ super bases aureas: quia quicquid de eo, vel per eum gestum est, omnia diuinę prouisionis consilio ante tempora secularia disposita sunt.

Species eius vt Libani, electus vt cedri.

Vt Libanus celsitudine & gratia arborum alios mõtes, sic Dominus Christus omnes sanctos meritorum celsitudine & gratia virtutum antecellit. Electus vt cedri: Sicut alias arbores, quæ in Libano nascuntur, cedri superant dignitate sua: ita Christus omnes qui in Ecclesia ad vitam nascuntur, sua transcendit gloria.

Guttur illius suauissimum.

In gutture interna dulcedo verborum C illius memoratur, quam qui sapit, non esurit.

Et totus desiderabilis.

Quid amplius quæris? Totus desiderabilis est: quia totus Deus, & totus homo, in quẽ desiderant & Angeli prospicere. Deus in maiestate Patris: homo in virginitate matris. In illo creator, in hac saluator.

Talis est dilectus meus: & ipse est amicus meus.

Quanto deuotiùs quisq. diligit Dominũ, tanto familiariùs habet amicum Dominũ. D Et talem necesse est, vt intelligas eum, si vis eum amicum habere.

Quo abijt dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum?

Vox Synagogæ, pro decore enim carminis variantur personæ colloquentium. Sed tantùm Christi Ecclesia, quia sponsę vocabulo exprimitur, designatur pulcherrima mulierum. Pulchræ sunt singulæ Ecclesiæ sanctorum: sed pulcherrima vniuersitas totius sanctæ Ecclesiæ per totum orbem.

Quo

Quo declinauit dilectus tuus,& quęremus eum tecum?

Qui aliquando in terra corporali ſpecie verſatus eſt,dic quo declinauit ille, vt ſequamur illum tecum?

Cap. VI.

Vox Eccleſiæ.

Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum.

Quaſi dixiſſet, illuc deſcendit in hortum, id eſt,eccleſiam ſuam, vt eam fonte gloriæ ſuę,quaſi aream aromatum irrigaret:vt virtutum floribus germinaret.

Vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.

Ego dilecto meo locum habitationis prępparo in me,& ipſe mihi apud ſe:qui ſemper inter ſancta deſideria mentium caſtarum paſcitur. Hactenus ſanctæ Eccleſiæ vox eſt quærentis ac laudantis: nũc, quid quæſitus reſpondeat,ſubinfertur.

Pulchra es amica mea: ſuauis & decora ſicut Ieruſalem.

Sanctam Eccleſiam ſuam amicam dicit, quia eius vitæ deſiderium viſioni iam pacis intimæ aſſimilatur.

Terribilis,vt caſtrorum acies ordinata.

Id eſt,charitate vnita,& cõpacta,vt nullus locus hoſti per malum diſcordiæ aperiatur: quia ſolummodo in vnitate pacis terribiles ſumus hoſti.

Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt.

Id eſt.oculis mentis tuæ noli quærere in tuæ peregrinationis itinere perfectè me cognoſcere,quia fieri non poteſt:quia quo intentiùs agnoſcere quæris, eo certiùs incomprehenſibilem intelliges:& nõ quæras in via præmium,quod in patria reſeruatur.

Capilli tui, ſicut greges caprarum,&c.

Qui verſiculi prius poſiti ſunt, ſed repetitio firmitatis eſt indicium. In capillis populi,in dentibus doctores,in gemellis fœtibus præcepta charitatis intelliguntur.

Sicut cortex mali Punici,ſic genæ tuę abſq́.occultis tuis.

Genæ ſanctæ Eccleſiæ ſpirituales ſunt Patres,qui virtutibus ſunt mirabiles,& moribus venerabiles, & in Chriſti cruce gloriari non erubeſcentes.Et hæc magna ſunt valde,quæ videntur in ea: ſed multo maiora,quæ non videntur,& in futuro reſeruantur.

Sexaginta ſunt reginæ,& octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.

Reginæ ſunt,quæ amore ſponſi,& cæleſtis præmij intuitu per prędicationẽ veritatis, & ſacri baptiſmatis fontẽ ſubolem æterno regi ſpiritualem generãt.Concubinæ ſunt, quæ carnali ſolummodo cõmodo Chriſtũ prædicando,vel baptizando docẽt: & ideo illæ perfectione ſenarij numeri, per denarium,propter decalogum deſignãtur. Adoleſcentulæ ſunt animæ nuper Chriſto renatæ,quarum ſumma propter multitudinem ciuium cæleſtium numerum traſcendit.

Vna eſt columba mea,perfecta mea.

Sancta videlicet, & vniuerſalis per totũ orbem Eccleſia.

Vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.

Matri ſuę,id eſt,cæleſti Ieruſalem:quę eſt mater omnium noſtrum. Vnde ad nos gratia Spiritus Sancti deſcendit, per quam naſcimur Deo.

Viderunt illã filiæ, & beatiſsimam prædicauerunt.

Quas priùs dixit adoleſcentulas, nunc filias nominat: antiqui omnes Catholicam laudant Eccleſiam.

Vox Synagogæ mirantis Eccleſiæ decorem ſubinfertur.

Quæ eſt iſta,quæ progreditur,quaſi aurora conſurgens?

Progreditur Eccleſia, quaſi aurora, quia iam ortus veri luminis mundo poſt tenebras longę ignorantiæ monſtratur.

Pulchra,vt luna.

Quia ſole iuſtitiæ illuſtrata noctẽ mũdi illuminat.

Electa,vt ſol.

Quia imaginem ſui conditoris in omni iuſtitia,ſanctitate,& veritate portat.

Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.

Terribilis âêris poteſtatibus in vnitate charitatis, fidei,& ſpei.

Deſcendi

Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium.

Hortus etenim nucum,eſt Eccleſia præſens, vbi noſtras conſcientias alterutrum minimè videmus:ſed fracta teſta corporis, apparebit interne dulcedinis fructus.Poma conualliũ,fructus eſt humilitatis.Deſcendit ſancta Eccleſia per doctores ſanctos ad eos, qui proficiunt ad fructus bonos: quiúe ad hoc indigent doctrinæ irrigatione.

Et inſpicerem, ſi floruiſſet vinea:germinaſſent mala punica.

Inſpicerẽ, ſi virtutum ſtudia floruiſſent: & ſi qui ad exemplum Dominicæ paſsionis præparati eſſent ſuum fundere ſanguinem.

Vox Synagogæ.

Neſciui,anima mea cõturbauit me, propter quadrigas Aminadab.

Neſciui dona gratiæ ſpiritualis in te ſpõſa:ſed anima mea conturbauit me propter introductionem Euãgelicæ quadrigæ, qua Aminadab (qui interpretatur populi mei ſpontaneus) id eſt, Chriſtus per totum vehitur mundum. Cui Eccleſia conſolando mox reſpondet.

Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere,reuertere,vt intueamur te.

Noli turbata eſſe:ſed reuertere ad agnitionem tui Redemptoris, qui tibi toties in Prophetis & Lege promiſſus eſt. Reuertere puritate fidei: reuertere operum perfectione,ô Sulamitis, id eſt,captiua, iã à vinculis infidelitatis reuertere ad tuũ Redemptorem,vt ſalueris.

Cap. VII.

Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum.

Tu doles Synagogam obduratam: propè eſt tempus, quod choros bellantium aduerſus malignos ſpiritus, & laudantiũ Dominum videbis in ea.

Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis,filia principis?

Nunc laudes Eccleſiæ ab ipſo ſponſo proferuntur: & primo operum conſtantia, & mortificatio voluptatum laudatur in ea, quia filia principis, id eſt, Chriſti ob gratiam baptiſmi.

Iunctura femorum tuorum, ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis.

Duorum cõcordia populorum ſpirituali prole fœcundorum in iunctura femorum deſignatur,quia ſicut monile fabricatur manu artificis,ſic eſt ineffabili largitate conditoris noſtri firmata. In monili bona opera exprimuntur.

Vmbilicus tuus, crater tornatilis, nunquam indigens poculis.

Vmbilicus, id eſt, fragilitas infirmitatis noſtræ,crater: cum conſcientia mortalitatis,atque infirmitatis noſtræ admoniti,calicem verbi ſalutaris prompta mente proximis propinare ſatagimus.

Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs,&c.

Aceruus tritici vallatus lilijs eſt, cum abundantia boni operis ſola ſpe perpetuæ lucis colligitur. In ventre memoriam tritico multiplicatio boni operis: in lilijs caſtitas exprimitur. Item in tritico panis,& in cratere potus, quæ pauperibus dantur, exprimuntur.

Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ.

De duobus huberibus ſuperius dictum eſt. Duo hubera, doctores ſunt vtriuſque populi.In gemellis duo teſtamenta ſunt. Gemelli,propter vnam concordiam.

Collum tuum, ſicut turris eburnea.

Item in collo doctores deſignati ſunt, qui turri eburneæ propter firmitatem, & pulchritudinem comparantur. Qui ciuitati Dei & robur præſtant & decus.

Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis,

Item oculi Eccleſiæ doctores propter nutrimentum. Et rectè piſcinæ comparantur, quia fluenta doctrinæ ſuis auditoribus præbere non ceſſant. Heſebon cingulum mœroris interpretatur: quia ſancti pro vana lætitia carnis, cingulo abſtinentiæ conſtringuntur: & bene in porta multitudinis,ob abundantiam populorum concurrentium per portam fidei in Eccleſiam.

Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item in naso verbi Dei dispẽsatores causa discretionis designãtur. Turris, quia eminentissimum locum tenet in ecclesia, quę respicit contra Damascum: id est, sanguinarium, & impium (quia Damascus sanguinem bibens interpretatur) significat carnales, & crudeles, cõtra quos sancti Doctores, in turri Libani, id est, firmitate Ecclesiæ semper vigilant.

Caput tuum, vt Carmelus, & comæ capitis tui, sicut purpura regis iuncta canalibus.

In capite mens designatur: in comis cogitationes. Et sicut capite membra, ita cogitationes mẽte reguntur. In Carmelo, id est, sublimibus, & passione Christi: quæ nomine purpuræ exprimitur, versantur. Canales, præcordia sanctorum, in quibus alligantur tales cogitationes.

Quàm pulchra es, & quàm decora charissima, in delicijs.

Pulchra fide & opere decora, charissima in delicijs, id est, spiritualibus virtutibus.

Statura tua assimilata est palmæ.

Id est, rectitudo operationis bonæ semper ad victoriam tendit.

Et hubera tua botris.

Huberibus doctores Ecclesiæ propter lac primæ eruditionis comparantur: & botris æquantur propter mysteria dulcissima æternitatis.

Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt hubera tua, sicut botri vineæ.

Aptè enim victoriosissima crux palmæ comparatur, in quam Christus ascendens apprehendit fructus eius, id est, dona, quæ largitus est sanctæ Ecclesiæ, quæ ex illo tẽpore botros vineæ germinauit, id est, sanctos doctores: qui maiori scientia, & gratia propter crucem, & resurrectionem Saluatoris abundant.

Odor oris tui, sicut malorum: guttur tuum, sicut vinum optimum.

In gutture vox præsentis doctrinæ, in odore fama absentis demonstratur. Et ideo vino illa, propter fragrantiam virtutũ: hæc malis, ob suauitatem absentis famæ, comparatur.

Dignum dilecto meo ad potandum, labijsque & dentibus illius ad ruminandum.

Rapuit enim sponsa verbum ex ore spõsi: quia ille vino optimo eam comparauit, & subiecit: Dignum dilecto meo, id est, tãta sublimitas est Euangelicæ prædicationis, quòd ipse dilectus primus per hanc in carne apparens mundo iter cæleste aperuit. Labijsque & dentibus, id est, Apostolis, prædicatoribusque maximis dedit ad meditandum.

Ego dilecto meo.

Et non alteri, cui totam curam seruitutis, & dilectionis impendo.

Et ad me conuersio eius.

Me solam diligit, & adiuuat, ne deficiam in via.

Egrediamur in agrum, cõmoremur in villis: mane surgamus ad vineas: videamus, si floruit vinea: si flores fructus parturiunt: si floruerunt mala punica.

Quia nullatenus Ecclesia, vel ad bene operandum egrediendo procedere: vel in exercitio bonæ operationis persistendo cõmorari: vel saltem ad propositũ bene agendi assurgere: vel animos auditorum suorũ, quantum profecerint, discernere sufficit, nisi gratia Dei adiuta, qui dixit: ecce ego vobiscũ sum, &c. Item, in agro, Christiani: in vineis, ecclesiæ: in floribus, fides: in fructibus, virtutes: in malis punicis, martyriũ designatur. In his enim singulis sponsa dilecti sui præsentiam quærit.

Ibi dabo tibi hubera mea.

Id est, paruulorum meorum pædagogos: quia in his omnib⁹ proficiũt doctores sãcti.

Mandragoræ dederunt odorem in hortis nostris.

Mandragora propter multimoda medicaminum genera sanctorũ virtutibus cõparatur: portę Ecclesię doctores sunt sancti. In huiusmodi portis mandragoræ dederunt odorem, cum spiritualis quisque ex se virtutum famam longè, latèque spargunt.

Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

Poma noua & vetera præcepta sunt, siue promissa noui Testamenti, & veteris: quia omnia ad eius gratiam refert Ecclesia.

CAP.

CAP. VIII.

Quis mihi det te fratrem meum sugentem hubera matris meæ, vt inueniam te foris.

Vox ista est antiqua iustorum optantium aduentum Christi in carne. Sugentẽ hubera matris meæ, id est, in Synagoga nasci, ac nutriri iuxta humanæ cõditionis naturam. Et inueniam te foris: Intus erat dilectus, dũ in principio erat verbum: foris, dum verbũ caro factum est.

Ibi deosculer te.

Id est, facie ad faciem videbo, Et os ad os loquar.

Et iam me nemo despiciat.

Ante aduentum Christi intra angustias Iudææ tantũ fuit Ecclesia: post Ascensionẽ in toto mundo dilatata fuit, & venerabilis.

Apprehendam te.

Id est, prompta ac fideli deuotione excipiam venientem.

Et ducam in domũ matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis.

Peracta carnis dispensatione, redeuntem lætis ducã in domũ matris meæ luminibus. In domum matris meæ, vbi cælestis Ierusalem mater nostra. Ibi me docebis potiora sperare dona, quàm in lege habuissem.

Et dabo tibi poculũ ex vino condito.

Id est, feruentem amorem varijs virtutum pigmentis ornatum.

Et mustũ malorũ granatorũ meorũ.

Id est, gloriosum sanctorum martyrum triũphum: qui feruentissima caritate perferunt flãmas, per quas ad te transire non dubitãt.

Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Læua carnis Christi dona designat: & dextera futura sanctorum cum Christo gaudia exprimit.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum.

Vox Synagogæ mirantis, quomodo de deserto gentilitas in amplexus subitò sponsi ascendisset. Delicijs affluens id est, omniũ bonorum pulchritudine. Innixa super dilectum, omnia, quæ habet ad gratiam dilecti referens. Suum, quem mihi soli mittẽdum putabam.

Sub arbore malo suscitaui te.

Sub arbore crucis à perpetua morte reuocaui te, vt Apostolos, & cæteros electos ex Iudæa.

Ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

Id est, maior plebs, Christum negando, & Barabbam eligendo, reprobata est.

Pone me, vt signaculũ, super cor tuũ: vt signaculum super brachium tuum.

Vt digito ob memoriam cuiuslibet rei signum aliquod ligamus. Per cor cogitatio, & per brachiũ designatur operatio. Si me velis habere spõsum, intus charitas fide nõ ficta sit, & foris operatio deuota.

Quia fortis est, vt mors, dilectio, dura sicut infernus æmulatio.

Fortis est vsque ad mortem mea dilectio in te, ò Synagoga: sed tua æmulatio dura in me fuit, sicut infernus. Sed verte æmulationem in dilectionẽ, & eris mihi sponso spõsa.

Lampades eius, lampades ignis, atq; flammarum.

Dilectionis lampades corda sunt fideliũ: Ignis, propter feruorem cordis: Flammarũ, propter operationis efficaciam.

Aquæ multæ nõ poterunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illã.

Aquas multas, & flumina, tentationũ dicit incursus, quæ visibiliter, seu inuisibiliter animas fidelium impugnare non desinunt, quibus charitas non cedit.

Si dederit homo omnem substantiã domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

Sancti verè totius domus suę substantiam pro dilectionis magnitudine, quasi nihil despiciebant.

Soror nostra parua est, & hubera nõ habet.

Prima nascentis Ecclesiæ de gentibus tẽpora designat: quando adhuc & parua fuit numero, & minus idonea prædicare verbũ Dei, quasi sponsus Synagogæ dixisset de ea.

Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est.

Ac si apertè dicat parua quidem numero est Ecclesia gentium, & nec dum verbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ministerium subire sufficit. Quid ergo tibi A videtur, ò Synagoga, de sorore faciendum nostra, quãdo alloquẽda est, id est, per verbi ministerium ducenda in fidem. Synagoga tacente, ipse sponsus, quid fieri debeat, respondet.

Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea.

Ac si diceret, si aliquos habet in se fortes fide, ingenio claros, vel philosophia instructos, addamus illis propugnacula argentea, id est, scientiam diuinarum scripturarum, vt eo facilius possint tutari infirmos, atque B indoctos.

Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.

Si sunt simplices, tamen docendi studio inhiantes, proponamus illis priorum exempla iustorum: quo certiùs, & efficaciùs docendi opus implere possint. Cedri virtutes Sanctorum: & Tabulæ latitudinẽ charitatis designant. Ad hæc ipsa respondet Ecclesia.

Ego mur⁹, & hubera mea, quasi turris.

Ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens, ego de viuis compacta sum lapidibus, & glutino charitatis adunata, & super C fundamentũ immobile ædificata. Hubera, id est, doctores fortissimi, ceu turris: qui & paruulos nutrire sciunt: & omnia maligni expellere: & hoc mihi accidit ex eo tempore, quo Christus me reconciliauit, & per eũ pacem reperi.

Vinea fuit pacifico meo in ea, quæ habet populos.

Vinea, id est, Catholica Ecclesia fructu abundans fidei fuit pacifico, id est, Christo, quia omnia pacificauit in cælis, & in terris, D in ea congregatione, quæ multos populos possidet ex toto orbe, non in Iudæa solum. Traditur ea custodibus Prophetis, vel Apostolis, vel Angelicis potestatibus, & dignitatibus.

Vir autem pro fructu.

Id est, retributione æterna huius vineæ.

Affert mille argenteos.

Id est, pro acquisitione regni cælestis, qui est fructus vineæ, cuncta, quæ mundi sunt, reliquit. Millenarius numerus pro perfectione ponitur. Id est, qui omnia reliquit. Argẽtei pro omni pecunia accipiuntur.

Vinea mea coram me.

Vox sponsi. Veruntamen, etsi te alijs cõmendem custodibus, tamen te semper in mea habeo præsentia, videns, & remunerãs laboris tui deuotionem in omnibus.

Mille tui pacifici.

Mille tui, subauditur, argentei. Quasi dixisset, qui amore meo cuncta sua dimittit. In pace erit, quia omnem substantiam suã, quæ millenario designatur, pro charitate Dei amittit.

Et ducenti (id est argentei) his, qui custodiunt fructus eius.

Qui sunt Doctores sancti, qui omnia mũdi dimittunt, & in verbo prædicationis laborare non cessant: hi duplici remuneratione, quæ ducentenario designatur, donantur apud me.

Quæ habitas in hortis, amici auscultant.

Quia locutio nostra finienda est, hoc vltimum vale à me audito. Semper habita in hortis virtutum: & scito, quia amici, id est, Angelici spiritus, & animæ Sanctorum semper te considerant, & tuo gaudent aspectu.

Fac me audire vocem tuam.

Id est, vox prædicationis tuæ, dum valeo, semper audiatur à me.

Sponsa respondet.

Fuge dilecte mi.

Ac si apertè dicat: quoniam in carne apparens præcepta mihi, ac dona vitę cælestis conferre dignatus es, nunc his peractis reuertere in sinum Patris, ò mi dilecte.

Assimilare capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes aromatum.

Et hoc mihi sit solatium, quia continua visione te nequeo cernere, saltem crebra visitatione me consolari memento.

FINIS.

INDEX IN DIVI ISIDORI OPERA.

Crucis signum † prioris tomi posteriores numeros indicat: Asteriscus * posteriorem tomum.
Litteræ A. B. ad vtramque columnam spectant.

A

Aaron etymõ. pag. 130.B
Aarõ vita & mors. 144.C
* Aaron Pontificis indumẽta. 174.B
* Aaron & Hur duo populi, vel duo testamenta. 165.B
* Aaron & filij eius ignem altari imponentes quid significent. 178.C
* Aaron Episcopi figura, & filij eius presbyterorum. 182.D
* Aaron & Maria soror fratri obtrectantes, synagogæ figura. 188.C
* Aaron cum thuribulo Christi figura. 190.B
* Aaron mortuus legis figura. 193.D
Abacti magistratus. 187 D
Abactor. 186.B
Abactus. 186.D
Abamita. 180.A
Abaneth. 380.A
Abares. 164.B 180.B
Abarim. 195.B
Abauunculus. 180.B
Abauus. 177.A 180.B
Abba. 139.D
* Abbas qualis eligẽd⁹. 402.B
Abdenago. 149.B
Abdias. 96.C. 101.D. † 100
* Abdias prædicatorum figura. 246.B
† Abdiæ vita & mors. 148.C
* Abdiæ liber quid cõtineat. 318.D
Abdo seruus eius interpretatur. 130.A
† Abdon. 97
† Abducere, deducere, & perducere. 2.C
Abel etymõ. 128.C * 122.B
† Abel vita & mors. 140.C
* Abel & Cain quorum figura. 120.B
* Abel Christi typus. 238.B
Abesan. 96.A † 97
Abia. 96.B † 99
Abies. 335.B
Abigeus. 186.B
† Abijcere & proijcere. 2.C
Abimelech. 96.D
† Abimelech iudex. 97
† Abimelech iudicis historia. 213.A
† Abimelech pontifex. 96.B
* Abimelech rex, & Sara quorum figura. 133.B
Abiron excidium. 189. A 190.A
Abiuratio. 87.B
† Abiuro & adiuro. 3.C
Ablactatus. 186.A
Ablatiuę prępositiones. 10.C
Ablatiuus casus. 7.B
Abmatettera. 180.B
† Abnegare & negare. 25.B
* Abnegare seipsum quid. 87.C
Abnepos. 178.D 180.A
Abneptis. 180.A
† Abnuere & annuere. 3.B
Aborigenes. 283.A
Abortiuus. 186.D
Abraham etymon. 32.D
Abrahæ vita & mors. 141.A
Abrahæ generetio. 96
* Abrahæ actus. 128.A. &c.
* Abrahæ puer cuius typus. 240.B
* Abrahæ quod tres viri apparuerunt, triplicem habet figuram. 131.D
* Abrahæ cur decem gentes non septem dinumerauit Deus 201.D
* Abraham Dei patris typus. 240.D
* Abrahæ duæ vxores, duo testamenta. 240.A
† Abrogans & arrogans. 1.A
Abrotanum. 351.A
Absalom etymon. 131.A
* Absalom historia. 228.B
† Abscedere, discedere, decedere, & secedere. 1.B
† Absconditum & abscõsum. 1.A
Absida, siue absis. 296.A
Absinthium. 345.C
Abstemius. 186.A
* Abstinentia. 62.A
* De abstinentia. 63.D
† Abstulit, tulit, & substulit. 35.A
* Abundantia epularũ. 61.D
Abydos. 157.B 275.D
Abyssus. 258.D
* Abyssus abyssum inuocat. 50.A
Academia & Academici. pag. 148.B
Acanthina vestis. 343.C
Acanthis. 246.A 343.C
Ἀκανθος. 246.A 340.B
Acanthus. 343 C
Acarnanij. 162.A
Acatium. 370.B
Accaron. 154.A
Accentor. 114.B
Accentus, & eorum figuræ. 13.D
* Acceptio personarũ. 105.C
† Accersire & arcessire. 41.B
Accidens. 44.A
† Accidere, cõtingere, & euenire. 7.C 40.C
† Accipere, sumere, & tenere. 32.D 39.C
Accipiter. 45.A * 199.C
Accola. 186.C
† Accola, incola, & aduena. 41.B
† Accommodare & commodare. 7.A
† Accubare, decubare, & recubare. 1.B
Accubitum. 393.A
† Accusare & incusare. 20.A
Accusatiuæ præpositiones. 10.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accusatiuus casus. 7.B
Acephali hæretici. 146.C 98.B
Acer. 186.A
Acer arbor. 336.D
† Acerbus & aceruus. 3.C
† Acerbus & immaturus. 3.D
*Aceruus lapidum multitudo credentium. 143.D
Acetabulum. 323.C. 325.B 399.C
Acetum. 397.A
*Acetum qui bibant. 187.D
Achab. 60.D 131.A
Achab cupiditas. 61.C
Achæus, & Achæi. 165.A
Achaia. 270.A 286.A
Achaicum mare. 257.A
* Acham furtum. 206.D
*Acham figura peccatoris. 244.A
Achates lapis & fluuius. 277.A
Achates lapis. 315.C
Achates gemma. 312.D
Achaz. 96.D. 131.C. † 110
Achazias. 131.B
Achias. 96.C. 134.D † 100
Achiæ vita & mors. 149.B
Acies. 172.A
Acies gladij. 355.D
† Acies & bellum. 45.C
Acina. 330.B
† Acisclus martyr Corduben sis. 160.A
Acolythi. 139.B *352.B
Acolythus & quid ad eũ pertineat. 139.B
Acone. 343.D
Aconita. 343.D
Acorum. 343.D
Ακρα. 276.D
Acredula. 243.D
Acridium. 345.D
Acroceraunij montes. 279.D
* De actione & contemplatione. 85.D
* Actio prius resecanda postea cogitatio. 49.C
Actio regundorum finium. 85.D
Actiua verba. 9.D
Actor. 176.B 185.A
Actores & curatores. 175.C
Actualia nomina. 7.B
Actualis philosophia. 43.C
Actuariæ naues. 368.B
Actus. 301.C
Actus duplicatus, minimus, & quadratus. 300 A.B
Actus Apostolorum. 102.D *323.D
Acupicta vestis. 381.D
Acus. 389.D
Acutus accentus. 13.A
Acyrologia. 22.C
† Ad & at. 3.C
Ad pro apud. 17.C
† Ad forum & in forum ire. 4.A
Adam. 95.C. 128.A † 93
† Adæ vita & mors. 140.A
† Adæ peccatum. 50 B.C
*Adam & Heua originaliter simul creati. 12.A
* Adam peccauit industria. 45.B
*Adam cũcta suo nomine appellauit. 116.D
* Adã & Heua & serpẽs quid significent. 117.A.B 118.B
*Adam Christi figura. 237.B
Adamas. 313.D
Adamas hirci cr uore dissoluitur. 22.A
Adamiani hæretici. 144.A
† Adcline & adcliue. 41.D
* Addicere, damnare, siue cogere Isidoro, & Gregor. 203.A
† Addo propheta. 149.C
† Adelphius Archiepiscopus Toletanus. 167
† Adficere & afficere. 2.C
† Adimere, auferre, & eripere. 4.A
Adire hæreditates. 83.C
Aditus. 295.D
† Aditus & ostium. 2.D
† Adiuro & abiuro. 3.C
*Adiutorij lapis.
† Adlidere & elidere. 2.D
† Admirari & mirari. 23.B
† Admittere & emittere. 12.C
† Admonere, monere, & commonere. 23.B 42.C
Adnepos & adneptis. 180.A
† Adnisus, subnixus, & innixus. 2.B
† Adnuntiare, & nuntiare. 42.A
Adolescens. 215.C
† Adolescens & adolescẽtior. 33.A
† Adolescentes. 54.A
Adolescentia. 215.B † 53.B
Adolescentior. 216.C
† Adolescere, & inolescere. 2.B 42.C
Adonai Dei nomen. 119.C
† Adoperire & operire. 43.C
Adoptiuus. 178.A 186.D
Ador, adorea, & adoreum. 327.B
Adpatruus. 180.B
Adportare, & portare. 42.C
Adria. 257.D
Adriaticum mare. 257.A
Adrianus Imperator. 97.C † 106
Adrumetus ciuitas. 273.A
† Adscribere, & conscribere. 7.D 42.A
† Adstipulatio. 44.A
† Adstruere, struere, & construere. 42.B
Aduena. 175.A 186.B
† Aduena, & conuena. 2.D
† Aduena, incola, & accola. 41.B
Aduerbium. 6.C 9.C
Aduersa in tres species diuiduntur. 50.A
*Aduersitates pœnæ peccati. 8.D
Aduersitatum stimulis tangit Deus nolẽtes voto proprio corrigi. 68.A
† Aduersum & aduersus. 2.C 41.A
† Aduocare, inuocare, & euocare. 2.C
† Aduocatus, & inuocatus. 42.B
Adulter. 186.D
Adulter & adultera. 87.B
† Adulteriũ & fornicatio. 2.A 16.D
† Adulterium, stuprũ, & incestus. 31.D
Ædes. 292.A
Ædificatio. 373.A
Ædificia publica. 289.A
Ædificia rustica. 298.A
Ædificia sacra. 293.C
Ædificia & agri. 283.A
† Ædificia & mœnia. 45.D
Ædificiorum instrumenta. 377.A
Ædificiorum partes. 296.C 372.D
Ædificiorum venustas 374.C
Ædificium. 292.A
Æger. 186.A
Æger & ægrotus. 4.C. 40.C
Ægeum mare. 257.D
Ægialea ciuitas. 162.D †96
Ægialei. 164.D
† Ægialeus primus Sicyoniorum Rex. 95
† Ægidius Comes Romanus. 158.C
Ægophtalmos. 316.A
† Ægritudo & ægrotatio. 4.C
*Ægritudo carnem vulnerat mentem curat. 381.C
Ægrotus. 186.A
Ægrotus & æger. 2.C 40.C
Ægyptij. 163.B 164.C

Ægy-

Ægyptij Geometriam inuenerunt. 55.D
Ægyptij Astronomiam inuenerunt. 61.C
Ægyptij ex solis cursu diem mensis inuenerunt. 92.B
† Ægyptij quando mensium principia inuenerunt. 66. B
Ægyptilla. 313.A
Ægyptiorum regnum quando cepit. 96.B 95
Ægyptiorũ reges Ptolemæi. 170.B
*Ægyptiorum plagæ decem. 159.C
*Ægyptiorũ thesauri. 160.D
Ægyptus rex Danai frater. 164.C 266.C
Ægyptus regio. 266.C
Ægyptus Romanis subditur. 97 A 129.B
Ægyptus errore Dioscori latrat. 98.B
*Ægyptus pœnas luit, & emẽdari nequiuit. 58.B
*Ægyptus cæsa ad damnationem. 66.C
*Ægyptus figuraliter mundũ significat. 156.C
*Ægyptus animalium nece verberatur. 160 A
*Ægyptus non abominãdus. 199.B
Ælia ciuitas Ierusalem. 283 † 106
Ælij locus. 196.A
Ælius Pertinax Imperator. 97.C † 107
Æmilianus. 326
Æmilij locus. 242.C
Æmilius Paulus. 140.B
Æmulus. 186.B
† Æneas quando in Italiã venit. 97
Ænigma. 26.A
Æoliæ insulæ. 277.B
Æolides insulæ. 90.C
Æolis. 163.A
Æolus. 277.B
Æos Typhonis filius. 286.B
Æquæuus. 186.B
Æquales numeri. 53.C
Æquidiale. 64.C
Æquimanus. 186.D
Æquinoctia duo. 93.A. † 70. D
Æquinoctialis circulus. 151. B
Æquinoctium. 64.C. 93.D quando fit. 251.B
Æquitas. 186.B
Æquiuoca. 44.C
Æquor. 18.A. 255.B † 89.D
Æquora. 396.D
† Æquora & maria. 4.B
Æquus. 18 A 186.B
† Æquus & equus. 13.A
† Æquus & iustus. 4.C
Aer. 251.C.D
Aer densus nubes est. 52. A
Æra annorum. 94.A 68. B
Æranis equus. 224.A
Aeria Ægyptus. 266.C
Ærarium. 294 Saturno dicatum. 317.B
Aeris equi. 363.C
Aerius hæresiarcha & Aeriani. 145 A
Æris erugo. 119.C
Æris flos 304.A 319.C
Æris purgamenta. 319.C
Aeromantia. 151.A
Aeros. 185.A
Ærugo. 320.B
Ærumnosus. 186.A
Æs & eius genera. 319.B
† Æs & es. 3.C
Æs nisi oleo perungatur celerius rubiginem trahit. 319. B
Æs in liquida pice seruatur. 319.C
Æs frigore magno melius fundi tur. 119.B
Aer æruginem creat. 319.D
Æsculapius fulminis ictu interijt. 70.B
Æsopicæ fabulæ. 30.B. 153. C
Æstas. 258.D † 69.B.D
Æstas noua adulta & præceps. 93.C
Æstas quando fit. 251.B
† Æstas allegoricè. 70.A
Æstatis equi. 363.C
† Æstimare & putare. 45.B
Æstiua. 281.B
Æstiuum. 334.A
† Æstus & fretum. 258.D
Ætas. 95.C
Ætates hominis sex. 215.A 53.A
* Ætates sex hominũ, sed dierum operibus Dei significãtur. 114.D. etc.
Ætates mundi. 95.D. † 92 *115.A. etc.
Æternus Dei nomen. 120.D
Æther. 251.A
† Æther & cælum. 6.A
Æthiopes. 129.C 162.C
Æthiopes proximi æstiuo circulo. 71.B
Æthiopia. 273.B
Æthiopicus lapis. 315.B
Æthiopum populi tres, Hesperij Garamantes, & Indi. 167.C
Æthites lapis. 306.C. 315.D
Æthna. 251.A. 276.D. 280.C 156.B
† Æthna ad exemplum gehennæ. 90.D
† Æthnæ ignis causæ. 90.B
† Æthra & æther. 6.A
† Ætius Dux Romanorum. 157.C
Ætius hæresiarcha & Ætiani. 145.A
Æuum. 317.C
† Æuum & sæculum. 4.B
Afer. 167.B
† Afer, Africus, & Africanus. 4.A
Afri. 162.C 167.B
Afri versipelles. 166.B
Africa. 167.C. 264.B. 272.B † 3.B
Africa Libya cognominata. 269.C
Africus ventus. 254.A. † 86. A
† Affectio & pietas. 27.A
*Affectionum qualitates quatuor. 41.C
† Affectus animi. 61.D
† Afficere & adficere. 42.B
† Affinis cognatus & propinquus. 7.C
Affinitatis gradus. 177.A
Affirmatio. 46.A
Affirmatio & negatio mediũ non habent. 51.A
Afflari. 91.C
Affluenta. 394.C
Afranij locus. 239.A. 248.B 395.C † 6.D 31.C
Afratum. 395.A
*Agag Rex. 219.B
Agar. 129.B * 130.C
* Agar exiens de domo Abrahæ, quid significet. 134.A
Agareni. 162.B † 96
Agaricum. 346.B
Αγκυρα. 369.C
Αγκων. 175.B
Agea. 369.C
Agenor. 269.C
Ager. 298.D
Ager aruus, consitus, pascuus, floreus. 299.A
Ager alluuius, arcifinius, compascuus, noualis, squalidus, stadialis, subcesiuus, & vliginosus. 299.A.B.C.D
Ager bis diuisus figurã dena-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rij numeri efficit. 300.B
Agere prædicamentum. 45. C
Agere causam & dicere. 4. A 46.D
Aggæi liber quid contineat. 246.D
† Aggæi vita & mors. 148.D
Aggæus. 101.D 134.B
* Aggæus figura sanctorum. 246. D
Agger. 197.A 301.D
† Agila Rex Gotthorum. 160 A † 166
Agilis. 186.B
† Agillanes Rex Gotthorum. 160.A 166
Agitator. 362.B
Agmen. 172.C
Agna. 302.B
* Agna & capra in sacrificio. 177.D
Agnati. 179.A
† Agnitio & cognitio. 7.A
Agnoitæ hæretici. 146.C
Agnomen. 6 A
† Agnomé, nomé, pronomen & nomen. 25.C
† Agnoscere & cognoscere. 4.A 8.B 46.C
Agnus. 221.C
Agnus Christus. 123.A
* Agnus Paschalis. 160.B
† Agnus in Græcia loquitur. 100.
* Agnus in sacrificio. 177. D
Agon. 360.C
Agonij loci. 360.D
Agonum genera. 360.D
Agrabat regio. 266.A
Agrantes. 378.C
Agredula. 239 D
Agrestis. 222.B
Agri. 298.D
Agri funiculis diuisi. 299. D
Agricola. 186.C
* Agricolæ quibus vinea in euangelio locatur. 251.A
Agriophagitæ. 218.A
† Agripinus comes. 158.C
Ἀγρόϊς. 347.A
Ala herba. 251.A
Alæ. 208.B 242.A
* Alæ animalium in Ezechiele. 37.A
Alæ ventis & fulminibus finguntur. 254.C
Alæ exercitus. 172.B
Alabandina gemma. 314.D
Alabandicum marmor. 308.B
Alabastrites. 308.A
Alabastrum. 400.C
Alacer siue alacris. 186.A
† Alaricus Rex Gotthorum. 157.A 166
Alarici aduersus Romanos prælium. 156.A
Alarici dictum. 156.A
Alatores. 204.A
Alba longa. 286.C. quando condita. † 97
Albani. 164.B
Albania. 267.D
Albanorũ Reges Siluij. 170. B
Albatus. 186.B
† Albens & albescens. 2.D
Albouarij. 236.C
* Albugi in oculo. 182.C
Albula fluuius. 261.D
Albulæ aquæ. 256 B
Albus. 189.C
† Albus & candidus. 2.D. 38.D
Albus lapis.
Albutium. 346.B
Alces. 269.A
Alcmæon fabulas inuenit. 30.A
Alea & eius figuræ. 365.B.D
Alea interdicta & eius damna. 366.A
Alectria. 314.C
Alemani. 166.A 382.D
Alexander Magnus. 167.D 171.B.261.C † 103
Alexander Magnus Asiã obtinuit, & Ierosolymam cepit. 97.C
Alexander Magnus bibliothecas instruxit. 103.D
Alexandro Magno monstrum repẽtinam interfectionem significauit. 217.C
† Alexander Imperator. 97.D 107
Alexander Paris Helenam rapuit. 96.A † 97
Alexandria vrbs. 285.C
Alexãdria canina rabie latrat. † 110.
† Alexandria quãdo Romanis subiecta. 103
Alga. 346.C
Alibrum. 387.C
Alica & alicastrum. 327.B
* Alieni maligni spiritus sunt. 70.A
Alienigena. 186.B
† Alij & cæteri. 7.B
Alimentum, & alimonium. 394.B
Alites. 241.D 246.B
Alius. 186.D
† Alius & alter. 2.C. 39.A
Allectus. 186.D
Allegoria. 26.B
* Allegoriæ ex nouo testamẽto. 247.C
* Allegoriæ quædã sacræ scripturæ. 237.A
Alleluia. 114.D
* Alleluia quando cantatur.
* Alleluia & Amen. 229 D
Allium. 350.A
Allophili. 162.A
† Alloqui, eloqui, & obloqui. 2.B 43.D
Alluuium. 281.C
† Alluuium, & colluuium. 3.B
Alluuius ager. 299.B
† Almus. 31.B
Alnus. 336.D
Aloa. 341.B
Aloe. 343.B
Alogij hæretici. 144.D
Alogus. 15.A
Alopecia. 75.B
Alpes montes. 280.C
Alpha & Omega Christus. 122.D
Alpha vnum significat apud Græcos. 55.A
Alphæus fluuius. 277.A
Altanus ventus. 86.B 254.A
Altare. 294.B
* Altare de non sectis lapidibus. 166.A
* Altare iuxta arcam. 171.A
* Altaris constructio. 206.C
Alter. 186.D
† Alter & alius. 2.C 39.A
Althea. 345.C
† Altus, & excelsus. 2.A 45.B
Alueus. 400.D
Alumen. 256.B 303.D
Alumnus. 185.A 187.B
† Alius. 186.D
Aluus. 211 B
† Aluus venter & vterus. 3.A 53.B
Amabilis. 186.A
Amalaricus Rex Gotthorum. 159.D † 166
* Amalech. 163.D
Amalech diaboli figura. 243 D
Amalthæa sibylla. 150. A
Aman. 101.A
Amaracinum vnguentum. 78. C
Amaracus. 78.C 343.A
† Amare, & diligere. 2.C
Amarus. 186.D
Amasias. 131.B † 100
Amasius. 186.A
Amathæus. 162.D
Amathi. 134.A
Amator. 185.A 198.A
Amator vanæ gloriæ. 90.B
* Amatores mundi. 89. B 108.B
* Amatores mundi verbo tantum fidem defendunt. 35. B
Amatores misericordiæ. 109. C
Amazones. 164. A. 354.D † 97
Amazones solæ fœminæ pugnant. 155.D
Ambiguitas orationis. 38.D
Ambiguitas legis. 34.B
† Ambire & cupere. 7.D
Ambitiosus. 186.C
Ambitus. 301.C
Ambitus iudicium. 87.B
Ambo. 186.D
† Ambo & duo. 10.C 45.A
Ambrosia. 345.D
† Ambrosij verba restituta ex Isidoro. 83.C
† Ambrosius Episcopus quando claruit. 109
† Ambrosius hymnos composuit. 325.D
Ambulare. 242.A
Ambulare Deus dicitur. 121. A
† Amburere, & comburere. 3.D
Amen. 114.D
* Amen, & Alleluia nõ transferuntur. 329.D
Amens. 190.A 205.B
† Amens, & demens. 38.B
† Amentia, & dementia. 9.D
Amentum. 322.A 356.B
Amethyston. 330.B
Amethistyzon. 312.B
Amethystus. 311.D
Amiantos lapis. 306.B
* Amici quales esse debeant. 93.A
Amicus. 185.A
† Amicus & socius. 1.A
Amictus. 380.A
Amiculum. 385.B
Aminea vua. 330.D
Amineum vinum. 397.C
Amita. 179.C 180.B
Amma auis. 244.B
Ammochrisus. 315.D
Ammodytes. 253.C
Ammon. 96.D. 129.A. 131.C 162.B † 100
Ammoniacus succus. 334.D
Ammonitæ. 162.B
Ammonitrum. 317.A
Amnis. 160.D
† Amnis, & fluuius. 15.C. 38.A
Amœna loca. 281.A
Amolum. 395.A
Amomum. 345.C
Amonius Alexandriæ episcopus. 107.B
Amor. 142.B
† Amor, & cupido. 1.B
Amor fœmineus, id est, vehemens. 216.C
† Amor iustus, pius, crudelis, & obscœnus. 1.B
† Amor, dilectio, & charitas. 60.B
† Amor Dei, & proximi. 60.C
* Amor peccati. 47.A
* Amor mundanæ scientiæ. 83.D
* Amor Christi. 89.C
* Amor cæli appetitui respondet. 422.C
Amorge. 337.B
Amorrhæi. 162.B * 194.C
Amorrhæus. 162.B
Amos propheta. 96.C. 101.D 134.B
* Amos vita & mors. 148.A
* Amor Christi typus. 246. B
* Amos liber quid contineat. 318.B
Ampelos leuce, & ampelos melæna. 346.D
Amphibia. 236.B
Amphibolia. 22.A
Amphibrachis. 11.D
Amphictyon Græciæ Rex. 285. D
Amphidoxæ. 40.B
Amphimacrus. 11.A
Amphion. 57.D † 97
Amphisbæna. 232.C
Amphitapa. 385.D
Amphitheatrũ. 290.B. 364.B
Amphora. 323.C. 324.A 398.C
Amphytus. 285.B
Ampsaga fluuius. 273.B
Ampulla. 399.D
Amulcus. 286.D
Amurca. 337.B
Amygdala. 335.A
Amystis. 399.C
Ana abnepos Esau. 224.C
Anaboladium. 385.C
Anachoretæ. 139.D * 352.C
* Anachoretæ simulati. 352 D
Ananchitides. 316.A
Anacreon. 28.C
Anacreonticum metrum. 28.C
Anadiplosis. 23.B 39.D
Anaglypha. 399.A
Analogia. 19.C
Analogium. 294.B
Anamnesis. 41.B
Ananias. 134.C † 100
† Ananias, & Saphyra. 366.A
Anapæstus. 11.D
Anaphora. 23.C
Anas. 144.C
Anasceue. 37.A
Anastasius Imperator. 98.B † 100
Anastrophe. 25.C
Anaxilaus. 303.B
Anceps. 186.D
Anchora. 369.B
Anchora superior & inferior. 15.A
Anchusa. 345.A
Ancile. 175.B 358.B
Ancon. 75.B
Ancus Martius. 66.B. 197.C 286.A
Ancyromagus. 367.C
† Andeca Tyrannus. 165.D
Andreas Apostolus. 136. D † 152.B
† Andreæ Apostoli, & Lucæ ossa Cõstantinopolim trãslata. 108
Androdamas. 306.A 315.A
Ἀνδρόγυνοι. 218.C
Andromacha. 270.A
Andromeda. 69.B 284.D
Anefon. 351.B
Anethinum vnguentum. 78. D
Anethum. 351.B
Angæus. 286.B
Angeli. 126.B. † 50.A. * 9.C
Angeli cum pennis quare pinguntur. 126.B
Angeli omnibus locis præsunt. 127.D
Angeli Apostatæ. 128.A
Angeli boni malos à Paradiso prohibent. 265.C
† Angeli de nihilo conditi. 50.A
† Angeli præuaricatores quare veniam non habent. 51. C * 10.A
† Angeli spiritus sunt nõ animæ. 55.A
* Angeli & animæ immortales, sed non immutabiles. 1.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Angeli, & hominis distinctio. 9.B
* Angeli, & animæ initium habent, non finem. 13.B
*De Angelis. 9. 10. 11
Angelici hæretici. 144.A
† Angelorum, dæmonum, & hominum distinctio. 50.B
Angelus. 102.C
Angelus Christus. 123.B
Angelus Spiritus sanctus. 124.A
*Angelus vbicunque in scripturis sacris pro Deo ponitur, solus filius intelligitur. 11.B
* Angelus, qui loquitur ad Agar. 134.A
*Angelus, ad cuius discessum mouebatur aqua. 254.C
* Angelus apostata quare priuatus. 9.D
Angistrum. 77.A
Angriuari. 166.C
Anguilla. 88.C 238.C
Anguilla vino necata vini tædium efficit. 238.D
Anguis. 231.B
† Anguis, serpens, & draco. 3.A
Angues hebetem visum habent. 234.A
Angulus. 296.C
Anilitas. 216.D
Anima. 204.B
Anima per philosophiam, corpus per medicinam curatur. 78.D
Anima diuersa nomina pro efficientijs caussarū sortitur. 205.B † 55.B
† Anima, animus, spiritus, & mens. 44.D
† Anima de nihilo condita. 50.A 55.B
† Anima & corpus. 54.B
† Anima & animus. 54.D
† Anima initium habet, non finem. 54.C * 13.B
† Anima non pars, sed creatura est Dei. 55.B
† Anima quare ad imaginem Dei facta. 55.C
† Anima, & spiritus, 55.C
† Anima quid, & qualis, & vbi sit, & quam vim, vel formā habeat. 55.A
†De anima opiniones. 55. A.B.C
*Deanima, & cæteris sensibus. 13.A.etc.
*Anima nequaquā resurget, nisi expulsis curis secularibus. 88.C
* Anima non odio habenda, sed eius carnales affectus. 89.A
*Anima moritur, dum deserē te Deo de bono in malum mutatur. 1.B
† Animæ vtrum ex Adam veniant, an nouæ fiant. 56.A
* Animæ, & angeli immortales, sed non immutabiles. 1.A
* Animæ electorum in exitu vitæ. 111.B
* Animæ paruulorum. 56.C
Animaduersio. 89.C
Animalia. 221.A
Animalia quattuor, per quæ Euangelistæ significantur. 102.B
† Animalia, quæ tempestates, vel serenitates denuntiant. 87.D
† Animalia, & animantia. 3.B
Animalia, quæ non offerebantur in sacrificio. 183.C
* Animalibus sensus carnis, nō intelligētia est, præterquā homini. 14.D
* Animalium in aquis viuentium nomina. 239.C
Animatus. 186.C
Animosus. 186.C
Animus. 205.B
† Animus, & anima. 3.A C
* Animus sensibus præcellit. 14.A
* Animus purgādus, vt cor ad Deum dirigatur. 75.D
*Animus cui hæc vita dulcis, longè à Deo. 88.D
Anna. 130.B
* Anna Samuelis mater. 216.C
* Anna Ecclesiam significat. 245.A
Annales. 31.C
Annibal Alpes aperuit. 280.C
Annibal Nicomediæ veneno obijt. 267.C
Annona. 394 B
Annorum tria genera. 94.C
† Annuere, & abnuere. 3.B
† Annuntiare, & nuntiare. 2.B
Annullare. 376.C
Annularis digitus. 8.A
Annuli, & eorum genera, & qui eis vtebantur. 390.B
† Annuli. 67.B
* Annulus Pontificalis. 347 B
*Annulus qui ab spōso datur sponsæ. 350.B
Annulus vngulus, Samothracius, & Thynnius. 390.D
Annus. 94.C † 67.A
† Annus Ægyptiorum. 68.C
† Annus emboliſmus. 67 D
† Annus bissextilis. 67.D
† Annus ciuilis. 67.C
† Annus Iubilæus. 67.D
Annus Iubilæus, quid figurabat. 112.B
† Annus lunaris. 67.D
† Annus magnus. 67.C. 68.D
† Annus naturalis. 67.C
† Annus solstitialis. 67.D
† Annus, mundus, & homo. 73.A
† Annus vnde incipiat. 67.B
† Annus figuratiuè omne tempus vitæ significat. 67.B
Anquina. 370.C
Anser. 244.C
Anomalia. 19.D
Anormis. 186.B
Antæ. 255.C
Antanaclasis. 39.D
Antapodosis. 39.D
Antarcticus circulus. 251.B
† Ante, & antea. 1.B
† Ante venit, & prior venit. 40.C
Antecœnia. 394.B
Antegradatio stellarum. 406.C
Antella. 369.D
Antennæ. 179.D
Antenatus. 179.D
† Antepedes, & circumpedes. 7.C
Anteus. 287.D † 97
Anthracites. 314.B
Anthropomorphitæ hæretici. 98.B. 144.B † 108
Anthropomorphon. 343.C
Anthropophagi. 167.D
Antiæ. 389.D
Antibacchius pes. 11.A
Antica. 402.D
† Antichristi typus vel perus. 82.C
* De Antichristo, & eius signis. 29.D. etc.
Antichristus. 154.D

*Antichristus de tribu Dan. 152.C
Antidicomaritæ hæretici. 145.D
Antidotum. 76.C
Antigraphus. 15.A
Antilena. 407.A
Antilibanus. 163.C 279.D
Antimetabole. 40.A
Antiochia. 284.B
Antiochus. 292.C † 103
Antiphæresis. 26.D
Antipastus. 11.A
Antiphona. 113.C * 326.B
Antiphrasis. 158.A
Antipodes. 167.D 273.D
Antiquarij. 107.B
† Antiquum & vetus. 36.A
Antisigma. 15.B
Antistes. 138.B
Antithesis. 23.A
Antitheta. 39.B
Antitheton. 24.C
Antoninus Caracalla Imper. 97.C †107
Antoninus Pius Imperator. 97.C † 106
† Antoninus minor Imperator. 107
† Antonij monachi corpus repertum. 111
† Antonij monachi mors. 108
Antonius monachus. 98.A 218.C
Antonomasia. 25.C
† Antrum & specus. 33.B
Anus. 216.D † 54.C
* Anus quales esse deceat. 357.D
Aonia. 207.C
Aonius fons. 207.C
Aoth. 96 D 130.D
Apamea vrbs. 284.B
† Aparctias ventus. 86.A
† Apeliotes ventus. 86.A
Apelles hæresiarcha. 144.A
Apellitæ hæretici. 144.A
Apenninus mons. 280.C
Aper. 222.B 225.D
Apes. 248.A
Apex. 4.C. 358.C 388.B
Apex longis syllabis apponebatur. 19.A
Aphæresis. 22.D
† Aphæresis, syncope, & apocope. 39.C
Aphorismus. 77.C
Aphorus. 238.C
Ἀφροδίτη. 92.C 157.A
Aphronitrum. 303.D
Ἄφρος. 157.B 395.A
Aphrosiadæ. 277.C
Aphthæ. 76.D
Apiago. 346.A
Apicius coquus. 393.A
Apire. 388.B
Apis. 165.A
Apis Ægyptiorum. 157.B
Apis rex Argiuorum. 157.A
Apium. 350.D
Apium syluaticum. 345.D
Aplanes stellæ. 79.A
Aplustria. 356.A
Apocalama. 381.A
Apocalypsis. 102.A 323.A
Apocope. 22.D 39.C
Apocrypha volumina. 102.B
Ἀπόκρεον. 346.B
Apodyterium. 291 B
Apollinaris hæresiarcha, & Apollinaristæ. 145. † 109
Apollinis ad Pyrrhum responsum. 22.A
Apollo 153.C. 155.D. 270.C
Apollo medicinæ inuentor. 70.B 59.C
Apollo cytharæ, & medicinæ inuentor. 96.D † 97
Apollodorus præceptor Augusti. 103
Apollonia. 272.D
Apologeticum. 105.B
Apophoreta. 399.B
Apoplexia. 72.C
Apopores. 350.B
Apoliopesis. 41.A
Apostatæ. 153.A
Apostema. 73.C
Apostoli. 135.C
Apostoli nihil ex suo arbitrio induxerunt. 242.A
† Apostoli, & doctores nubibus significantur. 85.C
† Apostoli ad prædicandum sortes acceperunt. 153.B *282.D
*Apostoli mirabiliores operibus, quàm signis. 29.B
*Apostoli varijs linguis loquuti. 284.B
*Apostoli non communicauerunt ieiuni. 331.A
* Apostoli Ecclesiæ typus. 331.A
*Apostolorum genera quattuor. 346.A
* Apostolici hæretici. 144.B
Apostrophos. 14.B
Apotheca. 294.C
† Apparare, & præparare. 45.D
† Apparere, & parere. 2.D 45.B
Apparitor. 186.C
Appellatiua nomina. 6.B
*Appetitus contra amorē pa triæ cælestis. 422.A
Appius Claudus cæcus. 79.B
Appius Claudus primus solutā orationē apud Romanos exercuit. 27.C
Aprica loca. 281.B
† Apricum, & opacum. 3.C
Aprilis. 92.C † 65.D
Aprina vestis. 381.B
† Apringius Episcopus Pacensis. 126.B
Apsyctos. 312.D
† Aptum, & vtile. 1.A
* Aptum. 7.B
Apud. 17.C
† Apud, & penes. 3.C
Apuleius. 43.C 51.A
Apulia. 271.C
Aqua. 255.B. 258.D. 596.D
Aqua genitalis. 264.B
Aqua mera. 397.B
Aqua sacramenti. 125.B
Aqua Spiritus sanctus. 125.B
Aqua, & igni interdicere. 89.C 255.B
† Aqua, & vnda. 4.B. 57.B. 40.C
Aquæ Albulæ. 255.D
Aquæ amarę dulces cōsumūt. 256.B
Aquæ cæteris elementis imperant. 255.C
Aquæ in campania. 255.B
† Aquæ qualitas. 72.A
† Aquæ quæ super cælos sunt. 74.D
* Aquæ Ægyptiæ. 159.D
*Aquæ amarę in eremo. 161.D
* Aquæ in sanguinem conuersæ. 158.A
*Aquæ abstinentia ad castimoniam. 63.B
Aquarum natura. 255.C
Aquarum diuersitas. 255.D
Aquarum differentia, quibus ferrum candens tingitur. 320.D
Aquarij hæretici. 144.C
Aquarius. 69.B
† Aquatum, & aquosum. 3.B 43.A
Aquila. 103.C 242 B
Aquila, & cygnus inter astra. 69.B
Aquila ex alto ad escas collabitur. 90.C
Aquila Ioui dicata. 354.C
Aquila Christus. 123.A
Aquila interpres. 97.C
Aquila Mœcenatis libertus. 16.C
Aquila Ponticus. 106
Aquilæ. 354.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aquilæ mos. 85.C
Aquilæ pulli. 242.C
Aquillius, & Aquillia lex. 82.A
Aquilo. 73.A. 86.A. 254. D
† Aquilo forma diaboli. 86.A
* Aquilonis regna vitia sunt. 50.B
Aquitania. 271.D
† Aquosum & aquatum. 3.B 43.A
Ara. 294.A 299.D
† Aræ, & altaria. 46.D
Arabes. 153.C
Arabes aures pertundunt. 382.D
Arabia. 266.A
Arabica gemma. 315.B
Arabici hæretici. 145.D
Arabicus lapis. 306.C
Arabicus sinus. 258.C.D
Aracæus. 162.B
Arach vrbs. 284.A
Arachosia regio. 265.A
Aradij, & Aradius. 162.C
Aradus insula. 162.C
Aram. 162.A
Aranea. 230.C. 235.A. 386.C
Aranea piscis. 237.D
Arapennis. 300.B
Ararath mons. 279. D † 93
Araris fluuius. 261.A
* Arare, non arandum in boue & asino, quid? 198.D
Aratio. 326.B
Aratrum. 405.B
† Aratus astrologus. 103
Araxes fluuius. 261.B. 267.C
Arbe ciuitas. 284.B
Arbes fluuius. 265.A
† Arbiter, & iudex. 2.D
† Arbitrari, & putare. 45. B
† Arbitrium. 57.B
Arbor. 331.D 332.A
† Arbor, & arbos. 3.D
Arbor iuris. 180.A
Arbores vitam habẽt. 204.B
Arbores aquæ producunt. 255.C
Arbores tantum consurgunt, quantũ radices defixæ sunt. 332.D
De arboribus. 331.D
De arboribus aromaticis. 340.D
Arborum nomina. 333.C
Arborum creandarum genera. 337.D
† Arborum & herbarum vita & motus. 50.A
Arbustum. 331.D
Arca. 290.A. 300.B. 401.A † 1.B
† Arca Noe. 93
* Arca Noe quid significet. 123.C
Arca Noe vbi cõsedit. 266.A 279.D
Arca testamenti. 169.B
Arca testamenti capitur. 96.B † 97 * 218.A
* Area & vellus. 210.D
Arcæ transitus. 204.A
Arcadia. 270.B
Arcadiæ fons. 255.B
Arcades. 165.A
Arcades conuersi in lupos. 220.A
Arcades quomodo Lycæo immolabant. 151.B
Arcadius. 98.A
† Arcadius, & Honorius. 109
Arcanum. 208.B. 401.A † 1.B
Arcas. 162.B 165.A
Arcas salius. 364.A
Arcere. 186.C
Arces. 290.A. 357.D † 1.B
Arcesilaus Cyrenaicus. 148.B
† Arcessire, & accersire. 41.B
Archangeli. 126.C
* Archidiaconus, & eius officium. 392.C
Archiepiscopus. 138.B.D
† Archiepiscopi Toletani veteres. 167
Archilochium carmen ab Archilocho. 28.C
* Archisinagogi filia. 249.C
Architecti. 372.C
* Architriclinus. 254.D
Archon Hippomenes. 360.B
Archontiati hæretici. 144.A
Arcifinius ager. 299.B
Arciuum. 401.A
Arcti. 251.A
Arcticus circulus. 251.A
Arctophylax. 67.C † 81 C
Arctos. 67.C 69.C
Arcturus. 67.C 81.A
Arcuatus morbus. 75.B
Arcumen. 342.C
Arcus. 290.A. 357.D † 1.B
Arcus cælestis. 252.D † 84 A
† Arcus cælestis gloriã Christi indicat. 84.C
Arcus ædificij. 296.A
Ardea. 242.D
† Arduum & sublime. 2.A
Area. 299.D
Arelas oppidum. 157.C
Arelatum oppidum. 286.D
Arena. 305.B.A 373.D
Arenata pila. 366.B
Arenosus. 202.C
Arethusa fons. 276.D
Aretina vasa. 398.D
Aretium municipium. 398.D
Arfa vicus. 266.D
Argentum, & eius tria genera. 318.B.C
Argentum viuum. 318.C
Argestes. 254.C † 86.A
Argilla. 302.A 398.D
Argillain lapidem vertitur. 32.B
Argitis vua. 330.B
Argiuorum regnum. 96.C
† Argos. 96
† Argonautæ. 97
† Arguere & coarguere. 2.D 42.B
Argumenta insita, & affecta. 49.C.D
Argumenta extrinsecus. 50.A
Argumentatio. 34.C 35.A
† Argumentatio & argumentum. 1.B
Argumentorũ loci, & species. 49.A
Argumentum. 31.A. 105.B 359.B † 42.B
Argus. 165.A
Argutus. 186.A
Argyre insula. 265.C. 275.D
Argyrites. 315.A
Argyros. 318.A
† Ariana hæresis. 108
Ariani. 145.C
Arij hæresiarchæ mors. 108
Arida, id est terra. 264.B
Aries. 68.B 221.B
Aries Christus. 123.A
Aries militaris. 357.C
* Aries immolatus ab Abraham. 135.A
Arioli. 151.B
Arista. 328.A
Aristarchus. 15.A 102
Aristolochia. 344.D
† Aristophanes. 102
Aristoteles. 69.A. 97.B. 218. B † 102
Aristoteles, quando perihermenias scriptitabat, calamum in mente tingebat. 45.C
Aristotelis categoriæ. 44.C
Arithmetica. 43.C. 51.A † 61.A
Arithmeticæ auctores. 51.A
Arithmeticæ, Geometriæ, & musicæ

musicæ differentia. 55.D
Arius hæresiarcha. 145.C
† Arius Vgnerici pater. 164. D
Arma. 355.B
Arma & tela. 355.C † 3. B
Arma, armamenta & tela. 3.B 45.A
Armamentarium. 294.B
Armarium. 294.B 355.B
Armelausa. 381.B
Armenia. 164.C. 221.A 267.D
Armenia superior & inferior. 267.A
Armenij. 162.A
Armenij fidem Christi suscipiunt. 98.B † 111
Armenij pharetrati. 382.D
Armenius Comes Iasonis. 164.C 267.D
Armi. 208.A 294.B
Armiger. 186.A
Armillæ. 389.C
Armoracia. 350.C
Arnoglossos. 344.C
Aromata. 340.D
Aromatites. 310.D
Arphaxat. 96.A. 129.C. 162. A † 94
Arra. 85.B 183.B
Arrabo & arra. 86.D
Arrogans. 186.B * 57.B
† Arrogans, & abrogans. 1.A
* Arrogantes legendo non consequuntur scientiam. 81.C
† Arrogantia & superbia. 31.D
* Arrogantia de superbia. 57.A
† Arrogantiæ falsa opinio. 90.B
† Arrogantiam calcat metus. 62.D
* Arrogantibus plerunq; vtile à Deo deseri. 90.A
Ars. 1.A
Ars & artificium. 6.A
Ars & disciplina. 1.B
Ars magica in Persia inuenta. 265.D
* Ars in artificem retorquet laudem. 3.D
* Ars seculi strenuos amatores habet, ars diuini timoris languidos. 40.C
Arsicidæ. 170.B
† Arsare. 37.D
Arses. 102.A
Arsis. 11.C 58.B
Artaba. 324.C
Artabatitæ. 218 B
Artabo. 323.C
Artaxerxes. 70.B † 102
Artaxerxes qui & Ochus. 97.B
Artemisia herba. 344.B
Artemo. 370.C
Arteriæ. 52.D 207.B
Arteriæ cordis duæ. 210. C
Arteriaca. 76.C
Arteriasis. 73.B
Artes liberales septem. 1.A
Arthriticus morbus. 74.B
Articulata vox. 10.B
Articuli. 8.A 209.B
Articuli cæsa & membra. 28.A
Articulus, & pronomen. 8.A
Artifex. 367.A
* Artis acquisitio. 80.B
Artotyritæ hæretici. 144.C
Artus. 209.A.B
Arua. 264.B
Aruina. 209.A
Arundo. 337.B
† Arundo, & hirundo. 42.D
† Aruspex, magus, & incantator. 19.D
Aruspices. 151.B
Aruspicina à quibus tradita. 152.C
Asa. 96.C. 131.B † 100
Asaph. 134.D
† Asaphat. 99
Asarum. 342.B
Asbestos lapis. 270.C
Ascalon vrbs. 284.C
Ascalonia. 349.D
† Ascanius Æneæ filius Albã condidit. 96 97
Ascaridæ. 36.A
Ascendere & conscendere. 44.B
* Ascensio Domini. 338.A
Aschanaz. 162.D
Ascia. 378.C
Ascilla. 208.B
Asciola. 378.C
Asclepiades. 78.D
Asclepiadeum carmen. 28.C
Asclepius. 70.B
Aser. 153.B † 142
* Aser cuius figura. 153.B 242.C
Asellus. 223.D
Asia. 264.B.C
Asia minor. 267.B
Asilus. 248.B
* Asina Balaam loquens. 195.D
Asini Arcadij. 223.C
Asinus. 221.A 223.B
* Asiongaber. 193.C
Asparagus. 350.C
† Asper & ferox. 38.A
Ἀσφάλαξ. 230.D
Asphalti lacus. 259.B
Asphaltites lacus. 255.C. eius bitumen. 303.C
Asphodelus. 193.D 346.B
† Aspicere, videre, & intueri. 36.A 39.D
† Aspicere & respicere, &c. 2.D
Aspis. 232.C
Asplenos. 346.C
Aspucidamus lacus. 255.C
Assecla. 186.C 202.C
† Assequi & consequi. 7.A 42.D
* Asserere & non discutere causas. 104.D
Asseres. 378.D
† Assiduè & quotidie. 46. A
* Assiduitas in sacris colloquijs. 80.B
Assiduus. 186.C 187.C
Assis. 111.A
† Assuere, & consuere. 7.A
† Assuescere, consuescere, & insuescere. 7.B 42.B
Assum. 395.B
† Assumere, tollere, & auferre. 32.D
Assumptio. 35.B
Assur. 161.D 163.B
Assur virga. 103.A
Assurim. 163.C
Assyria. 163.A.B
Assyrij. 162.A 163.A
Assyrij magici. 150.D
Assyriorum regnum. 96.B 169.D † 95
† Assyriorum regnum in Medos translatum. 100
Astabari. 162.D
Astacos. 248.D
Asteriscus. 14.C
Asteriscus cum obelo. 15.A
Asterites. 312. A
Astijsmus. 26.C
Astra. 66.D
† Astra, sidera, stellæ & signa. 3.D 45.D
Astra aduersus cæli cursum currunt. 62.B
Astrios. 314.B
Astrixis mons. 273.D
Astrologi. 151.C
Astrologia. 61.B
Astrologiæ, & Astronomiæ diffe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

differentia. 61.A
Astronomia. 43.C. 51.A. 61.B
Astronomię inuentores & institutores. 61.C.D
Astrosus. 186.A
Astura fluuius. 167.A
Astures. 167.A
Asturicenſis vrbs. 158.D
† Asturius Archiepiſcopus Toletanus. 133.B 167
Astutia. 356.A
Astutus. 186.A
Asyntheton. 24.C
† At & ad. 3.C
† Ataces Rex Vuandalorum. 157.A
† Athalaricus Gotthorũ Rex. 109
Atalia. 96.C. 131.B † 100
† Atanagildus Gotthorũ Rex. 160.C 166
† Atanaildus Tyrannus. 111
† Atanaricus Gotthorũ Rex. 155.D 166
† Ataulphus Gotthorum Rex. 157.B 166
Atauus. 177.A 180.A
Ἀτέχνα argumenta. 50.A
† Athanatius. 108
Athenæ. 153.B. 270.B. 285.C
† Athenæ à Cecrope conditæ. 96
Athenienſes. 165.B
Athenienſum Reges Cecropidæ. 170.B
Athletæ. 360.A
Athletæ ficis alebantur. 334.C
Athos mons. 280.A
† Atila Vgnorum Rex. 158.A
Atlas Prometheifrater. 280.A † 96
Atlas aſtrologiam excogitauit. 61.C 96.C
Atomorum diuiſio. 250.A
Atomus 250.B 249.C
Attramentum. 376.A
Atratus. 186.B
Atriplex. 350.B
Atrium. 292.B
Atrophia. 74.A
Atrox. 186.A
† Atrox & dirus. 9.C
Atrum. 292.B
Atta poeta. 105.D
Attalus Rex. 386.A
† Attendere & intendere. 2.A
Attentus. 186.C
Attia Octauiani mater. 170.C
Attica Acte prius dicta. 270.A
Atticæ columnæ. 574.A
Attici. 165.B
Attis. 165.B 270.A
Attollens. 186.C
Attonitus. 186.C
† Attribuere & tribuere. 35.A
† Auaritia. 21.C
† Auaritia duplex. 62.D
† Auaritia eleemoſyna ſubiugatur. 62.D
* Auaritia omni peccato peior. 60.C
Auarus. 186.C.D
† Auarus & cupidus. 1.A
Auceps. 186.A
Auctor. 185.A
Auctores veteris teſtamenti. 100.A
Auctores rerum ruſticarum. 326.A
* Auctores ex quibus ſacræ ſcripturæ expoſitiones Iſidorus deſumpſit. 112.A
* Auctoritas poteſtatis. 98.B
* Auctoritate magiſterij quis caret. 96.A
† Audacia & temeritas. 35.D 42.C
Audax. 186.C
† Audax, & temerarius. 3.D
† Audentius Archiepiſcopus Tolet. 167
† Audire, & exaudire. 2.B
Auditus. 205.B † 54.A
Auellanæ. 335.B
† Auellum & bellum. 44.D
Auena. 347.A
† Auena & habena. 5.D. 42.A
Auernus lacus. 258.D. 271.A
Aues. 241.B.D
Aues bis naſcuntur. 246.B
Aues quarum pennæ noctu lucent. 269.A
† Auferre, adimere, & eripere. 4.A
† Auferre & tollere. 32.D
Augurari. 146.B
Augures. 151.C 246.A
Auguria. 151.C
Auguria credere nefas. 244.C
† Auguria, & auſpicia. 1.B
Augurij ſpecies. 246.A
Auguſtæum marmor. 308.D
Auguſta ciuitas. 284.D
Auguſtinus epiſcopus. 98.A 104.B
Auguſtinus epiſcopus quando claruit. † 109
Auguſtus Cæſar. 92.D. 170.A
Auguſtus Cæſar notis litterarum vſus. 17.B
Auguſtus Cæſar contra Antonium bellum geſsit. 286.C
Auguſtus menſis. 66.A
Auia. 180.B
Auiaria. 332.B
Auidus. 186.C
† Auitus Imperator. 158.D
† Auitus epiſcopus. 127.C
† Auis & volucris. 3.A
* Auis diabolus dicitur. 71.A
† Auiũ multa nomina à ſono vocis. 242.B
Auium, inuium, deuiũ, & peruium. 46.B
Aula. 292.B
Aulæa. 386.A
Aura. 254.A. 317.A 86.B
Auraria. 317.D
Aurarij. 317.A
Auraſius Archiepiſcopus Toletan. 134.A † 167
Auratæ. 236.D
† Auratum, & aureum. 3.B
Aurelianus Imperator. 98.A † 108
Aurelius Antoninus Imperator. 97.D † 107
Aures. 207.A † 52.B
† Aureum & auratum. 3.B
Auriculæ olim audiculæ. 333.A
* Auricula ſerui Hebræi perforata, quid ſignificet. 166.B
Auricularis digitus. 208.A
† Aurienſis conuentus. 165.A
Auriga. 362.B
Auriga aſtrum. 69.C
Aurigæ duobus coloribus. 362.B
Auris Dei nomen. 121.A
Aurora. 91.B
Aurum. 317.A
Auri tria genera. 318.B
Aurichalcum. 319.C
Aurifex. 307.A
Auripigmentum. 376.C
Aurugo. 75.B
Auſonium mare. 257.D

Auſpex. 186.A
Auſpicia. 151.C
† Auſpicia, & auguria. 1.B
Auſter. 153.D. 154.B. † 86.A
Auſtralis axis ſiue polus. 62.A 251.A
Auſtralis piſcis. 238.A
Auſtroafricus ventus. 254.A.C † 86.A
† Auſtrum & oſtrum. 3.B
Aut. 17.C
Autumnus. 93.D † 69.A
† Autumnus allegoricè. 70.A
Auunculus. 179.C 180.A
Auunculus magnus. 180.A
Auus. 177.D 180.A
† Auxilium, præſidium, & ſubſidium. 27.D 40.D
Axes ſphæræ duo, id eſt poli. 62.D
Axis cæli. 73.A. 251.B 73.A
Axungia. 395.C
Azarias. 96.C. 131.B. 134.C † 100 149.D
Azymi panes. 161.B

B.

B. Et P. 17.D
* Babel interpretatur confuſio. 128.A
Baburrus. 187.B
Babylon vrbs. 265.D 283.C
Babylonia regio. 265.D
† Babyloniæ muri ædificãtur. 95
Bacauda Archiepiſcopus Toletanus. 167
Baccea. 39.D
Bacchius pes. 11.A
Bacchus. 166.B
Bacillus. 404.C
Bacchia regio. 267.A
Bactriani. 162.B. 163.D 261.B
Bactrus fluuius. 163.D 261.D
Bactrum oppidum. 283.C
Baculus. 404.C
* Baculus epiſcopalis. 347.B
Badius equus. 223.D
Bætica prouincia. 271.B
Bætis fluuius. 262.C 271.B
Baiæ. 271.A 281.C
Baionola. 403.D
Bal. 154.D
Bala ancilla Rachel. 129.D * 141.D
* Bala legis figura. 241.D
Balaac. 130.C
* Balaac benedicitur. pag. 195.D
Balaam Ariolus. pagin. 130.C
* 96.D
* Balaam diaboli figura. 70.D
* Balaam conſilium, quod dedit Balaac. 195.D
* Balaam aſina loquitur. 195.D
Balanitæ. 315.B
Βαλανεῖον. 291.A
Βάλανος. 336.C 330.A
Balare. 37.D
Balauſtra. 333.D
Balbus. 187.B
Baleares inſulæ. 277.C
Balearicum mare. 257.A
Balenæ. 237.A
† Balineum & balneum. 6.A
Ballematia. 60.D
Balliſta. 277.C 357.A
Balnea. 291.A
† Balneum & balineum. 60.A
† Balſamũ & opobalſamũ. 6.C
† Baltea & baltei. 41.B
Balteus. 391.A
* Baneiacam. 192.C
† Baptiſma. 128.C
Baptiſmus. 115.A
† Baptiſmus quare parnulis datur. 50.C
* Baptiſmus & eius inſtitutio & genera. 363.D
* Baptiſmus non hominis, ſed Chriſti. 365.B
* Baptiſmus in remiſſionẽ peccatorum futurus annuntiabatur. 305.B
* De baptiſmo & Communione. 27.A
* Baptizari non poſſunt, qui non ſunt nati. 27.D
* Baptizet hæreticus; an fidelis nihil intereſt. 365.B
Bar. 136.A
* Barabbas Antichriſti typus. 255.B
Barachia. 134.D
Barathrum. 282.D
Barba. 207.A † 51.D
† Barba & barbæ. 6.A
Barbaria. 269.D
Barbariſmus. 21.A.B 22.C
† Barbariſmus & ſolœciſmus. 6.C 39.C
† Barbas Epiſcopus Arrianus. 111
Barca. 367.C
Βαρεῖα. 14.A
Barnabas Apoſtolus. 102. 137.A † 154.B
† Barnabę Apoſtoli corpus repertum. 110
Barones. 175.B
Baroptis. 313.A
Barraba. 137.A
† Barrire. 37.D
Barritus. 227.B
Barrus. 227.A
Bartholomæus Apoſtolus. 136.B † 153.A
Βάκχος. 175.B 208.A
Baſaltes lapis. 307.B
* Baſan. 194.C
Baſes. 170.C. 296.C 374.A
† Baſilides hæreſiarcha. 106 143.B
Baſilidiani hæretici. 143.B
Baſiliſca vua. 330.A
Baſiliſcus. 232.A
† Baſilius conſul. 126.A
† Baſium & ſuauium. pagina 25.D
† Baſſus & baſſos. 6.C
Baſterna. 404.A
Batus. 324.A
Baubare. 37.D
Bauius. 26.C
Baxeæ. 392.A.D
* Beatitudinis quomodo remiſcimur. 4.D
Beatus. 187.D. * 34.B 55.A
† Beatus & felix. 5.D
† Beatus honeſtus & fortunatus. 6.A
† Beatus & diues. 38.C
* Beatus eſt qui ſecundũ Deũ ſapiens eſt. 34.A
* Beatum facit vita recta cum fide. 34.C
Bebrycia eadem & Bithynia 267.C
Bdelium 340.C
Beelphegor. 154.D
* Beelſephon. 186.A
Behemoth. 154.A * Diabolus dicitur. 71.A
Beelzebub. 154.A
Bel. 154.C
Belgis ciuitas. 271.A
Belial. 154.A
† Beliſarius. 164.B 111
Belioculus. 312.B
Belus pater Nini. 154.C
Belus primus Aſſyriæ regnauit. 95
Bella & ludi. 352.A
Bella primus Ninus intulit. 352.A
Bella interna, externa, ſeruilia, ſocialia, & piratica. 352.A
Bellerophon. 219.A † 97
Bellorum genera quattuor iuſtum, iniuſtum, ciuile, & pluſquam ciuile. 352.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

In bello quattuor geruntur. 353.A
Bellum. 352.A.B.C
Bellum pugna, & prelium. 352. C
† Bellum & prœlium. 6.B. 45.C.
† Bellum & tumultus. 35.B
† Bellum & auellum. 44.D
† Bellum Troianum quo tempore. 97
Benacus. 271.A 258.A.D
* Benedictiones, & maledictiones Hebræorũ. 207.A
* Benedictiones sacerdotum. 231.B
* Bene agere & fructum boni operis non habere. 90.B
* Bene viuere plus est, quàm signa facere. 29.C
Bene pascere, & bene arare. 326.B
Beneficentia. 187.B
Beneficus. 187.B
Beneola. 346.B
Beneuolentia absurdum sonat pere. 187.B
Benignus. 187.A
† Benignitas & bonitas. 5.D
Beniuolus. 187.B
Beniamin. 133.C † 142
* Beniamin quid significet. 144.C 154.C
* Beniamin Pauli Apostoli typus. 149.A 241.C
Berenice vrbs. 272.D 285.A
Berillus lapis. 309.D
Besi. 166.A
Besi populus. 169.B
† Bestia & fera. 15.D
Bestiæ. 226.C
Beta. 350.A
Bethauen ciuitas. 284.B
Bethlehem ciuitas. 284.B
Bethel vrbs 284.A
* Bethsabee. 27.C
† Bibere & ebibere. 41.C
† Bibere & potare. 6.A
† Bibere & viuere. 37.C
* Bibere quantum satis est. 61.B
* Bibere multum & non inebriari. 62.D
* Bibere vinum in dulcedine. 63.A
Bibiones. 248.B
Biuium. 301.B
Bibliotheca. 103.C 294.B
Biblio hecæ sacræ. 103.C
Βιβλία. 294.B
Bibliothecæ primùm Romæ. 164.B
† Biclaro monasteriũ. 129.A
Bicinium. 113.C
Bidentes oues. 221.B
Bigæ. 362.A
Bigamus. 184.A
Bigenera. 224.B
Bilbilis. 320.D
Bilex vestis. 381.D
Bilibris. 323.D
Bilis. 90.B 211.D
Bilioſus. 187.B
† Bini & duo. 10.D
Binio. 366.B
Biothanatus. 187.D
Bipennis. 207.B 378.C
Biremes. 368.B
Birrus. 380.B
† Bis & vis. 37.C
* Bis bene loqui. 51.B
* Bis male loqui. 51.B
Bisontes feræ. 269.A
Bissextus annus. 111. D † 68. B
Byssum. 381.B 386.C
Bithynia. 267.C 285.B
Bitumen lacus Asphaltis. fol. 303.C
Blandus. 187.B
Blattæ. 248.D
Blatteum. 387.D
Blaccum. 387.D
Blemmiæ. 218.A
Blesus. 187.B
Blitum. 350.A
Boas serpens. 233.B 271.A
Bos. 222.C 221.C
Bos bouem requirit. 225.A
* Boues duodecim ærei in templo Salomonis. 230.D
* Bouis primogenitum non operabitur. 198.B
Bouis triturantis os non alligãdum. 198.B
Bœotia. 270.B
Bœotiæ locus furialis. 255.A
Boetius Arithmeticã transtulit. 51.A
Boetius commẽtum Isagoges quinque libris edidit. 44.B
Boia. 88.B
Bõbix. 233.C. 381.A. 386.D
Bombicina vestis. 381.A
Bona. 85.B
* Bona nuptialia tria. 359.D
* Bona in malũ conuertit imperio. 93.D
* Boni. 51.C
* Boni à malis in hac vita quare iudicantur. 107.A
* Boni sumus naturaliter, mali contra naturam. 12.A
† Bonitas & benignitas. 5.D
† Bonitus Archiepiscopus Toletanus. 168
* Boni cur laudem mereantur. 69.A
* Bonos hic Deus per afflictionem iudicat, & illic remunerat. 65.C
Bonus. 187.A
* Bonus ad malum aliquando reflectitur. 37.D
Bonorum possessio. 85.C
* Bonum bene loqui. 51.A
* Bonum male loqui. ibidem.
* Bonũ facere nõ prodest nisi correctũ fuerit malũ. 38.A
Bonosus hęresiarcha. 145.A
Bonosiaci hæretici. 145.A 126.C
Boreas. 254.D † 86.A
† Boreus. 73.A
Boreus polus. 62.A 251.C
Borio promontorium. 279.D
Boristhenes. 63.B
Bosphorus. 257.B
Botanicum. 77.D
Botrax. 233.A
Botrus. 330.D
* Botrus refertur in ligno. 189.A
Bootes. 66.D 67.C
† Bootes siue Arctophylax. 81.C
Booz. 130.B * 215.A
* Booz Christum verum Ecclesiæ sponsum expressit. 245.A
Braceæ. 381.C
Brachia. 208.A
Brachium Christus. 122.B
Brachile. 391.B
Bradypus. 242.D
Branchos. 73.B
Brassica. 350.B
† Braulio Episcopus Cæsarauguſtanus. 135
* Braulio Isidoro. 399.B.D
* Braulio ab Isidoro libros etymologiarum efflagitat. 400.A
Breuia maris. 258.C
Breuiculum, in quo militũ nomina continebantur. 16.D
* Breuitas vitæ. 110.C. 389.C
Brinda. 286.B
Brionia. 346.D
Britannia. 274.C
Britones. 166.A 382.D
Βρόμια. 93.B
Brontia. 316.B
Bructeri. 166.C
Bruma. 93.D
Brundisium ciuitas. 271.C 286.B
Brutus. 187. B. Hispaniam subegit. 97. D. notis littera rum scribebat. 17.B
Bubalus. 222.D
Bubo. 244.A
Bubulcus. 202.B
Buccina. 354.B
† Buccina, & buccinus. 6.B
Buccinum. 354.B
Bucco. 187.B
Bucolicum carmen. 28.C
Bugloſſos. 344.C
Bulbi. 350.C
Bullæ. 389.A
Bulla. 401.B
Burdegalis ciuitas. 286.D
Burdo. 224.D
Burgarij. 175.A
Burgi. 166.D
Burgundiones. 166.C. 175.A
Buricus. 224.B
Buris. 405.C
Buphthalmos. 346.A
Bupresis. 248.C
Bustum. 402.B
† Bustum, rogus, & pyra. 28.C
† Bustum, & sepulcrum. 45.D
Buxus. 336.D
Buxus, & buxum. 338.A †24.B
Byrsa. 285.B
Byssina vestis. 381.B
Byzacium vrbs. 273.A 285.C
Byzacena regio. 273.A

C

C, & G. 17.D
Cab llus. 223.D
Caballus sagmarius. 406.C
Cacei haton. 22.A.C
Cachexia. 74.A
Cadauer. 216.C † 32.D
*Cadere in faciem. 153.B
*Cades. 193.D
Cadmia. 319.C
† Cadmus. 97
Cadmus è Phœnice in Græciam litteras attulit. 2.C 96.D
Caduca bona. 85.C
Caduca pasio. 73.C
Caduceatores. 155.B
Caducus. 189.C 333.D
Cadus. 324.B 400.C
† Cæcias ventus. 86.A
Cæcilius Metellus Scipio. 27.B
Cæcilij locus. 188.D. 370.B
Cæcus. 189.C 211.A
† Cæcus, & orbus. 26.D
*Cæcus à natiuitate, cuius oculos dñs luto vnxit. 254.C
*Cæcus sedens secus viam. 254.A
*Cæcus, & mutus dæmonium habens. 249.D
*Cæci in euangelio. 248.D
*Gæci duo iuxta viam sedentes. 249.D
Cæcæ gemmæ. 316.C
†Cæcitas, & cæcitudo. 41.C
Cæcula. 233.D
Cædar. 164.B
Cæles. 188.B. Ciuitas. 162.C
Cælia. 398.A
Cælata vasa. 399.A 372.D
Cælatum. 250.B
Cælebs. 188.B
Cælicola. 188.B
Cælum. 62.B. 250.B. 372.D 399.A † 77.B
Cælum Deus claris luminibus distinxit. 62.B 250.B
Cælum pater Saturni. 154.D
Cælũ aquæ tẽperant. 255.C
†Cælum, & æther. 6.A
† Cælum spiritualiter ecclesia est. 73.A
†Cælum vtrum vnum, an plures. 74.B
Cæli axis. 62.C
Cæli celeritas. 62.B
Cæli gemina facies. 63.C
Cæli circuli. 63.D
Cæli ianuæ. 63.B
Cæli partes quattuor. 63.D
Cæli partes. 251.A † 73.A
†Cæli pluraliter sancti intelliguntur. vel angeli. 73.A
* Cæli & terræ creatura quomodo spiritualiter accipiatur. 113.A
†Cælos Deus non confusos fecit. 74.C
†Cælorum de numero nil præsumat sibi humana temeritas. 74.C
Cæmentum. 373.B
Cæruleum. 237.B 376.C
†Cæruleum, & cærulum. 7.D 44.D
Cæsar. 78.C 216.B
C. Iulius Cæsar. 79.B †103
C. Iulius Cæsar Monarcha. 171.B
Cæsar vnde dictus. 170.D
Cęsar leges cœpit redigere in libros. 79.C
Cæsar Marco Varroni negotiũ dedit bibliothecæ cõstruẽdæ. 104.B
Cæsar, & Pompeius. 352.C
Cæsar per i maximus, & similia scribebat. 18.D
Cæsaris dictum. 155.A
Cæsarauguſta ciuitas. 287.A
Cæsarauguſta capta. 158.D
Cæsarea vrbs. 284.D. 287.D
Cæsarea Cappadociæ vrbs. 285.A
Cæsaria ciuitas. 273.D
Cæsaries. 206.A
Cæsones. 170.A
† Cæteri, & alij. 7.B
†Cæteri, & reliqui. 40.B
* Cahalatha. 191.C
Cain. 128.B
Cain ciuitatem Enoch primus ante diluuium condidit. 283.B † 93
*Cain inuidia. 61.C
*Cain, & Abel eorumq; progenies, quid spiritualiter significent. 120.B
*Cain genuit Enoch, & ædificauit ciuitatem. 122.A
*Cain priorem populu significat. 238.C
Cainan. 95.D 128.D
† Cainam interpretatio Dei. 93
Cainani hæretici. 144.B
Caiphas. 137.D
Cala. 356.B
Calamistrati. 404.D
Calamistrum 189.B. 404.D
Calamitas. 18.D 397.C
Calamitæ. 239.D
Calamites. 346.B
Calamus. 59.C. 107.P. 337.B
Calamus in Ezechiele. 300.A
Calamus aromaticus. 341.C
Calanne vrbs 284.A
Calare. 107.C 11.B
Calathus. 387.C 399.D
Calcaneus. 210.A
Calcaria. 406.D
Calcatorium. 295.B
† Calces. 53.C
Calcei talares. 192.B
Calcei subtalares. 392.B
Calcei patritij. 392.D
Calceis reges vtebantur, & Cæsares. 392.D
Chalcedonẽsis Synodus. 98.A
Calciamenta. 392.C
Calcitis. 319.C
Calculus. 74.C 188.A. 304.C 322.A 365.C
Calculi. 365.C
Calculorum motus. 366.C
Calculator. 188.A
Chaldæi. 162.A
Caldarium. 319.B
Caleb. 130.C
†Calendæ. 66.A
Calices. 399.C
Caliculæ. 392.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caligæ. 392.C
Caligarius. 392.C
Caligo. 253.D
C.Caligula Imper. 97.B. 105
Callisto. 69.C
Calllaica gemma. 310.B
Callidus. 188.D 203.C
† Callidus,& versutus. 6.D
† Callidus peritus prudens,& facundus. 27.B
Callidi equi. 224.A
Callis. 301.B
Callis semita,& trames. 33.C
Callitriches. 228.D
Κάλον lignum. 367.B.387.D 399.D
Calones. 367.B 392.A
Καλόφωδες. 392.C
Calor sanguinis efficit pulchritudinem. 18 B
Calpe. 279.D 280.D
Caltulum. 391.B
Caluaria. 206.A
Calum,id est,lignum. 392.C
Calumnia. 86.C
Calumniator. 188.A
Caluor. 188.A
Caluus orator. 40.D
Caluus,& caluatus. 8.A
Calx. 210.A 406.D
Calx colores corrúpit. 376.C
Calx viua. 305.A 373.C
Calx aqua incenditur,oleo extinguitur. 373.C
Cama. 403.C
Camæ. 381.C
Cham filius Noe. 97.D
Cambyses. 284.C
Cameli. 223.A 404.A
Chamæleopardus. 227.D
Chamæleon. 227.D
*Camelum non manducare. 178.D
Cameræ. 296.D 400.C
Caminus. 371.D
*Caminus trium puerorum cõparatur. 32.A
Camisia. 380.A 381.C
Campana. 322.A 286.D
Campania. 271.C
Campanum. 319.B
Campestre. 391.D
Campestria. 380.B
Campus. 280.B
† Campeius Archiepiscopus Toletanus. 167
Camur. 223.A 296.D
Carmen. 28.B
Canabus. 386 C
Canalis. 296.D 374 B
Canalis fœminino genere melius quàm masculino profertur. 296.D
Cancer. 68.C
Cancer nullis medicamentis sanabilis. 75.C
Cancri. 237.D 239.A
Candela. 402.D
Candelabrum. 402 C
Candelabra tripoda. 403.D
*Candelabrũ.& oleũ iuxta arcam testamenti. 171.B
*Candelabrum cum septé lucernis. 173.D
*Candelabrũ doctrina sacerdotalis, vel honor potestatis intelligitur. 394.A
Candetum. 300.C
Candidati. 383.B
Candidus. 189.C
Candidus circulus. 64.A
Candidus equus. 223.D
† Candidũ,& albũ. 2.D,38.D
† Canere,& cantare. 7.D
Canes. 236.D
Canes duo habere debent. 228.A
Canes in Albania. 267.D
Canis. 228.D
† Canis stella. 82.D
Canis in tesseris. 366.B
Canicula. 68.B 406.D
Caniculares dies. 68.B 82 D
Canina facundia. 106.D
Canini dentes. 207.D
Canistrum. 401.C
Canities. 216.A
Canna. 537.B
Canon. 108.B
Canones euangeliorũ. 107.B 108.B
Canopea. 371.C
Canopea insula. 266.D
Canops. 266.D
Canopus. 243.C
Cantandi gradus tres. 114.B
Cantabri. 167.A
†Cantare,& canere. 75
Cantharis. 235.B
Cantharus. 400.B
Cantherinum ordeum. 327.C
Cantherium. 379.A
Canthus. 52.B.C
Cantica canticorum. 293.D
*Cantica. 325.B
Canticorum locus. 389.C
Canticum. 114.A
Canticum canticorum. 101.A
*In canticum canticorum expositio. 423,A
Canticum conuiuiale. 57.A
Canticum psalmi. 114.A
*Canticum post transitũ maris rubri. 161.B
Cantor. 139.B
*Cantorum ordo, & officiũ. 351.D
Cantus. 58.B
* Cantus in verbis diuinis. 77.C
*Cantus compunctionem cordis gignit. 77.C
Canus equus. 224.A
Caper. 222.A
† Capere,& capessere. 7.B
† Capere,& decipere. 47.A
†Capillatũ,& capillosum. 8.D
Capilli. 206.A
† Capilli capitis. 51.C
†Capilli,& capillamenta. 8.A
*Capilli pœnitentium. 354.D
Capillus Veneris. 345.A
Capistrum. 406.G
Capital. 390.A
Capite diminut⁹. 83.D. 89.A
Capitella. 296.D 374.A
Capitilauium. 113.A *336.A
Capitolium. 290.A
Capitolium anseris clangore defensum. 244.C
Capitulum, vel capitulare. 389.B
Capitulare. ibid.
Cappanna. 298.B
Cappadocia. 267.B
Cappadoces. 162.D
Caparis. 350.C
Capra. 222.A
Capra Iouis nutrix. 69.A
*Capra,& agna in sacrificio. 177.D
Capreæ. 222.B
Capreoli. 330.A
Capricornius. 69.A
Caprificus. 334.C
Capsus. 404.A
Captiuitas Hebræorum. 97.A † 102
Captiuitas Iudæorum soluitur 97.B † 102
*Captiuitatis Iudæorum anni. 235.B
Captiuus. 189.A
Captus. 189.A
Capua ciuitas. 247.A. 286.C
Capularis senex. 403.B
Capulus. 355.D 403.B
Capulum. 406.D
Caput. 205.D †51.C
Caput hominis. 51.B
Caput mulieris vir. 385.B
*Caput Christi Deus. 15.C
*Caput languidũ doctor agés peccatum. 96.D
Capys auis. 245.B
Carabus. 368.C
Caracutium. 404.D
† Carbasus ventus. 86.B
Carbo. 371.D

Carbunculus. 72.A 314.A
Carcer. 88.B 291.C
Carcer,& carceres. 362.A
Carceres. 88.B
Carchedonia. 314.C
Carchesia. 369.A
Carcinias. 315.D
Cardamomum. 342.D
Καρδία. 72.A. 210.C 295.C
Cardiacæ. 72.A
Cardo. 295.C 300.A
In cardine res est. 295.C
Cardines cæli. 63.A. 249.A 251 B
Carduelis. 246.A
Carduus. 350.C
Carenum. 397.C
Carere mente existimabãtur, qui carmina canebant. 28.B
Caria regio. 268.A
Caricæ. 334.B
Caries. 332.D
Carina. 369.B
† Carinus Imperator. 108
Carix. 346.D
† Carmentis nympha. 97
Carmentis latinas litteras reperit. 3.B 96.A
Carmentis dicta Nicostrata. 3.B
Carminare. 28 B
Carmina antiquiora apud Hebræos, quàm apud Gentiles. 28.B
Carminũ cura antiquior quã prosæ. 27.C
* Carnales fidem pro commodo tẽporali quærunt. 35.A
* Carnes quare prohibentur. 343.B
*Carnis infirmitas. 67.D
Carnifex. 188.C
Caro. 205.C 395.B
Caro Christus. 123.C
Caro ex quattuor elementis compacta. 205.D
† Caro,& corpus. 7.D.54.D 205 D
*Caro quomodo animæ subiecta erit. 9.A
*Caro resultat malæ consuetudinis lege. 48.A
Carpasia nauis. 367.A
Carpathos insula. 257.D.276 D
Carpathium mare. 257.D
Carpentanus 189.A. 378 A
Carpentum. 404.D
Carpobalsamum. 341.A
Carpocrates hæresiarcha. 143 C
Carpocratiani hæretici. ibid.
Carra ciuitas. 284.A
Carruca. 404.A
Carrus. 362.D 404.C
Carrorum vsus. 343.A
Carthada ciuitas, quæ & carthago. 285.B
Carthago ciuitas 96.C. 285.B
Carthago magna. 273.B
Carthago Spartaria. 287.A
Carthago à Didone conditur. 96.B † 99
Carthaginensis prouincia. 271.B
Cartilagines. 209.C
† Carus Imperator. 108
Carus Imperat. de Persis triũphauit. 98.B
Charybdis. 258.C † 90 C
Caryotæ. 333.A
Carysteum marmor. 106.D 308.D
Casa. 298.A 384.B
Caseus. 395.B
Casia. 341.C
Casim. 279.C
Casloim. 162.A
Caspius sinus. 258.B
† Casianus. 62.A
Cassiopa insula. 270.B
Cassis. 358.C 371.C
† Cassis,& Galea. 8.B
Castanea. 355.B
Castellum. 289.A
† Castigare, corripere, & obiurgare. 7.C
* Castigatus blãde,& nõ correctus acrius arguatur. 100.C
†Castimonia,& castitas. 41.C
† Castinus Archiepiscopus Toletanus. 167
†Castitas,& continentia. 6.C
† Castitas vera. 6.D
*Castitas per humilitatẽ. 57.D
*Castitas animæ pulcritudo. 58.C
*Castitas fructus suauitatis est 59.D
* Castitas securitas mentis, & sanitas corporis. 59.D
*Castitas contra luxuriam. 421.D
*Castitatis votum corde fit. 356.A
* Castitatis effectus. 379.A
Castor. 68.C
Castores. 228.A 386.C
Castra. 172.A 289.C
Castrũm. 289.C
Castus. 188.B
Casula. 384.B
Casus. 7.B
Casus maior, quanto maior virtus. 95.D
Cata. 230.D
Catachresis. 24.D
Catachoras. 63.B
Cataphrygij hæretici. 97.C 144.D
Catapirates. 370.C
Cataplasma. 77.A
Catapotia. 76.D
Catara. 294 A
Catarrhus. 73.A
Catasceue. 37.A
Κατασκώπες. 367.C
Catechumenus. 113.B 140.A
* Catechumeni. 361 C
Cateia. 356.B
Catellæ. 389.A.C
Catenæ. 88.A
Catenatus. 405.A
Caterua. 172.A
* Catalogus virorum fortium in tertio Regum. 229.B
Cathari hæretici. 144.A
Cathartica. 76.C
Categoriæ. 44.C
Catholicus. 140.A 195.B
Catinum. 400.C
Catochytes lapis. 277 B
† Cato philosophus 103
† Cato de differentijs scripsit. 1.A
Cato de agricultura scripsit. 326 A
Catonis locus. 289.B.369.A 307.A † 28.B
Cattus. 229.B
Catulli versus. 106.C
Catuli. 228.A
Catuli leonũ. 227.A. *151.D
Cauatum,& cauum. 7.B
Caucasus mons. 164.B.279.C
Caucasum candidum Orientali lingua. 279.C
* Cauda iubetur offerri. 44.B
Caudex. 84.C.107.A. 329.B
Caudicæ. 368.D
Caulæ. 297.C
Caulis. 349.D
Cauma. 371.D
Caupilus. 368.C
Caupo pessimus. 189.B
Caupones. 400.D
Caurus. 254.C
Caussa. 358.D
† Caussa,& ratio. 8.B 46.A
Causam redintegrari. 86.C
Causa,aut arguméto, aut probatione constat. 359 B
Causæ. 82.D
Causæ veteres ex phlegmate, & melancholia procedunt. 71.B
Causarum genera tria. 33.A
Causarum quinque modi. 34.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caussales cõiunctiones. 10.B
*Caussatio postponenda propter dilectionem. 106.C
* Caussidici. 106.D
Cauterium. 407.A
Cautes. 304.B
Cautio. 84.B
Cautus. 188.D
† Cauum,& cauatum. 7.D
Cecropia. 285.D
Cecropidæ. 170 B
Cecrops. 165.B 285.C
Cecrops simulacra finxit. 153.A
† Cecrops Iouem adorare prę cepit. 96. Athenas condidit. ibid.
Cercopitheci. 228.C
Cedere. 86.B
† Cedo,& do. 10.B
Cedria. 335.C
* Cedrilignum. 190.A
Κεδρόμηλον. 334.B
Cedrus. 335.B
Cedro digna loquutus. 335.C
Celebritas. 112.A
Celer. 188.D
† Celeritas,& velocitas. 36.B 41.C
Cella. 192.D
Cellarium. 294.C
Celoces. 168.A
Celoe. 238.D
Celsa arbor. 334.D
Celsus. 188.B
† Celsus Archiepiscopus Toletanus. 167
Celte. 372.A
Celtiberi. 167.A
Celtici. 167.A
Cenchris. 233.A
Censere. 174.A
† Censor,& censualis. 7.C
Censores. 174.D
† Censorius. 7.C
† Censualis,& censor. 7.C
* Censura ecclesiæ. 101.A
† Census per quinquennium agebatur. 68.B 100
Census primum actus. 96.D
Centauri. 219.A
Centauria. 343.D
Centenum. 327.D
Centenarium. 322.C
Centones. 29.D
Centrum. 56.D
Centum. 52.B
Centupeda. 233.D
Centuria. 172.B.176.C.299.D 300 C
* Centurio fidem gẽtium significat. 248.B
Centuriones. 171.C 172.B
* Centurionis puer. 248.C
Cepa. 349.D
Cephalea. 73.A
Cephalonia. 270.B
Cephas. 136.A
† Cepit,& cœpit. 8.A
Cera literarum materies. 105 D
Ceræ folium. 551.A
Ceraستes. 232.A
Cerasum. 334.A
Cerasus. ibid.
Κέρατα. 222.C 232.A
Ceratum. 322.B
Ceraunij mõtes. 15.A. 267.A 280.B
Ceraunium gemma. 275.B 314.A
Ceraunus nota. 15.A
Cerberus. 219.C † 97
Cerdo hæresiarcha. 144.C
Cerdoniani hæretici. ibid.
† Cerealis episcopus Castellanensis. 121.B
† Cerebra animantium maritimorum in augmento lunæ pleniora. 78.A
Ceres. 156.C 327.D
Ceres quare prima ferro vertere terram instituit. 326.B
Cereus. 402.C
Cerimoniæ. 115.B
Cerinthus hæresiarcha. 143.C
Cerinthiani hæretici. 143.C
Cernere. 83.C 84.C
Cernui. 392.C
Cerotum. 78.D
Certamen ferarum. 365.D
Certamina. 360.C
Certaminum genera. 360.D
† Certo,& certius. 41.C
Cerui. 222.C
Ceruicalia. 386.C
Ceruices. 207.D
Ceruices,& ceruix. 8.A
Ceruinus equus. 224.A
Ceruix. 207.D
† Ceruix & collum. 8.A
Ceruſſa. 321.C 376.B
Cespites. 332.C
Cessio. 86.B
Cete. 237.A
Cethim. 163.A
Cethura. 129.B
* Cethura quid significet. 136 A
Cetra. 358.B
† Cetum & cœtus. 8.D
† Ceurila dux. 158.B
Chænix. 323.D
Chalasticum vnguentum. 78. A
Chalazias. 314.A 312.A
Chalazius lapis. 307.B
Chalcantum. 304.A 376.D
Chalcenterus. 104.A
Chalcites. 315.A
Chalcophonos. 315.A
Calcosmaragdus. 309.D
Chalcus. 322.A
Chaldæi. 96.A 163.B
Chaldæi primi astrologiam docuerunt. 61 C
Chalybs. 320.C 378.D
Cham. 129.B. eius filij quatuor. 162.C
† Cham. 93
* Cham peccante posteritas eius damnatur. 127.C
* Cham Iudæos significat. 239.C
* Cham maledictus quid significet. 127.B
Chamædracontes. 233.C
Chamædrys. 344.B
Chamæmelos. 344.B
Chamæleon. 345.B
Chamæpitys. 346.C
Chamaui. 166.C
Chamus. 406.B
Chana. 136.C
Chanaam. 129.B. 162.C. 266.D
* Chanaam posteritatem significat Iudæorum. 239.D
* Chananæa figura ecclesiæ. 248.C
* Chananææ filia. 248.C
Chananæi. 164.C
* Chananæus populus nõ extinctus. 208.D
Chananæorum decem gentes. 162.B.C
Chaon Heleni frater. 270. A
Chaonia. 269.D
Chaos. 49.D
Character. 406.B
Characterismus. 43.B
Charientismos. 26.B
Charismatum distributio. 77 B
Charitas. 142.A
Charitas Spiritus sanctus est. 125.B
† Charitas,amor,& dilectio. 60.B
Charitas, spes, & fides. 59.D
Charitate in donis Dei nihil maius. 125.B
* De charitate. 35.D. 36.A. &c.
* Charitate qui se dissociãt regno Dei se separãt. 92.B
Charon. 155.D

Χαροντεῖα. 183.C
Charta vbi nascitur. 185. B
Chartharum species & vsus. 106.A.B
Chasdim. 163 B
Chase. 163.B
Chebron ciuitas. 284.B
Χειμερινὸς τροπικός. 64.B. 251.B
Χειριδιώτου. 380.C
Χειρίζειν. 77.A
Chelidonia. 344.A
Chelidonia gemma. 312.B
Chelidoniacus gladius. 355.B
Chelonites. 316.B
Chelydros. 232.D
Chernites lapis. 306.D
Chersydros. 232.D
Cherubim. 127.A
Cherubim Paradisum seruãt. 265.B
* Cherubim plenitudo scientiæ. 119.C
* Cherubim & propitiatorij. 170.A
Cheth. 162.B
Chethei. 161.B
† Childericus Imperator. 111
Chiliarcha. 171.C
Chiliastæ. 143.C
Chimæra. 30.C 219.A
Chimæra mons. 268.D
† Chindasuinthus Rex Gothorum. 166
† Chintila rex Gotthorum. 166
Chios insula. 276.C
Chirographum. 84.B
Chiron centaurus. 343.D
Chirõ dictus quia chirurgus. 77.A
Chiron Græcis medicinam inuenit. 77.A
Chiron inter astra. 69.C
Chirurgia. 76.A
Chlamis. 383.A
Choaspis fluuius. 261.B
Choaspites gemma. 310.D
Choenix. 325.B
Cholera. 71.A
Choncula. 323.C
Choragros. 298.D
Chordæ. 60.A
Chorea. 113.C
* Chorepiscopi. 348.D
Choriambus. 11.B
† Chori institutio. 97 * 325.A
Chorus. 113.C
Chorus in Græcia inuentus. 96.D
Chous, vel Cohus. 73.A
Chresimon. 15.A
Chria. 36.D
Chrisma. 18.D. 115.D. 121.C
* Chrismatæ gentes sanctificandæ. 307.A
Chrisma & eius institutio. 365.D
Christus. 18.D
Christus nascitur. 97.A
Christus crucifigitur. 97.A
Christus propheta dictus. 101.D
Christus à chrismate. 121.C
Christus Deus, & homo. 122.B
Christus in forma Dei, & serui. 123.B
† Christus quomodo nunc æqualis patri nunc minor patre dicitur. 48.B
† Christus vnigenitus & primogenitus dicitur. 48.C
† Christus frater & dominus. 48.D
† Christus tam vir, quàm homo vocatur. 53.A
† Christus animã quando posuit. 55.D
† Christus sol. 75.D 76.B
† Christus tanquam sol eclipsim passus, & cum in sepultura fuit. 78.D
† Christus sanctos gloria illuminat. 80.A
† Christi lucifer figura. 82. B.
† Christus natus. 105
† Christus crucifixus. 105
* De Christo. 14.D
* Christus Agnus, leo, & serpẽs quomodo dicatur. 4.C
* Christus pacé in se & angelis & hominibus fecit. 11.C
* Christus ex vtero virginis minor patre dicitur. 14.D
* Christus in forma serui seruus, & in forma serui non seruus. 14.D
* Christus nequaquam alter in humanitate, alter in deitate est. 15.A
* Christus non à patre solum, sed à Spiritu sancto missus. 16.A
* Christus quomodo dicitur ad dexteram Patris sedere. 16.A
* Christus pœnam peccati nostri suscepit. 15.B
* Christus aliud ex Patre, aliud ex Virgine, non alius. 15.B
* Christus de sua morte nobis medicinam aptauit. 15.D
* Christus primũ ad Israel venit, deinde ad Gentes. 15.D
* Christus omnem plenitudinem gratiarũ habuit. 16.B
* Christus ad cælum ascendẽs discesit carne, sed præsens est maiestate. 16.A
* Christus via est, qua ad eum venitur. 20.B
* Christus diem iudicij nouit, sed scite discipulos noluit. 31.B
* Christus in iudicio mitis, electis, terribilis reprobis. 31.B
* Christus à dominatu vitiorũ nos eruit. 56.A
* Christus post baptismũ passus est à diabolo tentari. 70.D
* Christus pacis vnitatem docuit. 82.C
* Christus lapis, de monte abscissus sine manibus. 116.C
* Christus quando natus, & quando passus. 145.D
* Christus vt leo requieuit. 151.A
* Christus quomodo dicitur tertia in trinitate persona. 3.A.& 169.A
* Christus sacerdos maximus. 181.C
* Christus petra & mons. 193.C
* Christus hæreditas clericorum. 208.A
* Christus à Patre genitus probatur. 256.B
* Christus angelus dicitur. 257.A
* Christus ante secula ineffabiliter à Patre genitus. 257 D
* Christus Deus & Dominus est. 258.B
* Christus homo factus, probatur ex scripturis. 262.A
* Christus de tribu Iuda ortus probatur. 264.A
* Christus ex semine Abrahæ ortus probatur. 264.B
* Christus de stirpe Dauid natus probatur. 265.A
* Christus de Virgine sine viro genitus probatur. 266 D
* Christus pauper & abiectus primo aduentu venit. 268 C
* Christus à Deo Patre vnctus est. 268.D
* Christus in Bethlehem

Universidad de Deusto
Biblioteca

natus. 268.D
*Christus in corpore vidēdus erat. 270.D
*Christus signa & virtutes fecit. 270.D
*Christus à semetipso traditus. 273.B
*Christus venundatus. 273.B
*Christus comprehensus, & à discipulo suo traditus. 273.D
*Christus à falsis testibus accusatus. 274.A
*Christus iudicatus. 274.A
*Christus in passione à discipulis deseritur. 274.D
*Christus flagellatus, & palmis cæsus. 275.A
*Christus spinis coronatus est. 276.A
*Christus crucem portauit. 276.B
*Christus veste coccinea indutus. 276.C
*Christus crucifixus. 276.D
*Christus dum pateretur tacuit. 276.D
*Christus felle & aceto potatus. 278.A
*Christus inter duos latrones crucifixus. 278.B
*Christus mortuus. 279.A
*Christus in cruce pro inimicis patrem deprecatus est. 279.B
*Christus pro nostris peccatis crucifixus. 279.D
*Christus lancea percussus. 280.D
*Christus descendēs, quos voluit de morte liberauit. 281.B
*Christus sepultus. 281.D
*Christus resurrexit ab inferis. 282.B
*Christus in cælum ascendit. 282.D
*Christus sedet ad dexteram Patris. 283.C
*Christus venturus ad iudicādum. 284.C
*Christus post ascensionem suam Spiritum sanctum super Apostolos misit. 284.D
*Christus ad Gentes erat trāsiturus ob incredulitatem Iudæorum. 294.C
*Christus missæ sacrificiū instituit. 332.C
*Christus quare carnem susceperit. 335.B
Christi nomina. 121.D
Christi aduentus sacerdotium Iudæorum obmutuit. 102.A
Christo sic cōiuncta est humana natura, vt ex duabus substantijs fieret vna persona. 123.C
Christo edito prohibitum est vt nemo natiuitatem alicuius de cælo interpretaretur. 152.A
Christum crucifixū quomodo fatemur. 123.D
†Christo varia nomina attribuuntur. 48.D
†Christi natiuitatis & nostræ distinctio. 49.A
†Christi nomina accidentia & naturalia. 49.A.&c.
†Christi vestimenta diuisa. 278.C
*Christi duplex natiuitas. 14.D
*Christi aduentum qui expectauerunt. 16.D
*Christum qui deserit, etsi videat veritatem, à longe videt. 20.C
*Christi nomen per omnes gentes diffusum. 256.C
*Christi natiuitas stellæ indicio monstratur. 268.D
*Christum Iudæi non erant agnituri. 272.A
*Christi caput arundine percussum. 275.C
*Christi manus & pedes clauis affixi. 277.B
*Christi crura non fracta. 280.C
*Christi corpus in sepulcro non vidit corruptionem. 281.C
*Christi regnum perpetuum. 284.A
*Christi passionis tripartita ratio. 336.C
*Christi baptisma. 364.A
Christianus. 149.B
Christianus incantationes vitare debet. 152.B
Christianus nō glorietur, qui nomen habet & non facta. 140.B
Christianus spectacula odisse debet. 364.B 363.D
Christianus signorum obseruationes ignorare debet. 69.D
Christiani Nazaræi per opprobrium vocabantur. 140.B
Christianorum hæreses. 143.A
†Christianorum persecutio. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 160.B 155.D
†Christianis templa ædificandi facultas datur. 108
†Christianis priuilegia reddūtur. 109
†Christiani quando liberales artes discere, vel docere prohibiti. 109
*Christiani multi fide, sed nō opere. 35.B
*Christianus non vocis modulo, sed tantum verbis diuinis debet commoueri. 77.C
*Christianus non legat figmēta poetarum. 83.D
*Christianum non decet morti obnoxium prodere. 106
*Christianorum vocabulum. 322.C
*Christianus eo modo agat quo agere videt ecclesiam, ad quam forte deuenerit. 343.C
Chromaticus. 188.B
Chronia. 73.A
Chronica. 89.D
Chronici morbi. 73.A
†Chronicon Isidori. 92
Chryselectus. 315.C
Chryssendeta. 399.A
Chryse insula. 265.C 273.D
Chrysites lapis. 307.A
Chrysoberillus. 310.A
Chrysocolla. 315.D 376.A
Chrysolampis. 315.C
Chrysolitus. 315.C
Chrysopis. 315.C
Chrysoprasus. 310.A
Chrysoprasius. 315.A
Chrysoroas fluuius. 261.A
Chus. 129.C 162.C
Cibus. 394.B
*Cibus qualis esse debeat. 61.B 62.B.C
*Ciborum discretio in lege. 178.A
Cibutum. 401.A
Cicadæ. 245.B 248.D
Cicadæ aureæ Atheniensium gestamen. 388.A
Cicatrix. 76.B
Cicendela. 248.C 402.C
Cicer. 328.D
Cicero. 148.B
Cicero librum edidit de iure ciuili in artem redigendo. 79.B
Cicero orationem, quam habuit contra competitores, in toga candida inscripsit. 383.B
†Cicero nascitur, & laude oratoria celebratur. 103
Ciceronis fons. 255.A
Ciceronis locus corrigendus. 91.A
Ciceronis locus emendatus. 359.B
Ciceronis versus. 368.A
†Ciceronis ex Arato versus. 82.B
Ciconiæ. 242.A
Ciconia. 406.C
Cicuta. 337.B 345.B
Cignus. 242.B.C
Cilia. 108.C 206.C
Cilices. 163.A
Cilicia. 268.C 386.B
*Cilicium pœnitentium. 354 D
Cilicises. 400.C
Cilio. 399.A
Cilix. 268 C
Cillare. 208.B
Cillere. 405.B
Cimex. 236.B
Cimicia. 345.B
Cincinni. 330.A
Cinctus. 391.D
Cinctus Gabinus. 383.B
Cinereus equus. 224.B
Cingulum. 391.D 406.C
Cinis. 302.A 326.B
*Cinis aspersionis. 190.B
Cinna. 106.C
Cinnæ versus. 369.A 370.C 391.A
Cinnabaris. 375.D
Cinnamolgus. 243.A
Cinnamomum. 341.B
Cinnamum. 243.A
†Circa, circum & circiter. 8.B
Circe. 151.A. 361.D 220.A
Circenses ludi. 361.A
Circensis insania. 365.A
†Circiter, circum & circa. 7.B 41.D
Circius ventus. 86.A.B. 254.D
Circinus. 378.B
Circulus. 56.D 206.A
Circularis numerus. 55.B
†Circuli quinque. 70.D
†Circum, circiter & circa. 7.B 41.D
†Circumcelliones. 145. B *353.A
Circumcidere libros. 106.C
*Circumcisionis consummatio. 32.A
*Circumcisio secunda. 205
*Circūcisio Abrahæ. 130.C
Circumflexus accentus. 13.A
Circumforanus. 189 D
Circumluuium. 281.C
†Circumpedes & antepedes. 7 C
†Circumspicere. 2.A
Circumtextum. 383.D
Circus. 290.A 361.C
Circi ornamenta. 361.A
Circum diaboli repleuerunt. 163.D
Cirri. 206.B
Κίρρον. 317.A
Cistella. 401.C
Cithara. 59.D
Citheron. 280.B
Citij. 163.A
Citium vrbs. 163.A
Citocatia. 345.D
†Citra & vltra. 36.D
Citria. 334.B
Citrosa vestis. 381.C
Ciues. 173.D
*Ciues qui noluerunt hominem nobilem regnare. 254.B
Ciuium nomina. 173.D
†Ciuile & ciuicum. 8.B
Ciuilis philosophia. 43.C
Ciuitas. 289.A.D
†Ciuitas & vrbs. 36.B
Ciuitates quæ appellentur. 289.D
Ciuitates quinque conflagratæ. 132.B
Ciuitatis futuræ locus sulco designabatur. 289.B
†Clamor & clangor. 6.C
Clamosus. 188.A
†Clangor & clamor. 6.C
Clarus. 188.B
Clarissimi senatores. 174.D
Classis. 172.A 367.B
Classica. 354.D
*Claudi in euangelio. 248.D
Claudiani versus. 24.C
Claudius Imperator. 97.B 98.A †105.108
†Claudius Imperator statua honoratus, quod Gothos remouisset. 155.B
†Claudius Gothorum Dux. 161.B
Claustra. 295.B
Clausulæ. 29.C
†Clausum & obturatum. 43.C
Claua. 356.B
Clauati. 392.D
Clani. 378.D
Clauis. 405.A
Clauus. 369.B
Cleanthes. 64.D †96
Clemens. 102.D 188.C
†Clemens in se, in alieno peccato rigorem non teneat. 101.B
†Clemens discipulus Apostolorum. 85.D
†Clemens episcopus. 89.B
†Clementis Papæ locus. 76. C.84.A 85.C
*Clementia Dei. 45.A
*Clementia principum. 103.C
*Clementiam qui addit iustitiæ, bonum pro malo impertit. 103.C
†Clementinus gentilis. 122.B
Cleopatra. 97.A. 232.D †103
Clepare. 358.A
Clerici. 138.A *344.A
Clericorum gradus & nomina. 138.B
*Clericorum genera. 345.A
*Clericorum regulæ. 344.C
*Cleros. 344.B
Clerus. 138.A 367.B
Clibanus. 295.B
Clientes. 189.A
Climata. 300.B
Climata cæli quattuor. 63.D
Climax. 39 D
Clitorius lacus. 255.A
Clitumnus lacus. 255.B
Cliuosum. 301.C
Cliuus. 295.B
Cloacæ. 290.C
Cloacas Romæ Tarquinius Priscus fecit. ibid.
Clodus. 189.C 329.B
Clonia. 337.D
†Cluere. 8.B
Clunabulum. 355.B
Clunes. 209.D
†Clupeus, & clypeus. 8.B 46.D
Clypeus. 358.A
†Clypeus & clupeus. 8.B
†Clypeus & scutum. 46.D
Clyster. 77.A
Clysthenes. 362.D
Cœtaneus. 188.D
†Coarguere & arguere. 2.D 42.B
Coaxare. 37.D
Coccimella. 334 C
Coccinea vestis. 380.D
Cocco Romanorum vexilla decorantur. 363.C
Coccum. 383.B
Cochleæ. 29.A 238.C
Cochlear. 323.C 399.C
†Cochleare & cochlearius. 8.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

8.D
Coctum. 395.B
Cocula. 401.A
Cocytus. 282.D
Codex. 106.D 329.B
Codex Gregorianus & Hermogenianus. 79.C
Codex Theodosianus. 79.A
* Codices monasterij. 406.A
Codices tabulæ publicæ. 84 C
Codicillum. 83.B
Κωδεία. 76.D
Codrans. 322.D
† Codrus Athenienſiũ Rex. 99
Cæmentum. 296.C
Cœna. 394.B
* Cœna Domini. 336.D
Cœna dominica. 113.B
Cœnaculum. 292.C
Cœnobium. 139.C. 293.B 292.C
* Cœnobium & monaſteriũ. 353.A
* Cœnobia fœminarum. 346 C
Cœnobitæ. 139.C * 352.B
Cœnoſis. 40.C
Cœnum. 302.A
† Cœpit & cepit. 8.A
Cœtus. 108.C
† Cœtus & cetum. 8.D
* Cogitatio. 14.D
* De cogitatione. 49.B
* Cogitationis peccatum. ibid.C
† Cogitatio mens & memoria. 54.D
Cognati. 179.B
† Cognatus affinis & propinquus. 7.C
† Cognitio & agnitio. 7.A
* Cognitio creaturæ. 7.C
* Cognitio diuinitatis. 34.A
Cognitor. 189.A
† Cognitor, & procurator. 8.C
Cognomen. 6.A
† Cognomen, nomẽ, & agnomen. 25.C
† Cognoſcere & agnoſcere 4.A.8.B 46.C
Cohors. 172.C
Coitus. 157.B
Colare. 375.B
Colena. 345.C
Colica. 74.D
Collatio lectionis. 84.C
* Collatio docibilitatem facit. 84.C.D
Collega. 188.D
Collegiati ciues. 175.B
Collegiatus. 189.A
Colles. 280.B
† Colles & montes. 24.A
Colliſio. 21.A
Collum. 207.C † 52.A
† Collum & ceruix. 8.A
† Colluuium, & alluuium. 3.B
Colobium. 381.A
Colocaſiæ. 346.A
Colocynthis. 343.D
Colomelli. 207.D
Colomis. 189.A
Colon. 14.A 74.D
Coloni. 175.D
* Coloni vineæ in euangelio. 251.B
Colonia. 289.A
Colonus. 189.A
Colophonium carmen. 28.C
Colores equorum. 363.C
Colores. 375.B
Colores calcis commiſtione corrumpuntur. 376.C
Colores veſtium. 386.D
Coloſsi minores. 276.C
Coloſtrum. 395.C
Cõluber. 231.B
Colubraria inſula. 277.B
Colum. 38.D
Columbæ. 224.A 245.C
Columbæ felle carent. 125.D
Columbaria. 369.C
† Columen & columis. 7.C
Columella. 326.B
Columna. 207.B. 290.A. 296 C 373.D
* Columna ignis. 161.D
Columnæ Herculis. 275.B
Columnæ Doricæ, Ionicæ, Tuſcanicæ, Corinthiæ, Atticæ. 296.C
* Columnæ & baſes tabernaculi. 171.B
Columnarum rotundarũ genera quattuor. 373.D
† Columna lapidea quæ diluuium euaſit. 93
Colus. 387.C
Coluthus hæreſiarcha & Coluthiani. 143.A
Colymbades oliuæ. 337.A
Colyria. 76.D
Colyrium. 77.B
Comæ. 206.B
† Comatũ & comoſum. 41.C
† Comburere, amburere, & ſepelire. 3.D
Comeſor. 189.B
Cometes. 68.B 82.C
Comici poetæ. 149.C
Comicorum duo genera. ibid D
† Cominus & eminus. 46.D
Comitialis morbus. 73.C
Comitiorum dies ſollemnis. 73.C
Comma. 14.A 38.D
Commagena vrbs. 266.D
† Commemorare, & memorare. 23.B
Commentaria. 105.B
† Commentarij, & commentaria. 41.D
† Commentarium, & commẽtatum, & comicum. 7.B
Commercium. 86.C
Commiſſum. 378.A
† Commodate, & accommodare. 7.A
† Commodare, & virtutem dare. 25.A 43.C
Commodatum. 85.A
† Commodus Imperator. 107
Commodus. 97.C
† Commonere, monere, & admonere. 23.B 42.C
Cõmune genus, & epicœnũ 8.B †8.D
Communes coniunctiones. 10.B
Communi diuidundo. 85.D
Communia verba. 9.D
Communicantes. 394.B
† De Communione, & Baptiſmo. 27.A
Comœdi. 364.B
Comœdia vbi inuenta. 277. A
Comoſum, & comatum. 41 C
Compago. 209.B
Comparatio, & comparationis gradus. 7.C
Comparatio criminis. 34.A
* Comparationis vtilitas. 84. D
Comparatiuus. 7.D
Compaſcuus ager. 299.B
Compedes. 88.A
† Compendium præda, & lucrum. 29.C
Competens. 140.B
* Competentes. 361.B
Compilator. 188.B
Compita. 289.C 301 C
* Completæ. 353.D
Complex. 188.D
Compluuium. 296.B
† Comportate, deportare, & exportare. 10.B 42.C
Compoſiti numeri. 53.B
† Compoſitum, & comptum. 7.D
Comptus. 189.B

* Com-

* Compunctio cordis. 41.B
Computum. 52.A
† Conantius Archiepiſcopus Toletanus. 167
† Conãtius Epiſcopus Palentinus. 135
Concentor. 139.B
Conceſsio. 33.D
Concha. 399.B
Conchæ. 238.C
Conchaſum multa genera. 238.C
Conchylia. 387.B
Conchylium. 238.D 387. B
† Concidere, & concidere. 8.B
Conciliabula. 289.C
Conciliari Deo. 117.B
Conciliatrix. 189.D
Concilium. 108.C 109.B
Concilium Chalcedonenſe. 108.A †110
Concilium Ephesinũ. 108.A †110
Concilium Nicænum. 108.D †108
Concilium Conſtantinopolitan. 108.D
† Concilium Carthaginienſe. 110
Conciliorum canones. 108.B
Concionator. 188.C
Concluſio. 34.C 35.B.C
* Concordia malorum & bonorum contraria. 93.B
† Cõcordius Archiepiſcopus Toletanus. 168
Concors. 188.C
Concuba. 200.C
† Concupiſcentia carnis, & ſpiritus. 56.D.A
Concupiſcibile. 55.C
Conditio teſtis. 359.D
Conditiones. 84.C
Conditum. 397.A
† Conditum non conſum dicimus. 1.A
Conductio. 85.D
* Conferre melius, quàm legere. 84.C
Confeſsio. 117.B
Confeſsio erroris. 117.C
* Confeſsio hominis. 36.B
* De confeſsione & pœnitentia. 42.B
† Cõfidentia & fiducia. 14.D 46.D
Confidens. 188.D
Confinalis. 188.D
* Confirmatio, ſeu manuum impoſitio. 365.A
* Confirmatio à ſolis Epiſcopis fit. 366.A
* Conflictus conuerſorum. 39.B
* De conflictu vitiorum & virtutum. 413.B
Confuſa vox. 10.B
Confuſio. 189.C
* Confuſio linguarum. 128.A
Confuſus. 189.C
Congeminatio. 39.D
Congiarium. 324.A
Congius. 324.A 325.D
* Congratulatio fraterna inuidiæ reſpondet. 415.A
Congregare. 141.A
Congrus. 238.A
Coniferæ cypariſſi. 335.C
† Conimbria vrbs. 165.A
Coniuges. 183.B
Coniugia. 183.D
Coniugium. 184.B
* Coniugium qui pro libidine appetunt. 59.C
* Coniugia tantum per ſe bona ſunt. 59.D 358.D
* Coniugij inſtitutio. 358 B
* Coniugati. 358 B
* Coniugati qui luxuriоſius viuunt. 359.D
Coniugatio. 9.C
Coniunctio. 9.D
Coniunctiuus modus. 9.B
Coniuratio. 172.D
Connubium. 184.C
* Connubia à ſacerdote benedicuntur. 359.B
Conus figura ſolida. 56.A
Conopæum. 371.C
Conſanguineus. 179.B
Conſanguinitas. 182
† Conſcendere, eſcendere, & aſcendere. 44.B
* De conſcientia. 49.D
* Conſcientiæ pœna. ibid.
* Conſcientiæ ſuæ iudicium. 50.A
* Conſcientia bona non metuit. 52.C
* Cõſcientia interius accuſat. 80.B
* Conſcientia humilis. 88. A
* Conſcientiæ ſtimulus. 385 D
† Conſcribere, & ſcribere. 7.D 42.A
Conſcripti milites. 171.C
* Conſenſio. 57.D
† Conſequi, & aſſequi. 7.A 42.D
Conſequi, & inſequi. 40.D
Conſidere. 403.C †35.B
* Conſideratio huius vitæ. 4.C
Conſidium. 108.C
† Conſilium, & ſententia. 47.A
* Conſilium immundorũ ſpirituum. 44.A
† Conſiſtere, & ſiſtere. 32.B
Conſobrinus. 179.B
Conſolator. 188.C
Conſolator Spiritus ſanctus. 124.B
Conſors. 188.C.D
Conſpicere, & aſpicere. 2.D
† Conſtantia, & pertinacia. 42.D
Conſtantinopolis vrbs. 285. C
* Conſperſio corporis naturalis affectio. 70.D 71.A
Conſtantinus Imperator. 79. C. 98.B. † 108 155.C
Conſtans. 188.D
† Conſtans Imperator. 108
Conſtantius Imperator. 98.B †108
Conſtantius epiſcopus. 123. D
Conſtellationes. 151.D
Conſtitutio. 36.D 81.B
Conſtitutio iuridicialis, & negotialis. 33.D
Conſtitutio aſſumptiua. ibid.
† Conſtipulatio. 44.A
Conſtructio. 372.D
† Conſtruere, & deſtruere. 7.A 42.B
† Conſuere, & ſuere. 1.A. 7.A
† Conſuescere, & aſſuescere. 7.B 42.B
Conſuetudo. 36.D 80.B
† Conſuetudo, & ritus. 18.C
* Conſuetudo peccandi. 48. B.D
Conſules. 170.B.C †102
Conſules ſuffecti. 82.B
Conſulis dictum in euocatione. 172.D
Conſultus. 188.D
† Conſurgere, & ſurgere. 32. C
† Conſummatum, & perfectum. 27.C
Conſumptus. 189.D
Contagium. 72.B
† De contẽplatione, & actione. 85.D
Contemptibilis. 188.C
* Contemptibilis mundo. 86.B
* Contemptores mundi. 86.A
* Contẽptores dominici præcepti. 44.B
* Contemptus mundi aduersus cupiditatem. 418.D

Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Contentio lites generat, & Deum blasphemat. 84.D
*Contentio hæreses generat. 84.D
* Contentio vitanda. 383. B
*Contentiosi. 85.A
Contentiosus. 188.C
† Contestor, testor, & obtestor. 35.A
Contextus orationis. 6.A
Conticescere. 20.C 92.A
† Conticescere, & obticescere. 45.D
Conticinium. 92.A † 65.A
† Cõtingere, accidere, & euenire. 7.C 40.C
Continens. 188.C 281.D
Continens numerus. 55.A
*Continens qui à mundanis desiderijs non subtrahitur. 59.B
* Continentes senes qui luxuriosè vixerunt. 58.D
† Continentia, & castitas. 6.B
*De continentia. 59.B
* Continentia non præcipitur, sed suadetur. 356.C
Contradictio. 46.B
Contraposita. 39.B
Contrariorum genera quattuor. 50.A
*Contritio super contritioné. 66.C
Controuersia tripertita est. 34.D
Contubernium. 184.D
Contumax. 188.B
Contumeliæ quomodo ferendæ. 51.D
Contumeliosus. 188.C
Contus. 356.A
Conualles. 280.B
† Conualles, & valles. 37.B
† Conuena, & aduena. 2.D
Conuenarum vrbs dicta Vacca. 166.C
Conuentus. 108.C
* Conuersio gentium veteri populo latebat. 17.A
*Conuersio à timore incipit. 39.C
* Conuersio ad Deum ad finem differenda non est. 355.B
*Conuersio quando Deo placet. 38.B
*Conuersio remissa. 40.B
*De conuersis. 38.B 39.A
* Conuersus verba otiosa pertimescat. 40.B
* Conuersus prius ab opere corrigendus postea à cogitatione. 39.D
* Conuersi nuper curis exterioribus non implicentur. 40.A
*Conuersi qui ad monasteriũ veniunt. 403.D
*Conuersus prius in actione se exerceat, quàm ad contemplationem ascendat. 85 A
*Conuersorum primordia. 39.B
Conuexa cæli. 63.B 251.C
*Conuicium patientia vincitur. 51.C
*Conuiuia sumptuosa arguũtur. 61.D
Conuiuium. 393.A. eius triplex modus. 394.A
Conuiuium antiquorum publicè fiebat. 292.C
Conuocare. 141.A
Conus. 335.C. 356.A. 358.C
Conuulsus. 189.D
Coos insula. 276.A
Cophinus. 401.C
† Copiæ, & copia. 41.D
Copulatiuæ coniunctiones. 10.A
Coquinæ apparatum Apicius quidam composuit. 343. A
Coquus muros Ierusalem subuertit. 62.A
Cor. 52.D. 72.A 210.C
*Cor vnum, & anima vna. 92.D
*Cor cum manibus ad Deum leuare. 76.D
* Cor origo bonæ, vel malæ rei. 49.B
*Cor suum homo fugere non potest. 49.D
Cora. 324.C
Corallium. 311.A 316.B
Coralliticum marmor. 308. B
† Coram, & palam. 7.B. 38.D
Coranus lapis. 307.A
Corbes. 401.C
* Corda reproborum. 93.C
* Corda miserorum. 73.B
*Corde male, vel bene qui loquitur. 51.A.B
Corde sapimus. 211.D
*Core filij. 189.A 190.A
Coredulus. 343.C
Coriandrum. 351.B
Corinthea ciuitas. 285.D
Corinthia vasa. 319.A
Corinthiæ columnæ. 373.D
Corinthium æs. 319.D
Corinthium marmor. 308.C
Corinthus. 270.B. 285.D † 96
Κόρινον. 345.B 551.B
Corium. 208.D
Coriti. 357.C
Cornelius Celsus. 326.B
Cornelius Scipio. 353.B
Cornelij domus. 284.D
Corneliæ leges. 81.D
Cornix. 244.C
Cornices. 242.B
Cornua. 369.D
Cornua exercitus. 172.B
† Cornua, & cornæ. 8.A
Cornum. 334.B
Corolla. 388.D
Corona. 388.D.A
Corona linea, & lanea. ibid.
Corona insigne regum. ibidem.
* Corona sacerdotis. 345 A
Coronarium. 319.A
Coronæ aureæ Regum, & Imperatorum. 388.A
Coronis, idis. 15.A
Corporalia nomina. 6.B
*Corporalia quare linea habeat Romana Ecclesia, Oriétalis vero serica. 397.C
Corpulentus. 189.B
† Corpora cælestia, & terrestria. 54.D
Corpus. 205
Corpus pro cadauere. 216. C
Corpus quædam habet vtilitatis causa, quædam venustatis. 212.A
† Corpus omne vmbram facit. 83.C
† Corpus & caro 7.D 54.D
† Corpus excedente anima. 54.C
† Corpus & anima. 54.B
† Corpus humanum in quattuor elementa diuiditur. 51.A
*Corpus mortuũ sine anima est. 13.A
*Corpus loco & tempore mutabile est. 13.D
† Corporis humani membra. 51.A
Corporis humores quattuor. 71.C
Corporis partes quædã numinibus consecratę. 113.D
* Correptio fraterna. 93. C
*Correptio vnius emendatio est plurimorum. 100.D
Corrigiæ. 392.D
*Corrigi sponte nolentes. 68.A
† Corripere, obiurgare, & castigare. 7.C
* Corripere vitia qui non debet. 93.D
*Corruptores morum. 96.D
Cors. 297.D
Corsa mulier Ligur. 277.A
Corsica insula. 277.A
Cortex. 332.D
Cortinæ. 386.A
*Cortinæ decem. 172.B
*Cortinæ tabernaculi. 386. B
Corui marini. 237.C
*Corui cum pullos albos vident. 98.B
Coruus. 242.B
Corus. 254.C 324.C
† Corus ventus. 86.A
Corybantes. 156.A † 96
Corycus oppidum. 268.C
Corymbi. 330.A
Coryza. 73.A
Cos. 304.C
Costæ. 209.D
Costi. 236.A
Costum. 342.D
Costri. 248.B
Cothurni. 392.A
Coticula. 77.B
Cotopitæ hæretici. 145.B
Cotula. 323.C
Coturnices. 245.A
*Coturnices in eremo. 162.D
Cotyle. 325.B
Coux ciuitas. 286.B
Coxæ. 210.B
Crabrones. 248.B
Cranaus. 165.B 270.A
*Crapula. 62.C 394.D
Cras. 91.A
† Cras, & crastinum. 6.B
Crassus. 189.B
Crassus dux captus. 284.A
Crassus duos in senectute habuit annulos. 390.D
† Crassum, & grassum. 7.D
† Crassum, & obesum. 7.D
Cratera siue crater. 399.C
Crates. 373.B
* Creatio cæli, & terræ quid significet. 113.A
Creator. 205.C
Creator Dei nomen. 120.D
Creator Deus. 250.A
*Creator creaturę pulchritudine agnoscitur. 3.D
Creatores. 177.C
† Creaturæ totius origo simul extitit. 49.C
*Creatura bonum, sed non summum. 1.A
*Creatura nulla extitit antequam Deus diceret, fiat. 7.D
* Creatura vniuersaliter valde bona vocatur singulariter tantum bona. 7.A
* Creaturæ vniuersæ qui iniuriam facit. 8.C
* Creaturæ quid spiritualiter significent. 113.A
Credentes Spiritu sancto repleti linguis omniũ gentiũ loquebantur. 125.A
*Credentes per crucis signũ salui. 307.C
Credere iam non possumus, quod videmus. 141.C
*Credere in Christum cũctis gentibus iussum. 288.C
Creditares. 85.A
Crementum. 177.C 205.C
Crepæ. 222.B
Crepare. 190.C
Creperum. 91.D †64.D
Crepidæ. 392.D
Crepido. 304.B
Crepusculum. 91.D. 19.C †64.D
* Crepusculum matutinum. 65.A
Creta. 83.C 302.A
Creta insula. 275.B
Creta Hecatompolis. 275.C
Creta Cimolia. 302.A
Creta Samia. 399.A
Creta argentaria, siue candida. 302.A
Creta, id est, iudicium. 362. C
Cretenses sagittæ inuentores. 357.A
Creticum mare. 257.B
Croacasis mons. 279.C
† Crocitare. 37.D
Crocodilus. 229.A 237.D
Crocomagma. 342.A
Crocus. 342.D 387.D
Cribrum. 401.C
Crimen. 86.A
* Crimen non in rebus, sed in vsu agentis. 108.C
*Crimen, & peccatum. 46.A
Crimina in lege conscripta. 86.A
† Criminator, & criminans. 6.D
Crines. 206.B
Crines virginum ornatus. 383.A
Crinis Veneris. 33.A
Crinitæ stellæ. 68.C
Crispus. 189.C
Critici dies. 77.A
Cruciarius. 188.C
Crudelis. 188.C
† Crudelis, & sæuus. 31.D 45.C
Crudelitas. 33.C
Crudum. 395.B
† Crudus. 33.C
Cruor. 211.A
† Cruor, sanies, & sanguis. 39.A 33.C
Crura. 210.D
Crusta. 395.A
Crustæ. 375.A
Crustumia pyra. 334.A
Crustumia oliua. 337.A
Crux. 89.A
† Crux Christi reperta. 108
* Crux tempestatum huius seculi refugium. 89.C
*Crucem portans debet mundo mori. 35.D
*Crucis titulus corruptus nõ est. 278.D
*Crucis figura in fronte. 307.C
*Crucis latitudo, longitudo, altitudo, & profundum. 337.A
Cryphia. 15.B
Crystallus. 313.C
Ctesiphon vrbs. 283.B
Ctetica nomina. 7.B
Cuatus. 323.C
Cubiculum. 292.D
Cubile 292.D 403.D
Cubitalis lusus. 366.C
Cubitus. 208.A
Cubus. 55.B 56.D
Cuculla. 384.B
Cuculi. 245.B
Cuculus. 242.B
Cucumeres. 350
Cucurbæ. 370.A
Cucurbita. 350.B
Cucurbita agrestis. 343.D
Cucurbita leuis. 77.A
Cucurbitularis. 346.C
Cudere. 372.C
Culcitræ. 385.C
Culex. 248.A
Culina. 402.B
Culleus. 89.B
Culmen. 296.D †7.C
Culmina. 296.D
Culmus. 328.A †7.C
†Culpa primi hominis nos de Paradiso repulit. 50.B
*Culpa cito corrigitur, quæ cito dignoscitur. 48.B
*Culpæ maioris est, scire quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod sequi debeat quemquam,& sequi nolle. 34.A
*Culpas non personas odisse. 36.C
*Culpam agnoscere, nec deflere nihil peius. 42.C
Cultelli. 405.C
Cultura. 326.B
Cultus. 380.A
*Cultu pretioso qui incedũt. 108.B
Cum præpositio, & aduerbiũ quomodo scribenda. 17.D
Cumba. 369.B
Cuminus. 351.B
Cunabula. 403.A
† Cuncti omnes, & vniuersi. 7.B 40.C
Cuneus. 172.B
Cuniculi. 222.A 225.C
Cupæ,& cupi. 400.C
† Cupere, & ambire 7.D
Cupiditas. 158.C †61.D
* Cupiditas seculi. 89.C
* Cupiditas omnium criminũ mater. 60.C
*Cupiditas non satiatur. 61 A
*Cupiditas Christum vendidit. 60.D
*Cupiditas contra mundi cõtemptum. 418.C
* Cupiditas carnis domanda, prius quam bella spiritualia suscipiantur. 60.B
*De cupiditate. 60.B
Cupido dæmon fornicationis 157.C
* Cupidi. 61.C
† Cupido,& amor. 1.B
Cupidus. 188.A
† Cupidus,& auarus. 1.A
† Cupio,volo,& opto. 36.A
Cuplæ. 378.C
Cupressus quare funeribus adhibetur. 335.D
†Cura,& diligentia. 44.D
† Cura,& solicitudo. 7.A
† Curæ duæ. 88.C
*Curis mundi occupatus. 101.D
Curatio. 76.B
Curator. 189.A
Curatores. 175.C
† Curetes. 96
Curia. 290.D
Curialis. 174.D
†Curialis,& curulis. 7.B
P.Curiatius. 79.B
*Curiosi. 51.C
* Curiositas fugienda. 387.D
Curricula anni. 93.B
Currus. 362.D 404.C
Cursus. 360.D 362.D
Curules sellæ. 403.D
† Curulis, & curialis. 7.B
Curuus. 189.C
Cuspis. 356.A
*Custodes sacrorum. 350.A
*Custodia ori ponitur. 51.A
Cutis. 208.C
Cyanea gemma. 312.B
Cyathi. 399.C
Cyathi pondus. 323.C
Cyathus. 325.A
Cyclades insulæ. 276.A
Cyclaminus. 346.D
Κύκλας. 383.D
Cyclica. 109.A
Cyclopes. 218.A
Cyclops. 196.C
Cyclus. 109.A
Cyclus Paschalis. 109.D
Cyclus lunæ. 109.B.C. 110.A &c.
Cydaris. 388.C
Cydnus fluuius. 261.B. 268.C
Cydonia vrbs. 333.B
Cygnus nautis bonum augurium. 242.C
Cylindrus. 56.A 405.A
Cyma. 349.D
Cymæ arborum. 332.B
Cymba. 368.C
Cymbala. 60.D
Cymbra. 399.C
Cynædia. 312.B
Cynici Philosophi. 148.C
Cyniphes. 248.A
Cyniphij. 222.A
Cynocephali. 218 D. 228.C
Cynodontes. 218.A
Cynomyia. 159 D 248.A
Cyrene ciuitas,& regina. 287 A
Cyrene vrbs. 272.C.D
Cyrenensis Libya. 272.C
Cyrne insula. 277.B
Cyrnus Herculis filius. 277. B
*Cyrilli Hierosolymitani verba ab Isid excerpta. 324.C
Cyrillus Alexandrinus episcopus. 109.D † 110
Cyrrha Parnasi iugum. 280. B
Cyrus. 163. B. eius regia. 283.C
Cythara,& eius inuentores. 59.C.D
Cythera insula. 276.D
Κύπριοι. 333.D
Cyzici fons. 255.A
Cyparissus. 335.C.D
Cyperus. 342.B
Cypressus. 335.D
Cypria. 376.B
Cyprianus martyrio coronatus. 98.A
Cyprianus episcopus. 107
Cyprij. 163.A
Cyprinum vnguentum. 78. D
Cyprus insula. 275.B

D

DAci. 165.D
Dacia. 269.D
Dactylosa. 344.C
Dactylicum carmen. 28.B
Dactylus. 11.D 333.D
Dadam. 162.A
Dædalus mensam, & sellam fecit primus. 393.A
Dædalus. 372.C † 97
Dædalus quare relegatus. 378 B
† Dæmonum angelorum, & hominum distinctio. 50.B
Dæmones sanguinem amare dicuntur. 151.D
* Dæmones suscipiunt quem Deus deserit. 44.B
*Dæmones luxuriosis, & superbis plus fauent. 57.B
*Dæmones aliquos corporaliter cruciant, vt pœniteãt. 71.B
*Dæmones hominũ montes per visiones in somnis conturbant. 73.D
*Dæmones, vt in multis fallãt, interdum vera pronuntiãt. 74.B
*Dæmoniacus, quem dominus à Dæmonum legione curauit. 249.A
*Dæmonium habens cæcus,& mutus. 244.D
* Dalila synagogam significat. 244.D
Dalila. 130.A
Dalmatia. 269 D 380.D
Dalmaticum mare. 257.D
Damascena. 354.C
Damascus vrbs. 284.B 162 A
Damnabilis. 190.A
*Damnatio quibusdam hic in choat. 31.B
Damnatus. 190.A
Damnum. 88.A
†Damnum iactura,& detrimẽtum. 10.C 43.A
Damula. 222.D
Dan. 133.A. † 142. 152.B *quid significet. 241.D
Danae. 155.A
Danaus,& Danai. 165.A
Daniel tempora in oratione obseruauit. 116.A
Daniel. 133.D. † 100. 147.B *63.A
* Daniel similitudo sanctorũ. 246.A
† Danielis locus. 69.A. 157.C * 10.C. 61.D. 74.A. 317.D
Danubius fluuius. 261.D
Dapes. 394.C
Dardania. 267.D 286.B
Dardani. 164.C
Dardanus. 267.D 164.C
Darius. 97.C. 257.C. †102. 103
†Darius nothus. 102
* Dathan. 189.A 190.A
Datiuus. 7.B
Daucus. 343.D
Dauid. 96.B. 130.D. eius sepulcrum. 292.C
Dauid vltimam partem libri Samuelis scripsit. 100 A
† Dauid. 99. 145.D
* Dauid præceptum est, ne ædificaret visibile templum. 95.B
*Dauid cum Goliath certamẽ. 220.A
* Dauid,& Abimelech. 222 A
* Dauid , & rex Achis, 222.D
* Dauid cur hastam abstulit Saul. 224.B
*Dauid ne templum ædificet iubetur. 227.A
*Dauid peccatũ in Bethsabe. 227.C
*Dauid sitiens noluit bibere de aqua Bethlehem cisternæ. 228.B
*Dauid Christi imago. 245. C
*Dauid pœnitentiæ magisterium præbuit. 354.C
*Dauid vnctio. 220.B
*Dauid cum Amalechitis pugna. 224.D
*Dauid humilitatis exemplũ. 102 D
*Dauid repellens cithara spiritum. 221.D
*Dauid perpetrauit homicidium, dum non euitat adulterium. 54.C
Dauid primus hymnos in Dei laudem composuit. 28 D
Dauid arte modulandi Saulem ab spiritu immundo eripuit 57.C 78.D
De, præpositio. 190.D
Debbora. 96.D. 130.D. † 97 *209.B
* Debbora ecclesiæ typus. 244.C
Debilis. 190.B
*Debilitas corporis nimia animæ etiam vires frangit. 64 A
*Debitor decem millium talentorum. 250.D
Debitores sumus trium personarum. 116.A
*Debitores duo in euangelio. 251.A
*Decalogi mandata. 164.A
† Decaluatus, & decaluator. 8.A
Decani. 171.C
* Decani monasterij. 353.C
† Decedere,& cedere. 10.B
Decem. 52.B
December. 66.A 93.A
*Decem verba legis. 164.D
Decemuiri leges conscripserunt. 79 B
Decens. 190.A
† Decens,speciosus, & formosus. 10.A
Decibilis. 190.A
* Decimæ,& primitiæ offerẽdæ. 163.A
* Deceptor. 92.C
† Decipere, & capere. 47.A
Decius Imperator. 98 † 107
Declinatio. 20.A
† Decline,& decliue. 41.D
†Decliuus,& procliuus. 28.D
Decolor. 190.B
†Decor,& decus. 10.A 40.B
Decorus. 190.A
Decrepitus. 190.C
† Decubare,accubare,& cubare. 1.B
Decumanus. 300.A
Decurio. 176.A 174.D
Decursus. 160.A
† Decus,& decor. 10.A. 40.B
*Dedicationes ecclesiarum. 340.A
Deditio. 175.D
Dedititj serui. 175.D
Dedolati codicilli. 105.B
† Deducere , & diducere. 10.C.D
† Deducere,abducere,& perducere. 2.C 42.D
† Deducere, & subducere. 10.C
† Defensor,& vltor. 9.B
*Defensor peccatorum. 49.B
Defessus. 190.B
Deficere cur dicantur litteræ liquidæ. 5.D
Definitio 47.C
Definitionum diuisio. 47.C 48 A.&c.
Definitio legalis. 34.B
Definitum. 397.C
† Deflecti,& flecti. 14.C
† Defluere,& fluere. 15.C
† Deformis,& turpis. 9.B
†Deformis,& informis. 10 A
Defuncti. 174.C. 350.B † 42.B
Defunctus. 216.C
†Defungi,& fungi. 42.B
Degener. 190.C
Degulator. 190.A
Dehiscens. 190.D
Deiero. 200.A
Deitas in singularitate est. 126.D
Delapidata via. 301.D
Delator. 190.D
† Delator,& dilator. 10.B 41.A
† Delecta,& delicta. 10.C
*Delectationi resistẽs. 57.D
Delibatus. 190.A
Deliberatiuum genus. 33.B
Delibutus, 190.B
Deliciæ. 394 D
*Delicta Monachorum. 404 A
† Delictum , & iniustitia. 10.C
† Delictum , & peccatum. 41.B
† Deligere , & diligere. 43.C
*Delinquens quomodo corripiendus. 100.D
Delirus. 190.A
† Delirus,& demens. 9.B
† Delicta,& delecta. 10.C
† Delitum , & inlitum. 43. A
Delos insula,& ciuitas. 276 B
Delphines. 237.B
† Delphines tempestates præuident. 87.A
Delubra. 293.C
† Delubra , & oracula. 26 C
† Deluere , & diluere. 10.A
†Dementia,& amentia. 9.D
Demens. 190.A
† Demens,& amens. 38.B
†Demens,& delirus. 9,B

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Demittere, & dimittere. 46.C
Democritus. 148. 326.A †102
Democritus magicam amplia uit. 150.D
† Demonſtrare,& monſtrare. 38.C
Demonſtratiuum genus. 33 B
Demoſthenes.97.B †102
Demoſthenis fabula aduerſus Philippum. 30.D
Denarius. 312.C
*Denarius numerus. 132.B
Denominatiua. 44.D
Dentale. 405.C
Dentes.207.D †52.D
Dentes in viris plures quã in fœminis. 207.A
Dentem pro dente. 88. A
Dentix. 237.B
† Denubere. 43.B
† Denuntiare, & nuntiare. 2.B 42.A
*Depheca. 186.B
Deponentia verba cur dicta. 9.B
† Deportare, comportare, & exportare.10.B 42.C
Depottatus. 88.C
† Deportatus, & relegatus. 12.C
Depoſitum. 85.B
† Deprecari,& precari,& imprecari 20.B.27.D 46.B
Depretiatus. 190.C
† Derectum, & directum. 10,A.D
† Derigere, & dirigere. 10.B
† Deripere, & diripere. 46. A
Deriuatiua nomina. 6.C
† Deſcribere,cõſcribere, &c. 7.D 42.A
Deſcriptiua definitio. 48.B
† Deſerere, & relinquere. 39.D
Deſerta. 280.D
*Deſerti à Deo. 44.D
Deſertores milites. 171.C
† Deſertum, & Eremus. 12.D
† Deſertus, & diſertus. 41.A
*Deſiderium ſupernæ patrię. 87.A
*Deſiderijs terrenis æſtuare. 87.A 108.D
† Deſidia in omni bono opere formidanda. 40.B
Deſidere. 100.D
Deſidioſus. ibidem.
Deſipiens. 190.A
* Deſperare nullus debet. 44.B
*Deſperare. 43.D
*Deſperati. 66.D
Deſperatio. 142.A
* Deſperatio peccantium. 43.C
*Deſperatio contra ſpei fiduciam. 418.C
Deſperatus. 190.B
† Deſpicere,& aſpicere. 2.D 39.D
Deſpiciens. 190.D
*Deſtina.59.C. quid ſignificet. 60.B
† Deſtruere, & conſtruere. 7.A
Deſultores.362.A 363.A
Deterior. 197.B
† Deterrere, & terrere. 39.B
*Detractio vitanda. 384.C
*Detractio loquitur. 416.A
*Detractio, quam deteſtanda. 416.D
*Detrectare correctorum vitam. 93.D
*Detrimentum,& damnum. 10.C 43.A
Deuia. 281.A
† Deuium,inuium, auium, & peruium. 46.B
Deus. 119.A. decem nominibus apud Hebræos vocatur. 119.B
Deus Chriſtus. 122.B
Deus vnus eſt. 126.A
Deus qua lingua locutus. 161 C
Deus,& natura. 217.A
Deum negat qui theatri inſaniam probat. 365.A
† Deus. 50.B
† Deus,& Dominus. 47.B
† Deus,& diuus. 10.C
† Deus non omnia ex nihilo condidit. 50.A
† Deus Angelos, & informẽ materiam quando cõdidit. 49.D
† Deus ſpiritus eſt & non anima. 55.D
† Deus iuſtus, & miſericors. 57.B
† Deus creaturas ſex diebus formauit. 92
*Deus ſummus,& incommutabilis. 1.A
*Deus immortalis. 1.A
*Deus ſummum bonũ. 1.A
*Deus merito cunctæ præponitur creaturæ. 1.C
*Deus ſimplex. 1.D
* Deus localiter in ſuis ſanctis ambulat. 2.A
*Deus immenſus, & omnipotens. 2.B
* Deus cum ſit vnus vbiq; eſt totus. 2.B
*Deus inuiſibilis. 2.D
*Deus non factus quomodo perfectus. 2.D
*Deus vſu noſtro zelare, vel dolere dicitur. 3.D
*Deus membrorum noſtrorũ qualitatem habere deſcribitur. 4.A
*Deus per ſpeculum videri dicitur. 4.B
*Deus oculus, & auris, ambulare, & ſtare dicitur. 4.B
*Deus natura incorporeus. 4.B
*Deus vilibus ſignificationibus figuratur. 4.C
* Deus antequam cælos faceret, quid faciebat. 6.B
*Deus quomodo dicitur lucẽ formans, & tenebras creãs. 7.A
* Deus nõ ſic dixit, fiat cælũ, ſicut nos. 7.D
* Deus ſicut præſciuit hominem peccaturum,ita præſciuit quomodo eum repararet. 12.A
* Deus hominem quomodo creauit. 12.A
* Deus vita animæ. 13 A
*Deus quare in homine venit. 15.B
*Deus pater, & filius vnum ſunt. 16.D
*Deus non eſt in conuẽtibus hæreticorum. 18.A
*Deus in futuro facie ad faciẽ præſentabitur. 30.D
*Deus quando perfectè laudatur. 35.B
*Deus non poteſt conuerſum ſpernere,quem peccantem ſuis beneficijs prouocat ad ſe redire. 36.A
*Deus quomodo dicatur auferre donum homini, & obdurare hominem, & obcæcare. 37.D
*Deus multis modis terret homines. 38.A
*Deus nunc prope eſt,& non videtur. 42.D

*Deus

*Deus amplius lætatur de anima deſperata, & aliquando conuerſa, quàm de ea,quæ nunquam extitit perdita. 44.A
*Deus de ſuo fine vnumquẽque iudicat. 44.B
*Deus reuertens hominẽ quẽ deſeruerat turſus affligens viſitat. 44.D
* Deus qui nos malos tolerat, dubium non eſt, quin conuerſis ignoſcat. 44.D
* Deus ita accipit iuramentũ, ſicut ille, cui iuratur intelligit. 53.D
*Deus ſuos non deſerit. 58. B
* Deus quos iudicat. 45. D
* Deus propitius eſt illi,quẽ, quod corporaliter appetit, non permittit adimplere. 61.A
* Deus teſtis, & iudex. 65. A
* Deus quem diligit corripit. 69.A
*Deus neque iuſto, neque reprobo miſericordiam, & iuſtitiam abſtrahit. 65.B
* Deus durius circa electos agit in hac vita. 65.B
* Deus parcit impijs in hac vita, & non electis. 65.C
*Deus delinquenti nõ parcit. 65.B
* Deus reſpicit, vel ad veniam, vel ad vindictam. 66.C
* Deus tribus modis percutit quos vult. 66.C
* Deus alios feriẽdo corrigit, alios interficit. 66.D
*Deus tantò magis parcere ſtudet, quantò magis expectat. 66.D
* Deus quoſdam illuminat, quoſdam deſerit. 81.A
* Deus multos ex carnalibus ſua gratia viſitat, multos à contemplatione deſerit. 86.B
* Deus de noſtro malo multa bona operatur. 106.D
*Deus in columna ignis. 185 C
*Deus vnumquemque ex fine aut iuſtificat, aut condemnat. 355.B
Dei filius. 121.B
Dei varia ex vſu noſtro nomina. 121.A
Dei nomina. 119.A
*Dei immortalitas. 1.A
* Dei magnitudinem nullus ſenſus poteſt attingere,nec angelicus. 2.C
* Dei eſſentia quodammodo intelligibiliter ſciri poteſt. 3.A
* Dei opus, & iudicia nulli ſciuntur. 3.A
*Dei præcepta contemnit,qui Deum non diligit. 36.B
*Dei greſſus in cor hominis. 41.D
De Deo opiniones philoſophorum. 148.B
* In Deo ſubſtantialiter iſta ſunt,incorruptio immortalitas, & incommutabilitas. 1.C
*Deo nulla temporum ſucceſſio adſcribitur. 4.B
*In Deo ineſt latitudo, longitudo altitudo,& profunditas. 2.B
*Deo deſerente,neminem pœnitere. 44.D
* Deo reſpiciente ſua mala quiſque videt. 44.D
*Deo qui tribuit bona, quæ agit. 90.A
* Deo nihil occultum. 385. D
* Deum creaturæ quomodo collaudant. 3.B
*Deum qui non habet placatum, nequaquam euadet iratum. 2.C
* Ad Deum quædam ſpecies ex vſu noſtro referuntur. 3.D
*Deum neſcire maxima culpa. 34.C
*Deum quando perfectè cognoſcimus. 54.C
*Deum tardius placat, qui ſibi tardius eum reconciliat. 92.C
*Deum diligere ex toto corde,& ex tota anima,& ex tota mente quid ſit. 60.D
† Deos tres credere profanum. 43.A
Deuteronomium. 100.C 190.A
*Deuteronomium quid contineat. 312.D
Dextera Chriſtus. 122.B
† Dextera,& dextra. 46.B
* Dextera patris,& ſiniſtra. 16.A
*Dextera,& ſiniſtra, neq; ad dexteram, neque ad ſiniſtrã declinandum. 90,A
Dextra.208.C 389.C
Dextralis. 378.C
†Diaboli forma Aquilo.86.A
Diabolus. 154.A
† Diabolus in ſpecie Moyſi Iudæis in Creta apparuit, 110
*Diabolus, & homo vno ſuperbiæ lapſu ceciderũt.9.C
† Diabolus primatum tenuit inter angelos ex qua fiducia cecidit ſine reparatione 9.A
*Diabolus ante omnem creationem angelorum conditus. 9.A
*Diabolus prius creatus ordinis prælatione non temporis quantitate. 9.A
*Diabolus ab initio mendax. 9.C
*Diabolus prius cecidit, quã homo conderetur. 9.C
* Diabolus quare cecidit. 9.D
* Diabolus quare non petat veniam. 9.D
* Diabolus diuina poteſtate coercetur,ne tantũ noceat quantum cupit. 10.B
*Diabolo dictum eſt,terram manducabis. 12.B
*Diabolus ſi ſciſſet Chriſtum pro ſalute hominum Deũ veniſſe,non eum peremiſſet. 15.A
* Diabolus nouit Chriſtũ pro ſalute hominum veniſſe. 15 A
* Diabolus illuſus morte Domini. 15.B.C
*Diabolus mediator ad mortem. 19.D
* Diabolus crudelior erit ſub Antichriſto. 30.C
*Diabolus caput omnium iniquorum. 24.C
*Diabolus quãtò propinquius finem mundi videt, tãtò crudelius perſecutiones exercet. 30.C
*Diabolus cunctis vidẽtibus eſt præcipitandus. 33.A
* Diabolus quos non potuit retinere perſeuerãter in culpa ſubtracta ſpe veniæ,in diffidentiam trahit.43. D
*Diabolus ſuperbia corruit. 56.D
*Diabolus quibus vitijs principaliter in homines dominatur. 57.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Diaboli voluntas iniusta, & potestas iusta. 69.A
* Diabolus non est immissor, sed incentor vitiorũ. 69.B
* Diabolus nõ tentat amplius electos, quàm Dei voluntas permittit. 69.D
*Diabolus multos decipit, qui ignorant se esse deceptos. 69.D
*Diabolus quando inermis, quando armatus. 70.A
*Diabolus carnalibus terribilis, electis vilis est. 70.B
* Diabolus varijs modis decipit. 70.B
*Diabolus eodem blandimento nunc decipit homines, quo protoplastos in Paradiso. 70.B
* Diabolus in fine amplius molitur hominem decipere. 70.C
*Diabol⁹ naturã vniuscuiusq; intendit. 70.D
*Diabolus nunquam vacat ad uersus iustum. 71.D
* Diabolum intrare in mentẽ & habitare. 71.C
* Diabolus animal, auis, & serpens dicitur. 71.A.B
*Diabolus grauius ferit, quos post renuntiationẽ ad mũdi amorem reduxerit. 89.B
* Diabolus, quos viuentes accẽdit ad vitia, subito moriẽtes pertrahere nititur ad tormenta. 111.D
Diacodion. 76.D
Diaconi, & Leuitæ ijdẽ. 138. D
*Diaconus, & quid ad eũ pertineat. 392.A
*Diaconorum ordo. 349.B
Diadema. 389.A
Diæresis. 23.A
Diæta. 76.A
Dialectica. 42. C. eius, & rhetoricæ differentia. ibid. A
† Dialectica. 61.C
Dialecticam primi philosophi non ad artis reduxere peritiam. 42.C
Dialogus. 104.D
Dialyton. 24.B
Diamoron. 76.D
Diana. 156.B
Dianatheton grammon. 56.D
Diaphonia. 58.A
Diapsalma. 114.B
Diarrhæa. 74.C
Diaspermaton. 76.D
Diastema. 58.A
Diastole. 14.A
Diasyrmos. 41.C
*Dibongad. 194.D
† Dicere causſam, & agere. 4.A 46.D
† Dicere, & memorare. 10.B
*Dicere ex sententia. 51.C
Dicendi genus triplex, humile, & mediocre, & sublime. 38.B
Dicendi finis. 33.A
Dicendi peritia. 33.A
* Dicendi ratio quadruplex. 51.D
Dicta. 170.D
*Dicta pro factis diuinis plerumque ponuntur. 20.D
Dictatores. 170.C
Dictatura quando creata. 172 D 173.A
* Dictum, & ludibrium. 46.C
Dido. 167.B 285.B
† Diduco, & deduco. 10.C
Didyme insula. 277.B
† Didymus, & Veranianus. 163.C
Dies differentiæ. 90.A.C
Dies Critici. 77.A
Dies dominicus. 113.C *334.A.D
Dies intercalares. 111.A
Dies Palmarum. 113.A
† Dies masculini, & fœminini generis. 18.A
† Dies fasti, & nefasti. 16.B
† Dies proprie abusiuè. 63.A eius spatium horarum duodecim. ibid.
† Dies horarum viginti quattuor. 63.A
Dies prophetice. 64.A
† Dies fasti, nefasti, feriati, profecti, festi, atri, &c. 64.A B.C
† Dies à planetis sumpserunt vocabula. 65.C
† Dies caniculares. 82.D
† Dies prosperitatem significat. 34.A
* Dies prior factus, angeli sunt. 7.B
*Dies & lux creaturæ cognitio in Deo dicitur. 7.C
*Dies sex operum Dei. 113.A &c.
† Diei consideratio. 63.A
Diei spacia duo. 90.B 63.A
Diei partes tres. 90.D † 63.A
† Diei initia quomodo computentur. 63.A
* Diei vnius nomine omne tempus vitæ significatur. 116.A
Die prima mundi Deus Angelos condidit, secunda cælos, terras, & maria, quarta luminaria cæli, quinta animantia ex aquis, sexta animãtia. ex terra, & hominẽ. 95.C
†Diem Chaldæi, Ægyptij, Romani. quando inchoant. 63.A
Diesis. 58.D
Diespiter. 155.D
Differentia. 20.D 44.D
*Diffidentia impetrandi orata. 76.C
† Diffugere, & fugere. 15.B
Digamma. 5 C
Digiti. 208.D † 52.B
† Digiti pedum. 53.D
Digiti pẽdentes dactyli. 11.D
Digito Dei scripta lex. 125 C
Digitus. 300.A
Digitus quadratus. 374.C
Digitus rotundus. ibid.
Digitus Dei Spiritus sanctus. 125.C
Dij gentium. 153.B
Dij primum adorantur. 96.A †94
Dijambus. 11.A
Dilator. 190.D † 10.B
† Dilator, & delator. 41.A
Dilectio in bonis tantũ rebus soleta accipi. 142 B
Dilectio. 142.A *92.C
Dilectio, amor, & charitas. 60.B
† Dilectio Dei. 60.C *36.A
*Dilectio inter se. 82.C
*Dilectio minus quàm inter duos esse non potest 92.D
*Dilectio Dei, & proximi. 93.A.C
*Dilectio contra odium resp̃det. 415.B
* In dilectione proximi duo obseruanda. 92.C
Dilectus. 190.A † 60.D
† Dilectum, & delectum. 10. A
†Dilectum, & legio. 46.A
† Diligentia, & cura. 44.D
† Diligere, & amare. 2. C
† Dili-

† Diligere, & deligere. 432 C
* Diligere quod in se odit. 93.A
Diluculum. 92.B
† Diluere, & deluere. 10. A
Diluuium. 263.B
Diluuium primum. 263.B
Diluuium secundum. 263. C
Diluuium tertium. 263.A
† Diluuium quo anno Noe factum. 96
*Diluuium, & arca quid significent. 123.C
† Diluuium Deucalionis quãdo fuit. 96
† Dimidium, & dimidiatum. 9.D 46.D
Diminuti numeri. 53.D
Diminutio positionis genus indicat. 20.A
Diminutiua nomina. 6.C
† Dimittere, & demittere. 46.C
* Dimittere debita in oratione Dominica. 92.B
Dina. 129.D
*Dina synagogæ, vel animæ figura. 242.C
*Dina à Sichem compressa, quid significet. 144.D
Diocletianus Imper. libris diuinis aduſtis martyria facit. 98.B
† Diocletianus Imperator. 105
Diomedes. 243.D
Diomedis socij in aues conuersi. 220.B
Dionysia gemma. 313.B
Dionysias lapis. 306.B
Dionysias insula. 276.A
Dionysius. 97.A 148.B
Dionysius Lintius. 10.D
Dioscoria vrbs. 285.B
Dioschoras. 108.A
Dioschorus hæresiarcha condemnatus. 110
Diphthongæ syllabæ. 10.C
Diple. 15.B
Diplois. 68.C 383.D
Dipondium. 321.D
Dipsas. 234 D 232.C
Diptota nomina. 7.C
Directus. 190. A
†Directũ, & derectũ. 10. A.D
† Dirigere, & derigere. 10.B
† Diripere, & deripere. 46.A
† Diruere, & eruere. 44.B
Dirus. 190.C
† Dirus, & atrox. 9.C
† Discedere, & abscedere. 1.B 10.B
Διοκειν. 399.A
Disceptare iure. 174.A
† Discere, & docere. 11.A
† Discernere, & secernere. 10.A
Discerniculum. 390.B
Disciplina. 1.A 189.D
*Discipuli septuaginta duo. 248.A
*Discipuli septem cum quibus Dominus post resurrectionem suam conuiuasse describitur. 255.C
Discipulus. 189.D
* Discipulus Christi quis. 876
*Discordia inter amicos quando maiorem charitatem parturit. 93.A
* Discretio Sanctorum. 69. D
Discretus numerus. 54.D
† Discretus, & disertus. 9.B
Discrimina boum. 59.D
Discriminalia. 206. B. 389. D
Discriminare. 389.D
Discumbentes. 399.A
Discus. 399.A
Disertus. 189.D
† Disertus, & desertus. 41.A
† Disertus, & discretus. 9.B
Disiunctiuæ coniunctiones. 10.A
† Dispar, & impar. 10.C
† Dispendium, damnum, & detrimentum. 43.A
Dispensator. 189.D
* Dispensator non debet esse prodigus, sed discretus. 110 A
*Dispensator prodigus, quẽ Dominus à villicatione remoueri præcepit. 253.D
Dispensatiua philosophia. 43.D
Dispondæus. 11.A
Dispositio. 372.D
Dissseptum. 211.A
†Dissimulare, & simulare. 32. B.33.D. 40.A
Dissors. 188.D
Distichon ordeum. 327.C
Distinctio, & subdistinctio. 9.D
Ditis pater. 155.C 159.B
Ditrochæus. 11.A
Diuersorium. 292.A
Diuersum. 241.B
Diuertere, & diuortere. 9.D
Diuerticula. 301.B
Dines. 190.A
† Dines & honestus. 38.C
† Dines, & locuples. 9.B
† Dines potens fortunatus locuples, & honestus. 10.B
* Dines in inferno. 61. D 109.D
*Dines cur camelo comparatur. 250.A
*Dines cuius ager vberes fructus attulit. 252.B
*Dines qui induebatur purpura, & byſſo. 253.D
Diuinalis philosophia. 43. B
Diuinationis quattuor genera. 151.A
Diuinationis duo genera, ars, & furor. 151.B
Diuini. 151.A
† Diuinitas, & diuinatio. 45.A
Diuinus morbus. 73.C
Diuisio definitionum. 47. C
Diuisio orbis. 300.D
Diuisiones Grammaticæ. 6. B
*Diuisio maris. 161.A
*Diuisio terræ repromissionis. 208.B
Diuitiæ antiquorum bene pascere, & bene arare. 326. B
*Diuitiæ nocent per ea quæ sibi iuncta sunt, non per se. 59.D
*Diuitijs qui male vtuntur. 109.C
* Diuites qui misericordes non sunt. 61.B
*Diuites humiles, & superbi. 108.C
*Diuites quorum spes opulẽtia est. 108.B
*Diuites sæpe de improuiso moriuntur. 111.A
Diuortia eadem, & diuerticula. 301.B
† Diuortio. 9.D
Diuortium. 184.D
Diurna, diuturna, & diutina. 9.A
† Diutinum, & diuturnum. 45.A
† Diuturna, diurna, & diutina. 9.A
† Diuus, & Deus. 10.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Do,& cedo. 10.B
* Docens bene & male viuẽs. 96.D.A
*Docere derisorem. 93.D
* Docere qui nescit. 95.B
† Docere,& discere. 11.A
Docilis. 189.D
Doctor. 189.D
*Doctor ecclesiasticus qualis esse debeat. 95 D.96.A.B 98.D
*Doctor ecclesiæ strenuus. 98.B
Doctores errorum. 82.C
*Doctrina sine gratia. 81.D
*Doctrinam veram hæretici corrumpunt. 82.D
* Doctrina secularis per Christianam euacuata. 83.C
* Doctrina vera quæ sit. 95.D
*Doctrinæ discretio. 98.D
*Doctrinæ non omnia tempora congruunt. 99.C
*Doctrinam dare, vel auferre in potestate diuina cõsistit. 99.B
*Doctrina suadetur. 387.A
Doctrinalis philosophia. 43.B
Doctus. 189.D
*Doctus,& indoctus. 31.D
Dodanim. 163.A
Dogma. 141.B
Dolabra. 378.C
Dolia. 398.C
Dolium. 400.C
Dolon. 370.C
Dolones. 357.D
Dolopes. 165.B
† Dolor. 61.D
† Dolor,& dolus 9.C. 10.D
*Dolor bonorũ trauquillus. 65.C
Dolosus. 19.D
† Dolosus,& inimicus. 10.D
Dolus. 86.B
Dolus bonus,& malus. 87.A
† Dolus,& dolor. 9.C 10.D
† Dolus, insidiæ,& fraus. 9.C
Dominationes. 127.A
† Dominatus,& dominium. 43.B
* Dominica Palmarũ. 335.D
Dominicus dies. 113.C. 334.A
Dominici diei religio. 159.C
† Dominium, & dominatus. 43.B
Dominus. 189.D
Dominus Christus. 122.B
† Dominus,& Deus. 47.B
Domitianus Imperator. 97.B † 106
Domus. 20.A. 274.A. 292.A
Domus,& hospitium. 10.D
Dona. 114.B.&c.
† Dona,& munera. 39.A
*Dona Dei, & perseuerantia doni. 37.D
*Dona non conceduntur vni omnia. 37.A
*Dona Spiritus sancti aliquando non dignis conferũtur. 16.D
Donarium. 114.C 294.A
Donatio. 84.B
Donatio directa. 84.C
Donatio vsufructuaria. 84.C
Donatus 10.C.21 D. 24 B
Donatus decem tropos tantũ tradidit. 24.A
† Donatus Grammaticus quãdo claruit. 108
† Donatus Epiri episcopus. 110
† Donatus monachus Afer. 135.C
Donatus Afer hæreticus. 145.A
Donatistæ hæretici. ibid.
Donum. 124.D
Donum Spiritus sancti. 124.D
† Donum,& munus. 10.C. 23.D 42.A
*Donum Sancti Spiritus pauci ante aduentum Christi merebantur. 16.C
*Donum gratię quibuscumq; datur non æqualiter eonceditur. 58.A
Dor vrbs. 284.C
Dorcatij versus. 366.B
Dori. 163.C
Dorcades. 222.B
Δορκαδᾶς ὄντες. 210.D
Doricæ columnæ. 375.D
*Dormientes qui somnijs fatigantur qui non. 73. A. B.C
*Dormitans qui exurgere conatur. 89.D
Dorsum. 209.D
Dorus. 165.C
Dos. 84.B
Dosinus equus. 224.B
Dracæna. 226.D
Drachma. 325.A 322.B
† Draco,& Traco. 10 B
Draco aurea mala seruans. 275.D
† Draco ingens. 110
† Draco serpens,& anguis. 3.A
Draco marinus. 238.D
Draco caudam mordens annũ significat. 94.C
Drabus fluuius. 270.C
Dracon. 231.C
Dracontius. 229.A
Draconis leges. 87.B
Dracones signa militaria. 354 D
Dracontea. 344.A
Dracontites. 314 D
† Dracontius. 127.D
Drome. 367.B
Dromeda. 223.B
Drosely tus. 313.D
Druentius fluuius. 159.C
Dryades. 158.C
Dubius. 190.D
*Ducere vxorem melius quã vri. 59.C
Ductim. 399.C
Duellum. 352.C
Dulce. 190.A
† Dulce,& suaue. 44.D
Dulcia. 394.D
Duorum societas. 92.D
† Duplicatum, iunctum,& geminatum. 41.C
Durcon. 367.A
Dutitia mentis. 68.B
Durius fluuius. 262.B
Dusij. 158.B
Duo. 52.A
Duo,& ambo. 10.C 45.A
Duo,& bina. 10.D
Duumuirales magistratus. 174.D
Dux. 171.A
Dycta mons. 343.B
Dyctamnum. 222.C 343.B
Dynamidia. 77.C
Dysenteria. 74.C
Λύσπνοια. 73.B

E

† EBibere,& bibere. 41.C
Ebion hæresiarcha, & Ebionitæ. 144.D
Ebosus insula. 277.B
* De ebrietate. 61.C
† Ebrietas, & ebriositas. 12.A
* Ebrij. 63.A
Ebrius,& ebriosus. 13.A
Ebur 227.B 309.A
Ecclesia. 141.A 284.D
Ecclesia catholica. 141.A *18 A
Ecclesia vna cùm sit, cur à Iohanne septem scribũtur. 141.B
Ecclesia Dei viui. ibid.
Ecclesia vnde inchoauit. ibid.C *324.C
Ecclesia Sion dicitur. 141.C

Ecclesia antiquitus pascha de cima quarta lunæ cũ Iudæis celebrabat. 110.B
† Ecclesia calum spiritualiter est. 73.A
† Ecclesia in luna figuratur. 73.D
† Ecclesiæ persecutiones per lunæ defectum intelliguntur. 78.C
† Ecclesia per martyrum sanguinem refulget 78. D
† Ecclesia per arcturum intelligitur. 81.B
† Ecclesia ex fide Trinitatis, & quattuor virtutibus consummatur. 81.B
*Ecclesia Spiritum sanctum pignus accepit. 16.A
*De Ecclesia,& hæresibus. 17.C
* Ecclesiæ pulchritudo gemina. 17.C
* Ecclesiæ geminæ tribulationes. 17.C
*Ecclesia causa prauitatis hæreticæ propagata. 17.D
*Ecclesia malè viuentes tolerat,& malè credentes repellit. 17 D
*Ecclesiæ persecutiones. 17.D
*Ecclesiæ sapientia, & patientia. 17.D
*Ecclesiæ hæreticorum. 18.A
*Ecclesię data est virtus operũ propter fidẽ ornandã. 29.B
*Ecclesia ex quibus completur. 30.D
*Ecclesia hæreticos ad se venientes benignè amplectitur. 92.A
*Ecclesiarum varius vsus. 342.D
*Ecclesia orientalis, & occidentalis. 397.C
* Ecclesia orientalis quare in fermentato pane, orientalis vero in azymo sacramentum conficit. 397.C
Ecclesiastes. 101.A
Ecclesiasticus liber. 101.B *315.D
Echeneis. 238.B
Echinus. 239.C
Echites. 315.D
Echo. 304 B
Eclipsis. 22.D
Eclipsis solis. 66.B † 78.B
Eclipsis lunæ. 66.B † 78.A
Ectasis. 22.D
Ecthlipsis. 23.A
Edacitas. 62.A
Edere. 121.C
Edessa vibs. 162.C 284.A
Edictum. 36 D 81 B
Editio quinta. 97.D
Editio quinta inuenta. 107
Edon. 129.C 162.B
Edulium. 221.C
Efferatus. 191.D
† Efferre,& eferre. 12.D
Efficax. 191.A
Efficiens. 191.A
Effingere. 239.A
† Effodere,& fodere. 15.A
Effœtus. 191.D
Effractor. 191.D
Effrænatus. 191.D
Egens. 191.B
Egenus. 191 B
† Egestas,& paupertas. 12 B
* Egestas electorum, & reproborum. 108.D
* Egestatem diabolus mentibus opponit. 89.A
† Egica Rex Gotthorũ. 166
Eiele Dei nomen. 119.B
El Dei nomen. 119.B
Elam. 161.D
Elamitæ. 161.D
*Elatio contra submissionẽ. 415.B
Elatus. 190.C 186.C
Elbidum. 387.C
Elbum. 387.C
Eleas vicus. 266.A
Eleazar. 130.C
*Eleazarus sacerdos. 190.A
Electarium. 76.D
Electior. 311.D
Electrum. 311.D 321.D
Electrum venenum prodit. 321.A
* Electi perire non possunt. 30.A
*Electi in iudicio concutiendi sunt. 33.B
* Electi accipiunt, & conuersionis donum,& perseuerãtiam doni. 37.D
*Electi multi apud homines, apud Deum reprobi. 38.D
* Electi quidam in errorem incidunt,& denuo conuertũtur. 44.C
*Electi nonnunquã corruunt. 58.B
* Electi malorum desiderium explere à Deo non permittuntur. 60.D
* Electi vitæ huius aduersitatibus probantur. 65.B
*Electi exterius. 108.A
Elegiacum carmen. 28.C
*Eleemosyna, & ieiunium in abscondito. 63.D
*De eleemosyna. 109.B. 110. A.&c.
Elementa 250.C † 72.B
Elementa omnia omnibus insunt. 250.A
Elementa inter se conueniũt. 250.D
Elementa rerum materia. 378.B
Elementorum decor. 7.B
Elephas. 227.A 231.D
Elephantiacus morbus. 75.B
Elephantiæ. 233.C
Eli. 130.B
Eliachim. 131.D
Elias. 96.C. 133.B † 145.D
Elias rapitur. 96 C † 109
*Elias,& Eliæus. 232.A
*Elias super quinquagenarios maledictionis sententiã intulit. 233.A
† Elidere,& adhidere. 2.D
Eligo. 141.B
Elion Dei nomen. 119.A
† Elipandus Archiepiscopus Toletanus. 168
Elis ciuitas. 94.B
Elisa. 162.D
Elisæi Græci. 163.A
Elisabeth. 137.C
Elisæus. 96.C. 133.C. † 100. 146 C
Elisæus vbi situs. 284.D
*Elisæus,& Elias. 232.A
*Elisæus paruulos maledixit. 233.B
*Elisæus, & aquæ sanatæ. 235.D
*Elisæus mortuum resuscitauit. 234.A
* Eliud doctorem superbum demonstrat. 243.A
Elixum. 395.B
Elleborum. 343.D
Ellepis. 165.C
Elæomeli. 334.C
Eloe Dei nomen. 119.B
Eloim Dei nomen. 119.B
Eloquens. 190.C
† Eloquens, & loquens. 11.D
† Eloqui. 43.D
† Eloqui, alloqui,& obloqui. 2.B
Eloquentia. 32.C
† Eloquentia, & sapientia. 60.C
*Eloquentia sacra. 83.A
Eloquutio. 38.A
† Elpidius. 126.D
Eluidiani hæretici. 145.D
Eluidianus hæresiarcha. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Elucere, & illucere. 42.D
Eman. 134.D
Emancipatio. 177.D
Emanuel. 122.B
Emathia. 270.A
Emathij. 165.C
Emathion. 165.C
Emboliſmus. 111.C 67.D
* Emendatio iuſti correpti. 93.D
* Emendatio plurimorum correptio vnius eſt. 100.D
† Emere, & redimere. 12.C
Emerita ciuitas. 287.B. 158.B
Emeriti milites. 171.D. 287.B
† Eminus, & cominus. 46.D
† Emittere, & admittere. 12.C
Emor. 164.C
† Emortuum, & mortuum. 24.A
Emphaſis. 59.B
Emplaſtrum. 77.A
Emptio. 84.B
Emptio mariti, & vxoris. ibi.
Empya. 73.C
† En & em. 12.D
Ena. 32.A
† Enaſci, & naſci. 25.D. 42.D
Encænia. 112.D *340.A
Enchiridion. 77.D
Encratitæ hæretici. 144.D
Enema. 77.A
Energia. 39.B 40.D
Enhydris. 232.C
Enhydros. 229.A 314.C
Ennius vulgares notas inuenit. 16.B
Ennius primus hexametros Latinos fecit. 28.C
† Ennius quando elaruit. 103
Ennij locus. 203.D. 210.C 346.C. 361.C. 368.B. 369. C.B. † 14.D. 53.C. 73.A
Enoch. 95.D. 128.D. † 140.D
† Enoch nonnulla ſcripſiſſe fertur. 93
* Enoch impios ſignificat. 238 D
Enoch ciuitas. 283.B
Enormis. 190.C
Enos. 95.D. 128.C †93
* Enos homo interpretatur. 122.A
* Enos in ſpe viuentem eccleſiam declarat. 238.C
Enſis, & gladius. 353.D. † 12.B
Entheca. 294.C
Enthymema, & eius ſpecies. 35.D.A
† Enubere. 43.B
Enuntiatio. 46.A
Eous. 92.B
† Epacta. 64.B
Epactæ. 111.B
Epanalepſis. 23.D 41.D
Epanaphora. 23 C
Epangelia. 41.D
Epanodos. 39.C
Epaphus. 272 B
Epentheſis. 22.C
Ephœbus. 215.A
Ephemeris. 31.C
Epheſus ciuitas. 285.A
Epheſius lapis. 307.B
Ephod. 380.B
Ephiram. 133.C † 142
* Ephraim factus panis ſubcineritius qui nō reuerſatur. 108.D
* Ephraim, & Manaſſes benedictio. 150.A
* Ephraim gentium figura. 242.B
Ephrata ciuitas. 284.B
Ephrata, id eſt, fertilitas. 160.D
Epibata. 367.C
Epichirema, & eius ſpecies. 35.D
Epicœnum genus, & commune. 8.B † 8.D
Epicurus. 148.D
Epicurei philoſophi. 148.D
Epidromos. 370.B
Epigramma. 29.C
Epigri. 378.D
Epilepſia. 73.B.D
Epimelis. 334.C
Epimelos. 312.C
Epimone. 41.C
Epiphanes. 97.D
Epiphania. 112.B
* Epiphania Domini. 335.A
Epiphaniæ duæ. 112.B
Epirotæ. 165.C
Epiroticum mare. 257.A
Epirus. 269.D
Epirus ciuitas. 285.C
Epiri fons. 256.A
Epiſcopus. 138.C.&c.
Epiſcoporum ordo quadriper titus. 138.B
Epiſcopi ſoli chriſma conficiunt, & paracletum dant. 138.D † 336.A
Epiſcopis non licebat in vnū conuenire, vſque ad Conſtantini Imperatoris tēpus. 108.C
† Epiſcopis licentia data, vt ad Toletanam vrbem conuenirent. 159.B
* Epiſcopi imperiti. 93.C
* Epiſcopi ſeculares curas inſectantes. 97.C
* Epiſcopus ſeruus plebis, non dominus. 98.C
* Epiſcoporum inſtitutio, & etymon. 346 B
* Epiſcopus, & quid ad eum pertineat. 392 B
* Epiſcopi quomodo eccleſiæ præſint. 395.C
Epiſtola 105.B
Epiſtolæ Beati Pauli. 102.C *322.B
* Epiſtolæ B. Petri. 322.A
* Epiſtolæ Beati Iohannis. 323.B
* Epiſtolæ Diui Iſidori. 391. C
* Epiſtola B. Iacobi. 323.A
* Epiſtola B. Iudæ Apoſtoli. 323.C
Epiſtylia. 296.D 374.A
Epiſyna, cephæ. 25.A
Epitaphium. 29.B
Epithalamium. 29.A
Epithema. 76.D
Epitheta nomina. 7.B
Epitheton. 25.D
Epithymum. 343.A
Epitriti. 11.B
Epitrochæus. 41.B
Epitrope. 40.B
Epizeuxis. 23.C
Epulæ. 394.C
* Epulas qui ruminat in cogitatione. 64.B
Equæ vento concipere creditæ. 178 D
† Eques, equeſtris, & ſequeſtris. 12.A
† Eques Romanus quando fiebat ſenator. 174.D
Equeſtres milites. 171.A
Equites. 362.D
Equites Romani in vna tribu trecenti. 172.C
Equi. 223.D
Equi diuerſo colore diuerſis dijs dicati. 363.C
Equi Fauonij. 178.D
Equi feri. 224.B
Equi habiles. 406.C
Equi marini. 237.A
Equorum ætas. 223.A
Equorum viuacitas. 223.D
Equorum tria genera. 224.C
Equorum colores. 363.C
Equus. 221.C 18.A
† Equus, & æquus. 13.A
Equus generoſus quattuor habere debet. 223.B
Equuleus. 88.D
Eraclius Imperator. 98.C

Eratoſthenes. 165.B
Erebus. 282.D
Eremitæ. 139.D *352.B
Eremus. 139.D
† Eremus, & deſertum. 12.D
Ergaſterium. 294.D
Ergaſtula. 295.A
Ergo. 13.C
Ericodes inſula. 277.C
Ericuſa inſula. 277.B
Erichthonius. 164.C.362.C † 97
Erichthonius quadrigæ inuentor. 96.D
Eridanus ſolis filius, qui & Phaeton. 261.C
Eridanus fluuius. 271.A 261.C
Erigeron. 344.D
† Eripere, tollere, auferre, & adimere. 4.A 32.D
Errantia ſidera. 79.B
* Errorum doctores. 82.C
Eruca. 235.C. 236.B 350.D
Eruditus. 190.D
† Eruere, & diruere. 44.B
† Eruigius Rex Gotthorum. 166
Eruum. 329.B
Erythrea Sybilla. 150.A
Erymanthus fluuius, & mōs. 261.C 270.C
Eryſipelas. 75.C
Eſau. 162.B †96
Eſau trinomius appellatus. 129.B
† Eſau, & Iacob exemplum. 57.B
* Eſau, & Iacob quid ſignificent. 137.C
* Eſau hiſpidus populus eſt Iudæorum. 240.B
Eſca. 394.B
* Eſca crapulam generat. 62. C
* Eſca electa diaboli. 71.D
* Eſcæ veteris teſtamenti. 303 C
† Eſcendere, aſcendere, & conſcendere. 44.B
Eſculus. 335.C
Eſdras. 134.B †149.C
Eſdras incenſam legem renouat. 97.B 102
Eſdras bibliothecam reparauit, & vetus teſtamentum in viginti duos libros conſtituit. 103 C
Eſdræ liber. 101.A † 321.B
Eſdræ ſecundus, tertius, & quartus liber non habētur apud Hebræos. 101.A
Eſſeni. 143.A
Eſſentia Dei. 126.D
† Eſſentia & ſubſtantia Dei. 48.A
* Eſt eſt, & non non. 53.C
† Eſther. 150.A
* Eſther typus eccleſiæ. 247 B
Eteſiæ. 254.D
Eteſias. 68.D
Ethan. 134.D * 185.C
Ethica. 60.D 61.D
Ethici. 147.C
Ethnici. 153.A
Ethopœia. 37.B 40.D
Etymologia. 20.C
† Eu, & heus. 12.B
Euander. 283.B
Euangeliſtæ quattuor ſignificati per quattuor animalia. 102.B
Euangelium. 102.C *247.C
Euangeliorum libri. 101.C
Euangeliorum canones decē. 107.B
† Euangelij, & legis diſtinctio. 58.B *26.B
† Euangelium Matthæi repertum. 110
† Euangelia Anaſtaſius Imperator reprehendit, & emendat. 110
† Euangelij gratia temperauit legis auſteritatem. 58.D
* Euangelia quid contineant. 321.D
Euchariſtia. 115.C
* Euchariſtiæ ſacramentum, quomodo præfiguratum. 308.B
* Euchariſtia, quando & quomodo ſumenda. 332.A.&c.
† Eucherius epiſcopus Lugdunenſis. 125.D
† Euenire, contingere, & accidere. 7.C 40.C
† Euentus, & euenta. 12.B
Euergetes. 97.C.D
† Sanctus Eugenius Archiepiſcopus Toletanus. 167. 136
† Eugenius alter Archiepiſcopus Toletanus. 13.C
† Eugenius ſecundus Archiepiſcopus Toletanus. 167
† Eugenius tertius Archiepiſcopus Toletanus. 167
† Eugipius Abbas Lucullanēſis. 125.C
† Eulalia Emeritenſis martyr. 158.B
Eumenides. 158.A
† Eumenus Tarraconēſis epiſcopus. 123. B
Eunomius hæreſiarcha. 145. A
Eunomiani hæretici. ibid.
Eunuchi. 356.B
Eunuchus. 191 D
† Euocare, aduocare, & inuocare. 2.C
Euocatio. 172.D
† Euocatus, aduocatus, inuocatus. 42.B
Euonymos inſula. 277.B
† Euphimius Archiepiſcopus Toletanus. 167
Euphonia. 58.A
Euphorbium. 343.A
Euphrates. 160.D
Euro auſter. 254.B 86.A
† Euricus Rex Gotthorum. 158.C 156
Euripides. 97.B
Europa. 264.B 269.C
Europa Agenoris filia. 269 C
Europa rapta. 155.A
Eurus. 86.A 254.A
Euſebius Cæſarienſis epiſcopus. 89.D. 95.D. 107.B 109.D †92
Euſebij Cæſarienſis epiſcopi bibliotheca. 104.D
† Euſebius epiſcopus Doroli-tanus 121.D
† Eutropius epiſcopus Valentinus. 129.C
Eutyches hæreſiarcha. 108.A 146 B
† Eutyches hæreſis condemnatur. 110
Eutichiani hæretici. 146.B
† Eunomius hæreſiarcha 109
Euxinum mare. 257.A
† Ex pro valde. 28.C. 190.D
Exactor. 191.D
Examen. 321.D
Exanimis. 191.C
† Exanimis, & exanimatus. 12.B
† Exanimum, & inanimum. 38.D
† Exaudire, & audire. 2.B
Excelſus. 190.D
† Excelſum, & altum. 2. A 45.B
Exceptor. 175.A
Excerpta. 104.D
Excetra. 219.D 232.D
Excodicare vites. 330.D
* Excommunicatio monachorum. 410.C
Exconſules. 170.C
Excubię. 171.C
Excubitores. 171.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Excusatio de reatu nulla. 41. A
* Excusatio peruersorum. 93.C
†Exsecratio,& iuratio. 12.D
Executor. 191.D
Exemplum. 48.B
Exemplum , & similitudo. 44.D
*Exempla sanctorũ quid prosint. 40.B.D 41.D
*Exempla prauorum sacerdotum. 96.B
†Exequi,persequi , & prosequi. 12.D
*Exercitium virtutum. 417. D
Exercitus. 172.A
† Exercitus , & exercitatus. 12.A
Exercitus, aut internecione, aut dispersione deletur. 353.C
Exerere.. 190.C
Exertus. 190.D
Exesus. 191.C
† Exhaurire , & haurire. 18.D
Exhaustus. 191.C
Exhebenus. 512.C
Exiguus. 191.C
Exilis. 191.C
Exilium. 88.C
Eximius. 190.D
Exitiosus. 191.D
* De exitu vitæ. 111.C
Exoche. 40.A
Exodus. 100.B
* Exodus quid contineat. 312 A
† Exolescere, inolescere, & adolescere. 42.C
Exomologesis. 117.B
Exorare. 116.C
†Exorare,& orare. 26.B
Exorcismus. 116.B* 361.D
* Exorcista,& quid ad eũ pertineat. 391.C
Exorcistæ. 139.C
* Exorcistarum ordo , & officium. 351.C
Exordium. 34.C
Exornatus. 190.D
† Exosus,& odiosus. 12.A
Exosus. 191.D
Exotica vestis. 381.C
† Expectare,& spectare. 12,D 52.A
† Experientia,& scientia. 12 C
† Experiri,& pati. 45.D
† Experrectus , & expertus. 12.D
Expers. 191.A
† Expers,& expertus. 12.A
† Expertus , & experrectus. 12.D
Expes. 191.A
† Expetere,& petere. 28.C
Expirare,& spirare. 42.D
Expletiuæ coniunctiones. 10.A
*Exploratores duodecim qui mittuntur ad terram sanctam. 189.A
*Exploratores duo quos misit Iosue. 204.B 244.B
*Exploratores duodecim,pharisæorum & scribarum imago. 244.B
† Exportare , & deportare. 10.B 42.C
† Exposcere,& poscere. 28.A
† Exprobrare,& obprobrare. 41.A
Exsanguis 191.C
† Exscribere,& conscribere. 7.D 42.A
Exsors. 191.A
Exsulare. 191.A
Exsul. 191.A
† Extemplo, & illico. 12.D
Exterminator. 191.B
Exterminatus. 191.B
Externus. 191.B
†Externus,& hesternus. 11.D 41.B
† Externus , & strenuus. 34.A
† Extinctus , & restinctus. 12.A
Extorris. 191.A.B
Extremitas. 56.D
†Extruere,& struere. 42.B
Exul. 88.C
Exul,& profugus. 28.A. 45.B
Exul an exsul scribendum. 18.A
† Exultatio,& lætitia. 21.B
† Exuperius Archiepiscopus Toletanus. 167
† Exurgere,& surgere. 32.C
Exustus. 191.C
Exuuiæ. 234.C 353 D
† Exuuia , & spolia. 12.C. 33.A
Ezechias rex. 96.D. 131.C † 100. * 246.B
* Ezechias Rex diuitias suas per iactantiam prodidit. 90.C 234.D
*Ezechiæ vitæ quindecim anni additi. 234.D
Ezechiel. 101.C. 135.B.D 134 C † 147.B
* Ezechiel Christi typus. 246 D
* Ezechielis liber quid contineat. 317.C
† Ezechielis locus. 58.C. *10.D 83.D

F

FAba communis, & Ægyptia. 328.C
Faba fressa. 328. D 406.B
Faba Syriaca. 334.B
Fabarij cantores dicti. 351.B
Faber. 371.D
Fabri lignarij. 378.A
Fabrica. 371.C
Fabricæ parietum. 372.B
Fabrorum instrumenta. 372 C
Fabula. 30.A
Fabulæ. 31.A
Fabulæ quare fictæ. 30.B 96.D † 97
Facetus. 191.C
Facies. 206.C †51.D
† Facies,& vultus. 51.D. 36.C
Facies Dei. 121.B *4 D
Facilis. 191.D
Facinorosus. 192.D
Facinus. 86.A
† Facinus, & flagitium. 14.B
† Facinus,& scelus. 39.A
Facitergium. 386.A
Factiosus. 192.C
* Factis bene loqui. 51.A
*Factis malè loqui. 51.B
Facula. 402.A
* Facultas malè agendi. 102.A
* Facundia canina. 106.D
Facundus. 191.C
† Facundus,peritus,prudens, & callidus. 27.B
† Facundus episcopus Hermianensis. 126.A
Fœcinia vua. 330.D
Fœcula. 397.C
Fæx. 398.A
Fagus. 335.C
Falcastrum. 405.D
Falcidius. 82.A
Falcidia lex. 82.A
Falco auis. 245.B
Falernum vinum. 397.C
* Fallacia contra veritatem. 420.C
Fallax. 192.C
† Fallax,& mendax. 13.B
† Fallax,& pellax. 44.A
† Fallens,& mentiens. 24.C
† Fallsarius,& mendax. 14.B
Falsitas 86.C *51.A
†Falsitas,& mendaciũ. 14.B

*Falsitas nonnunquam veriloquio adiungitur. 52.C
† Falsum,& fictum. 14.B
Falx. 405.C
Fama. 88.B 320.B
† Fama,& gloria. 14.D
† Famam maleuolentes tollunt, beneuolentes gloriã. 14.A
* Famam appetere. 89.D
Familia. 177.D
Familia oritur à patre, terminatur in tritauo. 177.A
Familiæ herciscunda. 85.C
† Famosus,& infamis. 13.B 40.B
† Famulari,& obsequi. 15.A
Famuli. 175.B
† Famulus,& socius. 33.B
Fana. 293.C
Far. 327.A
Farcimen. 395.A
Farcire. 395.A
† Fari, loqui, sermocinari, & narrare. 39.C
Farina. 395.A
Farrago. 327.D
† Fartum,& partum. 15.A
Fas. 80.A
Fasces. 105.C
Fascia. 391.C
Fasciola. 391.D
Fasciculos pro vexillis milites habuerunt. 354.A
Faselus. 328.D
Fasti. 112.A 105.C
† Fasti,& dies fasti. 16.A
† Fasti,& fastus. 16.D
Fata tria finguntur. 157.D
† Fateri,& confiteri. 15.B
† Fatigari,& iactari. 20.B
Fatigatus. 192.A
† Fatigatus,fessus,& lassus. 15.A
Fatua Fauni vxor. 192.B
Fatum. 157.D
† Fatum,& fatuum. 16.C
† Fatum,& fortuna. 14.A
Fatuus. 192.B
† Fatuus,stultus,& stupidus. 31.C
Fauces. 207.B. 280.C. † 52.D
Fauilla. 302.A 371.D
Fauni. 157.B 218.C
Fauni ficarij. 218.C
Faunus. 153.C
Faunus fistulæ inuentor. 59.C
Fauonij. 178.C
Fauonius. 253.D. 254.C †86.A
† Fauor,& fauus. 16.C
Fautor. 192.B
Fauus. 395.D
† Fauus,& fauor. 16.C
Fax. 402.A
Fax cupidinis. 157.C
Faxo pro facio. 367.A
Febris. 72.A
Februa sacra. 66.B
Februarius .92.B. † 66.B 100
Februus. 92.B
† Fecisti, & nunquid fecisti. 15.B
Fedus, id est deformis per e. 18.B
Fel. 71.C. 211.D †52.D
Fel terræ. 344.A
Felle irascimur. 211.D
Felicitas agrestium. 299.B
† Felicitas,& fortuna. 46.B
* Felicitas prauorum. 107.D. A
Felix. 191.D
† Felix,& beatus. 5.D
† Felix Archiepiscopus Toletanus. 167
Femen. 210.B
† Femina. 53.C
† Femina,& fœmina. 16.D
Femora. 210.B
Femoralia. 381.C
Femur. 177.B
Fenestræ. 295.B
Feræ. 226.C
† Feræ,& bestiæ. 15.D
Ferarum pugna. 365.D
Feretrum. 357.B
† Feria. 65.C
† Feria quinta in cœna Domini. 336 D
Feriæ. 90.C
Feriæ,aut legitimæ , aut indictæ. 117.A
*Feriæ monachorum,in quibus ieiunia conquiescunt. 407.C
† Feritas,& ferocitas. 13.C
Fermentum. 395.A
* Fermentũ corruptio creaturæ. 161.C
† Ferocitas,& feritas. 13.C
Ferox. 192.C
†Ferox,& asper. 38.A
Ferox,& ferus. 13.B
Ferramentum. 355.A
† Ferrandus Diaconus Carthaginensis. 121.C
† Ferre,& gerere. 17.C
Ferrugo. 387.C
Ferrum. 320.B.C
†Ferrum inuentum. 97
Ferrum viuum. 305.A
Ferrum nisi cãdens tinguatur cohærere non potest. 375 A.
Ferrum sanguine contactum celerius rubiginem trahit. 320.A
*Ferrum exiliens è flumine. 234.B
Ferri acies. 320.D
Ferri differentia. 320.D
Ferri simulacrum in aere pendens. 320.D
Ferro excinduntur, quæ medicamentum non sentiunt. 76.B
† Fertile,& fructuosum. 14.C
Feruidus. 192.C 372.D
Ferula. 346.B
Feruor. 191.D
† Ferus,& ferox. 13.B
Fessus. 192.A
† Fessus,& fatigatus. 15.A
Festi locus ex Isidoro restituendus. 226.D
† Festi dies,& sollemnes. 16. B
† Festinare, & properare. 28.B
* Festinare ad Deum. 42.C
Festiuitas. 112.D
* Festiuitates Apostolorum, seu Martyrum. 339.D
*Festuca in oculo alieno. 101.C
*Fiat lux. 9.D
Fibræ. 211.C
Fibri. 228.B 386.C
Fibrina vestis. 381.B
Fibrinum. 386.C
Fibulæ. 389.D
Ficarius Faunus. 158.C
Ficedulæ. 246.A
Fictilia vasa. 398.B
Fictor. 192.B
† Fictum,& falsum. 14.B
Ficus. 334.B
Ficus Ægyptia. 332.B
Ficus rugas senum distendũt. 334.C
*Ficus cum botro allata. 189. C
Fideicommissum. 83.D
* Fideles mẽbra Christi sunt. 103.A
Fideles. 191.D
† Fidelis & fidus. 13.B
Fides. 83.D 141.C
Fides apud Græcos de Trinitate. 126.A
Fides à tormentis. 50.B
Fides à factis, dictisque maiorum. ibidem.
Fides, vel fidicula cithara. 59 D

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Fides,& charitas. 59.D
† Fides,& religio. 31.A
† Fides,& opus. 59.A
† Fide & operibus homo iustificatur. 81.B
* De Fide. 35.A
* Fides in Dei virtute non in argumentis humanis consistit. 83.B
* Fidem legibus reges prædicant. 105.D
* Fides prima est in conuersione. 113.C
* Fidei regula. 362.A
Fiduciæ. 88.D
Fiducia. 85.C
† Fiducia,& confidentia 14.D 46.D
* Fiducia contra desperationem. 418.D
† Fidus & fidelis. 13.B. 41.D 46.C
* Fieri aliquid posse, & fieri necesse esse. 6.D
Figuli. 398.B
Figura. 7.A
† Figura Christus. 122.B
Figura litterarum. 4.C
Figura syllabarum. 12.D
† Figura,& forma. 15.A
† Figura,& similitudo. 33.C
Figuræ accentuum. 13.D
Figuræ grammatices. 23.B
Figuræ verborum & sententiarum. 39.C
Figuræ geometricæ. 56.C
Figuræ solidæ. 56.C.
Figuræ planę. 86.B
* Figuræ multùm prosunt in collatione. 84.D
* Figuræ hostiarum. 176.A
Fila. 387.D
Filiarum ordo. 180.A
Filiæ ex materno semine nascuntur. 212.D
Filiorum ordo. 180.A
Filij quattuor modis appellantur, natura, imitatione, adoptione, & doctrina. 177.C
Filij ex libero & ancilla. 177.D
Filij quare sint similes patribus aut matribus. 212.D
† Filij, & liberi. 44.C
† Filij Dei quando filias hominum concupierunt. 93.
* Filij Dei qui vocantur. 18.C
* Filij non solum natiuitate, sed etiam imitatione vocantur. 18.C
* Filij necessitatis. 192.C
* Filij duo missi ad operandã vineam. 250.D
* Filius eius cuius doctrinam sequitur. 18.C
Filius ex vno nascitur, spiritus sanctus ex vtroque procedit. 124.A
Filix. 347.A
Findi solida possunt, solidari, scissa non possunt. 12.D
Fingere. 239.A. 398.B
Fines agrorum. 299.D
* Finem vitæ respicit Deus. 355.B
Finis Christus. 122.D
† Finis,& terminus. 38.A
* Finis vitæ incertus. 111.D
* Finis in vita hominis quærẽdus. 44.C
Finium regundorum actio. 85.D
Firmamentum. 250.C. † 74.C * 10.B
* Firmamentum quid spiritualiter significet. 112.D
Firmus. 191.D
† Firmus,& valens. 15.A
Fiscellæ,& Fiscinæ. 401.B
Fiscus. 401.B
Fistula,& eius inuentores. 59.C
Fistulæ aquarum. 296.D. 374.B
† Fistulæ in collo duæ. 52.A
Flagella. 88.C
Flagella arborum. 332.B
Flagella vitium. 329.C
† Flagella,& verbera. 36.C
* De flagellis Dei. 65.A
* Flagella temporalia. 65.B
* Flagella quadraginta. 203.C
* Flagellum quando diluit culpam. 66.A
† Flagitare,& Flagitiare. 15.B
Flagitiosus. 192.D
Flagitium. 86.B
† Flagitium,& facinus. 14.B
Flagra. 88.C
† Flagrare,& Fragrare. 15.D 16.C
Flamines. 138. 191.C. 388.C
Flamma. 371.C
Flammeus color. 387.A
Flatus. 255.A
† Flauienſis vrbs. 165.D
† Flauum,& Furuum. 43.D
† Flecti,& Deflecti. 14.C
† Flemma,& Plemma. 41.D
Flens. 192.A
† Flere,& plorare. 14.D
* Flere pro defunctis fidelibus. 111.D
† Fletus, ploratus,& planctus. 27.D
† Florentina. 128.B
Floriani hæretici. 145.A
† Florida, & florulenta. 15.D
Flores. 332.B
Flores malorum. 333.D
Flores Austro soluuntur, Zephyro fiunt. 332.B. 254.C
Flos Christus. 123.C
Flos æris. 304.A. 319.C
Flos thymi. 343.A
† Fluctuo, & fluctuor. 44.A
Fluctus. 258.D
† Fluduius Franconum Princeps. 159.A
† Fluere,& defluere. 15.C
Flumen. 160.C
Flumen viuum. 160.C
† Flumen,& Fluuius. 15.B. 31.C. 38.A
Flumina duo in Thessalia. 255.B
* Flumina Paradisi quattuor. 166.C
Fluminum genera duo. 160.C
* Fluuius de Paradiso exiens. 116.B
† Fluuius,& flumen. 15.B. 31.C. 38.A
Fluuius & flumen. 160.C
* Fluxi proijciuntur de castris. 187.A
Flui locus. 391.A
Focus. 402.B
† Focus,& ignis. 20.B
Fodere. 330.D
† Fodere,& effodere. 15.A
Fœciales. 353.B
Fœcunda. 192.A
Fœdus. 141.C. 191.D. 353.A
Fœdus pactum per cæ. 18.B
† Fœdus,& fædus. 16.C
† Fœdus,& pax. 15.B
Fœmellarius. 192.D
Fœmina. 216.B
† Fœmina,& femina. 16.D
† Fœmina,& mulier. 36.C
Fœmina vira vocabatur. 216.B
Fœminæ libidinosiores viris. 216.C
Fœminæ annulis non vtebantur. 390.D
Fœminæ quid faciunt pro auro. 390.D
Fœminæ in India quæ quinquennes concipiũt. 218.D

Fœmi-

Fœminæ talẽ sobolẽ procreãt, qualẽ conceperint in mente in extremo voluptatis. 224.A
* Fœminæ, dum maritantur, quare velantur. 359.C
Fœmineus amor, id est, nimius 216.C
Fœnerator. 191.C
Fœniculum. 351.B
Fœnum. 347.A
† Fœnum,& fœnus. 16.C
* Fœnum in oculis Dei, qui sunt. 71.D
Fœnus. 191.C
Fœta. 192.A
Fœtus. 212.C
Folia singulari numero. 347.A
Folia. 332.B
Folia librorum. 107.C
Folium. 342.B
Folles. 197.C 318.B
Follicare. 230.B
Folliculus. 212.D 328.A
Fomes. 332.D
Fons. 15.C 31.C
Fons Christus. 122.D
Fons Ciceronis. 255.A
Fons in Chio insula. 255.A
Fons Cyzici amorem tollit. 255.A
Fons Siloa. 255.D
Fons in Africa circa templum Ammonis. 255.D
Fons ruber in Æthiopia. 255.B
Fons Epiri. 256.A
Fons Garamantum. 256.A
Fons in medio Paradisi. 265.B
Fons qui riget die, calet noctu. 273.A
Fons in delubris. 293.D
Fons Iob in Idumæa. 255.D
* Fons de petra Oreb. 186.D 163.B
Fontes duo in Bœotia. 255.A
Fontes duo in Sicilia. 255.B
Fontes calidi in Sardinia. 256.A 277.D
* Fontes duodecim in eremo. 162.C
† Foras,& foris. 38.D
Forcipes. 372.D 404.D
Fores,& valuæ. 295.B. † 20.C
Forfices. 404.D
† Forfices,& forcipes. 16.D
Fori. 369.C
† Foris,& foras. 38.D
Forma. 406.D
† Forma,& figura. 15.A
Formæ. 392.D
Formæ verborum. 9.A
Formatum siue formatium. 297.B
Formica. 231.A
Formicoleon. 231.B
† Formido, pauor,& metus. 13.D
Formidolosus. 172.A
Formidolosus non egredietur ad bellum. 200.D
Formosus. 18.B. 191.D. 201.B 372.D 404.D
† Formosus, decens,& speciosus. 10.A
Formũ. 191.D. 192.A. 194.A 404.D
Fornax. 371.C
Fornicarius. 192.A
* De fornicatione. 57.D. 58.A &c.
* Fornicationis tela. 57.C
† Fornicatio triplex. 62.D
† Fornicatio,& adulterium. 2.A 16.D
† Fornicatio in scriptura pro omni illicita corruptione vsurpatur. 16.A
* Fornicationis remedia. 58.D
* Fornicatio infatuat sapientem. 62.C
* Fornicatio spiritualis. 421.C
* Fornicationis effectus. 378.C
Fornicatrix. 192.A
Fornices. 192.A 296.A
Forpiceps. 404.D
† Fors,& fortuna. 47.A
Forsitan. 18.A
Fortior, id est, maior. 64.B
Fortis. 191.D
Fortitudo. 43.B
† Fortitudo,& virtus. 36.B 61.B
Fortuna. 158.A
† Fortuna,& fatum. 14.A
† Fortuna, & felicitas. 46.B
Fortunatæ insulæ. 275.C
† Fortunatus episcopus. 124.A
† Fortunatus, beatus,& honestus. 6.A
† Fortunatus, diues, potens locuples, & honestus. 10.B
Forum. 291.B
Forus. 290.C. 295.B 358.D
Foruum. 372.D
Fossa cæca. 405.A
Fossorium. 405.A
Fræna. 14.D 406.B
Frænusculi. 75.D
Fragilis. 192.A
Fragmenta. 395.A
Fragor. 254.C
† Fragrare,& flagrare. 15.D 16.C
Framea. 355.A
† Framea,& machæra. 15.B
* Framea versatilis. 119.C
Franci. 166.A
Franciscæ. 355.D
† Francorum exercitus à Gothis superatus. 159.B
† Frantanes rex Sueuorum. 165.D
Frater. 183.A
† Frater,& germanus. 15.D 46.D
Fratres. 179.C
Fratres quattuor modis dicuntur in diuinis scripturis, natura, gente, cognatione, affectu. 179.D
* Fratres septem, qui vni mulieri nupserunt. 251.B
* Fratres quinque diuitis. 253.C
* Fratri quoties remittendum. 122.D
Fratrissa. 184.B
Fratruelis. 179.B
Fraudulentia. 194.D *92.B
† Fraus, dolus, & insidiæ. 9.C
* Fraus in omni bono opere formidanda. 40.B
* Fraus Satanæ sæpe sanctis aperitur. 69.C
* Fraus contra innocentiam. 420.A
Fraxinus. 336.C
Fremens. 192.C
† Fremere, & frendere. 14.D
† Fremor, & fremitus. 43.D
Frendens.. 192.C
Frendere. 72.A. 194.A 406.B
† Frendere,& fremere. 14.D
Frequentatiua verba. 9.A
Fretum. 258.D.A
Fretum Siciliæ, vel Regium. 258.A
Fribolum. 184.A
† Frictum, & frixum. 43.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

†Fridigernus Gotthorũ rex. 109 155.A
Friuola.184.A 185.A
Frixum.395.B †43.A
† Frondeum,& frondosum. 14.C
Frondes. 332.C
Frons.51.D 200.D
Frontonis locus. 291.C
Fructus. 332.C
†Fructuosus,& fertilis. 14.C
Frugalis. 191.C
Fruges.327.D 332.C
†Fruges,& frumenta. 15.D
Fruges aquæ gignunt. 255. C
Fruges India bis metit. 265. D
†Frui,& vti. 14.C
Frumarius rex Sueuorum. 165.D
Frumen. 327.A. 32.C 395.D †15.D
Frumenta. 327.D
Frumenta quomodo molebãtur. 295.B
† Frumenta, & fruges. 15.D
Frumere. 327.D
Fruſtum. 395.D
Frutex. 332.A
Fucata. 335.D
Fucus. 346.C
†Fugere,& diffugere. 15.B
Fugitiuus. 192.A
Fulcra. 386.B
Fulgentius episcopus. 98.B †55.D.110 164.A
*Fulgentio Isidorus. 324.A
Fulgetra. 252.D
Fulgor. 252.C
Fulgor,& fulgur, & fulmen. 15.C
Fulgur. 252.C
Fulgur, & tonitruum simul. ibidem.
Fulica. 244.C
Fulmen. 252.A.C
† Fulmen,fulgor,& fulgur. 16.B
†Fulmen,& fulgur. 15.C
Fulmina ex quo fiant. 152.B †83.D
Fulmina cum tribus radijs. 252.C
† Fuluum, flauum, & ferreũ. 43.D
Funalia.370.A 402.D
Funarij. 362.A
Functi ciues. 174.C
Funda 277.C.357.A. 371.B
Fundamentum. 373.A
Fundamentũ Christus.423.D
296.C
Fundibalus.277.C 357.B
Fundus. 298.D
†Funebre, & funereum, & funestum. 15.C
Funera. 402.D
Funes.370.A 402.D
†Funestus famulus. 15.C
Fungi. 350.B
† Fungi,& defungi. 42.B
Funis. 19.D
* Funis tabernaculi triplex. 172.A
Funus. 216.C
Fur.192.C 229.B
† Fur,& latro. 22.C
† Furatum,& furtatum. 16.C
Furcifer. 192.D
Furcillæ. 405.B
†Furens,furiosus,& iratus. 13.C
Furfurio. 245.D
Furiæ tres. 158.B
†Furiatus,& furiosus. 13.C
†Furibundus,& furens. 35.D
†Furiosus,furens,& iratus. 13.C
Furnus. 295.B
Furo. 229.B
† Furor,& insania. 39.D
Furtum. 87.B
Furtum capitale crimen. 87. B
*Furtum contra innocentiã. 420.A
Furunculus. 75.C
Furuum. 192.C
†Furuum,& flauum. 43.D
†Fuscina soror Auiti episcopi. 127.C
Fustes.88.C 404.C
Fusus. 387.C
Futilis. 192.D
* Futura quasi facta sæpe in scripturis sacris narrantur. 20.C

G

GAbaon ciuitas. 162.B
Gabaonitæ supplices venerunt ad Iosue. ibidem. *207.A
Gabata. 399.B
Gabinus cinctus. 387.B
Gabriel. 127.A
Gad.133.A.*153.C. †142
*Gad Christi figura. 242.A
*Gadgad. 192.D
Gades insula.275.B 256.D
Gades oppidũ.287.C.285.A
Gaditanũfretũ.162.C.256.D
Gagates lapis.274.D. 305.D
Gaianus hæresiarcha. 146.C
Gaianitæ hæretici. ibid.
Galactites. 312.A
Galatæ. 267.C.162.C 164.D
Galatia. 267.C
Galaticæ. 395.B
Galaticum ordeum. 327.C
Galbanum.343.B 346.B
Galea. 358.C
†Galea,& cassis. 8.B
Galenus. 395.D
† Galenus medicus Romæ claruit. 106
Galeni libri. 77.D
Galeria. 380.A
Galerius Imperator. 98.B †108
Galerus. 388.B
Galilæa superior,& inferior. 266.B
* Galilæi decem & octo,super quos cecidit turris in Siloe 252.D
Galla.336 C 379.A
Gallactites lapis. 306.B
Galleci. 166.D
Gallecia. 271. B
Gallecus ventus. 254 D
Galli.164.D 166.B.D
Galli candidi. 383.A
Galli feroces. 166.B
Gallia. 271.D
Gallia Belgica, Cisalpina, & Transalpina. 271.A
Gallica arbor. 335.B
Gallicia. 166.D
Galliciniũ.90.C.92.A.†65.A
Gallicum mare. 257.A.D
†Gallienus Imperator. 107
Gallina. 244.B
Gallinę à vento concipere creditæ. 178.D
Galnapes. 386.B
Gallogræci.164.D 267 C
Gallus. 244.B
Gallus Imperator. 98.A † 107
* Gallus, Gallicus, & Gallicanus. 18.A
Ganea. 193.A
Ganeo. ibid.
Gangaridæ. 163.C
Ganges fluuius.160.C.163.C 265.C
† Gannire. 37 D
Garama vrbs. 167.B
Garamas. 167.B
Garamantes. 167.B
Garamantis regio. 273.A
Garamantum fons. 256.A
† Garrire,& loqui. 17.C
Garrulus. 193.A

Garum. 398.A
†Gath. 99
†Gaudium,& lætitia. 17.B 61.D
* Gaudium maius est Deo, & Angelis de eo qui à periculo liberatur, quã de eo qui nunquam nouit peccati periculum. 44.A
* Gaudium spirituale contra tristitiam. 417.B
Gaulalum gens. 273.A
Gaulalum gens. 167.A
Gauloe insula. 167.A
Gauranis equus. 224.A
Gaza.284.C. 401.A
Gazophilacium. 401.D
Gazaciuitas. 397.D. 284. B
† Gebanus. 164.B
Gedeõ.96.D.130.A.†144.C 97
*Gedeonis vellus. 200.D
* Gedeonis sacrificium. 210. D
*Gedeonis prælium cum trecentis. 211.A
* Gedeon typus Christi. 244.A
Gehenna. 280.C.282.A *32.A.D
Gehennon. 282.B
*Gelatia. 110.C
Gelonium stagnum. 265.C
Gelu. 253.B
† Geminatus iunctus, & duplicatus. 41.C
Gemini.68.C 178 A
Gemmæ. 309.C
Gemmarum genera. 309.D
Gemmę rubræ vbi inueniuntur. 258.C
Gemmæ atq; annuli vndecæperunt. 309.D
Gemmæ viridiores. 309.B
Gemmæ rubræ. 311.A
Gemmæ purpureæ. 311.C
Gemma solis. 312.B
Gemmæ candidæ. 312.C
Gemmæ nigræ. 312.D
Gemmæ variæ. 313.D
Gemmæ ignitæ. 314.A
Gemmæ ab animalibus nominatæ. 315.D
Gemmæ aureæ. 315.C
Gemmæ cæcæ. 316.D
Gemmæ in superstitionibus Gentilium. 316.A
Gemmæ veræ à falsis difficile discernuntur. 316.C
Genæ 206.D † 52.B
Gener. 179.C
Genera nominum. 7.D
Genera causarum tria. 33. A
Genera quæstionum. 37.C
Generalia nomina. 6.B
† Generare, & parturire. 18.B
Generationes mundi. 95.C
Generationes vigintiduæ ab Adam vsque ad Iacob.324. C
* Generationes septuaginta septem. 122.C
*Generationes quadragintaduæ. 185.B
† Generosus,& nobilis. 38. B
Genesar lacus. 258.C
Genesis.100.B. 204.B 234.A
*Genesis quid contineat. 312.D
Genethliaci. 151.D
Genialis lectus. 157 C 403.A
Genistæi. 143 B
Genitalia.53.B 209.D
Genitiuus. 7.B
Genitiuus in As primæ. 281. C
† Genitor,& pater. 18.A
Genitores. 177.C
Geninm. 157.C
† Gennadius. 131.D
Gens. 161.C
†Gens,& genus.45.D 17.D
Gentis nomina. 7.C
Gentes quibus terra diuisa fuit septuaginta tres. 161. D
Gentes de stirpe Iaphet quã partem terræ possederunt. 163.A
Gentes habitu, & lingua noscuntur. 381.D
*De Gentibus. 19.D
* Gentes,& Iudæi ad Christũ vocantur. 290.B
* Gẽtes Iudæis proiectis in fidem introierunt. 294.D
* Gentes Chrismate sanctificandæ erant. 307.A
Gentium linguæ. 160.A
Gentium dij. 153.B
Gentium conuersio veteri populo latebat. 17.A
*Gentium vocatio ad fidẽ probatur scripturæ sacræ testimonijs. 286.C
*Gentibus cunctis in Christũ credere iussum. 288.C
Gentiana. 344.D
Gentiles. 152.D
† Gentiles ex septem stellis nomina diebus dederunt. 65.A
†Gentilis populus quare non obtemperauit legi. 58. D
*Gentilium libri. 83.D
*Gentilium dicta. 83.A
Gentilitas.161.C † 17.D
Genua.210.C † 53.C
Genua vrbs. 257.B
† Genua quare tangunt, qui alicuius lacrymas elicere cupiunt. 52.B
Genus.44.D.174.A 204.A
† Genus,gens,& gẽtes. 17.D 45.D
Genus ex diminutione colligitur. 20.A
Genus causæ honestum admirabile, humile,anceps, seu obscurum. 34.D
Geomantia. 151.A
Geometria. 43.C.51.A. †61.A
Geometria, & eius inuentores,& diuisio. 56.A
Geometriæ inuentores. 55. D
Geometriæ, Arithmeticæ, & musicæ differentia. 55.D
Geon fluuius. 160.B
Gepidæ extinguuntur à Longobardis. 111
†Gerere,& ferre. 17.C
Gergesæus,& Gergesæi.162.B
Germana. 179.B
† Germana,& soror. 18.A
Germani. 179.C
Germani cirrati. 382.D
Germania superior, & inferior. 269.A
Germaniæ. 166.B
Germanus. 183.A
†Germanus,& frater. 15.D 46.D
Germen. 332.B
Germinatio. 332.B
Geryon. 219.A
†Gerullicus rex Gotthorum. 166
Getæ.165.D 383.A
Gether. 162.A
Getuli.162.D 167.B
Getulia. 273.B
Gigantes. 218.D
†Gigantes quando nati. 93
†Gilimer tyrannus. 164.A
†Gilfulas Gotthorum episcopus. 109
Giluus equus. 223.D
Gingiber. 342.C
Gingiuæ.207.A † 52.D
Gipedes. 166.A
Girgillus. 406.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Gisalleicus Gotthorum rex. 159.B
† Gesericus Vuandalorũ rex. 163.B
Glacies. 253.B
Gladiatorius ludus. 364.C
Gladiolus. 346.B
Gladius. 89.B
Gladius,& ensis. 355.D
† Gladius,ensis , & mucro. 12.B
Gladius piscis. 237.C
Glande antiqui vixerunt. 335.C
Glaucus equus. 223.D
Glaucus color. 387.C
Glaucus piscis. 237.C
Globus. 373.A
Gleba. 302.B
Gleba ex aqua. 303.C
Glires. 230.D
Gliscere. 230.D
† Gloria,& fama. 14.D
* Gloria sanctorum. 33.B
* Gloria quorum magna est. 40.D
*Gloria quos expectat. 58.D
* Gloria vana contempta,sæpe in aliud genus elationis in ciditur. 90.A
* Gloria inanis contra Domini timorem. 414.A
* Gloriæ temporalis sequaces. 108.A
* Gloriantes de luxuria, & flagitijs. 57.C
Gloriosus. 192.D
Glossa. 20.B
Glos. 184.B
Glossopetra. 315.C
Glutto. 193.A.B
Glycyrriza. 344.A
Glycisidæ. 344.C
Gnarus. 192.D
Gnatus.18.B 177.B
† Gnatus,& natus. 40.B
Gnostici hæretici. 143.C
* Goliath. 220.A
Gomer. 162.C
Gomor.323.D 324.C
Gordianus Imperator. 97.D 107
Gorgades insulæ. 275.C
Gorgias Rhetor.97.B †102
† Gorgon meretrix. 97
Gorgones. 219.A
Gorgonis caput. 156.D
Gothia.267.B 269.D
Gotthi.162.D.165.D †107
Gotthi catholici efficiuntur. 98.C
Gotthi granos , & Cinnabar gerunt. 382.D
Gotthi hæretici efficiuntur. 98.C
† Gotthi regnum diuiserunt. 109
† Gotthi Romã capiunt. 110
† Gotthi ad præbendum Pompeio auxiliũ contra Cæsarẽ in Thessaliã venerũt.154.C
† Gotthi quas prouincias vastauerunt. 155.B
† Gotthi Arrianam sectam sequuntur. 155.C
† Gotthi Thraciam depopulantur. 155.D
† Gotthi se Imperio Romano tradunt. 156.C
† Gotthi iterum diuisi. 156. C
† Gotthi infesto mari pericli tati. 157.A
† Gotthi leges in scriptis habere cœperunt. 158.D
† Gotthi ad fidem reuocantur. 161.A
† Gotthi reges in Hispania. 166.
† Gotthorum historia. 154. B
† Gorthorum clementia. 156.B
† Gotthorum laus, & origo. 162.A
† Gotthorum reges quando regali habitu incedere cœperunt. 160.C
† Gotthus ad nomẽ Petri Apostoli perterritus. 156.C
Grabatum. 403.D
Grachilocus. 39.A 390.C
Gracilis. 193.A
Graculus.242.B 244.D
Gradatio. 39.D
Gradiuus Mars. 155.D
Gradus generis humani. 182. A
† Gradus rerum sex. 50.D
* Gradus ecclesiæ. 391.C
Græci.105.D 164.D
Græci leues. 166.B
Græcia. 269.C
Græcia segetes habere cœpit. 96.C
Græciæ prouinciæ septem. 269.D
† Græcorum reges incipiunt. 103
† Græcus,Græcanicus,& Græcensis. 17.D
Gramen. 347.A
† Gramineũ, & graminosum. 14.C
Gramma. 322.B
Grammatica. 5.D
*Grammatici meliores,quàm hæretici. 48.A
Grandis. 193.D
† Grandis,& magnus. 23.A
† Grandis,& maximus. 18.B
Grandæuus. 193.A
Grando. 253.B
Grãdo qui fiat.252.A. †85.A
† Grando perfidiæ duritia est. 85.A
Graphium. 106.A
Grassari. 7.D
† Grates.& gratiæ.17.B.40.C
Gratia Spiritus sanctus.125.B
† Gratia diuina. 57.B
† Gratia præueniens,& subsequens. 57.D
† Gratiæ dona singula singulis tribuuntur.58.A.*37.A
*Gratia, & lex. 23.A
* Gratia sancti spiritus non in paucis. 16.D
* Gratia Dei iustitiam meremur. 36.D
* Gratia spiritualis tantum electis donatur. 36.D
* De gratia. 36.A
Gratianus Imperator. 98.C †109
Gratificus. 193.A
Gratissimus. 193.A
Gratus. 193.A
† Gratulari,& lætari. 22.A 43.A
† Grauari,& ingrauari. 17. D
* Grauari malo temporali. 107.C
† Graue , & ponderosum. 44.A
† Graue,& grauidum. 17.C
† Grauida, & prægnans. 28. B
Grauis. 192.D
Grauis accentus. 13.A
Grauitas. 215.B
Grauitas , & grauitudo. 17.C
Greges. 221.A
* Gregorij Nazianz. verba ab Isidoro excerpta. 365.C
Gregoriani,& Hermogeniani codex. 79.C
Gregorius Papa. 128.A. 132.A
† Gregorius episcopus Eliberitanus. 122.D
† Gremium, & sinus. 33.D 43.B
Grillus. 231.A
Grues. 242.B.D
† Grunire. 37.D
Gryphes. 227.C

Gryphi. 403.D
Guba. 77.A
Gubellum. 388.A
Gubernator. 367.B
† Gubernator,& nauta. 18.B
Gubernio. 367.B
De gula. 61.D.&c.
† Gulfilas Gotthorum episcopus Gotthicas litteras condidit. 155.B
Gumen. 337.C
† Gumesindus Archiepiscopus Toletanus. 168
Gummi. 334 C
† Gundebadus Burgundionũ rex. 159.B
† Gundemarus Gotthorũ rex. 161. 166
† Gundericus rex Vuandalorum. 163.B
† Guntamundus Vuandalorũ rex. 164.D
† Guntemirus. 164.B
† Guntericus Archiepiscopus Toletanus. 167
Gurges. 160.A
Gurgulio. 207.C. 248.B †52.A
Gustus. 201.A. 205.C † 54.A
Gutta. 260.A
† Gutta, & stilla. 33.A. 41.A 46.C
Guttatus equus. 223.D
Guuia. 379.A
Gymnasia insula. 277.C
Gymnasium. 290.D.291.A 360.A
Gymnicus ludus,& eius genera quinque. 360.A.C
Gymnos. 291.A
Gynæceum. 295.A
Gynosophistæ philosophi. 148.A
Gypsum.304.D 373.C

H

H.Littera.4.C 18.B
Habacuch.101.D.134.C †148.B *246.C
† Habacuch , & Michæas. 110
Habacuc liber quid cõtineat. 319.D
Habenę. 406.B
† Habena, & auena. 3.D 42.A
† Habeo,& abeo. 18 B
Habilis. 193.C
† Habiles equi. 3.D
Habitatio. 292.A
Habitacula. 292. A
Habitus.45.B 380.A
Habitus,vel orbatio. 50.D
Hæmathites lapis. 306.A 311.C
Hæmoptois. 73.B
Hæmorrhois.74.D 232.D
Hæreditas. 85.A
Hæreditas intestata. 85.C
Hæres.85.A 177.B
Hæresis. 142.D
Hæresis velut quædã hydra. 219.D
† Hæresis & schisma. 18.B
† Hæresis Acephalorum. 110
† Hæresis Anthropomorphitarum. 108
† Hæresis Ariana. ibid.
† Hæresis Theodosiana , & Gaiana. 111
* Hæresis caussa, & via. 18.B
*Hæresis præcauenda. 396.C
Hæreses Christianorũ.143 A
Hæreses Iudæorum . 142.D
Hæreses medicorum tres. 71.B
* Hæreses,& schismata ex cõtentione. 84.D
*Hæreses ex ignorantia scripturarum. 82.B
*Hæretici qui. 18.B
*Hæretici mentem à Deo vitia à Diabolo creata credũt. 8.A
* Hæretici veniam haberẽ nõ possunt, nisi per ecclesiam. 18.D
*Hæretici sub catholicorum nomine sua conscribunt. 82.D
*Hæretici sano sensu scripturas non sapiunt. 82.C
*Hæreticorum opera, & mores. 18.D
*Hæreticorum calliditas. 82 C
*Hæreticorum consortium fugiendum. 397.A
Hæreticus qui appellari potest. 146.B
*Hæreticus , & paganus. 18.B
Halcyon. 243.C
Halec. 238.C
Halys amnis. 267.B
Hama. 406.D
Hamadryades. 158.C
Hamio. 238.A
Hammites lapis. 307.A
Hamus. 185.A
*Harada. 191.D
Harmonia.57.D 58.D
Harpax.311.A 406.D
Hasta. 356.A
Hastile. ibidem
Hastula. 332.D
Haud. 17.C
Haurire. 362.B
† Haurire,& exhaurire. 18.D
Haurit percutit. 20.C
Haustra. 406.C
Hebdomada.65.C 92.D
Heber. 96.A. 129.C.162.B 163.B
† Heber filius Sala à quo Hebræi. 94
*Heber in domo lingua, quæ fuit antea remansit. 128 D
* Heber redemptorẽ nostrũ insinuat. 240.A
† Heboricus rex Sueuorum. 165.D
Hebræi. 129.C. 142.D 163.C.D
Hebræi legem , & litteras habere cœperunt. 96.C
Hebræi dies quomodo appellent. 90.A
Hebræi psalterio decachordo vsi sunt. 60.B
*Hebræi vbi carnes Ægyptias desiderauerunt, multosque deuorauit incendium. 188 C
* Hebræi à serpentibus vulnerantur. 194.C
*Hebræi quot egressi de Ægypto , quotque intrauerunt in terram repromissionis. 196.A
Hebræorum captiuitas. 97.A † 102
Hebræorum seruitus. 96.C † 96
*Hebræorũ mansiones in deserto quadraginta duæ . 185.&c.
* Hebræus sex annis seruiat septima dimittatur. 166.A
*Hebrona. 193.B
Hebrus fluuius. 269.C
Hecatæus Milesius poeta. 28.B
Hedera. 343.C
Hei. 10.A
†Helena Cõstãtini mater.108
Helenus. 270.A
Heli sacerdos.96.A † 97
*Heli sacerdos reprobatus. 245.A
*Heli pro filiorum iniquitate damnatur. 100.B
* Heli filij duo. 245.C
*Ad Heli propheta venit. 217.B
Helicon. 280.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Heliopolis vrbs. 285.C
Helitropium. 310.C 344.B
† Helladius Archiepiscopus Toletanus. 134.D 167
Hellas. 270.A
Hellenes rex. 270.A
Helles. 257.B †97
Hellespontus. 63.B
Hellespontiacum mare. 257. B.A.B
*Helmon Deblataim. 195.A
Heluolæ vuæ. 330.C
Heluum. 330.C
Hem. 10.A
Hemerobaptistæ. 143.C
Hemicadium. 400.C
Hemicraneus. 236.A
Hemina. 323.D 325.B
Hemisphæria. 63.C
Hemisphærium. 63.C
*Henoch septimus ab Adam. 122.A.B
*Henoch quid significet. 239.C
*Henoch ciuitas. 122.B
Hepaticus morbus. 73.D
Hephæstias insula. 277.B
Hephæstites. 315.C
Her Iudæ filius. 95.A
Heraclius Imperator. †112
Herba calicularis. 344.D
Herba genicularis. 346.A
Herba insana. 344.D
Herba lanaria. 345.B
Herba lucernalis. 345.C
Herba pulicaris. 345.A
Herba salutaris. 345.D
Herba sanguinaria. 345.D
Herbę aromaticæ, siue cõmunes. 342.B
† Herbidum, & herbosum. 18.D
Herbitum. 337.A
† Herbosum, & herbidum. 43.A
Herciscunda. 85.C
Hercules. 164.A. 167.C 232.D 243.D
Hercules Thebanus. 270.C
Hercules hydram vicit. 219.D
Hercules se flammis iniecit. 96.A †97
Herculis columnæ. 256.D
Hercynia sylua. 243.B 269.A
Hercyniæ aues. 243.B
Heritius. 230.D
Hermaphroditæ. 218.C
† Herminigildus martyr Leuuigildi filius. 111 160.A
† Hermericus Sueuorũ Princeps. 164.D
Hermes. 155.C
Hermogenes hæresiarcha, & hermogeniani hæretici. 144.A
Hermogenianus, & Gregorianus codex. 79.C
Hermus fluuius. 261.A 268.B
Herodes. 137.D
Herodes rex Iudæ. 102.A
* Herodes maior. 145.B
* Herodes diaboli forma. 248.C
*Herodes, & Pilatus amicitia fœderantur. 255.C
Herodotus historicus. 31.A
Heroes. 28.D 158.D
Heroicum carmen. 28.D
Heroicum carmen Pythium dictum. 28.B
Heros. 193.C.B
Herpillus. 344.D
Hesebon. 130.A
Hesiodus. 326.A †100
*Hesmona. 192.D
Hesperia. 271.A.B 167.B
Hesperiæ Italia, & Hispania quare. 271.A
Hesperidum insulæ. 275.D
Hesperij. 167.B
Hesperuceras promontoriũ. 275.C
Hesperus. 68.C.A
Hesperus Hispaniæ rex. 68.C
Hester. 135.A
Hester ecclesiæ figura. 101.A
Hester historia quãdo expleta. 97.B
Hester librũ Esdras creditur scripsisse. 101.A
Hesternus. 91.A
† Hesternus, & externus. 11.D 41.B
Hetruria. 271.B
Hetruscis Tages aruspicinam tradidit. 152.C
Heu. 10.A
Heua. 128.B 216.A
* Heua ignorantia peccauit. 45.B
*Heua quid significet. 119.B
*Heua designat ecclesiam. 237.C
*Heuæ superbia. 61.C
Heuæus, & Heuæi. 162.B
Heuila. 162.D
† Heus, & eu. 11.B
Heus, & heu. 18.B
Hexametrum. 28.B
Hexaptota nomina. 7.C
Hexasyllabi pedes. 11.C
Hexaticum ordeum. 327.C
Hexecontalithus. 313.A
Hiatus terræ. 264.C. 282.C
Hiberia, 267.A
Hibernia. 275.A
Hibra insula. 76.C 277.B
Hierabotane. 345.A
Hierachites. 315.D
Hierachas hæresiarcha. 144.C
Hierachitæ hæretici. ibid.
Hieronymus presbyter. 4.A 89.D. 94.D. 89.D. 95.D 104.B †92
Hieronymus quando claruit. 109
Hieronymus in Bethlehẽ prædicatur. 98.A
Hieronymus scriptores toto orbe quæsiuit. 104.D
Hieronymus trium linguarũ peritus in Latinũ scripturas transtulit. 103.D
Hieronymi Hebræorum nominum interpretatio. 119.A
Hieronymi locus. 218.C
Hierosolyma. 266.D 283.A
Hierosolyma à Tito subuerti tur. 97.B
Hierusalem. 162.B 283.A
Hierusalem ecclesia vocatur. 141.C
† Higynus. 76.A 77.C
Hilaris. 193.B
† Hilarius episcopus. 108. 126.A *325.C
† Hinnire, & rudere. 37.D
Hippo vrbs. 273.C
† Hippocentauri. 97
Hippocrates medicus. 70.B 276.A †102
Hippolytus episcopus. 109.D
Hippone ciuitas. 285.A
Hippopagus. 368.B
Hippopodes. 218.D
Hippopotami. 236.B
Hippopotamus. 257.A
Hipposelinon. 251.A
*Hiras Odolamites pastor. 146.A
Hircana silua. 163.C
Hircani. 163.C
* Hirci, qui post sacerdotis emundationem offerebantur. 185.D
Hircus. 222.A
Hirmos. 24.A
Hirqui. 222.A
Hirsutus. 193.D

Hirundo. 245.C
† Hirundo, & arundo. 42.D
Hispalis ciuitas. 287.C
*Hispalensis Cordubensis ecclesiæ sacerdos. 395.C
Hispalus. 166.D
Hispani. 162.D. 166.C
Hispania. 271.A
Hispania minio abundat. 375.D
† Hispania à Romanis obtenta. 103.
Hispaniæ duæ, citerior, & vlterior. 271.C
† Hispania ab Vuandalis, Alanis, & Sueuis occupatur. 110.
† Hispaniæ monarchia Suintila primus potitus est. 162.A
† Hispaniæ prouinciæ inter Barbaros diuisæ. 163.A
† Hispaniæ plagæ quattuor. 163.D
† Hispanus, & Hispanienſis. 44.B
Histeron proteron. 25.C
Historia. 30.C. †164.D
Historia, & Annales 31.A
† Historia Gotthorum, & Vuãdalorum, & Sueuorum. 154.B.&c.
*Historia sacræ legis. 112.A
Historiæ. 31.A
Historiæ genera. 31.C
Historiæ vtilitas. 31.B
Historiam apud veteres qui conscribebat. 30.C
Historiarum primi auctores. 31.A
Histriones. 364.C
Histrix, 228.D
Hodie. 91.A
† Hodie, & hoc die. 18.A
Hœdus. 221.C
Hœdus Christus. 123.A
*Hœdus non coquendus in lacte matris. 198.D
Holce. 325.A
Holocaustomata. 115.B
Holocaustum. 115.B
Holographum. 83.D
Holoporphyra vestis. 381.B
Homeri centones. 29.D
Homeri patria. 285.B
Homerus. 28. A. 96. B. †98.
Homerus multos versus Sibyllæ Delphicæ suo operi inseruit. 150.D
Homicida. 86.D
Homicidium. 86.D. 200.B
Homiliæ. 104.D
Homo. 20.A. 24.B. 185.A. 204.B. † 51. A. *11.D
Homo symphonijs carens. 61.A
Homo duplex. 204.A
Homo Christus. 123.B
† Homo, & pecus. 51.D
† Homo, & vir. 56.C. 53.D
† Homo trium litterarum. 22.D
† Homo ex duabus substantijs 49.B. *51.A
† Homo minor mundus. 70.C *6.D
† Homo annus & mundus. 73.A
*Homo ad imaginem Dei factus. 4.D. 114.A
*Homo minuitur, vnde crescere videtur. 6.A
* Homo, & Angelus. 9.B
*Homo & diabolus superbia ceciderunt. 9.C
*Homo reuersus ad pœnitentiam. 9.D
* Homo quare veniam consequitur. 10.A. †51.C
*Homo propter seipsum factus, & omnia propter hominem. 11.D
*Homo ab Angelo salutatur. 11.D
* Homo cum quadam consilij deliberatione creatus. 12.A
*Homo quando traditus Diabolo. 12.B
* Homo in se diuisus. 12.D
* Homo miretur animi sui abyssum. 14.B
* Homo sua sponte diuertit à Deo, & credendo recurrit ad eum. 55.C
* Homo nihil boni habet proprium 36.B
*Homo de suo fine iustificatur. 44.B
* Homo ex aliquo conditus. 50.A
* Homo recedens à Deo. 53.B
*Homo flagellatur à Deo ante peccatum. 66.D
*Homo nihil sibi arroget, præter peccatum. 89.D
*Homo per carnalem appetitum demergitur. 90.C
* Homo nullus sine peccato. 111. C
*Homo à Deo formatus quid significet. 116.A
* Homo Sabbato colligens ligna. 189.D
*Homo quomodo formetur. 212.C
*Homo, qui ædificauit domũ super arenam. 248.A
* Homo manum habens aridam. 249.A
* Homo, qui granum sinapis seminauit. 249.C
*Homo, qui absconditum thesaurũ in agro reperit. 250.A
* Homo, qui nunc in ignem, nunc in aquam cadebat. 250.C
* Homo, qui relictis centum ouibus vnam amissam quærit. 250.C
*Homo, qui vineam plantauit. 251.A
*Homo non habens vestem nuptialem. 251.A
* Homo peregrè proficiscẽs, qui tradidit bona seruis suis. 252.A
*Homo, qui ab amico panes postulabat. 252.B
* Homo, qui descendes ab Ierusalem incidit in latrones. 252.C
*Homo, qui ficum in vinea plantauit. 252.D
* Homo habens duos filios. 253.C
*Homo nobilis, qui peregrè profectus est. 254.B
*Homo, & ratio disputantes. 367.& cætera.
* Homo cum anima loquitur. 377.D
*Homo qualiter se habere debet in honoribus. 389.C
*Homo rationi gratias agit. 391.B
* De Homine. 104.D
* Hominem Deus posuit in Paradiso. 116.D
*Hominem sua vitia persequuntur. 53.D
† Homines. 50.A
Homines qui præsagio nomẽ acceperunt. 128.D
† Homines partim mortales, partim immortales. 54.C
†Homines quare in mortẽ incurrunt. 49.B
*Homines quã in re animalibus excellunt. 13.D
* Homines quando plenè filij Dei vocabuntur. 30.D
*[Homines qui nesciũt corrigi nisi alios viderint flagellari. 67.D
* Homines nõ in multiloquio exaudiuntur à Deo. 77.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Homines nonnulli intelligunt, & loqui nesciunt. 81.A
*Homines prauè viuentes. 91.C
*Homines quare alij serui alij Domini. 101.D
Hominis ætates sex. 215.A
*Hominis excellentia. 11.D
*Hominis mutabilitas. 12.D
*Hominum Angelorum & dæmonum distinctio. 50.B
*Hominum genera inutilia duo. 145.C
Homœosis. 26.D
Homœoptoton. 24.A
Homogirus. 326.B
Homœoteleuton. 24.A
Homonyma nomina. 6.D
Homonymia. 21.B
Honestas,& honestus. 193.C
*Honestus, beatus, & fortunatus. 6.A 10.B
†Honestus,& diues. 38.C
Honor siue honos. 18.A
†Honor quantò maior, tanto laboriosior. 101.D
Honorabilis. 193.C
Honoratus. 193.D
†Honoratus Episcopus. 126.A
* Honores mutant mores. 93.D
* Honores seculi qui appetunt. 101.C
* Honores quomodo habendi. 389.C
Honorius Imperator. 98.A †109.
† Honorius & Theodosius minor Imper. 110.
† Honos, & onus. 18.C
Honoulphus. 159.D
†Honustus,& oneratus. 18.C
Hora. 18.A 90.A
† Hora,& ora. 18.C.
Hora tertia, sexta, & nona. 332.D
Horæ orandi. 116.D
Horatius poeta quãdo natus. 103.
Hordeum & eius genera tria. 327.B
Hormesion. 315.A
Horologium. 405.A
Horoscopi. 152.A
Horrea. 294.C
Hortus. 265.A 349.C
† Hortus,& ortus. 26.A
† Hos, & os. 18.B
† Hospes. 10.A
* Hospites monachi. 412.A
Hospitium. 292.A
† Hospitium,& domus. 10.D
*Hostes. 104.B
Hostia. 115.A
† Hostia,& hostium. 26.A
† Hostia,& sacrificium. 33.A
† Hostia,& victima. 44.B
*Hostiarum figuræ. 176.A
*Hostiarum varietas. 187.B
† Hostis callidus. 57.A
† Hostium,& hostia. 26.A
† Humani corporis membra. 51.A
Humanitas. 193.C
Humanus. 193.C
Humare. 316.D
Humatus. 193.B
Humidus. 246.B. 299.C. 330 B.
† Humidus,& vuidus. 37.A. 39 B.
Humilis. 193.C
* Humilibus penetralia scripturæ patent. 81.D
*Humilitas summa virtus monachi. 87.D
*Humilitas Deo hominé iungit. 90.B
*Humilitas superflua. 93.B
* Humilitas præpositorum. 98 B
*Humilitas suadetur. 380.C
* Humilitas summus honor. 389.C
* Humilitas contra superbiã. 414.B
Humores corporis quattuor. 71.C.D
Humus. 230.B. 264.A. 397. B
†Humus,terra,& tellus. 55 B
Hunni. 164.B
Hyacinthina vestis. 381.A
Hyacinthizon. 312.A
Hyacinthus. 311.D. 343.A
Hyades. 66.D. 67.D
Hyæna. 316.B
Hybernus. 93.D
Hybridæ. 224 B
Hydaspes. 261.A. 265.A
Hydra. 232 D
Hydra hæresum similitudo. 219.D
Hydriæ. 398.C. 400.B
Hydromantia. 151.A
Hydromelum. 397.B
Hydrophobia. 72.A
Hydrops. 73.D
*Hydropicus, quem Dominus curauit. 253 B
Hydros. 232.C
Hyemalis circulus. 255.B
Hyems 93.D.C. †99.A
Hyés quãdo fit. 251.B. †70.A
† Hyems allegoricè. 70.A
† Hyems frigida & humida. 69.B
Hyemis equi albi. 363.C
Hylas fluuius. 261.A
Hyle. 250.C
Hymenæo versus. 57.D
Hymenæus. 184.C
Hymni. 28.D. 57.D. *325.B
*Hymni Ambrosiani. 325.D
Hymnus. 114.C
Hyoscíamos. 344 D
Hypallage. 24.C
Hypasis fluuius. 265.C
Hyperbaton. 25.C. 38.D
Hyperbole. 26 A
Hyperborei montes. 279.D
Hyperlydius tonus. 58.A
Hypnalis. 232.D
Hypocentaurus. 30.C. 219 B
Hypodiaconi. 138.D
*De Hypocrisi. 90.D. 91.A
Hypocrita 193.D. *90.D
* Hypocritæ. 63.C. 77.B. 101.C
Hypodorius tonus. 58.B
Hypogæum. 292.B
Hypolimniscus. 15.C
Hypotheca. 85.C
Hypothesis. 37.D
Hypozeuxis. 23.A
Hyrcania. 267.C
Hyrcanus princeps Iudæorũ. 292.C
Hyssopus herba. 230.D. 344. C
*Hyssopusin sacrificio. 190 D

I.

I & V. 3.D
I, inter duas vocales. 18.C
Ia Dei nomen. 119.C
† Iaceo & Iacio. 20.B
Iacob. 96.C. 132.B. †96. 141.B
Iacob testamentũ fecit. 83.B
Iacob scala. 284.B. *139.A
Iacob contra naturam colorũ similitudines procurauit. 224.D
† Iacob & Esau exemplum. 57.B
*Iacob & Esau quorũ figura. 137.C
*Iacob videns pastores, oues, puteum, & lapidem. 139. D
*Iacob filij & vxores. 140.B
*Iacob quare supponitur Lia. 142. C
* Iacob virgæ tres. 142.D
*Iacob & Rachel fuga, quãdo furata est deos patris sui. 143.C
* Iacob cum Angelo lucta. 143.D
* Iacob benedixit filijs suis. 150.C
* Iacob Christi figura. 240.C
Iacobi epistolæ. 102.D. 323. A
Iacobi locus 34.A. 88.A
Iacobus Alphæi. 136. A. †153.
Iacobus Zebedæi. 136. A. †152.B
† Iactantia. 21.D
*De Iactantia. 89.D
Iactans. 194.B
† Iactari,& fatigari. 20.B
†Iactura,damnum,& detrimẽtum. 10.C
Iactus. 360.D
Iaculum 360.D. 371.B
Iaculus. 233.B
Iahel. 130.A. *209.B. 244. B
Iair. 96.A. 130.A. †97.
† Iamdudum,& quamdudum. 30.C
Iambicum carmen. 28.B
Iambus. 11.C
*Iamnes, & Mambres magi. 159.B
Ianiculum. 286.B
Ianitrices. 184.B
Iannes. 130.B
Iantaculũm. 394 A
Ianua. 295.A
† Ianua,& Ostium. 20.C
Ianuæ cæli. 63.B. 249.A
Ianuarius. 92.B. †93.
Iaphet filij septem. 162.C
*Iaphet,& Sem. 127.C
*Iaphet figura gentium. 239. B
Iared. 95.D. †93.
Ias, id est, viride. 310.A
Iasius Dardani frater. 164.C
Iaspis. 310.A
Iason. 163.A
Iauan. 162.D
† Ibas Edessenus Episcopus. 126.A
Iberi. 162.D. 166.C
Ibericum mare. 257.A.C
Iberia. 271 A
Iberus fluuius. 166.C. 271.B. 262.B
Ibices. 222.B
Ibis. 243.B
Icaria insula. 276.A
Icarium mare. 257.B
Icarus 257.B. †97.
Ichthyophagi. 167.C
Icneumon. 229.A
Icon. 26.D
Icosium oppidum. 287.D
Icteris. 75.B
Ictus. 88.D
Id. 18.C
Idæus dactylus. 315.B
Idiota. 194.C
Idis pastor fistulæ inuentor. 59.C
Idithum. 134.D
* Idola destruere in terra sancta populus admonetur. 196.B
Idolatria. 153.B
Idolum. 153.C
*Idonei qui curam animarum refugiunt. 93.C
Idoneus. 194.A
Iduere. 185.A
Idulium. 67.D
Idumæi. 162.B. †96.
Idus. 93.A. †66.B
Idylion. 29.B
* Ieabarim. 194.B
Iebus. 162.B
Iebus,& Salem. 283.A
Iebusæi 162.B. 283.A
Iechonias. 131.D
Iectam. 162.B
Iecur. 211.C.D. †52.D
Iehu. 96.C. 131.A. †100.
*Ieiunantes,& prauè agẽtes. 63. D
* Ieiunantes, benè & male. 64.A
*Ieiunia fortia tela. 63.B
*Ieiunia Hypocritarũ. 63.C
*Ieiunia cum bonis operibus. 63.D
*Ieiunia diuersorum dierum. 342.B
*Ieiunij laus. 63.A. 342.C
*Ieiunij triduani consuetudo. 342.A
* Ieiuniorum quattuor tempora. 340.D
Ieiunium. 116.B. 221.B
Ieiunium dierum,& temporũ. 116.C.D
Ieiunium quartæ & sextæ feriæ, ex vtere lege præceptũ. 116. C
*Ieiunium perfectum. 63.D
*Ieiunium, & eleemosyna in abscondito. 63.D
* Ieiunium quod repletione, & delicijs compensatur. 64. B
* Ieiunium à Saul indictum. 219. D
* Ieiunium Quadragesimæ. 340.D
* Ieiunium septimi mensis. 341.A
* Ieiunium Pentecostes. 341. C
*Ieiunium Kalend. Nouembris. 341.D
*Ieiunium Kalend. Ianuarij. 342.B
*Ieiunium suadetur. 379.A
* Ieiunium monachorum. 407.B
Iephte. 96.A. 130.A. 144.D. †97.
*Iephte,& filia. 214.B
* Iephte redemptoris figura. 244.C
Ieremias. 133.D. †100. 147. B
Ieremias Regum libros in vnũ volumen coegit. 100.A
Ieremias trans Iordanem tulit lumbare suum. 381.B
* Ieremias mortem, & passionem Domini figurauit. 246.D
Ieremiæ liber. 101.B
* Ieremiæ liber quid contineat. 316.D
*Ieremiæ locus. 66.C. 76.D. 99.B. 100.C.A
Ierico vrbs. 284.D
*Ierico excidium. 205.D
Ieroboam. 131.D. 284.B
*Ieroboam peccauit, & peccare fecit Israel. 103.A
Ἱερὸν θεοῦ. 209.B
*Ierusalem ruina, ante per Protas dicta. 296.C
* Ierusalem perpetua ruina. 297.B
Iessai. 130.C
Iesus. 122.A
*Iesu nomen. 263.B
Iesus Christus. 121.D
Iesus filius Sirach ecclesiasticum librum composuit. 101.B
Iesus filius Sirach, Sapientiæ librum composuit. 97. C. †103.
Iesus filius Naue. 100.C
Iesus filius Num. 204.B
*Iesus cõtra Amalechitas militat. 186.D
*Iesus succedit Moysi. 196.B
*Iesus Naue Imago Saluatoris. 244.C
*Iesus sacerdos magnus figuram gerebat Christi. 247. A
*Ietebata. 193.B
*Iethro socer Moysi. 163.B 186.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iezabel. 131.A
Ignarus.88.B. 192.D. 194.C
† Ignarus,& immemor. 19.A
Ignauus. 194.C
† Igniculi. 81.B
Ignis. 56.A. 371.C. 402.B
Ignis sacer. 75.C
Ignis natura. 125.B
Ignis effectus. 371.A
Ignis,& aqua quibus interdicitur,& quare. 255.B
Ignis Spiritus sanctus. 125. D
Ignis fulminis. 252.B
Ignis collisione rerum creatur. 252.B
Ignis ad omnia efficienda. 371. A
† Ignis,& focus. 20.B
† Ignis qualitas. 72.A
† Ignis in iecore. 52.D
† Ignis ab altari sublatus post Septuagesimum annum repertus viuus. 102.
* Ignis gehennæ. 32.A
*Ignis trium puerorum frigidus. 76.C
* Ignis in rubo. 157.A
* Ignis sacrificij. 176.A
Ignobiles.88.B. 194.D
† Ignominia,& infamia.20.A
Ignominium. 88.B
* Ignorantia mundi nihil obest scientibus Deum. 34.B
* Ignorantia non excusans. 45.D
* Ignorantia vituperatur. 386.C
† Ignorare, & nescire. 39. D
Ignotus. 194.D
† Ignotus pro ignarus. 130.B
† Sanctus Ildefonsus Archiepiscopus Toletanus. 167.
† Sancti Ildefonsi liber de viris illustribus. 131.
† Ildericus Vuandalorum rex. 164.A
Ileos. 72.D
Ilex. 335.C
† Ilex,& illex. 20.A
Ilienses aues. 243.A
Ilium ciuitas. 274.B
Ilium Ilus Apollinis filius condidit. 285.A
† Ilium ab Hercule vastatum. 97.
*Illatio cur dicatur Oratio in Missa. 330.C
Illatio. 35.C
† Illex,& ilex. 20.A
† Illico, & extemplo. 12.D
† Illucere,& ellucere. 42.D
† Illud,& illuc. 20.B
*Illusiones in somnis. 73.A. B.C
Illustres senatores. 174.D
Illustris. 194.A
Illyricum mare. 257.D
Imago Christus. 122.B
Imago vocis. 304.B
Imaginationes per somnia. 74.D
Imbecillis. 194.A
† Imber,& latex. 4. B. 37. B
† Imber nimbus, & pluuia. 39.A
Imbres. 253.A
Imboli. 290.C
Imbrumari. 93.D
*Imitatio bonorum suadetur. 383.D
Immanis. 194.B
Immarcescibilis. 194.A
Immaturus. 332.C
† Immaturus, & acerbus. 3. D
Immemor. 194.C
† Immemor, & ignarus. 19. A
* Immensitas Dei. 2.D
Immensus Dei nomen. 120. C
† Immeritus. 23.A
Immoderatio. 70.A
† Immolare, & libare, & mactare.22.A. 44.A
Immolatio. 114.D
Immortalis Dei nomen. 120. B
* Immunditia contra carnis integritatem. 421.C
* Immundi proijciuntur de castris. 187.A
* Immundis præcipitur, vt secundo mense conueniãt. 187.B
† Immundus, & peccator. 27.C
Immunis. 194.B. 281.A
Immunem ciues odere sui. 194.B
* Immutabile quid. 1.B
† Imus,& infimus. 44.D
Impar numerus. 52.C
† Impar,& dispar. 10.C
Impariter par numerus. 53. A
Impariter impar numerus. 53. A
Impassibilis Dei nomen. 120. A.
Impendo, & impendeo. 20. A
Impensa. 387. D
* Imperans prauè. 102.A
*Imperans benè. 102.A
† Imperare, & iubere. 20. B
Imperatiuus modus. 9.B
Imperatores Cæsares. 170. B
Imperatores Pontifices dicebantur. 138.A
* Imperfecti in Dei amore. 36. C
Imperitus. 194.C
Imperium Romanum diuisum. 106.
Impersonalis modus. 9.C
Impetigo. 75.D
Impius. 194.C
† Impius, & peccator. 19. B
*Impius quando à Deo consumitur. 31.C
*Impius gemina punitur sententia. 31.D
* Impius pro quantitate facinorum condemnabitur. 32.D
* Impius in prosperitatibus timet. 65.B
*Impius bona in malum conuertit. 93.D
* Impius grauius torquetur mundi exaggerãdo commoda, quàm iustus tolerando aduersa. 108.B
* Impiorum dolor de gloria iustorum. 32.A
† Importunus Iunior consul. 125. D
Importunus. 194. A 181.C
Impossibile. 37.C
Impostor. 195.B
† Imprecari,& deprecari. 20. B. 27.D
Improbus. 194.A
Improuisus. 195.A
Impudicus. 195.A
† Impudicus,& impurus. 19. A
Impudicus digitus. 208.D
† Impurus,& impudicus. 19. A
Inachus fluuius,& Rex.261.C 270. B
Inæquales numeri. 53.C
† Inanimum, & exanimum. 38.D.
Inanis. 194.A
Inaures. 389.D
Inanis gloria quadruplex.62.B
Inaures puellæ in vtraq; aure, pueri in vna tantum in Græcia gerebant. 389.D

† Incantator,& Magus. 19.D
Incantatores. 151.B
Incantationes. 152 B
Incassum. 371.C
Incensum. 78.B
Incensum compositum in tabernaculum. 174.C
Incentor.114.B. 194.B
Incesti. 87.B
Incesti iudicium. 87.B
Incestus. 195.A
† Incestus,stuprum,& adulterium. 31.D
*Inchoatio boni operis. 90. B
Inchoatiua verba. 9.A
Incincta. 195.B
Inciti. 366.A
Iuclytus.193.D. † 8.C
Incola. 175.A
† Incola, accola,& aduena.41. B
† Incola,& inquilinus. 20.B
Incolumis. 144.A
† Incolumis,& columen. 7.C
Incommutabilis. 120.C
Incorporalia nomina. 6.B
Incorporeus Dei nomen.120. C
*Incorrigibiles ab ecclesia separentur. 100.C
Incorruptibilis Dei nomen. 120.C
*Incorruptio carnis. 59.A
Inconstans. 194.B
Inconsultus.188.D. 194.C
Inconuenies. 37.B
Incredibile. 37.B
Incubi. 158.B
Incus. 372.C
† Incusare,& accusare. 20.A
Indagatores. 204.A
Indemnis. 194.D
Index. 195.A
Index digitus. 52.B
Indi.96.A.
Indi linteati. 382.D
India. 265.C
India neque plumbum, neque æs habet. 321.B
India elephantos creat.227.C
Indicatiuus modus. 9 B
† Indictiones. 68.B
Indicum. 376.D
Indicus sinus. 258.C
Indigena.175.A. 195.A
† Indigena, & indigens. 20. C
*Indigni præpositi ecclesiæ. 95.B
† Indoctus,& indocilis. 19.D
Indoles. 193.C
Indorum gens. 162.B
Induciæ. 353.B
Inductio. 35.C
* Indulgentia peccatorum. 38.C
*Indulgentiæ formam Deus nobis imposuit. 92.B
Indumentum. 380.A
* Induratio peccatorũ. 46.D
Indus fluuius.161.A. 265.C
Induuiæ. 234.C
Inebriæ aues. 246.B
Ineptus. 194.D
Inermis. 194.C
Iners. 194.C
† Iners,& segnis.19.B. 40.A
Inerticula vua. 330.B
Inexpiabilis. 194.B
† Infamia,& ignominia.20.A
Infamis. 194.D
† Infamis, & famosus. 13.B. 40.B
Infamium. 88.B
Infans. 215.D
† Infans,& puer. 53.D
† Infantem in baptismate mergere, vel semel, vel ter reprehensibile non est. 128. C
*Infantes si baptizati nõ fuerint. 27.B
* Infantes innoxij opere non cogitatione. 14.C
Infantia.215.B. † 53.A
* Infantibus ætas imbecillis non animus. 14.C
Inferiora terræ. 282.C
† Inferre,& offerre. 26.B
Inferum mare. 257.B.A
Inferus. 282.B
† Inferus,& infernus. 19.A
† Inficere, & efficere. 20.D. 26.C. 40.C
Inficiatio. 87 B
Inficiator. 195.B
† Infidelis,& infidus. 13.B
† Infimus,& imus. 44.D
Infiniti numeri. 55.C
Infinitus modus. 9.B
* De Infirmitate carnis. 67. D
† Infirmitas,& valetudo. 36. C
Infirmus. 194.A
† Infodere. 15.A
Informis. 194.B
† Informis,& deformis. 10.A
Infrænis. 194.A
Infrendens. 194.A
Infula. 388.B
Ingeniosus. 195.C
Ingenium argumentis conuincitur. 50.C
* Ingenium intelligentiæ qui negligit reus. 81.A
Ingenui. 175.C
Inglorius. 194.A
† Ingluuies, & inluuies. 42. C
*Ingluuies ventris restringẽda. 62.A
*Ingluuies ventris contra parsimoniam. 420.A
Ingluuiosus. 194.A
† Ingrauari,& grauari. 17.D
Inguinaria pestis. 72.B
† Inhibere, & prohibere. 45. C
Inhonesta membra. 209.D
Inhonestum. 37.B
Inimicus. 194.D
† Inimicus,& dolosus. 10.D
*Iniqui quomodo deteriorantur. 42.B
*Iniqui mala, quæ concupiscunt,sepe assequũtur.60.D
* Iniqui tabescunt. 107.D
† Iniquitas,& iniustitia. 49.C
†Iniquitas,& peccatũ. 49.C
* Iniquitas maxima. 10.A
* Iniquitas habet aliquem vsum. 107.B
Iniquus. 194.C
*Iniquus post mortem. 65.C
* Iniquus moriens. 111.A
† Initium,& principium. 19.B 29.D.40.D. 47.B
Iniuria. 86.C
*Iniuriam creaturæ vniuersæ qui facit. 8.C
*Iniuriæ dolorem qui tegit. 51. D
Iniurius. 86.C
† Iniustitia,& delictum. 10.C
* Iniustitia,& iniquitas. 49.C
Inlaudabilis. 194.C
† Inlitum,& delitum. 43.A
† Inluuies,& ingluuies. 42.C
† Innixus,& adnisus. 2.B
†Innocens, & innoxius,& innocuus. 38.B
*Innocentia furto, & fraudi respondet. 420.B
Innocuus. 193 D
† Innocuus,& innoxius 19.A
Innox.193.D. *15.C.31. C. 51.C
Innoxius, & innocuus. 19.A
Innuba. 183.C
Innuli. 222.D
Innupta. 83.C
Innuptæ in tutela erãt. 184 C
† Inolescere,& adolescere. 2. B. 42.C
Inoperire. 42.C
*Inopes nascimur, & morimur. 61.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inops. 194.D
* Inopiæ metus. 89.A
† Inquilinus. 20.B. 175.D
† Inquirere, & quærere. 20.D
† Inquit, & inquid. 20.B
† Insania, & furor. 39.D
† Insanus, & insaniens. 19.B
Inscius. 194.C
† Inscribere, & scribere. 7.D. 42.A
† Insequi, & consequi. 40.D
† Insertum, & inixtum. 20.B
† Inservire, & seruire. 32.C
Insidere. 195.B
Insidiæ. 195.B
† Insidiæ, dolus, & fraus. 9.C
* Insidiæ diaboli. 69.D
* Insidiatores Saul prophetantes. 222.A
Insidiosus. 195.B
Insincerus. 201.B
Insipiens. 201.A
Insitio. 332.C
† Insitum, & insertum. 20.B
Inspectiua Philosophia. 43.A
† Inspicere, & aspicere. 2.D. 39.D
Instar. 373.A
Instaurare. 373.A
Instauratio. 373.A
Institutio æquitatis duplex. 36.D
† Instruere, & struere. 42.B
Instructus. 85.D
Instrumentum. 85.D
Instrumẽta ædificiorum. 377.A
Instrumenta equorum. 406.B
Instrumenta fabrorũ. 372.C
Instrumenta hortorum. 406.B
Instrumenta legalia. 83.B
Instrumenta rustica. 405.B
Instrumenta vestium. 387.B
Insubuli. 387.C
† Insuescere, consuescere, & assuescere. 7.B. 32.C
Insulæ. 274.C
† Insurgere, & surgere. 32.C
Integri restitutio. 86.C
* Integritas carnis immũditiæ respondet. 421.C
Intellectus, & sensus. 31.A. 38.D
* Intellectus brutis non est. 14.D
* Intellectus, quidquid supra hominis intellectum est, quærendum non est. 34.D
† Intelligibilia, & sensibilia. 54.A
Intemeratus. * 194.A
† Intempesta nox. 65.A
Intempestum. 92.A
Intempestiuè. 92.A
† Intendere, & attendere. 2.A
* Intentio mentis. 50.B
* Intentio orationis. 77.B
Inter præpositio. 87.A
Interceptus. 195.B
Intercessor Christus. 123.A
Intercilium. 206.D
Interdicere aquam, & ignem, vel aqua & igni. 89.C. 255.B
Interdictum. 86.B
Interea. 47.B
* Interemptio septem gentium. 201.B
Interfinium. 207.C
Interiectio. 10.D
Interlunium. 65.D
Intermissio. 326.D
Interneciuum. 87.A
Internecida. 195.A
Interpola vestis. 381.A
Interpres. 193.C
Interpretatio. 45.C
Interpretes scripturarũ. 103.C
† Interrogatio, & percunctatio. 27.B
Interscalpium. 209.A
Interualla. 297.A
Intestabilis. 194.D
Intestina. 211.A. † 53.A
† Intro, & intus. 38.D
Introductio ad Philosophiã. 44.A
Introitus, & exitus anni. 92.B
Intubus. 349.D
Intubus siluaticus. 344.B
Intueri. 39.D
† Intueri, videre, & aspicere. 36.A
† Intus, & intro. 38.D
Innenire. 193.C
† Inuenire, & reperire. 20.D
Inuentores litterarum. 2.D
Inuestigare. 301.C
Inuestis. 195.B
Inueterator. 194.B
Inui. 158.B
* Inuidi. 92.A
† Inuidia, & zelus. 58.A
† Inuidia duplex. 62.A
† Inuidiam superat dilectio. 62.C
* De Inuidia. 91.C
* Inuidia suum punit auctorem. 91.C
* Inuidiæ mala. 382.D
* Inuidia contra fraternam congratulationem dicit. 415.D
Inuidiosus. 194.D
† Inuidiosus, & inuidus. 19.D 46.C
† Inuidus, & inuidiosus. 19.D 46.C
* Inuidus quid alienis virtutibus præstet. 92.A
Inuisibilis Dei nomen. 120.D
Inuisus. 194.D
† Inuium, & auium. 46.B
Inula 351.A
† Inuocare, aduocare, & euocare. 2.C
† Inuocatus, aduocatus, & euocatus. 42.B
Inuolare. 337.A
Inuolucrum. 491.B
Inuoluolus. 236.D
Ioachaz. 131.D
Ioachim 97.A. 131.D
Iohannes Apostolus & Euangelista. 136.D. 125.C. † 152.D
Iohannes Apostolus in Pathmos relegatur, & Ephesum redit 97.B. † 106.
Iohãnes Apostolus requiescit. 97.C
Iohannes Apostolus scripsit Euangelium in Asia 102.A
† Iohannes Apostolus in Pathmos Apocalypsim scripsit. 106.
Iohannes Apostolus Euangelium nouissimus edidit. 106.
Iohãnes Apostolus per figurã Aquilæ quid significet. 244.C
Iohannis in Apocalypsi locus. 46.B. 122.D. 141.B. 154.A
Iohannis Epistolæ. 102.D. 323.B
Iohannes Baptista. 135.A. † 150.B
Iohannis Baptista vbi situs. 284.D
* Iohãnes Baptista formam habuit legis. 248.C
* Iohannes ab Angelo salutatur. 11.D
† Iohannis Baptistæ caput Cõstantinopolim perductum. 109.
Iohannes Anachoreta. 98.A. † 109.
† Iohãnes Archiepiscopus Toletanus. 168.
Iohãnes Chrysostomus. 98.A. † 123.C
† Iohãnes Episcopus Cæsaraugustanus. 134.B
† Iohannes Episcopus Constãtinopolitanus. 110. 117.C
† Iohannes Episcopus Gerundensis. 129.D
Ioas. 96.C. 131.B. † 100.
Ioathan. 96.D. 131.A.C. † 100.
Iob. 28.B. 130.A. 162.A. † 143.B
Iob liber quid contineat. 100.B * 314.B
Iob librum Moyses scripsisse putatur. 100.B
* Iob percussus ad probationem. 66.C
* Iob personam exprimit redemptoris. 242.D
Iob vxor, & amici tres. 242.D
† Iob locus. 18.B. 81.C. * 33.B 44.D. 71.D. 102.A
* Iob locus explicatus. 57.C
Iocosus. 193.D
Iocundus. 193.D
Ioel. 96.C. 101.D. 134.A. † 148.A. * 146.B
* Ioelis liber quid contineat. 318.A
* Ioelis locus. 54.D. 63.A
† Ioiada. 100.
Ion rex. 165.C. 257.A
Ionadab sacerdos. 96.C. † 100.
Ionas. 101.D. 134.D. 136.A. 237.A. † 100. 148.D
* Ionas Christi mortem figurauit. 246.B
* Ionæ liber quid contineat. 319.B
Ionathas. 131.A. † Gustu mellis ieiunium soluit. 62.C
* Eius mors. 226.A
Iones. 162.D. 165.C
Ionicæ columnæ. 373.D
Ionici pedes. 11.B
Ionium mare. 162.D. 257.B
Ioppe oppidum. 284.D
Ioran. 96.C. 131.B
Iordanis fluuius. 261.D
Iordanis diuisio. 204.B
Iosaphat. 96.C. 131.B. † 100.
* Ioseph spõsus Virginis. 74.A 248.B
Ioseph. 133.B
† Ioseph filius Iacob. 96. 141. * 73.D
* Ioseph historia. 147.A
* Ioseph mors. 156.D
* Ioseph filius accrescens. 153.D
* Ioseph redemptoris figuram gestauit. 242.C
Iosias. 97.A. 131.C. † 100.
† Iosias figura Christi. 246.C
Iosue. 96.D. 130.C. † 144.B. 204.A
Iosue liber quid contineat. 100.C. * 313.B
† Iosue populum rexit. 97.
* Iosue contra Amalech militat. 163.D
* Iosue pugna vbi stetit Sol, & Luna. 207.C
* Iosue sorte diuidit terram repromissionis. 208.A
Iotacismus. 21.D
† Iouianus Imperator. 109.
Iouinianus hæresiarcha. 145.C
Iouinianus iterum Christianus. 98.C
Iouinianistæ hæretici. 145.C
Iouis. 153.C. 154.D
Ioui iuuencus immolabatur, non taurus. 222.B
Iouis stella. 68.A
Ira. 158.C. † 21.C
† Ira, & iracundia. 19.D 39.C
Ira inflammat. 192.C
* Ira contra patientiam dicit. 416.A
† Iracundia in felle. 52.D
* Iracundia restringenda.
Iracundus. 186.A. 194.B
† Iram temperat patientia. 62.D
* Iram Dei mereri, & prouocare quid sit. 47.A
* Iram Dei dum viuimus vitare possumus. 47.B
* Iram sacra lectio æquitatem iustitiæ nominauit. 3.D
Irascibile. 55.C
Iratus. 186.A. 194.C
† Iratus, & iracundus 20.A
† Iratus, & furiosus, & furens. 13.C
Ircosus. 194.D
† Ire in forum, & ad forum 4.A
* Ire de porta, vsque ad portam. 168.B
† Irenæus Episcopus. 107.
Iris. 152.D
Iris equi. 363.C
Iris gemma. 314.B
Iris Illyrica. 342.C
Ironia. 26.C. 41.C
Ἱρὸς. 47.D
Irrigare. 160.A
* Irrisor est non pœnitens qui adhuc agit, quod pœnitet. 45.B
Isaac. 96.C. 132.A. † 141. 149.B
† Isaac filius Abraham, & Saræ. 96.
* Isaac filius promissionis. 130.D
* Isaac risus interpretatur. 132.C
* Isaac, & Agar. 133.D
* Isaac immolandus. 135.A
* Isaac, & Rebecca. 136.A
* Isaac Rebeccam finxit sororem. 136.D
* Isaac cum Rebecca ludens. 136.D
* Isaac puteos fodiens. 137.A
* Isaac benedixit Iacob, & Esau. 138.B.D
* Isaac senex. 138.C
* Isaac, & Ismael. 240.B
Isaias. 133.B.D. 146.B. † 100.
Isaias Euangelista potius quã Propheta. 101.B
Isaias Ezechieli languenti aliquid medicinale mandauit. 76.A
* Isaias ad Ezechiam. 234.D
* Isaias Euangelistas, & Apostolos expressit. 246.D
Isaiæ liber. 101.B
Isaiæ liber quid contineat. 316.A
Isaiæ locus. 18.A. 23.C.B. 26.A. 44.C. 58.C. 59.C. 61.D. 62.D. 67.A. 82.B. 95.C. 100.D. 106.B
Isauria. 268.C
Ischias. 74.B
Iscurra. 195.C
Ισομερισὶς. 64.A. 251.B
Isagoga. 44.A
Isagogæ Porphyrij. 44.A
Isicia. 395.B
† Isicius Archiepiscopus Toletanus. 167.
† Isidorus Episcopus Hispal. & eius vita 130.A. 134.D
Isidorus historiam ab exordio mundi composuit. 95.A
† Isidorus Sisebuto. 63.
* Isidorus fratri Orosio. 237.A
* Isidorus sorori Florentinæ. 256.A
* Isidori humilitas. 45.D. 95.C
Isis Ægyptiorum regina. 60.D. 153.C. 157.A
Ismahel 96.B. 129.B. 162.B
† Ismahel filius Abraham, & Agar. 96. * 134.D
* Ismahel typus Iudæorum. 130.D
Ismahelitæ. 162.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isoces. 395.B
Isopleuros. 56.D
Israel. 132.B. 163.C
Israel, & Iuda regnum diuiditur. 96.B
† Israel dictus Iacob. 96.
*Israel afflictio. 156.A
Israelitæ. 163.C. *96.
Issachar. 132 D. †142.
*Issachar quid figurauit. 152. D 241.B.
Ister fluuius. 261. D. 165.B. 270. D
Istri. 165.A
Istria. 270.D
† Ita, & sic. 45.A
† It, & id. 20.A
Itali. 172.B. 165.C
Italia. 270.D. 171.A
Italus. 165.C
† Italus, & Italicus. 46.A
† Itatius Clarus Episcopus Hispanus. 121.A. 122.D
Iter, & itiner. 301.A. †44.B
Iter, vel itus. 301.A
Itiner. 301.B
Ityrei. 336.D
Iubat, & iuuat. 20. A
Iubi rex. 153. C. 287.D
Iubal musicæ repertor. 57.C
Iubal cytharæ inuentor. 59.C † 93.
Iubere, & imperare. 20 B
Iubilatio. 21.C
Iubilæus. 94. C
Iucundus. 193.D
Iudæa. 266.B.D
Iudæ quidam riuus sabbatis omnibus siccabatur.
Iudæi. 142.D. 163.D
Iudæi in Hispania Christiani efficiuntur. 98.C. † 112.
Iudæi Apis capitis imaginem fecerunt. 157.B
† Iudæi à Domitiano interfecti. 106.
† Iudæi ad fidem permoti. 161.C
*Iudæi filij Abrahæ. 18 C
*Iudæi pugnant contra Amalech, & Chananæũ. 189.A
* Iudæi murmurant contra Deum, & Moysem, & Mãna fastidiunt. 194.B
*Iudæi reprehenduntur de incredulitate. 256.A
*Iudæi in fine mundi in Christum credituri. 291.C
*Iudæi non cognoscẽtes Christum, congregati sunt aduersus eum. 272 B
*Iudæi posteritatem suam dãnauerunt. 275.B
*Iudæi legunt, sed non intelligunt. 286.A
*Iudæi, & gentes ad Christũ vocantur. 290.B
*Iudæi propter peccatum in Christum dispersi. 295.A
*Iudæi spreti. 297.D
*Iudæi testamentum legis nõ intelligunt. 304.C
*Iudæi nisi credant in Christum, non intelligent scripturas. 305.B
Iudæorum hæreses. 142.D
Iudæorum captiuitas soluitur. 97.B
*Iudæorum irreparabilis desolatio. 298.A
*Iudæorum plurimi non erãt crediturí. 293.B
*Iudæorum deflenda demẽtia. 300.A
Iudæus non potest dici post fidem. 153.A
* Iudæus aut hæreticus non est Christi populus. 82.B
Iudaicus lapis. 306.C
Iudas 132.C. †141.
Iudas Thaddæus. 136.C
† Iudas Apostolus Iacobi frater. 153.D
* Iudas filius Iacob. 151. A
*Iudas quando dormiuit cum nuru sua. 145.B
* Iudas significat Christum. 241.B
*Iudæ filij duo. 145.C
Iudæ Apostoli Epistolæ. 102. D. *323.C
Iudas Iscariotes. 136.D
Iudex. 359.C
† Iudex, & arbiter. 2.D
*Iudex qualis esse debeat. 104. A
* Iudex iniquus qui Dominũ non timebat. 253.D
Iudices. 104.C. 174.A
*Iudices quales esse debeant. 104.C.&c.
*De Iudicibus. 104.C &c.
* Iudices pro temporalibus molestijs, quas ingerunt plebi, cremabuntur. 106.A
*Iudicia Dei sibi proponens. 104. A
*Iudicia sine personarum acceptione. 104.D
Iudiciale genus. 33.B
* De Iudicio. 31.B
Iudicium. 359.A
† Iudicium, & iustitia. 19. B
*Iudicium duplex. 50.A
*Iudicium Domini geminum est. 31.A
*Iudicium de domo Domini incipit. 31.B
*Iudicium secundum conscientiam vniuscuiusque. 31.B
*Iudicium de se quando quisque sumit. 42.C
* Iudicium Dei iustum. 92. B
* Iudicium quattuor modis peruertitur. 105.C
*Iudicij diem nouit Christus. 31. B
*In Iudicio duo ordines. 31. B
*In Iudicio omni sex personæ quæruntur. 359.C
* Iudicum historia. 209.B
Iudicum liber. 100.D
*Iudicum liber quid contineat. 313.C
Iudith. 101.C.135.A. † 150. A
Iudith historia scribitur. 97.A. † 102.
* Iudith typus ecclesiæ. 247. B
Iuga montium. 280.B
Iugerum. 300.B
† Iugire. 37.D
Iuglans. 334.D
Iugula. 67.D. †81.D
Iulia Romula ciuitas. 287. C
Iuliades vicus. 266.D
Iuliæ leges. 81.D
Iulianus Apostata Imperator. 98.C. † 109.
† Sanctus Iulianus Archiepiscopus Toletan. 167.
† Iulianus Archiepiscopus Toletan. 167.
†Iulianus Episcopus Carthaginensis. 137.B
† Iulianus Pomerius. 125.A
Iulius. 92.D. 170.A
† Iulius mensis. 66 A
Iulius Atticus. 326.B
Iulius Africanus. 95.D. † 92.
Iulius Cæsar primus Monarchiam tenuit. 97.A
Iulius Æneæ filius. 170. A
Iumenta. 221.C. 317.B
Iunctura verborum. 38.B. D
†Iunctus, geminatus, & duplicatus. 41.C
Iuncus. 346.B
Iunior. 216.C
Iuniperus. 335.D. *188.D
Iunius. 92.D. †65.D

Iunius Brutus. 187.C
Iuno. 153.C. 156.C
Iuno aquam, & terram significat. 156.C
Iupiter. 154.D
Iupiter ignem, & aërem significat. 156.C
Iura. 85.B
† Iura, & leges. 22.C. 46.C
* De iuramento. 83.B
* Iuramentum Deus ita accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit. 53.D
*Iuramentum qui protulit, & obliuione transcendit. 177. D
* Iurandi consuetudo. 53. D
*Iurare quomodo liceat. 53. D
† Iuratio, & execratio. 12. D
Iure disceptare. 359.C
*Iuret nunquam, qui peierare timet. 53.B
Iurgium. 359.B
Iuridicæ notæ. 16.A
Iuridicus. 193.C
Ius. 80.B. 85.B. 395.B
Ius ciuile. 80.D
Ius gentium. 80.C. 353.C
Ius liberorum. 83.B
Ius militare. 80.D
Ius naturale. 80.D
Ius publicum. 81.A
Ius Quiritium. 81.B
* Iusiones malæ. 387.D
* Iussus malum ne facias. 387. D
*Iusti manus lauant in sanguine peccatorum. 111.B
* Iusti miseri non erunt compassione damnatorum. 33. B
*Iusti mens. 69.C
*Iusti se mortificant, vt Deo viuant. 86.C
Iustinianus Imperator. 98.B. † 111. 126.C
† Iustinianus Episcopus Valentinus. 126.B
Iustinus. 98.B
† Iustinus maior Imperator. 111.
† Iustinus minor Imperator. 111.
† Iustini locus. 90.D
Iustitia. 43.B. 359 A. † 61.A
† Iustitia, & iudicium. 19.B
*Iustitia iusti. 31.B
* Iustitia quanti sit ponderis. 38.C
*Iustitiæ magna pars. 42.B
* Iustitia Dei quomodo metuenda. 44.A
* Iustitia quando regnat.
* Iustitia amara iniquis. 93. C
* Iustitia principum. 102. C
*Iustitia, & misericordia in iudice. 104.D
*Iustorum finis optimus. 111. C
Iustus. 193.D. *51.C
† Iustus, & æquus. 4.C
† Iustus Archiepiscopus Toletanus. 167. 134.C
† Iustus Episcopus Vrgelitanus. 126.C
*Iustus spe, & formidine nitet. 36.D
*Iustus vnde esse incipit. 42. B
*Iustus iudicat se in hac vita. 42.C
*Iustus, & vitijs tẽtatur, & flagellis verberatur. 65.A
*Iustus in pœnis gaudet. 65. B
* Iustus post laborem securus. 65.C
*Iustus flagellatur, ne de iustitia superbiens cadat. 66.D
*Iustus plerunque plangit nescíens pro quibus peccatis. 67.A
*Iustus sub metu est. 67.A
*Iustus ad vtilitatem tentationibus agitatur. 69.A
*Iustus ne sit in hac vita securus. 70.D
*Iustus sæpe vsque ad desperationem tentatur. 71.C
* Iustus quidquid patitur Dei permissu patitur. 71.D
*Iustus tentamentis perire nõ debet. 71.D
*Iustus aut potestate seculari exuitur, aut illa non curatur. 101.C
* Iustus in aduersis probatur. 107.B
*Iustus de mora vitæ tædium patitur. 111.B
*Iustus moriens pertimescit. 111.C
Iuuare. 215.C
† Iuuat, & iubat. 20.A
Iuuenalis. 82.C. 149.D. 356. D
Iuuenalis locus. 228.B.A 280.C. 294.B. 389.B. 402. C. †3.B
Iuuencus. 222. B. † 54.B
Iuuenes. 215.C. 54.B
* Iuuenis filius viduæ. 252. C
† Iuuenta, & iuuentus. 20. D
Iuuentus. 215.B
† Iuuentus, & iuuenta. 40.B

K.

K. Littera. 4.D 18.C
Kalendæ. 18.C. 93.A
Kalendæ Ianuariæ. B 342.
Karistia. 195.B
Karitas. 195.B
Karus. 195.B
Kartago. 18.C

L.

L. Littera. 18.D
Labaim. 162.A
Laban testamentum fecit. 83. B
* Laban interpretatur dealbatio. 14.A
* Laban legis, & diaboli typus. 240.D. 143.D
Labdacismus. 21.D
Labellum. 400.D
Labens. 196.A
Labia. 52.C. 207.C
Labina. 302. B
† Labium, & labrum. 22.B. C
Labium. 207.C
* Labor declinandus. 28. C
Labrum. 207.C. 400.D
† Labrum, & labium. 22.C. D. 41.B. 52.C
Labrusca. 329.B. 346.D
Labyrinthus. 290.C
Labyrinthi quattuor. 290.C
Lac. 208.C. 395.C
Lac, & sanguis. 395.C
Lac sirpicum. 347.D
Lacedæmon. 165. D
Lacedæmon Semeles filius, 286. A
Lacedæmones. 165.D
Lacedæmonia. 270. C. 286. A
† Lacedæmoniorum regnum. 98.
Lacedæmonium marmor. 308. D
† Lacerare, laniare, & lancinare. 41.A
Lacerna. 384.A
Lacerti. 210.B
Lacertus. 233.A
Lacessitor. 196.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lacrymæ.206.C. † 15.A
Lacryma oleastri. 337.C
*Lacrymæ pœnitētis sine effectu. 45.B
*Lacrymæ falsæ. 53.C
* Lacrymæ orationum. 76. A
* Lacrymæ pœnitentium. 355.C
Lacsir. 343.A
† Lactans, & lactens. 22.B
† Lactantius. 51.A
Lactatus. 397.A
Lactea via. 64.A
Lacteus circulus. 251.C
Lactuca. 349.D
Laculata vestis. 380.D
Lacunar.296.D. 374.D
Lacunaria.296.D. 402.D
Lacunarium. 296.A
Lacus.258.A. 295.C. 296.D 374.D. 405.C
Lacus,& stagna. 258.A
Lacus in Æthiopia. 255.A
Lacus in Bœotia furialis.255. A
Lacus Clitorius. 255.A
Lacus in Troglodytis. 255. D
Læna. 113.B
Lætamen. 326.D
† Lætari, & gratulari. 22.A. 43.A
Lætitia. 18.D
† Lætitia in splene. 52.D
† Lætitia,& exultatio. 21.B
† Lætitia,& gaudium. 17.B
* Lætitia inepta. 420.C
Lætus.18.D. 195.C
† Lætus Episcopus Neptensis. 164.C
Læua. 208.C
Laganum. 394.D
Lagena. 400.B
Lageos vua. 330.C
Lagois. 244.C
Lagos. 244.C
Λαγὼς. 222.A
Laicus. 140.B
Lambda littera impuritiam significat. 16.D
Lamech.95.D.129.A.*122. C
† Lamech filius Mathusalem. 93.
*Lamech seculi figura. 239. A
† Lamentari,& plangere. 15. A
Lamiæ. 158.B
Lampas. 402.A
† Lampas solstitium æstiuale. 70.A
Lampsacus ciuitas. 154. D
Lana. 386.B
Lancea. 356.B
† Lancinare, & laniare. 41. A
*Languor animæ. 68.C
Languidus. 196.B
† Languidus,& languens.35. D
† Laniare, & lacerare. 41. A
Lanificium Minerua inuenit. 379.C
Lanista. 196.A
Lanus fluuius. 166.A
Laodicea vrbs. 284.B
Lapago. 346.B
Lapathum. 350.C
Lapella. 346.B
Lapides insigniores. 305. B
Lapides, & marmora. 308. C
Lapides, & metalla. 302. A
Lapides pretiosi. 309.D
Lapides structuris apti. 373. B
*Lapides duodecim. 204.D
Lapidosus. 202.C
† Lapis,& saxum. 33.B
Lapis. 304.A
Lapis albus. 373.B
* Lapis adiutorij. 218.D
Lapis angularis Christus.123. D
Lapis arenatus. 373.C
* Lapis ad ostium monumenti. 281.C
Lapis Gadetanus. 374.C
Lapis molaris. 373.C
Lapis offensionis Christus. 123.D
Lapis piperinus. 374.C
Lapis specularis. 305.A
Lapis Tiburtinus. 373. B
Lapis viuus. 306.A
Lapistus. 350.C
Lapithæ.164.D. 270.D
Lappa.345.D. 346.B. 389. B
Lapsana. 350.C
* Lapsi à bono in deterius. 89.D
Laquearia. 296. D. 374. D
Laquearij. 365.C
Laquearium. 296.A
Lardum. 395.C
Lares. 395.C
Larex. 336.A
† Largitas, & largitio. 22.A 43.B
*Largitas prodiga. 110.D
Largus. 195.C
Laricinum castellum. 336.A
Larius lacus. 258.A
Laruæ. 158.B
Lasciuus. 196.B
Lasciuus, & petulans. 21. B
Laser. 343.A
Laserpitium. 347.D
† Lassus fessus, & fatigatus. 15.A
Laterculi. 373.B
Laterculum. 109.A
Lateres. 373.B
Lateres,& laterculi. 296.D
* Lateres Ægyptij. 191.B
Laterna. 402.A
Latex. 160.A
† Latex, & imber. 4.B. 37. B
Latinas litteras Carmētis Italis tradidit. 3.B
Latinè loqui. 38.A
Latini. 165.B
Latini liberti. 176.A
Latinus Rex. 165.B
Latium.270.D. 286.B
Latomia. 88.A
Latona.156.B. 276.C
† Latrare. 37.D
Latro. 196.A
† Latro,& fur. 22.C
*Latrones. 104.B
*Latrones duo,qui cum Christo crucifixi sunt. 255.A
Latronibus crura confracta. 89.B
Latum pro datum. 18.D
Latus.72.B 209.D
Latus tegere sinistrum. 114. D
*Lauatus,mundus,& immundus. 45.C
†Laudabilis,& laudandus.21. A
* Laudare seuerè sine arrogantia. 93.B
*Laudari qui affectant de sapientia. 51.B
* Laudari veraciter. 52.D
*Laudari in Deo non in se. 90.A
Laudea. 333.A
*Laudes canere,hoc est, alleluia. 329.C
Lauinium ciuitas. 286.C
Laurea. 192.D
Laurea insigne victoriæ. 353. B
Laurus. 333.A
Lau-

† Laurus,& laurea. 44.D
† Laus,& laudatio. 21 D
* Laus pro contemptu laudis. 90.A
* Laus ante correctionem. 98.D
Lazarus. 137.D
* Lazarus percussus est ad purgationem. 66.C
*Lazarus quem Dominus suscitauit. 254.D
Leæna. 226.D
Leander Episcopus Hispalensis.112. 118.D
Lebetes 401.B
Lebitonarium. 381.A
*Lebna. 191.B
Lecti. 403.C.D
Lecti geniales. 403.A
Lecticæ. 403.C.D
Lectio. 113.D
† Lectio,& scriptura. 34 B
*De Lectione. 79.C
*Lectiones pronuntiare antiquæ institutionis est. 326. A
Lectisternia. 294.A
Lector. 195.B
*Lector,& quid ad eum pertineat. 391.C
*Lector potius ad implendum quàm ad intelligendum erit promptissimus. 80.A
Lectores. 139.A
* Lectores superbi. 81 C
* Lectores carnales, & hæretici. 82.A
*Lectorum ordo,& officium. 350. B
† Legare,& ligare. 22.A 43. C
† Legatus,& orator. 40.A
Legere. 195.B
† Legere,& lectitare. 22.B
*Legere,& otare. 79.C
*Legendi assiduitas. 80.B
* Legendo quidam scire potuerunt, quod negligendo contemnunt. 80.D
*Legens præcepta Dei, & nō faciens. 80.B
Legio. 172.A
† Legio,& dilectum. 46.A
Legumina. 328.C
Lemanus fluuius. 166.A
Lembus. 368.C
Lens. 328.D
Lenticula. 400.D
Lena. 382.B
Leno. 196.A
Lendes. 256.A
Lentę vites. 336.D
Lentigo. 75.C
Lentiscus. 336.D
Lentus. 336.D
Leo.68.C. 226.C.D
Leo Christus. 123.A
Leo maior Imperator. 98.B. † 110.
† Leo Zenonis Imperatoris filius. 110.
Leones. 236 C
Leones nisi lacessiti irasci nequeunt. 229.C
Leonum triplex genus. 226. D
Leonum natura. 226.D
Leonum animos frons, & cauda indicat. 226.D
Leogoras Syracusanus. 15. C
Leonidę dictum. 394.A
Leontophonos. 228.D
Leopardus. 227.D
† Leouigildus Rex Gotthorum. 111. 160.A.D
Lepra. 75.A
* Lepra in lege. 179. C
*Leprosi eijciuntur de castris. 180.D. 187.A
*Leprosi ad sacerdotem mittebantur. 181.B
*Leprosi decem qui mundantur à Domino. 253.C
Leprosus. 196.B
*Leprosus quem Christus descendens de monte primum curauit. 248.B
Leptis magna ciuitas. 273.A. 285 A
Lepus. 222. A.225.C. 237. B
Lerna. 232.D
Lesbium marmor. 308.C
Lethargia. 72.A
† Lethum,& mors. 21.C
Leuca. 301.C
Leucate promontorium. 286. C
Leucochrysus. 315.D
Leues. 192.D
Leui. 132.C. † 142. *241. B
Leuiathan. 154. B. * 71. A
Leuidensis. 381 C
Leuis. 184.B
Leuis. 195.D
Leuitæ. 138.D
*Leuitæ qui tabernaculo seruiebant,& qui custodes vasorum erant. 187.B
*Leuitæ non acceperunt hæreditatem terræ repromissionis. 208.A
* Leuitæ quadraginta duas vrbes accipiunt. 208. C
* Leuitarum ceremoniæ vbi præcipiuntur. 187.B
* Leuitis habitacula decernuntur. 208.B
Leuiticus. 100 B
Leuiticus liber quid cōtineat. 312.B
Lex.36.D.80.B. 81.D
Lex scripta est. 36.D
Lex aut permittit, aut vetat, aut punit.36.A. 82.B
Lex quid habere debeat. 36. B
Lex quid possit,& quare facta sit. 82.B
Lex qualis debeat fieri. 82. C
Lex,& mos. 36.D
*Lex,& gratia. 23.A
*Lex est via,per quam itur ad Christum. 20.D
*Lex diuina. 21 A
*Lex peccati consuetudo. 48. D
*Lex Dei præmium habet, & pœnam. 80 B
*Lex infidelibus religata 82. B
* Lex Moysi quando data. 164.A
* De Lege. 20.D
*Leges quis nō intelligit. 82. A
Leges. 79.A
Leges antiquæ, & nouæ. 79. C
Leges consulares,& Tribunitiæ. 81.D
Leges Rhodiæ. 82 D
Leges quare factæ. 36.B
† Leges, & iura. 22.C.46. C
† Leges,& mores. 22.C
* Leges fidei parent. 103. D
† Legis, & Euangelij distinctio.58.B. *26.B
* Legis decem verba. 164. D
*Legibus principes tenentur. 103.C
Legum auctores. 79 A
Lexis. 23.A
Lia 129 C
† Lia vitam actiuam ostendit. 59.B
*Lia,& Rachel, & duæ famulæ. 140.B
Lia typus Synagogæ. 142.B. 240.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liba. 394.D
Libanum. 340.A
Libanus. 163.C. 279.D
Libare. 114.D. †22.A
Libatio. 114.D
Liber. 106.D. 107.A.B
Liber pro Baccho. 153.C. 155.D. †22.B
Liber vitem inuenit. 29. A
Liber corticis pars interior. 332.D
Liberalia. 359.D
Liberalis. 195.C
† Liberi,& filij. 44.C
Liberi filij. 177.D
Libertas. 89.A
Libertas iustæ correptionis. 416.B
Libertas,& liberalitas. 57.D †21.A
Liberti Romani. 176.A
Libertini. 176.D
Libertus. 175.C
Liberum arbitrium. 57.B
Libido. 158.C
† Libido,& liuido. 21.C
† Libido multiplex. 21.C
* Libido quomodo cauenda. 57.A
*Libido modum non habet. 58.C
* Libido proxima ventri. 61. B
*Libidinis motus. 39.D
Libidinosus. 196.A & B
Libra. 68.D. 322.B. 325. A
Librarij. 107.A
Librariorum instrumẽta. 107. B
Libri medicinales. 77.C
Libri ecclesiastici. 99.A
Libri vtriusque testamenti. 99.B
Libri Romam primùm aduecti. 104.B
Libri Elephantini. 106.D
Libri certis modis conficiebãtur. 106.C
Libri veteris testamenti vsq; ad Esther viginti duo. 324. C
* Libri Gentilium quomodo legendi. 83.D
* Libri Sancti quare simpliciter conscripti. 83. B
* Libri veteris, & noui Testamenti numerantur. 310. A
Librorum vocabula. 106. D
Librorum septuaginta millia Alexandriæ inuenta Ptolemei tempore. 103.A
Liburnæ naues. 367.A
Libya. 272.B
Libya Cyrenensis. 287. A
Libya Agenoris mater. 269. C
Libyi. 162.C
Libyes. 162 A
Libysticæ fabulæ. 30.B
Libs ventus. 278.B. †86. A
Libonotus ventus. 254.C. †86.A
Licinum. 381.B
Lienosis. 73.D
Lienteria. 74.D
† Ligare, & legare. 22.A. 43. C
Ligna. 332.C
*Ligna fructifera sunt sancti. 116.C
Lignarius. 378.A
Lignum. 378.B
Lignum olo perfusum non ardet. 246.C
Lignum vitæ. 265.B
*Lignum vitæ Christus. 116. C
*Lignum scientiæ boni & mali. 116.C
*Lignum non plantandũ iuxta altare. 197.B
Ligones. 405.A
Ligusticum. 351.B
Ligusticum mare. 257.B.D
Lilia. 343.B
Lilybæum promontorium. 279.D
Lilybæus. 276.D
Lima. 372.D
Lima, id est, transuersa. 300. A
Limax. 235.B
† Limen,& limes. 22.A
Limes. 19.D
Limina. 295.C. 300.A
Limina aenea. 319.C
Limites. 299.D
Limites maximi Cardo,& Decumanus. 500.A
Λιμνήσιος. 344.A
Limniscus. 15.A
Limum. 372.D. 381.B
Limus. 300.A. 302.A. 303.B. 381.B. 391.B
Limus in Syria. 303.D
Limus vestis. 300.C
Λινάριον. 386.B
Linea. 56.C. 377.B
Linea vestis. 381.B
Linealis numerus. 55.A
Lineamentum. 56.D
Lingua. 207.C. †52.C
Lingua ante diluuium vna. 121.B
Lingua Hebræa. 160.A
Lingua Græca quotuplex. 160.A.B
Lingua Latina quotuplex. 160.B
Lingua, aut audiendo, aut legendo tenetur. 161.B
* Lingua malè loquitur. 51. B
*Lingua magistrorum docentium bene, & viuentium malè. 96.C
* Lingua refrænanda. 384. B
Linguagentium. 160.A
Linguæ sacræ tres. 160. B
Linguam suam nemo nescit. 161.C
Linguarum diuersitas vnde orta 160.A
Lingulati. 392.D
Linius fons. 255.B
Linostema vestis. 381. B
Linter. 368.C
† Linus. 97.
Linus Thebæus. 57.D
† Linus Thrax. 97.
Linum. 386.B
Liparia. 316 A
Liquamen. 398 B
Liquidæ litteræ. 4.B
Lira. 9.C. 300.C
Lis. 359.B
† Lis,& rixa. 22.A
Litaniæ. 117.D
Lites vitandæ. 383.B
Lithostrota. 296.B. 375. B
† Litigator,& litigiosus. 21. B
† Litorius Dux Romanus. 157.D
Litteræ. 2.A
De Litteris earumque diuisionibus, & inuentoribus. 1. 2.3.4.
Litterę communes. 1.C
Litteræ mysticæ apud Græcos. 2.D
Litterę Latinæ, & Græcæ ab Hebræis exortæ. 2.A
Litteræ Hebræorum, Syrorũ, & Chaldæorũ, vnde cœperunt. 2.B
Litteræ liquidæ. 4.B. cur dicuntur deficere. 5.D

Litteræ

Litteræ vocales, semiuocales, & mutæ. 5.A
Litteras in Græciã Cadmus attulit. 2.C
Litteras Latinas Carmẽtis Italis tradidit. 3.B
Litteras non geminabant veteres. 19.A
Litteris tria accidunt, nomẽ, figura, potestas. 4.B
Litterarum nomina ex sono vocis. 4.B
Litterarum elementa viginti duo. 324.D
*Litteram legis qui intendũt. 82.B
* Litteræ communes meliores, quia simpliciores 84. A
Littorariæ naues. 368.D
Littus. 281.C
† Liuba Reccaredi filius rex Gotthorum. 161.D
†Liuido,& libido. 21.C
Liuius ex annalibus, & historia constat. 31.A
Liuij locus. 10.A 370.C
†Liuua rex Gotthorũ. 160 D 166
† Liuuigildus rex Gotthorũ. 166
Lix ciuitas. 287.D
Lixa. 395.B
Lixus fluuius. 238 B 287.D
Locatio. 85.D
Loci nomina. 7.C
Loculus. 401.A
Locuples. 195.C
†Locuples, & diues. 9 B 38.C
†Locuples, diues, fortunatus, potens, & honestus. 10.B
Locus. 45.B 274.A
Locus futurę ciuitatis. 289. B
Locusta. 248.D
*Locustæ Ægyptiorum. 160. C
Lodices. 386.B
Logica. 43.C
†Logica. 60.D
†Logicæ partes Dialectica, & Rhetorica. 61 C
Logicam Plato in Dialecticã, & Rhetoricam diuisit. 43. C
Logici. 147.D
Lolium. 347.A
Longæuus. 195.D
Longanimis. 195.D
Longobardi. 166.B
† Longobardi Italiam capiũt. 98.C 111
Longus. 195.C
Loquax. 195.C
†Loquax,& eloquens. 11.D
Loquelares præpositiones. 10.C
*Loquendi ratio quadruplex. 51.D
*Loquens quæ ad Deum pertinent, nec faciens. 51.B
†Loqui,& fari. 39.C
†Loqui,& garrire. 39.C
†Loqui, alloqui, eloqui, & obloqui. 43.D
* Loqui imperiti nesciunt. 50.A
*Loqui bene,& malè. 51.A
*Loqui indiscretè. 98.D
Lora. 406.C
Lorandrum. 337.A
Lorea. 397.B
Lorica. 358.A
Lot. 129.D. 162.B †141
*Lot in terram Sodomorum secesit. 129 A
*Lot, & vxor eius, & filiæ. 132 D
*Lot ardentem Sodomam fugiens Segor venit. 132.D
* Lot typus sanctorum,& legis. 241.B.C
*Lot filiæ Samariam, & Ierusalem significant. 241.D
Lotium. 211.D
Lotos. 334.B
Lotus. 196.C
Lubricus. 195.D. 231.B 281.D
Lubricus locus. 281.B
Lucæ elephantes. 227.B
Lucanicæ. 395.A
Lucanus in numero poetarũ non ponitur. 150.A
† Lucanus à Nerone interficitur 106
Lucani locus. 2.C. 67.A. 69.A 74.B. 89.A. 106.B. 150 D 151.C. 165.D. 166 B.C. 172.C. 197.C. 217.D. 232 B.C. 233.A B.D. 242.D 244 B. 261.A. 280.D. 295. A. 336.B. 352.C. 356.A 354.C. 370.C. 402.B. †32 A. 78.C. 81.C. 82.D. 84.B 90.D
Lucas Euangelista. 137.A †153.D
Lucas Euangelium in Græcia scripsit. 101.D
Lucas scriptor Actuum Apostolorum. 102.D
* Lucas per vitulũ quid significat 244.D
† Lucæ,& Andreæ ossa Constantinopolim translata. 108
†Lucensis conuentus. 165.A
Lucerna. 402.C
Lucerna semper ardens. 306. A
Lucida. 296.A
†Lucidius Diaconus. 132.A
†Lucidum,& lucibile, 27.C
†Lucifer. 82.B
Lucifer annis nouem explet cursum. 66.D
† Lucifer vmbram facit. 79. A
†Lucifer in tertio circulo. 79.A
†Lucifer stella figura Christi. 82.B
Luciferiani hæretici. 145.B
Lucilius. 21.D
Lucilius centum genera solœcismorum dixit. 21.D
Lucilij versus. 400.B
Lucilij locus. 296.D. 370.D 372.C. 374.D 385.D
Lucina. 67.A 156.B
†Lucianus episcopus Carthaginensis. 129.A
*Lucra sectantes. 108 C
Lucretius poeta. 142.C †103
Lucretius reprehenditur. 142.C
Lucretij locus. 177.B. 250.C 254.B.A. 301.D. 405.B 406.B. †84.B.C. 85.B
Lucretij locus emendatur. 178.B
Lucrinus lacus. 258.D 271.A
†Lucrum præda, & compendium. 29.C
Lucubros. 345.C
Lucubrum. 401.B
Luctatio. 360.A
†Luctus. 15.A
Luculentus. 195.B
Lucullæum mare. 308.D
Lucullus. 104.B 334.A
Lucus. 20.A. 280.D 332.B
Ludi. 359.C
Ludi Circenses. 361.A
Ludi filius Sem. 162.A
† Ludibrium, & ludicrum. 46.C
Ludices. 385.B
Ludiera. 359.C
Ludorum origo. 359.C
Ludorum execratio. 365.A
Ludorum genera. 359 D
Ludus equestris. 36.D
Lues. 72.B
†Lugentes. 15.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Lugere,& mœrere. 15.A
*Lugere oportet. 88.A
Lulligo. 238.B
Lumbare. 381.A
Lumbi. 209.C
*Lumbos accingere quid sit. 38.C
Lumbricus. 236.A
Lumen. 253.A
Lumen Christus. 122.C
Luna.67.A 156.B
Luna crescens, & decrescens. 66.A
Luna quibus diebus cursum peragit. 66.B
Luna à Sole illuminari putatur. 66.C
Luna octo annis fertur explere circulum suum. 66.D
†Luna crescente crescunt fructus,minuente minuuntur, 77.A
† Luna septem formas habet. 77.B
†Luna mundi speciem tenet. 77.C
†Luna pro ecclesia accipitur. 77.D
†Luna quæ signa tempestatis, aut serenitatis det. 87.A.B.C
†Luna in primo circulo. 79.D
Lunæ eclipsis.66.B † 78.A
Lunæ formæ. 65.C
Lunæ lumen.65.B † 76.C
Lunæ vicinitas terræ. 65.D 66.A
Lunæ cursus.65.D †77.C
Lunæ magnitudo. 64.B
† Lunæ plenæ effectus. 78.A
† Lunæ , & Solis quantitas. 75.B
Lunaris lapis. 306.B
Lunatici. 73.C
Lunaticus. 189.C
Lunense marmor. 309.A
Lunulæ. 389.D
Lupa. 196.C
Lupæ meretrices. 363.B
Lupanar. 363.B
Lupata. 406.B
Lupi. 236.D
Lupinus. 328.D
Lupus.228.C 406 D
Lupus piscis. 237.B
Lupus in fabula. 26.B
Luridus. 196.B
Luscinia. 243.D
Luscitiosus. 196.C
Luscus. 196.C
†Lusidius. 165.A
Lusitania. 271.B
Lustra. 280.D
Lustra,& lustra. 38.D
Lustrum.94.C †68.A
Luteus color.106.D 387.D
Lutum. 20.A.302.B. 373.B
Lux. 253.A
Lux Christus. 122.C
*Lux Angeli. 9.D
*Lux infirmis oculis noxia,cũ sit bona. 8.D
*Lux non intelligitur,nisi cũ videtur. 38.D
Luxa membra. 196.B.395.B † 21.B
* Luxuria carnis . 57.B 58.B
* Luxuria per se turpis. 56.B
* Luxuria contra castitatem dicit. 421.D
*De luxuria. 57
*Luxuriæ imagines dormientibus. 74.A
*Luxuriosa vita. 59.D
Luxuriosus. 196.B
† Luxuriosus , & prodigus. 21.A
Luxus. 395.B
Luza oppidum. 284.A
Lyæus.155.A 397.A
Lycaon. 230.A
Lycaonia. 268.A
Lychnites lapis. 308.B. 314.B
Lychnus. 332.C. 318.B 402.C
Lycia.268.C 388.A
Lyciniæ oliuæ. 337.A
Lycisci. 228.A
Lycæus Arcadum Deus . 151.A
Lycophthalmos. 316.A
Lycurgus. 79.A
†Lycurgus quando claruit . 100
Lydia. 268.A
Lydij. 162.A
Lydij primum nauim fabricauerunt. 367.C
Lydus,& Thyrrenus fratres. 268.B
Lygdinum marmor. 308.B
Lympha. 397.C
†Lympha , & nympha. 22.A
Lymphaticus. 196.B
Lymphaticus morbus. 72.A
Lyncurius lapis. 311.A 228.A
Lynx. 227.D
Lypare insula. 190.A
Lyra. 60.B. 149.B 277.B
Lyra Orphei inter sydera collocata.60.C 69.C
Lyra, vel cythara in conuiuijs 57.A
Lyram Mercurius inuenit. 60.B
Lyrici poetæ. 149.B

M

M.Littera. 58.C
Macaronesium insula. 275.B
Macedo Deucalionis nepos. 270.A
Macedon. 165.C
Macedones. 165.C
Macedonia. 270.A.D
Macedoniani hæretici,& Macedonius hæresiarcha.145.C
Macedonius, 108.D
Macellum. 291.C
*Maceloth. 192.A
Macer. 197.C
Macer poeta. 233.A
Maceriæ. 297.A
†Machabæi.150.A *236.B
*Machabæi septem. 247.C
Machabæorum liber. 101.C 97.C † 163
* Machabæorum liber quid contineat. 321.C
Machæra.355.A † 15.B
Machina.372.C 377.C
Machiones. 372.C
Macrinus Imper.97.D.†107
Macrobij. 218 D
†Macrobius Diaconus. 119.B
Macrologia. 22.D
†Mactare,& immolare. 44.A
Mactatio. 114.D
†Mactatus. 44.B
Mactus. 196.A
Madai. 162.D
Mæander fluuius.
Mæcenas. 16.D
Magalia. 298.B
Magar. 298.B
Magdalena. 137.C
Magi.150.C 151.C
Magi Pharaonis . 151.A *159 B
*Magi munera obtulerunt. 268.A
*Magi figurauerunt gentium populos lucem fidei cognituros. 248.C
†Magica quando inuẽta . 95
Magica ex traditione Angelorum

lorum malorum. 150.D
Magis,& potius. 24.B
Magister. 196.C
Magister Christus. 123.C
*Magisterij auctoritate quis caret. 96.A
Magistratus. 175.A
Magistri populi. 170.D
* Magistri docentes bene , & malè viuentes. 96.C
Magna Græcia. 270.D
Magnanimus. 196.B
Magnes. 305.B
Magnetis cum ferro concordia. 320.A
Magnificus. 196.B
Magnitudo numerabilis. 56.B
Magnitudines rationales . 56.B
Magnus. 196.B
†Magnus,& grandis. 23.A
Mago Carthaginensis.326.A
Magog.162.D 267.B
Magorum impudentia.310.D
†Magus,& incantator. 19.D
Maia Mercurij mater . 92.C
Maiestatis reatus. 87.D
Maior. 196.C
Maior morbus. 73.C
Maiores. 178.A
Maiores numeri. 53.C
Maiorum sollertia in diuisione. 300.D
† Maiorianus Imperator. 164.A
Maiorica insula. 277.C
Maius.92.C †65.D
Mala. 355.A
Mala cydonia. 333.B
†Mala,& malæ. 24.C
Malæ. 206.D
*Mala facientes,& mala patiẽtes. 106.C
*Mala per peccatum. 8.C
*Mala minora eligenda. 70.C
*Mala temporalia pro vtilitate. 107.D
Malachias. 101.D.134.B † 149.A
* Malachias typus Saluatoris. 247.A
*Malachiæ liber. 320.C
Malagma. 77.A
Malaleel. 95.D †93
† Maldras Sueuorum rex. 165.D
† Maleficus, & incantator. 19.D
Maleum promontorium.279 C
* Mali. 51. C
Mali cur legum percipiant vltionem. 69.B
*Mali dona ad damnationem accipiunt. 37.B
* Mali similes sibi defendunt. 93.A
*Mali apud principes magis necessitate, quàm voto. 103.B
*Mali quare necessarij . 107. A
†Malis meridie nox est. 76.B
Malignitas,& malitia. 23.D
Malignus. 197.A
Mahil . 380.A
† Malitia , & malignitas. 23.D
Malitiosus. 197.B
Malle,& malo. 18.A
Μᾶλλον.206.B 345.D
Malleolus. 329.B
Malleus. 372.C
Malo,& malle. 18.A
Malogranata. 333.C
Malogranatum. 333.C
†Malogranata, & malogranatum. 24.B
*Malorum mores qui fugiũt. 87.D
* Malos hic remunerat Deus, & illic punit. 65.C
Malua. 349.A
Malua agrestis. 345.C
Malua fluuius. 273.D
Maluela vestis. 381.A
Malueuiscus. 345.C
Malum pomum. 333.B
Malum æstiuum. 334.A
Malum Armenicum. 333.D
Malum Duracinum. 333.D
Malum Matianum. 333.B
Malum Persicum. 333.D
Malum præcox. 334.A
Malum Punicum. 333.C
Malum terræ. 343.C
* Malum , & eius natura . 8.D.B
Malum. 87.C
*Malum quare Deus permisit. 8.A
*Malum bene , vel malè loqui. 51.A
Malum sibi auem cacare,prouerb. 245.D
Malus.197.B 369.D
*Malus aliquando ad bonum conuertitur. 37.D
Mambre vrbs. 284.C
Mambre quercus. 336.C
Mambres. 130.B
*Mambres, & Iamnes magi. 159.B
†Mammæ. 52.C
† Mammæ , & mammillæ. 23.C
† Mammæ,& vbera. 42.A
Mamillæ. 208.B
Manahem. 131.B
Manasses. 96.D.131.C.133.C. † 100. † 143.A
*Manasses,& Ephraim benedictio. 150.A
* Manasses prioris populi figura. 242.A
Mancipatio. 86.A
Mancipium. 86.A. 175.C †33.B
Mancus. 197.D
*Mandata Decalogi. 21.B 164.A
Mandatum. 84.A
Mandibulæ 207.A † 52.D
Mandragora. 343.B
* Mandragoræ Rachel. 141.B
Mane. 91.D
*Mane post vesperum fiebat. 7.D
Manes. 90.D.158.A. 194.B
Manes hæreticus. 144.B
Mania. 73.D
Manicæ. 88.B
Manichæi hæretici. 144.B
Manichæorum hæresis. 98.B † 108
Manicleata tunica. 380.C
Manifestum. 197.D
Manipulares. 172.C
Manipuli. 354.A
Manipulus. 172.C 347.B
Manitergium. 386.A
A.Manlius. 79.B
* Manna. 162.D
Mannus. 224.B
*Mansiones filiorum Israel in deserto quadraginta duæ. 185.A.&c.
*Mansuetudo contra proteruiam. 417.C
Mansuetus. 196.B
† Mansuetus , & modestus . 23.B
Μαντεῖα. 151.D
Mantelia. 385.D
Manto. 286.B
Mantua vrbs. 286.B
Mantum. 384.A
Manubiæ. 353.D
Manubrio. 378.D
Manum,id est,bonum. 90.D 194.B
Manumissio. 177.D
Manumissus. 157.D
Manupretium. 208.C
Manus,id est ratus. 90.D
Manus.208.C †52.B
Manus interior. 214.C
Manus Dei Christus. 122.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Manus oppansa palma dicitur. 11.D
Manum impositio. 116.A
Manuũ super os ponere. 5.B
Mappæ. 385.D
Mappellæ. ibid.
*Marah. 186.B
*Marah fons. 161.D
Marathonius campus. 270.B
Μάραθρον. 351.B
Marcelianum vnguentum. 78.B
† Marcellinus presbyter. 122 B
†Marcellus Consul. 103
Marcion. 97.C
Marcion hæresiarcha. 144.C †106
Marcionistæ hæretici. 144.C
Marcomani. 166.C
Marculus. 372.C
Marcus. 137.A 372.C
Marcus Euangelista. 97.B †105 154.A
Marcus Græcè Euangelium scripsit. 101.D
*Marcus leonis figuram gestauit. 247.D
Mare. 256.D
Mare silet halcyone excubante. 243.C
Mare quare non crescat. 256. A † 89.B
†Mare quare factum. 89.D
† Mare,& Maria. 24.A
Mare mediterraneum,&c. 257.A
Mare Ligusticum. 257.B
Mare magnum. 257.A.C
Mare mediterraneum 257.A
Mare mortuum. 258.B
Mare pigrum,& concretum. 275.A
Mare Rubrum,258.C.*161. B 186.D
Mare Salinarum. 258.C
Maris altitudo diuersa,256.A
Maris color non est. 256.B
† Maris diuisio. 161.A
Maris equi. 363.C
Mareoticæ vuæ. 330.C
Margarita. 312.C
Margarita in ostreis. 241.B
Margaritum. 60.C
Margo. 281.D
Maria.137.C 256.D
† Maria,& æquora. 4.B
† Maria mater Domini. 151. A
Maria Ioseph coniux. 183.B
*Mariam Angelus Gabriel salutauit. 11.D
*Maria ecclesiam significat. 248.B
*Maria soror Aaron. 188.C 193.D
*Maria, & Martha sorores. 252.A
Mariandyna vrbs: 285.B
Maritima. 281.D
† Maritimum , & marinum. 40.D
Maritus.183.D 184.B
Maritus, & vxor emebant seinuicem. 84.B
*Maritus qualis eligendus. 359.C
Marius Victorinus,& eius liber de syllogismis. 47.A
Marmor. 308.C
Marmora. 308.C
Marmor Numidicum. 273.C
Marmor Parium. 276.C
Marmorum colores, & genera. 308.C
Maro Virgilius. 148.B
Marrubium. 345.B
Mars.92.C.155.C 216.A
Mars,siue Pyrois. 66.D
Martis stella,68.A 79.B
Martis equi rosei. 363.C
Martis templa duo Romæ. 159.D
Marsi,& Marsia. 165.C
Marsidæ fons. 255.C
Marsupium. 401.B
Martellus.372.C 377.C
Martha. 137.C
*Martha, & Maria sorores. 252.A † 59.B
Martialis. 222.D
Martialis locus. 243.B. 244. A.B.246.A.262.C.303.D 333.C.394.B.399.C.402. 405.C
Martianus Imperator. 98.A † 110
Martianum vnguentum. 78. A
Martinus Dumiensis episcopus.126.D.165.B †109
† Martinus Archiepiscopus Toletanus. 167
†Martinus Bracarensis episcopus. 111
Martisia. 395.A
Martius mensis.92.C. †65.D
Martius anni principium. 68 B
Martius vates. 105.D
Martyres. 137.B
† Martyres Orionis stella significantur. 82.A
*Martyrum festiuitates. 339. D
Martyrium.294.A *28.C
*De Martyrio. 28.C
*Martyrij exempla. 28.A
*Martyrij genera duo. 137.D
Mas,& mare. 24.C
Mas bothæi. 143.A
†Masculus,& vir. 45.B
* Masculus Pharao occidit. 156.C
† Masdra Sueuorum rex. 158.A
Massa. 318.B
Massagetæ. 164 D
Massylia vrbs.167.A. 286.D
Massylienses trilingues. 286. D
Massylij,vel Massuli. 167.A
Masticina vestis. 381.B
Masticinum. 387.D
Mastix.340.D 336.D
Mastruca. 382.C
Mataxa. 388.A
Mater.177.C 179.C
Mater familias.177.D.184.A
Mater familias, & matrona. 23.D
Mater magna tellus. 156.C
Materia.250.D 378.B
Materia informis. 6.C
Materies mundi. 6.C
Matertera.180.B 184.A
Matertera magna. 180.B
Matterteræ soror. 180.B
Matthæus Apostolus. 97.B 136.C. † 153.B † 105
Matthæus scripsit Euangeliũ Hebraicè. 101.C
*Matthæus in similitudine hominis. 247.C
Mathematica. 51.A
Mathematicæ disciplinę ibid.
Mathematici in Memphi opti mi. 285.B
Mathusalem. 95.D. 128.D † 93
Matrimonialestabulæ.157.D
Matrimonium.183.D.184.B
*De Matrimonio. 358.A.B
Matrisanimula. 344.D
Matris meæ frater. 180.A
Matris meæ soror. 180.B
Matrix. 211.C
Matrona.183.D 177.D
† Matrona,& mater familias. 23.D
Matronæ in adulterio cõprehensæ amiculo induebãtur. 385.B
Matthias Apostolus. 136.D 138.A † 153 D
Maturum. 332.C
*Matutini. 334.
Matutinum. 92.B
Matutinum officium. 113.B

Mauors. 367.B
Mauors velamẽ fœminarum. 359.D 385.B
Mauri.383.A 167.B
†Mauri inuadunt Hispaniam. 166
Mauritius Imperator. 98.C † 111
Mauritania. 273.C
Mauritania Cæsariensis. 273. D
Mauritania Sitifensis. 273 D
Mauritania Tingitana.273.D
Maurus equus. 224.B
Μαῦρος.167.A 224.B
Mausolæa. 298.B
Maxilla 203.A †52.A
Maximilla hæretica. 144.D
† Maximianus Imperator. 108
Maximus. 18.D 196.D
†Maximus,& grandis. 18.B
Maximus Imperator. 97.D † 107
† Maximus Episcopus Cæsaraugustanus. 129.A
Mazaca vrbs. 162 D
Meare. 210.A
Meatus. 210.A
† Mechanica. 61.B
Meconites. 316.A
Medea. 162.A
Medea gemma. 313.A
Medi.162.D 167 D
Medi semper potentissimi. 163.B
Media vrbs. 163.B.265.A.C 283
Media maior,& minor.265.C
Mediator Christus. 122.D
Medica arbor. 265.C.329.A. D 334.A
Medicamina. 76.D
Medici.70.A *100.C
* Medici periti. 98 D
Medicina.70.A †61.B
Medicina triplex. 71.B
Medicina antiquior. 76.B
Medicina quare inter liberales disciplinas non conti neatur. 78.B
Medicina secunda philosophia. 78.D
Medicina non spernenda. 76. D
Medicinæ initium. 78.B
Medicinæ inuentores. 70.B
Medicinales libri. 77.C
Medicinalis digitus. 208.A
Medicorum instrumenta. 77. D
Medicorum tres hęreses. 71. B
Medicus septem liberales disciplinas intelligat. 78.C
Medicus quid scire debeat. 77.C
Medimna. 324.B
Mediocres numeri. 53.B
Mediocris. 196.D
Mediolanum vrbs. 286.A
†Meditari,& velitari. 47.B
*Meditatio,& lectio. 79.D
*Meditanda cautè,quæ legun tur. 82.D
Meditatiua verba. 9.A
Mediterraneum mare. 257. A
†Medius digitus. 52.B
Medius. 177.B
Medullæ. 209.C
Medus.163.A 397.C
Mel. 395.C
Mel Sardum amarum.395.D
*Mel in Dei sacrificio non offerebatur. 176.D
Melachim. 100.A
Melancholia.71.A.B 73.D
* Melantius Archiepiscopus Toletanus. 167
Melanurus. 237.C
Melchisedech rex iustus.129. D.283.C † 140.C
† Melchisedech fertur fuisse Sem. 94
*Melchisedech regnum Christi figurauit. 240.B
* Melchisedech quid significet. 129.C
Melchisedechiani hæretici. 144.B
Meles fluuius.230.A. 268.B
†Melesius Grammaticus. 23. D
Melichrysus. 315.D
Melichloros gemma. 310.D
Melicratum. 397.B.C
Melimelum. 333.C
Mellinum. 376.C
Melior. 197.B
Melitites lapis. 307.A
Mella arbor. 334 B
Melo fluuius.160.B 229.B
Melops. 334.D
Melos. 58.A
Melos insula. 276.B
Melotes. 384.C
†Meltinas possessio. 124.C
Membra. 209.A
†Membra corporis humani. 51.A
Membra discretionis causa. 212.A
Membrana. 106.D.A
Memnon. 243.A
Memnonides aues. 243.A
Memor. 196.C
† Memor , & memoriosus. 23.C
Memorans Deus. 121.B
†Memorare, & commemorare. 23.B
† Memorare,& dicere. 10.B
Memoria.205.C *14.D
†Memoria vbi sita. 51.D
†Memoria,mens,& cogitatio. 54.D
†Memoria,& sensus. 54.D
* Memoria communis hominis, & animalibus. 14.D
* Memoria præteritorum facinorum. 41.C
*Memphis ciuitas. 106.B 285.B †96
Memphitis lapis. 306.D
Mena vestis. 38.B
†Menander Comicus. 103
Menander Magus. 143.B
Menandriani hæretici. 143.B
*Mendaces faciunt,vt nec vera dicentibus credatur. 52.C
*Mendacia sæpe veris obteguntur. 52.D
Mendacium.37.B *52.A.C
† Mendacium , & falsitas. 14.B
† Mendacium,& mendum. 23.C
*Mendacium meditari. 52.A
* Mendacium fugiendum. 52.A 385.B
*Mendacium cito reprehenditur. 106.A
*Mendacium contra veritatẽ. 420.D
Mendax. 197.A
†Mendax,& fallax. 13.B
†Mendax,& falsarius. 14.B
Mendicus.197.A 370.D
*Mendicus vlcerosus. 253.B
† Mendum,& mendacium. 23.C
Mens. 205
†Mens,& animus. 3.A
† Mens,memoria, & cogitatio. 54.D
†Mens,& ratio. 54.D
† Mens,& spiritus. 44.D
†Mens in capite hominis, tanquam in cælo Deus. 51.C
†Mens ea quæ fons sunt tráspicit. 52.A
*Mens bona. 52.D
* Mens quæ cupiditatibus inhiat. 60.B
*Mens apta ad bonum in sua natura. 75.C
* Mens quando Deum bene con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

contemplatur. 75.C
*Mens quę ante orationem in illicitis cogitationibus occupatur. 75.D
*Mens soluta in diuersis. 97.C
Mensa. 393.A
Mensa priuata. 394.A
*Mensa iuxta arcam testamenti. 171.A
*Mensæ monachorũ. 406.C
Mensis. 65.C 92.A
Menses apud Hebræos. 92.A
† Méses duodecim ante diluuium. 66.A
†Menses apud Latinos, & Hebræos, & Ægyptios, vnde initia sumunt. 66.B
† Mensium nomina vnde. 65.D
†Mensium concordia. 67.D
Menstrua. 212.A
Menstrui natura. 212.B
Menstruum mulieris bitumen rumpit. 303.D
Mensura. 27.D. 300.D 323.B.C
Mensura corporis, aut temporis. 323.B
Mensuræ agrorum. 300.D
Menta. 351.A
Menta agrestis. 346.A
†Mentiens, & fallens. 24.C
* Mentiri propter hominum laudem. 52.B
* Mentiri non potest, qui non loquitur. 53.B
* Mentiri pro salute hominũ. 52.A
Mentum. 207.B
†Meraca potio. 34.C
†Meracum vinum. 3.C
Mercatus. 86.C 291.C
* Mercedem boni operis qui percipit. 47.B
Mercenarij ciues. 175.B
Mercurij stella. 66.D. 68.B 79.A
Mercurius. 153.C 155.A
Mercurius Trismegistus. 79.A
Mercurius fistulę inuentor. 59.C
Mercurius chordas excogitauit. 60.A
Mercurius lyram Orpheo tradidit. 60.C
Mercurius lyram reperit. 96.D †97
Mercurius præstigium inuenit. 152.C
Merenda. 394.B 397.B
†Mereor, & mereo. 44.C
Mereti. 197.D
† Mereri, & merere. 23.B 46.A
†Merere, & promerere. 23.A
†Mereri stipendia. 16.A
Meretrix. 197.D
†Meretrices. 16.A
†Mergere, & mersare. 46.D
Mergi. 244.D
Meridiare. 397.B
Meridies. 63.A. 90.D. 249.C 397.B
Meridies olim medidies. 333.A
Meristæi. 143.B
Meritoriæ tabernæ. 197.D
Meroe. 63.B
Meropes. 243.C
Merulæ. 236.C. 245.C. 270.C
Merum. 63.B. 90.B. 249.A 387.D 397.A
Mes. 162.A
Mesomelas. 313.A
Mesopotamia. 161.A 265.D
Mesopontus. 63.B
Mesphres rex Ægypti. 361.C
Mespilus. 334.D
Mesraim. 162.C 163.B
Messapia ciuitas. 286.B
Mesias. 122.A
Mesis. 327.B
Messorium. 399.B
Mesticium. 387.D
Meta. 388.A
Metæ. 361.C
Metacismus. 21.D
Metalepsis. 25.A
Metalla quomodo formã cœperunt. 318.C
Metallum. 88.D 317.D
Metangismonitæ hæretici. 145.D
Metaphora, ex quibus modis fiat. 24.B.C
Metaplasmus. 22.C 23.B
Metathesis. 23.A 40.D
Metator. 197.C
Metatum. 292.A
*Methca. 192.D
Metiri pedes horarum. 323.B
Metonymia. 25.A
Metra. 27.D 28.B
Metra pedibus accidunt. 12.D
Metreta. 324.A
Metrica musica. 57.D
Metropolitanus. 138.C
Metrum. 324.B
†Metus. 61.D
†Metus, & motus. 13.D
†Metus, & pauor. 40.C
† Metus, pauor, & formido. 13.D
Meu. 342.D
Michael. 127.B
Michæas propheta. 96.C. 101 D. 134.C †100 148.A
*Michææ liber quid cõtineat. 319.A
*Michol filia Saul, vxor Dauid. 221.B
†Migrare, & nigrare. 25.A
†Mihi, & mi. 23.C 39.B
Miles. 171.D
Miles ordinarius, & extraordinarius. 171.D
Milia. 52.B
Milimindrum. 344.D
Milites togati, & lacernati. 384.A
Milites viginti quinque annis tenentur. 172.D
Milites nunquam immemores sacramenti magis stationibus parent. 116.C
*Milites quattuor, qui vestimenta Christi diuiserunt. 255.B
Militia. 32 B 172.A
Militię generatria. 172.C
Militiæ Romanæ mos. 171.B
Milium. 327.D
Mille. 52.B
Millenarij. 143.C 171.C
Miluarium. 301.C
Miluago. 238.B
Miluus. 242.B 245.B
Mimi. 364.D
Minator. 197.B
Minax. 197.B
Mincius fluuius. 258.D
Minerua. 153.C. 156.D. †96
Minerua artium inuentrix. 285.D
Minerua fabricæ inuentrix. 372.C
Minerua lanificij inuentrix. 379.C
Minerua dea artium de capite Iouis nata fingitur. 379.C
Minimus. 177.B 196.C
Minister. 196.C
Minium. 375.C
Minium iuxta mare rubrum. 258.C
Minius fluuius. 262.B. 271.B
Minor. 196.C
Minores. 178.A
Minores numeri. 53.C
Minorica insula. 277.C
Minotaurus. 218.B. 219.B †97
Minutal. 395.A
* De miraculis Sanctorum. 29.B

* Miracula in fide qui requirit. 29.C
*Miracula quare nunc in ecclesia non fiunt. 29.C
*Miracula pro incredulis, non pro fidelibus. 29.D
* Miracula sub Antichristo ab ecclesia cessabunt. 29.D
†Mirari, & admirari. 23.B
Miro Sueuorum rex. 165.C
Mirobalanum. 346.B
Misael. 134.C. †100 149.B
Miserabilis. 197.A
† Miserandus, & miserabilis. 23.C
*Miseratio Dei. 65.A
Miser. 196.D
†Miser, & misellus. 23.B
†Misereri, & miserari. 39.D
† Misereri, & miserescere. 23.B
*Miseria vbi est. 72.A
* Miseria caret inuidia. 91.D
* Miseriæ huius vitæ, & futurę comparatio. 32.B
Misericordia. 196.A *109.A
† Misericordia, & miseratio. 23.A
* Misericordia, & iustitia in iudice. 104.D
*Misericordia contra obdurationem. 419.B
*Misericordiæ amatores. 109.C
Misericors. 196.A *109.A
Μισήθρα. 336.C
Missa. 113.B
*Missa, & orationes. 330.A
*Missa pro defunctis ab Apostolis tradita. 332.D
* Missæ ordo à Beato Petro institutus. 330.B
*Missæ sacrificium quid contineat. 331.C
* Missæ sacrificium Christus instituit. 331.C
Missus Christus. 123.B
Mitis. 196.B
Mitra. 370.B 389.C
Mitridax lapis. 306.C. 313.D
Mna. 322.B 325.B
Mnemia Timothoe. 29.A
Moab. 129.A. 154.D. 162.B *195.D
Moabitæ. 162.B
*Modestia suadetur. 382.B
Modestus. 196B
† Modestus, & mansuetus. 23.B
Moderatus. 196
Modi caussarum quinque. 54.D
Modi verborum. 9.B
Modicum. 196.D. 324.D 401.A
Modius. 323.C. 324.B 366.A
* Modius diuersus non habendus. 199.D
*Modus in rebus habendus. 64.B
Mœchia. 197.C
Mœnia. 289.C.D
†Mœnia, & ædificia. 45.D
Mœniana. 292.A
Mœnius Crassi collega. 292.A
Mœonia. 268.A
Mœones. 162.A
Mœotis palus. 164.B. 257.C
†Mœrere, & lugere. 15.A
Mœrere, & mereri. 23.B. 46.A
*Mœror moderatus ineptæ lætitiæ respondet. 420.D
Mœsia. 269.B
†Mœstitia, & tristitia. 35.C
Mœstus. 197.A
Mœuius. 26.C
Mola. 401.C
* Mola non accipienda loco pignoris in lege. 199.C
Molæ apud antiquos nõ erãt. 327.A
Molares dentes. 207.A
Molaris lapis. 373.C
*Molentes duæ. 251.C
Molochinia siue molocina vestis. 381.A
Mollis. 197.C
Mollities. 364.B
Molochites lapis. 310.C
Molosia. 269.D
Molosus Pyrrhi filius. 270.A
Molossus. 11.C
Molotius lapis. 307.A
Momenta & horæ. 89.D
Momentana. 321.D
Momentum. 85.D 90.A
Monachus. 139.C
Monachi qui vocandi non sunt. 354.A
*Monachi perfecti. 353.A
* Monachorum præcepta altiora. 87.B
*Monachorum humilitas, vel opus. 87.D
*Monachorum tepor.
*Monachi qui secularibus curis occupantur. 88.B
*Monachorum plura genera. 139.C
* Monachorum institutio. 352.D
*Monachorum genera sex: tria optima, tria pessima. 352.A
*Monachorum regula. 402.A
Monarchæ. 171.B
Monarchia. 171.B
Monas. 171.B
Monasterium. 293.B
* Monasterium quale esse debeat. 402.C
*Monasterium, & cœnobium. 353.A
Monatius. 197.D
Monedula. 243.C
†Monere, admonere, & commonere. 23.B 42.C
Moneta. 318.A 321.D
Monile. 389.A.B
†Monile, & munile. 24.D
Monoceros. 227.D
Monodia. 113.C
Monogamus. 184.A
Monoptota nomina. 7.C
Monos. 293.B
Monumentum. 30.D 298 A
†Monumentum, & sepulcrũ. 32.D 45.D
Mons Christus. 123.D
Monstra. 217.B
Monstra diu non viuunt. 117.C
†Monstrare, & demonstrare. 38.C
Monstrosæ facies gentium in Oriente. 218.B
†Monstrum, & portentum. 28.C 45.C
† Montanus Archiepiscopus Toletanus. 133.D 167
†Montanus præsul. 131.D
Montanus hæresiarcha, & Montani hæretici. 144.D † 107
Montes. 274.B
†Montes, & colles. 24.A
†Mora, & tarditas. 23.C
Moralis philosophia. 43.C
Morbi acuti. 71.D
Morbi chronici. 73.A
Morbi superficiales. 75.B
Morbus. 71.C
Morbus caducus, siue maior, siue diuinus. 73.C. 73.C 245.A
†Mores, & leges. 22.C
Mores hominum diuitiæ. 97.A
*Mori mundo. 111.B
Moribundus. 197.D
Morio. 197.D
Moriturus. 197.D
Mors. 155.D
†Mors, & lethum. 21.C
*Mors incerta. 111.D
*Mors animæ. 43.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Mors à primo homine in omnes transijt. 12.A
†Mortis Christi, & nostræ distinctio. 49.B
Mortis genera. 216.B
Mortuus. 216.B
†Mortuus, & emortuus. 24.A
Mortuum qui tetigerit. 190. B
Mortarium. 77.B
Morus. 334.C
Morus syluestris. ibid.
Mos. 36.D 80.B
Mos, & lex. 36.D
Mos nubendi antiquitus. 183. D
Moschorus fluuius. 267.C
*Moseroth. 192.A
Mosoch. 162.D
Μόσβαι. 157 B
†Motus. 51.C
†Motus corporis. 81.A
Moyses. 105.D. 130.B. 321.C †143.B
Moyses Heroicum carmen inuenit. 28 A
Moyses de initio mundi historiam scripsit. 31. A. 100.A
Moyses primus diuinas leges explicauit. 79.A
†Moyses modium 22. sextariorum fecit. 324.D
Moyses quando populum rexit in eremo. 96.C †97
*Moyses ascendit in montem & Dominus descendit. 80. C. 163.D 187 A
*Moyses inuentus ad ripã fluminis. 157.A
*Moyses discalciari iubetur. 157.B
*Moyses Ægyptium occidit. 157.C
*Moysis virga in serpentem versa. 157.D
*Moyses ingressus ad Pharaonem. 158.A
*Moysis manus leprosa. 158. C
* Moyses mittit lignum in aquas, & factæ sunt dulces. 161.A
*Moyses leuans manus, & inclinans 163.A
*Moyses tabulis cõfractis vitulum incendit. 166.D
*Moyses tria millia iussit interimi. 168.A
*Moysi dixit Dominus: posteriora mea vid bis. 168 B
*Moyses tabulas priores fregit non secundas. 168. C
*Moyses quadraginta diebus ieiunauit. 168.D
*Moysis cornua, & glorificatio. 169.B
*Moyses ad aquã eijciendam de petra titubauit. 193. A
*Moyses offendit Deũ, & prohibetur transire Iordanem. 193.D
*Moyses moritur, & sepelitur. 195 B 204.A
*Moyses typus Christi. 243.B
* Moysis vxor Æthiopissa. 243.C
*Moyses, & Elias, qui apparuerunt cum Domino, quid significabant. 250.C
*Moyses vbi signa fecit. 285. C
Mozicia. 401.A
Mucro. 355.A
Mucro, gladius, & ensis. 12.B
Mugilis. 237.C
†Mugire. 37.D
Mula sagmaria. 406.C
Muleator. 197.C
Mulciber. 197 B
Mulctrum. 400.D
Mulgarium. 400.D
†Muliebris, & mulierarius. 43.C
Mulier. 215.D
†Mulier, & fœmina. 36.C
†Mulier, & vir. 54.B
*Mulier ad imaginem viri, & ob eius adiutorium creata. 12.B
* Mulier decora capta in bello. 202.B
* Mulier, quæ profluuio sanguinis laborabat. 249. C
*Mulier, quæ fermentum abscondit in tribus satis. 249. C
*Mulier quæ drachmam perditam reperit. 250 D
* Mulier decem & octo annos habens, quæ à Domino curatur. 253.A
*Mulier adultera. 254.B
* Mulier, quæ vnguento Domini caput vnxit. 254. B
*Mulier Deo, & marito subiecta sit. 360.B
Mulieres redundant crinibus. 383.A
*Mulieres, quæ Apostolis Domini resurrectionem nuntiant. 255.B
Mulierarius. 192.D
†Mulierarius, & muliebris. 43.C
Mulio. 197.D
Mullei. 392.B
Mullus piscis. 237.B. 392.C
Mullus in vino necatus tædiũ vini affert. 237.C
Mulsum. 197.C 397.B
†Multatio, pœna, & supplicium. 23.D
* Multiloquium contra taciturnitatem. 421.A
Multipes. 235.B
Multiplex numerus. 54.B
Multiplex, superpartiens, & superparticularis numerus 54.A.B
†Multitudo, & numerus. 23.C
Mulus. 224.B.C
Mundus, munda, mundum. 373.C
Mundus. 57.B.61.C. 249.A †70 B
Mundus in Septentrionẽ erigitur, & in Austrum declinatur. 61 D
†Mundus de nihilo conditus. 50.A
† Mundus mysticè hominem significat. 70.B
†Mundus peccatores aliquando significat 70.C
†Mundus, annus, & homo. 73.A
† Mundus ad instar ecclesiæ fabricatus. 76.A
*Mundus vnde crescere videtur, inde minuitur. 6.A
* Mundus in æterno consilio semper erat. 6.B
*Mundus ex rebus visibilibus constat. 6.D
*Mundus multis mortuus, cui ipsi mortui non sunt. 108. D
Mundi caput Oriens, vltima pars Septentrio 61.A
Mundi forma. 61.D †70.C
Mundi plagę quattuor. 249. B
†Mundi creatio, & formatio. 49.C *113.A
†Mundi species. 49.D
†Mundi partes. 70.C 72.A
*Mundi ratio ex vno consideranda est homine. 6.A
*Mundi contemptores. 86. A
*Mundi amatores. 87.A
*Mundi desertores sine humilitate. 87.D
*De Mundo. 6.D
* Mundo nihil pulchrius aspicimus. 249.B
*Munditia cordis. 421.C
Munera. 114.B.C
* Munera quæ dantur iudicibus. 105.D
*Munera diuersa ad constructionem tabernaculi. 172 D
Munia. 174.D 289.A
†Munile, & monile. 24.D
Munimentum. 297.D
Munifex. 196.B
Munificus. 190.A
Municeps. 171.A
† Municeps, & municipalis. 23.C
Municipales. 174.D
Municipes. 174.C
Municipium. 289.A
Munitiones. 297.D
Munitus. 297.D
Munium. 289.D
Munus. 196.B
†Munus, & donum. 10.C. 23. D. 48.A 39.A
Murena, & murenula. 389.B. C 238.D
Mures, siue lacerti. 210.B
Murex. 238.D
Muria. 398.B
Murices. 304.B
Murrhina. 313.B
Murus. 289.D
†Murus, & vallum. 37.D
Mus. 230.A
Mus, id est, stercus. 326.D
Mus, id est, terra. 397.B
Musæ. 57.B 158.C
Musaraneus. 230.C
Musca. 248.D.A
*Muscæ Ægyptiæ. 159.D
Musculi. 210.C. 208.A 239.B
Musculus. 236.D 357.D
Musica. 43.C. 51.A †61. A
Musica, & eius inuentores. 57.B.C.D
Musicæ partes tres. 57. D
Musicæ diuisio triformis. 58. A.B.C
Musicæ Geometriæ, & Arithmeticæ differentia. 55. D
Musicam nescire turpe erat. 57.D
Musici numeri. 60.D
Musio. 229.B
Musino. 224.B
Mustella. 230.B. 232.A. 356. A 406.C
Mustellæ ruta armantur, cum dimicant cum serpente. 351.A
Mustiones. 248.B
Mustum. 397.B
*Mutabile quid non est. 1.B
*Mutabilitas. 12.A
*Mutabilitas animæ. 13.D
*Mutatio corporis. 13.D
* Mutatio loci conuersis valet. 40.A
*Muti in euangelio. 248.D
Mutus. 196.C
* Mutus & cæcus dæmonium habens. 249. D
Mutuum. 85.B
†Mutuum dare, & commodare. 13.A 43.C
Mycenæ ciuitas. 286.A
Mygdonia Bithynia appellata 267.C
Myoparo. 368.A
*Mysteria per ieiunium reuelantur. 63.A
* Mysteria occulta legis. 84. D
Mysterium. 115.A
Myricæ. 536.C
Myrmicites. 315.D
Myrmidon. 165.B
Myrmidones. 165.B
Μυρμίδονες. 210.D
Myrobalanum. 78.B
Myrrha. 340.B
Myrrha Troglodytica. 340.B
Myrrhites gemma. 310.D
Myrthei panni. 106.A
Myrtheus equus. 224.A
Myrtilus. 257.B
Myrtoum mare. 257.B
Myrtus. 336.C
Myrtus mulierum necessitatibus apta. 336.D

N

NAbathęa regio. 266.C
Nabathæi. 162.B
Nabò. 195.B
Nabuchôdonosor. 97.A. 31.B *76.C
† Nabuchodonosor Iudæam tributariam fecit. 100
*Nabuchodonosor typus Diaboli. 247.A
Nachor. 96.B. 163.B †95
†Næ & ne. 25.D
Næuij versus ex Tarentilla. 17.A
Næuius poeta. 87.A
Næuij locus. 280.C. 381.C 222.C
Nahum. 101.D. 134.B †148.B
Naiades. 158.C
Naid. 283.B
Naman Syrus. 246.A
Nani. 217.D
Napocaulis. 349.B
Napus. 349.B
Narbona. 286.D
Narcissus. 343.B
†Narcissus episcopus. 107
Nardus. 342.C
Nardus Syriaca, & Indica. 342.C
Nardus Pistica. 335.A
Nares. 19.A. 52.C 207.B
†Narrare, fari, & loqui. 39.C
Narratio. 34.C
†Narses Romanus. 111
†Nasci, & enasci. 25.D. 42.D
Nassa. 371.C
Nasturtium. 350.B
†Natalis Archiepiscopus Toletanus. 167
*Natalis Domini. 335.B
Nates. 209.D †53.C
†Nathan. 99. 133.C 149.A
Nathanael. 137.D
Nathinæi. 139.A
Natio. 161.D
†Natiuitatis Christi, & nostrę distinctio. 49.A
Natrix. 233.A
Natura. 204.A
Natura testis. 359.D
*Natura vnaquæque res suo pondere nititur. 7.B
*Natura bona damnatur propter voluntatem malam. 8.D
*Natura omnis, aut commutabilis, aut immutabilis. 8.D
*Natura sufficit, vbi adhuc liber affectus est. 57.D
*Naturalaudis amica. 90.A
Naturæ auctoritas. 50.B
* Naturam bonam, & malam putant hæretici. 8.A
Naturalis philosophia. 143.A
Naturales filij. 177.D
†Natus, & gnatus. 40.B
Naualia. 281.B
Naucleros. 367.B
Nauis. 367.C
Naues, ædificia, & vestes. 367.A
Naues actuariæ. 368.B
Naues carpasiæ. 276.D
Naues caudiariæ. 84.C
Naues Liburnæ. 367.A
Naues longæ. 367 B
Naues rostratæ. 367.B
Naues trabariæ, & littorariæ. 368.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nauicularius. 378.B
†Nauita,& nauta. 25.D
Nahum liber quid contineat. 319.C
† Nauta,& gubernator. 18.B
Nauta, & nauita. 367.B
† 25.D
Nautis cignus bonũ signum. 242.C
Naxos insula. 276.A
Nazaræus. 198.A
Nazaræus, siue Nazoræus Christus. 123.C
* Nazaræis iubetur, vt omne, quod inebriare potest, non bibant. 187.C
Nazaræi hæretici. 143.D
†Ne,& næ. 25.D
Neapolis ciuitas. 286.B
Neapolis ciuitas Samaritanorum. 284.A
†Nebridius. 126.D
Nebula. 253.D
Nebulæ ima petunt, cum serenitas est: summa, cum nubilum. 253.D
† Necessitas, & necessitudo. 25.A 43.C
*Necessitas peccandi. 47.D
Necis genera. 89.B
Necromantia,& Necromãtij. 151.D
Nefandum. 198.A
† Nefandum, & nefarium, & profanum. 27.C 40.D
Nefarius. 198.A
†Nefasti dies,& fasti. 16.A
Nefrendes. 194.A
†Negare,& abnegare. 25.B
Negatio. 40.A
Negligens. 198.B
Negotiatio. 359.A
Negotium. 359.A
Nehemias. 134.C
†Nehemias Ierosolymorũ muros restituit. 102
Nemo. 197.C
†Nemo & nullus. 25.B 38.D
Nemrod gigas. 265.D †94
Nemrod primus tyrannus. 129.C
Nemrod post diluuium primus Babyloniam condidit. 283.C
* Nemrod quid significet. 128.A 239.D
Nemus. 332.A
†Nemus,& sylua. 3.D
Neomenia. 112.D † 58.D
Neophytus. 140.A
Nepa. 198.A
Nepeta. 346.A
Nephritis. 75.D
Nephthalim. 132.D †142
* Nephthalim quid figuret. 153.C 241.D
Nepos. 178.C. 180.A. 198.B
Nepos filij, aut filiæ. 180.B
Nepos sororis. 180.B
Nepos vtriusque sexus est. 178.C
Nepotatio. 198.C
†Nepotianus Sueuorũ Dux. 158.C
Neptis. 178.C 180.A
Neptis filij, aut filiæ. 180.B
Neptis sororis. 180.B
Neptunus. 85.A. 155.B. 252.A
Nequam. 197.D
Nequaquam. 197.D
† Nequicquam, & nequaquã. 44.B
*Nequid nimis. 64.B
Nereides. 97.B 158.C
†Nero Imperator. 105
Nero Imperator pugnas gladiatorum in smaragdo spectabat. 309.B
Nerua Imperator. 97.B † 106
Nerui. 209.A Neruus. 88.B
†Nescire, & ignorare. 39.D
*Nescire interdum conuenit. 34.C
* Nescire, & noluisse scire. 45.D
*Nescire minor pœna est, quãea, quæ noueris, non adimplere. 80.A
Nestorius. 108.A
Nestorius hæresiarcha. 98.A 146.B † 110
Nestoriani hæretici. 146.B
Netum. 387.D
Neuter. 197.D
Neutralia verba. 9.D
†Neutrum,& neutrale. 25.A
Nicænum Concilium. 98.B 108.C † 108
Nicolai dactyli. 333.A
Nicolaitæ hæretici. 143.B
Nicolaus diaconus. 143.B
Nicomachus Arithmeticam disposuit. 51.A
Nicomedia vrbs. 267.C 285.B
Nicopolis. 286.C
Niger. 198.C
Nigidij locus. 87.A. 208.A 394.A
†Nigrare,& migrare. 25.A
Nihili. 197.C
†Nihil,& nihili. 25.B
Nilus. 60.B. 160.B 266.D
Nimbata fœmina. 389.B
Nimbus. 253.A 389.A
† Nimbus, imber, & pluuia. 39.A
Ninus primus bella intulit. 352.A †95
Nisus mons. 155.A
Nisus,& nixus. 40.D
Nitrum. 303.D
Nix. 253.B
Nix quomodo fiat. 251.D † 85.D
† Nix homines increduli sunt 85.B
Nites Ponticæ. 333.B
†Nixus,& nisus. 40.D 43.B
Nobilis. 197.C
†Nobilis,& nobilis. 25.A
†Nobilis,& generosus. 38.B
†Noctu,& nocte. 39.C
Noctua. 244.A
Nodus. 172.B
Nodum in scirpo quærere. 346.C
Noe. 95.D. 129.A. †93. 140.A *123.C
Noe primus vites plantauit. 329.A
†Noe filij tres, ex quibus septuaginta duæ gentes ortæ. 93
*Noe inebriatus. 126.C
*Noe duobus filijs benedixit. 127.C
*Noe figura Domini. 239.D
*Noema filia Lamech. 122.D
Noemi. 130.B
Noetus hæresiarcha, & Noetiani. 145.B
Nolo per vnum l. nolle per duo ll. 18.A
Nomen. 6.A.D 46.A
†Nomen, prænomen, cognomen, & agnomen. 25.C
Nomen pecoribus prius inditum, quàm piscibus. 236.C
Nomina litterarũ exsono vocis. 4.B
Nomina propria. 6.A
Nomina appellatiua, & eorũ species. 6.B
Nomina tota Græca. 6.C
Nomina tota Latina. 6.C
Nomina media. 6.C
Nomina notha. 6.C
Nomina ad aliquid aliqualiter se habentia. 7.A
Nomina secundum naturam imposita. 20.D
Nomina Hebraica cur aliter, atq; aliter interpretantur. 128.A
Nominafixa, & mobilia. 225.A

Nomi-

Nomina herbarum pro locis mutantur. 342.B
†Nomina,& numina. 25.A
Nominum genera. 7.D
Nominatiuus. 7.B
Nomisma. 318.A.B 322.C
Nomisma Græcum. 325.C
Nonæ. 93.A † 66.B
†Nonnitus Episcopus Giundensis. 135
Noo vrbs. 285.D
Noricus ager. 269.B
Norma. 377.A
Νοσοκομεῖον. 292.C
Nosse,& scire. 32.B
Nota. 14.C
Notæ. 16.C
Notæ versibus apponuntur numero viginti sex. 14.C
Notæ sententiarum. 14.C
Notæ iuridicæ 16.A
Notæ vulgares. 16.B
Notæ militares. 16 C
Notæ digitorum, & oculorũ. 17.B
Notæ litterarum. 17.B
Notas iuris nouitij Imperatores à codicibus legũ abolendas sanxerunt. 16.B
Notatio. 20.C
Notio. 47.D
Nothus. 178 D
†Notus,& nothus. 25.A
Notus, id est, peritus. 52.A
Notus ventus. 254.B † 86.A
Nouacula. 404.D
Noualia,& noualis ager. 299.C
Nouatianus hæresiarcha, & Nouatiani. 144.C
†Nouatus episcopus. 107
Nouati hæresis. 98.A
Nouem. 52.B
Nouember. 93.A 66.A
Nouissimus. 177.B
Nouissimus Christus. 122.D
†Nouum, & recens. 30.D
Nouum testamentum. 99.A
Nox. 90.A. 91.C. †64.D 83.C
Nox peruigil. 110.C
†Nox intempesta. 65.A
†Nox aduersitatem, & ignorantiæ cæcitatem significat 64.A
† Nox duobus modis in scripturis accipitur. 64.D
†Noctis partes septem. 64.D
†Noxa,& noxia. 43.C
*Nubentes. 350.A
†Nubere, enubere, & denubere. 43.B
Nubendi mos. 183.D
Nubes. 252.A
*Nubes præcedens populum. 161.D
† Nubes quomodo fiant. 84 D
† Nubes sancti prædicatores intelliguntur. 85.A
†Nubes Apostolos, & doctores significant. 85 C
†Nubes ex aquis, & terræ vaporibus. 85.C
Nubila qui fiant. 251.D
Nubila prius deinde ignes. 252.B
Nubiles. 197.C
Nucales. 333.A
Nucicla. 335.B
Nuclei. 335.A
†Nudus,& nudatus. 25.B
Nugas. 198.B
Nugigerulus. 198 B
Nullus. 197.C
†Nullus,& nemo. 25.B. 38.D
†Num,& nunc. 25.D
Numa Pompilius. 79.B
†Numa Pompilius annum in duodecim menses distinxit 66.B 100
†Numa Pompilius Pontifices & virgines Vestales instituit. 100
†Numerianus Imperator. 105
Numerarij. 174.C
Numerus. 7.A 51.B
† Numerus, & multitudo. 23.C
Numerus per se, aut ad aliquid. 53.C.D
Numerum tolle rebus, & pereunt. 52.A
Numeri necessitas. 324.C
Numeri in sacris scripturis. 52.A
Numeri tres diuisiones. 52.C 53.C 54.D
Numeri quid præstent. 52.D
Numeri infiniti. 55.C
Numeri musici. 60.D
Numeri vigesimi secũdi laus. 324 C
Numerorum liber. 100. C *185.A
*Numerorum liber quid contineat. 312.C
Numidia. 277.B
Numidæ. 167.C
Numidicum marmor. 308 D
†Numina,& nomina. 25.A
*Numisma. 96. B 286. D
Numitor. 318.A
Nummi. 318.A
†Nummi argentei primũ Romæ cuduntur. 103
Nummus æreus à Saturno inuentus. 317.B
Nuncupare. 83 B
Nuncupatio. 83.B
†Nuntiare, renũtiare, denuntiare, & annuntiare. 2.B 42.A
Nuntius, & nuntium. 198. A.D
Nuptæ. 183 C. 252.A. †85.A
Nuptæ limen non tangebãt. 184.D
Nuptiæ. 183 C
*Nuptiæ,& virginitas. 356.A
* Nuptiæ peccatum non sunt. 356 D
*Nuptiæ secundæ. 359.B
Nuptiarum ritus antiqui. 84.B
†Nutrire,& nutricare. 40.D
Nutritor. 198.A
Nux. 334 D
Nux Ioui sacra. ibid.
Nux generale nomen. 335. A
Nux nocet omnibus, quæ sub ea seruntur. 335.A
Nux longa. 355.A
Nucis vis. 335.A
Nyctages hæretici. 146 A
Nyctalmus. 75.D
Nycticorax. 244 B
Nympha. 183.B
†Nympha,& lympha. 22.A
Nymphæ. 158.C
Nysa ciuitas 155.A 285.B
Nysa Parnasi iugum. 280.B

O

OBaudiens. 198.A
* Obduratio contra misericordiam dicit. 419.B
Obelus. 14.D
Obelus supernè adpunctus. ibidem.
Obeliscus. 361.C
†Obesse,& officere. 26.B
†Obesum,& crassum. 7.D
† Obiurgare, corripere, & castigare. 7.C
Oblaqueare vites. 330.D
Oblatio. 114.B
* Oblatio pro sacerdotis delicto. 183.B
*Oblationum quattuor genera principalia. 177.B
Oblectator. 198.B
†Oblitus,& oblitus. 26.B
*Obliuio. 14.D
Obliuiscens Deus. 121.B
Obloqui, alloqui, & eloqui. 2.B 45.D
Obnixus. 198 B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obnixus, adnixus, innixus, & subnixus. 2.B
Obnoxius. 198.B
Obnubere. 183.C
Obolus. 322.B
Oboli duo, tres, quattuor, quinque, & sex. 325.C
Oboth. 194.A
† Obprobrare, & exprobrare. 41.A
Obryzum. 317.A
Obscænus. 198.B.D
Obscurè natus. 194.A
*Obscurum conferendo clarescit. 84.D
†Obsequi, & famulari. 15.A
† Obseruatio, & obseruantia. 26.A
Obsidianus lapis. 317.B
Obsidius lapis. 306.C
Obsitus. 198.B
*Obstinatio stulti admoniti. 93.D
Obstringillare. 198.C
Obstringilli. 392.B
*Obtergere. 85.B
†Obtestor, testor, & contestor. 35.A
†Obticescere, & conticescere. 45.D
†Obtingit, contingit, euenit, & accidit. 7.C
Obtrectator. 198.C
Obtunsus. 198.B
†Obturatum, & clausum. 43.C
Occare. 327.A
Occatio. ibid.
†Occasio, & opportunitas. 26.A
Occidens. 63.A 249.C
Occidentis gentes verba dentibus frangunt. 161.B
†Occidere, & occidere. 26.D
Occipitium. 206.A
Occulere. 89.B †1.A
Oceanus. 256.C
Oceanus à proximis regionibus diuersa vocabula sumpsit. 256.D
† Oceanus cur in se reciprocis æstibus reuertatur. 88.C
Ochozias. 96.C. 131.A †100
Ochra. 376.C
Ochus fluuius. 267.A
Ocreæ. 392.A
Octauianus Cæsar, siue Octauius Augustus. 97.A †105
Octauianus Cæsar indecoras adulationes represit. 170 B
Octo. 52.A
Octo genera pœnarum. 87. D
October. 93.A †66.A
Oculi. 206.D † 51.D
Oculi arborum. 332.C
† Oculi prima tela libidinis compescendi. 379
* Oculi duo in facie quid significent. 86.A
*Oculorum lumina. 206.D
* Oculorum sensus cæteris præcellit. 14.A
Oculum pro oculo. 88.A
Oculum coruus primũ petit in cadauere. 244.C
Oculus Dei nomen. 121.A
*Oculus cætera videt, se non videt. 114.B
*Oculus non potest alta conspicere quem puluis claudit. 60.B
*Oculus dexter scandalizans. 86.A
Ocymum. 350.B
Ode. 13.D
Odibilis. 198.B
Odiosus sum. 191.D
*Odium. 92.D
*Odium contra dilectionem. 415.B
*Odollamites pastor.
Odor. 78.A 340.D
Odores. 78.A
Odoratus. 205.C †54.A
†Odorum, odorabile, & odoriferum. 26.A
† Odouacrus Ostrogotthorũ rex. 159.D
Oea ciuitas. 173.A
*Oeconomus ecclesiæ. 392.D
Oenomaus. 257.B
Oenomelum. 397.B
Oenophorus. 400.A
Oestrus. 248.B
Offa, & offella. 395.D
Offarij coqui. 395.D
Offatim. 395.D
†Offerre, & inferre. 26.B
Offertorium. 114.B
*Offertoria quæ in sacrificio canuntur. 329.C
†Officere, & inficere. 20.D 26.C 40.C
†Officere, & obesse. 26.B
Officium. 113.B
*Officium pastorale qui refugiunt idonei. 93.C
Officia ecclesiastica. 99.A
* De officijs ecclesiasticis. 324.A
* Officia tertiæ, sextæ, & nonæ. 332.D
Officiorum genera. 113.A
*Officiorum ecclesiasticorum origo. 324.A
* Officiorum ecclesiasticorũ ordines. 391.C.&c.
*Og rex Basan, & in eum bellum. 194.B
Ogygius. 276.B
Ola. 208.A
Oldas. 135.A †100
Olea. 337.D
†Olea, & oliua, & oliuetum. 26.D 40.D
Oleaster. 337.C
Oleastri lacryma. 337.C
Oleoselinon. 351.A
Olera. 349.C
Olera odorata. 350.D
Olere, & redolere. 26.C
Oleum. 78.C 337.D
†Oleum, & oliueta. 40.D
Oleum commune. 337.B
Oleum Hispanum. 337.B
Oleum viride. 337.B
*Oleum, & ignis superiora appetunt. 7.B
* Oleum in vasis non habere. 59.C
* Oleum, & candelabrũ iuxta arcam testamenti. 171. B
* Oleum in sacrificium offertur. 177.B
Olfacere scire. 7.B. 194.C †19.A
Olfactoriola. 389.D
Olisatrum. 350.B
Oliua. 337.C
Oliua pacis insigne. 337.D
†Oliua, oliuetum, & olea. 26.D
Oliuam Minerua inuenit. 379.C
Olla. 401.A
†Olla, & vlla. 37.D
*Ollæ Ægyptiæ. 188.D
†Ologitis ciuitas. 162.B
Ὁλολύζειν. 245.D
Olor auis.
Oloserica vestis. 381.A
Olus. 349.D
Olus molle. 350.B
Olympias. 94.B †68.A
Olympias à Græcis instituitur 96.D † 100
†Olympium certamen. 68.A 97
Olympus mõs. 270.A. 280.A †84.C
†Olympus Arrianus. 111
†Olysippo ciuitas. 165.A
Omentum. 211.A
† Omne, & totum. 26.A 45.A

*Omnes

†Omnes, cuncti, & vniuersi. 7. B. 40.C
Omnia ex atomis oriri philosophi putauerunt. 249.C
Omnia ex aqua creantur. 253.B
*Omnia subijciuntur nobis, si nos Deo subijcimur. 9.A
*Omnia sub cælo propter hominem facta. 11.D
Omnimorbia. 345.C
Omnipotens Dei nomen. 120.A
Omnipotentia diuina. 2.C
Omousios Christus. 122.C
Ὀμφάκιον. 337.B
Ὀμφακίτης. 336.C
Omri. 131.A
Onager. 223.C
*Onager contemnit ciuitatẽ. 87.A
Onan filius Iudæ. 145.D
† Oneratus, & onustus. 18. C
Onocentaurus. 219.B
Onocrotalus. 243.B
Onomatopœia. 25.A
Onus. 18.A
† Onus, & honos. 18.C
Onyx Indica, & Arabica. 311. B
Opaca loca. 281.B
† Opacum, & apricum. 3.C
Opalus. 313.A
† Opera, & opus. 26.A
* Opera nostra. 90.D
*Opera Dei sex dierum. 113. A. 114.D
* Operari bonũ tantum in hac vita licet. 110.C
Operaria. 294.D
*Operarij diuersis horis conducti. 250.B
† Operatio, & opus. 26.A
* Operatio oratione fulcienda. 76.D
† Operire, adoperire, & inoperire. 43.C
Ophaz. 317.A
*Ὄφις. 143.D. 165.D
Ophitæ hæretici. 143.D
Ophites marmor. 308.D
Ophni. 130.C
Opifex. 198.C
Opilio. 198.C
Opinatio. 42.D
† Opinari, & putare. 45.B
Opis. 156.C. 194.D
Opisphora. 370.B
Opitulari. 394.C
Opium. 343.D
Opobalsamum. 341.A
Opopanace. 343.B
Opozema. 398.B
Oppidorum origo. 283.B. 289.D
Oppidum. 289.C
Oppidum præcisè, Pallatinum intelligitur, aut Roma quadrata. 176.C
† Oppidum, vrbs, & ciuitas. 56.B
Opposita, & eorum genera. 50.A
*Oppressores pauperũ. 106.A
* Opprobria quomodo ferenda. 51.D
Ops. 264.B
Optare. 171.C
† Optare, velle, & cupere. 36. A
Optiones milites. 171.C
Opulentia. 394.C
† Opus, opera, & operatio. 26. A
† Opus, & fides. 59.A
* Opus, non consilium mutari apud Deum. 1.C
*Opus suum vnusquisque probet. 52.C
Opuscularum genera. 104.D
Optimus. 187.A
Ora. 18.A. 90.A
Oræ vestium. 384.C
Oracula. 293.A
† Oracula, & delubra. 26.C
Orare. 116.C. 198.A
† Orare, & precari. 39.D
Orare, & exorare. 116.C. † 26.B
*Orare quomodo debeamus. 75.B.D. 76.B.C
* Orare corde, & voce. 77.B
*Orare melius est, quàm legere. 79.C
* Orantes cum Deo loquimur. 99.C
Oratio. 6.A. 46.A. 116.B
Orationis partes. 6.C. 34.B
Oratio figuris augetur, & ornatur. 39.C
Oratio cũ ieiunio, & eleemosyna. 116.B
* Oratio Dominica. 26.D. 330.D
* Oratio suadetur. 379.C
* Oratio, & ieiunium. 63.A.B
*Oratio Iudæi, & hæretici. 76. B
*De Oratione, & eius effectibus, & quomodo facienda sit. 75.76.77.
* Orationes missæ. 330.B
* Orationis effectus. 79.C
Orator. 32.C. 198.A
† Orator, & legatus. 40.A
Oratorium. 293.A
Orbi. 215.B
Orbiculus. 264.B
Orbis. 174.A. 236.D. 264.B. 292.A
Orbis diuisio. 264.B. 300.D
Orbis quarta pars. 273.C
Orbita. 301.C
Orbus. 198.C
† Orbus, & cæcus. 26.D
Orca. 155.D. 313.D. 400.C
Orchades insulæ. 275.A
Orchades oliuæ. 337.D
Orchestra. 363.C. 364.A
Orchus. 344.A
Orcibeta. 346.B
Orcus. 155.D
*Ordines in iudicio quattuor. 31.C
*Ordines ecclesiastici. 349.A
*Ordo damnationis in futuro supplicio. 32.D
Ordiri. 388.A
† Ore bene loqui.
Oreades. 158.C
* Oreb petra. 186.D
Orestes. 270.A
Organum. 59.A
Orgiæ. 115.B
Oriẽs Christus dicitur. 122.C
Oriens. 62.A. 63.A. 249.B
Oriẽtis gentes in gutture verba collidunt. 161.A
Origenes. 97.D. 103. 104.B. † 107.
Origeniani hæretici. 145.A
Orion. 66.D. 67.D. † 81.D
Ornamenta. 388.D
Ornamenta capitis fœminarum. 389.A
Orontes fluuius. 161.C
Orphanus. 215.B
Orpheus. 60.C
Orpheus à Mercurio lyram accepit. 60.C. † 97.
Orthodoxus. 140.A. 198.A
Orthogonius triãgulus. 56.D
Orthographia. 17.C
† Ortus, & hortus. 26.A
Ortus deterioris parentis partem sumit. 177.D
Ortygia insula Delos. 276.C
Oryganum. 345.C
Os. 18.A. 207.C. † 52.C
† Os, & hos. 18.B
Os Dei. 122.A. *4.A
*Os Diaboli. 71.A
Oscedo. 75.D
Oscilla. 208.B. 405.B
Oscines. 246.A
† Osculum, & pax. 25.D
Oseas propheta. 101.D. 134. A. † 100. 147.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oseas Christi figura. 246.A
Oseæ liber. 318.C
Oseæ locus. 36.C. 70.A
Osianna. 114.A
Osiris. 326.B
† Osius Episcopus Cordubésis. 120.B
Osor. 198.A
Ossa. 209.B
Ossæ calciaméti genus. 392.B
Ossidius Geta. 29.D
Ossifragus. 245.B
Ostenta. 217.B
† Ostentum, & portentum. 28.D
† Ostentum prodigium, & móstrum. 45.C
Ostia. 281.D
Ostia vrbs. 286.A
Ostiarij. 139 D
* Ostiariorum ordo, & officium. 391.C
Ostium. 295.A 387 D
Ostium Christus. 123.C
† Ostium, & aditus. 2.D
† Ostium, & ianua. 20.C
Ostracites. 306.D. 315.C
Ostracus. 296.B. 374.B
Ostrea. 239.B. 236.D
Ostrum. 387.B
† Ostrum, & Austrum. 3.B
Ὀστέον definitio. 48.B
Othoniel. 96. D. 130. D. † 97.
* Otium spirituale. 80.C
* Otium vitandum. 379.C
Oua. 246.B
Oua Castori, & Polluci dicata. 361.A
Oua struthio non fouet. 242. D
Ouorum vis, & genera. 246. C
Ouidij locus. 24.C. 40.A.B. 51. D. 204.A. 216.C. 219. B. 220.B. 233.B. 234.C. 244.A. 261.B. 327.D. 336. C. 358.B. † 44.B
Oues Iacob. 224.D
Ouis. 221.B
Ouis Christus. 123.A
* Ouis pro asini primogenito iussa offerri. 44.B
* Ouium primogenita non tódenda. 198.B
Oxea. 71.D
Oxi. 357.D
Oxymeli. 397.B
Oxybaphon. 325.B
Oza ciuitas. 284.D
Ozias rex. 96.D. 131. B. * 246.B

P.

PAchynus. 76.D. 279.D
Pactolus fluuius. 261.A. 268.A
Pactum. 83.D
Pacuuij locus. 15.C. 160.D. † 3.A
Padus fluuius. 261.C
Pæantis lapis. 270.A
Pænula. 384.A
Pæon Medicus. 344.C
Pæonia herba. 344.C
Pæones. 11.B
Pagani. 152.D
* Paganus, & hæreticus. 18.B
Paginæ. 107.C
Pago pepigi. 83.D
Pagrus. 237.B
Pagus. 289.A
Pala. 209.A. 405.B
Palæmon Grammaticus. 33.A
Palæstina. 262.A
Palæstini. 161.A
Palæstra. 360.A
† Palam, & coram. 7.E. 38.D
Palatium. 292 B
Palatum. 207.A
Palea. 299.A. 328.B
Palearia. 222.C
Pales. 299.A. 328.B
Paliurus. 345.A
Palla. 385.A
Pallanteum oppidum. 292 B
Pallas. 157.A
Pallas gigas. 157.A. 360. B. 385. A
Pallene insula. 157.A
Pallia virorum. 383.D
Pallia fœminarum. 384.D
Pallium. 383.D
Palma. 208.D. 329.D. 333.C. † 52.B
Palma aurea. 353.B
† Palma, & palmus. 43.D
† Palmę septuaginta in deserto. 162.C. 186.C
Palmarum dies. 113.A. 335.D
Palmes. 329.C
Palmula. 333.A 369.D
Palpebræ. 206.B. † 52.A
Paludamentum. 383.C
Paludes. 299.A
Palumbes. 285.C
Pamphagi. 167.C
Pamphylia. 268.B
Pamphilus martyr. 104.D
† Pampilona ciuitas capta. 158.D
Pampinus. 329.D
† Pampineum, & pampinosum. 28.D
Pan Deus pastoralis. 59. D. 157.C. Fistulæ inuentor. 59.C
Panace. 343.B
Panchrus. 313.D
Pandura. 59.D
Panegyricum. 105.B
Pannonia. 207.C. 269.B
Pannutia vestis. 381.A
Panotij. 218.B
Panicium. 327.D
Panis. 19 D. 394.C
Panis azymus. 394.C. * 185.B 397.C
Panis Christus. 123.C
Panis cibarius. 394.C
Panis clibanitius. 394.D
* Panis desiderij. 61.D
Panis fermentatus. 394.C
Panis focatius. 394.D
Panis rubidus. 394.D
Panis siligineus. 394.C
Panis subcineritius. 394.D
* Panem quomodo continentes edunt. 63 B
* Panes alienigenæ non offerebantur in sacrificio. 184.B
Panitæ. 158.B
Panther. 227.B
Pantheræ matris vterum laniant. 227.C
Panulæ. 388.A
Panuliæ. 388.A
Papates. 386.C
Papauer. 343.C
Paphiæ oliuæ. 337.D
Paphos ciuitas. 275.B. 286.B
Paphlagones. 162.D
Papiliones. 248.D. 297.D
Papillæ. 208.B
† Papillæ, & vbera. 23.D. 52. C
† Papinij locus. 83 D
Papius consul. 81.D
Papula. 76.A
Papyrus. 346.B
Papyrus bibula. 106.B
Par numerus 52.C
Parabola. 27.A. 105.A
Parabolæ Salomonis. 100.D
Paracletis. 16.B. 124 B
Paracletus Spiritus sanctus. 123.A. 124.B * 16.B
Paracletus Christus. 123. A
Paradiastole. 39 D
Paradigma. 27.A
Paradisus. 265.A. * 116.B
† Paradisus duplex terrenus, & cælestis. 50.A
Paradoxon. 40.C
Paragoge. 22 D
Paragraphus. 15.A
Paralipomenon. 100.B
* Paralipomenon liber. 313.C

Paralysis. 74.A
* Paralyticus iacens in lecto
Paranympha. 183.B
Parapsis. 399.B
Parare. 368.A
Parasanga. 301.B
* Parasceue. 336.B
Parastatæ. 369.A
Parathesis. 41.A
Parcæ tres. 158.A
Pardus 227.C
Pareantus Iasonis nepos. 276.B
Parentes 177.C. * 89.A
Parenthesis. 25.D
† Parere, & apparere. 2.D. 45. B
Parias serpens. 233 B
Paries. 296.C
Parietes crustati. 373.A
Parietum fabricæ. 372.B
Parietum instrumenta. 377 A
Parietinæ. 296.C
Pariter par numerus 52.D
Pariter impar numerus. 52.D
Parium marmor. 308.B
Parma. 358.B
Parnassus mons. 270.D. 280. B
Parœmia. 26.B
Paromeon. 23 D
Paronomasia. 23 D
Paropanisus. 267.A
Paros insula, & oppidum. 276. C
Parotides. 75.C
Parracida. 200.B
Parrhesia. 40.D
† Parricida, & paricida. 29.A
Parricidarum supplicium. 89. C
Parricidium 87.A. 200.B
* Parsimonia contra ventris ingluiem. 420.A
† Partem, & partim. 29.D
Partes. 353.D
Partes orationis. 6.C
Partes Rhetoricę. 32.C. 34.B
Parthenij populi. 165.D. 286. C
Parthenopea ciuitas. 286.B
Parthia. 265.D.A
Parthi. 163.D. 265.A
Participialia nomina. 7 C
Participium. 6.C. 9.D
† Partum, & partum. 15.A
† Parturire, & generare. 18.B
* Partuum immúditia in lege. 179.A
† Paruuli, & si non habent peccatum, inest tamen illis originaliter. 50.C
Pascha. 110.B. 112.A. * 337.C
Pascha cur à Christianis celebratur. 110.B.C
Pascha cur tertiæ hebdomadæ die celebretur. 110.D
Pascha quando antiquitus celebrabatur. 110.B
* Pascha in occisione agni. 160. B
* Pascha iussi sunt secundo mése facere, qui longiùs habitabant, & immundi. 187.B
* Paschæ sanctus dies. 337.B
Paschalis festiuitatis varia obseruantia. 111 B
Paschalis cyclus. 109.D
† Paschasius Episcopus Siciliensis. 124.C
Pasiphae. 18.B
Passeres. 245.C
† Passio, & propassio. 27.A
Passio Christi tres habet rationes. 336.C
Passiones acutæ. 70.B
Passiua verba. 9 D
Passum. 397.C
Passus. 300.A
Pastinaca. 349.A
Pastinum. 405.A
* Pastor bonus, & prauus. 99. D
Pastor Christus. 123.C
* Pastores elati. 97.C
* Pastores boni. 100.A
* Pastores porcorum fugientes. 249.A
Patella. 401.B
† Patens, & patulum. 27.C
Patera. 399.B
Pater. 177.B. 180.A
† Pater, & genitor. 18.A
Pater magnus. 180.B
Paterfamilias. 177.C
* Paterfamilias proferens de thesauro suo noua, & vetera. 240.B
* Paterfamilias, qui operarios ad vineam conducit. 250.B
* Pater monasterij. 353.C. 393.B
Patres senatores. 174.D
Patres conscripti. 174 D
† Patris, & Filij, & Spiritus sancti distinctio. 48 C
Patris pater. 180.A
Patris frater. 180 A
Patris soror. 180 B
Patris auus. 180 A
Patris proauus. 180.A
Patris atauus. 180.B
Patris abauus. 180.A
Paternitas. 179 A
Paternus hæresiarcha, & Paterniani. 145 D

Pati. 355.B
† Pati, & experiri. 45.D
Pati prædicamentum. 45.C
Patibulum. 89.A
Patiens. 198.D
* Patiens mala. 68.C. 69.A
* Patientia. 51.C
† Patientia, & tolerantia. 27. B
* Patientia iusti. 68.D
* Patientia suadetur. 381.D
* Patientia contra iram. 416. A
Patina. 399.B
Patratio. 177.B
Patria. 274 A
Patriæ nomina. 7.C
Patriarcha. 132. D. 138. B. & C
Patriarchæ. 132.D
* Patrimonium grande. 108. B
* Patrimonium retentum, & erogatum. 109.D
Patritij. 171.B
Patritij calcei. 392.D
Patritius hæreticus; & Patritiani. 145.D
† Patrium, & paternum. 28.B 40.B
Patronus. 199.B
Patronymica nomina 7.B
Patruelis. 179. B
Patrunus Archiepiscopus Toletanus. 167
Patrunus. 179.C. 180.B
Patrui pater. 180.B
Patrui auus. 180.B
Patrui proauus. 180.B
† Patulum, & patens. 27.C. 41.A
Paui. 236.C
Pauidus. 200.C
† Pauidus, & pauens 35.D
Pauimentum. 200.C. 296.B. 337.A
Pauire. 198.D. 200 C. 296.B 337.A. 374.B
Pauirensis. 381.C
† Paulatus Archiepiscopus Toletanus. 167
Paulinus Episcopus Nolanus. 123.C
Paulus Apostolus vbi natus. 285.A
Paulus Apostolus. 136. C. * 71 A. † 151.B
Paulus, & Petrus necantur. 97 B
Paulus vinum modicum prodesse dicit. 76 A
† Paulus gladio cæditur 105
† Paulus ad tertium cælum raptus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

raptus. 74.B
*Paulus, & periculis se vltro dedit, & sapienter se periculo abstulit. 28.D
*Paulus patrem Publij, & Timotheum sanat. 29.D
*Paulus contra se diuidit, quos in necem eius conspirare conspexit. 93.C
*Paulus, Timotheo præcipit cum omni imperio docere. 96. A
*Paulus ad Corinthios loquēs à laudibus inchoat. 98 D
* Paulus omnibus omnia factus. 100.D
Pauli exemplum. 101.C
Pauli epistolæ. 102.C. *322. B
* Pauli in oculis squamæ. 68. C
* Pauli typus, Beniamin. 149. A
Pauli responsa. 81.C
Pauli Apostoli locus. 76. A. 83.B. 139. D. 142.A. 123. D. 161. D. A. 179. D. 184. A 208.C. 245. A. 372. C. 398. C. † 12. A. 57. D. 58. A. 70. B. *3. A. B 9. D. 10. B. 18. A. 29. D. 35. D. 39. C. 47. D. 47. A. 59. D. C. 61. A. 64. A. 71. B. C. 77. B. 83. A. 98. B. D. 110. C
Paulus Samosathenus hæresiarcha. 144. A. † 108.
Pauliani hæretici. 144. A
Pauo. 242. B. 244. A
Pauor. 296. B. 374. B
† Pauor, timor, formido, & metus. 13. D. 40. C
* Pauper superbus. 108. D
* Pauperes à potentibus excluduntur. 16. B
* Pauperes grauius lacerantur à prauis iudicibus quam à cruētissimis hostibus. 104. B
† Pauperes, & paupertas. 28. D. 41. A
† Paupertas, & egestas. 12. B
Pausia oliua. 337. A
Pausanias. 285. C
Pax. 353. A
† Pax, & fœdus. 15. B
† Pax, & osculum. 25. D
* Pax suadetur. 383. A
† Paxillus. 52. A
* Paxillus egredientis ad requisita. 203. B
*Peccare ad mortem pertinet. 43. D
* Non peccare amore Dei, & timore supplicij. 47. A
*Peccare manifestè. 47. C
*Peccare frequenter. 48. A
* Peccare nequissimum, peccá di consuetudo peius. 48. D
*Peccare ignoranter, & scienter. 45. C
*Peccare quid. 72. A
* Peccandi necessitas. 47. D
*Peccandi consuetudo, & mora. 48. B
*Peccandi caussa duplex. 49. B
* Peccans omnis superbus. 56. B
Peccator. 200. C
† Peccator, & immundus. 27. C
† Peccator, & impius. 19. B
* Peccator, & impius pœnitentia veniam consequetur. 42. A
* Peccator duplicem fletum habere debet. 42. D
*Peccator non debet murmurare in flagellis Dei. 68. C
*Peccator tanto maior, quanto honore excellior. 103 D
*Peccatoribus quid vtile est. 71. B
Peccatum. 87. C
† Peccatum, & delictum. 41. B
† Peccatū, & iniquitas. 19. C
*De Peccato. 45. D. &c.
* Peccatum infirmitatis ignorantiæ, & induſtrię. 45. A. C
* Peccatum quattuor modis committitur in corde, & totidem opere. 45. A
*Peccatum, aut vi cupiditatis, aut timoris. 45. D
*Peccatum tanto maius, quanto maior qui peccat. 46. C
* Peccatum vnum, alterius causſa. 46. C. D
*Peccatum, peccati pœna. 46. D
* Peccatum abscondere. 47. A. D
*Peccatum facere, & diligere. 47. C
*Peccatum perpetrare, & prędicare. 47. D
* Peccatum voluntate fit. 48. A
*Peccatum cauere melius, quā emendare. 48. B
* Peccatum, antequam admittatur, grauius pertimescitur. 48. B
*Peccatum admittere, cadere est in puteum: consuetudo peccandi, os putei coangustare est. 48. C
* Peccatum quibus rebus coalescit. 48. C
*Peccatum, quando regnat. 58. D
*Peccatum per pœnitentiam sanatur. 59. D
* Peccatum quid sit, & quid non. 74. D
*Peccatum non est sine arrogantia facta sua pronuntiare. 93. B
*Peccatum originale per baptismum dimittitur. 101. D
* Peccatum pœnam similem habet. 103. B
*Peccatum primorum hominum. 118. B
* Peccatum, aut facto, aut verbo, aut cogitatione. 168. B
* Peccati recordatio quanta debet esse seruo Dei. 49. A
* Peccati amor. 47. A
* Peccati iteratio. 48. B
*Peccati recordatio. 48. D
* De Peccato in peccatum corruitur. 46. C
* Peccati merito prospera in aduersum mutantur. 9. A
* Peccata sub veteri testamēto minoris culpæ erant. 26. D
* Peccata ante conuersionē. 39. D
*Peccata leuiora. 46. A
* Peccata grauiora. 46. B
* Peccata quædam videntur, quæ si bono animo fiant, nō sunt. 46. B
* Peccata non solum grauia, sed etiam leuia cauenda. 46. C
* Peccata multa leuia vnum grande efficiunt. 46. C
* Peccata quæ incipientibus leuia sunt, perfectis grauia deputantur. 46. C
* Peccata quædam pro aliorū merito. 47. B
* Peccata manifesta, & occulta. 47. C
*Peccata ante oculos semper habere. 48. D
* Peccata ex sensibus carnis. 50. B
*Peccata ex peccato gignuntur. 54. B
* Peccata maiora aliquando efficiunt, ne minora perpetrentur. 54. D
* Peccata non possunt dimitti ei, qui non dimittit. 92. B

*Peccata manifesta non sunt occulta correptione purganda. 100. D
* Peccata euitare. 101. D
* Peccata misericordiæ operibus purgantur. 109. A
* Peccata incessanter lugenda. 380. D
Peccata aquæ abluunt. 255. C
Pecten. 404. D. 387. C
Pectoralis tunica. 380. C
† Pectus hominis. 51. B
Pectus. 208. B. † 52. C
Pecora. 221. C. † 50. A
† Pecora, & pecudes. 38. C
Pecudes. 221. C
† Pecudes, & pecora. 39. C
Pecuarius. 317. B
Peculator. 199. D
Peculatus iudicium. 87. B
Peculium 85. B. 317. B
Pecunia. 199. D. 317. B
Pecunia antiquitus appendebatur. 190. A. 318. A
Pecunia ærea prius in vsu fuit, post argētea, deinde aurea. 317. C
Pecuniosus. 199. C. 317. B
† Pecuniosus, & diues. 38. C
Pecus. 221. B. 236. B
† Pecus, & homo. 51. D
Pedes carminum, & vnde dicti. 11. A. 12. A
Pedicæ. 88. A
Pediculi. 236. A
Pediculosi. 236. A
Pedites. 363. B
Pedor. 195. A
† Pedum digiti. 53. D
Peiero. 200. A
Peior. 197. B
† Pelagius Archiepiscopus Toletanus. 167
Pelagius hæresiarcha, & Pelagiani. 146. A. † 110.
Pelagus. 257. C
Pelasgus. 165. B
Pelias. 163. A
Pellax. 199. B. 200. A
† Pellax, & fallax. 44. A
Pellex. 200. C
Pellicanus. 243. C
Pellis. 208. D
Peloponensis vrbs. 286. A
Peloponesus. 164. D. 270. C † 95.
Pelorides. 239. B
Pelorum promontorium. 279. D
Pelorum. 239. B. 276. D
Pelta. 358. B
Peluis. 400. D
Penates. 158. D
Pendere. 242. B
† Pendeo, & pendo. 29. A
Penè. 18. B
† Pene, & penè. 29. A
† Penes, & apud. 3. C
† Penetrale, & penetrabile. 27. D
Penetralia. 293. A
Peneus fluuius. 164. D
Penna. 107. B. C. 242. B. 378. B
Pennæ. 378. C
† Pennæ, & pinnæ. 29. C
Pennæ symbolum. 107. B
Pennicilli. 239. B
Penniculi. 241. A
Pennum. 378. C. † 29. C
Pensum. 321. C. 387. D
Pentametrum. 28. B
Pentaphillon. 344. C
Pentapolis regio. 266. B. 272. D
Pentapolis, quinque ciuitates igne consumptæ. 266. B
Pentaptota nomina. 7. C
Pentasyllabi pedes. 11. C
Pentateuchum. 100. B
Pentecoste. 112. A. *338. C
Pentecostes dies. 94. D
Pentorobon. 344. C
Penus. 393. A
Peonia. 344. C
Peplum. 384. D. 385. A
Pepo. 350. B
Pera. 384. C
Percellere. 254. C
† Percunctatio, & interrogatio. 27. B
* Percussio diuina. 66. B
† Percussus, & perculsus. 29. A. 43. D
Perdices ferræ inuentor. 378. A
Perdix. 245. D
† Perducere, abducere, & deducere. 2. C. 42. D
Peregrini. 175. A
Peregrinus. 199. B
Perendie. 91. B
Perennis. 199. B
*Perfecti. 52. C
* Perfectio. 2. D. 62. A
Perfectus. 199. A. *87. A
Perfectus Dei nomen. 120. C
Perfectus numerus. 53. A
Perfectus non recipit comparationem. 199. A. 200. A
† Perfectus, & consummatus. 27. C
*Perfectus sua, & seipsum abneget. 87. C
* Perfectorum ordines duo. 31. B
*Perfectorum est iustitiā operari. 141. C
Perfidus. 200. A
Pergameni. 106. C
*Periculo proximus. 87. D
* Periculum maius quanto quisque in superiori loco est. 103. D
Perihermeniæ. 45. C
Periodus. 14. B. 38. D
Peripatetici philosophi. 148. C
Peripneumonia. 72. C. 73. B
Periphrasis. 25. A
Periscelides. 389. D
Perissologia. 22. C. 39. A
† Peritus, prudens, callidus, & facundus. 27. B
*Periurare. 55. C. B
* Periurium. 53. B
Periurus. 200. A
Perizoma. 380. B
Pernicitas. 199. D
Pernicti. 199. D
Pernix. 199. D
Pernox. 199. A
Perones. 392. D
Perpendiculum. 377. B
*Perpetua quæ sunt. 13. B
Perpetuus. 199. B
† Perpetuus, & sempiternus. 31. A
Perſæ. 163. B. 167. D. 382. D
Persia gestimati. 382. D
Persæ ante Cyrum ignobiles. 163. B
† Persæ ignem colebant. 94
Persarum reges Arsacidę. 170. B
† Persarum regnum quandiu stetit. 103
Persecutor. 200. B
* Persecutores Christianorū, 107. B
Persecutus. 200. B
Persepolis vrbs. 285. B
† Persequi, prosequi, & exequi. 12. D
Perseuerans. 199. A
† Perseuerantia, & pertinacia. 27. D
Perseus. 69. B. 163. B
Persia. 265. A. C
† Persicus, & Persicum. 24. B
Persicus sinus. 258. C. D
Persis. 265. C
Persius poeta. 106
Persij locus. 2. D. 16. C. 25. A. 82. B. 106. A. 104. D. 106. A. 231. B. 335. C. 399. C. 345. B
† Personarum in Trinitate distinctio. 48. C
*Personarū acceptio. 105. C
Perspicax. 199. B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pertica. 300.A
Pertinacia.199.A. †21.D
† Pertinacia,& constantia.42.D
† Pertinacia,& perseuerantia.27.D
Pertinax. 199.A
Peruasio. 87.B
Peruicax. 199.D
† Peruium inuium, auium,& deuium. 46.B
Pes.210 D. 300.A
Pes duabus syllabis constat.10.D
Pes veli. 379.C.D
Pessaria. 77.A
Pestilentia. 72.B
† Pestilentiæ tres modi. 27.A
† Pestilentia, & eius causſæ.88.B
† Pestilentia,& pestis. 27.A
Pestilentiã auster gignit, aquilo repellit. 254.B
† Pestis,& pestilentia. 27 A
Petalum. 380 C
Petephres sacerdos. 285.C
† Petere,& expetere. 28.C
Petili equi. 224.A
Petoritum. 404 A
Petra.200.D. 304.A
Petra Christus.123.D. 136.A
Petra focaris. 306.B
Petra scandali. 123.D
* Petra virga in eremo percussa.163.B. 193.B
Petronius. 86.B
Petroselinon. 351.A
Petrus Apostolus. 135 D. †151.C
Petrus, & Paulus necantur.97.B
† Petrus contra Simonem magum. 105
† Petrus crucifigitur. 105
* Petrus fleuit tunc, quando Christus in eum respexit.41.C
*Petrus peccauit infirmitate.45.B
*Petrus reprehenditur, quod tabernaculum in monte figere cogitauit. 86.C
* Petrus personam ecclesiæ gestat. 247.D
* Petrus Princeps Apostolorum. 398.C
Petri Apostoli epistolæ. 102.D. *322.A
† Petrus Archiepiscopus Toletanus. 147
† Petrus, secundus Archiepiscopus Toletanus. ibid.
† Petrus Episcopus Ilerdensis. 122.A
† Petrus Episcopus Ircauicensis. 129.C
† Petulans, & lasciuus. 21.B
Petulans. 199.A
Petulcus. 200.D
Peucetia ciuitas. 286.B
Peucetius. 286.B
Peusis. 41.A
φ,& ρ, id est phrontis. 15.A
Phaceas. 131.B
Phaeton. 68.D
† Phaetontis incendium. 97
Phaetontis sorores. 311.D
Phaetontis stella. 68.D †76.B
Phalæ. 356 D
Phalanx. 172.A
Phalarica. 356.B
Phalantus. 286.C
Phaleg.96.A.129.D. †94
Phaleræ. 406.B
† Phantasia,& phantasma.14.B
Pharao. 130 A
* Pharao filios Israel affligit.156.B
*Pharao submersus cum exercitu 186.B
*Pharao diaboli figura.243.A
* Pharaonis obduratio. 159.C
*Pharaonis filia quę Moysem ad ripam fluminis recepit, 243.B
Phares. 129.D
Phares,& Zara. 146 B
Pharetra. 357.B
Phatisæi.129.D. 145.A
* Phatisæus iactanter orans.76.B. 253.D
Pharmacia. 76.A
Pharus.290.D. 402.B
Phasellus.350.A 367 C
Phasianus. 244.B
Phasis insula. 244.B
Phasis fluuius.261.D. 267.C
Phengites. 306 D
Pherecydes.31.A.28.A.†102
Pherecydes apud Græcos primus soluta oratione scripsit. 27.C
Pheretrum. 403.A
*Phiahiroth. 186.A
φιδλη'. 391.B
Phidon Argiuus. 321.C. †100.
Philadelphia vrbs. 284.A
Philadelphus. 97.C
† Philastrius Episcopus Brixiensis. 119.C
† Philemon. 97
Philippus. 136.B
† Philippus Apostolus.152.C
Philippus primus Imperator Christianus.97.D. †107
† Philippus tetrarcha. 171 B
Philippi ædiculæ. 284.D
Philistæi. 164.B
*Philistæi capiunt arcam,218.A
Philistijm vrbs.162.A. 284.C
Philomelus. 276.B
Philometor. 97.D
Philon. 101.B
Philopator. 97.C
Philosophia. 42.C.D
Philosophia triplex. 43. A. †60.D
Philosophia, & medicina totum hominem sibi vnaquæque vendicat. 78 D
Philosophi gentium. 147.B
Philosophi septem cælos esse introduxerunt 62.C
Philosophi sophistæ appellati.147.C
Philosophi,aut Physici, aut Ethici, aut Logici. 147.C
Philosophi vsque adastra disciplinas perduxerunt. 69.B
Philosophorum sectæ. 147.D
Philosophorum opiniones de Deo. 148.B
Philosophorum nomen à Pythagora. 137.B
*Philosophorum error.19.D.20.A.B
Phinees. 130.C. †144 C. *195.D
* Phinees figura sanctorũ Doctorum. 244.A
† Physica,& eius partes.60.D
Physici. 147.C
Phison fluuius. 160.C
Phlascæ. 400.B
Phlebotomum. 77 A
Phlegma. 71.A.B
Phlegmone.71.B. 72.B
Phlogites. 315.A. 346 B
Phocæ. 237.B
Phocas Imperator. 98.C. †112.
Phocenses. 286.C
Phœbus. 156.A
Phœnices.162.C. 164.A
Phœnices Græcas litteras inuenerunt. 2 C
Phœniceum. 375.C
Phœnicia.164.A. 266.B
Phœnicodes insula. 277.C
Phœnicum mos. 281.A
Phœnicusa insula. 277.B

Phœnix

Phœnix auis. 242.D
Phœnix arbor. 353.D
Phœnix Cadmi frater. 164.A 266.C
Phœnon. 68.D
Phoroneus rex.290.C. †96
Phoroneus primus leges Græcis dedit.79.A. 96.C
Phos. 59.C
Phosphoros. 290.D
Photiniani hæretici. 144.D. †109.
Phrasis. 23.B
Phreneſis.71.D. 72.A
Phryges. 161.D
Phryges auguria inuenerunt. 152.C
Phrygia. 267.D
Phrygia vestis. 381.D
Phrygiones. 381.D
Phrygius lapis. 306.C
Phryxus, & Helles. 257.B. †97.
Phthisis. 73.C
Phu. 342.B
Phut,& Phutæi. 162 A.C
Phutensis regio. 162.C
Phiala. 399.B
Piaculum. 87.D
Picæ aues. 244.D
Picea. 335.A
Pictauium vrbs. 286.D
Picti homines. 385.A
Pictura. 375.C
Pictura quomodo excogitata. 375.A. †96.
Picus. 244. A. 326.D. †97.
Picus Martius. 244.A
Pieria. 270.D
† Pietas, & affectio. 27.A
Pietas ciconiæ. 242.B
Piger. 199.A
† Piger, tardus, iners,& segnis. 40.A
Pigmenta. 77.A
† Pignera, & pignora. 28.B
† Pignero,& pigneror. 44.B
Pignus. 85 B.C
† Pigritia,& torpor. 27.D
Pila. 77. A. 354 D. 356.D
Pilæ. 251.B
Pilarum species. 366.B
Pilatus. 137.A
* Pilatus, & Herodes amici fiunt. 255.C
Pilentum. 404.A
Pileus. 380.A. 388.B. 389.C
Pili. 206.A
Pilosi Incubi. 158.B
Pilum. 77.B
Pilumnus. 77.B
Pinna.207.B. 310.A. 378.C
† Pinnæ,& pennæ. 29.C
Pinnula. 207.B.C
Pinnum 207.B. 335.A
Pinus. 335.A
Piper. 341.A
Piratæ.199.D. 352.A
Pirula. 207.B
Pisa. 329.B
Piscator,& piscarius. 29.C
Pisces. 236.B
Pisces signum. 69.B
* Piscium vsus. 343.A.C
Pisinus. 200.D
Pisistratus. 103.D
πίσσα. 337.D
πισσασφάλτου. 303.D
Pistacia 335.A
Pistores.77.B. 295.B
Pistrinum. 295.A
Pistum. 327.D
Pitys. 335.A
Pix.335.A. 337.D
Placentæ. 394 D
† Placidia Theodosi filia.156.D. 157.B
Placitum. 83 D
Placium. 386.D
Plagæ.88 C. 371.B
Plagæ Ægyptiorum. 159.C
† Plaga,vulnus, & vlcus. 45.C
Plagiator. 199.D
† Planctus, ploratus,& fletus. 27.D
Planetæ.68.D. 384.B
Planetæ,& stellæ. 67.B
† Planetæ septem, & eorum conuersiones. 74.A
† Planetarum positio. 79.D
† Plangere,& lamentari. 14 D
*Plangere præterita. 45.C
Planta. 210. A
Plantæ, & plantaria. 332.C †29.B
Plantago. 344.C
Planus. 366.B
Plastæ,& plastice. 375.C
Platanus. 336 B
Platea. 290.B
† Platea vicus,& via. 37.B
Plato. 69.A. 97. B. 147.D. †102.
Plato physicam distribuit. 43.B
Platonici Philosophi. 147.D
Platonis Academia. 148.B
Plaustrum. 404.D
† Plaustrum cæli.62.C. 81.A
Plauti locus. 30.B.87.A.172.C. 203.C. 292.A. 369.B. 371.B.382.B.383.D. 401.A. †7.A. 10.A
Plebs. 174.B
† Plebs,& populus. 28.C.29.D
Plebiscitum. 81.D
Plectrum. 207.C
Pleiades.66.D.68.A. †81.C
† Plemma,& flemma. 41.D
† Plenitas,& plenitudo. 46.B
Plenitudo legis,dilectio. 142.A
Pleonasmos. 22.C
Pleuresis.71.D. 72.B
πλεύμων. 211.B
Plinij locus. 227.C. 228.A. 234.A. 238.B
Plinij locus emendatus. 297.C
† Plorare, & flere. 14.D 39.A
† Ploratus,planctus, & fletus. 27.D.
† Plotius Gallus rhetor. 109.
Pluma. 242 B
Plumbum. 320.D
† Plures,& pluris. 28.C
Pluteus.357.D. 403.D
Pluto Februus appellatus.92.B
Pluton. 155.D
Plutus. 276.B
Pluuia.68.A. 251.D. 253.A
† Pluuia, nimbus,& imber.39.A
† Pluuiæ quomodo fiant. 85.B
† Pluuiæ eloquia Apostolorum. 85.D
πνεύμων. 72.C
Poculum. 399.B
Podagra.71.D. 74.B
Poderis. 380.A
Pædagogus. 199.B
Pœderos. 312.D
Poema. 29.B
Pœna.18.B. 87.C
† Pœna, multatio, & supplicium. 23.D
* Pœna peccati aduersitates.8.D
*Pœna peccati à primo homine. 12.C
*Pœna temporalis. 31.A
*Pœna damnatorum duplex.32.D
*Pœna defunctorum de supplicijs charorũ suorũ. 33.A
* Pœna similis peccato. 103.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Pœn, æquas iustus tolerat. 69.C
Pœnæ in legibus constitutæ. 87.C
Pœni. 167.B. 301.D
Pœninæ Alpes. 280.C
*Pœnitens. 43.D
* Pœnitens ad peccatum reuersus. 45.B
* Pœnitentes. 354.B. 355.A
* Pœnitere Deum quid sit. 53.A
Pœnitentia, & pœnitētia perfecta. 117.A. *354.C 355.
* De Pœnitentia, & confessione. 42.B
*Pœnitentiæ effectus. 44.D
Poesis. 29.B
Poetæ. 149.D
Poetæ officium. 150.A
† Poetæ necessitate metrica confuderunt sermonis proprietatem. 1.A
*Poetarum figmenta Christiani ne legant. 83.D
Poleium Martis. 343.B
Poli cælestes. 62.D. 251.C. †73.A
† Poli celeritas. 74.B
Polios. 345.C
Pollex 208.D. †52.B
† Polliceri, & promittere. 28.A. 38.D
Pollio. 104.B
Pollis. 395.A
*Pollutio. 58.B
* Pollutio nocturna. 74.A. 203.C
Pollux. 68.C
Polus Boreus, & Australis. 63.A. †74.B
Polygonus. 345.D
Polymita vestis. 381.D
Polypodion. 345.C
Polypus. 238.A. 345.C
Polysyntheton. 24.B
Poma. 332.C
Poma in Pentapoli nascentia. 266.C
Poma neutrius generis. 338.A
† Pomarium, pomerium, & pometum. 29.B. 40.B. 43.D
Pompa. 353.D
Pompeia ciuitas. 286.C
Gn. Pompeius. 166.C. 352.A
Pompeius leges redigere in libros voluit. 79.C
Pompeius Iudæam capit. 97.A
† Pompeius capta Ierosolyma Iudæos tributarios fecit. 103
† Pompeius vincere non nouit. 155.A. eius exercitus. ibidem.
† Pompeij porticus, Pompeia, & Pompeiana. 29.D
Pomponius poeta. 29.A
Pondera, & eorum inuentores. 321.C
*Pondera in lege non diuersa. 199.D
Ponderis signa. 325.B
† Ponderosum, & graue. 44.A
Pondus. 321.C
† Pone, & post. 27.D
Pons. 369.C
Pontica. 375.B
Pontica gemma. 313.A. 316.B
Ponticus sinus. 257.C
Pontifex. 138.D. *181.B
Pontifex maximus. 138.A
† Pontifex, & vates. 28.A
*Pontifex tanto cautius agat, quanto durius à Christo iudicari formidat. 101.B
* Pōtifex thuribulo armatus. 189.B
*Pontificis vestis. 174.A
*Pontifici Romano obediendum. 395.D. 398.D
Pontius. 137.A
Pontonium. 368.B
Pontus fluuius. 306.B
Popina. 291.B
† Poplites, & suffragines. 43.D
Popœus consul. 81.D
Populatus. 20.C
Populus. 19.A 174.B
† Populus, & plebs. 28.C. 29.D
† Populus, & populi. 28.A
*Populus Israel murmurat. 186.C. 189.A
*Populi Israel afflictio. 156.A
*Populi qui ad prœlium eliguntur. 187.A
Populus arbor alia alba, alia nigra. 336.A
Porca. 300.B
Porci marini. 237.C
Porcus. 222.A
Pori. 208.D
Porphyrij Isagoge. 44.A
Porphyris insula. 276.A
Porphyrites marmor. 308.A
Porrum. 350.A
Porta. 290.B. 289.C
† Portæ, valuæ, fores, ostium, & ianua. 20.C
Portenta. 217.A.B. 368.C
Portentum. 217.A.C
† Portentum, & monstrum. 28.C
† Portentum, & ostentū. 28.D
† Portentum, & portentosum. 28.C
Porticulus. 369.B
Porticus. 295.A
*Portitores duo qui botrum ex terra repromissionis portauerunt. 244.B
† Portucale locus. 158.A
Portulaca. 346.A
Portus. 281.C
† Portus, & statio. 33.A
Porus lapis. 306.D
† Poscere, & exposcere. 28.A
† Poscere, & postulare. 43.D
Positiuus gradus. 7.D
Positura. 44.D. 15.B
Possessio bonorum. 85.C. *109.C
Possessiones. 298.D
Possessiua nomina. 7.B
Possidere iure. 85.B
† Possidius Episcopus. 124.C
† Post, & ponè. 27.D
Postella. 406.C
† Posterior, & postremus. 29.D. 41.D
Posteriora. 210.A
Posteritas. 178.C
Postes. 295.C
Posthumus. 178.A
Postica. 402.D
Postillena. 407.A
Postliminium.
Postremus. 199.C
Postremus dicas, primus taceas. 105.D
† Postremus, & posterior. 29.D. 41.D
* Postremi in ordine sæpe fiunt primi in certamine. 28.C
† Postulare, & poscere. 43.D
Posthumus. 79.B
† Potare, & bibere. 6.A
Potens. 199.C
† Potens, diues, fortunatus, locuples, & honestus. 10.B
*Potens, qui veritatem loqui paueſcit. 99.C
* Potentes, qui misericordes non sunt. 61.B
† Potentia, & potentatus. 27.A
*Potentia, quanto minor, tanto homo magis liber à peccato est. 108.B
† Potero, & potuero. 44.B
Potestas 199.C. *46.B
* Potestas bona, & mala. 102.A.D
* Potestas non nisi à Deo. 102.D

*Pote-

* Potestas quomodo vtilis. 101.D
Potestates. 127.D
Potestates superiores, inferiores disponunt. 127.A
*Potestates seculi. 59.D. 103.D
Potio. 396.D
† Potius, & magis. 24.B
Potus. 396.D
Præcentor. 139.B
Præcepta. 105.D
*Præcepta Dei decem. 21.B. 164.A
† Præcepta Legis Euangelio inferiora. 58.C
* Præceptum Dei ad Adam, quid significet. 117.B
*Præcepta altiora Monachorum. 87.B
Præcinctus. 199.C
Præcisores dentes. 207.D
Præcordia. 210.D
Præcox malum. 334.A
Præda. 353.D
† Præda, lucrum, & compendium. 29.C
Prædator. 199.D
† Prædestinati quidam ad pœnam. 57.A
*De Prædestinatione. 37.B
* Prædestinatio gemina. ibid.
Prædicamenta. 44 C.D
Prædicamenta Aristotelis intentè legenda sunt. 45.B
*Prædicatio qualis esse debeat 95.D 98.A
† Prædicatores in nubibus figurantur. 85.A
* Prædicatores, qui bene dicunt, & malè operantur. 96.C
* Prædicatores non studio correctionis, sed vitio elationis. 97.D
Prædium. 299.A
Prædo. 199.D
Præfatio. 105.C
Præfatio Mathematicarum. 51.A
Præfatio Perihermeniarum. 45.C
Præfecti. 171.B
* Præfectus esse qui non debet. 95.B
* Præfectus ecclesiasticus aliter se cum suis subditis, aliter cum eis, qui non sunt, debet gerere. 98.C
† Prægnans, & grauida. 28.B
*Prælati. 101.C
* Prælati, ac subditi quomodo se gerere debent. 389.A
* Prælatis prauis obediendum in præceptis bonis. 395.D
Prælium. 352.C. 353.A
† Prælium, & bellum. 6.B
† Prælium, & pugna. 45.C
*Prælium in Gabaon vbi stetit Sol, & Luna. 207.C
*Præmia vitæ futuræ qui spectat. 107.C
Prænomen. 6.A
† Prænomen, nomen, cognomeu, agnomen. 25.C
Præopimus. 199.C
† Præparare, & apparare. 43.D
Præpetes aues. 246.B
Præpositio. 10.C. 18.A
*Præpositi ecclesiæ quales esse debeant. 93.B
*Præpositi indocti, & indigni. 95.A
*Præpositorum doctrina, & exempla. 95.C
* Præpositorum carnalium exempla. 96.C
* Præpositi carnales. 97.A
* Præpositorum culpas qui in publico produnt. 97.D
*Præpositi praui plerunq; à Deo ordinantur. 97.A
Præpositus iracundus. 97.B
* Præpositus qui bene alieni peccati curanda vitia suscipit. 98.A
* Præpositus auctoritate, & humilitate clarescat. 98.B
*Præpositorum humilitas. 98.B
* Præpositi monasterij. 353.C
* Præputium ligni pomiferi auferendum. 197.D
Præscriptio. 199.C. 200.B
Præscriptus. 199.C
Præsegmina. 381.C
Præsens. 199.C
Præsentia. 205.A
Præsides. 171.C. 174.A
† Præsidium, auxilium, & subsidium. 27.D 40.D
* Præstare pro prodesse vsurpat Isidorus. 53.A. 92.D. 105.C.D
Præster. 232.A
Præstigium. 152.C
* Præsules qui peccantes non arguunt. 99.C
*Præsulum ignorantia. 95.B
Præterea. 18.A
Prætexta. 384.B
Prætextati pueri. 384.B
Prætores. 171.C. 174.B
Prætorium. 290.D
Præuaricatio. 200.C
† Præuaricationis Angelicæ, & humanę distinctio. 51.B
Præuaricator. 200.A
Præuarum. 200.A
Pragma. 82.D
Pragmaticus. 82.D
Prandere. 394.A
Prandium. 394.A
Prandia apud antiquos non erant. 394.C
Prasina. 376.A
† Prasini, & Veneti ciuile bellum faciunt. 112.
Prasinus color. 363.C
Prasium. 345.B
Prasius lapis. 309.D
Prata. 299.A
Pratum. 299.D
*Prauitas peruersorum interdum prodest vtilitati iustorum. 107.C
*Prauorum non felicitas, sed nouissima intendēda. 107.A
† Praumatus Archiepiscopus Toletanus. 167.
† Precari, & orare. 39.D
† Precari, & deprecari, & imprecari. 27.D. 46.B
Precarium. 85.B
Precatio. 34.A
* Preces in Diuino officio. 326.C
Prelum. 405.B
Premere. 204.A
Presbyter. 138.C. * 392.B
*Presbyter qui peccatū mortale admiserit. 347.B
Presbyteri, & Episcopi ijdem olim. 138.C
*Presbyterorum ordo, & officium vnde cœpit. 349.A
† Presbyter hereſiarcha. 107.
Pressores. 204.A
Pretiosi lapides. 309.D
Pretiosum rarum. 309.A
Pretium. 86.C
Priamus rex. 96.A. † 97.
Priapus. 154.D
Pridie. 91.B
† Primasius Episcopus Africanus. 124.D
† Primarius, primus, & prior. 28.B
*Primicerius. 392.A
Primitiæ. 327.A
* Primitias, & decimas offerre Domino populus iubetur. 166.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Primogenita Ægyptiorum deleta. 160.D
Primogenitus. 177.B
Primus. 199.C
Primus Christus. 122.D
† Primus, prior, & primarius. 28.B. 41.D
Princeps. 171.A
* Princeps rectus. 102.D
* Princeps iustus. 103.C
* Princeps coquorum, qui muros Ierusalem subuertit. 247.A
* Princeps sacerdotum, qui scidit vestimentum. 255.B
* Princeps malus difficile ad melius reuertitur. 103.D
Principalia nomina. 6.C
Principales magistratus. 174.D
Principalis spiritus. 124.D
Principatus. 127.D. * 103.A
* Principes ex merito plebis mali. 97.C
* Principes, & Reges quare sunt 101. A
* Principium. 6 A
Principium Christus. 122.D
† Principium, & initium. 19.B 29.D. 40.D. 47.A
* Principum iustitia. 102.C
* Principum patientia. 103.B
* Principum clementia. 103.C
* Principum praua exempla. 103.A
Prior. 199.C
† Prior, primus, & primarius. 28.B. 41.D
† Prior venit, & ante venit. 40.C
Prisca hæretica. 144.D
Priscillianus hæresiarcha 98.C 145 B. † 109
Priscillianistæ hæretici. 145.B
Priuati ciues. 175.B
Priuatio, & eius species. 50.D
Priuignus. 179.D. 183.C
Priuilegium. 82.A
Proamita. 180.A
Proauia. 180.B
Proauiæ soror. 180.B
Proauunculus. 180.B
Proauus. 177.A. 180.A
Proba vxor Adelphij. 29.D. 123.A
Probatio. 359.B
Problemata. 105.A
Probus. 98.B
† Probus Imperator. 108
Procare. 183.B
Procatalepsis. 40.B
Procax. 199.A
Proceleumaticus pes. 11.A
Procella. 254.D
† Procella, & tempestas. 29.B
Proceres. 174.B
Procinctus. 199.C
† Procliuus, & decliuus. 28.D
† Proclytus. 96
Proconsules. 170.C
Procurator. 176.B
† Procurator, & cognitor. 8.C
Procuratores. 175.C
Procuruus. 200.C
Procus. 183.B. 199.B
Prodigia. 217.B
Prodigium. 28.D
† Prodigium, ostentum, & mõstrum. 45.C
Prodigus. 199.B
† Prodigus, & luxuriosus. 21.A
* Prodigus filius. 44.A
Proditor. 200.A
Productus. 200.D
Profanus. 200.A
† Profanum, nefandum, & nefarium. 27.C
* Profectus hominis donum Dei est. 36.B
* Profectus conuersi tripertitus. 38.D
* Profectus omnis ex lectione, & meditatione. 79.D
* Professio non perfecta. 88.D
Profugus. 199.B
† Profugus, & exul. 28.A
† Profugus, exul, relegatus, & transfuga. 45.B
Profundum. 282.D
Progenies. 178.D
Progenitores. 178.D
Prognostica. 77.C
Prohæres. 177.B
† Prohibere, & inhibere. 45.C
Proiectus. 199.B
† Proijcere, & abijcere. 2.C
Prolepsis. 23.B
Promatertera. 180.B
† Promerere, & merere. 23.A
† Promeritus. 23.A
† Prometheus. 96
Prometheus primus simulacra finxit. 153.A
Prometheus lapidem annulo primus inclusit. 309.D. 390.B
Prominere. 279.B
* Promissa adimplenda. 385.B
† Promittere, & polliceri. 28.A. 38.D
Promptuarium. 294.C
Promontoria. 279.B
Promurale. 290.A
Promuscis. 227.B
Pronepos. 178.C. 180.A
Pronepos sororis. 180.B
Proneptis. 180.A
Proneptis sororis. 180.B
Pronomen. 6.C. 8.C
Pronominum species, & cæt. 8.A.
Pronuba. 183.B. 184.D
Proœmium. 105.C
* Proœmia in libros noui, & veteris testamenti. & cæt. 310. A
Propagare. 330.D
Propaginare vites. 330.D
Propagines. 330.D
† Propassio, & passio. 27 A
Propatruus. 180.B
† Properare, & festinare. 28.B
Propertij locus. 354.B
Propes. 370.B
Propheta Christus. 123.B
Prophetæ Videntes appellati. 133.A
Prophetæ minores. 101 D
Prophetiæ septem genera. 135.A
Prophetiam habere non solũ bonus, sed etiam malus potest. 135.A
* Prophetia. 20.D
Propina. 291.B
Propinare. 291.B
† Propinquus, cognatus, & affinis. 7.C
* Propinquus vir spiritualis. 88.D
Propitiatio. 293.A
Propitiatorium. 293.A. * 170.A
Propontis. 251.B. 257.B
Propositio. 35.B
Propositiones. 105.A
Propria nomina. 6.A
Proprietas. 38.D
Proprium. 44.A
† Proptius, & propius. 28.B. 44.C
Propugnacula. 290.A
Prora. 369.

Proro-

Prorostra. 358.D
Prorostris. 290.C
Prosa. 27.B.C
Prosciscio. 327.A
Proscriptio. 88.D
Proscriptus. 88.D. 199.C
Prosclytus. 140.B
† Prosequi, persequi, & exequi. 12.D
Proserpina. 156.C
Prosodia. 13.D
Prosopopaia. 37. A. 41.D
† Prosper Aquitanicus. 39.D
† Prospicere, & aspicere. 39.D
Prostibulum. 363.B
Prostituta meretrix. 200.C
Prosum. 27.B
† Protenus, & protinus. 46.B
† Proterius Episcopus Alexandrinus. 124.B
* Proteruia contra mansuetudinem. 417.B
Prothesis. 22.C
* Protinus, & protenus. 46.C
Protoplastus. 375.C
Prouerbia Salomonis 100.D
† Prouerbiorum locus. 35.D *62.D. 80.B
Prouinciæ vnde nomen acceperunt. 273.D
Proximus. 179.B
* Proximis carnaliter præstatur quod extraneis piè. 89. A
Prudens. 20.A. 198 D
† Prudens, & sapiens. 31.C
† Prudens, peritus, callidus, & facundus. 27.B
Prudentes calidi sunt sanguinis. 216 C
Prudentia. 43. B. † 61.D
† Prudentia, & sapientia. 27. A 60. B
* Prudentia nihil prodest cum ignorantia Dei. 34.B
Prudentij locus. 151. B. C. 391. A † 82. D
Pruina. 253.C
Pruna. 371.D
Prunum. 334.C
Prurigo. 75.D
Prymnesium. 370.B
* Psallendi vtilitas. 77.D
Psalmista. 139. A. * 391.C
* Psalmistarum ordo, & officium. 351.D
Psalmus. 114.A
Psalmus cantici. 114.A
* Psalmus decimus septimus, cur solus in libris Regum reperiatur. 229.A
* Psalmi. 325.D
Psalmi metro compositi. 100.D
Psalmorum auctores. 100.C
Psalmorum liber. 100.C
* Psalmorum cantatio perpetuam Dei laudem demonstrat. 77.D
Psalmorum loci. 59.B. 83.C. 112.D. 119.C. 126.D. 127.C. 215.B. 236.B. 250.C. 401.C. † 19.B. 50.D. 74.B. * 33.A. 41.D. 48.C.D 49.A. 66.C. 76.C. 77.D. 80.B. 83.D. 111.B
Psalterium. 60.A
Psalterij, & Citharæ differentia. 60.B
* Psalterium quis composuit. 314.D
Psittacus auis. 243.B
Psyllios. 345.A
Ptolemais ciuitas. 272. D. 285.A
Ptolemæi. 170.B. 334.A
Ptolemæus. 97.C.D
† Ptolemæus Alexander. 105.
† Ptolemæus Cleopatræ filius. 103.
† Ptolemæus Dionysius. 103.
† Ptolemæus Epiphanes. 103.
† Ptolemæus Euergetes. 103.
† Ptolemæus Euergetes alius. 103.
† Ptolemæus Lagi filius. 103.
† Ptolemæus Philadelphus. 103.
Ptolemæus Philadelphus litteras etiam diuinas in suam bibliothecam contulit. 103 A
† Ptolemæus Philometor. 103.
† Ptolemæus Philopator. 103
† Ptolemæus Soter. 103
Πτύσις. 73.A
Ptysis. 71.D
Ptysanæ. 398.B
Puberes. 215.B. † 54.A
† Pubertas, & pueritia. 29.A
Pubes. 215.B
Publicanus. 175.B. 200.B
* Publicanus orans in templo cuius figura. 253.D
* Publicare qui debeat bonũ, quod facit. 90.D
Publij locus. 382.B
Pudenda. 209.D
† Pudens, & verecundus. 7.B
† Pudor, & puditicia. 27.A
Puella. 215.A. † 53.D
† Puella, & puerpera. 28.D
Puer. 200.D. 215.D
† Puer, & infans. 53.D
† Puer, & masculus, & fœmina. 54.A
Pueritia. 215.B. † 57.B
† Pueritia, & pubertas. 29.A
Puerpera. 215.C. † 28.D. 54.A
Pugillator. 199.D
Pugio. 355.B
Pugna. 352.C. 353.A
† Pugna, & prælium. 6.B. 45.C
Pugnus. 208.D. † 52.B
Pulcher. 199.A
Pulchritudo hominis. 199.A
* Pulchrum. 7.B
Pulegium. 345.B
Pulices. 236.A
Pulla vestis. 242.A
Pullus. 242.A
Pullus Iouis. 217.A
Pulmentarium. 395.D
Pulmentum. 394.D. 395.D
Pulmo. 211.B
† Pulmones. 52.D
Pulpa. 209.A. 363.D
Puls. 396.B
Pulsus, & eius motus duplex. 210.D
† Puluereum, & puluerulentum. 29.C
Puluillus. 386.C
Puluinar. 386.C. 403.D
Puluini. 369.C
Puluis. 302.A.B
Puluis Puteolanus. 302.B
Pumex. 106.C. 304.D
Pumicare libros. 106.C
Punctus. 56.C
Punicani lecti. 403.D
Pupilla. 206.A
Pupillas morituri triduo ante non habent. ibid.
Pupilli. 206.A. 215.A
† Pupilli, & pupillæ. 53.D
Pupis. 369.B
Purgatio. 34.A
Purgationes molestæ in canicularibus diebus. 68.B
Purpura. 387.C
Purpura insigne regum. 121.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Purpura in Assyria inuenta. 265. B
Purpura Tyria. 284.D
Purpureæ vestes. 211.B
Purpurissum. 376.D
Pusillanimis. 195.D. 196.B. 200. D
Pustula. 75.D
Putare. 330.D
† Putare, æstimare, opinari, arbitrari, & suspicari. 45.B
Puteolanus puluis. 302.B
Pygmæi. 217.D
Pyra. 402.B
† Pyra, & rogus. 28.C. 45.A
Pyra vehementer onerosa. 334.A
† Pyra, & pyrum. 29.C
Pyramis. 56.A. 298.C
Pyramides Ægyptiæ. 298. C
Pyrenæus mons. 280.C
Pyretron. 345.C
Pyrites. 306. A. 313.B
Pyrois. 68. A. 313.B
Pyrois, siue Mars stella quindecim annis cursum explet. 66.D
Pyromantia. 151.A
Pyropus. 119.A
Pyrrhichius pes. 11.B
Pyrrhidæ. 165.C
Pyrrhus. 165.C. 217.B
Pyrum. 334.A
† Pyrum, & pyra. 29.C
Pyrus. 334.D
Pythagoras. 148.B. 234.C. 276.C. † 102
Pythagoras, Y. inuenit. 2.C
Pythagoras disciplinam numeri inuenit. 51.A
Pythagoras musicæ inuentor. 57.C
Pythagoras primus Philosophus appellatus. 147.C
Pythia sacra. 156.A
Pythium carmen. 28.B
Pythius Apollo. 156.A
Pytho serpens. 28.B. 151.C. 156.A
Pythonissa quam Saul consuluit. 224.B
Pyxides. 400.D

Q

Q. Littera 4.D. 18.B
Quactum. 395.C
Quadi. 166.C
Quadragesimæ obseruatio. 116.D
* Quadragesimæ ieiunium. 340.D
* Quadraginta anni in deserto. 197.C
Quadraginta dies quos Moyses, Elias, & Dominus ieiunauerunt. 52. D. * 168.D
* Quadraginta flagella. 202. C
Quadrans. 111. A. 322.D. 323. C
Quadrifinium. 300.B
Quadrigæ. 362.A.D
Quadrilatera figura. 56.D
Quadrupedia animalia. 221. B
Quadrupli pœna. 87.B
Quæ, & que. 18.B. † 30.C
† Quærere, & inquirere. 20. D
† Quæritur, & queritur. 30.C
Quæstio. 105.B
Quæstionum genera. 37.C
Quæstor. 200.D
Quæstores, vel quæsitores. 174.A. 359.A
Quæstuosus. 201.A
† Quæstus & questus. 30.C
Quasillum. 387.D
Qualitas. 45.A
Qualitatis nomina. 7.A
Qualitatiua definitio. 48.A
Qualus. 405.C
* Quamuis, etsi. 74.A
† Quam dudum, & iam dudū. 30.C
Quantitas. 45.A
Quantitas abstracta. 51.A
Quantitatis nomina. 7.A
Quantus. 18.C
† Quatenus, & quatinus. 30. B
Quatrio. 366.B
Quattriuiæ. 301.C
Quattuor. 52.A
† Quattuor diligenda. 60.C
* Quattuor millia septem panibus aluntur. 52.A
† Què, & vè. 37.A
Que, & quæ. 18.B. † 30.C
Quercus, siue quernus. 336. C
Querulus. 201.A
† Quia, & quoniam. 30.B
* Quibusdam hic malè est, & illic bene, quibusdā contra. 66.D
Quid, & quit. 18.B
Quietus. 201.A
Quinaria. 374.C
Quinaris. 323.D
Quinio. 366.B
Quinquagenarij. 171.C
* Quinquagenarij ad Eliam missi. 233.A
* Quinquagenarius numerus ad pœnitentiam refertur. 132. A
Quinque. 52.A
* Quinque illi in vna domo. 252.C
* Quinque millia qui quinq; panibus, & duobus piscibus pasti sunt. 250.B
Quinque folium. 344.C
Quinta editio Ierosolymis inuenta. 97.D
Quintana. 290.C
Quintiliani locus. 329.A
Quintilis. 92.D. † 66.A
† Quintus Archiepiscopus Toletanus. 167
† Quiricus Archiepiscopus Toletanus. 167
Quirinus. 153.C. 165.B
Quiris, id est, hasta. 165.B
Quirites. 165.B
* Quisque pro quicunq; vsurpat Isid. 112.C. 59.B
Quisquiliæ. 332.D
Quod, & quot. 18.B. † 30.C
† Quoniam, & quia. 30.B
Quot, & quod. 18.B. † 30.C
Quotidiè. 18.C. 91.A
† Quotidie, & assiduè. 46.A

R

R. Littera. 18.C
Raab. 130.C. * 204.B
* Raab saluatio. 205.D
* Raab figura ecclesiæ. 244. D
Racemus. 330.B
Rachel. 129.C
† Rachel, & Lia actiuam, & cõtemplatiuam vitam significant. 59.B. * 85.B
* Rachel, & Lia, & duæ ancillæ earum. 140.B
* Rachel similitudo ecclesiæ. 142.B. 240.D
* Rachel, & Iacob fuga. 143. C
Rachel peperit Beniamin, & mortua est. 144.C
† Racimirus rex Gotthorum. 162.C
† Radagaisus rex Gotthorum, & eius exercitus fame consumptus. 156.C.D
Radij. 387.C
Radiolæ oliuæ. 337.D
Radix. 332.D. 345.C
* Radix criminum succidenda. 60.C
Ragades. 74.D
Ragau. 96.A

† Ragi-

† Ragire. 37.D
Ralla vestis. 381.A
* Rameſſes. 185.A
* Ramoth. 191.A
Ramus. 332.A
Ranæ. 236.C 239.D
* Ranæ Ægyptiæ. 159.D
Rancidum. 395.C
Rapa. 349.B
Rapax. 228.C
Raphael. 127.B
Raphaim. 284.A
Raphanus. 349.C
* Raphidim. 186.D
Rapidus. 201.B
Rapta. 201.C
Raptor. 201.B
Raptus. 86.D
Rarum. 309.A
Rastra. 405.D
Ratariæ naues. 367.A
Rates. 367.A
Ratio. 205.C
† Ratio, & caussa. 8.B 46.A
† Ratio, & mens. 54.D
† Ratio, & ratiocinatio. 31.B
* Ratio de verbis otiosis reddenda. 111.C
* Ratio, & homo disputantes. 367. & c. vsque ad finem libri.
* Ratio viuendi normam præscribit homini. 373.D
* Ratio hominem hortatur, vt se ipsum cognoscat. 377.D
Ratiocinatio. 34.B
Ratiocinatio, & eius membra duo. 35.C.A
† Rationabile, & rationale. 31.A 54.C
Rationale. 380.B † 55.C
† Rationale, & rationabile. 31.A 54.C
Rationales coniunctiones. 10.B
Rationator. 201.A
Ratum. 84.A
Raucedo. 73.B
Reatinæ paludes. 255.C
Reatus. 201.C
Reatus maiestatis. 87.D
Rebecca. 129.C
* Rebecca, & Isaac quid significent. 138.A
* Recapitulatio. 24.C
† Reccaredus rex Gotthorū. 160.D. 161.D 166
† Reccaredus religiosissimus princeps. 111
† Recceſuinthus rex Gotthorum. 166
† Recchiarius rex Sueuorum. 165.B 158.D
† Recchila rex Sueuorum. 165.B
† Receopolis ciuitas. 160.C
† Recens, & nouum. 30.D
Receptui canere. 354.D
Receptus. 354.D
† Rechimundus rex Sueuorū. 165.D
Recidiua arborum. 332.B
Recidiuum. 352.B
† Recipere, & suscipere. 42.D
Reclinatoria. 386.B
Reconciliari Deo. 117.B
Reconciliatio. 117.B * 382.A
Recordatio futurarum pœnarum. 41.C
Recordatio peccati. 48.D 49.A
Recta linea. 56.C
Recta vestis. 381.C
* Rector qualis esse debeat. 97.C
* Rector bonus. ibid.
* Rector qui à fide exorbitauerit. 97.A
* Rector inordinatus. 97.C
* Rectores ecclesiæ. 93.B
* Rectores à Deo non à subditis iudicandi sunt. 97. D
* Rectorum vitia pro meritis plebium. 97.C
† Recubare, accubare, & decubare. 1.B
† Reddere malum pro malo. 103.C
† Redimere, & emere. 12.C
Redimiculum. 389.C. 391.B
* Reditus populi in Ierusalē. 236.A
† Rediuiuum, & redibidum. 40.B
† Redolere, & olere. 26.C
† Regalis domus, & regia. 31.B
Reges. 20.D. 169.D. 170.A
Reges Albanorum. 286.C
Reges apum. 248.B
† Reges Vuisegotthorum in Hispania. 166
* Reges, & principes quare electi. 101.A
† Regia, & regalis domus. 31.B
Regiæ virtutes. 170.B
Regillum. 384.D
* Regina Austri. 231.C 245.D
Regini. 162.D
Regio. 274.B
Regiones. ibid.
Regis nomen quomodo tenetur, & quomodo amittitur. 170.A * 102.B
† Regium, & regale. 31.B
Regium fretum. 258.A
Regius morbus. 75.C
Regma. 162.D
Regna. 169.D
Regnum. 169.D
Regnum vniuersæ nationes suæ quæque temporibus habuere. 169.C
Regnum bellis quæritur, victorijs propagatur. 353. C
* Regnum cæleste sæpe per terrenum proficit. 104.A
Regula. 108.B 377.B
* Regula fidei. 362.A
* Regula monachorum. 402. A
* De regulis septem loquutionum sanctarum Scripturarum. 23.B
Regulus. 232.A.B
* Regum libri quid cõtineant. 313.A
Regum libri. 100.A * 216. B
Regum locus. 358.B * 691 A
† Rehu filius Phaleg. 94
Relatio. 45.A
Relatio criminis. 34.A
Relatiua. 50.C
Relatiua nomina. 7.A 8.A
Relatiua simul incipiunt. 45. A
Relegatus. 88.C
† Relegatus, & deportatus. 12.C
† Relegatus, & exul. 45.B
Religio. 141.B
† Religio, & fides. 31.A
* Religio vera simulationi respondet. 414.D
Religiosus. 201.A
† Religiosus locus, & sacer locus. 22.D
† Religiosus, sacer, & sanctus. 31.B
Religio. 141.B
† Relinquere, & deserere. 39.D
† Reliqui, & cęteri. 40 B
Remedia. 76.D
Remex. 367.B
† Remismundus rex Sueuorū. 158.C 165.A
Remissio. 117.D
* Remissio peccatorum futura per baptismum. 305.B
Remora. 238.B
Remotio criminis. 33.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Remulcum. 370.C
* Remuneratio maior, quantò maiora flagella. 65.C
†Remus nascitur. 100
Renale. 381.B
Renes. 209.B
*Renouatio templi. 235.B
* Renuntians seculo si votum mutauerit. 89.C
†Renuntiare, & nuntiare. 2.B 42.A
Renuntiare perfectè vitio. 53.C
Repastinare. 405.A
Repatriare. 229.D
Repens. 201.B
†Repentia, & reptilia. 31.C
Repentinus. 201.B
† Reperire, & inuenire. 20.D
Repetundæ. 87.B
Repositoria. 294.A
* Reprobi multi apud homines apud Deum electi. 38.D
*Reprobi non attendunt documenta bonorum, sed exépla malorum. 40.C
* Reprobi quidam in potestatem dęmonũ rediguntur. 44.B
* Reprobi multi, qui carnalis corruptelæ contagium nesciunt. 59.A
* Reprobi sæpe extra flagelli correptionem sunt. 65.A
* Reprobi exterius nitidi. 108.A
*Reproborum ordines duo. 31.C
*Reproborum corda. 93.C
Repti. 382.C
Reptilia. 231.C 236.B
†Reptilia, & repentia. 31.C
Repudium. 184.D
*Repudij mos. 157.C. 215.C
Rerum rusticarum auctores. 326.A
†Rerum gradus sex. 50.D
Res. 85.B
Res creditæ. 85.A
Res rusticæ. 325.A
Res redintegrantur. 86.C
†Res in cardine est. 295.C
*Res dilectæ maiorem doloré ingerunt ablatæ. 108.B
Reses. 190.A
Resina. 336.D 337.C
Resipiscens. 201.B
*Resistentes Dei voluntati. 106.D
* Resistit operi, qui titillanti se non accommodat delectationi. 57. D
†Respicere, & aspicere. 2.D
Responsa prudentum. 81.C
*Responsoria. 326.D
Responsorij. 113.D
*Ressa. 191.C
Restes. 370.A
† Restinctus, & extinctus. 12.A
† Restipulatio, & stipulatio. 43.D
*Resurgere à lapsu. 48.D
Resurrectio Domini triduana 111.A
*Resurrectio mortuorum qua ætate futura. 30.C
†Resurrectionis Christi, & nostræ distinctio. 49.C
*De resurrectione. 30.C
Reta. 404.D
Retes. 371.B
*Rethma. 188.D
Retiarius. 365.A
†Reticescere, & conticescere. 45.D
Retinacula. 406.C
ῥητίνη. 337.C
Retiolum. 389.D
Retractator. 201.B
*Retributio sapientis, & stulti. 31.D
Retrogradæ stellæ. 67.B
Rheu. 344.C
Rheubarbarum. 344.C
*Reuerętia sanctitatis. 108.C
†Reuereor, & vereor. 44.C
Reuponticum. 344.C
Reus. 201.C 359.C
Reus maiestatis. 201.C
*Reus qui plectitur, & qui corripitur. 43.A
Rex. 20.D 170.A
Rex, & regius. 38.B
*Rex Babylonis. 54.A
*Rex rectus. 102.D
* Rex iratus qui misit exercitus suos. 251.D
* Rex qui fecit nuptias filio suo. 251.C
Rhamnus. 337.B
Rheda. 404.D
Rhegium vrbs. 273.C
Rhenones. 382.B
Rhenus fluuius. 262.B
Rhetia Gallia. 271.A
Rheticus ager. 269.B
Rhetor. 32.B
Rhetorica. 32.A †61.C
Rhetorica palmę similis. 42.A
Rhetorica Romæ quando cœpit. 97.D
Rhetoricæ, & Dialecticæ differentia. 42.A
Rhetoricæ inuentores Cs. 32.
Rhetoricæ perfecta cognitio oratorem facit. 32.A
Rhetoricam admirari in promptu est, comprehendere impossibile. 31.A
Rheuma. 73.A
Rhinoceros. 227.D. quomodo capiatur. ibid.
Rhodanus fluuius. 262.A
Rhodiæ leges. 82.D
Rhodij. 163.A
Rhodites. 312.B
Rhododendron. 337.A
Rhodomeli. 397.B
Rhodos insula. 82.D 276.C
Rhodos vrbs. 63.B. 267.B 286.A
Rhodus oppidum. 262.A
Rhythmica musica. 58.D
Rhythmus. 28.A
† Ricchimirus patritius. 164.A
Ricinium. 385.B
Ricinus. 236.B
Ricula. 389.C
Riphæi montes. 380.A
Riphath. 162.D
Ritè. 84.A
†Ritus & consuetudo. 8.C
Riui. 160.A
†Riuus & torrens. 15.C. 31.C 38.A
†Rixa, & lis. 22.A
*Rixæ fugiendæ. 383.B
Rixosus. 201.C
Roboan. 96.B. 131.B. †99
Robur. 336.D
† Robur, robor, & rubor. 31.C
Robur omne lignum vocatur. 347.A
Robustus. 201.B
Rogationes, siue Litaniæ. 117.D
Rogus. 402.B
†Rogus, & pyra. 28.C. 45.A
Roma. 286.D
Roma quando condita. 96.D †100
Roma à quibus condita. 285.A
Roma Occidentis caput. 285.C
† Roma à Gotthis deuicta. 156.A
Romam vnaquæque gens vitia verborum & morum transmisit. 21.B
† Romæ muri redintegrati. 159.D
Romani 105.D 165.A
Romani graues. 166.B
Romani soli mares pugnant. 155.D
Romani Græciam obtinuerunt. 97.D
Romani cæduntur à Persis. 98.C
Romani stellas dijs suis sacrauerunt. 68.A
Romani in pace toga vteban tur, paludamentis in bello. 383.A
†Romani victos Græcos liberos esse iusserunt. 103
Romanorum regnum. 169.D
T. Romilius. 79.B
Romphæa flamma. 265.B 355.A
Romulus. 165.B. 171.D 286.D
Romulus quando Romam cõdidit. 283.B † 100
Romulus nascitur. 96.D †100
Ros. 253.C
Rosmarinus. 346.A
Rosa. 343.B
Rosaceum vnguentum. 78.D
Rostra. 358.D
Rostra Romæ. 290 D
Rostrum. 227.B †22.B
Rota 404. D 406.B
Rotabulum. 401.C
Rotundus. 404.D
Ruben 132.B †141
*Ruben incestus. 144.D
*Ruben quid significet. 150.D 241.D
Rubetæ ranæ. 239.D
Rubia. 345.A
Rubigo. 320.B
Rubigo ferramenta quomodo non vitiet. 320.C
†Rubor, robur, & robor. 31.C
Rubrica. 375.B
Rubrum. 387.B
Rubrum mare. 258.C
Rubus. 334.C
*Rubus ardens, & non vrens. 157.A
Rudentes. 370.A
Rudera. 304 D 374.B
†Rudere, & hinnire. 37.D
†Rudericus rex Gotthorum. 166
Rudi. 304.D 374.B
†Rugire. 37.D
Rumen. 207.C †52.A
Ruminare. 207.C
†Ruminare, & ruminari. 44.C 52.A
Ruminatio. 223.B
Runcatio. 327.A
Runcones. 405.D
Rupes. 200.C
Rura. 299.A
Rus. 299.B 327.A
Rusicada vrbs. 273.C
Russata vestis. 380.D
Russati. 380.D
Rusticarum rerum auctores. 326.A
†Rusticatio, & rusticitas. 31.B
Rusticus. 101.C 299.B
† Rusticus, & rusticanus. 31.B
Ruta. 351.A
Ruth. 130.B 200.D
*Ruth historia. 215.C
*Ruth ecclesiæ figura. 244.D
*Ruth liber quid contineat. 313.D
Rutilij Rufi locus. 403.D

S

SAba. 162.D.A 266.A
Sabæi. 162.D.A 163.C
Sabanum. 386.A
Sabaoth Dei nomen. 129.C
Sabatha. 162.D
Sabathaca. 162.D
Sabatheni. 162.D
Sabbati cessatio. 113.C *300.A
†Sabbati dies. 113.B. *334.C
* Sabbato ligna colligens. 244.B
* Sabbato ligna colligés quidam necatur à populo. 189 D
Sabbatum. 90.B 113.B
*Sabbatum Paschæ. 337.D
Sabelliani hæretici. 145.B
Sabellius hæresiarcha. 97.D 145.B †107
Sabini. 165.C
Sabinus lapis. 307.B
Sabrata ciuitas. 273.A
Sabulum. 302.A
Sabus fluuius. 270.C
Saccatum. 397.B
Saccus. 401.B
Sacer.
†Sacer, religiosus, & sanctus. 31.B
†Sacer locus, & religiosus locus. 22.D
Sacerdos. 128.B 170.B
Sacerdos Christus. 123.C
Sacerdos summus. 138.A
* Sacerdos qui contendit esse. 95.C
* Sacerdos cum culpa reatum culpæ geminat. 95.C
*Sacerdos qui dignè se agit. 96.D
* Sacerdos super gregé Christi sollicitus esse debet. 99. D
*Sacerdos peccata plebis, tanquam propria debet flere. 100.A
*Sacerdos magnus, eiusq; cultus. 181.B
*Sacerdos à trigesimo anno. 346.D
*Sacerdos, aut monogamus, aut de virginitate fiat. 347.A
*Sacerdos qualis esse debeat. 347.B
*Sacerdos qui non fiat. 347. D
* Sacerdos qui corruit. 395. C
*Sacerdotale ministerium qui assequi prohibentur. 95.B
*Sacerdotalis ordo post Christum à Petro cœpit. 346. C
*Sacerdotalis protectio. 99.A
*Sacerdotalis vestis in lege. 379.D
Sacerdotes vngebantur. 121. C
Sacerdotes gentilium flaminesdicebantur. 138.B
*Sacerdotes indocti. 95.C
*Sacerdotes prauè viuentes. 96.C
* Sacerdotes praui pro merito plebis. 96.C
*Sacerdotes arrogantes. 97.D
*Sacerdotes, nec superbi, nec remissi sint. 96 B
*Sacerdotes qui metu veritatem occultant. 99.C
*Sacerdotes boni oppressores pauperum palam arguunt. 99.D
* Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur. 100 B
*Sacerdotes studiosi. 100.B
* Sacerdotes exquirere debẽt peccata subiectorum. 100. B.C
*Sacerdotes curam habere debent de ijs, qui pereunt. 100.C
*Sacerdotes, qui peccanté nõ recipiunt. 100.D
* Sacerdotes, qui peccantes deci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

decipiunt. 100.D
*Sacerdotes veteris testamenti nulla debilitate insignes esse debebant. 182.A
*Sacerdotes qui non offerunt sacrificium. 182.A
*Sacerdotes quare comam nutriunt. 345.B
* Sacerdotes vnius matrimonij virginalis. 347.A
*Sacerdotes qui eligendi. 347 C
*Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda. 95. D
*Sacerdotis delictum qua oblatione purgabatur in lege. 183.B
*Sacerdotis sermo. 347.D
*Sacerdotis speciale officiũ. 348.A
*Sacerdotium, & eius initiũ. 345.D
* Sacerdotum exempla. 96.B
*Sacerdotũ disciplina. 100.B
*Sacerdotũ cerimoniæ. 187 B
Sacræ res. 117.B
Sacra loca. 293.C
Sacramenta. 115.D
*Sacramenta fideĩ Christianę. 304.A
Sacramentum. 84.D 115.D
* Sacramentum Eucharistiæ quomodo præfiguratum. 308.B
*Sacramentum inter coniugatos. 360.A
Sacramentum militare. 172. D
Sacrarium. 294.A
*Sacrificiorum veterum reprobatio.
Sacrificium. 114.C 115.C
†Sacrificium, & hostia. 33.A
*Sacrificium eius qui sacramẽtum protulit, & obliuione transcendit. 177.C
*Sacrificium quod à Christianis Deo offertur. 331.C
Sacrilegium. 86.D
Sacrilegus. 87.B 202.B
†Sacrũ, religiosum, & sanctũ. 31.B
Sadai Dei nomen. 120.A
Sadducæi. 143.A
Secula. 95.B
Sæpes. 297.B
Sæpia. 238.B
†Sæuit, & seuit. 33.D
† Sæuus, & crudelis. 31.D 45.C
Sagda gemma. 310.D
Sagitta vitis pars. 329.C 357. A
Sagittanota. 14.D
Sagitta cupidinis. 157.C
Sagittarius. 69.A
Sagma. 406.C
Sagmen. 345.A
Sagum. 384.A
Saguntum ciuitas. 287.B
Saio. 202.B
Sal & eius natura. 303.A.B.C
*Sal in exorcismo. 361.D
* Sal in omnibus sacrificijs. 177.A
* Sal ita durus in Arabia, vt ex eius massis muros faciant. 303.B
Sal Agrigentinus. 303.B
Sal Amoniacus. 303.B
Sal Memphiticus. 303.B
Sal Tragasæus. 303.B
Sala filius Arphaxad. 96.A †94
Sala ciuitas. 287.D
Salamandra. 233.A
Salamina vrbs. 166.D
Sale, & sole nihil vtilius. 303.C
Salè. 162.B
Salem vrbs. 283.C
Salinum. 199.C 400.C
Salisatores. 152.B
Salix. 336.B
†Sallanes legatus. 158.C
†Sallustius. 103
Sallustius ex historia tantum constat. 31.A
Sallustius auctor certissimus. 160.D
Sallustij locus. 171.B. 211.B 264.B. 279.C. 283.A. 353. C. 358. C. 382.C. 383 D. †3.A. 11.D. 27.B. 32.B. 90.C
Salomon. 96.B. 100.D. 283.A †145.B
Salomon primus epithalamia edidit. 29.A
Salomon trinomius. 130.D
† Salomon quando templum ædificauit. 99
* Salomon per amorem idola adorauit. 61.C
*Salomon per otium fornicationibus inuolutus. 88.C
* Salomon Christi figura. 245.D
*Salomonem vehementer arguit scriptura. 231.A
*Salomonis templi ędificatio. 229.C
*Salomonis sapientia, parabolæ, & carmina. 230.B
*Salomonis iudiciũ inter duas mulieres. 231.A
*Salomonis opera. 231.A
*Salomonis libri. 315.A
Salomonis locus. 17.D. 39.C 385.B. †83.A. 90.B. *38.D 47.C. 60.B. 73.D. 93.D 98.A 110.D
*Salphaad filiæ. 196.B
Salsugo. 398.B
Salsum. 395.B
Saltatores. 364.A
Saltus 280.C. 332.B. 360.C
Saluator. 121.D
†Salubritas, & salus. 32.C
Saluia. 351.A
Salus à sale. 303.C
†Salus, & salubritas. 32.C
*Salus eorum, qui aliquid terrenum sapiunt, desperanda non est. 91.C
Salutaris digitus. 208.D
Samaræus. 162.C
Samaria. 166.A 284.C
†Samaria reges habere cœpit. 99
Samaritæ. 96.A 143.C
*Samaritana mulier. 254.A
Samatitani. 163.D
*Samaritanus descendens, qui vulnera curauit. 252.D
Sambuca. 59.D
Samia vasa. 398 D
Samius lapis. 306.D
Samos insula. 276.C
†Samos vrbs. 99
Samothracius annulus. 391. A
Sampsucus. 343.A
Samson. 96.A. 130.A. †97. 145.A *54.A
*Samson historia. 214.D
* Samson quid figurauit. 244.D
Samuel. 96.B. 130.C. †98 145.C
Samuel primam partem sui libri scripsit. 100.A
* Samuel noui sacerdotij successionem, abiecto veteri, prænuntiauit. 245.A
Samuelis liber. 100.D
* Samuelis natiuitas. 216.B
*Samuelis sacrificium. 218.C
Samuelis locus. 309.A
Samus ciuitas. 286.B
Sancire. 293.A
Sancta. 293.C *172
Sancta sanctorum. 101.B 293.D *172
†Sancti stellæ intelliguntur. 80.A 81.D
* Sancti statim, vt è corpore exeunt, ad cælum ascendũt. 15.D 33.C

* Sancti multi nunc videntur, qui in die iudicij reprobabuntur. 33.C
*Sancti quasi exemplar intuẽdi. 41.B
*Sancti corpus aridum portãt. 63.B
*Sancti quando bene de se iudicant. 69.D
* Sancti tentationibus proficiunt. 69.D
*Sancti dæmonũ insidias præcognoscunt. 70.B
*Sancti à contemplatione ad actionem aliquando reflectuntur. 85.C
*Sancti plus gaudẽt aduersitatibus, quàm prosperitatibus. 86.A
*Sancti peregrini in hoc seculo. 86.B
*Sancti cur mundum contemnunt. 86.C
* Sancti qui se à consortio seculi separant. 87.C
*Sancti alta se considerationè custodiunt. 90.A
*Sancti ab elatione, humilitate purgantur. 90.D
*Sancti videri refugiũt, quod esse meruerunt. 91.A
*Sancti curas seculares nõ appetunt, sed sibi impositas ferunt. 93.C
*Sancti quando principum vitia redarguerunt, humilitatem & auctoritatem seruauerunt. 98.C
*Sancti Dei dispositione diu in hac vita versantur. 111.C
* Sanctitatem qui prætendit, vt alijs præsit. 88.A
*Sanctorum sortes. 152.A
*Sanctorum in hac vita pacis inchoatio est, nõ perfectio. 30.C
*Sanctorum gloria. 33.B
*Sanctorum requies comparata damnationi malorũ gloriosior. 33.B
*Sanctorum exempla. 40.B
*Sanctorum ruinæ, & reparationes. 40.C
*Sanctorum discretio. 69.D
†Sanctorum splendor in comparatione gloriæ Christi quodammodo obscuratur. 80.A
Sanctum. 293.D †22.D
† Sanctum, religiosum, & sacrum. 31.B
Sanctus. 201.A
*Sanctus pro quantitate virtutum glorificabitur.
Sandaracha. 376.B
Sandasirus. 314.B
Sandyx. 376.B
Sanguis. 71.A.B.C. 76.A 211.A
Sanguis aerem imitatur. 71. D
Sanguis animæ possessio. 211. B
Sanguis pulchritudinem mouet. 191.D
* Sanguis, & aqua de latere Christi. 280.C
Sanguis integer in iuuenibus. 211.A
Sanguis humanus à ferro se vlciscitur, dum rubiginem citius trahit. 320.D
Sanguis, & lac. 395.C
Sanguis vpupæ. 245.B
† Sanguis cruor, & sanies. 33.C 39.A
Sanguisuga. 235.A
Sanies. 76.A
†Sanies, cruor, & sanguis. 39.A
Sanitas. 71.C
*Sanitas perniciosa. 68.C
Sanitati quæ conducant. 396. A
Sanus. 202.D
Sapa. 397.C
Saphicum carmen. 28.C
Saphirus. 311.D
Sapho quando claruit. 97.A †100
Saphon. 370.B
* Sapere quis dicatur. 51.C
Sapiens. 185.A 201.A
†Sapiens, & prudens. 31.C
*Sapiens secundum seculum, & stultus secundum Deum. 34.A
* Sapientes qui videri volũt. 97.D
Sapientia 379.C *34.A.D
Sapientia Christus. 122.C
†Sapientia, & eloquentia. 60.C
†Sapientia, & prudentia. 27. A 60.B
†Sapientia, & scientia. 60.B
*Sapientia laudatur. 386.C
*Sapientia imperfecta. 20.A
*Sapientia Angeli dicuntur. 9.D
* Sapientia horret spumeum verborum ambitum. 51.C
*Sapientiæ liber. 315.C
Sapietiæ liber apud Hebræos non est. 101.B
*Sapientiæ libri locus. 9.A
†Sapientiam veteres philosophiam vocauerunt. 60.C
*Sapientiam Dei qui plenè recipit. 34.B
* Sapientis est contra omnia aduersa meditari. 107.D
†Sapor rex Persarum. 108
Sar. 238.C
Sara. 129.A. 162.B †96
* Sara panes subcineritios ex tribus satis fecit. 132.A
*Sara Abrahæ soror dicta quid significet. 133.C
*Sara in sepulcro duplici sepelitur. 135.C
*Saræ risus. 132.C
*Saræ sterilitas. 134.D
*Sarabaitæ monachi. 353.C
Sarabara. 382.B
Saraceni. 162.B. 164.A. †96
Saracasmos. 26.C
Sarcia. 74.B
*Sarcinator, & sartor. 34.A
Sarcitector. 378.B
Sarcophagus. 157.B. 298.B 306.D
Sarculi. 405.A
Sarda. 238.C 276.C
†Sardanapalus. 100
Sardinæ. 238.C
Sardinia herba. 277.D
Sardinia insula. 277.C
Sardiniæ fontes. 256.A 277.D
Sardius lapis. 311.B
Sardonyx. 311.C
Sardus Herculis filius. 277. C
Sarmatæ. 162.D 166.A
Sarmentum. 329.B
Sarna. 75.D
Sarra ciuitas. 238.C
Sartago. 401.B
Sartor, & sarcinator. 34.A
Sat. 18.C
Satanas. 154.A
* Satanas, dum nititur electos decipere, detegitur, atque contemnitur. 69.C
*Satanas multis præstigijs vitiorum, mentes reproborũ tenendo deludit. 70.B
Satelles. 202.C
Satietas. 394.D
†Satietas, & saturitas. 31.D 44.A
Satio. 327.B
Satisdatio. 203.A
Satisfactio. 117.B
*Satisfactio pœnitentię diuino pensatur iudicio. 43.B
* Satisfactio humilis tumori respondet. 417.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sator. 202.C
Satum. 324.D
Satureia. 344.A
Saturitas. 394.D
†Saturitas,& ſatietas. 31.D 44.A
* Saturitas panis prima luxuriæ materies. 61.A
Saturni ſtella. 66.D. 68.A. †65.D 79.B
Saturnia. 286.B
Saturnia Italia. 270 D
Saturnij. 165.B
Saturno liberos gentiles immolabant. 154 D
Saturnus. 154.C
Saturnus cælo patri genitalia abſcidit. 157.B
Satyra. 394.D
Satyra lex. 82.B
Satyra lanx. 150.A
Satyram ſcribere. 82.C
Satyri. 218.C 228.D
Satyriaſis. 74.C 75.A
Satyrici poetæ. 149.D
Satyrion. 344 A
Saul. 130.C †94
*Saul ieiunium indixit. 219.D
*Saul à ſpiritu malo arreptus. 219 D
* Saul contra Dauid inſidiæ. 221 B
*Saul Pythoniſſam conſuluit. 224.B
*Saul quid ſignificet. 245.C
*Saulis vnctio. 219.B
* Saulis chlamis præciſa a Dauid. 223.D
*Saulis mors. 226.A
Saulus. 136.C
Saura. 233.B
Saxifraga. 344.D
Saxones. 166.D
† Saxum,& lapis. 33.B
Scabellum. 403.B
Scabies. 75.A
Scabra. 280.D
Scæuus. 202.B
Scalæ. 377.C 399.D
* Scala quam vidit Iacob. 139 A
Scalpellus. 378.D
Scalprus. 378.D
Scammonea. 345 C
Scamna. 403.B
Scandala. 327.C
Scanſilia. 403.C
Scapha. 367.C
Scaptos. 357.A
Scapula. 209.A
Scarabæi. 248.C
Scarabeorum tergo nihil viridius. 106.A
Scarus. 237.D
Sceleratus. 193.D 202.C.D
†Sceleratus, ſceleſtus, & ſceleroſus. 32.B 40.A
Sceleroſus. 193.D 202.C.D
†Sceleroſus,ſceleratus,& ſceleſtus. 32.B 40.A
†Scelus,& facinus. 39.A
Scena. 202.B 363.C
Scenicus. 202.B
Scenopegia. 112.C 363.C
Scheda. 107.D
Schema. 23.B
Schemata. 23.B
Schiſma. 142.B
†Schiſma,& hæreſis. 18.B
Schiſtos lapis. 306.B
Schœſis onomaton. 23.D
Scholia. 104.D
†Sciens, & ſciolus. 32.A
Scientia. 42.D
† Scientia , & experientia. 12.C
† Scientia , & ſapientia. 60.B
*Scientia plerique non ad Dei gloriam, ſed ad ſuam laudẽ vtuntur. 81.C
* Scientiæ primum ſtudium, quærere Deum. 34.B
* Scientiæ mundanæ amor. 83 D
*Scientiam, quam negligunt, quidam accipiũt, vt durius de rebus creditis puniãtur. 81 A
*Scientiam perfectam arrogãtes non cõſequuntur. 81.C
*Scientiam qui apponit,apponit & dolorem. 88.D
Scindulæ. 378.D
†Sciolus,& ſciens. 32.A
Sciopodes. 218.C
Scipio. 353.B
Scipio Africam vicit. 97.D †103
Scire. 1.A
†Scire,& noſſe. 32.B
*Scire multa,& recte viuere. 34.A
Scirpus. 346.C
Scita plebium. 81.D
† Sclaui. 112
Scoria. 320 B
Scolaces. 402.D
Scolopendrios. 346.C
Scophina. 379.A
Scopulus. 304.A
Scorpio. 88.D.235.A 357.A
Scorpio piſcis. 237.D
Scorpitis. 315.D
Scorpius. 69.A
Scorta. 202.C
Scortea. 400.C
Scoti. 166.A 382.D
Scotia. 275.A
Scotoma. 73.B
Scriba. 107.B
Scriba publicus. 175.A
*Scriba repudiatus. 248.D
†Scribere. 42.B
Scrinia. 401.B
Scriptores ſacrorum librorũ. 100.A *327.B
†Scriptura,& lectio. 34.B
* Scriptura ſacra infirmis humilis videtur in verbis, cũ excellentioribus altius incedit. 20.A
*Scriptura ſacra pro vniuſcuiuſque lectoris intelligentia variatur. 20.B
*Scriptura ſacra faſtidioſis, & loquacibus minus propter ſermonem ſimplicẽ placet. 83.C
*Scriptura ſacra nõ ſolũ hiſtorialiter, ſed etiam myſticè intelligenda. 304.C
*Scriptura ſacra quare grãmaticæ loquutionis incõgrua ſit. 398 D
* Scriptura ſacra non idcirco vanas approbat fabulas, quod nominibus gentilium vtatur. 81.D
†Scripturæ quædam accipiuntur hiſtorialiter,quædã ſpiritualiter, quædam miſtẽ. 61.D
*Scripturas hæretici ſano ſenſu non ſapiunt. 82.C
† Scripturarum quinta editio inuenta. 107
*Scripturarum altitudo, quaſi montes paſcuæ. 20.D
*In Scripturis ſanctis viri perfecti habent ſublimia intelligentiæ. 20.A
* In Scripturis ſanctis quædã aperta reperiuntur. 20.B
*In Scripturis ſanctis ſæpe futura quaſi facta narrantur. 20.C
*In Scripturis ſanctis ſeptẽ regulæ obſeruandæ. 23.B
Scripulus. 322.B
Scrupea ſaxa. 304.C
Scrupuloſus. 202.B
Scrupulus. 304.C
Scrupus. 202.B. 304.C. 322 B
Scudicia. 405.A

Scul-

Sculponeæ. 392.D
Scurra. 195.C 202.C
Scutella. 399.A.B
Scutica. 88.C
Scutulatus equus. 224.A
Scutum. 358.A
†Scutum,& clypeus. 46.D
Scylla. 37.C.219.C.258.B †90.C.*104.C
Scylla herba. 346.C
* Scyniphes Ægyptiorum. 159.A
Scyphi. 399.C
Scyphus. 400.C
Scytale. 232 B
Σκύτιλα. 202.C
Scytha. 164.C
Scythæ. 162.D 164.D
Scythę viri , & fœminæ pugnant. 155.D
Scytharum regnum quando cœpit. 96.B †94
Scythia. 267.B
Scythia inferior. 269.D
Se ſine ſignificat. 201.D
Sebaſtia vrbs. 266.A 284.D
Sebum. 395 C
Secare. 378.A
Sedulij locus. 398.D
†Secedere,diſcedere,abſcedere,& decedere. 10.B
† Secernere , & diſcernere. 10.A
Seceſſus. 292 D
* Secreta diuinorum mandatorum quis ſcrutabitur. 80.C
Secta. 18.C 142.B
Sectio. 378.A
*Seculares nequaquã ad miniſterium eccleſiæ admittendi. 347.B
†Seculum,& æuum. 4 B
Secunda fortuna. 202.D
Secundus. 202.D
Secures ſigna conſularia. 355.D
Securis. 378.B
* Securis manum fugiens. 202.C
* Securitas malorum periculoſa. 65.C
*Securitatem habere de peccatis nunquam. 43.B
Securus. 19.B
Secutor. 365.B
Sed, antiqui ſedum dicebant. 18.C
Sedechias. 97.A 131.D †100
* Sedechias quid ſignificet. 246.C
Sedes. 403.C
† Sedes, thronus, & ſolium. 33.A
Seditio. 86.C 352.B
†Seditio,& bellum. 35.B
Seditioſus. 202.A
†Sedulius presbyter. 124.C
Sedulus. 201.C
Seges. 299.B 327.B
Segmentata veſtis. 381.C 389.B
Segmentum. 389.B
Segnis. 201.D
†Segnis,& iners. 19.B 40.A
Seir. 129.C
Σειραφόροι. 362.A
Seiugæ. 362.A
*Sela Iudæ filius. 145.A
Selenites lapis. 306.B 312.B
Seleucia vrbs. 268.C. 284.A 285.A
Seleucus. 284.B
Seleucus Nicanor. 103.D
Σέλινον. 351.A
Sella. 131.A.403.C 406.C
Sellæ curules. 403.D
Sem filius Noe. 96.A.129.A 285.C.†93 94
Sem filij quinque. 161.D
*Sem, & Iaphet quid ſignificent. 127.A
*Sem Prophetarum , & Apoſtolorum tenuit typum. 239.B
Semeia. 134.D
†Semel,& ſimul. 32.C
*Semel malè, vel bene loqui. 51.B
Semen. 212.A 327.A
Semen viri. 179.A
Semicinctium. 391.D
Semiobolus. 322.B
Semiramis. 283.C †95
Semiſpathium. 155.B
Semiſsis. 322.D
Semita. 301.A
† Semita,callis , & trames. 33.C
Semiuncia. 322 D 325.A
* Sempiterna quæ ſunt. 13.B
†Sempiternum, & perpetuũ. 31.A
Senarius numerus perfectionem declarat. 52.D
Senarius verſus ſiue trimeter. 28.C
Senatores initio centũ. 392.D
† Senatores quando electi. 100
Senatorum tres ordines. 174.D
Senatus. 96.D 174.C
Senatuſconſultum. 81.B 174.C
Seneca. 16.C
†Seneca à Nerone interficitur. 106
Senecio herba. 345.A
†Senecta,ſenectus, & ſeniũ. 33.D
Senectus. 215.C 216.A
Senectus,& ſenium. 33.D 53.B.C
Senes. 54.C 216.C
* Senes qui in iuuentute luxurioſe vixerunt, & in ſenectute continentes eſſe volunt. 58.D
Senex. 216.D
†Senex,& ſenior. 33.D
Senio. 366.B
Senior. 216.C
Seniores,& ſenes. 217.A
*Seniores docẽdi prius. 98.D
Senium. 215.C
†Seniũ,& ſenect⁹. 33.D. 53.B
Sennacherib rex Aſſyriorũ. 284.C †100
†Senſibilia, & intelligibilia. 54.A
Senſus. 205.A.C
Senſus corporis quinque. 205.A †54.A.B
†Senſus vnde pronenit. 51.C
†Senſus,& intellectus. 31.A 38.D
†Senſus in pueris, in iuuenibus, & ſenibus. 54.C
†Senſus,& memoria. 54.D
*Senſus carnis 15.D 50.A
* Senſus alij alijs virtute præcellunt. 14.A
* Senſu multa intelligimus, quæ lingua explere nõ poſſumus. 14.B
*Per ſenſus carnis morbus incipit mentis. 50.A
Senſus ſcripturæ à quo poteſt cognoſci. 80.B
Sententia. 36.D.40.B.205.C *51.B
† Sententia , & conſilium. 47.A
*Sententia vna quare bis repetitur in ſcripturis ſacris. 20.D
*Ex ſententia dicere. 51.B
Sententiarum notæ. 14.C
Sententiarum ſpecies. 40.B
Sentix. 537.C
Sentix vrſina. 337.B
*Seon rex Amorrhæorum, & bellum in eum. 194.B
Sepelire. 216.D
†Sepelire,amburere,& comburere. 3.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Sepher. 191.D
*Sephora. 163.B
Seps.232.A 233.C
Septa oppidũ.159.C. 287.C
Septem. 52.A
Septem ſpatia. 362.C
*Septem gentiũ interemptio. 201.B
*Septem millia,qui non curuauerunt genua ante Baal. 246.A
*Septem fratres,qui vnã vxorem duxerunt. 251.B
September.93.A †66.A
Septenarius numerus vniuerſitatem ſæpe ſignificat. 111.A
Septentrio. 63.A.86.A.249. C.253 D 254.D
†Septentrio, ſiue Arcturus. 67.C
Septentriones.67.C 251.A
Septimana. 92.D
Septiformis Spiritus ſanctus. 124.C
* Septuaginta animæ introierunt in Ægyptum cum Iacob. 156.B
Septuaginta interpretes. 97. C.103.C †103
* eptuaginta viri electi ſuper quos deſcendit ſpiritus. 188.A
Sepulcrum. 298.A
† Sepulcrum tumulus monumentum,& buſtum. 32.D 45.D
Sepultus. 202.B. 216.D †32.D
Sequeſter. 202.A
†Sequeſtris eques, & equeſtris. 12.A
Seraphim. 127.B
Seraphim duo in Iſaia. 128. B
†Serapis.96 157.A
Serenitatis ſigna. 87.C
†Serenum,& tranquillum. 33.B
Serenum qui fiat. 252.A
Serere. 327.B
Seres.163.C 382.D
Seres oppidum. 267.A
Serica veſtis. 381.A
Sericum.375.C 386.D
Series.30.D 357.B
Seriola. 400.C
Sermo. 105.A
†Sermo,& verbum. 36.D
*Sermo qualis eſſe debeat. 50.D
*Sermo Dei quando ad cordis intima peruenit. 81.A
*Sermo Dei fidelibus lux, reprobis tenebræ. 81.D
*Sermo Dei occultum habet fulgorem ſapientiæ. 83.B
*Sermo ſimplex in ſcripturis ſacris. 83.A
*Sermo epiſcopi,& presbyteri qualis. 347.D
†Sermocinari, & fari. 39. C
*Sermones vani. 51.A
* Sermones impudici fugiendi. 384.B
Serpedo. 75.D
Serpens. 231.C
Serpens viuacitate ſenſus excellit. 234.A
Serpens hominem nudũ non audet contingere. 234. D
Serpens de medulla hominis creatur. 234.C
Serpens Chriſtus. 123.A
†Serpens,& draco. 3.A
*Serpens diabolus. 12.C 117.C
*Serpens hæreticorum verſutiam deſignat. 118.A
*Serpens æneus exaltatus. 194.C
Serpentem mulier peperit. 217.D
Serpentes natura frigidæ. 213.C
Serpentes folijs mori ſuperactis intereunt. 334.D
Serpentum natura. 234.B
Serpentum tot venena, quot genera. 231.C
Serpentum. 389.A
Serpillum.52.A 344.D
Serra. 378.A
Serræ inuentio. ibid.
Serra piſcis. 237.D
Serrula. 405.D
Seruch.96.B †94
Seruij Honorati locus ex Iſidoro reſtitutus. 31.C
Serui. 175.B
Serui non militabant. 171.B
Serui in Canẽſi pugna militauerunt. ibid.
Serui caput vindicta percutiebatur. 176.C
* Serui Dei multa certamina carnis habent. 58.A
*Serui interfecti à colonis. 251.B
* Serui qui talenta Domino reddiderunt. 252.A
*Seruis Dei cuncta huius mũdi contraria. 86.B
† Seruire, & inſeruire. 32.C
*Seruire duobus dominis nemo poteſt. 88.C
†Seruitanum monaſterium. 129.C
Seruitus. 88.D
†Seruitus propter peccatum. 101.D
* Seruitus ſubiecta melior, quàm elata libertas. 101 B
†Seruitus Hebræorum. 96
†Seruitus,& ſeruitium. 33.B 38.D
Serum.91.A 395.B
Serum regio. 167.D
Seruus. 88.D
†Seruus,& famulus. 33.B
* Seruus Dei aduerſitate non frangitur. 28.B
* Seruus Dei inſidias diaboli intelligere, & cauere debet 69.C 89.C
*Seruus Dei de ſuis meritis nõ debet attolli. 88.A
*Seruus Dei, dum bonum aliquod opus agit, incertus eſt,vtrum ei ad boni remunerationem pertineat. 88. B
* Seruus Dei ſine intermiſſione legere, orare, & operari debet. 88.B
*Seruus qui mnam vnam accipiens decem acquiſiuit, & qui quinque, & qui vnam ipſam conſeruauit. 254.B
*Seruus cui Petrus amputauit auriculam. 255.A
*Seruus monachus eſſe nõ poteſt, niſi libertate donetur. 403.C
Seſamum. 327.D
Seſsilis. 202 A
Setæ. 222.B
Seth. 95.C.128.C.†93. *122.D
* Seth Chriſti figura. 238. A
Sethiani hæretici. 144.B
Seuerus. 202.A
Seuerus Imperator. 97.C †107
†Seuerus epiſcopus Malacitanus. 129.C
Seuerus hæreſiarcha, & Seueriani. 144.C
Sex. 52.A
Sextarius.323.D 325.B
Sextilis menſis.66.A 92.D
P.Sextius. 79.B
Sextula. 322.C.D
Sfungia.239.A 373.D
Sfungiæ candidæ. 239.B
Sibilare. 37.D
Sibilus. 232.B
Sibyllę decem, Perſica,Cybiſſa,Delphica, Cimmeria,Erithræa,Samia,Cumana,Helleſpontia, Phrygia, Tiburtina. 150.C
Sibylla Erithræa, ſiue Herophila Græcis vaticinata eſt perituram eſſe Troiam, & Homerum mendacia ſcripturum. 150.D
†Sibylla Erithræa quando claruit. 99
Sibylla Samia quando claruit 96.D 276.C
Sibyllæ multa de Deo,& Chriſto ſcripſerunt. 150.B
Sibylla Cumana nouẽ libros attulit Tarquinio Priſco. 150.A
†Sic & ita. 45.A
Sica.202.B 355.C
Sicani. 165.C
Sicanus. 165.C
Sicanus rex. 276.C
Sicarius.202.B 355.C
Siccitas propria terræ. 264. B
Siccus. 202.B
Sicel. 322.A
Sicera.397.D *187.C
Sichem vrbs. 284.A
Sichima vrbs. 284.A
Sicile. 400.B
Sicilia. 276.C
Sicilia Italiæ antea coniuncta. 277.A
Siciliæ fretum. 258.A
Siciliæ fontes duo diuerſæ naturæ. 255.B
Sicilienſes. 165.C
Sicilicum. 19.A
Siclus. 322.A
Sicula. 400.B.C
Siculi. 165.C
Siculum mare. 257.B
Siculus Itali frater. 276.C
Sicyonij. 164.D
†Sicyoniorum regnum quando cœpit. 95
Siden ſtagnum Indiæ. 255. C
Sidera.66.C 67.B
†Sidera vtrum animã habeãt. 82.D
†Sidera errantia. 79.B
†Sidera, aſtra,ſtellæ, & ſigna. 31.D 45.D
Sideritis. 315.B
Sidon vrbs. 162.B 284.D
Sidon Phœnices piſcem vocant. 285.A
Sidones.162.B 164.A
Siene. 63.B
Sigeum promontorium.279. C
†Sigericus rex Gotthorum. 157.C 166
Sigilla. 390.B
Signa. 390.B
†Signa,ſidera, aſtra, & ſtellæ. 31.D
Signa exterius fiebant,vt interius fides roboraretur.29.C
Signa bellorum. 354.C
Signa cæleſtia. 67.B
†Signa cæli & terræ, quę bellum crudele præceſſerunt. 157.D
Signa ponderis. 325.B
†Signa tempeſtatis, & ſerenitatis. 87.C
Signare teſtamentum. 83.D
Signatores.83.A 203.B
Signorũ ſuperſtitioſæ obſeruationes fidei contrariæ. 89.D
Silentium. 253.D
Silentium doctorum. 99.B
†Silere,& loqui. 40.D
Silex.304.A 373.D
Silex fluuiatilis. 375.A
Silex pallidus. 373.A
Silex viridis. 378.D
Silices albi. 373.D
Siligo.327.B 394.D
Siliqua.322.A 335.D
Siloa fons. 255.D
†Symmachus. 107
Simeon.132.C 41
Simeon quid ſignificet. 150. C 241.A
Simiæ. 228.B
Simila. 395.A
Simila in ſacrificio. 177.B
Simile. 77.A
Similes ſibi mali defendunt. 93.A
†Similis, & ſimulans. 34.A
†Similis illius,vel illi. 20.D 41.D
†Similitudo, & exemplum. 44.D
†Similitudo,& figura. 33.C
Simon Bariona. 136.A
Simon Chananæus idem & Zelotes.136.C †155.A
†Simon Cleophas. 106
Simon Cyrenæus. 255.A
*Simon leproſus. 254.B
Simon Magus. 143.A †105
†Simon Petrus. 151.C
Simõ Zelotes 136.C.†155.A
Simones. 237.B
Simoniani hæretici. 143. A
Simonides poeta Threnos ſcripſit. 29.B
Simonidium carmen. 28.C
Simplagium. 371.B
Simplex Dei nomen. 120.B
Simplex veſtis. 381.D
Simplices numeri. 53.B
* Simplicitas ſumma apud Deum. 1.A
*Simplicitas cum prudentia. 69.C
†Simul,& ſemel. 32.C
†Simul, & ſimitum. 40.A
Simulacra, & eorum vſus. 153.D
Simulare,& diſsimulare. 32.B 33.D 40.A
*Simulatio. 92.B
*Simulatio contra veram religionem. 414.D
Simulator. 202.A
*Sin. 186.A
Sinæus,& Sinæi. 162.C
Sinai interpretatur rubus. 187.A
Sincerus. 201.B
Sincinium. 113.C
†Sinderedus Archiepiſcopus Toletanus. 167
Sindon. 385.C
†Singericus dux. 158.B
Siniſtra. 208.C
Sinopis. 375.B
†Sintitio Archiepiſcopus Toletanus. 167
Sinus. 258.B
†Sinus,& gremium. 33.D 43.B
Sinus maris. 258.B
Sinus Caſpius,Indicus, Perſicus,& Arabicus. 258.B
Sion.141.C.283.A. *186.A
Σιὼς. 150.C
Siparum. 370.C
Siphinus lapis. 307.B
Siphon. 400.D
Sipla. 385.C
Sirenes. 219.B
Siriæ limus. 303.D
†Siricius Pontifex Romanus. 123.B
Sirimpio. 76.A
Sirius.68.B 82.D
Siſara typus diaboli. 244.B
† Siſebutus rex Gotthorum Chriſtianiſsimus. 112. 161.B 166.
†Siſenandus rex Gotthorum. 166
Siſibertus Archiepiſcop' Toletanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

letanus. 167
Sistere, & consistere. 32. B
Sistro Amazones ad prœlium vocabantur. 60.A
354.D
Sistrum. 60.D
Sitarciæ. 401.B
Sitifi oppidum. 273.D
Situla. 232.D
Situs. 45.B
Smaragdi mero, & oleo prosunt. 309.C
Smaragdorum genera. 309 C
Smaragdus. 309.B
Smyris lapis. 307.A
Smyrna vrbs. 261.A. 268.B
Smyrna Homeri patria. 285. B
Socci. 392.C
Soccelli. ibid.
Socer. 179.C †33.B
Societas duorum, anima vna. 92.D
Societas triplex. 289.B
Socius. 201.C
†Socius, & amicus. 1.A
*Socoth. 185.B
†Socrates. 102
Socrates Ethicam instituit. 43.B
Socrates cicutam bibit. 345. B
Socrus. 179.C †33.B
*Socrus Petri febriens. 248. D
Sodalis. 20.C 202.C
*Sodoma versa in cinerem. 132.D
*Sodomitæ. 61.A
Sol. 67.D 155.D
Sol per se ipsum mouetur. 65.A
Sol spatijs inæqualibus annos conficit. 65.B
Sol Oriens diem facit, Occidens noctem. 65.C
Sol annis decem & nouē explet circulum suum. 66.D
Sol tempora diuidit. 67.A †76.D
Sol quando æquinoctium facit. 251.B
Sol lingua Persica El dicitur, quem ipsi colunt. 265. D
Sol à poetis electror dicitur. 321.D
Sol quando æstatem facit. 251.B
Sol Christus vocatur. 122. C
†Sol iustitiæ Christus. 75.D 76.B
†Sol vtrum per se ipsum moueatur. 76.A
† Sol vbi incandescit acrius vrit mundum, & perturbatur aer, & pestilens annus inducitur. 76.A
† Sol in quarto circulo est. 79.A
† Sol, quæ signa tempestatis, aut serenitatis habet. 87.A. B.C
* Sol retrocedit decem gradus. 234.B
* Sol stetit in Gabaon. 207 C
Solaria. 292.A
Solatium. 188.D
† Sole oriente omnia sidera obscurantur. 80.A
Solea. 236.D
Soleæ. 392.C
Soleæ materiales. 392.C
Soli cur Deus diuersos cursus constituit. 65.C
Solidum. 322.C 325.A
Solidum dimidium. 325.A
Solidus. 322.C
Solidus numerus. 55.B
Solidus aureus. 322.C
Solifuga. 230.C 277.D
Solis ciuitas. 285.C
Solis cursus. 65.A † 76.A
Solis eclipsis. 66.B 78.B
Solis effectus. 65.C
Solis equi rosei, vel crocei. 363.C
Solis gemma. 312.B
Solis ignis aqua nutritur. 64. C
Solis magnitudo. 64.A
Solis natura. 64.C 75.B
Solis quantitas. 75.B
*Solis radius dum, cōspicitur, oculos hebetat. 90.B
Solisequia. 344.B
Solium. 403.C
† Solium, sedes, & thronus. 33.A
† Sollemnes dies, & festi. 16.B
†Sollemnia præstare. 16.B
Sollemnitas. 112.A
Sollers. 201.B
*Sollicitudo. 381.D
†Sollicitudo, & cura. 7.A
Sollicitus. 201.C
Sollum, id est, firmum. 112.A
Solpunga. 233.D
Solœ vrbs Pōpeiopolis. 21.C
Solœcismus. 21.C 22.C
†Solœcismus, & Barbarismus. 6.C 39.C
Solon. 79.A † 100
Solonis leges. 79.B
Solorius mons. 280.D
Solstitia duo. 93.D †70.D
Solstitium. 93.D
Solum. 210.A 280.C
†Solus, solitarius, vnus, & vnicus. 36.B 39.B
Solyma vrbs. 283.A
* Somnia similia augurijs. 74.C
*Somniantes. 73.A.B.C
* Somnijs fides habenda non est. 74.B
*Somniorum caussæ, & qualitates. 73.D
* Somniorum tentamenta. 73.D
Sonipes. 223.D
Sonus. 58.B
†Sonus, & sonitus. 33.A
†Sonus, & vox. 37.A
*Sonus prior, quàm suauitas cantilenæ. 6.C
Sophocles. 97.B †102
Sophonias. 101.D. 134.C †100 148.C
*Sophonias quid significet. 246.D
Sophoniæ liber. 320.A
Sophoniæ locus. 198.B
Sorex. 230.B
Soror. 179.B 183.B
†Soror, & germana. 18.A
Σόρος. 157.B
Sors. 188.D
Sortilegi. 152.A
Sospes. 202.D
Sotadæum carmen. 28.C
Soter. 97.D
Spadix equus. 223.D
Spadones. 329.C * 356.B
Sparta ciuitas. 286.A
Spartani, 165.D
Spartus. 346.D
Spartus Phoronei filij. 286.A
Sparus. 238.A
Spasmus. 72.C
Spatha. 355.A.B
Spatia septem quadrigæ currunt. 362.C
Spatomele. 77.A
*De Spe. 36.D
*Spe venię non est peccandū. 36.D
Specialia nomina. 6.B
Species. 44.D
Species nominum propriorū quattuor. 6.A
†Species corporalium rerum. 49.D
Speciosus. 201.C
† Spe-

†Speciosus, decens, & formosus. 10.A
Spectabiles Senatores. 174. D
Spectacula. 359.C
Spectaculorū execratio. 365. A
†Spectare, & exspectare. 12. D 39.D
Specula stanno temperantur. 321.C
Specularis lapis. 307.B
Speculum. 389.D
Specus. 282.C
†Specus, & antrum. 33.B
Spelæa. 282.C 304.B
Spelunca. 304.B
†Sperare, & spectare. 32.A
Spes. 142.A
†Spes, fides, & charitas. 59.D
Sphæra. 55.B. 366.B 395.B †73.B
Sphæra cæli. 62.C 251.A
Sphæræ cursus. 62.B
Sphæræ motus. 62.D
Sphinges. 228.C
Spica. 328.A
Spicula. 357.A
Spina. 209.B
Spina sacra. 209 B
Spingæ. 403.D
Spira. 370.A
Spiraculum. 282.C
Spiramenta. 208.D
†Spirare, & expirare. 42.D
Spiritum emittere. 205.A
Spiritus. 124.B 205.A
†Spiritus, & anima. 55.C
†Spiritus, & mens. 44 D
Spiritus sanctus hora tertia infusus. 116.A
Spiritus sancti nomina, & attributa. 124 B.C
Spiritus sanctus. 124.B
Spiritus sanctus procedens. 124.D
Spiritus sanctus non prædicatur ingenitus. 124.D
Spiritu sancto impleti credentes linguis omnium loquebantur. 125.A
Spiritus sanctus in specie columbæ. 125 D
*Spiritus sanctus quare in Genesi nominetur. 7.A
*Spiritus sanctus quare aquis superferri dicitur. 7.A
*Spiritus sanctus per olei, & ignis figuram. 7.B
*Spiritus sanctus pignus ecclesiæ accepit. 16.A
*In Spiritu sancto omnis gratia donorum. 16.B
*Spiritus sanctus Patris, & Filij est. 16.D
*Spiritus sanctus creator, sicut pater, & verbum. 16.D
* Spiritus sanctus non dicitur genitus. 124.D
*Spiritus sanctus quinquagesima die post passionē descendit. 164.A
*Spiritus sanctus à Patre, & Filio procedit. 396.D
*Spiritus malus Domini quid sit. 69.A
*Spiritus maligni. 70.A
Splen. 211.D †52.D
Σπλὴν. 73.D
Splene ridemus. 211.D
Splendor Christus. 122.C
Splenos. 345.B
Spolia. 353.D
†Spolia, & exuuiæ. 12.C 33.A
Sponda. 403.A
Spondere. 183.A
Spondeus pes. 11.B
Spondiales. 11.C
Spongia. 241.D 394.D
*Spongia aceto plena Christi potus. 278.C
Sponsa. 183 A
Sponsa qualis eligēda. 359.C
Sponsio. 84.D
Sponsus. 183.A
Sponsus Christus. 123.B *254 D
Sporta. 401.D
Spuma. 160 A
Spuma argenti. 319.A
Spuma nitri. 303.D
Spumeus. 395.A
Spurcitia. 222.A
Spurcus. 202.C. 222.A
†Spurcus, & spurius. 32.B
Spurius. 178.B.C
†Spurius, & spurcus. 32.B
Sputum. 160.B
Squalidus ager. 299.C
Squama. 358.A
* Squamæ in Pauli oculis. 68.C
Squatus. 238.C
Squinum. 432.D
*Stabilitas firma. 418.B
*Stabularius. 252.A
Stacte. 78.B
Stadialis ager. 300.C
Stadium. 301.C
Staphisagria. 346.C
Stamen. 388.A
Stannum. 321.C
Stat Deus. 121.A
Stater. 322.D
Statera. 321.D
Statio. 116.C 281.B
†Statio, & portus. 32.A
Statius. 68.D
Statij locus. 281.B
Statuę togatæ. 383.A
†Statura, & status. 34.B
†Status, & statura. 34.B
Status caussarum duo, rationalis, & legalis. 33.B
Status caussarum fit ex intētione, & depulsione. 33.B
Status definitiuus, coniectura lis, qualitatiuus. 33.C
Status legis contrariæ. 34. B
Status quibusdam decem & octo. 34.B
Status secundum Rhetoricos Tulij vndeuiginti. 34.B
Stella. 14.C
Stellæ. 66.C 67.A
Stellæ omnes suo tempore ad cursum proprium reuertuntur. 66.B
Stellæ, & planetæ. 67.B
†Stellæ, astra, sidera, & figura. 31.D
†Stellæ sancti viri intelliguntur. 80.A
†Stellæ vnde habeant lumen. 80.D
†Stellæ vtrum animātes necne. 83.A
*Stellæ indicio Christi natiuitas monstratur. 268.D
Stellarum cursus. 66.B †76.A
Stellarum interualla. 66.C
†Stellarum lapsus. 81.A
Stellarum lumen à Sole. 66. D
Stellarum nomina. 67.D
Stellarum numerus circularis 66.D
Stellarum præcedentia, & antegradatio 67.C
Stellarum remotio, vel retrogradatio. 67 C
Stellarum situs. 66.A
Stellarum status. 67 D
Stellio. 233.B
Stemmata. 181.A
Stephanus primus martyr. 137.C
Sterce. 326.D
Stercus, stercoratio, stercutes. 326.D
Stereſij. 218 A
Sterilis vnde fiat. 212.C
Sterion. 293.B
Στήγεος. 182.D
Stibadium. 393.A
Stilbon. 68 A

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Stilicon dux Romanorum. 156.D
Stilla. 160.A
†Stilla, & gutta. 33.A.41.A 46.C
Stillicidium. 160.A
Stimuli.402.A 406.D
Stimuli libidinis. 406.D *58.A
Stincus. 344.A
Stipendium.172.D 318.A
Stippa. 337.A
Stippatores. 386.B
Stips. 202.D
Stipula.328.B 337.A
Stipulari. 202.D
† Stipulatio,& restipulatio. 43.D
Stipulatio. 84.D
Stipulator. 202.D
Stipulatores. 84.D
Stipulum firmũ.84.D.202.D
Stiria. 160.A
Stirps. 177.B
Stœchas. 346.D
Stœchades insulæ. 277.C
Stoici philosophi. 148.A †78.C
Stoici cometas vltra triginta esse dicunt. 68.C
Stola 195.B 385.A
Stomachus. 211.D
Storia. 403.C
Storax. 340.C
Stragulum. 385.B
Stranguria. 74.C
Strata. 301.D
Stratus.385.B 403.C
†Strenuus,& externus. 34.A
Strictura.320.D 373.A
Striges. 220.B
Strigiles. 406.D
Strix. 244.B
Strongile insula. 277.B
Strophium. 391.A
Structio. 372.D
Struppi. 370.C
Struthio. 242.D
Struthius. 345.B
Strychnos. 345.D
Studiosus.201.A 202.B
Stulti frigidi sanguinis sunt. 216.C
*Stulti contra bonos studium assumunt. 107.D
Stultus. 201.D
†Stultus,fatuus,& stupidus. 31.C
Stupidus. 201.D
†Stupidus,fatuus,& stultus. 31.C
Stuppa,siue stippa. 386.B
Stuprum. 86.D
†Stuprum, incestus, & adulterium. 31.D
Stymphalides aues. 243.C
Styx. 282.D
Styx aqua in Achaia. 255.C
Suasor. 202.B
Suaue,& dulce. 44.D
†Suauium,& basium. 25.D
Subcesiuus ager. 299.D
Subdiaconi. 138.D.139.A *350.B
* Subdiaconus, & quod ad eũ pertineat. 392.A
†Subdistinctio,& distinctio. 9.D
*Subditi. 101.D
*Subditi,& prælati quomodo se gerere debeant. 389.A
†Subducere , & deducere. 10.C
Suberies. 335.C
Subfibulum. 391.B
Subhirci. 208.B
†Subijcere , & supponere. 32.C
Subiunctiuæ coniunctiones. 10.A
Subligaculum. 391.B
Sublinguium.207.C 52.B
Sublimis. 201.B
†Sublimis,& arduus. 2.A
*Submissio vera elationi respondet. 411.B
Submultiplex numerus.54.B
Submultiplex superparticularis numerus. ibid.
Submultiplex superpartiens numerus. 54.C
†Subnixus, adnixus, obnixus, & innixus. 2.B
Suboles. 177.B
Subrinus. 179.B
Subseciua. 299.D
Subsellia. 403.C
†Subsidium,præsidium,& auxilium.27 D 40.D
Subsolanus ventus. 86.A 253.D
Substantia. 44 D
Substantia apud Græcos persona intelligitur,non natura. 126.A
Substantia Dei. 126 A
†Substantia,& essentia Dei. 48.A
Substantiæ secundæ. 45.A
Substantialis definitio. 47. C
†Substulit,tulit, & abstulit. 35.A
†Subter,& subtus. 32.D 43.B
Subtilis. 202.A
*Subtilitas artificiosa cauenda in disputatione fidelium. 85.A
Subulcus. 202.B
Suburbana. 289.C
Succentor.114.B 139.B
Succentoriati. 172.B
Succidia. 395.C
Succina gemma. 397.C
Succinctorium.380.B. 391.B
Succinus.311.D 335.A
Succulæ. 68.A
Succus. 398.B
†Sucronensis ventus. 86.B
†Suere,& consuere. 7.A
Suetonij Tranquillij fragmentum elegans. 149 D
Sueui. 163.D. 160.B.C. 269.D
†Sueui à Leouigildo obtenti. 111
†Sueuorum historia. 164.D
†Sueuorum regnum finitum. 158.A
†Sueuorum regnum in Gothos translatum. 165.D
Sueuus mons. 166.C
Suffecti consules. 82.B 202.D
Suffectus. 262.D
Suffragines. 210.C
†Suffragines , & poplites. 43.D
Suillus. 229.A
†Suintila rex Gotthorum. 162.A 166
Suintilanus rex Gotthorum. 95.A
Sulcus. 327.A
Sulphur.256.B 302.B
Sulphuris genera quattuor. 303.A
Ser.Sulpitius. 79.B
Sulzica. 399.C
†Sum,& suum. 33.D
†Sumere tenere, & accipere. 32.D 59.C
Summè bonus Dei nomen. 120.C
Summus sacerdos. 138.A
*Sunamitis filius mortuus. 245.D
† Sunieredus Archiepiscopus Toletanus. 168
†Super & supra. 32.C
*Superbi. 81.C
†Superbia , & arrogantia. 31.D
†Superbia triplex. 62.C
†Superbia dux,& radix vitiorum. 62.B
*De Superbia. 56.A
*Superbia summum vitiũ monachi

nachi. 87.D
* Superbia contra humilitatẽ dicit. 414.A
*Superbiæ emendatio. 57.B
*Superbiam deprimit exemplum humilitatis Christi. 62.D
* Superbis diuinæ legis penetralia clauduntur. 81.D
† Superbiens,& superbus.35 D
Superbus. 201.D
†Superbus,& superbiens. 35. D
*Superbus membrum est diaboli. 91.C
Supercilia.52.B. 206.D
Superficialis numerus. 55 B
Superficiei fines lineæ sunt. 56.C
Superficies. 56.C
Superfluit numeri. 53.C
Superlatiuus gradus. 7.D
Superparticularis numerus. 54.B
Superpartiens numerus. 54. C
Superstites. 359.C.B
Superstitio. 142.B
† Superstitio , & religio. 31. A
Superstitiosus. 201.C
Superum mare. 257.A
Suppedaneum. 403.B
Supplicare. 87.D
Supplicatio. 117.D
Supplicia. 117.B
Supplicium. 87.D
† Supplicium pœna, & multatio. 23.D
† Supponere,& subijcere. 32. C
† Supprimi,& supremi. 32.D
Supra,& super. 32.C. 40.B
Suprema pars diei. 91.A
† Supremi,& supprimi. 32.D
Supremus. 201.D
Suppus. 366.B
† Sura,& syra. 34.A
Suram dare. 366.C
Surculi. 332.A
* Surdi in Euangelio. 248.D
Surdus. 202.A
† Surgere,& exurgere. 32.C
Sus. 222.A
Susa fluuius. 283.C
Susa oppidum. 265.C
* Susanna figura ecclesiæ. 247.A
† Suscipere, & recipere. 42. D
† Suscipere, & suspicere. 33. C
Susis oppidum. 283.C
† Suspicari, & putare. 45.B
† Suspicere, & aspicere. 2.D 39.D
† Suspicere, & suscipere. 33. C
Suspirium. 73 B
Susurro. 202.A
Sutor. 202.B.222.B. 392.C
Suus,& sus. 34 A
Συχνὸς δήμος. 174.B
Sycionia. 270.C
Sycionium regnum. 96.B
*Sycioniorum regnũ finitur. 98.
Sycomorus. 334.D
Syenites marmor. 308.C
Sylla,& Marius. 352.C
Syllaba. 10.B.D
Syllaba,aut breuis, aut longa, aut communis. 10.C
Syllepsis. 23.A
Syllogismi. 35.A
Syllogismi dialectici. 46.C
Syllogismorum apud Rhetores principalia genera duo. 35.B
Syllogismorum hypotheticorum modi. 47.D
Syllogismus quid,& ex quibus partibus constat. 35.B
Sylua.20.A. 332.A
† Sylua,& nemus. 3.D
Syluam poetæ materiam nominauerunt. 250.D
Syluanus. 157.C
Syluicola. 186.C
*Symbolo,& oratione dominica omnis scripturarum coarctatur latitudo. 26.A
Symbolon. 20.C
Symbolum.116.C *162.A
* Symbolum fidei. 26.D
* Symbolum quod competentes accipiunt. 361.D
*Symbolum Nicænum. 330. D
Symmachus interpres. 97.C. 103.C
Symphonia.58.D. 60.A
Symphyton. 345.C
Sympsalma. 114.B
Synagoga. 141.A
* Synagoga grauius desæuiet in Anti Christi tempore. 30.B
*Synagogæ reprobatio. 297. D
Synalephe. 23.A
Synanche. 72.B
Synapis. 349.C
Syncope.22.D. †39.C
Synchesis. 25.D
Synchoresis. 41.A
Synecdoche. 25.D
Synocitis. 316.A
Synodus. 108.C
Synodus Chalcedonensis. 108.A
Synodus Constantinopolitana. 108.D
Synodus Ephesina. 108.A
Synodus Nicæna 108.C
* Synonymorum liber. 367
Synonyma nomina. 6.D
Synonymia. 39.C
† Syra,& sura. 34.A
Syracusæ vrbs. 276.D
Syri.162.A. 163.C
Syria. 266.B
Syria Romanis subiecta.97.D †103
Syria oliua. 337.A
Syriæ limus. 303.D
Syricum. 375.C
Syrius lapis. 306.C
Syrites lapis. 315.A
Syrtes 167.B. 258.C
Syrus , & Chaldæus vicinus Hebræo est in sermone. 161.B
† Syrus ventus. 86.B
Systile. 22.D
Syzigiæ. 11.B

T

T. Pro Z. 18 D
T. nota in capite versiculi stipestitem designabat. 16. C
T. trecentorum imago. 212. B
Tabellarij 83.C. 105.B
Tabanus. 248.B
Tabellio. 175.A
Taberna. 291.B
Tabernacula. 297.D
* Tabernaculum quod Moyses fabricare iubetur. 171. A 187.A
* Tabernaculum ex diuersis donarijs constructum. 172. D
* Tabernaculum ex varijs cõstructum, quid in eo vnaquæque res significet. 173. A.&c.
Tabernariæ. 291.B
Tabes. 76 A
*Tabitha vidua. 357 D
Tabulæ. 378.D
Tabulæ testamenti. 82.C
* Tabulæ sacrę digito Dei scriptæ. 162 D
*Tabulæ duæ decalogi. 166.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Tabulæ decalogi cur lapideę. 165.D
* Tabulæ in arca Testamenti. 170.D
*Tabulæ deauratæ quas Moyses erigi præcepit. 171 C
*Tabularum confractio. 168. C
Tabulata. 292.B
† Tacere,& silere. 40.D
* Taciturnitas discreta multiloquio respondet. 421.B
Taciturnus. 203.C
Tacitus 98.A
† Tacitus Imperator. 108.
Tactus.205.C. † 54.A
Tænia. 389 C
Tages aruspicinæ inuentor. 152.C
Tagus fluuius.262.B. 271.B
*Tahath. 192.B
Talares calcei. 392.B
Talaris tunica. 380.C
Talentum.322.B. 325.B
Talentum triplex. 322.C
Talio. 88.A
* Talio in lege. 166.C
Talpa. 230.C
Talus. 210.D
Tamarix. 336.C
Tanais fluuius. 261 B
† Tanaus rex Scytharum. 95
Tanis ciuitas.284.C. 285.C
Tantalus auis. 242.D
Tantus. 18.C
Tantundem,pro tantum sępè, vt 80.C.*80.D. 90.B. 98. B
Tanus rex. 261.B
Taos. 315.D
Tapeta. 385.C
Tapinosis. 22.D
Taprobana insula. 265. C. 275.A
Tapsus insula. 277.A
Taras. 286.C
Taratrum. 378.D
Tarda auis. 242.D
† Tarditas,& mora. 23.C
†Tardus,piger,iners,& segnis. 40.A
* Tardus ingenio pro intentione præmium percipit. 81.A
Tarentum ciuitas. 286,C
Tarmus. 236.B
Tarquinius rex.88 A. 170.D
Tarquinius Priscus. 290.A
Tarracona ciuitas. 287.A
Tarraconensis prouincia.271. B
Tarsus ciuitas. 285.A
Tarsus vrbium mater. 268.C
Tartarus. 282.A
Tatiani hæretici. 144.D
Tatianus hæresiarcha. 144.D. † 107.
Tauri ad ficum arborem colligati repente mansuescunt. 334.C
Tauri Indici. 222.C
Tauri scarabæi. 248.C
Taurus.68.C. 222.C
Taurus mons. 279.C
Tautologia. 22.D
Taxea. 395.C
Taxus arbor. 336.D
Tegmen. 380.D
Tegulæ.296.D. 373.B. 378. A
Tela.355.C. 387.B
*Tela consummatur filis. 111 A
† Tela arma, & armaméta.3.B 45.A
Telaria. 387.B
Telinum vnguentum. 78.C
Tellus.156.C. 264 A
† Tellus,terra,& humus.35.B
Telo insula. 78.C
Telon. 406.C
Telonium. 291.C
Telum. 356.A
Telum lateris. 72.D
† Temeratius,& audax. 3.D
† Temeritas,& audacia. 35.D 42.C
Temetum.186.A. 203.A
Temperantia 43.B †61.B
Temperantia, & temperatio. 35.C
† Temperantia,temperatio,& temperies. 42.C
† Temperatio.35.C. 42.C
† Temperies. 42.C
Tempestas.254.B. † 87.C
† Tempestas,& procella. 29. B
Tempestates vere, & autumno maximè fiunt. 254.B
† Tempestatis signa. 87.C
Templa.293.B. *324.D
† Templa quando primũ ædificata. 94
Templa Gentium per totum orbem subuertuntur. 109
Templum Salomonis ædificatur.96.B. *229.C
Templum Hierosolymis inciditur. 97.A
† Templum Delphicum quãdo ædificatum. 97.
Templum cæli. 293.B
Tempora.79.A.89.D. 206.B † 68.D. *6.A
Tempora anni quattuor. 93. B. † 69.A
Tempora in ternos menses discisa. 93.C
*Tempora omnia in Deo præsentia. 4.B
*Temporalia.13.B. 86.C
† Tempore,& tempori. 35.C
*De Temporibus. 6.A
Temporis auctoritas. 50.B
Temporum discretio. 95.C
Tempus. 45.B
Tempus primum ante legem, secundum sub lege,tertium sub gratia. 111.A
Tempus dictionis. 90.C
† Tempus iuxta Hebræos integer annus. 69.A
* Tempus præsens,præteritũ, & futurum nostrum est habere,non Dei. 4.C
* Tempus ad quas creaturas pertineat. 4.D
*Tempus à substitutione creaturæ incœpit, non creatura à tempore. 6.B
* Tempus præsentium, & futurum vtrum sint,sicut præsens,& vbi sint. 6.B.C
* Tempus tacendi,& loquendi. 99.C
Temulentus. 203.A
Tenax. 203.C
Tenebræ.91.D. 253.D
* Tenebræ substantiam non habent. 6.D
*Tenebræ Ægyptiorum.160. D
* Tenebræ factæ in passione Christi. 280.B
Tenedos insula. 276.D
† Tenere, sumere, & accipere. 39.C
Tenes quidam. 276.D
* Tentamenta somniorum. 73.D
*Tentari post conuersionem. 40. A
*Tentari oportet iustum tentatione plagæ, non luxuriæ. 65.B
*Tentatio,dum speratur, minus grauat. 107 D
*Tentationes diaboli. 69.B
* Tentationes initio fragiles. 70.C
*Tentationes post conuersionem. 39.D
*Tentationes diaboli interdũ Spiritus sanctus ad vtilitatem conuertit. 69 D
* Tentationes plus prosunt, quàm prosperitates. 107. D

Tentoria. 297 D
*Tentoria Tabernaculi. 171. D
Tephria marmor. 309.A
*Tepor eorum qui Deo vacare volunt, & propinquorũ vtilitates curant. 88.D
Terebra. 378.D
Terebinthus. 336 D
Teredo. 236.B
Teredones. 235.D
Terentianus Maurus. 28.B
† Terentius comicus quando claruit. 103
Terentij locus. 23 A. 25.B. 26.B. 30.B. 35.C. 36.D. 40.B.49.A.D.198.B 201. B.C. 207.B. 216.C.D. † 52.C. 33.D
Teres. 290.A
Terga. 209.A
† Terga,& tergora.35.B.39.B
Tergiuersator. 203.D
† Tergora,& terga. 35.B. 39. B
Terminus.20.C. 300.A
† Terminus,& finis. 38.A
Termites. 235.D
Terra,& eius partes. 264.A
Terra in medio mundi sita. 251.B
Terra cæli temperie distincta. 251.D
Terra quibusdam tantum partibus habitatur. ibidem.
Terra quibus gentibus diuisa. 161 D
Terra varijs appellatur vocabulis pro diuersitate locorum,dum vna sit. 257.C
Terra ventis mouetur. 264. B
Terra humida aquarum affinitate. 264.B
Terra Samia. 302.B
Terra promissionis,quam Iudæi putauerunt. 266.A
† Terra, Tellus, & Humus. 35.B 45.D
Terra,& terræ. 274.A. † 24.A
Tertæ. 264.A
Terræ equi prasini. 363.C
Terræ hiatus. 246.C
Terræ inferiora. 282 C
† Terræ motus qui fiant. 90. C.D
† Terræ motus quid mysticè significent. 90.D
† Terræ positio. 89.D
† Terræ qualitas. 89 D
*Terræ, & cæli creatura quid spiritualiter significent. 113.A
* Terram repromissionis duo ingressi tantum sunt. 196. A
† Terrenum, terrestre, & terrosum. 35.C
† Terrere,& deterrere. 39.B
Terribilis. 203. D
Territorium. 274.B
Terror. 194.D
* Tertulliani locus restitutus ex Isid. 360.D
Tertullianus.145.D † 107
Tertullianistę. 145.D
Tesqua. 298.B
Tessarescædecatitæ hæretici. 146.A
Tessellæ. 296.B
Tesselli. 375.B
Tesseræ.296.B.365.D. 405. B
Tesserarum iactus. 366.C
Tesserarum vocabula. 366.B
Testa. 368.D
* Testamenta duo à Deo tradita. 305. D
Testamenti noui, & veteris differentia.100 A. *26.B
Testamenti veteris auctores. 100.A
*Testamentorum libri. 326. D
Testamentum. 83.B
Testamentum inofficiosum. 83.A
Testamẽtum in Scripturis sanctis. 83.B
Testamentum irritum. 83.D
Testamentum iuris ciuilis.83. C
Testamentum iuris prætorij. 83.C
Testamentum ruptum. 83.A
Testamentum signare. 83.D
Testamentum suppressum. 83 A
Testamentum nouum, & vetus. 99.A
* Testamentum nouum, euacuato veteri,futurum erat. 299. D
Testes. 82.D.203.B. 359.C *105.D
Testes alligati. 82 D
*Testibus separatis mendacij fallitas reperitur. 106.A
Testiculi. 210.A
Testimonij diuisio. 50 A
Testimonium. 50.A
* Testimonium falsum. 106. A
Testis. 137.C
Testis consideratur conditione,natura,& vita. 359.D
*Testis falsidicus tribus personis est obnoxius. 105.D
* Testis,qui falsitatem promit, & qui supprimit veritatem,vnum crimen habẽt. 105.D
*Testis iniquus. 106.A
*Testis malignus, & inutilis. 106.A
*Testis,qui metu occultat veritatem. 106.B
Testium duo genera. 359.A
Testium in ore duorum, vel trium stat omne verbum. 200.C
† Testor, contestor, & obtestor. 35.A
Testudinum quattuor genera. 239. C
Testudo. 60.B.239 C.357.B 358.C
Testudo templi. 296.A
Tetanus. 72.D
Teter. 203.D
Teterdies. 198 C
Teterrimus. 203.D
Tetragmaton Dei nomen. 119.C
Tetraidos incensum. 78.B
Tetraptota nomina. 7 C
Tetrarchæ. 171.B
Tetricus. 201.C
Teucer. 166.D
Teuchira vrbs. 272.D
Teutoni. 356.C
Texere. 388.A
Textrinum. 281.B
Θ, ad defuncti nomen apponebatur. 16.C
Thalamus. 292.C
Thalassio. 292.C
Thales Milesius. 97.A. 148.B † 106.
Thales Milesius physicã perscrutatus est. 43.B
Thamar. 129 D
* Thamar nurus Iudæ quid significauit. 145.B. 146.D 242.B
*Thamar mutat habitum, & nomen. 146 B
* Thamar filij gemini in vtero quid figurauerunt. 242. C
Thanatos insula. 274 D
Thara.96. B 129.D
† Thare.93. *192.C
Tharsis.163.A 285.A
Tharsus ciuitas. 163.A
Thasium marmor. 308.C
Theatrum.202.B.290.B.366. A
Thebæ.270. C.D 285.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thebæ Ægyptiæ. 285.D
Thebæ Bœotiæ. 286.A
Thebaici dactili. 333.A
Thebaicum marmor. 308.C
Thebaicus lapis. 307.B
Thebais regio. 285.D
Theca. 357.C
Theilim. 100.C
Themiſcirij campi. 267.B
† Theodoricus Gotthorum rex. 110
Theodoſiani hæretici. 146.C
Theodoſianus codex. 79.A
Theodoſius hæreſiarcha. 146.C
Theodoſius Imperator. 98.A † 109.
Theodoſius minor Auguſtus. 79.C. † 110.
† Theodoſius Epiſcopus Mopſueſtenus. 119.D
Theodotion interpres. 97.C. 103. C
† Theodotion Epheſius. 107.
Theologi philoſophi. 148.A
Theologi poetæ. 150.A
Theophilus Epiſcopus. 102.A 109.D. † 110
† Theophraſtus. 103
Theriaca. 76.C
Θερινὸς Τροπικός. 64.A
Theriſtrum. 385.B
Thermæ. 291.A
*Theſaurarius, & quid ad eũ pertineat. 392.C
*Theſauri Ægyptiorũ. 160.D
Theſaurus. 317.C
Theſis. 11.C. 37.A.D. 58.B
Theſſali. 164.D
Theſſalia. 270.C
Theſſaliæ flumina duo. 255.B
Thaſſalonica ciuitas. 270.D. 286.B
† Theudemirus Sueuorum rex. 65.B
† Theuderedus Gotthorum rex. 166
† Theudericus Gotthorum rex. 157.B. 158.B. D. 166
† Theudericus Iunior Gotthorum rex. 159.D. 166
† Theudericus Italiæ rex. 159.A
† Theudis Gotthorum rex. 159.A. 166
† Theudiſclus Gotthorũ rex. 159.D. 166
Thiras Iaphet filius. 162.D. 165.A. 269.B
Thius. 179.B. 183.B
Thogorma. 162.D
Thola. 96.A. † 97
Tholah. 130.A
Tholas. 378.C
Thomas Apoſtolus. 136.B. † 152.D
Thorax. 208.A
Thracia. 269.B
Thraces. 162.D. 165.D
Thraces Romanis ſubijciuntur. 93. D. † 103
Thracius lapis. 306.B
† Thraſcias ventus. 86.A
Threnos. 29.B. 114.D
Throni. 127.C.A
† Thronus, ſedes, & ſolium. 33.A
Thubal. 162.D
† Thuriſmundus Gotthorum rex. 157.D
Thus. 340.D
Thus maſculum. 340.A
Thus, reſina, & gummi. 340.A
Thuſci. 105.D. 165.C
Thuſcia. 271.B
Thyites lapis. 307.A
Thyle inſula. 274.D
Thymallus. 237.D
Thymele. 364.B
Thymelici. 364.B
Thymiama. 78.A
Thymus. 78.A. 237.D. 342.D
Thynna olim Bithynia. 391.A
Thynni. 237.C
Thynnius annulus. 391.A
Thyrſus. 349.D
Tiara 380.A. 388.A
* Tiara in capite ſacerdotis. 345.A
Tiaras reges gerunt rectas, ſatrapæ incuruas. 388.A
Tiberiadis oppidum. 258.C. 284. D
Tiberiadis lacus. 258.C
Tiberium marmor. 308.D
Tiberius Imperator. 97.A. 98.C. † 105
† Tiberius ſecundus Imperator. 111
Tiberius Imperator vitri artificem iuſsit interfici. 317.C
Tibiæ. 59.C. 210.D. † 53.C
Tibiæ inuentæ in Phrygia. 59. C
Tibicen. 59.C
Tigillum. 373.B
Tigna. 378.C
Tignarius. 378.B
Tigris. 227.B
Tigris fluuius. 160.C. 227.B. 267. A
Tigris, & Euphrates vno fonte manare creduntur. 160.D
Tilchius. 385.B
Tilia. 336.B
Tilos inſula. 275. B
† Timens, & timidus. 35.D
† Timentes Deum. 76.B
Timidus. 203.A
† Timidus, & timens. 35.D
Timor. 203.A. † 52.D
† Timor bonus, & malus. 14.A
† Timor pauor, metus, & formido. 13.D. 40.C
† Timor, & timiditas. 14.A
*Timor Domini inani gloriæ reſpondet. 414.A
*Timoris ſancti effectus. 381.B
† Timotheus Pauli diſcipulus. 154.A
† Timotheus hæreticus. 124.A
Tinctura. 387.B
Tinea. 235.D. 236.B
Tingis ciuitas. 273.D. 287.D
Tingitania. 271.B
Tintinnabulum. 60.A
Tiraſo. 320.D
Tiro Ciceronis libertus. 16.B
Tirones. 171.A
Titan. 155.D. 345.D
Titani. 155.D
Titanes. 168.A
Tithymallum. 345.D
Titi aues. 245.C
Titio. 332.D
* Titulus crucis Chriſti corruptus non eſt. 278.D
Titus Genutius. 79.B
Titus Imperator. 97.B
† Titus Imp. Hieroſolymam capit. 106. eius præclatum dictum. ibidem.
Titus Pauli diſcipulus. 154.B
Tityonis magnitudo. 217.D
Tityrus. 224.B
Tmeſis. 25.D
Tobias. 101.C. † 149.D
*Tobias priſcæ legis imaginẽ tenuit. 247.B
Tobiæ Raphael viſum reſtituit. 127.B
*Tobiæ filius Chriſti imago. 247.C
Toga. 383.A.B
Toga candida ſiue cretata. 383.B
Toga meretricum. 385.A
Toga palmata. 383.B. 354.A

Toga picta. 383.B
Toga pura. 384.C
Toga purpurea. 354.A
† Toga, & tuga. 41.B
Togæ menſura. 383.B
Togis depoſitis ire ad ſaga. 384.A
*Tolerantia diuinę correptionis. 68.C
* Tolerantia ſuadetur. 382.B
† Tolerantia, & patientia. 27.B.C
*Tolerare mala. 68.C
† Tollere, & auferre. 32.D
Tolles. 207.B
† Toletani Archiepiſcopi veteres. 167
Toloſates. 166.C
Tolus. 210.D
Tomentum. 385.C. 386.B
Tomi. 104.D
Tonitrua quomodo fiant. 251.D. † 83.A
*Tonitrua, & fulgura in eremo. 164.A
Tonitruum, & fulgur ſimul. 252.C
† Tonitruum ſuperna eſt increpatio. 83.B
Tonſæ. 369.D
Tonſilla. 369.B
Tonſores. 369.D
*Tonſura clericorum. 345.D
*Tonſuræ eccleſiaſticæ vſus. 345.C
Tonus. 58.A. 252.C. 380.C
Topazion, & eius genera duo. 310.B
Tophus. 373.B
Topica. 49 A.C
Topica oratoribus, dialecticis, poetis, & iuriſperitis argumenta præſtant. 50.B
Topicorum diuiſio triplex. 49.C
Toralia. 386.A
Torannius Rufinus presbyter. 120.D
Torcular. 295.B
Tori. 208.A. 210.C
Tormenta. 50.B. 88.D
Tormentum. 370.B
Torminoſi. 72.D
Torpedo. 238.A
† Torpor, & pigritia. 27.D
* Torpor, & ignauia contra exercitium virtutum dicũt. 417.D
Torques. 389.A
Torrens. 160.D
† Torrens, & fluuius. 15.B. 31.C. 38.A
Torris. 332.D
Torus. 393.A
Toruus. 203.C
† Totila Oſtrogotthorũ rex. 111.
† Totum, & omne. 26.A. 45.A
Toxica. 343.A
Trabariæ naues. 368.D
Trabea. 383.C
Trabes. 378.C
* Trabes in oculo proprio. 101.C
† Thracidas ventus. 86.B
† Traco, & draco. 10.B
Traconitis ciuitas. 162.A
Tractatus. 105.A
Traducere, vel tranſducere vites. 330.D
Tragœdi. 364.A
Tragelaphi. 222.D
Tragici poetæ. 149.B
Tragum. 371.C
Traianus Imperator. 97.C. † 106.
Trajectus. 368.C
Trana. 388.A
Trames. 19. D. 301.B
† Trames, ſemita, & callis. 33.C
Tramoſerica veſtis. 381.B
Tranquilli locus. 355.C
† Tranquillum, & ſerenum. 33. B
† Tranſcribere, conſcribere, & ſcribere. 7.D 42.A
Tranſcripti milites. 171.C
Tranſenna. 368.C
Transformatio. 220.A
† Transfuga. 45.B
Tranſlatio cauſæ. 33.C
*Tranſmigratio Babyloniæ. 235.A
Tranſtra. 369.C
Trapetum. 405.B
† Traſemundus Vuandalorum rex. 111. 164.D
† Tremens, & tremulus. 35.D
Tremiſsis. 325.C
† Tremulus, & tremens. 35.D
Threni, & lamẽta in funeribus ad tibias canebantur. 57.D
*Tres Angeli ad Abraham venientes. 131.C 240.D
* Tres pueri in camino ignis. 247.C
Tria. 52.A
Tria ad Deum colẽdum, fides, ſpes, charitas. 141.C
* Tria millia interfecta quid ſignificent. 168.A
Tribrachys, ſiue Choreus pes. 11.C
† Tribuere, & attribuere. 35.A
Tribula. 405.B
* Tribulatio iuſtorum. 107.B
* Tribulationes huius vitæ aquis prætereuntibus comparantur. 107.C
Tribunal. 294.B
Tribuni. 171.C. 174.B. 176.D 317.D
Tribunitiæ leges. 81.D
Tribus. 174.C
† Tribus duæ ſemis, quæ trans Iordanem à Moyſe acceperant terram. 205.A
Tributa. 317.D
Trichorus. 313.B
Triclinium. 292.D
Triens. 367.A
Trifinium. 300.B
Trifolium. 345.B
Trigæ. 362 A
Trigamus. 184.A
Triginta. 52.B
Trigonaria pila. 366.B
Trilicis veſtis. 381.D
Trimeſtre ordeum. 327.C
Trimeſtre triticum. 327.B
Trimetrum. 28.B
Trinacria. 276.D
Trinepos. 178.D. 180.B
Trineptis. 180.B
Trinitas. 126.A
Trinitas in relatiuis perſonarum nominibus eſt. 126.C
† Trinitas, & vnitas. 47.C
*Trinitas integrè ſibi ſoli nota eſt. 3. A 168.C
† In Trinitate tria nomina, ſed vna ſubſtantia. 47.C
† Trinitatem in perſonis non diſtinguere impium eſt. 48.A
Trinitatis alia nomina propria, alia appellatiua. 126.B
† Trinitatis perſonæ. 47.C
† Trinitatis probatio. 47.C
† Trinitatis interna myſteria. 48.D
*Trinitatis probatio. 260.D. & cætera.
*Trinitatis ſignificantia. 266. D
*Trinitatis perſonæ quomodo diſtinguendæ. 396.C
Trio. 366.B
Trion. 222.C
Triones. 67.C
Tripedes. 399.C. 401.B
Tripodes. 403.D
Tripolitana prouincia. 272.D
Triptolemus. 326.B. † 97.
Triptota nomina. 7.C
Triquetra. 276 D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Triremes. 368.B
Triſcelos. 399.C
Triſmegiſtus. 155.C
Triſtis. 203.C
*Triſtitia contra gaudium ſpirituale dicit. 417.B
† Triſtitia,& mœſtitia. 35 C
† Triſtitiæ tria genera. 62. A
† Triſtitiam ſubiugant fraternaalloquia. 62.D
Tritanus.177.A. 180.B
Tritheitæ hæretici. 146. C
Triticum. 327.A
Triton. 157.A
Tritonia Minerua. 157.A
Triuia Diana. 156.B
Triuiæ. 301.C
Triumphantis inſignia. 353. B. C
Triumphus. 353.A.C D
Trochæus pes.11.C. 76.D
Trochaicum carmen. 28.B
Trochleæ. 369.A
Troglodytæ. 167.C
Troia. 268.A
Troia capta.96.A. †97.
Troiani.164.C. 283.B
Trophæum. 353.D
Tropi. 24 A
Τροπικὸς θερινὸς. 251.A
Tropicus. 251.A
Tros.164.C. 268.A
Tructæ. 236.D
Truculentus. 203.C
Trudes. 356.A
Trulla. 377.C
Truncus.208.A. 332.D
Trutina. 321.D
Trutinator. 203.C
Tuba.59.B. 354.B
† Tuba,& tuſa. 41.B
*Tubæ argenteæ duæ. 187.B
† Tubalcain ferri inuentor. 93.
Tubantes. 166.C
Tubera. 350.C
Tubex. 367.B
Tubraci. 381.C
Tubruci. 381.C
Tuci. 245.B
Tudis. 272.C
† Tueor,& tuor. 46.B
† Tufa,& tuba. 41.B
† Tuga,& toga. 41.B
Tugurium. 298.A
† Tulga rex Gotthorum. 166.
† Tulit abſtulit, & ſubſtulit. 35.A
† Tullus Hoſtilius prior cenſum egit. 100.
† Tum, & tunc. 35.D. 39. B
† Tumidus, & turgidus. 35. A
*Tumor contra humilem ſatisfactionem. 417.D
Tumultuatio. 172.D
Tumultus. 352.A
† Tumultus,& bellum. 35.B
Tumulus 280.B. 298.B
† Tumulus,& ſepulcrum. 32. D. 45.D
† Tunc, & tum. 35.D. 39. B
Tundere. 372.C
Tungrij. 166.C
Tunica. 380.B
Tunica manicleata. 380.C
Tunica pectoralis. 380.C
Tunica talaris. 380.C
Tunicæ. 234.B
Tunicæ pelliceæ primum fuerunt. 380.C
† Tuor,& tueor. 46.B
† Turba. 23.C
Turbidus. 203.D
† Turbidus,& turbulentus. 35.C
Turbiſcus. 337.A
Turbo. 254.B
† Turbulentus, & turbidus. 35.C
Turdella. 245.D
Turdi.236.C. 245.D
† Turgidus, & tumidus. 35. A
† Turibius Archiepiſcopus Toletanus. 167.
† Turiſmundus rex Gotthorum. 166.
Turma. 172.C.B
Turpilij locus. 370.B
Turpis. 203.A
† Turpis,& deformis. 9.B
Turres. 290.A
Turris Babel ædificatur.96.A. †94.
*Turris Babyloniæ quid ſignificet. 128.B
Turtur. 245.B
*Turtur,& columba in ſacrificio. 177.A
Tuſcanicæ columnæ. 373. D
Tuſculanus lapis. 307.B
Tufillæ. 207.B
Tufsis. 73.C
Tutor. 203.B
Tutorem,& pedagogum olim obrui,prouerbialiter. 203. B
† Tuum,& tum. 35.C
† Tuus,& tus. 35.C
Tyberinus rex. 261.D
Tyberis fluuius, ſiue Tibris. 261.D. 271.D
Tyle inſula. 265.C
Typanum. 60.C
Typhe. 346.D
Typhus. 346.D
Typi. 73.D
Typus herba. 346.D
Tyranni. 170 D
Tyrannus. 20.D
† Tyria vrbs. 97.
Tyro. 170.D
Tyrrheni tubam inuenerunt. 59.B
Tyrrhenia.268.B. 271.C
Tyrrhenum mare. 257.B.A
Tyrrhenus, & Lydus fratres. 268 B
Tyrus vrbs.166.C. 284.D
Tyrus ciuitas olim Sarra.238. C
Tyrus Carthago dicta. 285.B

V.

V, & I. 3.D
V, digamma. 4.B
V, viuum ſignificat. 17.A
Vacca. 222.D
Vacca vrbs. 166.C
*Vaccæ allophilorum arcam Dei geſtantes. 89.A
Vaccæi. 166.C
Vada. 258.C
Væ. 18.D
† Væ,& ve. 37.A
* Vagatio diſſoluta. 418 A
Vagina. 357.C
† Vagire,& mugire. 37.D
Vagus. 203.D
Vah. 10.A
Valens. 98.C
† Valens,& firmus. 15.A
† Valens Imperator. 155.A. 156. A
† Valens,& Valentinianus fratres Impp. 100.
Valentiniani hæretici. 143.D
Valentinianus Imperator. 98. A. †109.
Valentinus hæreſiarcha. 143. D. †106.
Valentinus Imperator. 97. C
Valerianus Imperator. 98.A. †107.
†Valetudo,& infirmitas. 36.C
Valgij verſus. 370.C
Valles 280.B
Valles humidæ nebulas exhalant. 253.D
† Valles,& conualles. 3[illegible].B

Valli. 297.D
Vallum. 297.D
† Vallum,& murus. 297.D
Valuæ,& fores.295. B. †20. C
*Vanæ gloriæ fauores qui diligunt. 90.B
Vandali in Africa extinguuntur. 98.B
Vanus. 203.D
Varij. 236.D
Varius. 203.C
Varius equus. 224 A
M. Ter. Varro. 104.B. †103
Varro agriculturã expoliuit. 326.A
Varronis locus. 1.C. 18.D. 27.B. 42.A. 77.B. 149.B 151. A. 209. B. 281. A †71.A
Varronis verſus. 337.B
Vas. 398.B
* Vas Petro oſtenſum. 115.A
Vaſa aquaria. 400.A
Vaſa Aretina. 398.D
Vaſa cælata. 399.A
Vaſa coquinaria. 401.A
Vaſa eſcaria. 398.B
Vaſa fictilia 398.B.C
Vaſa luminariorum. 402.B
Vaſa olearia. 400.C
Vaſa potoria. 399.B
Vaſa repoſitoria. 401.D
Vaſa Samia.276.C. 398.D
Vaſa vinaria. 400.A
Vaſa apud veteres, neque aurea,neque argentea, ſed fictilia. 398.C
† Vaſa templi diui Petri Gotthi diripere noluerunt. 156.C
*Vaſa Domini in Babyloniam deportata. 235 A
In vaſis tria quæruntur. 399. C
Vaſcones. 166.C
Vaſculum. 398.B
† Vaſtitas,& vaſtitudo. 36.B
Vates.138.A. 149.A
† Vates,& pontifex. 28 A
Vaticinia. 149.B
Vbera. 208.C
† Vbera,& mammæ. 42.A
† Vbera,& papillæ. 23.D
Ve. 18.D
† Ve,& què. 37.A
Vecors 203.D
† Vecors,& veſanus. 36.B
Vectes.88.C. 404.C
Vectigalia. 318.A
Vector. 204.A
Vehiculum. 404.C
Veientana gemma. 313.A
Vela.370.B. 386.A
*Vela cilicina vndecim. 172. C
Velenſis tunica. 381.C
Vellus. 386.B
*Vellus,& area. 210.D
† Velocitas,& celeritas. 36.B 42.C
Velorum genera. 370.B
*Velum oppanſum in medio tabernaculi. 172.A
Venæ. 210.D
Venabula. 356.B
Venator. 204.A
Venatorum officia quattuor. 204.A
Venditio. 84.B
† Vendo,& veneo. 36.A
Veneficus. 204.A
*Venena circumlita melle latent. 92. C
Venenum.233.D 397.A
* Veneratio maior fit pro potentia, quàm pro reuerentia ſanctitatis. 108.C
Venereæ aues. 245.C
Veneris crinis. 313.A
Veneris ſtella. 68.A
Veneris ſtella vmbram facit. 79. A
†Veneti,& Praſini ciuile bellumfaciunt. 112
Venetia. 286.B
Venetum. 376.C
Venetus color. 362.B
* Veniam pigrè præſtantes. 92. C
*Veniam poſtulãti cito ignoſcendum. 92.B
Venter.211.B. †53.B
† Venter hominis. 51.B
* Venter importuniſsimus exactor. 62.C
† Venter aluus, & vterus. 3 A
Venti quomodo fiant. 251.D †85. B
Venti aerem conglobant, nubemque faciunt. 252.A
Venti duodecim mundi globum flatibus circumagũt, 254.A
Venti pennas habere finguntur. 126.B
Venti cardinales. 254.D
† Venti aliquando Angeli intelliguntur. 85.D
† Venti aliquando incẽtores ſpiritus ſignificant. 85.D
Venti vis. 253 D
Vento nihil velocius. 254. C
Ventorum quattuor principales ſpiritus. 253 D
Ventorum Septentrionalium, & Auſtralium natura.254. D
† Ventorum nomina. 86. A
Ventus. 253.D
Vepres. 337 C
Venus.153.C. 157.A
Venus ex fluctibus creata. 219.B
Venus in Cythera orta. 276. A
† Venus in tertio cæli circulo. 79.A
Venuſtas ædificiorum. 374. D
Venuſtus. 203.C
Ver.93.C. † 69.B
Ver nouum. 92.C
Ver nouum, adultum, & præceps. 93.C
† Ver humidum, & calidum. 69.B
† Ver allegoricè. 70.A
† Veranianus. 163.C
Veratrum. 343.D
Verax. 203.B
Verba Grammaticorum, & Rhetorum in quo differãt. 8.D
Verba actiua, paſsiua, neutralia, & deponentia. 9. D
* Verba inhoneſta fugienda. 384.B
*Verba otioſa vitanda. 40.B 51.A
*Verba diaboli. 71.A
Verbalia nomina. 7.C
Verbaſcum. 346.B
Verbena. 345.A
Verbera. 88.B
† Verbera,& flagella. 36.C
*Verbera Ægyptiorum. 160. B
Verbis ſimilia nomina. 7. C
Verborum genera. 8.D. 9. D
Verborum ſpecies. 9.A
Verbum. 8. C. 46. A. 105. A
† Verbum,& ſermo. 36.D
Verbum Chriſtus. 122. A. † 49.B
Verecundus. 203.C
† Verecundus, & pudens. 27.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

†Verecundus Episcopus Africanus. 120.B
Veredus equus. 224.B
Verennes. 405.C
† Vereor,& reuereor. 44.C
Veretrum. 210.A
Vergiliæ. 68.A. †81.C
Veridicus. 203.B
Veris equi prasini. 363.C
† Veris initium, 69.D
Veritas. 203.B
*Veritas in lectione amanda, non verba. 83.D
* Veritas iniquis molesta. 93.C
*Veritas fallaciæ, & mendacio respondet. 420.D
*Veritatem metu tacere. 99.B. 106.B
* Veritati tantò quisque vicinior, quantò longiùs ab ea esse putat. 90.B
Vermes carnium. 123.A
Vermiculus. 387.B
Vermis. 235.D. 236.B.C
Vermis Christus dicitur. 123.A
Verrere. 371.C
Verres. 222.A
Verriculum. 371.C
Verrij,Flacci locus. 281.A
Verrucæ. 75.A
Verrucaria. 344.C
Versipellis. 203.C
Versus. 28.A. 107.D
† Versus de ventis. 87.B
Versutia. 203.C
Versutus. 188.A. 203.C
† Versutus,& callidus. 6.D
Vertex. 205.D. 249.C
Vertibula. 209.C
Vertigo. 73.B
Vertuactum. 327.A
Veruex. 221.B
Verus. 203.B
Vesanus. 203.D
† Vesanus,& vecors. 36.B
Vesica. 211.D
Vesicæ vsum volucres non habent. 211.D
Vespæ. 248.B.C
Vespasianus Imperator. 97.B †106
Vesper. 91.D
* Vespera cognitio creaturæ in se ipsa nominatur. 7.C
*Vesperæ. 333.B
† Vesperascere,& vespere sce re. 37.D
Vesperna. 394.C
Vespertilio. 243.C
Vespertinum officium. 113.B
† Vesperum. 65.A
† Vesper. 82.C
† Vesper Antichristi typus. 82.C
Vesta. 156.C
Vestes quarumdam gentium propriæ. 382.A
* Vestes non attritæ filijs Israel in deserto. 197.C
Vestibulum. 295.A.D
Vestigatores. 204.A
Vestigia. 301.C
* Vestigia Dei. 4.B
† Vestigia hominis. 51.B
Vestimentum. 380.A
† Vestimentum,& vestis. 39.A
Vestis quo contacta non adaritur. 246.C
Vestis Sacerdotalis in lege. 379.D. * 174.A
*Vestis ex lana,& lino non in duenda in lege. 199.A
† Vestis,& vestimentum. 39.A
Vestitus. 380.A
Vestium genera. 380. 381
Vestium Sacerdotalium octo genera in lege. 379.D
Veterani. 171.A
Veteres in propatulo, & communiter vescebantur, ne singularitas luxuriá gigneret. 394.C
† Veteres sedentes epulabantur. 33.B
Vetula. 216.D
Veturius. 79.B
† Vetus,& antiquum. 36.A
† Vetus,& vetustum. 39.B
Vetus testamentum. 99.A
Vexare. 203.D
Vexatus. 203.D
Vexillum. 354.D
† Vgnericus Vuandalorum rex. 164.B
Vgni. 164.B
† Vgni Gotthos expulerunt. 155.D
† Vgni proprio excidio deuastati. 158.B
Via. 301.C.D
Via Christus est. 123.C. * 158.B
Via lactea. 251.C
Via militaris. 301.A
† Via,vicus,& platea. 37.B
Viæ. 290.B
Viarum mensuræ. 301.B
Vitia. 199.D. 329.A
† Vicinia,& vicinitas. 44.A
Victima. 115.A
† Victima, & hostia. 44.B
† Victima,& sacrificium. 35.A
* Victor,& victi. 194.A
Victor Tunnensis Episcopus. 95.A. † 92. 127.A
Victoria. 353.C
† Victorinus Episcopus. 120.C
Victorinus orator. 35.C. 44.B. 47.A
Victorius. 109.D
Vicus. 394.B
† Victus,& vinctus. 37.C
Victus. 289.A.B. 290.B
† Vicus,& via. 37.B
† Videre,aspicere,& intueri. 36.A. 39.D
Vidua. 184.A. 185.A
† Vidua vera. 357.C
*Vidua quæ in gazophylacio duo iecit minuta. 254.D
* Viduæ, & earum exempla. 357.B
Viere. 149.B. †3.D
Vigiliæ. 171.C
*Vigiliarum antiquitas, & de uotio. 333
Viginti. 52.B
Vilis. 203.C
Villa. 298.D
Villicus. 175.C. 176.B
Vimen. 336.C
† Vincentius Archiepiscopus Toletan. 167.
† Vincentius Cæsaraugustan. Episcopus, apostata. 129.C. 160.C
† Vinctus,& victus. 37.C
Vincula. 88.A
† Vindex,& vltor. 44.A
† Vindicare,& vleisci. 36.D
Vindilicus fluuius. 166.B
Vini tædium. 238.D
Vinnola vox. 58.C
Vinnum. 58.C
Vino fœminæ non vtebantur apud Romanos, nisi sacrorum caussa. 397.A
*Vino dediti,& luxuriosè viuentes. 62.D
Vinolentus. 203.D
Vinum. 396.D
Vinum venenum veteres vocabant. 397.A
Vinum vt venenum adolescentulæ fugiant. 397.A
Vinum Amineum. 397.C
Vinum colatum. 397.D
Vinum crucium. 397.A
Vinum Falernum. 397.C
Vinum gazetum. 397.D

Vinum honorarium. 397.D
Vinum infertum. 397.D
Vinum limpidum. 397.C
Vinum mali Cydonij. 333.C
Vinum roseum. 397.C
Vinum spurcum. 397.D
Vinum succinatium. 397.C
Vinum turbidum. 397.C
Viola. 343.B
Viola purpurea, alba,& melina. 343.B
Vipera. 232.B. 234.B
† Vipereum, & viperinum. 37.A
Vipsanius Philargius. 16.B
Vir. 183.D. 203.B. 215.D. †53.A
Vir caput mulieris. 385.B. *359.D
† Vir,& homo. 36.C. 53.D
† Vir,& masculus. 45.B
† Vir,& mulier. 54.B
† Vir,& virtus. 37.C
* Vir ad imaginem Dei factus: mulier ad imaginem viri. 12.B
*Vir propter se creatus, mulier propter virum. 12.B
Vir sanctus. 28.C
Vir ecclesiasticus. 93.B
* Vir qui cum Iacob luctatus est. 240.D
* Vir,si comam nutriat,ignominia est. 354.D
Virago. 54.A. 216.A
† Virens,& viride. 37.C
Vires senectute,& morbo minuuntur. 216.A
† Vires,& virtus. 44.D
Virga. 216.A. 352.A
*Virga Aaron. 170.D
*Virga Aaron florem profert. 189.B. 190.C
* Virga Moysis in draconem versa. 159.A
Virgæ. 88.C
Virgilius. 24.A
† Virgilius nascitur. 103.
Virgilij dictum. 188.B
Virgilij locus. 13.A
Virgilius locus illustratus. 165.A. 167.B. 171.A.B. 184.B. 189.D. 199.C. 289.B. 295.B. 328.D. 334.B. 335.B. 143.B. 346.C. 353.B.D. 359.B. 381.D. 194.A. †22.C. 32.A. 33.D. 71.A.B. 81.B. 82.D. 84.A. 87.B. 88.C
Virgilij varia lectio. 88.C. 195.B
Virgines quare Vestæ dicatæ. 156.B
† Virgines, vel viragines. 54.A
*Virgines de suis meritis gloriantes. 59.B
* Virgines feliciores in vita æterna. 59.C
*Virgines angelis æquales. 59.C
* Virgines sacræ. 355.C
* Virgines quinque sapientes,& quinque fatuæ. 251.D
* Virgines quare in benedictione velentur. 357.B
† Virginitas, & castitas. 6.C
*Virginitas nuptijs præfertur. 59.B. 356.A
* Virginitas admonita, non iussa 59.B. 356.D
*Virginitas geminum bonũ. 59.C
* Virginitas vera. 356.A
*De Virginitate. 59.B
* Virginitatis sanctum propositum à quo exortum. 355.C
* Virginitatis laus. 356.A. & cætera.
* Virginum virorum caput Christus.
Virginum fœminarum caput Maria. 355.D
Virginum ornatus crines. 383.A
Virga. 68.D. 216.A
† Virgo mulier, & fœmina. 36.C
† Virgo,& virago. 36.D
*Virgo carne non mente. 59.A
†Virgo quædam vasa de sacrario Petri Apostoli Gotthis dare renuit. 156.C
Virgultum. 332.A
Viri virtus maxima, mulieris minor. 215.D
Viri apud antiquos discumbebant, mulieres sedebant. 403.C. †53.B
Viri tonsi capillis. 383.A
* Viri duo in agro. 251.C
* Viri duo in lecto. 251.C
* Viri sancti. 85.C
† Viride,& virens. 37.C
Viridis. 203.C
Viriolæ. 389.C
† Viriosus. 45.C
† De Viris illustribus. 118.
Viro infame vltra vnum annulum gestare. 390.C
Virtus. 360.A
Virtus Christus. 122.B
† Virtus,& vis. 45.A
† Virtus,& fortitudo. 36.B
*Virtus boni operis. 34.A
* Virtus libidine frangitur. 59.D
*Virtus sine humilitate,& charitate. 56.D
* Virtus libidine frangitur. 59.D
Virtutes. 127.C
Virtutes animæ quattuor. 43.B
† Virtutes,& vires. 44.D
† Virtutes malè vsæ. 61.D. *54.A
* Virtutes sanctorum. 41.B. 90.C
*Virtutes ex virtutibus oriũtur. 54.B
*Virtutes à modico incipiũt. 55.A.B
* Virtutes simulatæ. 55.A
* Virtutes summæ, & mediæ. 55.D
* Virtutes contra vitia. 56.B
*Virtuti contraria inuidia. 91.D
* Virtutum appetitus. 55.A
* Virtutum discretio. 54.B
* Virtutum pugna aduersus vitia. 56.A
*Virtutum, & vitiorum conflictus. 413.B
Virus. 210.A
† Virtus,& vir. 37.C
Vis. 86.B
Vis priuata. 86.B
Vis publica. 86.B
† Vis,& bis. 37.C
† Vis,& vires. 45.C
† Vis.& virtus. 45.A
Viscarago. 345.B
Viscera. 210.B. †52.D
Viscum. 345.B. 395.A
Viscus. 209.A. 210.A. 345.C
† Visere. 59.D
*Visio animalium in Ezechiele. 85.D
* Visiones spirituum immundorum in somnis. 73.A.B. C.D
Visionum genera. 135.B
*Visitatio Dei. 68.A
Visula vua. 330.B
Visus. 205.B. †54.A
† Visus,& visi. 37.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Visus longinquitate locorũ langueſcit. 79.B
Vita. 204.A
Vita Chriſtus eſt. 122.A
Vita teſtis. 359.D
† Vita actiua, & contemplatiua. 59. A.B. *85.B.D
Vita beata. 34.A
* Vita recta cum fide. 34.C
* Vita iſta veſperum futura mane eſt. 104.D
*Vita ſine doctrina, inutilem doctorem facit. 95.D
* Vita breuis. 110.C.D
*Vita impijs grata, iuſtis amara. 110.D
*Vita expletur diebus ſingulis. 111.A
*Vita vitalis Chriſtus eſt. 111. A
* Vita mortalis noſtra eſt. ibidem.
*Vitam ſine crimine multi habere poſſunt, ſine peccato non poſſunt. 46.A
† Vitam actiuam exercere debent qui ad contemplationem peruenire contendũt. 59.C
* Vitam longam quærens. 111.A
*Vitam odio habere, & mori timere. 111.C
Vitabundus. 197.D
Vites. 329.A
Vites mutatione loci, & qualitatem, & nomen amittũt. 330.D
Vitia apud Grammaticos. 22. A
Vitia in verbis fugienda. 39. A
Vitia litterarum verborum, & ſententiarum cauenda. 38. B
† Vitia principalia octo. 62. B
* Vitia quando expelluntur acrius conſurgunt. 39.C
*Vitia ſuperare ſancti toto niſu contendunt. 53.C
* Vitia accuſans, & perpetrãs. 53.D
* Vitia dum non perfectè vitantur. 53.D
*Vitia corripere qui non debet. 93.D
* Vitia ex vitijs oriuntur. 54. B
* Vitia ſibi ſuccedunt. 54. D
*Vitia quædam virtutum ſpecies præſeferunt. 55.A
* Vitia à modicis criminibus incipiunt. 55.B
* Vitia prius extirpanda deinde virtutes inſerendæ. 55. C
*Vitia cum virtutibus ad vtilitatem interdũ confligunt. 56.B
* Vitia odio habenda non homo. 92.D
*Vitia aliorum multi cernunt, ſed non ſua. 101.B.C
Vitibus quæ conueniunt. 330. D
Viticella. 346.A
*De Vitijs. 53.B
*Vitijs quis dominabitur. 62. A
* Vitio perfectè renuntiare. 53.C
* Vitio nequaquam reſiſtitur, ſi conſperſioni ceditur. 71. A
*Vitiorum, & virtutum conflictus. 413.B
* Vitioſi ad regimen eccleſiæ non promouendi. 95. B
Vitis. 329.A
Vitis Chriſtus. 123.C
† Vitis quando inuenta. 97.
Vitis alba. 346.D
Vitis ciconia. 330.C
Vitis nigra. 346.D
Vitis ſyriaca. 330.C
* Vitium naturale non eſt, quia nocet naturæ. 8.D
* Vitium occultum, & publicum. 57.A
Vitricus. 179.D
Vitrum. 316.C
Vitrum flexibile. 317.B
Vitrum fractum ouo calce admixto glutinatur. 246. C
Vitta. 388.B. 389.C. 391. C
Vitta, & tænia. 389.C
Vittis niſi caſtæ matrone vti non poterant. 404. A
Vitula. 216.A. 222.D
*Vitula rufa in ſacrificio. 190. D. 191.B
Vitulus. 222.D. 236.C
Vitulus Chriſtus. 123.A
Vitulus ex muliere generatus. 218.B
*Vitulus in ſacrificio. 166.D. 177.D
* Vitulus qui pro ſacerdotis emundatione offerebatur. 183.C
Viuens. 203.C
† Viuens, & viuus. 37.A.42. B
*Viuere. 111.B
† Viuere, & bibere. 37. C
*Viuere recte. 34.A
* Viuere ſollicitè oportet. 111.D
Viuus. 203.C
† Viuus, & viuens. 37.A. 42. D
Vl. 162.A
* Vlcera Ægyptiorum. 160. B
† Vlciſci, & vindicare. 36. D
Vlcus. 75.D
† Vlcus, vulnus, & plaga. 36. C. 45.A
Vliginoſus ager. 299.C
Vligo. 299.C. 302.A
† Vlyſſes. 97.
Vlyſsis ſocij transformati. 220 A
† Vlla, & olla. 37.D
Vlmus. 336.D
Vlna. 208.B
† Vlpianus quando claruit. 107.
Vlpicum. 350.A
† Vltor, & defenſor. 9.B
† Vltor, & vindex. 44.A
† Vltra, & citra. 36.D
Vlua. 346.D
Vlula. 242.B. 243.D
Vmbilicus. 209.C. † 52.D
Vmbo. 209.C. 358.A
Vmbra. 253.A. †83.C
†Vmbra terrarum noctem efficit. 83.D
Vmbræ. 236.D
Vmbri. 165.C
Vmbria. 271.B
Vna Sabbati. 90.A
Vncia. 300.A. 322.A. 325.A. 374.C
Vncinoli. 330.A
Vnctio Spiritus ſanctus. 125. C
Vnda. 258.D
† Vnda, & aqua. 4.B. 37.B. 40.C
Vnguenta. 78.A
Vnguenta ſimplicia, & compoſita. 78.D
Vnguenta crinium, & corporum à Syria allata. 265. B
Vnguentum. 78.C
Vnguentum viſibile. 121. D
*Vnguentum quo perungitur tabernaculum. 174.B
Vngues. 239.B
Vngulæ. 88.D 208.A
Vngulus annus. 390.D
Vnicornis. 227.D
Vnigenitus. 177.B
Vnigenitus Chriſtus. 122.C
Vnio. 366.B
Vniones. 312.D
Vnitas. 126.A
†Vnitas, & trinitas. 47.C
†Vniuerſi, omnes, & cuncti. 40.C
Vniuerſitas. 141.B
Vniuoca. 44.C
Vnum quid. 51.B
Vnus. 52.A
Vnus Dei nomen. 120.D
†Vnus, & ſolus. 36.B. 39.B
†Vnus, & vnicus. 36.A
Vocalis vna abuſiuè dicitur ſyllaba. 10.C
*Vocatio gentium ad fidem. 286.C 291.A
Vocatiuus caſus. 7.B
Voces perſpicuæ. 58.B
Voces pingues. 58.C
Voces ſuaues. 58.B
Voces ſubtiles. 58.B
Vocis eleuatio. 11.C
Vola. 241.A 337.A
Volare. 241.D
Volemis oliua. 337.A
Volemum. 337.A
†Volo, opto, & cupio. 36.A
Volucres. 241.D
†Volucris, & auis. 3.A
Volumen. 107.A
Voluntas. 83.B.
*Voluntas Dei. 6.B
*Voluntas maligna. 106.C
†Voluntas, & voluptas. 36.C 47.A
*Voluptas. 187.D
Voluptas in iecore. 52.D 211.C
Voluptas, & voluntas. 36.C 47.A
*Voluptas veſcendi. 62.D
*Voluptas labori cedit. 88.B
†Voluſianus Imperator. 107
Volutabrum. 302.B
Voluus. 206.B 346.D
Vomer. 405.B
Vopiſcus. 178.A
*Votum reddendum. 385. B
*Votum caſtitatis. 356.A
* Votum facit illicitum, quod erat per naturam licitum. 356.A
Vox. 10.A 58.C
Vox acuta. 58.C
Vox alta, clara, & ſuauis. 58.C
Vox articulata. 10.B
Vox aſpera. 58.C
Vox cæca. 58.C
Vox dura. 58.C
Vox perfecta. 58.C
Vox vinnola. 58.C
†Vox, & ſonus. 37.A
Vpupa. 245.B
Vr ignis. 194.B 303 A
Vranoſcopus. 238.B
Vrbani ciues. 175.B
Vrbicus fluuius. 158 D
Vrbs. 292.A
Vrbs Roma, cætera oppida. 175.B
Vrbs quare aratro circundabatur. 289.C
Vrbs aratro conditur, aratro euertitur. 289.C
Vrbs, & ciuitas. 289.A †36.B
†Vrbus. 36.B
Vrceolus. 400.C
Vrceus. 400.C
Vri. 223.A
*Vrias Hetheus. 227.B 245.D
Vriel. 127.C
Vrina. 211.D
Vrina lyncis in pretioſum lapidem vertitur. 28.A
Vrit, calor, & frigus. 253.C
Vrna. 323.C 324.B
*Vrna aurea in arca teſtamenti. 170.D
Vrſa. 67.C
†Vrſatius epiſcopus. 123.A
Vrſi. 360.B
Vrſus. 228.B
Vrtica. 344.B
Vrus animal. 269.A
Vſci. 165.D
Vſia. 45.C 236.B
Vſucapio. 86.A
Vſura. 85.A
Vſus. 86.A
Vſusfructus. 86.A
*Vſus rerum diuerſus. 109. D
*Vſus bonus, & malus. 386. D
Vter. 211.C
†Vter, & vtrum. 36.B
Vterini. 179.C
†Vtesque, & vtrique. 44.C
Vterus. 179.C 211.B
†Vterus, aluus, & venter. 3.A 53.B
†Vti, & frui. 14.C
*Vti bonis benè, bonis malè malis malè, & malis benè. 109.A
Vtica ciuitas. 285.A
Vtile. 203.B
†Vtile, & aptum. 1.A
Vtres. 400.D
Vua. 246.B †37.A
Vua aminea Lanata. 330.D
Vua argetis. 330.B
Vua baſiliſca. 330.A
Vua biturica. 330.A
Vua fœcinia. 330.D
Vua inerticula. 330.B
Vua lupina. 345.D
*Vua paſſa veſcentes. 187.D
Vua rubelliana. 330.D
Vua viſula. 330.B
Vuæ. 330.B
Vuæ Amineæ. 330.D
Vuæ Apianæ. 330.A
Vuæ Balanitæ. 330.A
Vuæ Ceraunïæ. 330.C
Vuæ Cydonitiæ. 330.C
Vuæ dactyli. 330.C
Vuæ duracinæ. 330.C
Vuæ Heluolæ. 330.C
Vuæ Libycæ. 330.C
Vuæ Mareoticæ. 330.C
Vuæ Numiſianæ. 330.D
Vuæ præcoquæ. 330.C
Vuæ purpureæ. 330.C
Vuæ Rhodiæ. 330.C
Vuæ ſtephanitæ. 330.C
Vuæ ſuburbanæ. 330.B
Vuæ tripedaniæ. 330.C
Vuæ venuculæ. 330.C
Vuæ vnciariæ. 330.C
† Vualia rex Gotthorum. 157.D 166
† Vuamba rex Gotthorum. 166
Vuandali. 166.B †163.D
†Vuandali in Africam ex Hiſpania tranſeunt. 110
†Vuandalorum hiſtoria. 163. B
†Vuandalorum regnum finitur. 164.C
Vuangiones. 166.C
†Vuictericus Gotthorum rex. 161.A
Vuidus. 246.C 330.B
†Vuidus, & humidus. 37.A 39.B
† Vuiſtremirus Archiepiſcopus Toletanus. 168
†Vuitericus rex Gotthorum. 166
† Vuitiza rex Gotthorum. 166
Vulcaniæ inſulæ. 277.B
Vulcanus. 153.C 155 B
Vulcanus ignis eſt. 371.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

Vulcanus fabricæ inuentor. 153.C
Vulgares notæ. 16.B
Vulgaris interpretatio scriptu rarum quinta editio nuncu patur. 103.C
*Vulnera carnis citius sentiũtur, quàm animæ. 68.C
†Vulnus, vlcus, & plaga. 36.C 45.A
*Vulnus inueteratum tardiùs sanatur. 48.B
Vulpes. 228.B
†Vulpes ex equa creata. 28.C
†Vultuosi. 51.D
Vultur. 242.C
Vulturnus ventus. 254.A.B †86.A
Vultus. 206.C
†Vultus, & facies. 36.C. 51.D
Vulua. 211.D
Vxor. 183.D
Vxor tres ob causſas ducitur. 184.A
Vxor quattuor debet habere. 184.B
Vxor quare ſub viri poteſtate eſt. 184 C *360.A
* Vxor fratris accipienda in Lege. 200.D
*Vxor à viro non diſcedat. 360.A
* Vxor propter adulterium tantum dimittitur. 360.B

X

X, Littera pro S, & C. 4.D
Xenocrates. 97.C. 116.B
†102
Xenodochia. 292.C
†Xenophanes. 102
Xerophagia. 116. D
Xerxes. 28. D. 97. B. C. †102
Xerxes bibliothecam in Perſas auexit. 103.D
Xerxes, ponte nauibus facto, in Græciam commeauit. 257.B
Xerxi lepus ex equa creata diſ ſolui regnum portendit. 217.C
†Xyſtus Papa Romanus. 118. D
Xylobalſamum. 341.A
Xyliglycon. 335.D

Y

Y, Et Z, Græcæ litteræ. 4.A 18.D
Y, pro V, ſcribebatur. 4.A

Z

Z, Pro Z, duplex ſſ, ſcribebatur. 4.A
Z, & Y. 18.D
Zabulon. 132.D. †142. *141. C 152.C
Zachæus. 137.D. 54. *254.A
Zacharias. 101.D. 102.A. 125 D. 126.D. 134.A. 135.A. †100. 148.D 149.D
† Zacharias, & Eliſabeth. 150.B
* Zacharias figura ſanctorum. 246.D
*Zacharias ſacerdos ſilentium eſt Legis. 248.B
*Zachariæ liber quid contineat. 320.C
*Zachariæ locus. 27.A
Zambri. 130.C 131.A
Zame fons in Africa. 255. A
*Zara, & Phares. 146.B
Zara 130.A
Zebedæus. 137.D
Zelpha. 129.D. 133.B *141.D
†Zelus, & inuidia. 38.A
Zema. 398.B
Zeno Stoicus. 148.A †103
Zeno Imperator. 98.B †110
†Zepherinus epiſcopus. 107
Zephyrus. 254.C † 86.A
Zephyrorum equi albi. 363. C
Zethus. 57.D
Zeugis regio. 273.B
Zeugma. 23.D
Zizania. 347.A
Zmilaces. 315.B
Zodiacus circulus. 64.D 151.B
† Zoes primus Ægyptiorum rex. 95.
Zona. 391.A
Zonæ cæli quinque. 63.D 251.A †70.D
Zoroaſtes Bactrianorum rex. 163.D †95
Zoroaſtes magicam reperit. 96.B 150.C
Zorobabel. 131.B †149.D
*Zorobabel typus Domini. 247.B

FINIS.

ERRATA CORRECTA

In priore parte.

Pag. Col.

8. 1. E. ſignificationis.
35. 1. E. Ratiocinatio.
35. 2. B. argumentata.
27. 2. C. Cœnoſis. Al. Cœnonesis. Hanc.
51. 1. Muſica eſt.
57. 1. B. propius.
60. 2. A. Symphonia.
62. 2. A. inſ. c. 37.
84. 1. A. lens.
84. 2. A. poteſt. (Dele ſequentia vſque ad vocem, Nouella)
86. 1. D. præciſa.
87. 2. B. Interncini.
89. 1. D. de natura rerum.
91. 1. A. vemer.
98. 1. B. ann. ij.
103. 1. A. de ciuit. c. 20. & 2. de doct. Chr. c. 8.
111. 1. A. Philo-
150. 1. A. de Diis.
175. 2. A. habitato.
B. aduerſus.
C. patre.

Pag. Col.

192. 2. C. Al. linit.
193. 1. C. dus atque.
194. 2. C. ſine.
201. 1. B. ſapere.
212. 1. A. menſtrualis.
213. 2. C. Ex Feſt.
220. 1. B. Porrò Onocentauri.
220. 2. B. venenũcio.
221. 1. A. barbararum.
225. 2. C. Iſai. c. 11.
226. 1. B. Ii minores equos, nos.
234. 2. A. Ex Hierony.
240. 2. D. eſſe.
241. 1. B. lib. 3. C. e Plin. Deleantur cætera.
246. 2. A. manis.
247. 2. B. tamen.
255. 1. D. eò.
265. 2 C. quam Intelen-
257. 2. C. LX amnibus.
257. 2. B. influere ſex vaſtis. dele adiunctis aliis.
258. 1. A. ex Sol c. 17.

Pag. Col.

263. 2. C. Solin. c. 53.
274. 1. B. Sarranaque.
278. 2. B. eclog. 7.
287. 1. B. Saguntum.
288. 1. C. de Ægypt. 35.
306. 2. B. quiddam.
317. 1. A. virens.
318. 1. A. ſpectant.
327. 2. C. priore.
330. 1. B. ſine rubore.
331. 2. A. Rubellianis.
334. 2. B. in aqua.
346. 2. D. vlua.
350. 1. B. Naſturtium.
353. 1. B. Et hoc eſt.
369. 2. B. Porciculus.
375. 1. A. lib 15. c. 8.
376. 2. B. Nam & ſi.
374. 2 A. Perdix.
379. 1. C. Rabanum.
380. 2. C. incedentis.
397. 2. B. ceruiſa.
402. 1. C. à cera nomen.

In Differentijs.

51. 1. D. & 56.
56. 1. C. origine.
74. 1. C. voluiſſe.
84. 2. A. ideò.
88. 2. C. quoſdam meatus, ventorum.
90. 1. A. molem.

121. 1. B. dentur. Primus.
129 2. C. Ercauicen.
137. 1. C. releuatione.
B. oſtendere.
158. 2. B. alia nigrò.
161. 2. A. Æra. DCXLI.
B. Æra. DCXLIIX.

In parte altera.

Pag. Col.

4. 1. D. inueneris.
15. 2. B. ſuæ carnis.
17. 1. B. qui legant.
24. 1. C. redit ad illud.
28. 1. A. alius m. ſ.
41. 1. A. imitari.
56. 1. D. adhibeatur.
60. 2. A. propiùs.
C. quidam.
69. 1. B. Domini.
99. 2. A. incorrigibilem.
128. 2. B. connuncta.

130. 1. D. ab Antichriſto.
168 1. B. numerus triũm.
204 2. A Tranſit deinde, &c. (Hæc nota eſt ſequentis capitis: cuius loco hic ſubſtituenda) a Raab verò typ. tenecel.) Orig. ſæpè & Ambroſ. lib. de Salom. & Auguſt plurib. locis.
225. 2. A. ſpiritus Hytonis in.
235. 1. A. ſtudio manifeſtauerit, &
271. 2. B. Ieremiæ (bis.)
330. 2. D. qua inferebantur.
362. 2. D. pertendendo.
374. 2. A. doloris.
374. 2. D. grauiùs.

376. 2. B. infectum.
377. 1. D. recurtat.
380. 1. A. habeto.
380. 2. A. miliatur: qui exaltatur, deijcitur: qui eleuatur, proſternitur.
386. 1 C. verò.
387. 2. D. æterno.
390. 2. A. miſereatis.
404. 2. A. pigritiáque.
C. deſinunt.
415. 1. A. cæce,
D. cur ergo.
416. 1. B. ex correptione.
427. 2. B. vitta.

198. 2. C. 7. quaſi χράτηρες. 9. ἐξάστασις, id eſt. 219. 2. C. 8. ὄδυσ. λ. 281. 1. B. 6. Φείκης. 360. 2. B. 4. ἀνής.

Iuan Vazquez del Marmol.

MADRITI,
Apud Ioannem Flandrum.

ANNO CIↃ. IↃ. XCIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca